This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Это цифровая коиия книги, хранящейся для иотомков на библиотечных иолках, ирежде чем ее отсканировали сотрудники комиании Google в рамках ироекта, цель которого - сделать книги со всего мира достуиными через Интернет.

Прошло достаточно много времени для того, чтобы срок действия авторских ирав на эту книгу истек, и она иерешла в свободный достуи. Книга иереходит в свободный достуи, если на нее не были иоданы авторские ирава или срок действия авторских ирав истек. Переход книги в свободный достуи в разных странах осуществляется ио-разному. Книги, иерешедшие в свободный достуи, это наш ключ к ирошлому, к богатствам истории и культуры, а также к знаниям, которые часто трудно найти.

В этом файле сохранятся все иометки, иримечания и другие заииси, существующие в оригинальном издании, как наиоминание о том долгом иути, который книга ирошла от издателя до библиотеки и в конечном итоге до Вас.

Правила использовапия

Комиания Google гордится тем, что сотрудничает с библиотеками, чтобы иеревести книги, иерешедшие в свободный достуи, в цифровой формат и сделать их широкодостуиными. Книги, иерешедшие в свободный достуи, иринадлежат обществу, а мы лишь хранители этого достояния. Тем не менее, эти книги достаточно дорого стоят, иоэтому, чтобы и в дальнейшем иредоставлять этот ресурс, мы иредириняли некоторые действия, иредотвращающие коммерческое исиользование книг, в том числе установив технические ограничения на автоматические заиросы.

Мы также иросим Вас о следующем.

- Не исиользуйте файлы в коммерческих целях.
  Мы разработали ирограмму Поиск книг Google для всех иользователей, иоэтому исиользуйте эти файлы только в личных, некоммерческих целях.

- Не отиравляйте автоматические заиросы.
  Не отиравляйте в систему Google автоматические заиросы любого вида. Если Вы занимаетесь изучением систем машинного иеревода, оитического расиознавания символов или других областей, где достуи к большому количеству текста может оказаться иолезным, свяжитесь с нами. Для этих целей мы рекомендуем исиользовать материалы, иерешедшие в свободный достуи.

- Не удаляйте атрибуты Google.
  В каждом файле есть "водяной знак" Google. Он иозволяет иользователям узнать об этом ироекте и иомогает им найти доиолнительные материалы ири иомощи ирограммы Поиск книг Google. Не удаляйте его.

- Делайте это законно.
  Независимо от того, что Вы исиользуйте, не забудьте ироверить законность своих действий, за которые Вы несете иолную ответственность. Не думайте, что если книга иерешла в свободный достуи в США, то ее на этом основании могут исиользовать читатели из других стран. Условия для иерехода книги в свободный достуи в разных странах различны, иоэтому нет единых иравил, иозволяющих оиределить, можно ли в оиределенном случае исиользовать оиределенную книгу. Не думайте, что если книга иоявилась в Поиске книг Google, то ее можно исиользовать как угодно и где угодно. Наказание за нарушение авторских ирав может быть очень серьезным.

О программе Поиск кпиг Google

Миссия Google состоит в том, чтобы организовать мировую информацию и сделать ее всесторонне достуиной и иолезной. Программа Поиск книг Google иомогает иользователям найти книги со всего мира, а авторам и издателям - новых читателей. Полнотекстовый иоиск ио этой книге можно выиолнить на странице `http://books.google.com/`

Digitized by Google

E. 47

Opera variorum hoc libro contenta edita sunt omnia
in Thesauro Historiarum Italiæ sub littera Y

Digitized by Google

IG 241/201

Digitized by Google

F1744

Digitized by Google

Collegij Societ. JESV Frotuscopia, D.

ITALIAE ILLVSTRATAE SEV RERVM, VRBIVMQVE ITALICARVM SCRIPTORES VARII, NOTÆ melioris.

Nunc primum collecti simulque editi.

Nomina scriptorum tertia pagina ostendet.

S. J. L.

S. IMM. CONC. SOC. IES. PARIS. IHS

S. LOYS.

FRANCOFVRTI,

In Bibliopolio Cambieriano.

ANNO SECVLARI

CIↃ IↃ C.

Digitized by Google

NOMINA AVTHORVM,

QVI IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

M. Antonii Sabellici, de ſitu Vrbis Venetæ Lib. III. col. 1.

Eiuſdem
- Carmen Genethliacon vrbis Venetæ. Lib. I. col. 35.
- de apparatu vrbis Venetæ. Lib. I. col. 41.
- de vetuſtate Aquileiæ. Lib VI. col. 51.
- Vicentinus Crater, ſeu Vrbis agrique Vicentini deſcriptio. Lib. I. col. 103.

Ioan. Chryſoſtomi Zanchii de Orobiorum ſeu Cenomanorum origine. Lib III. col. 113.
Torelli Saraynæ de Origine, amplitudine & antiquitate vrbis Veronæ. Lib. V. col. 194.
Gaudentii Merulæ Antiquitatum Gall. Ciſalpinæ. Lib. III. col. 251.
Eiuſdem Apologia. col. 340.
Bonauenturæ Caſtillionæi de Gallorum Inſubrum antiquis ſedibus Liber, col. 347.
Pauli Iouii Comi & Comenſis lacus deſcriptio. col 393.
Bernardi Sacci Ticinenſis hiſtoriæ Lib. X. col 415.
Iacobi Bracelii Liguriæ deſcriptio. col. 637.
Eiuſdem de Claris Genuenſibus. col. 641.
Andreæ Mugnotii Hiſpani Camaldulenſis eremi deſcriptio, Libris II. col. 649.
Cæſaris Orlandii de vrbis Senæ antiquitate. Lib. col. 675.
Antonii Maſſæ Galleſii de Origine & rebus Faliſcorum Lib. col. 699.
Petri Curſii Rom. de Ciuitate Caſtellana Faliſcorum, poëma. col. 733.
Antonii Sanfelicii Monachi Campania. col. 745.
Vberti Folietæ de laudibus vrbis Neapolis. col. 765.
Scipionis Mazellæ Neapolitani de Puteolis & Cumis. col. 775.
Ioan. Franciſci Lombardi Neapolitani, de aquis Puteolanis. 789.
Ambroſii Leonis Nolani de Nola Lib. III. col. 875.
Gabrielis Barrii de Antiquitate & ſitu Calabriæ. Lib. V. col. 991.
Ioannis Iuuenis de Antiquitate & varia Tarentinorum fortuna Lib. VIII. col. 1219.
Cl. Marii Aretii Syracuſani chorographia Siciliæ. 1411.
Antonii Philothei de Homodeis Siculi Aetnæ montis topographia col. 1465.
Ioannis Franciſci Lombardi de balneis Aenariarum. col. 1499.
O. Quinctini Hedui Melitæ Inſulæ deſcriptio. col. 1505.

Digitized by Google

ITALIAE ILLVSTRATAE

SEV

RERVM VRBIVMQ. ITALICARVM SCRIPTORES VARII NOTÆ MELIORIS.

Marci Antonij Sabellici de Veneta vrbis situ,

LIBER PRIMVS.

QVOTIES mecum cogito repetoq; animo diuersarum gẽtium statum, vel earum inprimis, quæ rerum quandoq; potitæ sunt, solet præter cætera illud nobis constare, populorum omnium, qui sunt hodie in terris, quicunq; olim fuere, eos semper & nominis celebritate & opibus longe præcelluisse, quibus vrbes, & ad pacis otia, & ad belli vsum, quàm opportunissimas habere contigisset. Poteramq; ego idipsum non vnius ciuitatis exemplo demonstrare: nisi vetus Apollinis oraculum notum esset, quo Chalcedonis conditores constat cæcos ob id iudicatos, quia parùm considerate vrbem posuissent. Tãti Delphicũ oraculum referre censuit, quo potissimum loco nouæ statuerentur mœnia! Fuerunt ad hæc ex nobilissimis scriptoribus quidam, qui affirmare sunt ausi, ne Romanos quidem tam facile sibi imperium quæsituros fuisse, si vrbem à suis maioribus, qua alio sita erat solo, accepissent. Quanquam hoc ipsum non magis de Romanis ipsis, qui virtute armorum omnibus gentibus longè præstiterunt, quàm de Pœnis, Athenensibus & aliis, qui latè terra mariq; olim imperium tenuerunt, dictum videri potest. mittam reliquos, de his loquar. An dubium cuiquam videri potest, strenuitate gentis, fortunane, an munitissimo potius vrbis situ illud euenerit, quod Carthaginenses tradita Romano populo armis, traditis liberis, sine præsidio vllo, sine auxiliis tertium bellum Punicum tam diu distulere? aut antiquissimos poëtas tam ociosè & ineptè negatos dixerimus, vt non aliquid viderit, quum de Athenas, Palladem & Neptunum in apertũ commisere certamen? Iudicarit, (quis non videt?) viri illi sapientissimi, nihil nouis vrbibus commodius, salubrius, auspicatius posse contingere: quàm si eo ab initio conditæ essent loco, pro quo tanquam pro perpetuo quodam, mansuroq; templo ne dij quidem ipsi certare recusassent. Quod quum ita sit, constetq; inter omnes, ob id ipsum plerosq; populos fama & opibus maximè claruisse: Veneta quidem vrbis stupendus magis quàm admirandus situs, non solùm fastigium hoc rerum, ad quod vetus est, primis illis conditoribus ab initio pollicitus videri potest: sed posteris etiam stabile, perpetuum & mansurum imperium. Ne igitur res sane memorandas, & ad quam cognoscendam summi interdum principes, ab extremis terrarum oris, velut in rem præsentem, peregrè profecti sunt, non omnibus nota esset, de ea breuiter scribere constitui: confisus tam fore, vt quum inauditam alioquin loci sedem, ædificiorum præstantiam, diuitem cultum, quum deniq; vetusta & recentia omnia explicauero, ij qui Venetam vrbem quandoq; viderint, inciderintq; fortè in hanc lectionem, vno sino ore affirmaturi, me non solùm vrbis huius situm descripsisse: sed velut in tabula quadam simillimam illius expressisse imaginem. Quibus verò ad id tempus rem tantam videre non contigit: & ipsi apertè fateantur, hanc vnam vrbem præceteris, quæ hodie sunt, maximè spectari dignam, ac verè talem, cui neq; situs nonitate, neq; magnifico rerum apparatu, alia in toto orbe vlla comparari possit. Et quia satis superq; enagati sumus, iam hinc de re dicere incipiam.

NARRATIO.

ABluitur itaq; vrbs ipsa (ad quam vltrò describẽdam venimus) non vt pleræq; aliæ suis partibus marino fluctu, sed ipsa tota mediis est aquis sita: in qua præter ædificia nihil facile reperias, quod non idem sit & mare. idcirco tota nauibus commodius quàm pedibus peragratur. Quanquam ne hoc ipsum quidem dare-

tur: nisi pontibus iungerentur rissi, quibus non solùm insulæ, sed tecta quoq; pene singula inter se sunt discreta. Affert & illud miraculum primò spectantibus, cum pelago subvrbana aqua aguntur, singulis semis horis variatur locorum facies: vt hic vbi nuper alti nauigabantur fluctus, paulo post vada fiant, mox verò quicquid vbiq; vadorum fuit, subita videas inundatione opertum. Quæ perpetua alternantis æstus variatio, non patitur in tanta cœni altitudine pernicioſum aliquid concrefcere. Nam quanta sit ipsius cœli temperies, vel ex eo potest intelligi, quod cæteris paribus multò plures in hac vna quàm in reliquis terræ Italiæ ciuitatibus senes reperiuntur: atq; illi ipsi pleniore corporis habitu, minusq; offensa valetudine. Nec Auster, Italiæ parum alioqui saluber, multum vrbi ipsi formidabilis: quippe qui in tanta maris vastitate fractus, quanta illi a Libya ad Adriam euolanda est, minùs violentus applicat: aut certè quò magis alpinis frigoribus propinquat, eò minus minusq; illorum occursu, vt antea sepe scit. Quo fit, vt præter vastissimos fluctus non sine inundatione in Venetum littus deiectos, nihil vltra ciuitatis habeatur infestus. Sed nos non ad hæc scribenda venimus: ad institutum opus redeo. Si quis eminentiore loco tanquam ex specula quadam subiectam vrbem diligenter consideret, illius faciem magis quidem rotundam iudicet, quàm alterius figuræ oportet: si Iudaicam insulam ad meridiem vrbi applicet; quæ in theatri speciem lunata, ad duo stadia illi ex aduerso respondet. Sed illud ædificiorum efficit altitudo, quæ aquarũ conspectum hoc se loco, aut illo insinuantium procul auſert spectantibus. nec sic quoq; ita absolutam intelligi volo formam, vt nulla prorsus vspiam promineat inæqualitas: quum sanè & ad Olivolensem edem, quæ æstiuum solis ortum spectat, & ad extremum Canaregium inter septentrionem & solstitialem occasum, ac rursus ad Mathæi fanum, quod ad hybernum solẽ occidentem vergit, tanquam in tres angulos paululum prominentiores excurrant ædificia: sed illa ipsa longis inter se spaciis distantia, atq; tectorum interuentu omni fermè obliquitate castigata, circularem figuram magis, quàm vllam aliam, perscribunt domorum. Adhæc frequentia & altitudo ingens omnem penè vrbanarum aquarum auferunt prospectum: quo fit, vt qui supernè (ex specula aliqua eminentiore) vrbem contempletur, turritam telluris imaginem, medio oceano figuratam, se putet inspicere. Nauigantur aquæ ipsæ suburbanæ non minori nauigiorum frequentia quam altum mare (sed à locorum peritis) lembis, aut aliis leuioribus nauigiis. quo patet, vrbem tutiore omnino loco sitam, quàm si alto alluereturpelago. Ad vsum igitur rerum vicinarum & ad piscationes fluctus mœnibus circumiecti frequentantur: quippe qui etsi non sint, tamen vastissimi cuiusdam stagni habent speciem. obiecta namq; littorum, neq; tam facile vt in alto, agitantur fluctus: neq; vbi moti sunt, tam atrociter sæuiunt. Quanquam non eo inficias, in his quoq; locis subitis deprensos procellis, nonnunquam periclitari solitos: quod raro accidit. Sed vt ad eorum, quæ in vrbe sunt, enarrationẽ redeam: primùm omnium non ignorare oportes vrbem, de qua hæc scribere orsi sumus,

A

B

C

D

E

F

pre alto & inflexo riuo, qui in Maandri speciem illam pererrat, in duas esse partes diuisam: quarum hæc ad meridiem & occasum vergat, illa ad septentrionem & ortum: vtraq; in tres distincta regiones, (sextertia vulgo appellant) citerior in Canaregium, Castellum, & eam, quæ ab aurea diui ade Marciana est nuncupata: Durum dorsum vlterior & alias duas à sacris ædibus nominatas: quarum Cruceiam hanc, illam verò Paulinam rectè dixeris. Antiquus Medoaci fluminis alueus si Medoaci is est quẽ hodie vulgo Brentã vocãt) alio aquarũ impetu operibus auerso, vetustam retinuit laterum altitudinem: quàm marini fluctus hodie complent. Prisci illi Veneti vrbis conditores ab altioribus (vt arbitror) vadis potius quàm ripis, riuum altum ab initio dixere: nunc quoq; pars vrbis valde illustris nomen habet inde acceptum. Is ab occasu vrbi insinuatus, Marthæ fanum primò perstringit: idem lauam ædificiorum oram abluens, ad Claræ edem vrbanis tectis infusus Cruceiam regionem à Canaregio distermi nat: mox inter vtramq; octo fermè stadijs allapsus, ab ortu paululum in meridiem flexus, inter Paulinam quam dexteram habet, & diui Marci regionem, ad occasum conuertitur: atq; ita recto alueo stadia quatuor emensus, priusquam ad Samuelis ripam sit ventũ, iterum ad orientem solem inclinat, ac recto placidoq; cursu inter Marci regionem iam dictam, & Durum dorsum ad Georgij vsq; fanum, quod è regione fori est, vrbis & tectorum patiens procedit. mox verò omnem angustiam quasi vincula declinans vrbe ad lauam relicta, per aperta euagatus stagna, in portum vrbis vltimum detorques cursim.

De prima regione.

Qvum hanc igitur sua natura vrbs ipsa recipiat partitionem, ea nobis regio auspicatissimum daret exordium, quæ procacissimo occursu propinquantem Medoaci alueum gremio excuperet: nisi ab eo fastidita ad dexteram, vt dixi, relinqueretur. Fuit regio Durum dursum ab initio appellata, ab eo, vt arbitror, quod priusquam locus inhabitari cœpisset, (quod constat aliquanto recentius contigisse) præduru esset illic scopulus, inq; dorsi speciem productus. Protenditur regio a Martha, quæ occidentem spectat solem, vsq; ad salsinum caput, Trinitatis fano præstentum. Est locus in triremis speciem fastigiatus, atq; omnium qui in regione sunt nouissimus ad ortum: quanquam Iudaica, quæ illi obuersa iacet, quæq; regioni asscribitur, aliquãto longius pergat maritimis occurrere fluctibus: sed illa ad duo stadia, quasi diuersum reliquo membrum, ac totius amula, à cætero refugit corpore. Habet itaq; vniuersa regio Insulas XX. sacras ædes totidem, & sex amplius. Sed de summa hactenus. In prima autem regionis fronte Martha sita est: quod ab initio docuimus opus recens, frequentiq; virginum conuentu. Hic ad Mẽdiculorum edem piscatorius vicus: eò enim quam longissimè ab oculis ciuitatis concessere, quicunq; fere hodie in vrbe quæstum ex piscium captura faciũt. Tota inter vtramq; ædem ora, quæ Austro obuersa est, quæq; ad sagittæ iactum & amplius excurrit, crebris pontibus stagno procumbentibus suspensa est. his il-

li pre

lis pro tentoriis ad exsiccanda retia, aut certè explicanda vtuntur. Intus nihil memoriâ dignum: in summo vico breui ponte ad Nicolai mendiculi fanum transcenditur (modica insula clauditur.) Tres supra vestibulum virgines muro clausa: quarum vnam hodie ob creditam sanctitatem, quasi futurorum prasciam vulgo, vt audio, matrona consulunt. Ædem subeuntibus ad lauam, priusquam ad aram maximam sit ventum, Nicetæ martyris occurrit tumulus. Dextero inde templo, ligneo ponte in aduersam transcenditur insulam. in ea nihil memoria digni, procediq; recta fronte illa cum aquis, vsq; ferme ad proximum tririuium, quod & ad Sebastianum ducit, & ad Eremitanam ædem. Sed cum eo non est longius procedendum. Ad Raphaëlem (qui in aduersa sedet ripa) proximo ponte transcenditur. Magni Opitergini opus vetustissimum; templi vero dedicatio longè retentior. Niceta Antiochenus ad aram maximã marmorea est clausus arca. Iudaica frons ad occasum versa diuo valde contrà respondet. est vicus hic, aut insula potius, duobus fermè stadijs ab vrbe, vt dixi, diremptus: qua in longum ad mille passus protenta, circa medium deuexa, cornibusq; hinc inde paululum reductis, theatralem penè exprimit formam. Vrbica itaq; longitudinis emula, hinc longè ad ortum cum ea excurrit, donec victa ad Georgij fanum subsistat. Tota fermè habitatur: sed qua vrbem intuetur frequentius. habet in extremo ad occasum latere (nam quando regioni, de qua agitur, attributa est, de eâ satis erit semel dicere) Blasio & Coraldo communem ædem: opus & ipsum insigni vetustate, frequentiq; virginum conuentu. Recta inde secus aquas ad Euphemiam itur: habetq; ad meridiem vltra riuum, qui mediam dirimit, Cosmæ & Damiani fanum, in quo virgines plures sacris operantur. inde Crucis ara cum virginio frequentissimo. Ac virgines alterius sexus omnes circa diuorum templa perpetuo clausas, adhuc nominamus: tùm quia nulla honestiore nuncupatione videtur mihi appellari posse, qua perpetuum Deo vouere obsequium: tum quod fermè innupta eâ ætate, quâ iure virgines credi possunt, soleant initiari. Magis inde ad ortum, Baptistæ ædes occurrit, ipsa quoq;, vt fertur diui Magni vetustum opus: & in summa Iudaica Georgij templum luculentissimum, canali à relsquâ insulâ diremptum, vtrobiq; frequens conuentus: sed ad Georgium frequentior. Mira inibi hortorum amœnitas: & in ede porphyretici lapidis lacus hilarissimus: plurima diuorum reliquiæ, vestimentorum egregius apparatus, & in vestibulo adis tota ora, qua vrbem spectat, quinq; pontibus peragratur: tribus ligneis, duobus lapideis. Redeo nunc nonnihil euagatus ad institutam vrbis descriptionem, & ad Raphaelis aram: vnde propinquus angiportus ad Sebastianum postico ducit. In eo omnia recentia: sacrorum apparatus tenuis, religio multa. hic quoq; plerique, sed pro religione non adeo multi, sacris operantur: rixus citro vltroq; enauigatus, eadem perstringit: quo sublicio ponte superato, ad Basilij dextera fundamentis ducit. Venusta templi facies: duobusq; cœlitibus, Constantio Anconitano, & Petro Acotantio Veneto illustris. introrsum Pantheon, cum virginio: opus, vt illud, de quo dixi, vetus: ita hoc nouâ facie nitens. riuus illi à tergo, & à meridie infunditur: vnde recta ad Gernasium ducit via, templum vetustissimum cum porticu, qua virenti aree incubat, testudo ad aram maximam area Graecanici operis. In ora, qua à riuo sese in conspectu edis sinuat, vsq; ad Basilij aquas longo rectoq; margine excurrit, ingens vis lignea materia ad edificandum comparata, & domesticatim, & in aquis disiecta visitur. Barbaricæ familiæ edes, & ad lauam, & à fronte in aduersâ insulâ Gernasio adiacent: ades vel hoc vno memoriâ digna, quod his paucis annis duos optimos principes ciuitati dederunt, Marcum Barbaricum defunctum, & Augustinum eius fratrem: quo principe non poterit res publica non semper beatissima esse. Sequitur alia insula; qua eodem aquarum derivio à meridie ad septentrionem excurrit: vtrinq; extremis laterib. loca duo insignia. sed de eo, quod in intima ora sedet postea, nunc de Iesuatico cœnobio. In eo plerique agunt: sed illi minimè initiati sacramenti ministerio religione inhibentur. orare non facere eorum est: vulgus Iesuatos appellat. Ligneus pons hinc in Agnetinam transmittit insulam: in Iesuatica domus conspectu prætacenti area Agnetis vetusta ædes modicè assurgit, cui perexiguum virginium accubat. Diua ara vetustissima: sed Viti martyris, qui in aduersa sedet insula, (si muscosæ fronti credimus) omninò vetustior. hic Georgij corpus religiosè conditũ. Loci aram quotannis stato die princeps cum bona parte patrum, quasi diuo gratulaturus, ob ciuitatem periculosa coniuratione seruatam, structo ad tempus supra riuum maximum ponte, inuisit. Adiacet à tergo insula ad meridiem versa: in ea nouum almi spiritus virginium in ipsa penè ora, iuxta nauale ingens, cum lateribus fornacibus. Intus pium Viti hospitium: læua fornacibus ipsis sedet insula: in fronte ad meridiem nouem publici salis conclauia parietibus tantum inter se, ædificiorumque supercilijs discreta. Inde ad salinum caput ponte transcenditur: locum & ipsum, à publici salis conclauibus nominatum. fastigiatur in naualis rostri speciem: immò efficit, vt tota regio, de qua adhuc diximus triremis formam penè exprimat: vtrinq; extremis frontibus in puppim & proram extenuatur, latius circa medium patet. Quicquid à Trinitatis fano ad ortum decurrit, publica obtinent ædificia: sed illa ipsa valde recentia, huc triremes, ac nauigia peregrè appulsa, quicquid mari subuehitur, publicanorũ oculis subiiciunt, ne qua vectigalibus fraus fiat. Douanam vulgo nominant, ades ipsa internam oram, vt multa quæ sequuntur, spectat. Theutonicum in ea collegium. Proxima inde insula, Gregorij templum, Bartholomæo Perutio antistite nuper instauratum: atq; ob id festiua, & hilari facie. hinc ad adẽ publicæ charitatis nihil, præter priuata ædificia, conspectione dignum: sed nos publica scribimus. Hæc est vetus illa Alexandri Ro. Pontificis latebra: vnde à principe & patribus reuulsus in pontificiam est (vt fertur) dignitatem restitutus. Extant adhuc monumenta non pauca: quæ rem ita gestam, vt proditum est memoriæ, manifestè arguunt. Anianus Alexandrinus ætistes, & (vt fama est) Diui Marci discipulus

cipulus ad aram maximam est conditus. olim aedicula illic, Magnifici Iuliani (vt quidam tradunt) opus: nūc splendidum templum, praecipuaq; religione praeditum. Turris praealta. Canonicorumq; coetus ingens: accubat templo nobilissimum conclaue, cum celeberrimo vrbis collegio. visuntur hic illustrium pictorum tabulae circumquaq; non magis ad religionem, quàm ornatum dispositae. Plurima sunt, in vrbe eiusmodi collegia: sed omnium quinq; celeberrima, atq; ex iis vnum hoc, de quo loquimur. Per inflexos inde vicos ac pontes aliquot itur ad Barnabae limina. Templum facie penè cariosa patenti area. diui vestibulum rectâ ducit ad lapideum pontem, vnde per obliquas semitas ad Margaritam panditur accessus: Mauri antistitis opus, & ipsum mirandae vetustatis: vtpote anno vrbis circiter CCCC. conditum. aurea illi testudo cum columnis quatuor prophyritae lapidis: aut certe illi perquam similis. Vastius ad meridiem inde spatiatur campus, per quem ad Carmelitas itur. virginis haec sedes, satis opulenta, ac nonnihil a tergo instaurata: plurimi in ea operantur. Ex area, quae adi praiacet, ligneo ponte in aduersam transcenditur insulam: qua regionis nouissima est ad occasum. hinc dextero riuo ad Amagianas columnas pene perpetuis fundamentis itur: qua regionem eâ parte terminant. locus est citra crucis fanum, riuo cymbâ, aut lapideo ponte superato. alterutro enim modo fieri potest. Aduersis fundamentis retrò ad Pantaleonis arā est reditus. catera vetustatem arguunt: templi tamen dedicatio recens. Lapideus pons hinc ad Margaritam ex aduersō sedentem transmittit. & quamuis valde ipsae inter se propinquae sint aedes, ac pene contiguae: vtraq; tamē plebanica est. A Diui limine inflexo angiportu, vnoq; ponte ad figulorum aream proceditur. Hinc digredi volentibus laeua occurrit area Minorum fano a tergo haerens: vbi hoc biennio instauratum diuo Rocchо templum. vnde collegium cum sacris alio translatum fuerat. Locum cum herbido campo, qui, humilibus ac paucis interiectis domibus, a tergo patet, Castellū vulgo appellari audio: sed causam adhuc requiro. nisi fortè proximis inquilinis fidem habendam putamus: qui mihi dicebant accepisse se a maioribus, in propinquis hortis, vbi nunc infectorum, fullonumq; tentoria visuntur, locum olim munitissimum fuisse: cuius vetusta operis aliqua hodie appareant vestigia.

DE SECVNDA VRBIS regione.

SEquitur hinc proxima regio, quam a vetustissima diui aede, quae ea fermè media tollitur, Paulinam rectè dixeris. Haec cum Cruceia in summum riuum altum excurrit: vnde fit, vt si fronte paulò magis fastigiata procederent, dimidiatae Pyramidis haberet formā. Sunt in ea insula XIII. sacra aedes totidem numero, atq; in his plebanica octo. & ne quid ab instituta narratione aberremus, describendae regionis inde sumetur exordium, vbi ea, de quâ proxime diximus, habuit exitum. Erit igitur basis huius linea a tririuio, quod est vltra Euangelistae fanum post Minorum edem, per campum, in quo castellum fuisse memorant, praterq; Thomae aram in riuum maximum deducta. Est ad templum de quo loquimur in ipsa penè ora: habetq; a tergo traiectum ab eo dictum. Ex area, quae illi praiacet, per inflexos calles itur ad nobilissimum virginis templum. Hic Minores fratres frequentissimo conuentu sacris operantur. Domum maximam vulgò ab aedificij magnitudine vocant. Hic sanguis CHRISTI summi regis visitur. Hic eius simulachrum, ab hinc triennio miraculis illustratum: sacrarium nobilissimo opere praditum: in cuius fronte eminentiore loco equestris Pauli Sabelli statua conspicitur. Nauauit is reipublicae Patauino bello optimi ducis operam. ad aram maximam ducaria monumēta Francisci Foscari marmore & auro praditum: & Nicolai Throni, materiâ & opere, vt aliquanto recentius ita facie magis conspicua. Prominet aduersa templi parte aliud sanè eximium Iacobi Marcelli, qui Venetae classis imperator Gallipolitana periit expugnatione, magnitudine duobus illis minimè comparandā: caeterum opere & materia haud quaquam dissimili. respondet contra Ludouici Foscareni viri sapientissimi sepulchrum: cuius magnitudo quo minus luxuriatur, ita frons hilarior. Porticatim ex hac aede ad Nicolai itur aram, quae a tergo est. eadem & hic religio: sed aris planè diuersis. Lapideus pons, & ex iis, qui hodie sunt, penè vetustissimus, ad propinquam Steni aram transmittit: hic nihil praeter cariosam templi faciem: conspectione dignum. praiacet arenosus illi campus, per quem euntes laeua semita excipit, quâ breuior ducit ad Euangelistam via. Huius vestibulum marmoreo est opere munitum: ita vt quum intrà penè omnia sint situ obsita: longe tamen fronte splendeat. asseruatur hic dominicae crucis lignum plurimis insignitum miraculis. Vnum hic ex quinq; maximis vrbis collegijs, piumq; hospitium vicinis aedibus obiectum. Breuissimus hinc processus ad geminos pontes, qui tririuio, vnde lineam duximus, incubat regionis finis. Inde per Steni aream rectâ & amplâ semitâ ad sublicium pontem proceditur: vnde digressū continuo Augustini ara excipit, & ipsa multo senio cōfecta, accliui turre. ac primò ampliore via, mox vltra pontem, qui haud procul inde superandus est, per angiportum ad Eubulum cursus breuissimus: nec ipsum vicino tholo iuniorem: riuus diui aream alluit, regionis est ea parte finis. Vbi te ille ad pontem remiserit, duobus rectis vicis citrà vltràq; lapideum pontem, atque ad caput alterius, breui inflexu in Paulinum transcenditur campum: locum frequenti mercatu insignem. incubat illi vetustum Pauli templum cum porticu, aut vestibulo potius, media etiam luce sub obscuro. Si retrò vnus hic pons fuerit transcensus, duplex vicus excipiet. hic ad Minoristanam virginem, ille ad Thomae limina, vterq; duobus pontibus, remittit. A Paulina aream riuū altum versus tribus pontibus ad Apollinarem itur, locum vetustate confectum: aureâ testudine tesselatoq; pauimento. Eminens illi turris incubat, praeter quam uia huc & illuc inflexa in Carampanum vicum ducunt, vnde nuper sublatum lupanar. laeuus Apollinaris per angustum vicum ad Siluestrum mittit: patriarchiam olim sedem. In orā traiectus frequens, & conclaue amplissimum a Rocchiano collegio nuper instauratum: mox in pristinas sedes omni sacrorū pōpa relata destitu-

Digitized by Google

destitutum. Ades ipsa ad aram maximam, post collegij digressum magnificè instructa. Quicquid inde est aquarum ad Cassiani ripam, citrà vltràq; toto riuoaltino inflexu, negociatorijs obtegitur nauigijs: occurritq; primo trans riuum (vt oram peragremus) farinarium emporium, incredibile relatu, qualtà vis in eo venalis annonæ semper adsit: quàm libera occasio mercari volentibus. Adiectum ferè lapidis Italica exoticaq; farina vtrinq; taberna patent: qui eam appendant, quiq; appensam baiulent præsto adsunt. Ab emporio ad pontem, omnium qui in vrbe sunt amplissimum, altiora tecta a magistratib. occupantur. in his duo amplissima ferè vrbis vectigalia contiguis penè locis. vini vnum, omnium continentis ora mercium alterum: quod & ipsum Doanam vocant. in imo taberna frequentes olearia, cum publico carcere à latere sito. Vici à tergo interiecti conclauia habent peregrinarum mercium refertissima: vnde ad incendium per noctem his locis contractum memini tantam vim aromatum in publicum nocturnâ illâ trepidatione deprompta, vt rerum imperitiores vulgo iudicarent, non Italiæ solum: sed toti Europæ decennium suffecturam. Libet hic narrare exemplum priuatæ largitionis, quod dicitur ea nocte accidisse. Quum iam ignis effusè euagari cœpisset, ac non sine periculo totius insulæ innascere, ferunt priuatum ciuem, cuius domus adhuc erat igni intacta, cum fisco auri pleno in apertum prodiuisse: hicq; ingenti largitione proposita omnem fermè multitudinẽ, ad ædes suas proximo incendio tuendas conuertisse. nemo dicitur ea limina subiisse, qui prius aureo saltem non fuerit nummo donatus: quo officio accensis animis fortiter præsenti periculo itum est obuiam. atq; ea potissimum ratione non sola domus: sed nobilissima pars ciuitatis creditur nocturna illa clade seruata. Inopiè igitur faciunt, qui aurum semper vt rem perniciosam insectantur: quum plus in ignem manifesto argumento interdum agat, quam aqua contrarium elementum. sed hæc natura, illud verò auaritia. Post carcerem à tergo, area vbi serica, argentea & aurea stamina ab opificibus ad texturam depectuntur, ad dexteram publici magistratus qui salis vectigal procurãt. à fronte philosophiæ Gymnasium: cui Antonius Cornarius Bragadini auditor præsidet: homo moribus & excellenti doctrina inter veteres philosophos merito reponendus. Sed hinc in oram vnde modò digressi sumus est redstus. ac priusquam ad pontem sit ventum, porticus cum venalis ferro, & mercibus aliis passim disiectis: in ea plerig; vrbis magistratus, de quibus abunde in altero seorsum opere. Tota ripa ab ipso mercium genere ferraria nuncupata est. Pons inde incubat omnium, qui in vrbe sunt, vt maximus, ita frequentissimus: nulla fermè est diei hora, qua ob citro vltroq; commeantium turbam non anguste superetur. Eminent aduersa fronte ædes publica & ipsa ab vrbis magistratibus insessa. respondes contra ad dexteram porticus aquis incubans, noxisq; à tergo materia & opere perspicuo aucta edificijs. ad lauam Iacobi templum vetustissimum, votoq; publico

A à priscis Venetis, vrbis conditoribus ob ciuitatem incendio seruatam, vt dicitur erectum. Explicatur ante illam aream nobilissimam in qua omnia vrbis (imo orbis) negocia transiguntur. Cost huc mane & vesperi negotiorum causa tota fermè ciuitas. Sed quum omnia mortalium frequentiâ constipata videas: illud primo spectãtibus miraculo esse potest, quod in tanto hominum conuentu nulla vox, nullus auditur strepitus, non libelli, non altercationes, non iurgia stipulationesve vllæ: omnia remissiore voce aguntur. vnde manifestè appa-
B reat, verissimum esse illud, quod in ore multorum esse solet, rectam negociandi rationẽ nihil minus quam verbis indigere. Duo vel amplissimum conficiunt negociũ. si quid inter se pactum volunt, ad nummarias mensas ituri, quæ plurima in ipsis sunt porticibus: atq; ex his vel ex proximo pecunia creditoribus repræsentantur. Amplissima conclauia duobus porticibus impositæ, magnâ ex parte in fori vsum absumuntur. humilior inde porticus (sed ea quã longissimè spatiatur) tabernis plurimis cum venali panno referta: in eius fronte celeberrimum
C quadrinium. Si ad lauam flectas continuo Io. vestibulũ eodem latere occurrit. medio Diui templo Pauli Pergulani sophistæ sua tempestate celeberrimi conspicitur tumulus: turris valde eminens templo incubat. Quicquid inde est rectâ ad Apollinarem, hinc inde dẽsis perstrepit tabernis & officinis. A trium fronte annularius vicus dextrà, lenaq; annularia officina: inde publicum lupanar, in quo vetustum Matthæi fanum: in summo calle vicus argentarius, nihil eo, de quo diximus, infrequentior. Sed iccirco illum, neq; aurificum, neq; argẽ-
D tarium libuit vicum appellare, quoniam etsi monilia, torques, segmenta, atq; alia plaraq; aurea & argentea opera, in eo conficiuntur: præcipua tamen opera in annulis consumitur, atq; ob eam rem tanta interdum vis gemmarum in artificum manibus ac mensis ipsis exposita conspicitur, vt eius spectaculi insuetos primo aspectu stupore defigat: vixq; credat euenire potuisse, vt ciuitas vna quamuis amplissima tam frequentem opificum numerum aleret. Sed in nulla re sumptuosa ciuitas sibi magis indulsit: vt vna interdum mu.ier duo ho-
E nesta patrimonia, altera gestet manu. Sed de ciuium cultu postea. Dextera quadrinij per densissimas tabernas in forum olitorum mittit: quod riuoaltino foro à tergo accubat. hinc per salarium vicum in piscarium forum itur: vtrunq; ripis proximum. Ex piscario præter macellum ad lapideum pontem, qui foro lignario incubat, regionis confinium itur: vltrà nihil ad Paulinam attinet regionem. à tergo vsq; ad Eubaldi limina præter paniceas tabernas, quæ macello hærẽt, nihil dignum memoria reperio.

F

DE TERTIA REGIONE.

SVperest, vt de tertiâ regione dicamus, quæ ab eadem lignariis fori ripa ad Clarae ædem, quæ in extrema vrbe sita est, procurrit. eam, quando ab antiquissimo Crucis fano nominari placuit, Cruceiam (vt arbitror) non absurdè nuncupaui. Habet tota regio insulas XI. parem; ferè sacrarum ædium numerũ: quicquid à ponte nouissimè dicto ad Cassiani trajectum in fronte est, ad præsentem vrbis regionem scribendam præbebit aditum. quantacunq; est ea erat

Est enim omninò brevis: quippe quæ iactum lapidis nõ excedat. Ad forum lignarium attinet. totam ripam insident onerariæ naues, venalibus lignis onustæ. Duæ hinc via modico inter se spacio distantes, ab aquis introrsum recedunt. Hæc amphorarium habet vicum. ab traiectu illa ad Cassianum ducit. habet id templum Cæcilia cæpit, cuius olim fuit & ædes, tabulaq; hic Messenij pictoris, cui ad exprimenda quæ voluit, nihil videtur, præter animam, quam dare non potuit, defuisse. incubat ædi turris eminens. Duobus inde pontibus, varioq; vicorum inflexu, ad matris domini itur: ara virginis vetustissima, & ab Magno Opitergino condita, testudineum templum. argentea hic tabula: turris valde acclivis cum præiacenti area ad ortum. Ex hoc loco reditus est ad Eustachium (Catherinæ ab initio ædes fuit) hic diui, hic coniugis, natorumq; capita eodem sacrario condita. Herbidus inde campus ad ripam extensus, vnde in Canaregium frequens traiectio. nec procul hinc publica horrea nuper instaurata. Ab Eustachio retrò flectenda via, dextraq; angiportum ingressus sublicio ponte in surrentem transcendens campum, qui ad lævam occurrit (Lupricum veteres à palustri facie dixere) vetus Iacobi fanum cum turri: in parte area dextrâ sublicio ponte semita ad Ateſtenſes ædes ducit, in ora illa sitas: sed per angustos, & in anguis speciem inflexos vicos commodius ad Io. cognomento decollati, patet accessus. Diui ædes vetus, & ipsa in Luprio: & quod vix in vlla aliarum insularum reperies tàm hæc quàm illa, quam Iacobi in proximo ostendimus plebanica. hic, vt plerisq; locis acclivis turris. Vnde apparet in fundandis molibus olim priscos Venetos non ea vsos fuisse, quàm hodie, diligentiâ: quum id vicium in recentioribus operibus non sit ferè reperire: contrà non vno loco in veteribus. A fronte riuus, excipiens reliquos totius regionis ab Aquilone ad Africum decurrentes: qui sequuntur à septentrione & meridie regioni infunduntur. Duobus hinc pontibus in Nebulonium venitur campum: eo egressis Simeonis confestim se offert templum, facies senio obsoleta. ad lævam inde longissimis fundamentis ad tririuium itur: quò non procul Euangelistæ fano regionem perscripsimus. in eo nihil memoria dignum. Dextra longiore angiportu, Simonis & Iudæ parua est ædes adeunda. nuda hic quoq; decrepitas in ora ipsa pene est sita: cui parum abest, quin Luciæ tholus contra respondeat. Sunt qui præsenti regioni id fanum asscribant: sed ob id credo quia riuus maximus non semper ea parte peruius fuit. nunc quia vtrumq; locum ab altero spatioso dirimit alueo, de ea in sua regione dicetur. Ab communi diuorum areâ iam dictâ ad Crucis limina brevis accessus, ac ponte vno peruius. ex hoc templo regio nominata ubi & angustissima. Frequens hic virginium. exit deinde in duos angulos: in hoc Claræ virginum, vbi clausus vnus ex ijs, quibus Christus rex cruci fuit affixus visitur, (insula ea est, ac longiusculo ponte cæteræ regioni applicita) altero angulo aduersa fronte Andreæ respondent tecta. vbi quoq; virgines plurimæ. Inter vtrumq; locum in orâ aggeribus secus aquas peruius est vsus: introrsum horti nõnamœni. Et hæc de tertia vrbis regione.

A M. ANTO. SABELLICI DE SITV VENETAE VRBIS.

Liber Secundus.

DE tribus vrbis regionibus, quæ ad meridiem & occasum vergunt priore volumine abundè diximus: nunc de reliquis quæ ad Septentrionem & ortum spectant, ordine dicemus. Offert se mihi omnium prima Canaregium regio, Cruceia magnâ ex parte obiecta: pene pari cum illâ B progressu in stagna ad occasum excurrit. Eius insula circiter XX. Insularum numerum iccirco confusè adhuc retuli: quoniam regionatim ita angustis finibus aquæ nonnunquam coeunt, vt singula etiam ædificia, quia vndiq; sunt circumfluæ, insulæ speciem exprimant. quò fit, vt parum exploratum habeam, plures ne quam opus sit, an pauciores potius, quàm oportuisset, singulis regionibus asscripserimus. Sacræ ædes veris insulis pauciores esse nequeunt: quùm plurimum singulæ singulas sortitæ sint. In ora igitur introrsum ad Eucharistiæ ædem præclarum virginium: templi facies adhuc penè recens, respondet Crucis fanum valde contra in eâdem orâ: ac ita proximo loco, vt parùm absint quin ipsa se contingant ædificia. Alterum ad Luciæ tholum, sacrarum virginum chorus: in ede ipsa diua corpus marmoreâ arcâ clausum, multis clarum miraculis. Hæc duo loca quidam Cruceia adscribunt regioni: nos ob eam, quam dixi causam, Canaregio attribuimus. Itur inde rectis aggeribus ad vicum, qui in Hieremiæ campum excurrit. hic diui fanum non tàm amplum, quàm vetus obiecit se herbido campo in riuum spatiari volenti: castigatq; ea parte, quâ sedet, aream vastitatem turris ad summum quadrata: dexter illi riuus, à quo tota est regio nominata. Quidam ab eo nomen factum existimant, quòd in extremâ regione, vbi olim naues construi consuessent, cannarum palustrium fasces ad nauales fabricæ vsum cõparati, passim ordine exponerentur. & quia veteres: quod adhuc plerique dicunt, ad regium locari dixere, E quicquid suo loco, & ordine poneretur: ab re ipsa factũ esse nomen affirmant: vt Canaregium, vnâ literâ detrita, dictum sit quasi cannaregium. Verum quia plurium opinione constat (quod pene res subiecta oculis arguit) canalem ipsum hominum opera, vt plerosq; alios, non naturâ constare: haud absurdum sit dicere, abscissione ipsâ factum esse nomen, ῥήγνυμι frango est, siue rumpo: vnde & rogiæ dicuntur fluuiorum deriuia: & in extrema Italia oppido admodum illustri, hinc quoq; nomen inditum plane constat: vt quem maiores ab initio canalem regium, hoc est, scissum dixerint: recentiores corrupto nomine Canaregium dicere perseuerarint. Qui à rege appellationem loco datam autumant, quid sibi velint non intelligo. Vbi igitur ab Hieremiæ conspectu ad proximum pontem veneris, qui riuo, cuius nunc meminimus est impositus, læua ad Iob fundamenta per oram ducunt. hic Lucæ conditorium: opus ipsum vetus, sed Mauri principis impensa instauratum. Hic & ipse situs est. Visitur in parte ædis Ioannis Bellini tabula insignis, quam ille

inte-

inter primas suæ artis rudimenta in apertum retulit. Sacrorum curam Franciſci gymnopodes habent. In extremâ inſulâ, vnde in Margariam vicum, trâjiciuntur, Parvum nauale, atq; idipſum exiguum, ſecundæ obiectum inſulæ: huic penè iunctum Mauranum atrium ad pauperum vſum ab eodem principe primato ſumptu conſtructum, vndiq; domiciliis circũplexum: intus leuceria & in hortis pannorum tenteria. Si in proximã tranſeundum ſit inſulam cymba opus eſt, aut ſublicium potius Hieremiæ pontem remiſe: vbi eum tranſcenderis ad læuam flectito. hic ſubitò dextrâ occurrit aurificina vetus (patrio ſermone Iactum vocant) locus hodie magna ex parte diruptus: ex eâ inſulâ in campum vndiq; adificijs clauſum ponte tranſcenditur. eſt is vndiq; vt inſula, circumfluus, recentiorem Iactum nominant. Tenuis riuus Hieronymi aræ inde diuidit: Sphæritici martyris in ea ſacrarium, frequens virginum cœtus. inde ad ſtagna nihil memoria dignum. Infectorius vicus in aduerſa ripâ à ſtagno, ad aceti pontem latioribus fundamentis peragratur: anguſta hinc ſemita in miſericordiæ inſulam, ab ede credo, quæ in ſummâ parte ſita eſt, nuncupatum, ducit: altera verò nihilo amplior ad Aloiſiſum, cuius virginium cum modica ade ſtagnis alluitur. In eodem tractu hortenſis virginis fanum (Chriſtophori olim fuit) illuſtris locus multâq; religione virginis. Ex Hortenſianâ aræ in aduerſam inſulam eſt reditus: in eâ Baſſeium atrium ad vſum pauperum comparatum. In fronte miſericordiæ ara cum frequenti clero collegioq; vno ex vrbis clariſſimo. Mauræ familiæ opus, omniſq; ſacrorum impenſa. Omnes ad hunc locum rius ab occaſu ad ortum rectis influentes eodem tractu inſulas figurant: vnus omnium præter eidem à Borea infuſus cæteros ordine excipiens in Riuum altum rectâ decurrit. Quæ intus dicenda reſtant, prius ſunt referenda, quam in aduerſam tranſcendatur inſulam. Ab miſericordiæ aræ fundamentis, (in cuius parte infectorium ſtatuimus vicum) breuis ad Marcellini pontem nec omnino recta ducit via: ex aduerſo diui ſanum & in eo virginis miranda effigies, Arimino (vt fama eſt) miraculo delata: Spartani ad hæc lapidis, aut certè illis perquàm ſimilis delubrum. in eodem tractu ad occaſum magis conſpicuum virginis templum cum numeroſo ſeruorum cœtu (ſic enim ſe qui ibi ſacris operantur nominant) ad aram maximam Mariæ Cleophæ caput. Lapideo inde ponte vicorum inflexu ad geminos pontes ad occaſum potius, quàm ad meridiẽ eſt reditus: donec trirunio nauigetur in riuum altum ſiniſtris aquis. dexteris retro ad ſeruorum aram rectâ in Margariam vicum. In lauâ igitur procedentis riui aræ, modicâ areâ, veteriſſima accubat Leonardi porticus: ades & ipſa inſigni vetuſtate. inde retrò ad Hermagoram carpenda ſemita, templum cum prædicâ turri. Hic mihi vrbem recognoſcenti, Io. Baptiſtæ dexteram per otium ſpectandi facta eſt copia: eam dico quæ Chriſtum Deo genitum atq; ipſum Deum ad Iordanem amnem, baptiſmi lauacro reſperſit: licuitq; antiſtitis indulgentia eam non ſolùm inſpicere, ſed aureo depromptam tabernaculo (quo vix optatius quicquam contingere potuiſſet) identidem exoſculari. vna omnium reliquiarum, quæ in vrbe ſunt, hæc in publicâ cæremoniarum pompa ſub vmbellâ circumfertur. intus Thaſij lapidis columna plaréq; præter hæc in eo nihil dignum memoriâ. Patet hinc per implicitos vicos & quem exaggeratum riuum vocant, ad Magdalenam via, vnde abeuntes continuò poſt ſublicium pontem Fuſca breuis area cum templo excipit. anuſa loci facies: cæterùm nihil in eo quod ad ſui contemplationem inuites. A Diuæ luminibus ſuperius pons idemq; ſublicius ad Felicem tranſmittit: alluitur propemodum diuæ poſtes riuo, qui à ſeptentrione, vt dixi, infuſus ſecundum miſericordiæ aram in Riuum altũ decurrit. Petri Michaelis opus pons, qui in conſpectu eſt, in aduerſam inſulam tranſmittit. ab eo modico proceſſu, læua ad Catherinæ itur. longiſſimus angiportus duobus ligneis pontibus ad eadem ipſam rectâ ducunt: ſedes illa cum numeroſo virginum cœtu in extremâ ad Aquilonem inſulâ. Vnde dextro riuo ad Crucigeros in ſummâ inſulâ ſacris operatos pfectò eſt. crucem illis veteri inſtituto præ ſe ferunt: vnde nomen ſortiti. Cleri Petri diſcipulus religionis auctor: ſed Cyriacus Hieroſolymitanus antiſtes, qui dominicam crucem cum Helenâ Conſtantini matre curioſè quæſitam inuenit, circumfirenda crucis decretum induxit. Barbara corpus penes illos Chriſtophoriq; fœmur. in fronte, domus veteriſſima ad pium vſum conſtructa. Ac quàm nitidum & hilare eorum cœnobium nuper inſtauratum, Aloiſij Dardani procuratione: tam huius loci, de quo loquor, facies ſitu obſita. Remenſis vijs, ad Fœlicianæ pontis diuerticulum, lauâ Sophiam flectitur: præacer ædi patens campus celeberrimus, qua patet in piſcarium forum traiectus: præter diuæ poſtes anguſtiore calle ad Apoſtolos breuis ducit via: vnum ex Magni Opitergini operibus. Vetus turris incubat. hinc retrò ad Crucigeros duplici angiportu ſuis vtroq; pontibus peragrando datur regreſſus ingens. adhæc pro luco area. In fronte pons ſublicius, qui per intortos vicos Chryſoſtomum ducit, ipſum etiam non ſine veteſtatis veſtigio. angiportus inde ad lapideum fert pontem, qui in ſummo calle anguineo ſedet: regionis confiniũm. Ex diui veſtibulo duobus pontibus, rectoq; fermè vico retro ad Cantianum, & Virginem cognomento nouam, aris penè contiguis patet reditus: vtraq; facies ſitu & veteſtate conſimpta. riuus qui nouam virginem ab eâ, quæ miraculorum dicitur, ponte diſterminat, Canaregis & Oliuolenſis eſt regionis terminus.

DE OLIVOLENSI REGIONE.

OLiuolenſis regio (quæ & Caſtellum recentiore verbo dicitur) duarum eſt regionum humeris impoſita, nonnihil & ipſa ad ortum faſtigiata: ac neſcio, an nõ omnium maximè poſt Durum dorſum in acumen exitura, niſi auguſtiſſimum vrbis templum, pari fermè fronte cum virginio, quod contra reſpondet in ſtagna procurreret. Baſis (quanquàm parùm rectilinea) patet, perſcriptis à ſtagno finibus inter Cantianum & miraculorum ædem, mox inter Marinæ & Saluatoris fanum, Iulianum, & eadem aureũm in canalem vſq; maximum. Quæ nunc Caſtellana

lana est, edes Oliuolensis quondam fuit. recte igitur tam hinc regionis nomen, quàm inde traxeris. Insula in ea circiter XX. sacra edes, aliquanto plures, & vt descriptionis ordo omni proplexitate careat: hac quoq; eâ parte adeunda est, quam proxima regionis relatio inuenerat sibi exitum. Referentur itaq; primo ea, quæ ad borealem attinent oram: mox reliqua dicentur. Ab arâ virginis, quæ noua olim cognomentum sortita est, sublicius pons ad miraculorum transmittit edem, locum, vt noua ita præcipuâ religione insignem. fuit breuis Virginis tabula angusto calle affixa (quod in plerisq; locis vrbis cernere est) ea proximis annis subitis miraculis illustrata, magno mortalium concursu frequentari cœpta est: quo breui contigit, vt amplissimis donariis eodem quo fuerat loco, marmorea sit ades erecta. opus magnificum, ac nescio post auream edem omnibus, quæ in vrbe sunt opere & materia longe præferendum. Exterior facies adis à summo ad imum Liguſtico saxo, Histrico & Benacensi interiectis, est ceu tabulis contecta: à fronte porphyrites, Sparrannusq; lapis ad ornatum reliquum per interualla distinguunt materiam, opus ad consummationem spectat. Contra edem nouum virginium, & ipsum nó vulgari apparatu ab imo eductum, vtrumq; opus Francisci Dedi equitis, & Francisci Zeni procuratione à fundamentis excitatum: mox M. Superantio, & Thomæ Contareno procurantibus productum opus, nouissimè Leonardo Lauretano, & Augustino Superantio extremá penè manus est operi admota. Fuerat Amantia fusilia imago illa, priusquàm illustrari contigisset: atq; rei monumento publicè decretum, vt duo Amantij cum duobus patricijs sacram pecuniam donariaq; procurarent. Recto deinde calle ad lapideum itur pontem, qui tenui angiportu, atq; altero ponte ad gemellos mittit. opus amplissimum, ac præ nimiâ altitudine caliganti fastigio: vasta magnitudine, cultuq; penè pari Prædicatorum conuentus, quatuordecim principum coemiterium. Sparsim totâ ade visuntur illorum monumenta: sed omnium, vt maximè recens, ita nobilissimum Petri Mocenici principis, ex hostium manubijs erectum. Præiacet templo area cum lapideo ponte, qui in minores birros, & maiores mittit: medio tractu circa pontem Marciani collegij conclaue illud clarissimum nobilibus tabulis, & auro præditum, quod hoc quadriennio non sine totius ciuitatis mœrore nocte vna conflagrauit. nunc materiâ longè sumptuosiore, quàm antea instauratum, nouissimeq; à fronte Alouisio Dardano collegij magistro, apparatu longè opulentiore excultum. Eadem areâ Bartholomæi Bergomatis equestris statua aurata, marmoreæ [illegible] imposita, (opus visendum) quùm hæc proderemus publicâ impensâ defuncto posita est, vasto à tergo atria templo adiecta, ac tàm ampla conclauia, vt centum, & amplius sacrorum causâ inibi fermè agant. Bibliotheca adhæt ingens hortis incubans: qui cum non parua ædificiorũ parte stagno alluuntur. Ad Iustinam inde aliquandiu rectà itur: euntiq; ad læuam post gemellos herbidus occurrit campus, vbi hi, qui in nauales turmas scribuntur, sagitandi peritiam delectum habentibus, probant. Contiguus inde vicus cum venalibus tabulis vtrinq; ad ædificandum dispositis. Barbarum vicum vocant, quem rectius tabularium dicerent. Per aream inde ponticmq; vnum sublicium hilari fronte instauratæ nuper euntem Iustina excipit, edes alioqui vetustissima: vtpote vnum ex Magni Opitergini operibus. Accubat recens fano virginum Petri Mauroceni. Berthucij Delphini, Michaelis Cornarij, & Laurẽtij Delphinij (qui aream obtulisse dicitur) procuratione erectum, addiderunt aliquid templo Zacharias Barbarus, M. Antonius Maurocenus, Hieronymus Contarenus, Matthæus & Andreas Donati fratres, & Hieronymus cognomento Ioannes, qui hodie procurant. Angusto vico eunti herbidus aperitur cãpus, cum antiquo in Murianum traiectu, qui frequentari desijt: excurrit planicies illa, vtpote in vrbis recessu, aliquanto licentiosius ad alteros Francisci gymnopodas, qui ad nouam diui aram sacris operantur. Tenuis templi huius ornatus: sed ædificia adè circuniecta, quaq; in stagnum protenduntur, amplissima, ingentes vndiq; explicant porticus, & supra illas frequens bibliotheca. Andreas Bragadinus sexaginta auri pondo in id opus contulit, Hieronymus Badoarius quadraginta, atq; vterq; viuens dono aurum dedit. Monstratur in vicinis hortis ædicula Diuo Marco sacra, à principe, & patribus veteri instituto quotannis stato die adiri solita. hîc quum ab gymnopodum vno quæsiuissem, ecquid esset, quod locus vinea diceretur, quum nulla circumiecta essent vineta: insulam esse ab vrbe respondit, ad quinq; millia passuum, quas vineolas hodie vocant, ibiq; ædem Bernardino præfuisse aliquandiu editui nomine: vnde postea trãslatam in vrbem religionem loci nomen retinuisse. Visitur in ædis vestibulo Ludouici Siciliæ regis sepulchrum, corpore ex Hierosolymis in vrbem pro sanctiore quodam deportato: verum cognito errore placuit purpureo pallio eius arcam, editiore loco sitam, operiri. Ab Francisci ara deflexa via præter opium Bocolorum hospitium, inflexosq; vicos ad altera itur Trinitatis tecta: vbi Anastasiæ corpus, à Valerio Valerij cognominis Byzantio delatum. Ex areâ qua vestibulo ædis præiacet sublicius pons ad Cælestinam mittit edẽ (vbi chorus ingens virginum) annosum templum cum effigie virginis, miraculis multis illustratâ, Celsiq; Principis marmoreo sepulchro. Hic quoq; locus, qua in ora stagno alluitur, post Trinitatis fanum, Geminosq; puteos, pium Io. Zachariæ hospitium, medio fermè vico cum tenui sacello occurrit. Publicum hinc nauale visitur, cuius mœnia procul venienti vastè se pandunt: immensum opus, ac ita longè lateq; excurrens, vt XX. circiter stadia circuitu pateat: vndiq; valdè munitum. sed intus, si quis omnia collustret, haud facilè expediet, nauale ne an armamentarium potius sit dicendum: siquidem præter ingentem triremium numerum in pontibus stantium, ad omnem occasionem paratarum, præter alia nauigia, & multa & varia, quisquis vim tormentorum maximam, arcuum, sagittarum, telorum omnis generis, quorum amplissima sunt conclauia referta, si quis anchorarum, velorum, funium, remorum, omniscq; nauticæ rei stupendum inspexerit apparatum, fateatur necesse est, nullum esse tã

aruum

urdinum bellum, nullum tam diuturnum, siue terrestre, siue maritimum, ad quod instruendum id nauale non abunde esset arma suffecturum. Sed ab ipsa rei magnitudine efficacius exprimenda, quoniam id verbis præsteri non potest consulto abstineo. Sub ipsius naualis mœnibus in Martini Pontificis aream transeunditur: amœna templo facies id subeuntibus, ad lœuam paulo eminentiore loco vetus est sepulchrum tribus familiis olim commune: sed tam angustum, vt ne extensa quidem cadauera possit capere. Vnde quum forte locum spectarem, subijt animum repetitio illa: quanta fuisset olim ciuitatis parsimonia, in qua plures fuerint quinq; pedum & quadrantis, possedissent tumulum. Intus sub delubro basis, cum harpyis duabus, veteri opere incisis, ostenditur, nobiliore quidem opifice quàm materia: certum hodie statuarijs, & pictoribus figurandis monstri exemplar. Dextero inde templo ad nauale itur ianuam, Maripetri principatu marmoreo opere munitam. Eminentissimus pons transeunditur riuo impositus, per quem triremes in apertũ protrahuntur. hinc præter nauale mœnia in sagittariam itur stadium: vnde per Tanaidis campum ad hospitium duobus Apostolis sacrum ducit via. Vetusta hic omnia tam me hercule, quam in Danielis virginis quod ad lœuam hinc digressis collapsa penè fronte occurrerit, templum senescenti facie infirmum, testudine & fulcicibus fultum: in eius vestibulo marinæ belluæ, portentosæ magnitudinis ossa. Duæ hic virgines Io. Martyris sacrarium nobis reserarunt: corpus penè integrũ. & vt ex illis didici Byzantio delatum. Ad hæc vsq; loca decurrunt nauales mœnia. Aduersum insulam obtinent, quæ inter sanctimoniales vrbis, peculiari appellatione Virgines dicuntur: in ede nihil præter vetustatem occurrit obseruatione dignum. virginum ipsum nocturno incendio nuper deflagrauit, atq; biennio minus sumptuosè instauratum. Hinc subito pons longissimus in Olivolensem transmittit insulam, vbi patriarchica nunc sedes, vbi & diui Petri fanum, Magni Opitergini opus: vetustate in eo nobilis, sed rerum apparatus longè nobilior. aurea testudo aream maximam incubans: pauimentum tessellatum: columnæ & multæ & magnæ: sed omnes peregrini lapidis. Herbidus campus ad riuum procurrens, turrisq; in eo candidi lapidis paucis ante annis ad fastigium fermè perducta. Insula omnium extrema ad ortum, nunc quinta à quibusdam vallis dicitur: olim vt planè constat, Olivolensis, ab olivis in ea consitis, vt quidam memoriæ prodiderunt, nominata. Post longissimum pontem, cuius proximè facta est mentio lœuo calle, perq; alium sublicium pontẽ ad Annã transeunditur. sedet ea in insula, quæ omnium regionis huius maximè est australis: virgines hic quoq; plurimæ. hinc rectis aggeribus profectum Dominici limina excipiunt: frequens in eo prædicatorum conuentus. Rectissimâ inde viâ lœuo templo ad Antonium ducit. Per apertã ligneo vno ponte superato, e-

A ratione conspicuum. Citra ligneum sacellum ad tempus religionis gratiâ erectum. vestigijs retrò obseruatis, lœuum occurrit nauale, cum publica illa, arce verius, quàm naue in pontibus adhuc stante: inde per Dominici callem in oram pientissimum illud omnium, qui in vrbe sunt, domicilium, vbi ex abiectis tijs certus puellarum asseruatur numerus, quæ ab ineunte ætate optimis artibus instituuntur. Sed imprimis morum habetur ratio: tam seuera adhibetur disciplina, vt non modo nõ compellandi cuiusquam alterius sexus, aut alloquendi, B sed ne videndi quidem vllæ relinquatur occasio. Vbi verò per ætatem adoleuere, & iam viro matura esse cœperunt: publico ære honesto matrimonio locãtur. Incubat à fronte aquis aduersâ ripâ Ducarium atriũ, ad pium vsum nuperrimè absolutum: ex eo ad supremum itur pontem, qui aquis à superiore publici naualis parte corrumpatis incubat. Ex aduerso ad meridiem Antoniana insula desinit vlterius procedere. Publica lignorum conclauia circa pontem ad opportuniores ciuitatis vsus comparata. Reliqua ora, vsq; ad pontem, C regionis confinium (eum palearem vulgo vocant) quinq; peragratur pontibus, iam hinc ordine referendis. A primi pontis transcensu Blasiana excipit ara, in tenui ede, quæ area introrsum præiacet. Græci perquam pauci nuper hic sacris operabantur. Onerariarum nauium vis ingens proximæ hæret ripæ: totâ orâ naute pro statione tutissimâ vtuntur. circa pontem, qui proximus se offert, citra, vltraq; publicæ horreamox & publici fumi, vbi ad nauales vsus panis vis ingens conficitur. Inde domus, quæ Dei optimi maximi D dicitur, occurrit: mox ligneus pons, vnde ad Cœlestinã introrsum nauigatur eadem: Occurrit fundamenta tenentibus dexterum Christi regis sepulchrum, cum virgine: pons inde lapideus à proxima pietatis domo nuncupatus occurrit: Huc pueris furto concepti abiciũtur, abiectiq; diligenti cura, & studio aluntur. Subiectus huic ponti riuus Iustinam vario inflexu spatiatur: hinc ad Bragolanam eadem diuerticulum ducit. Est & à medijs retro fundamentis huc deflexus breui angiportu: est res ipsa iam euo confecta, vtpote iam inde à E Longobardico tumultu condita: Ingens area templo accubat, vbi mihi de loci nomine diligẽtius sic scitanti, senes quidam, vt ex eorum sermone aduerti non omninò deliri, memorabant accepisse se à maioribus, priscos illos Venetos, qui ab initio vrbem tenuere, mercatum Bragolam appellasse, & quia olim eo loco frequens mercatus celebraretur, datum ob id loco nomen: fuerunt, posteà qui mihi dicerent, illic olim piscosa fuisse loca: atq; idcirco quia piscationem veteres Bragolam dixissent, à re ipsa nomen locum accepisse. Non desunt, qui F Bragolam Io. cognomento Eleemosynarij patriam fuisse memorent, atq; a diui sacrario nomen vicinia datum: alij a Patauinis, quos patria à barbaris eiectos primos omnium eã vrbis partẽ tenuisse constat, torcular bragolarium duci aiunt. Sed cur in insulas sit nomen translatũ non expedsunt. Angiportus malis vadis per quem à pietatis æruã in Bragolanũ diuertitur. Proximi inquilini narrabãt mihi, existimare se, verissimũ esse illud, q; maiorũ relatu vulgo percrebuisset, eo olim loco reos capitali supplicio affici solitos, atq; in argumẽtũ fabula adducebãt

insulæ

infœlix ibi vadum esse, affirmantes, vidisse sapius se, illic viros subitò congressu contrucidatos: alios verò, aut lapsu pedis, aut diuerso casu periclitatos. Per hunc ipsum vicum obliqua semita Baseia domo ad dexteram relictâ in oram breuis est reditus. sequuntur duo inde pontes, hic aquis Zachariæ virginium à tergo alluentibus incubans: ille riuo qui eiusdem diui lapideum pontem à fronte irrigat, nouissimus omnium qui à venali palea, qua nunc ad Georgij fanum venditur, nomen habet, atq; hic regionis finis. Sed huc non est venire, vt reliquum regionis per agrari possit: quin retrò per Rasianum vicum in proximam venire oportet aream. ad læuam viculus breuis ad commune Iacobi & Philippi aram ducit: templum ipsum aquis dirimentibus diui Marci tergo penè hæret auersa area parte. A fronte Io. cognomento nouis limina: sed illa ipsa veteri non noua facie: ad dexteram eodem vestigio stantis Zachariæ virginium, vetus & ipsum opus: sed nunc proximo loco fanum ornatissimo apparatu erectum, nulliq; nouorum operum sumptuositate & edificij ratione post habendum. Ad veterem aram, Gregorij, Zachariæ, Theodori, Sabinæ, Pancratij, Nerei, & Achillei corpora, vno condita sunt sacrario. Diui atrium egressis ad dexteram in conspectu se procul templum offert: in eo præter auium nihil hodie miramur. in aduersa insula sedet Mauricius: vnde per breuem vicum ad geminos pontes est aditus. Dextero relicto, per eum, qui à fronte occurrit, in subiectum angiportum, & vicinum pontem dexterâ ad Antoninum, Particiatia familia opus vetustum transcenditur: vbi & Sabæ sacrarium. fundamenta sacra ædis propinqua, ac paululum incurua in Bragolanam retrahunt aream. sed de loco plura fortassis quam oportuit: si lævâ à pōte procul ire pergas, de quo nuper diximus, ad Io. Hierosolimitanum, & in Foro-Iulianū vicum venies, vltrà quos ad occasum aduersa insula Laurentianum virginium, cum æde ei, quam proximo loco Antonino sacrâ ostendimus æquali. id quoq; Particiatiorum opus fuisse memorant, anno condite vrbis circiter CCCC. extructum: vtranq; insulam veteres geminas dixere. Per pontes nouissimè dictos ad diui ædem retrò patet reditus. dextero riuo post geminum pontem, septentrionem versus fundamentis itur: lapideus pons ad diuum & virgines ducit: hinc longissimis patentioribusq; vicis ad pontem venitur, qui in longum transmittit callem: hinc dextera ad Lateranum ducit, locum penè sacris destitutum. Recta ad Mariam formosam, vastus campus atq; herbidus blandè venientes excipit: ad meridiem templum attollitur, Magni Opitergini monumentum. Delubrum in eo porphyretici lapidis, cum subiectâ columnâ nobili materia, sed opere nobiliori. duobus hinc pontibus semotisq; pene rectis ad Marinæ aram venitur: ibi diua corpus Bizantio delatum. Per eius aream, & lapideum pontem sit reditus ad miraculorum ædem, vnde scribendæ regionis sumpseramus initium: versam inde viam, quæ in fronte diua est ingressus ad Leonis fanum inflexis vicis vnoq; ponte transcendens (Lium vulgus corrupto nomine vocat) opus per se vetus: sed magna nuper ex parte instauratū, & hac sacrarum ædium, quæ in Olivolensi sunt regione nouissima, ac penè confinium ipsū.

A A tergo introrsum capsarium habet vicum, qui vsque ad pontes regionem ea parte claudentes, bifariam extenditur.

DE SEXTA ET VLTIMA REGIONE.

RElinquum erat, vt de nobilissima vrbis regione diceremus: quæ eadē est & diui Marci, in XIIII. diuisa insulas, sacras ædes decem & octo: Eius forma ad occasum resupinata basim duabus insulis affinem, nec rectilineam habet: Duro dorso, & Paulina regioni est à lateribus & à fronte inserta. eius descriptio à Canaregij finibus sumet exordium. Lapideus ibi pons Germanici emporij tergo hærens: mox & inflexus vicus, qui in anguis speciē intortus anguinus dicitur. sed illis ipsis ambitus hinc inde densissimis sunt officinis referti: in quibus omnis vrbicus purpurea textura apparatus, non sine spectantium admiratione, conspicitur, incredibilis opificum manus, in auro, & serico varij coloris explicando est occupata. Ad lævam sinuosus callis ad pontem ducit, per quem ad Leonem Olivolensis regionis transcenditur: ad dexteram Germanicum se offert emporium. locus alto riuo imminet. Plurimi hic Germani sanguinis conductis ad id circa atrium cubiculis, negociantur: ingens inde Reipublicæ vectigal. Quicquid mercium ex vrbe in Germaniam & circuniectas oras deuehitur, hinc propemodum deprimitur: quicquid rursus inde affertur, hic negociatorum oculis subijcitur. plura semper nauigia, ad mercium vecturam: quæ sita subiectis hærent ripis. Ab emporio in apertum egressis riuoaltinus pons dexter occurrit, ad lævam frequentissima vrbis via ad aureā vsq; ædem, & ipsa admodum sinuosa decurrit. Tota inter capedo, quæ quatuor penè continet stadia densissimis dextrâ lævaq; aromatarijs aliisq; omnifariam tabernis officinisq; promiscuè feruet interiectis. in his omnis vrbica, peregrineq; mercis copia venalis exponitur: adeò vt quum omnia in apertum deferuntur, inter blanda vrbis ornamenta id soleat magnorum hospitum oculis subijci spectaculum. Per eam aliquantò progressis Bartholomæi vestibulum fano accubans ad dexteram se offert: dextera & Saluatoris ædes cum Isidori corpore, conuentu celebriq; opus testudineum præcipuâ religione præditū: nec multò post contractiore fronte, & Iulianus, (qui à latere spatharium habet vicum, aquarium verò à tergo) mercariâ viâ à fronte pergit in aureæ ædis aream procedere. sed ad oram vnde digressi fuimus, est redeundum, vt ordine dicantur, quæ hinc sequuntur. Quicquid igitur à ponte omnium maximo (qui idem est & riuoaltinus) secus aquas peragrari potest, totum aggeribus est suffultum: quibus hærent mercatoria exotici Italiciq; vini naues: ita inter se frequentiâ stipate, vt mutuus sit inter illas transcensus. In fronte tabernæ plurimæ olearia, vini apotheca: hic baiulorum, & omnium ferè, qui sordidum faciunt in ciuitate quæstum semper turba ingens. In extremis aggeribus angustus vicus in Lisca aream ducit: hic à tergo ararius vicus, per quem ad Saluatoris ædem retrò patet accessus: à fronte angipor-

angiportus, qui ligneo ponte in sagittarium callem mittit. Haud procul ab aream diuerticulum ad diui aram, unde in aperium reuersi, perstringendum Lucæ diuerticulum, & mox Paterniani vestibulum. Hoc cum ede ad lænam relicto, duplici angiportu sublicio ponte diremto, ad Benedictii vetustam itur eadem, diuitholus cum præcente introrsus area ad ripam vsq; qua in aduersam traijcitur insulam. Post diuerticulum recta procedit via ad Angeli fanum. nouæ hic turris: vetus, quæ ibi fuerat subita ruinâ non sine plurium pernicie noctu repentè corruisse dicitur: quin & tertio ab hinc anno item noctu è cœlo tacta, adeo omnibus penè lateribus concussa est, vt resisti non posse diuina visa sit: sed latera subsito instaurata. Eremitanorum atrium cum augusto protomartyris templo ab Angelo digressum lapideo excepit ponte. frequens huc conuentus, templumq; sacellis plurimis, & pauimento ornatum: in fronte cœmiterium, mox & vicus cum bubulis stabulis, & lacte omnifariam venali. Hinc flexus ad Rochi & Susannæ aram. huc his paucis annis Rochianum collegium conscesserat, ac plurib. ædificijs solo æquatis, quæ ad hoc ipsum coemerat, nouum sibi cœnaculum, cum diui ædem, erigere adortum est, sublato inde veteri lupanari ingentem explicauerat ad ædificandum aream: quum repente mutato consilio cum ipsis sacris, ac diui corpore, ex Gallia nuper delato, & q; pro tempore in Gemmiani fano religiosè fuerat asseruatum, in vetustissimum fanum vltra riuum commigrauit. Nouissimè hinc cum omni cæremoniâ profectum, eum circa Minorum ædem locum instaurauit, vbi prima fuerant diuo sacra fundamenta: est id hodie (quanquam recens) ex quinq; celeberrimis vrbis collegijs vnum. Illis igitur abeuntibus locus est iterum profanatus: sed non multo post in sacrum vsum restitutus, traductusq; eò frequens virginum cœtus. ædes cum virginio tumultuario penè opere extructa, Rocho & Susannæ sacra. Relinquunt hoc commune fanum ad lænam hi, qui ad Samuelem ire pergunt: præcedit illi area cum traiecto omnium fermè, qui in vrbe sunt frequentissimo. Iam hinc atq; aliquanto retrò vsq; ad Trinitatis fanum citra vltraq; riuum clarissima spectantur vrbis ædificia: inde eisdem vestigijs ad Stephani aream redeundum. Cymba, qui volet, ad proximam Vitalis ripam euehitur: exiguum id templum, hinc publicam charitatem spectâns, inde virentem protomartyris campum. Mox ex diui conspectu cymba ablatus: post appulsum ad Mauricium per tenuem ibit angiportum. parum abest quin ille Eremitanæ aream à tergo accubet: tenui riuo discernitur. Campus, qui diuo præiacet ad lapideos mittit pontes: post illos Iubanica virginis vetusta occurrunt limina, cum turri præ multâ vetustate iam collapsa: in ade columnæ plaraq; & peregrini lapides vetustissimum loci arguunt apparatum. Campus a fronte ad Gregorij traiectum excurrit: secus Iubanicæ tecta per inflexos calles ad Angelum lauâ, dextrâ ad Fantini itur aream. Hic virginis imago mirâ religione, assiduis q; miraculis illustrata, fronte adis nitida, candidoq; saxo nuper instaurata. Duplici inde via in diui Marci itur aream, læua per sagittarium vicum, dextrâ pontibus duobus. In vlteriori con-

A spectu, Mosis fanum cum acclini turri. hic quoq; virginis icon, & ipsa miraculis multis insignis, tenuecq; fabrorum collegium: sed huiusmodi collegia regionatim omnibus fermè templis reperiuntur. Recta hinc ad adiculam virginis ducit. omnia ibi tenuia. Viculus ex huius conspectu in Gemmiani fert vestibulum: id in aurea adis aream cum ipso templo decurrit: duæ deinde porticus dextrâ lauâq; vsq; fere ad aureum edem longè lateq; spaciantem amplexantur aream. Imæ vtriusq; partes publicè locantur: & cum his lauæ porticus superiora domicilia: dextera verò à diui Marci procuratoribus inhabitantur. A Gemmiani vestibulo illa profecta per pontes, & in erarium vicum & alia ignobilia à tergo loca peruia est: ipsa cum aream vsq; in mercariam excurrit viam. Tu publica quædam sine porticu ædificia ad Bassi vsq; vestibulum protenduntur: qua spatharium vicu & aquarium post se propinquo loco habent, sed illa superius dicta procuratoria porticus, & ipsa spaciantis area emula, pergerent ad aureum vsq; adem procurrere, vel potius in forum ipsum, cui magis contra respondet, nisi superbissima turris occursu comprimeretur. Est omnium illa quæ in vrbe sunt eminentissima, adeoq; altis fundamentis nixa: vt penè plus operis latere crédatur quam ad auras extet. summus apex adeò sublimis, vt fulgor auri, quo illitus est, ad ducenta stadia ex alto nauigantibus, velut siluberrimum quoddam occurrat sidus. sanctiora conclauia, in quib. pecunia & alia quoquo modo diui Marci procuratoribus administranda diligenter asseruantur: fistuæ fucus turri accubant: perui fornices a summa porticu ad pium diui Marci transmittunt hospitium. In aditu magnū conclaue, vbi publico decreto his annis literariū est Gymnasium constitutum. hinc postea egressis ad meridiem explicatur area: qua & ipsa duabus cohibetur porticibus, sirensi ad ortum, ad occidentem solem tabernaria. Hæc à fronte paniceas tabernulas habet, intus superiore parte meritoria hospicia: infra cauponulæ multæ, cum sellariolis popinis. in summâ porticu ianua ingens qua ad nummariam ducit officinam. Hic assidue vis ingens auri & argenti cudituræ: opifi. cum ingens numerus. mox hinc alterum hæret macellum cum piscario foro; & tabernis plerisq; sellariolis nūmariæ officinæ contiguis. Post piscarium forum sequitur & caparium: terram nouam eam loci intercapedinem veteres dixere. Ædificia illis impositæ, vbi nunc publicæ sunt horrea, olim carceris vsum præbuêre. constat ibi Genuenses Clodiæ captos in vinculis olim habitos. Ripa à vetcribus cloacis, quæ hodie non sunt, vsq; ad paleariam pontem, tum cymbæ plurimæ, tum maiora nauigia, partim ad vectores excipiendos parata, die noctuq; hærent: medio tractu introrsum in Marciana aream, quâ ad meridiem excurrit, gemina columnæ præstanti forma prominent. mira in illis spectatur proceritas: in hoc epistylio diui Marci simulachrum ea forma, qua alatum imitatur leonem, in illo Theodori martyris intentâ hastâ draconi incubātis: In vtriusq; numinis tutelâ ciuitas ad hunc diem mansit: in martyris olim, nūc in diui Marci est. In ipso intercolumnio sontes capitali afficiuntur supplicio.

Reliquum

Reliquum est, vt de Ducario ipso & aurea æde dicatur: quorum ingens rerum apparatus, si à nobis accuratius explicetur, tertium explebit libellum, nec adhuc rem plenè prosecuti erimus: sed brevitate verborum perstringam, vt ea solùm memorentur, quæ præcipuè visa fuerint admiratione digna. Tribus Duearium ipsum patet lateribus: ad Aquilonem aurea ædis accubat: quâ Austrum & Zephyrum spectat, crassioribus subnixum columnis, longissimas explicat porticus: quarum hec publico præsenta est carceri, illa institoribus magna sui parte deseruit. Vtroq; latere eminentior porticus, his duabus imposita, duplici columnarum serie suffulta: totaq; in fori vsum assumitur: amplissima conclauia porticibus incubant: quorum hoc quod occidui est lateris publicandæ bibliothecæ fuerat destinatum: illud meridiana ora comitium habet, vbi totius ordinis suffragio magistratus creantur. Duplex hic armamentarium, vtrumq; comitio contiguum, publicis armis refertum: sub quorũ altero XL. Viri ciuiles audiunt causas: reliquum latus, quod hodiè ob nouam instaurationem est penè dimidiatum, sub veteri structurâ vetustissimam Nicolai ædiculam habet, & tribunal, pro quo publici aduocatores causas audiunt. Suprà veteri instituto senatus habetur: reliquum, vbi vetus fuit principum sedes, quæ medio Ferrariensis belli tempore deflagrauit, materiâ quidem nobili, sed opere adhuc nobiliori ab imo ad fastigium est nuper instauratum: Aurea ædis forma, quæ eadem est & diui Marci, crucis videtur mihi figuram exprimere: quemadmodum fuit in historiis à me demonstratum. Et vt ab imis partibus superbum apparatum scribere incipiam: pauimentum habet partim tessellato distinctum opere, partim marmoreis tabulis, aliisq; non parui precij lapidibus munitum: in quib. (vix aliquis credat) semipedales spectantur carchedonij. Ad aram maximam columnæ duæ alabastrita lapidis: plures ad hec circa aram maximam, & columnæ, & tabulæ, ex porphyrite & Laconico marmore: facies templi ad dimidium ferè tabulis compacta est marmoreis: quicquid inde ad fastigium tollitur, purissimo fulget auro. Altissimæ testudines, Græcanicis operis, diuorum habent simulacra: quæ mœstâ præsentiâ non plus venerationis spectantibus incutiunt, quàm horroris. Vestibulum cum exteriore facie eodem opere & materia præstitum: sed eò superbiore aspectu quo marmoreæ columnæ multiplici serie & à fronte, & à lateribus omnia conuallant. In ipsis laterum fastigijs, crebrisq; pinnaculis, marmoreæ diuorum statuæ genijs colludentibus ordine impositæ: in vestibuli supercilio quatuor æreæ equi alacri statu prominent: quod spectaculum non parum affert ornamenti opulentissimo alioqui templo. Plumbea tegula, adẽ, forum, & curiam operiunt: Diui Marci corpus occultiore conditum est sacrario, ac omnino paucis noto. Ad aram maximam gemmata tabula inter publicos spectatur thesauros: Hæc ibidem semper: illud sanctiore asseruatur loco. Frequens hic clerus cum antiste, quem primicerion vocant. Et hæc de situ & illustribus locis vrbis. Nunc pauca in vniuersum dicam. Omnium sacrarum ædium, quæ totâ vrbe sunt, aut quadrato lapide, aut tessellato opere tabulisq; marmoreis substrata sunt pauimenta: omnes circa aram maximam, & in vestibulis peregrini habent lapidis columnas: plereq; aureas testudines, circa aras aureæ tabulæ, quas pallas vulgò nominant. Plebanicæ ædes, quæ singulæ singulis sunt insulis sitæ, suum qualibet antistitem est sortita (plebanum hũc vocant) famulantem habet & clerum, à quo canonico ritu sacra transiguntur, eaq; ad organorum cantum. Hoc in Virginijs ipsis, hoc in cæteris ædibus sacris collegium habentibus: ita vt sine rubore affirmare possis hanc vnam vrbem in toto orbe verè sacrificulam hodie nominari posse & debere, atq; sacrorum cultu ceremoniâq; solemni, nulli earum quæ in terris sunt, post habendam. Tota ad hæc quacunque pedibus peragratur lateribus munita: Priuatæ ædes domesticatim puteos habent. Quæ aquis incubant, ripæ ad naualem vsum, atria, porticus, vestibula columnis Dalmatici Histricinæ lapidis fulta: sed intus hæc magis quàm foris spectantur: ex eâdem materiâ cœnaculâ, fenestræ, partesq; ædium eminentiores. nulla fermè est recens domus, quæ non aurata habeat cubicula: nec procul aberat, quin iam ædes pro tectorio essent aurum habitura, nisi luxuria in dies validius incumbẽti legibus itum esset obuiam. Idem in muliebri cultu splendor: qui & ipse paucis annis sæpius est coërcitus. Nulla, inualescente luxuria, fuit tam mediocris fortunæ fœmina, quæ non in auro conspiceretur: nulla quæ non aureos torques immensi ponderis collo induceret. vtrumq; lege, vt dixi, ademptum. Quo factum est, vt iã omnis delitiarum impetus, in gemmarum & vnionum ostentationem incubuerit. Quum igitur ornatiores in publicum exeunt, quicquid à medio sursum est, gẽmis & grandioribus splendet margaritis. Virorum cultus in vrbe ciuilior, quàm foris. à pueris vestibus ad pedes demissis vtuntur, atq; ipsis plurimum nigris. Violaceus color satis frequens, sed coccus adhuc frequentior. Æqualis vtpote in libera ciuitate habitus: permissum cuiq; colore, amictu, vestitu, qua volet vti. quo fit, vt nullũ inter ordines primo aspectu appareat discrimen. Capillus vulgò flauus, ac fluidus, ita vt adhuc iuuenes pleriq; calui fiant: color candidus: statura magis procera quàm brevis: tacitus incessus, ac curiosus: sermo grauis, & demissus, & qui plus gratiæ sibi vendicet, si aliquâ sit ex parte adulteratus. Patriciorum studia, aut in re publica administranda, aut in negociatione sita: philosophiam nonnulli attingunt, quidam etiam eloquentiæ studia: ac facilis in vtroq; profectus. quo apparet totius gentis ingenia, non minus ad liberalium artium cultum capessendum, quàm ad id, quod curant, naturâ comparata. Medius ordo mercaturæ, & opificijs vacat: vulgus remigia explet. Victus omnibus magis nitidus, quàm sumptuosus: parsimonia, & lege, & naturâ quæsita, in cæteris moderatur.

MAR.

Digitized by Google

MAR. ANTON. SABELLICI DE SITV VENETÆ VRBIS Liber tertius.

Situs vrbis, vie, templa, arca, rivi, pontes, omniaq; ædificia, publica & privata, & cum his civium cultus, & mores sic habent: nunc de suburbanis dicam locis. Qua narratio eò erit, ut ipsere iucundior: quò & magis varia, maioreq; vetustate referta. Cæterum littoris natura (rara alioqui visu, ac nescio an vsquam alibi terrarũ mirabilius operata) gratiam afferet non mediocrem residua huic instituti operis lucubrationi. Habet (vt breuiter dicam) Veneta littorum ora, quæ ab ostio Padi maxime in Aquileiam verso initium sumens, ad Gradatas vsq; aquas, quæ Aquileiæ in fluctu præiacent, littore plerisq; locis abrupto peruenit, marinos fluctus in placidissimos stagni speciẽ conceptos: qui æstu pelagi in vada adacti, passimq; fluminibus occurrentes, nouum quoddam exhibent naturæ certamen: nunc terrâ sibi quicquid id est, nunc aquis vendicantibus. & magis adhuc mirari possis, sedes interum amœnissimum littus perpetuis certaminis arbiter: quin auctor potius, huic pluribus fluuiorum ostiis maris æstum in stagna transmittens, inde admisso procul se terram distinens: & ipsum totum pene cultum, & vt intra se cætera volantes, ab omni maris iniuriâ suo obiectu defendit. Quo fit, vt alibi vineta, horti: alibi salina, piscationes, templa, turres, ædificia publica & priuata, effusa toto stagno existant. Et quum aqua omnia intra littus obtineant: imperat tamen aquis humanus cultus. Sed quantumcunque alternantis naturæ id spatium est, quod obiectus littorum diximus his finibus contineri, Longobardicis temporibus fuit priscis Venetis, ex regione, quam longè lateq; in terrâ Italia ad id tempus habuerant, reliquum: Fuerant antiqua Venetia fines (quod in historiis monstrauimus) Abdua, Alpes, Padus, & Adriatici littoris ora Aquileiam vsq;: sed barbaricis armis, ex omni continuatus ora Venetis depulsi, ex fœdere hos, vt dixi, sunt fines sortiti: id totum suburbanæ regioni damus: cuius explicatio, vt magis sit perspicua, eam in 10. partes, & quasi regiones diuidemus, quas in fronte ipsa fluuiorum ostia præscribunt, intra littus ad inter nos suos in stagna exitus ipsi animum meatus. Dabit itaque Eridanus fluuiorum (vt poeta ait) rex, instituta narrationi exordium. Is boreali suo ostio quum Athesi, qui Tridentinis montibus ortus, Veronaq; infusus, in Adriam euoluitur, primam constituet regionẽ. Plinius hunc Padi fluuium carbonarias nominauit fossas, quas hodie fornaces dicunt. Suspicari libet, aut antiquam ostiorum rationem omnino mutatam: aut Plinium non omnia vidisse, quum non Padi, sed Athesis ostium, recentes accolæ fossiones vocent. Extrema regionis ora inculta, vepres ab vrbe ad 400. fermè distans stadia: nec circa littus omnino palustris, sed densa virgulta solum fructeq;, & arbores admodum rara vestiunt. Intra Lauretum, à littore tria millia passuũ, Vitalis Phaledri principis opus, vt plures annales habent, Adrianorum clade insigne. Adriensis his locis à Venetis ingenti prælio victi apes & celebritatem omnem in perpetuum amisere. Per una prater oppidum ex Athesi in Padum nauigatio, extremo riuo, secus Athesim, turris cognomento nona: sed facie per vetusta, supra vastæ paludes, & in his antiqua ædis vestigia: quæ diuo Andreæ fuit olim sacra; nunc prophana omnia. inde ad caput aggeris nihil memoriâ dignum. sedes locus extrema Athesis ripa, vbi fluuialis agger finem initium: ita vt hinc non alunde nomen loco factum suspicari possis. Extrema regionis linea à Pado producta, per paludes à tergo in extremos oppidi fines decurrit, centum quadraginta stadia mari procul relicto. nullibi regio latius patet. Nobilior quæ sequitur, fossiombus & Brundulo, quẽ Athesis & Bachiglionis scissiones faciunt, comprehensa in cultum, quæ fossiones spectat latius, eademq; penè facies, quæ & prima regionis. Nihil eâ parte memoria dignum, præter Georgii ædem, Athesinæ ripæ accubãtem, palustriq; vastitate interiectâ in eâdem ripâ Lazari fanum. Quæ ex Athesi Bebias rectus aquis nauigatur, sedet Bebiana turris fluuio, qui postea ad Brundulum emittit, contigua. omnia supra infraq; paludibus, modicisq; pascuis infessa. hunc namq; Athesis, suarum aquarum impatiens, sese in eas non vno loco exonerat: inde Bachiglionis scissio (quam audio ab locorum accolis Brentonem vocari) cuncta in vndatione complent, locaq; obiter inaccessa faciunt. Toto hoc palustri fermè tractu, qui longissimè mari recedit, præter Bebianas molas, infra Athesinarum corrivationum & Brentonis confluentem sitas, nihil quod opus sit cognoscere reperio: circa littus qua Clodiam spectat, vineta passim & horti terram obtinent. Proximum Veneti portum Clodiaco bello Genuensibus intercepti occlusere. his littoribus pertinacissimi illi duorum populorum conatus pluribus basêre mensibus, hostibus in apertum abire nolentibus: terram Venetis, & mare illis pertinaciter inhibentibus. sed illa in historiis latius. Sequitur regio humano cultu omnium, de quibus dicere orsi sumus, memoratissima, Brundulo, & Bachiglionis ostio interiecta. in hac Clodia sita. Quærenti me quandoq; à proximis locorũ accolis, compertum ne haberent, vnde Brundulum id ostium diceretur: negabant se habere quod respondere possent. sed quum ex illis cognouissem Brentonem vocari partem illã Bacchiglionis, quæ Athesinis aquis congressa id ostium faceret: non absurda est visa coniectatio, Brundulum existimare à recentioribus dictum, q; veteres Brentulum dixissent. nomen a brentone fluuio: vt manifeste appareat ductum. Sed id non ita tradimus, vt non liberam aliis de ea re coniecturam relinquamus. In fronte portus obuersa Michaelis ædes, atq; imbri turris vestigia, quæ Genuensi bello Venetis tormentis concussa repente concidit: nec sine hostium clade. Chinatius Fauissinus auctor est Petrum Aurium, cum quo Ligustica vires circa Clodiam concidere, impressâ humo turris ruina oppressum. nec procul inde introrsum in stagno Blasii fanum: nunc vestigia vix exiant. Clodiano bello, Veneti hoc quoq; loco internas Ligures aquis vallo obstruxere adhibita nauium statione. multo circa Clodiam loco magis vtrinque est laboratum. Quicquid solitudinis inter mare & paludes, a Brundulo ad oppidum patet, mare hominum studio colitur: olitorii horti, interiectis vitibus, frugiferisq; arboribus, longè lateq; insulam

obtinent. vliginosum solum accolarum ingenio magis A
quàm locorum naturâ ferax: foueis aggeribusq; arcent
aquarum allusionem. Caterùm incredibilis inde vis
omnium olerum, omnisumque hortensium herbarum
Venetias conuehitur: adeò vt in vrbe rerum omnium
alioqui ob assidua negocia opulentissima, nulla sit vbe-
rior annona casè palustri calamo. Ac cementitia qua-
dam sparsim omnibus prædiis visuntur: quæ ibidem o-
perantium arguunt sedulitatem. Clodia vndique in-
terius aquis alluitur. auctores quidam eam ab Ate-
stanis: & Silicensibus, qui Hunnicis temporibus in B
stagna ex continentis ora profugerant, conditum præ-
didere: quod in historiis aperte diximus. Sed veterum
scriptorum plerisque, qui tempora illa pluribus etati-
bus præcessere, fossa Clodia meminerunt. Bifariam
olim culta, & circa littus, quam paruam nominauere
Clodiam (ea Genuensi bello intercidit) & hic vbi ho-
die vrbs duorum millium passuum circuitu sedes inco-
lumis. peruius vtrinque visus fuit ponte stadiorum quat-
tuor aquis impositò: cuius vestigia nunc quoque mediis
visuntur aquis: Tàm frequens olim vtrobique cultus: C
vt Gerardus Roseus publicus Clodiensium scriba, homo
spectatæ fidei, qui longissimos mecum de locorum ratio-
ne trahere solebat sermones, in municipalibus monu-
mentis legisse se affirmaret, vtráque Clodia censeri olim
solita hominum omnis promiscuè sexus & etatis capita
quindecim millia, quum hodie 7. non amplius censean-
tur. Ambiunt illam vndique canales, nauigabilisq;
riuus mediam intersecat. ædes in ea sacræ 10. & in his
Virginis vna cum antistite & clero. Extra ad meri-
diem Francisci Fanum. post Genuense bellum instau- D
ratum: & Iohan. Baptistæ alterum stad. quattuor ab
vrbe. Circa portum, qui auersâ parte est, quem Bac-
chilio amnis facit, turris aquis incubans: eam lupæ ab
initio nominatam certe constat: sed causam non repe-
rio. Multis velut canaliculis, & quasi occultoribus
semitis circumiecta oppido nauigantur stagna: & in his
salinæ interiectæ. nec procul his memorabilis fossa illa,
quam paucissimis horis Frãciscus Carrarius irrequie-
to opere, vt Clodiæ laborantibus subueniret, Ligustico
bello effodit. Stagna supra hæc loca latè discurrunt cre- E
berrimis vallis (sic enim spatia quædã harundineo val-
lo septa Veneti vocant) ad piscationes quæsita. Me-
dio fermè tractu turris, Nasariola, à proximis Nasa-
rioli aquis scinditur, vt dixi, circa conchas. Bacchilio,
qui supra Vincentiam ad Gennas villas ortus, perque
Patauinum agrum lapsus, paludibus immergitur: in-
de post scissionem altera ex parte in athesim. Miror
Plinium ex Patauinis agris tantùm fluere dixisse. Ea
pars quæ dexterâ Athesim versus abit, supra eam tur-
rim iterùm scinditur in partes duas: quarum hãc Na- F
sariolum vocant, illam Brentonem. His planè locis
recentioris Venetiæ fines maximè acclinant: adeò, vt
nusquam fere suburbana regio minus pateat. Pandi-
tur quarta regio à Bacchilionis ostio ad Medoaci por-
tum. omnia intra littus aquæ sibi vendicant: nec præ-
ter vetusta adis ruinas quæ scopulo, Bacchilionis alueo
propinquo, circa portus visuntur (Diuo Marco sa-
cram fuisse memorant) & salinarum turrim, quod u-
num Clodiaco bello præsidium, totis stagnis Veneto est
retentum, nihil relatu dignum occurrit. est turris ip-
sa non multum infra Bacchilionis inflexum, quà re-
gionis finis præcipue contrahi docuimus. Littus ipsum
in stagna obuersum (facies dico interior) passim huma-
no splendescit cultu, eiusque ratio Clodiaco perquam si-
milis vici plures ordine, olim oppida Philistina: nunc
corrupto nomine Peleſtrinam vocant. Duæ adhuc sa-
cræ ædes, & cum his paucissima ædificia: ipsa Genuẽsi
bello intercidit. olim frequentius habitata, & quo Ve-
neti annuum mittere magistratum solebant. Corre-
gium, pastina, albiola, quæ & ipsa Ligusticis tempori-
bus coli desiit. Hæc loca prisci Veneti, è continentis ora
deiecti, ab initio tenuêre, vbi Albiola fuit: sola nunc æ-
des visitur. atque ea principi apostolorum sacra. Me-
doaci, seu, vt alii scribunt, medoaci portus à nostris
mathematicis dicitur. Huc licet medoacus fluat: ad-
iuuat tamen aquarum vim non mediocriter Siechus
ex Patauino & ipse agro stagnis infusus: sed Medoaco
congressus ad littus nomen non perfert. Ex eo æstimare
æquum est factum esse in Patauinis finibus non ignobilis
oppido nomen, quod indoctum vulgus Sacci plebẽ nomi-
nant: quum Siechi potius sit dicendum. Hic est por-
tus ille, quem victor Ligur post Clodiæ expugnationem
validâ classe insedit: quem non multò post metu ne à
tergo circunueniretur, trepide reliquit. hoc quoque lit-
tus illud, vnde aliquot antè ætatibus soluerat moles illa
verius quàm ratis Gallicis armis instructa: quâ solutâ
tam insignis est ab hoste clades accepta, vt proximis a-
quis, quemadmodum suo dicetur loco, nomen dederit.
Oritur Medoacus ipse in alpibus, ad decimum fermè
lapidem à Tridento, ignobili lacu. Plinius duos Me-
doacos celebrat, quorum hic Edronem, cuius proximi
memini, faciat: ille circa Fossam Clodiam, celebri
portu Adriæ infundatur. hinc puto esse, quod duplicem
etiã Brentam recentiores fecere, nouam quidem vnam,
veterem alteram & ab vrbe magis auram. Sequitur,
quæ verissimè omnium, quas diximus, suburbana ap-
pellari potest: quippe quæ vrbem ipsam aliqua ex
parte contingat. Duo eam in ora portus perscribunt,
Medoaci proximè regionis confinium, & qui Venetus
dicitur. Vetustissimus Medoaci alueus is videtur mihi
esse, quem hodie Brentam vocant: Strabo, auctor gra-
uissimus à mari inquit (quum de Patauio interim lo-
queretur) sursum habet nauigationem fluuio per pa-
ludes. 200. & L. à magno portu stadiis. portus ipse eo-
dem quo fluuius nomine Medoacus vocatur. Quibus
verbis nemo non aperte intelligit, Medoacum eum esse,
quem hodie Brentam vocant. quò magis miror ausos es-
se ex recentioribus quosdam, fluuium ipsum Timauum
appellare Virgiliano credo carmine adducti, quo Tima
Patauio proximus videtur significari. Sed quemadmo-
dum in libris de Aquileia vetustate docuimus, in Car-
norum ora vltrà Aquileiam scatet Timauus: sic enim
proximi accolæ eius fontes appellant. Sic ades sacra fon-
tibus propinqua, à Timauo cognominata est. Plinius
in Atinate, inquit, campo, fluuius mersus post 20. mi-
lia passuum exit: & in Aquileiensi Timauus. Nec de-
bet quempiam Martialis carmen diuersum trahere,
qui Enganeum vocat Timauum: quando idem alibi
eum Aquileiæ fecerit accolam: Et tu Ladeo, inquis,

fœlix

felix Aquileia Timauo. hoc credo fuit, quòd quidem A
duplicem Timauum celebrare sunt ausi: sed de Patauino grauem nullum habent auctorem praeter Martialem, & Lucanum, quorum vterque ad Virgilianum carmen alludunt. Id si quis altius rimetur, aliud quiddã diuersum a Timauo demonstrari intelliget. sed de Medoaco hactenus. qui proximo etiam oppido nomen dedit. Prisci Veneti id condidêre: ac tum frequenter olim cultum: vt Ducaria illic sedes quandoq; fuerit. Anno inde ab vrbe condita circiter septingentesimo, incendio prius, inde maris alluuione intercidit. Est nunc recens B
aliud, nec multum loco distans, vndique aquis & opere munitum; cuius annuo magistratu: & introrsum contra littus Popilia ab his, qui post Tradonici principis caedem Ducatum occupatum non quia ipsi patricidii auctores essent: sed quum vltores potius videri voluissent, hi priusquam in aquum descenderent, pactis dicuntur, vt eam insulam acciperent incolendam. Quidam annales habent relegationem eam fuisse, non pactionem. Defuit & ipsa Genuensi bello habitari. nunc praeter aedem vnam sacram & mercenarium tugurium omni alioqui cultu C
deserta est. Haec contra Meduacum: a tergo autem Leonardi fanum portui propinquum, respiciunt. Canalem orphanum (sic a memorabili Gallorum caede, vt credere par est, nominatum) medium amplectuntur. mox eodem quo Medoacum littore abrasi spiritus aedes: conuentus frequentis, perspicuus & penè recens apparatus. Religio ingens: sed quam initiatorum vita. quam pia hospitalitas aeramnum maiorem faciat. pari pene spatio clemens (Petri Gatilosi opus) & ara, & pium hospitium ara contiguum: a tergo in ora Lazaretum D
vetus, in speciem parui oppidi communitum. Huc ab vrbe, qui pestilentia in vrbe languêre occepissent, ad contagia tollenda deferri consuêre: nunc altero ad hãc vsum publicè quaesito, non nisi morbo defuncti eo deferuntur. quos vtique placuit, non prius vrbem ingredi, quàm non morbi tantum: sed cœli quoque grauioris omnem excussam arbitrarentur offensam. Multa in orbem vtrobique cubicula, supellex, & quae in tali discrimine desiderari possunt, publicè parata: quo praesidio ciuitas pestilentibus annis, supra quam dici possit, leuatur contagione. Inibi Lazari fanum: discretoq; coenobio elephanticorum coetus: subiacens portus, regionis confinium: & in ostio geminae turres, vtrinque aquis incubantes, tàm hac, quam illa praesidio tenentur. hominis inde noctu nauigantium cursum ex alto dirigunt. Introrsum citeriore ripa Nicolai cognomento littorei aedes (eã Dominicus Contarenus princeps statuisse dicitur) conuentus multa religione. Visuntur adhuc his locis vestigia muri Clodiensi bello ad subitos hostium incursus arcendos misera (vt in historiis traditimus) celeritate confecti. inde ad Georgii aram, quae contra comitium situ est, nihil circa alueum relatu dignum. Eius loci in vrbanarum rerũ relatione meminimus. A Georgio ad priorum aram retro aqua ad duo stadia nauigantur. aram Virginis sacra est, conuentus & religio multa, aedificiorum apparatus ingens, horti; amoenissimi circumiecti. Hinc praeter Iudaicam nauigantibus, Angelis sese offert virginium: & ipsum Contarenum dicti opus. Pari inde intercapedine, Georgii cognomento Alegani solennis conuentus: auctor loci & religionis Petrus Iustinianus. Post Algarotti, Officina lenea: quã grauimachinã cimbae ex stagno in Medoacum, seu Brentam transuehuntur. ad laeuam supra amnis deflexum, locis minus stagno obnoxius, Hilari turris: nec procul inde Curanella: & in finibus supra ignobilem confinitem, qua curania dicitur. vbi cum Patauinis, ob finium ambiguitatem, est quandoque armis disceptatum. Et haec de quinta regione. Sextam, qua vrbi aduersa parte cõtigua est, suburbanus portus, quem vetus Medoaci fluuius effecit, & Silis ostia continent: ostia ipsa trinus portus vulgò nominant. nulla regio incolatu frequentior. Et vt ab littore (quod in caeteris referendis adhuc fecimus) sumatur exordium. Genuarũ turrium altera penè in fronte tollitur: de eius vsu in proxima regione. Tota colitur, medioq; fere tractu Erasmi portus ignobilis, ac citra vltraque rarae pradiis ipsis casa interiecta. Intra a littore Lazaretũ nouum. vsus tristis, sed frons loci laetissima. omnia hic maiore sumptu, quàm in veteri illo comparata. Interior, & magis alueo propinqua Andreae fanum: Carthusianus conuentus nescias maior ne sit loci religio, an amoenitas. Visitur hic Vrsati Iustiniani ex Pario marmore sepulchrũ, affabrè celatũ templum ab imo hodie instauratum, nobilium lapidum apparatu pene incredibili. Subiecta est oculis nuper multa, & Antonio Cromo scriba, tanta inibi eiusmodi lapidum copia, in praesentẽ vsum quaesita: vt vix dimidium Italia tantundem habere crederetur. & quod magis omnino miretur aliquis varius in illis, & numerosus color: Laconici hic lapidis aemulus, ille Sinadici, aut Thasii, alii Numidicum, alii Augustenum imitantur: nonnulli etiam ophitem (& alia plaraque genera a veteribus longe celebrata) Et ne exoticam materiam arbitretur quisquam indigenas lapides eos esse constitit, circaq; Alpes, qua illa in Italiam resupinantur, temerè a locorum incolis recentissimè repertos. Quo subiit animum, potuisse Romanos veteres ex proximo sibi quaerere, si omnia vidissent: qua laboriose alioqui, quia procul Italia ab eis in ornanda vrbe fuerunt accersita. Sed sunt illis fortasse molem & in peregrino lapide secuti: quam Alpes, vt ex iis, quae vidimus, coniectare potui, praestare nequierunt. Vicinior aliquanto vrbi Helena: & ipsa sua conuentu celebris. Christophori fanum vrbi vicinissimum: quippe quod ad quingentos nec amplius passus ab vrbe distet. tantundem ad Michaelem Murianum: is festis sonte praeterfluctos excipit. Vtrobique frequens conuentus. Murianum inde vicus: sed qui aedificiorum magnificentia, & amplitudine, vrbs procul spectantibus appareat. longitudine ad mille passus patet: vitrariis officinis praecipue illustratur. praeclarũ inuentum. primo ostendit vitrum posse cristallis candorẽ mentiri: mox, vt procacia sunt hominum ingenia, & ad aliquid inuentis addendum non inertia, in mille varios colores, innumeraq; formas, coeperunt materiam inflectere: hinc cilices, phiale, canthari, lebetes, cadi, candelabra, omnis generis animalia, cornua, segmenta, monilia: hinc omnes humanae delitiae: hinc quicquid potest mortalium oculos oblectare, & quod vix vita ausa esset sperare. nullum est pretiosi lapidis genus, quod non sit vitraria industria imitata. Suane hominis: & natu-

ra certamen. Quid quod & murina hinc tibi vasa sunt: nisi pro sensu sit pretium. Age vero cui primo venit in mentem brevi pila includere omnia florum genera, quibus vernãtia vestiuntur prata. atqui omnium gentium hæc oculis maritima subiecêre negocia: vt quæ nemo alioqui credibilia putasset, iam nimio vsu vilescere occeperint, nec in vna domo, aut familia nouitium hæsit inuentum: magna ex parte vicus huiusmodi ferme officinis. Ædes in eo sacræ duodecim: & in his plebanica dua, duo virginia, conuentusque vnus. Altino profugi locum condidere: persuasumq; vulgo est, quòd quidam etiam annales habent, à portarum nominibus, quæ Altini fuissent Murianum, & alia illi circumiecta loca, mox ordine referenda, nomen accepisse. Hinc soluentibus, intra mille passus, Iacobi fanum, cognomento palustris, celebri conuentu occurrit: atque deinde medio stagno alterum cariosa facie, olim Nicolao sacrum: profanum hodie, omnique cultu desertum. Maior bium quattuor & 20. à Muriano stadia: & vt paribus auspiciis conditum, ita longitudine, & forma pene pari. Ædes in eo sacræ septem. Buranum ad quingentos passus dextrum se offert in Carnorũ oram nauigantibus. quatuor hinc templa, & ex his plebanicum vnum, celebri conuentu alterum. Sed Forcellum quod medium ab his qui in Carnos tendunt, cursum eremigatur, longe omnium celeberrimum. Etenim præterquam quod magnitudine sua nulli est eorum, quæ diximus, post habendũ; pontificiam etiamnum habet sedem, per Paulum Altinatem pontificem eo translatam. quo fermè tempore cum omni sacrorum cerimonia Medoacum Patauinus migrauit antistes. sedis vtrobiq; figendæ Seuerinus Romanus pontifex factus est auctor. Constat primarium Forcelli vicum à Constantino Heraclii imperatoris filio, qui vbi locus frequentius inhabitari cœpisset, eo fortè appulisset Constantiacum appellatum. Post pontificiam ædem, quinq; alia ibi sacra & in his cum virginio vna. Supra hæc loca ad continẽtis oram latè funditur stagnũ, suntque circa flumina, & riuorum ora in stagnũ rumpentia. Loca insignia conuerso ordine dicenda: Ciconia, Tessara, Seueri fanum, Martini fanum cognomento Stratensis, Margaria vicus. Iuliani fanum, & in stagno Secundi fanum cum virginio, vrbi ad octo stadia proximum. regioque omnium suburbanarum nobilissima sic habet. Septimam præscribunt Trini portus, & Planis fluminis ostium. Murorum tam celebris hodie fluminis nomen apud veteres auctores nusquam, quod sciam, celebrari: nisi hunc suspicari liceat eum esse, quem Plinius Anaxum in Venetis appellat. quamquam idem auctor eum circa Aquileiam statuit: quod præsenti opinioni repugnat. Sed quocunque est nomine vocandus, in Alpibus oritur, mediusque inter Feltrum Bellunumque lapsus, vorticoso gurgite per confragosas valles agitur: nec prius mitescit, quam in apertos euasit campos. quamquam sic quoque citatiore cursu inter Trinos portus, & Liquentiam ad mare defertur. In orâ regionis accolarum domicilia per quam pauca, atque idem fere cultus, qui & aliarum: sed ea potissimũ parte qua Trinos portus spectat. intra verò circa Silis alueum Adriani virginum, contra Torcellum situm: mox circa riuum, quem maiorem accola appellant vetusta turris, cum templo magna ex parte diruto. Omnia circumiecta loca situ & domorum ruinis squalent: manifesto argumento, frequentissimi olim cultus. Sed Gallicis Pannonicisque temporibus, priscis Venetis inde bellorũ iniuriâ, depulsis, loca incoli defuisse. Hac quoque parte stagna latè regionem obtinent, pascuis aliquâ ex parte interiectis. A turri, cuius proximè meminimus, fossa stadiorũ 40. humano opere ad Plauem vsque citro vltroque frequens nauigatur: & in fluminis ripa turris, qua Caliginis nuncupatur, & pauca circa illam ædificia. Hinc secundo alueo in octauam trauicitur regionem. Eã duo grandia flumina Planis & Liquentia amplectuntur. oritur Liquentia in Carnorum finibus, haud longe à Pulcinico tribus vberrimis fontibus, qui (vt in Carnorum chorographia scripsimus) ex Bellunẽsi agro subterraneo meatu fluere creduntur: sed locorum accolæ, quibus id persuasum est, argumento nullo euidentiori id probãt. Hac regio, vt minus aquis insessa, eo humano cultui habilior. sed sic quoque parum latâ occurrit fronte: præterrara in littore domicilia, cætera solitudinis plena. Prata paludesq; vasta obiacent littori: nec solum ipsum vllis vestitur arboribus. quod ipsum, adhuc magis insigne facit densissimum nemus, mari medio regio tractu accubans, vel ex alto Hadriam nauigantibus conspicuum Galeolam à triremis formâ vocant. Interius aqua à flumine ad flumen nauigãtur: canalis duorum sibi occurrentium lemborum capax. in fronte circa flumen meritorium hospitium: in cuius cõspectu ruinæ ingentes, & grandia ædificiorum vestigia, quæ à veprium & hederarum complexu, sese magis suâ magnitudine: quam humano auxilio adhuc vindicant. Iesulum nunc vocant: sed Equilium olim circa illa loca fuit, ab his, qui Longobardicis temporibus in Heraclia, ob nimiam frequentiam recipi nequiere, conditum, & ipsum priscorum Venetorum opus. Opitergio à Rothari Longobardorũ rege euerso, populariter inde cum Magno antistite in stagna est concessum, ibique in Heraclis Imperatoris gratiam, vrbem, quam condiderant, Heracliam nominarunt: vnde profuga multitudo eodem tempore exclusa, Equilium ædificare coacta est. Vtrinq; Gallico tumultu, quum eâ quoque parte Venetæ opes ab hoste premerentur, in Riuum altum, & Medoacum est migratum: sic vtraque ciuitas desolata. Scio ego Heracliam quandoque instaurari contigisse, ac mutato nomine nouam ciuitatem nuncupatam: sed hodie ne vestigia quidem vlla, præterquam sacra vnius ædis extãt. cætera nauigatio oblongâ fossâ, priùs humano opere factâ: mox spatioso alueo. Largonem à rei argumento vocant. habet nauigatio stadia supra centum 40. In tanta locorum vastitate, Culscina turris Largoni incubat: & in Liquentiæ ripa meritorium hospitium, & vix parua ædes Margaritæ sacra. Nonam regionem Liquentia, & Lumenis ostia constituunt. oritur (quando de Liquentia abundè diximus) & ipse Lumen in Carnorum ora: mox medium portum Gruarum intersecans (cui loco nomen etiam dedisse videri potest) Concordiamq; præstringens, circa Caprulas mari infunditur. Præter piscatorias casas, secus mare nihil memoriâ dignum: & in Liquentiæ flexu Adrianum hospitium. mox stagna paludibus interiecta Caprulas vsque. Eam vrbem Concordia

cordiâ profugi condidere, sub id tempus, quo Athila Hunnorum rex Aquileiam euertit. præcedente deinde tempore, subita barbarorum manus, ex Illyrico profecta fœdè populata est, Tradonici principatu. Hodie infrequentissimè colitur. restat tamen pontificia aedes cum Clero. Visuntur passim circumiectis stagnis veterum ædificiorum vestigia, perspicuum veteris fortunæ argumentum: & ad Limenis in stagna exitum, mercatorum hospitium. Sed id ad decimam regionem attinet, quæ recentioris Venetiæ nouissima fuit. Eam Limen iam dictus, & Gradus insulâ (alii Gradatas vocant aquas) constituunt. sed in hac referenda, non portuum, non fluuiorum (qui vtique non pauci sunt numero) sed decentiarum rerum ratio habenda: quum nudum litus nil habeat, præter rara piscatorum domicilia: intra quæ paludes, aut pascua modicis interiecta canalibus, quibus interna frequentantur aquæ. Portus igitur, & ostia in hunc modum habent. Post Limenis ostium Lagunana portus siue Basilica Tilauenti ostium. Plinius duplex Tilauentum nominat: sed vnum agnoscitur, qui in Alpibus oritur, vt in Carnorum chorographia scripsimus. Maurum montem vocant, in quo fontes habet. post Tilauenti ostium Lignani portus nobilissimus, quem Stela finuius efficit. Oritur is in Carnorum campis, magnaq; ex parte palustrium aquarum corriuationibus conflatur. Alia fluminis ostium, Amphora ostium, Natissæ ostium, qui Aquileiam interfecat (Plinius Natisonem vocat: sed Natisson in eodem terra tractu, vt in vetustate Aquileia ostendimus diuersus agnoscitur) Gradum regionis confinium. Eam Aquileiâ, Hunnicis armis electi, tenuere: quò omnis sacrorum pompa cũ patriarchica migrauit sede. Eaque grauium discordiarum materia inter vtriusque Ecclesiæ antistites extitit. Sed Gradenses illa procedente tempore Venetias est translata, fortuna loci variis casibus contusâ: vtpote Aquileiensi Ecclesia, vnde fluxerat inuisa, & ob vicinitatem magis iniuriæ obnoxia. nec vicina inde arma tantum: sed & barbara sæpius Veneti arcuere. Verùm nos non ad hæc scribenda venimus. Colitur hodie pro veteri fortunâ omnino infrequenter: superest religio adhuc aliqua, ob eadem in ea virgini sacram. His dum finibus se tenuit Venetorum fortuna Hunnicis Longobardicisque armis ex ea terrâ, quam bellicâ virtute prisci Veneti suam multis ante ætatibus fecerant, depulsa: cuius ora, vt magis perspicuè pateat, mensura operæ pretium est cognoscere, quantum inter se distent ipsa fluuiorum ostia. Atque ita litore retrorsum immenso à Gradatis aquis ad Natissæ ostium stadia. 40. ad Lignani portum 140. ad Tilauenti ostium 40. ad Basilicas plus duplo: ad Limenis ostium 40. ad Liquentiæ ostium tantundem: ad Plauim quatuor & quadraginta supra centum: ad Trinos portus 100. quatuor: indè ad Venetum portum 40. ad Medoaci portum sex & nonaginta: ad Clodiæ portum 120. inde Brundulum ducto & 30. ad Fossiones sex & quinquaginta: hinc ad primum Padi ostium, alterum ora confinium, tantundem. quæ ratio colligit ad mille & quinquaginta octo stadia. Quæ si quis ad passuum numerum reducat, centum triginta milia passuum & amplius aliquid omnem suburbanam oram patere constabit. quò magis mirer Blondum Forliuiensem in suâ Italiâ à Laureto Gradum octoginta, nec amplius, milia passuum collegisse. Sed nos hæc ab iis qui quotidie citro vltroq; oram ipsam nauigant diligenter explorata tradimus. Amplitudo varia. In fronte circa Padum & Caput aggeris, quæ longissimè à mari fines recedunt, ad centum quadraginta patet stadia: inde paulatim se coarctans ad Conclaue & Bacchilonis inflexum, linea acclinat. Scandet inde rursus pari pene fastigio supra Ceranam turrim. sic toto tractu gaudet amplitudinem variare. Hæc fœlix illa ora, in qua Romano vrclinante imperio suum vltro fortuna condidit caput. quæ hodie terra marique omnibus gentibus frequenti cultu celebratur: cuius imperium, modicis, vt cætera, principiis, ortum, ab Abdua in Pamphilium & Syrtum vsque mare est hodie propagatum: eóque melioribus vsa fatis, quod libertas, in qua vrbs nata est, semper genti incolumis manserit, perpetuóque duratura, si res humanæ hæc essent, quæ hominum consiliis perpetuo stare possent: siquidem nullus vnquam populus (quod bona aliorum venia sit dictum) sanctioribus vixit institutis, nulli gentium sic iura aequata. Accedit ad hæc regionis situs, qui is est, vt neque maris sit fluctibus obnoxius, vnde maior aliquis timeri possit incursus, neque vllis terrarum conatibus: sed incertâ locorum naturâ, & quasi diuinâ prouidentiâ inter duo elementa suspensa, quorum neutri fas sit eam sibi ex toto vendicare. Quæ alternantis naturæ ratio, & cœlum ipsum salubrius efficit, & accolarum ocia ab omni humana tuetur iniuria.

MARCI ANTONII SABELLICI RERVM VENETARVM PANEGYRICVS PRIMVS QVOD GENETHLIACON INSCRIBITVR.

QVIS superum mihi plectra dabit? Quis certa roganti.
Ocia pandet iter? Cirrhæaque in antra receptum
Instruet aonio cantu? videt Adria mater
Pulchra diem flaui quo Tybridis æmula tandem
Abluit æquoreis nascentem fluctibus vrbem:
Vrbem terrarum imperio pelagiq; potentem
Quam gremio complexa fouet: Non Phœbus & Euan:
Non mihi Pegasides dederint in carmina vires
Ex Helicone deæ: Tu qui super æthera magnum
Præpetibus volitas pennis, quique ardua cœli
Scrutatus miranda canis, patet vrbis aquosæ
Dexterades cœptis. neque enim nunc horrida bella
Condere fert animus, vanasq; cupidinis artes:
Sed gentis, dux alme, tuæ primordia, & vrbis
Dulcia nascentis sunt incunabula curæ.
Tu, genus antiquum, causasque, & tempora rerum
Da vatem memorare tuum: si grata vetustas
His tibi diuelocis Pario de marmore templa
Quæsitumq; procul Phario de littore corpus,
Æternum imperii pignus, sacrauit honore.
Denique cœlicolûm si nulla frequentius ara
Humanâ pietate calet: terrâq; mariq;
Supplicibus votis Veneto tibi Marce litatur:
Da faciles cursus (sunt nam tua cærula & vndæ,
Quicquid vbique iacet) da tuto insistere portu.
Sparserat antiquæ fatum lacrimabile Troiæ
Dardaniam sobolem miseranda sorte per orbem.
Hinc alias alii, diuum responsa secuti,
Sortiti terras: gelido pars vna sub axe
Constitit: hi Libyen profugi vidêre calentem.
Hesperias illi gentes maioribus acti
Auspiciis: sedit Laurenti littore victor
Dux Anchisiades Romani sanguinis auctor.
Hinc Vesta illa potens, arcanaq; sacra, penates,
Siluia progenies, Albanaq; purpura patrum:
Hinc gemini fratres, proles Mauortia, & ingens
Roma fuit: Roma imperio quæ insignis, & alta
Fruge virûm sese sublimibus intulit astris.
Vndiuagam sed qua vetus excipit adria Tethym,
Quâq; latus læuum vicinæ nubibus Alpes,
Squalentisq; humeros pene alto in gurgite tingunt:
His mediis terris quas flumine sulcat amœno
Hinc Silis, inde rapax Athesis, post Pergama bello
Euicta, Antenor per ferrum lapsus: & ignes
Argolicos, fatis concessâ sede quieuit.
Ocior hic cursus (nec enim tam grandia rerum
Pondera moliri, fatorum immobilis ordo)
Sed melior fortuna fuit, quæ certa trahebat
Imperia, & nullos vnquam frustrata nepotes.
Venerat Antenor: sed non Sigeia tantùm
Dardanii sunt signa viri regemq; secuti.
Ipsa viæ comites dederat socioq; laborum
Euentus fortuna parens, quos Cromnia mater
Miserat ad Troiam Venetos, quum phocidos aulis
Tot Danaas classes vltriciaq; arma teneret.
Hic circum Ilicas arces dum sæua cieret
Prœlia, magnanimum regem furialis Enyo
Abstulit, & Stygiis vndis damnauit & Orco.
Morte ducis perculsa phalanx Antenoris armis
Hæserat: at postquam Priami domus excidit ingens,
Exilii comites facti, per tela, per hostes,
A Perq; nouos casus, tot mille pericula rerum,
Euganea potiuntur humo. Tum Troius heros
(Virtutes ne virûm: an diuûm responsa secutus,
Incertùm est) quoscunque sacra deduxerat Idæ:
Quosque dedit Scythicis vndis obiecta Carambis
Nomen ferre iubet Venetum, Venetamq; vocari
Quæsitam bello terram, populumq; laremq;.
Quis (proh fata deûm, & tu sors ignota futuri!)
Crediderit gentem extorrem tam magna daturam
Momenta Hesperiis rebus totq; vrbibus olim?
Tot populis mite imperium regimenq; futuram?
Sed sic Byrsa potens, paruis sic Martia Roma,
B Exortam auspiciis paulatim scandere cœlo
Progeniem meminere suam. Primordia cunctis
Esse dedit natura parens non grandia rebus.
Nec lætis mora longa fuit successibus inde
Condidit Antenor spatiosis mœnibus vrbem,
Euganeumq; simul dudum fera bella mouentem,
Haud semel euictum, patriis procul expulit oris.
His magni Alcidæ comites, post Martis [illegible]
Prœlia, & infames superatas cursibus Alpes,
Consedere locis: alto cognomine fassi
Sanguine se claro genitos. Tum maior haberi
Res Venetûm, cœpitq; nouis se gloria rebus
C Tollere, & Oenotrios longe transcendere fines.
Quantum flaua Ceres, Cereriq; immixtus Iachus
Cultus habet terrisq; vagus discurrit amœnis
Hinc quà frugiferos ambit celer Abdua campos
Littus in Adriacum, septenaq; ad vsque Timaui
Flumina ab Arctoa rursus cœloq; niuali
Precingunt Alpes, tepidoq; infusus ab Austro
Eridanus, Venetis tantum concesserat armis:
Victricisq; tulit gentis terra itala nomen.
Tantarum sed tristis opum mox cura, laborq;
Per dubios rerum motus, perq; horrida bella,
Successus fregêre nouos. hinc Gallia fracta
D Alpibus: inde ferox surgens germania, & [illegible]
Arctoi rabies cœli, læta ocia terræ
Motibus assiduis, subitoq; euertere bello
Nec meminisse iuuat quotiens ab origine prima
Fluxerit hinc Rhenus Rhenoq; nocentior Ister
Aut quas hic rerum clades, quas vexerit ille,
Nec quàm præcipites post Gallica damna procellæ
Sparserit hic terris Geticis furor excitus oris:
Sed quid nunc Scythicas clades? quid ve Hunnia dicam
Tempora? in Hesperium nomen tum protinus omnem
Europam iurasse putes: (proh fata dolorq;!)
Cardine ab extremo deuexerat vltima Tethys
E Infandas armorum acies, infandaq; bello
Pectora: non vllam nisi quam fecere ruinâ
Contenta ire viam. diros arcere furores,
Non potuit vis vlla Patrum, non ipsa nivalis
Occurrens natura iugis: non flumina sæuis
Cursibus: Oenotrias subitò gens dira tumultu
Fregit opes, sparsum vidit miserabile vulgus
Adria mœsta suum, pulsumq; à sede vetusta
Æquoreis trepidare vadis, medioq; profundo
Casibus infractum, terramque & summa pauentem
Sidera. Parce nouo nimium indulgere dolori
Cromnia progenies: & tu precor Adria mater
F Præsentes cognosce deos, hisq; annue fatis.
Si domus Assaraci Phœbeaq; mœnia nunquam
Versa forent flammis: non inclyta Roma fuisset.
Carthago non illa potens, ni morte Sichei

Frater-

Fraterniſque eiecta dolis Sidonia Dido
Exul in ignotis ſedisſet fœmina terris.
Quid vehat ignorans ſeges hæc immenſa laborum,
Exiliumq; frequens, diſiectaque fata tuorum.
Quid ſi res Venetas tot ſæuis caſibus actas
His ſiſtat fortuna locis, medioque profundo
Deſtinet imperium manſuraque limina genti?
Haud aliter quàm quum ſaxo cohæruſſe vetuſto
Pars montis diuulſa ruit, ſubitoque fragore
Concidit in pelagus: tùm quamquam vertice multo
Emineat, pateatque recens licet area Ponto,
Huc tamen inſtabilem fluctus propellit & illuc,
Nec certo ſinit eſſe loco. ſi cœperit vnquam
Inniti illa vadis, fundoque cohæſerit imo,
Inconcuſſa manet, longoque immobilis æuo
Ventorum ridet rabiem: pelagique furentis
Aſperata minas, ſtatio eſt tutiſſima nautis.
Nunc tibi cuncta labant, triſtique impulſa ruinâ
Fata premunt: verùm fœda hæc & dira remittet
Tempeſtas, aderuntque tui ſine turbine ſoles.
Sunt mundi rerumque vices: has terra fretumque
Alternis agitant, alternant ignis & aer.
Vſque adeo ſummis vnâ minimiſque negatum
Certo ſtare loco, ſtabilique inſiſtere curſu.
Hoc quoque triſte nefas, & in eluctabile fatum,
Excutiet ventura dies: iam candida parcè
Incipient lætis tibi currere ſtamina fuſis.
Immenſum ſuccedet opus, Venetiſque ſorores
Fatorum adiicient miranda volumina rebus.
Sed quid ego hæc tanquam venturis obruta ſeclis
Nec dudum vulgata cano? nil maxima tellus
Quod maius miretur habet: nil denique pontus
Quum Venetas reſpexit opes, famamque, decuſque,
Imperium, & mediis ſurgentem fluctibus vrbem.
Quin potius, ſacros quando hæc ſibi vendicat ortus
Æternum memoranda dies, huc ſedulus vltrò
Pieriam contendo chelim. ſed læta paranti,
Dicere adhuc ſuperant, quæ candida plectra morentur.
Vix etenim ſæui iam vulneris alta cicatrix,
Cœperat exactis ſenſim ſe obducere luſtris,
Cæruleoſque abſciſſa ſinus, diſiecta capillos
Hadria adhuc nitidos lachrymis tergebat ocellos
Inuidiam factura deis: quùm triſtis ab Arcto,
Ripheiſque excuſſa iugis. vis Hunnia flammis
Obruit incautam, nec iam grauiora timentem
Quam dudum perpeſſa foret: tùm denique fatis
Littus, & eiectæ ceſſerunt mœnibus vrbes.
Ac velut, æſtiuis ſubitò quum menſibus anni,
Induit obſcuram faciem ſub nubibus æther
Fulgurat, & toto crebreſcunt murmura cœlo
Tùm ſi forte ruat rutilum per inania fulmen,
Diſſiciatque cadens veteris faſtigia templi,
Excultumve caput ſurrectæ ad nubila turris,
Cœleſtis dum flamma micat, dum cuncta fragore
Diſſiliunt, gremio complexæ pignora matres
Attonitæ ſine voce ſedent, nec cura futuri
Vlla metus mentes tremefactave corda recuſat.
Interea ſi flamma recens, maiorque ruina
Concidat, irato terris Ioue: tùm pauor amens
Omnia præcipitat. iam ſeſe & cuncta periſſe
Mens humana putat. Talis fuit Adria, tales
Supremis cuicta malis ſub pectore curas
Verſabat, quùm iam ferus omnia perderet Hunnus.
Iamque Aquileia potens, placidaſque Limenis ad vndas
Exciderat Scythicis pinguis Concordia flammis.
Altinumque vetus, doctæque Antenoris arces.
Iam vicina freto tellus, & nobile littus
Ter face barbaricâ merſum, triſtique ſauillâ,
Sparſerat antiquos prætenta in ſtagna colonos.
Flebat Amyclei cultu ſpoliata Timaui
Nympha vetus, patriſque moras damnabat inertes,
Quòd non ſeptenis, Dryadas quum forte videret

A Attonitoſque malis Faunos incumbere ripis,
Aſſurgens vidiſſet aquis, clademque leuaſſet.
Flebat, & inniſos quærebat condere fluctus
Damnatis Cilina vadis. his queſtibus ire
Mœſta per arua Silis, viduiſque Liquentia campis,
Has alii centum iactati fontibus amnes,
Exequias patrio lachrymaſque infundere buſto.
Paulatim ſed triſtis hyems ſeſe illa remiſit;
Ceſſit & ipſa maris genio fatiſque futuris,
Per tot luſtra tenens ſeries immenſa malorum.
Tùm nitidi venêre dies vultuque ſereno
Fulſit vterque polus: mediis tum blanda ſedentem,
B Fluctibus extorrem gentem complexa benigno
Excepit fortuna ſinu. deceſſerat olim
Inuita Auſoniis terris, atque vrbe Quirini,
Imperii quum pompa vetus, nomenque decuſque
Biſſonias Latio preſſerunt pondere terras:
Optaruntque locum regno ſceptriſque futuris,
Hic qua Cyaneis agitatas cautibus vndas
Tranſmittunt tenui Neptunia clauſtra meatu,
Quâque freto Inachiæ veſtigia preſſa iuuencæ
Triſtia dant, rapidos teſtantia nomina curſus.
Illa quidem lachrymis vultumq; obducta per omnem
Oenotriam faſces Romanaque ſigna ſecuta eſt,
C Mox vbi dilectæ ſuperis confinia terræ
Attigit, hic hærens lachrymis ſic creditur orſa:
Te ne ego, terrarum ſpecimen, Saturnia tellus,
Cuius dextra potens rerum moderatur habenis,
Dum ſequor incertas fatorum conſcia curas,
Deſtituam? tu ne immodicis aſſueta triumphis,
Quæ virtute virûm rebuſque innixa ſecundis
Sub pedibus domitum terrarum deſpicis orbem,
Præſidio ſpoliata deum, veterique fauore,
Mox ruere incipies, retroque abiecta referri?
Non erit hinc cultrix Tarpeia rupis vt olim
Imperii fortuna comes? vix excidet omni
D Vtreor Heſperiâ. nec, ſi iam littore toto
Submoueor, primâque vetor conſiſtere terrâ,
Fluctibus in mediis ſedes optare recuſo,
Dixit & Oenotriis egreſſum finibus agmen,
Fulgenteſque aquilas, tot iam quibus illa per annos
Fida comes fuerat, lachrymis ſpectabat obortis.
Tum fletu perfuſa genas, miſerabilis vno
Obtutu defixa ſedet, mœretque tuendo,
Dum procul ire videt, totiſque excedere campis
Signa mari terriſque olim gratiſſima, nunquam
Ad viſus reditura ſuos. tùm denique ab imo
Pectore dat gemitus, poſtquam vaneſcere contrâ
E Omnia proſpexit, ſenſimque affecta retorſit
Lumina in auſonias terras, quâ Martia ſeptem
Roma ſedet tumulis, lacrymanſque hæc ore locuta eſt;
Felices inquit ſedes. fœlicia templa,
Romuleique lares. quos demum inuita reliqui
Accipite (extremâ nanque hæc vos alloquor horâ)
Ilicet æternum iam me deûs auocat ille,
Ille deus qui cuncta regit, qui cuncta gubernat,
Cuius iuſſa ſequor (neque enim mihi certa poteſtas
Qualem Roma putas, finxitque indocta vetuſtas)
Illius immenſis alienas quærere ſedes
Cogimur imperiis ſed tu mortalia tantum
F Deſine mirari, non arx eris orbis, vt ante.
At pietatis eris. dixitque, & iuſſa ſedere
Finibus Heſperiis, immenſas ſuſpicit alpes:
Suſpicit, & cœlo ſurrecta cacumina damnat,
Perpetuaſque niues, liquidumque per aëra lapſa
Præpetibus pennis: varioque inſignis amictu,
Perſtringit gelidum talaribus Apenninum.
Hinc vada proſpexit Vari, ſcopuloſque Monoeci,
Deuexumq; latus quod Gallica verberat vnda,
Quoque Ligur ſuccinctus arat. mox littore læuo
Accelerat limoſque oculos huc flectit & illuc.
Protinus occurrunt iniectæ fluctibus arces,

Incubat & vacuum præscribit flexibus orbem,
Ingeminatque instans plausus, geniumque locumque
Penè probat. sed fata vetant: similemque volenti
Sidere conuellunt. Ligurum confinia Macran,
Tuscorumque auulsa videt, iamque Herculis ara
Offert sese oculis, iam iam se lucidus Arnus,
Tyrrhenas placido qui gurgite verberat vndas.
Huc quoque deflexit volucris fortuna parumper
Lumina, & auertens liquidas agitata per auras
Præpes iter celerat. nec te Populonia mater
Respicit, aut pygros veteres, pinguesve Grauiscas.
Hinc procul inspectâ flauentis tybridis vndâ
Ingemuit, mœstosque oculos detorsit in Austrum.
Ac velut orba parens natum quum luget ademptum,
Ne totiens doleat lachrymasque effundat inanes,
Proxima busta fugit, cineresque videre sepultos
Mens affecta nequit. Romam sic illa propinquam
Non potuit spectare sitam: sed concita cursu
Inde procul fugiens Laurentia præterit arua.
Nec Circeia iuuant Ithacis immitia regna,
Dirave Læstrigonum sedes, non Dardana nutrix,
Non littus Phrygio quod quondam insigne sepulchro
Æmulus effecit Triton, non nobilis vrna,
Aula nec Ilmario periit quæ Acheloia cantu.
Præterit inde tuos tumulos Palinure, nec vltra
Respicit, æquorei refugit vernantia Pæsti
Littora, non Siculam patitur spectare Charybdim
Scillæosque audire canes, latrantia saxa.
Inde auersa ruit, nec te Lacinia plausu,
Herculeiue probat littus geniale Tarenti.
Linquitur Ioniis obnoxia fluctibus hydrus,
Quodque satis fidâ potuit statione placere
Brunduſium: fugit illa tuos Gargane recessus
Quæque inculta secat Latio fatalibus vndis
Aufidus: & Venerem quam Dorica perdidit Ancon.
Hic quamuis late circumsonet Adria fluctu.
Non Senonum placet ora ferox, non proximus illi,
Multifido qui se traducit in æquora lapsu,
Eridanus: nec quæ pelago dedit Adria nomen.
Alludit sed læta locis: sentire putasses
Iam fatale solum, terrasque astare repostas.
It procul, ac celeres cursus librare per auras
Incipit, & læto sese demittere plausu.
Spargitur Adriaco passim non vna recessu
Insula, quâ Dorim infusam, lateque vagantem
Littus ab insano fluctu defendit, & Austro.
Huc, simul iratum præsensit Nerea Tethys,
Natarum comitata manu se proripit alto,
Glaucaque furtiuo complectens flumina nexu,
Æquoreas vndas vndis fluuialibus vltrò
Miscet, & ignoto geminat noua pignora furto.
His fortunatis nullus tunc incola terris,
Aut (si fama vetus vera est) perrarus agebat:
Lasciuis sed sparsa choris per densa vagari
Agmina nympharum, lentaque sub arboris vmbrâ,
Naidibus mixtæ Nereides alta fouere
Ocia, & aprici, vernantia littora circum,
Spargere fatidicos cantus ad sydera cigni.
Substitit, & mentem Oebalio demulta canore,
Terque quaterque vagos repetitis plausibus orbes
Explicat, &, cœlo sensim demissa sereno,
Fata secuta deum fœlicibus incubat oris.
Sic vbi in Eoo reparauit secula busto,
Sensit & inuisâ se exutum membra senectâ
Lætus ad Æthiopas remeat, terrasque beatas
Aspiciens læto phœnix clangore salutat.
Tum vero insontes populi, quos pallidus auri
Nil mouet aspectus, visâ procul alite currunt,
Allapsamque polo excipiunt, votisque receptæ
Mille optant annos maioraq; tempora vitæ.
Tàm placido fortuna gradu, præpesque volatu
Affuit, & superûm vatis allapsa per auras

A Desilit æthereas: laxos sentire putasses
Accessus toto plaudentes æquore nymphas,
Prostratumque fretum, ripisque inflexa canoris
Flumina, & hæc circum meditantes carmen olores.
Illa autem cœlo libratis molliter alis
Labitur, & stabiles dextro sibi numine terras
Deligit, atque omen secum fert læta futuri
Imperii: cui terra olim seruiret, & æquor.
Tempore iam ex illo pallam succincta sedebat,
Exceptura suos felix fortuna colonos!
Quos vbi deiectos vidit iam sede vetustâ,
Infractosque malis medio sibi quærere fluctu
B Effugia, arridens sese venientibus offert,
Pronaque in amplexus duplices simul explicat vlnas,
Suscipit, & trepidos pergit complexa fouere.
Non secus ac viso personæ horrentis hiatu,
Quum natum trepidare videt, matremque vocare
Præcipitante metu, fit nutrix obuia, & altè
Excipit: ac fotum gremio iam vana timere
Blanda vetat, secumque nouos miserata pauores
Abstergit lachrimas, mulcentiaque oscula figit.
At non admotos tunc respicit Hadria vultus,
Non blandos irata sinus: quin plorat & odit
Infandas tot passa vices. Iam federat alto
C Septa mari miseranda manus. iuuenesque senesque,
Consortesque thori, traductaque pignora nati,
Ipsaque nobilitas, præsagia certa futuri
Imperii. hortatur sparsum per cærula vulgus
Damnatas totiens bellorum casibus vrbes
Linquere, & vndoso circumdare limina ponto,
Mansuroque optare focos, pro mœnibus vnda
Stet, quibus aduerso quæque exeat obuia bello.
Hic mansura domus, fas hic seruare penates
Cladibus innocuos, fas libera iura tueri.
Extulit his animum dictis generosa iuuentus,
Consiliumque probat. iam iam mens omnibus vna
D Deserere in fastas terras, altumque tenere.
Iam segetes, humilesque casæ, iamque alta palustri
Culmina consurgunt calamo: pro dulcibus armis,
Littus & vnda placet, proque ipsis mœnibus, alta
Æquora, multiuago sese cingentia fluctu.
Bis terdena vago distinguitur insula Nereo
Quas rerum natura parens collegit in orbem,
Omnia cernere erat has intercrescere cultu,
Quotque salo steterant numero tot castra putasses
Dispoui, & vastis simul oppida surgere campis.
Vrbs erat vna tamen. sed qua stetit alta profun dis
Insula septa vadis, hinc atque hinc ardua ripis,
E Res dedit ipsa loco nomen. nil cædere turbæ
Sedula nobilitas, vrbique intenta futuræ
Hortatrix operum stabat, pariterque mouere
Consilia, vt cultus genti, vtque immota maneret
Religio quâ parte forum, quâ prima senatus
Limina, & his cultrix superûm consurgeret ara.
Et iam tempus erat quo auersi cornua Tauri,
Auratumque caput, radiorum verbere pulsat
Phœbus, & â tergo vectorem respicit Helles.
Vernabat stratum Zephyris mulcentibus æquor,
Sidereique poli sese iam mollibus horis,
Induerat varios tellus adopetta colores.
F Certabant passim scopulis. & littore curuo,
Æquoreæ volucres, alterno ad sidera cantu.
Ibat in amplexus sublimis & oscula natæ
Iuppiter, & læto radians Cyllenius astro
Infernum fugiebat auum, mersumque profundo
Æthere, & Antipodum meditantem prælia Martem.
Hæc erat astrorum fœlix concordia, & anni
Temperies, quando vulgi claudente coronâ
Nobilium stetit ille palàm venerabilis ordo:
Hic vrbis, quæ prima piæ fundamina genti
Ponere, & extructo placuit noua limina saxo.
Non augur lituo innixus, de morte vetusto,
Inspecturus aues, extisve admotus aruspex,

Sed

Sed pius in niueâ productus ueste sacerdos
Constitit ante aras, supplexque hæc ore locutus:
O mundi supreme parens, o rector olympi,
Qui super æthereas nubes, & sidera, trinâ
Maiestate sedes, profugis, da conditor orbis,
(Nam tua turba sumus) mansuram sedibus urbem
Condere? quam tumidæ amplexam pro mœnibus undæ
Perpetuo seruent, pergantque augere nepotes.
Si iussu, puer alme, tuo uultuque potenti,
Aethere se medio tellus librauit & æquor:
Si volucer discretus aquis sublimius ignis
Constitit, obliquo septenaque sidera lapsu
Contendunt aduersa, polo totque ardua secum
Lumina perpetua raptat vertigine mundus:
Si cœli rerumque vices, si mensis & anni,
Quæque inferna tegunt, tua grandia iussa sequuntur:
Da stabilem sedem, mansuraque mœnia dextrâ
Hunc populum fundare piâ, da fluctibus altis
Crescere nascentem lætis successibus vrbem.
Per te antiqua ratis, quum cuncta immersa iacerent
Diluuio, incolumis per cœrula vasta cucurrit,
Rectoremque suum, seruataque semina rerum
Restituit terris, quâ primum illæsa resedit.
Ter tua, dum Iudam seruas, Nilumque Pharonque
Dextera percussit, tumidamque refregit Erithen.
Cui per lustra vago rigidis è cautibus vndam
Elicis, & largo immensis erroribus actum
Rore leuas. tantum pietas vetus illa mouebat.
Tu genus humanum, & sortem miseratus iniquam
Antiqui sceleris, quum cœlum & cuncta teneres
Ingenti complexa manu, te virginis aluo
Includi, atque humili cingi dignatus amictu,
Passus & exiguis quæ sunt immensa coire.
Non ortus latuere tui: procul astra secuti
Grandia ab Eois portarunt munera reges,
Thus simul & mirrham, mirrhaque potentius aurum.
Obstupuit latices versos in pocula Bacchi
Mundus, & admissâ multos iam morte receptos.
Terga insueta potens glauci tua planta cucurrit,
A Nereos, & vacui tibi ianua cessit Auerni.
Te Stygii tremuere lacus, te pallidus Orcus
Fugit, & admissam tenebrosa in tartara lucem.
Tum verò illa vetus numerosaque turba piorum,
Postibus euersis Erebi, fractisque catenis,
Vindice te superas victrix emersit ad auras.
Denique si cœlum, si te ipsa elementa sequuntur,
Obseruantque tuos labentia tempora nutus,
Dexter ades, votisque piis, pater, annue, & aram
Hanc tibi perpetuam præsenti numine firma.
Da populum antiquâ se religione tueri,
Successusque augere suos, da grandibus ausis
B Digna cuenta precor, stabit sine diuite cultu
Nunc hæc parua tuo, quæ nomine tollitur, ara.
Nuda colet pietas. at si non irrita vota
Hæc fuerint, centum his terris tibi grandia templa,
Cœlitibusque tuis radiabunt marmore & auro.
Dixit & intonuit læua de parte serenum,
Iuueruntque preces populi non improba vota,
Et fauor & tacitis conceptum mentibus omen.
Iam deus, & lætis labentia cursibus astra
Signa dabant manifesta polo: iam mollior annus,
Et formosa dies aderat, si vera vetustas.
Hæc lux illa fuit mundo quæ prima recenti
C Fulsit, & è summo missam quæ sensit olimpo
Prima dei sobolem. Plaudebant omnia cœptis
Sydera, terra, fretum, feruensque accentibus æther.
Iam vero superûm monitus, & læta secutæ
Omina, mille manus, operosaque bracchia mille,
Sese operi expediunt, pars hæc fundamina sacris
Prima locant aris, instant pars claudere sulco
Et qua tecta fori. nec adhuc miranda sederet
Curia sed qualem rerum fortuna sinebat.
Sic feruebat opus, passimque antiqua locorum
Mutari facies, pro culmo vluaque palustri
Consurgunt fragili postes, & limina texta.
D Materies hæc prima fuit. nam marmor, & auum,
Et quibus ipsa recens vrbis nunc forma coruscat,
Illa vetus meruit pietas: peperêre nepotes.

MARCI ANTONII SABELLICI, DE VENETÆ VRBIS APPARATV PANEGYRICVM CARMEN, QVOD ORACVLVM INSCRIBITVR.

HIC vbi in alterno fortuna immobilis æstu
Accubat, & rebus non impacata secundis
Dat pelago variare vices, tibi maxime rector
Vndarum cui glauca cohors deseruit & omnis
Thetyos aulæ vagæ (si vera est fama) per vmbram
Reddita vox cœlo tua grandia fata retexit.
Illa per obscuram noctem dum sponte per artus
Insinuat se grata quies, allapsa iacentem
Terque quaterque ciens, vltrò hæc tibi fatur ad auras:
Hic vbi sacratos actus, & grandia regis
Monstratis monumenta tui, magne aliger orbi
Vndosis qua septa vadis nunc hospita tellus
Te tenet, æternum tua molliter ossa quiescent.
Annueras fatis. sed quæ tam certa futuri
Tunc mens ausa foret, clara hæc penetralia cultu,
Hoc rerum sperare decus? quis limina diuûm
Tercentumque aras posse hoc consurgere fluctu
Crediderit vates? sed sic cui summa potestas
Iusserat immotas deducere stamina Parcas.
Nuda erat hæc terræ facies, quam stagna refusi
Nereos, & placido sulcabant flumina cursu.
E Nondum cœlicolûm sedes, hominumve superbi
Fluctibus extabant postes: non littora circum
Aurea sublimes feriebant sydera turres.
Stagnanti non vlla freto naualia, nulli
Remorum pulsus, non lenta celeumata nautûm:
Sed pelagi planctus audiri & questus ad auras
Nocturnus volucrum.
At quamuis hominum cultu deserta iacerent
Omnia, credibile est (nam mens afflata propinquo
Numine, fata videt, fati nec cæca futuri
Vlla obstat caligo piis) tibi nocte silenti
Hanc, quæ sparsa iacet spaciosa per æquora molem
Obuersatam animis, curuisque hunc flexibus orbem.
F Scilicet, arcanâ suspensus luce, per vmbram
Iam mediam, tacito quærebas prætore, qualis
Illa recens templi facies, cui Palladis arbor
Proxima forte fuit? nascenti occurrere Phœbo
Pergeret, & festa ceruice aflarier Euro:
Clauigeramque senis dextram, nomenque magistri
Miratus seruare tui. mox læua per vndam
Luminâ laxabant longo pomeria ductu.
Extremumque latus gelidam quod suspicit arcton,
Illa vetus pietas baculo subnixa tenebat,
Quam non mille olim clades, non mo.bus, & æra

Funci

Funera natorum ſubitâ fregere ruinâ.
Humidus hinc limes fluctu tibi viſus aperto
Currere ad Heſperios fluctus, quâ Martha ſedebat
Virgineo ſtipata choro. dehinc curua per Auſtrum,
Perque ſacras diuum ſedes, araſque madentes.
Rurius ad Eoas currebat ſemita metas.
Hic ſubito miranda vides, per littora, & altos
Fluctibus extantes ſcopulos, quos cærula curuis
Area diſcurrens ſpaciis, complexa tenebat,
Culmina diuorum ſurgunt, clarique penates,
Perpetuique lares hominum, ſuprema relictis
Nubibus aereæ tolluntur ad æthera turres.
Vnde hoc quod paſſim tectis, & poſtibus aurum
Fulget, ais, pelago? quisve huc quis imetia ſaxa?
Taigetumque tulit viridem: niueamque Cariſton?
Quid ſibi vult hic æquoream concurſus ad vrbem?
Quid Tyriæ Phariæque rates hæc ſtagna frequentant?
Diuitias huc ferre ſuas quid veſper & arctos
Sic properant? denſæque premunt hæc littora puppes?
Vnde frequens ſtatio hæc? ſtipataque puppibus ora?
Quidve ſecant paſſim fluctus tot millia cymbæ?
Quid nunc Chalcidicis obnoxia fluctibus aulis
Iactat mille rates Danaum? quid flebilis Helle
Se ſub Achæmeniâ queritur iacuiſſe carina?
Maiores oriuntur opes. ſed marmore & auro
Hæc quæ templa micant, Petreia nomina ſeruant.
Nimirum manet hoc, poſtquam terrena relinquet,
Clauigerûm penetrale ſenem, limenque vetuſtum.
Hæc quæ ſudificum conſurgit ad æthera turris,
Herbidus & totâ campus deſeruiet orâ.
Fallimur. an contra reſpondet virginis ara?
Ara puellari cœtu venerabilis. heu heu!
Nocturnas cohibete faces, & dira miniſtræ
Semina flammarum. ſed longè cautius ornat
Vicinus ſua ſacra chorus, defendit & ignes
Fatidicus nil damna timens tam triſtia vates.
Nec cui terribiles vati parſere leones.
Quæ moles hinc dextra ſedet? quæve vrbis imago
Cæruleis prætenta vadis? naualia mirum
Ni hæc ſint. ecce rudes, longo nunc ordine, ſidunt
Pontibus æquatâ tercentum fronte carinæ.
Ec quæ congeries ſparti? quæ immenſa rudentum
Materies vaſtâ iacet hæc contortilis aulâ?
Aut quos remorum cerno confuſus aceruos?
Velaque Threïcium Boream fractura: notumque
Structilibus congeſta tholis? vncoſque tenaces?
Vel quæ vulnificis telis ſtipata recumbunt
Tecta adoperata procul? ni olim mentita vetuſtas
Eſſet vana deos, ſæui hæc ſacraria Martis
Credere, & æquorei poteram penetralia regis.
Tot galeæ, clipeique caui, tot protinus enſes
Argolicas potuere manus armare Phrygaſque,
Inter Pergameas arces, ripaſque ſonantes
Fatalis Scamandre tuas, te in Bactra mouentem
Nine, & Abydenis metantem Perſida campis.
Mœnibus hic verò campus naualibus hærens,
Herbida quem veſtit facies, ſuccincta pharetris
Agmina quis labor exercet. quid figere metas
Vſque procul tendunt? vel quæ in ſe noſtra retorquet
Lumina tercentum ſtratis domus ardua fulcris?
Supremâ pietate patet ſanctiſſima partu
Virginis alma parens, ſed filia ſanctior vna eſt,
Læua ſuburbanis incumbit fluctibus, hancque
Vndique circunſtant vittata fronte miniſtræ.
Hunc propiore tholo tàm tetrica tecta tenentem
Haud equidem agnoſco: cœleſti lumine quamuis
Os radiat. quid pulla toga eſt? tunicæq; niuales
Cœlitis ante pedes? quid tàm numeroſa recumbit
Calua cohors? ſtantem cuncti mirantur & orant,
Ignota illa etiam facies extrema prementis
Stagna ſenis, madidos qui longius exit in Auſtros.
Canicies veneranda genis, prolixaque barba,

A Mortales oculos humánaque pectora tangunt.
O pelagi ventura dies, o tempora rerum.
Quos ego ſuſpicio Pario de marmore poſtes?
Aut quos ſub niueâ famulantis veſte miniſtros?
Sed quo iam retro capimur? quæ obliqua ſacrorum
Hanc geminos inter fluctus ſibi vendicat aram
Relligio? aut quales ſurgunt à fronte penates
Cœlicolum regi? ſed cur altaria cultu?
Cur auro gemmiſque vacant? ingrata vetuſtas
Cur non Dalmatico ſplendent hæc templa metallo?
Quem magis altus honos decuit? Sed nuda tonantem,
Nuda iuuat pietas: litat hæc non cultus & ara.
B Sed mihi quis fletus infantum perculit aures?
Quæ miſeranda manus puerorum hæc curua recuſat
Atria? Scire vetor: rapiorque per arcta viarum.
Nec ſatis agnoſco campo qui cultus aperto
Comminus aſſedit Thrax linguâ hic, Graius amictu.
Nec propiore tholo multo mihi notior ore eſt
Ille acri qui vectus equo: pietatis amore,
Ignaruſque doli, ſua pallia diuidit orco.
Prouchor in Boream, gelidamque Lycaonis Arcton.
Ecce iterùm immenſi genitrix veneranda tonantis
Seſe offert, gremio centum complexa miniſtras.
C Glauca ſub extremis quâ mœnibus æquora rauco
Murmure diſſiliunt, contrâ lux trina coruſcat
Vlteriore ſolo. natiuâ veſte quis ille eſt
Stigmata grata gerens? cui circumfuſa miniſtrat
Turba frequens exuta pedes & fune recincta?
Quod ſimul Oebaliis terris quum bruma cohercet.
Perque Numæ ſiluas denſæ coire palumbes?
Aut quum ſæuit hyems paſſim per ſtagna lacuſque,
Æquoreæ glomerantur aues: lentaq; ſub vmbra
Accubat æſtiuis ouium grex Appulus horis:
Tàm numeroſa manus pergrata ſilentia ſeruat,
Paſtoris decreta ſui, cultumque propagat.
D Hæc quæ virgineo frontem vittata decore
Inde auerſa ſedet, ſtadio ſubmota virenti,
Nota mihi facies: ſacris operata ſecerdos
Plurima, perque vices ſolennibus incubat aris.
Vel quæ hæc ante oculos dextrâ lęuâque recluſis
Porticibus piceæ diſſectaque robora paſſim
Materies proiecta iacet? quæ turba pharetris
Certat Ituræas ſumptis imitarier artes?
Eſt domus an potius ſunt hæc penetralia diuûm
Porro ęquata polo? gemini faſtigia fratres
Alta tenent: ſed terri acies intenditur illis.
Infandas inhibete manus. neu perdite ſæui
Inſontem ſobolem. iam iam pietatis amore
E Optat vterque mori, cœloque admota rependunt
Supplicia. alternum ſydus fulgebit vterque.
O merito proles cœlo ſpectanda: quid vltra
Vana Therapnæos miratur Græcia fratres?
Martigenas quid Roma ſuos? Acheronta recluſit
His ſua cuique dies. at vos conuexa tenetis
Sidera: vos pedibus lunam calcatis & aſtra.
Sed cui Chalcidico latè hæc pendentia ſaxo
Mauſolęa vacant? quando huc aut vnde relatæ
Exuuiæ? Phrygios arcus, Scythicaſque ſecures
Aſpicio. ſed ſcire nefas, quo ex hoſte trophea
Hæc ſint, aut quales paſſim pendentibus vmbræ
F Claudantur tumulis. Quis plenis caluus inerrat
Porticibus cœtus nigranti cultus amictu?
Heu quæ flamma nocens hæc aurea tecta profanis
Poſtibus inuaſit? nocturnæ occurrite peſti,
Ferte citi lymphas, iactatis ordine ſaccis.
Inualuit ſed dira leues. heu damna meorum!
Artis Apellææ quantum nox abſtulit vna?
At meliora adſunt: latè tenet improbus ignis
Omnia, nec deeſt in medium qui conferat aurum,
Quique trabes & ſaxa ferant, en altera rurſus
Mœnia, & auratę ſurgunt faſtigia ſaxo.
Nec procul hinc geminæ conſurgunt virginis aræ.

Quarum

Quarum dextra ſim ſaxoque exeſa vetuſto,
Stat rudis aſpectu: nec quem poſt terga reliquit
Agnoſco Diui faciem: nec notior ore eſt
Hic qui doctiloquâ meditatur murmura linguâ
Aurea verba ſonans. aſt hæc, quæ læua recumbit
Virginis ara recens, proh quanto aſſurgit honore?
Quid ſibi vult hominum ſubitus concurſus eôdem?
Quid chorus iſte recens? congeſtaque munera totis
Poſtibus? Arridet Spartano blanda metallo
Frons paocul. hanc Libycę commendat puapura venæ,
Niliacuſque lapis, Phrygiuſque, & quicquid Hetruſco
Littore Luna ſecat, ſecuitque Argiua Caryſtos.
Sed rapimur dum plura ſequor. quæ Graia ſacerdos
Vicina regione ſedet vittata capillos,
Pallentęſque atfecta genas, pallamque recincta?
Nec ſatis ille ſenex notus, cui tempora cana
Mitra tegit, ſacroque caput conſurgit honore.
Dulcior affatu: quamuis & murmura linguæ
Nil triuiale ſonent. Iamque in ſe noſtra retorquet
Lumina ſiderei mater formoſa tonantis.
Sed quid me feſſum rapiunt hinc fata retrorſum?
Obiiuciturque procul iuuenis? qui nuda reuinctus
Membra iacet mediis flammis, nec dira recuſat
Supplicia, admotumque rogum non ſentit: honore
Percitus arcano. hinc oculis, hinc pectore toto
Pendet, & admotas non reſpicit ore miniſtras.
Accubat ardenti, ſuras nudatus & vlnas,
Contectuſque humeros ventriſque extrema rigenti
Cortice, demiſſi cui ſunt pro veſte capilli.
Nimirum hic ille eſt celebrat quem maximus orbis,
Quique tuis caſtum fatorum conſcius agnum
Iordanes immerſit aquis. vox ferrea mundo
Inclamat, Properate viri, ſit ſemita regi
Vndique aperta ſuo. Sed quid crucis agmen ad aras
Conſpicor armiferum? vel quæ manus impigra circum
Excubat? an nunquam ſtatio hæc tam fida remittit?
Heu nimium ſegnis, quid me mea vota morantur?
Per geminos ſcopulos ſurgentia limina diuûm:
Huius dextra quatit palmam, quatit ille ſiniſtra
Præmia deuictæ per tot certamina terræ.
Fallor? an arcanos cœli ſcrutata receſſus
Hæc auis illa potens, quæ nunc ſuper ardua mundi
Præpetibus volitat pennis, nunc læta relabans
His ſacrata vadis ſibi debita templa reuiſit?
O diuûm memoranda domus, circumfluа tellus!
Ecquæ nam ſuperum non his ſimulacra coruſcant?
Littoribus, ſparſis en circum tempora canis,
Fatidicus vates, magnus cui voce ſacerdos
Proditur ante diem terris: nunc ſidera pulſat
Vertice, & exhauſtis vni cadit ida metallis,
Dalmaticumque latus, Chalciſque vndoſa reſedit.
Miratur ſua templa ſenex, miratur honores
Fœmineumque chorum, & plena ſacraria diuis.
Cui ſuper impoſito parua hæc vacat ara ſacello?
Aut qualem ante oculos proles Alphęia molem
Suſpicit? ex ſummo ſurrecta palatia cœlo
Miratur. quorum latè candentia duro
Saxa adamante rigent? falluntq; cacumina ſenſum?
Hic te ſuſpenſum dudumque incerta mouentem
Marce, reor raptum (neque enim pia credere cuiquam
Arbitror eſſe nefas) liquidumque per aera vectum
Continuò ante fores auratаque limina templi
Aligeri ſtatuiſſe manus, qui miſſus ab altâ
Affluit arce poli: ne te tua fata laterent.
Tum vero ambiguos viſus per cuncta ferentem
Hærentemque animo, nec adhuc bene prima tenentem
Limina, purpureo affatus ſic cœperit ore.
Quid tu ſuſpenſus premis hic veſtigia? diuûm
O Cœtus auctore ſenex, lux fida piorum!
Ne dubita nil vana vides: tibi nuncius adſum
Sedibus æthereis, teque hic ventura docebo.
Hæc templi facies quæ marmore ſplendet & auro,

A Cuius adacta polo radiant faſtigia Graiis
Artibus, & fuluo ſignis diſtincta metallo,
Tergeminaque procul ſurgens teſtudine pendet,
Tercentum nitidis hinc atque hinc fulta columnis:
Cui venoſa Thaſos latus hoc preſtruxit, & illud
Taigetuſque virens, nec non cerealis Himetus.
Aſpice quam variis ſerpant Aarora figuris
Sparſa ſolo: quæ veſtit onyx quæ blandus Apiſtos
Molle rubens crocetos, maculiſque inſpectus Ophites.
Et nomen cui flamma dedit: gyamoſque thaoſque
Quid carchedonios precioſaque nomina mille
Venarum conſecta loquar? ſacraria quanquam
B Sint hæc digna deo: multum veneraberis illis.
Te poſtes te ſumma colent faſtigia, nulli
Seruiet vſque tholus plus hic: tibi tota vacabunt
Limina, poſt cineres defunctaque membra iacenti
Hic tibi certa quies. Age nunc tibi fata tuorum
Expediam. cetnis vacuа hæc ambita vetuſtis
Atria porticibus, ſublimis curia læuam
Degrauat? an ſpectas qualis conſederit ordo?
Biſcentum coiere ſenes, quos purpura veſtit,
Canicies mento, & tacito venerabilis ore
Maieſtas. vetus illa fuit, fuit indole talis
Curia quam doctæ quondam vidiſtis Athenæ:
C Vidit & intonſos talis ſua Roma Quirites.
Aſpice vt in medium ſedeant, cenſęre parati,
Quiſque æqui rectique tenax, vt cultus in auro
Sublimiſque throno ſedeat velut arbiter illis,
Purpureus quem velat honos, cui candida barba
Subnixus ſolio tacite moderatur habenis.
En tibi quam nullo ſubeat ſuprema tumultu
Lamina patricius nec ſupplex ambiat ordo:
Sancta ſed immoto ſeruet veſtigia ritu.
Subter ſtrata fori, trepidis ſubſellia feruent
Septa reis. iræ hic regnant, rabieſque, dolorque,
Ancipiteſque metus, infandaque murmura vulgi.
D Ima tenent fontes, damnataque crimina ſæuis
Suppliciis, gemitus cæcis tractæque catenæ
Inſultant tenebris, quod ſi componere fas eſt
Nomina perpetuis fato debentia rebus:
Sic procul æthereis Stryx ſedibus atra receſſit.
Infernique lacus: ſic iam minus improba pœnis
Quamuis dira ſatis conſurgunt mollius arua,
Eliſiis vicina iugis. Tuque impiger adſis
Et mea digreſſus latè hinc veſtigia ſerua.
Hæ geminæ quarum faſtigia celſa columnæ
Aſtra petunt, ſcelerum diras expendere pœnas
Aſpicient fontes: toto nec maior in orbe
E Iuſtitiæ tum cultus erit. ſed ſuſpice qualis
Fulget apex, quantumque illi ſit ſideris inſtar
Dum procul igne micat. nec quæ ſubiecta recumbunt
Sint tibi tecta moræ: latè hæc ſine curret & illa
Porticus: & ſpaciis late diſcurrat apertis
Area. Sed poſtes & puluinaria diuûm
Luminibus ſeruа. nec quas poſt terga relinquis
Baſſanas mirare fores: ſacraria pandit
Naſcenti geminæ tulerint cui nomina ſortes,
Nomina nunc noctis tenebris immerſa, ſed olim
In medium ventura diem? Iam reſpice quales
Virgo tenet ſedes celebrat, quam terra fretumque
F Suſpiciunt, quam templa poli, quam tartara rurſus
Effugiunt. eadem multùm ſtatione propinqua
Miratur laudatque ſenis pia limina vatis.
Quæ procul æquatis tollunt ſe frontibus vltro,
Hæc vetus, illa recens, ambæ ſed virginis aræ.
Sed quæ dextra ſedet, quam ſupplex turba fatigat
Aſſideris votis, cumulatque altaria donis,
Aſſidet huic cuſtos ſuccinctus murice, palmam
Concutiens dextrâ, ſublimique hoſpite gaudet.
His ſubmota locis, fluctuque iniecta triſulco
Culmina priſca colet, ſaxoque inſtructa vetuſto
Maurius: ignotus terris nunc Maroc, ſed olim

Inſignem

Insignem faciet pietas. fouet altera magnus
Aliger, ante polos Pontumq; & Tartara mecùm
Mente sarus purâ, rerumq; ab origine primâ.
Respice vt electum pedibus premat aureus hostem
Victor, & examen librans stet pronus in hastam.
Sed caueas, lux fida poli, ne corruat ingens
Turris apex, feriat ve cadens per inania fulmen.
Proxima templa tenet, lapidoso infringitur imbri
Cui iuuenile caput Solymis deiectus aduſtis
Procubuit, morienſq; manus seruare nocentes
Vrgentis populi didicit, crimenq; leuare.
At nunc diffusi carpit pius ille cruoris
Præmia: stant aræ, nitido stant culmina cultu,
Sacrificusque chorus. sed quæ mora segnis inertes
Nos tenet? eia oculis opus est, & præpete gressu.
Huc ades, & diuùm quæ sint prope templa docebò.
Hæc quæ amplexa crucis gestat venerabile nomen
Regibus infestum Stygiis, cui nobile flauum
Præcinxit diadema caput: memorabilis olim
Multum prole sua, sed famam cultumq; perennem
Culta dabit pietas, stabit succincta ministris,
Hospicii memor antiqui, vatisque propinqui,
Martyris inde aram trinis prope fluctibus vdam
Respectans, nunc adde gradum, & vestigia retrò
Corripe, & hunc nigro læuâ qui occurrit amictu,
Atque huius dextrâ perstringas limina plantâ
Acceleranş ne quære precor. sunt nomina prorsus
Nunc ignota viris: sed erunt post inclyta terris.
Collegæ secreta tui, nec tecta requiras
Quæ contra abducta se condunt fronte: per æra
Perq; graues sonitus properans atque arcta viarum,
Differtas opibus cerne hinc atque inde tabernas,
Nobilis auratâ qua semita currit ab arâ.
Nec te tantarum teneant miracula rerum:
Sed diuos mirare tuos, sedesq; beatas.
Iam tibi notus erit vicinâ sede propinquus
Cui subducta viæ non grandia templa recumbunt.
Haud procul aspicio antiquæ testudinis aurum
Quam rerum seruator habet. stat proximus illi
Exectam qui humeris pellem, ceu pallia, portat.
Non ratibus te ripa frequens, non feruida pontus
Agmina defigant, nec quas Germania diues
Explicat hinc merces, illinc sua stamina Seres.
Quin errata prius repetens tria compita retrò
Prospice bissenis sacratam fratribus ædem.
Hinc Sophiæ penetrale sacrum, campumq; virentem
Qui iacet ante fores: & quâ mox dextra recedit,
Vt virgo stet cincta rotis, iraſque minaces
Negligat, & fidens solium miretur & ora,
Virginis ora suæ. prohibent hæc dira timere
Supplicia. Auxilio ternis simul excubat aris
Diua parens: hinc signa mouens victricia nati:
Tercentum inde viros, pietas quos iunxit, alitq;:
Hortanamq; manum. magni hanc tutela gigantis
Arma timere vetat. Sed quis madet vsque supremis
Fluctibus? an spectas regum hic qui ex stirpe creatus
Vt miseras contemnat opes? diademata calcet?
Cernis & inde senem diuersa in parte sedentem
Quique vtrâque manu diuina volumina versat.
Cesserit ille licet meritò tibi magna parenti
Scribere, & ingentes quisquis cantauerit actus,
Et regis monumenta pii: post ecce virentem
Vendicat ipsa viro dulcis facundia palmam:
Et nunc virgineum proprius iam respicit agmen.
Sed maius miratur opus, quòd ad vbera cernit
Virginis admotum cœlum qui & cuncta creauit.
Hoc stupet ille senex; non grandia tecta, nec aurum,
Seruitiumq; frequens, pleniſque altaria donis.
Hoc stupet aduerso obtutu Marcellus: & oræ
Arbiter extremæ Felix, & iuncta duobus
Fusca sedens diuis nec non pia cominus vnctrix,
Flauentes resoluta comas, tergenſque capillis

A Quos sine fine pedes lacrymis rigat anxia sacros.
At qui præcelsâ stat nixus turre sacerdos,
Quique altis obiecta vadis altaria seruat,
Idem olim Oebalio quâ Carnica regna Timauo
Late obuersa iacent, post te tua templa tenebit.
Nunc age & hic sæuâ insignem quem compede cernis,
Quantus erit, nunc scire nefas: sed in astra receptus
Hiſque olim terris templo sacratus, & arâ
Vltro aderit, manicas nexis & dura relaxans
Vincula. Dexter abi & celeri fastigia gressu
Pontis age exsupera, nec quæ post terga relinquis
Sint tibi tesqua moræ, licet his plus fuderit auri
B Posteritas opulenta locis, quam Lydius Hermus
Voluat, & Hesperiis Tagus impiger obruat vndis,
Nec procul illa senis facies, tolerantibus apta
Humaniſque inuicta malis, quæ suspicit Arcton,
Extremamq; vrbis calcat miserabilis oram,
Te teneat: nec quæ circum naualia crebro
Artificum resonant pulso non atria, & vnâ
Permixtæ pueris lusu glomerante puellæ.
Sed tu quid dudum spectas? quid lumine fixo
Respicis auratam collegæ immobilis vrnam?
Iamque hinc tolle gradum, & quâ se tibi cernuus offert
Fatidicum cognosce senem, qui turris ad ima
C Accubat, & rectam mecum per operta secutus
Perq; salicta viam, duplicem properemus ad aram
Virginis hanc: placitura procis (mirabile dictu)
Lumina cui rapiet cœlo deuota volenti
Virginitas, ne offensa ruat. iam Graia Caryſtos
Sicanio diues meditatur dona sepulchro.
Sanctior affinis longeq; beatior ara,
Cui sacrata dabit venerabilis hostia nomen.
His dare thura locis, discreta sede ministras
Olim cernere erit: nunc densis ripa salictis
Vndique operta iacet. nec qui modo seperat isthmus
Arctior allapsam Tethin fluuialibus vndis
D Semper erit: nec cur iam desinet esse requiras;
Quin dextrum potius scopulum pes occupet. illic
Qua datur apricis statio nunc ardua mergis
Immodico stipata choro, miranda sacerdos
Nuda pedes & reste latus succincta sedebit,
Talis in aduersa famulantum cœtus arena
Per stygios gestata lacus, & flumina auerni,
Nunc nitido radiata polo crucis alma fouebit
Signa tenax. nec qui extremâ metatur in orâ
Limina, piscator quondam, nunc incola cœli
Marce tuum remoretur iter: deseruiet illi
Quamuis casta manus, multusq; altaria circum
E Stabit honos. quin ambo aduersam inquisimus oram
Fluminis? & retro scopulum per aperta remensi
Littora? deuexę facies hæc parua lacunę
Discimus, vt sedes diuis (mirabile dictu)
Vna duobus erit: reddet tamen ampla capacem
Religiō. Caput incanum barbamq; verendam
Prospice nunc vatis palmas mirantis & vlnas,
Quæ regem tetigere suum. sed discere dignum est,
Gaudeat vt lucu lætusque recumbat in vmbra
Nec semper breuis hæc quæ amplectitur area lucum,
Quum Zephyri spirant: calamis stridebit & vlua.
Mille simul radii percussas pectine telas
F Percurrent sonitu. nec quæ mox Gallia & omnis
Daunia tendebunt, lassent tot vellera dextras.
Hic quoque post geminos pontes suspectus ad auras
Qui tibi surgit apex, rueret nisi diuus ad ima
Accubet innixus lateri. seruetque vetustis
Sedibus ambiguam molem. stat proximus illi
Cui optare thronos cœli Zebedeia coniunx
Insicia fatorum nixa est. linque ocyus aram,
Cœlitis, & vastos surgunt qui à fronte penates.
Nunc rerum simulachra vides: sed vera nepotes
Omnia conspicient. Hæc quæ lacrimabilis vrna
Tollitur ante oculos, gemina cum stirpe parentes

Conti-

Conteget, effigies quos torserit impia tauri.
Corruat hic anceps uertex, qui nutat ad auras
Qua tholus hic dexter delubraque sacra recumbunt,
Ni regat ancipitem molem teneatque supremæ
Virginis alma manus, subnixaque cominus ara.
Sed tu marmoreos postes limenque ueustum
Ne nimium mirare precor: quin protinus hinc te
Proripe, & accelerans surgunt quæ templa propinquo
Limite, cui pateant ne sit cognoscere curæ.
Huc geminam sed flecte aciem quâ lenis ab Austro
Flectit in Hesperios sensim sua flumina soles
Medacus, scopulumque sinu curuoque meatu
Alligat implicitum: nomen vada grande madenti
Alta dabunt ripæ. Siluis nunc, Marce, coruscis
Omnia mersa iacent: olim commercia mundi
His feruere locis, Mauroſque uidebis & Indos
Mercibus alternis inter se iungere dextras.
Quicquid habet rerum tellus, huc quicquid & æquor
Puppibus aduectum precio mox transiget orbis.
Hærebunt ripis oneraria turba carinæ,
Et vocum ambiguo resonabunt cuncta susurro,
Quid fora terna loci memorem? mensasque beatas?
In mensisque ingens argenti pondus & auri?
Aut quid uotiuam trepidatis ignibus aram?
Quantaque porticibus geminis spatiabitur umbra,
Hic vbi in extremo riparum margine mollis
Silua uiret: quicquid nunc lenior occupat alnus
Nobile marmor erit. tantum mutare ualebit
Longa dies. Surget iuxta uicinior astris
Pons opere insignis, ripamque amplexus utranque
Fluminis, & cunctis calcandus gentibus olim.
Huius dextra latus claudit quæ terra sub altis
Aggeribus, gemet Alpinis tumulata metallis.
Par onus ex cipient passim conclauia centum
His differta locis: sed onus puto gratius illis.
Namque Arabum messes & odoris mercibus Indus
Horrea stipabunt: accumulet ditior intus
Area. portabunt procul huc sua munera Seres,
Hesperiæque rates tepidis quod mersit ahenis
Docta Tyros, Coæque olim radioque coloque
Explicuere manus. nihil ambitiosa uetustas
His conferre queat. stabunt venalia longo
Margine riparum populo quæsita receptis
Obtulit hospitibus quæ mystica dona sacerdos,
Nec plus hic infrâ maioraue pondera rerum
Quàm supra æquatis suspendet lancibus auri
Posteritas. Nunc adde gradum, mecumque retrorsum
Aspicies densâ stipatas merce tabernas.
Nec noua Academiæ facies, sacrataque diui
Limina detineant: sed tendere longius ultrâ
Perge precor, gentisque tuæ cognosce futuram
Luxuriem. His mensis quarum nunc conspicis umbram
Cernere erit, quicquid gemmarum prodiga mittit
India: quicquid opum pelago scrutatur Erithræo.
Nec sua templa coli post hæc pius abnuet ille,
Qui simul accitus quæstus odisse nefandos
Dicitur, & vitæ contrarius isse priori.
Oderit inde nefas. sed habendi insana cupido
Has circum sedes adiget fœdare nepotes.
Sanctius inde procul templum sacrabitur huic, qui
Pastorum excipiet dotalis munera terræ
Primus ab imperio. uerùm hæc sacraria linque,
Et quæ dextra, volens colet is qui ab Apolline nomen
Tàm verum quàm grande feret: Iam comminùs ecce
Post geminos fluctus pandunt se limina Pauli,
Limina quæ ultu strictoque tuebitur ense
Ille senex, magno totum qui concutit orbem
Eloquio, monstratque viam quæ mittit ad astra.
Inde erat vnda triplex, inflexaque semita nobis
Exsuperanda prius quàm religiosa paterent
Templa Syri, cui ni permissum cernere coràm
Traiectumque latus ferro contingere dextrâ,

A Quod sibi certa salus Stygiis remeasset ab undis,
Credere non potuit. sed qua se dextera nobis
Area diffundit breuior uia ducit ad umbram
Frondentis luci: luco hoc gaudebit & arâ
Inter cœlicolas non vltima fama, decusque,
Si quando ad vitæ superas emerserit auras.
Sed famæ maiora manent momenta sedentem
Limite in aduerso, ritus & iura parantem
Scribere supremis pacatæ ciuibus aulæ.
Altius hic aliùs Lunam transcendit & astra
E regione sedens: magnæ alitis instar in auras
Nititur æthereas, & sidera uerberat alis.
B In læuam nunc flecte oculos, nec discere tentes
Cui sacer hic fuerit limes, quem contegit ulua.
Multa latent quæ longa dies post deteget. at tu
Hanc cœlo eductam molem, lateque uagantem
Suspice, & ingentes maneat quàm pulchra nepotes
Religio iam scire potes. venerabile nomen
Virginis hærebit templo: iam cernere fas est
Sacrorum qui cultus erit, quàm densus ad aram
Seruiet vsque chorus. Sed tu per cuncta uagari
Desine luminibus, nec ditia Mausolæa
Te teneant, passim radiant quæ marmore & auro
Nec quæ porticibus vacuis bina atria currunt.
C Pontificis qua tecta senis secreta recumbunt.
Quin age, & angustâ digressus virginis æde
Hunc mecum mirare uirum, quem Gallica vestit
Penula, & innixum baculo domat ulcus aperti
Inguinis. hic terris olim, mox vrbe uagatus
Inter odoratas syluas, opulentaque dona
Perpetuò contentus aget. nunc protinus ecce
Fluctibus incumbit geminis, cui Græcia nomen,
Cui tellus hæc templa dabit, iam respice contra,
Qualis virgo sedet sæuum pressura draconem?
Sed nec uirgo ferox dudum properantibus obstet:
Quin per aperta soli diuæ veniamus ad ædem,
D Sacrificumque chorum, mollis cui Syria, & ingens
Detulit extremo nomen Carmelus ab ortu.
Contiguas nunc præter aquas, quâ semita rectum
Monstrat iter molire gradum (non pauca supersunt)
Et quâ trigeminus se fundit in æquora fluctus
Siste pedem: vultuque nouo postrema tenentem
Culmina prospecta. nostri hæc illa hospita regis
Quæ, simul admonita est uitæ melioris, abegit
Dulce ministerium. castis nunc septa puellis
Læta sedet, luditque choro: miraberis, olim
Retia mille vagis pendentia pontibus, hic quâ
Explicat extrema cursum via mollis in orâ.
E Baretis sed templa senis quæ proxima surgunt
Pontibus, & pueri quam dux habet aliger aram
Posse procul spectare satis. Nunc aspice dira
Supplicia & iuuenem insontem post terga reuinctum,
Telorum quem spissa seges confixa per artus
Texerit. ast illi pietas immensa reponet
Præmia. respondet contra sed notior Austro
Ara uetus, Latiæ hic artis sunt tecta, foresque
Veste sacra Latius custos: per cætera Graius.
Solis ad æstiuos ortus pia limina diuis
Omnibus hæc statuet uicinis sedibus olim
Postera religio, sacrisque operabitur agmen
F Virgineum. sed qua tellus procedit ad Euros
Consurgent geminæ sedes, hæc uerget in Arctos
Illa Notum: similis facies ambabus & ætas.
Sed cultus non vnus erit: comes ille supremi
Regis at hic martyr: cœlo sed dignus uterque.
Haud nunc scire licet, sed tempora longa recludent
Quis sit in extremæ latitans qui margine ripæ
Personam sub ueste tegit, mitramque iacentem
Luget, & ignotæ miserabilis assidet aræ.
Sed melius sperare licet ne indulge dolori
Chare senex: iam iam tutâ tibi linter in undâ est
En tibi sacra cohors, quamuis ignobilis adsis,

Expedit hoſpitium pelagi dum ſæua remittat
Tempeſtas: aderunt placidi ſine turbine ſoles.
Littore in aduerſo quâ plurima vergit in auſtrum
Inſula, cernere erit noſtri qui nomina regis
Marce ferant: contra paucis comitata ſedebit
Virginibus princeps, Latiis quæ in montibus ultrò
Supplicia expendet, trinæ dum lucis amore
Prodere non dubitat ſancti commercia cultus.
Martyr erit, qui templa colit vicina ſed undis
Hoc diſcreta ſolo: diuo (quis crederet?) olim
Omnibus hucannis veniet tuus ille ſenatus
Gratatum, populuſque frequens. quòd turbine ſæuo
Sit patriæ ſeruatus honos, armiſque retenta
Libertas. feſtâ patietur luce reuinctus
Medoacus ſua terga premi: Nunc aſpice quali
Septa choro radiet viridi lux alma receſſu.
Sed tu quid circum luſtras naualia & altis
Horrea culminibus? quin hanc quæ læua recumbit
Miraris ſedem Latii paſtoris, & aram
Cui trinus præſedit honos, triplexque poteſtas.
Hoc caput extremum, volucres quâ currit in Euros
Inſula, veliuolæ roſtrum quæ imitata carinæ eſt,
Perferet impoſitam molem: limoſa refuſis
Obruta nunc vndis vluâque immerſa paluſtri
Hinc atque inde iacet, plantâ calcabitur olim
Humidus hybernam ſcopulus qui ſuſpicit Arcton
Omnia feruebunt denſis hinc puppibus. inde
Qua Notus vſque ruit ſalis horrea vaſta patebunt,
Fors & multa dabit terræ poſt copia nomen.
Quæ contra ingenti tellus tibi curua receſſu
Obiicitur, ſua ſacra colet diuoſque choroſque.
Aemula nunc certe reparantis cornua lunæ:
A Aſt urbis poſt inſtar erit: quam vincere cuſu
Aut æquare uolet, ni mox pius armiger illi
Vectus equo infeſtam venienti intenderit haſtam,
Hic tibi ſacrorum cultus, teque inclyta circum
Centum cœlicolæ ſeruabunt tecta pioſque,
Rite ſibi iam quiſque choros, ſibi quiſque miniſtros.
Nec minor alter honos venturaque gloria rerum.
Nam tuus hic pelagi populus regnator, & idem
Terrarum placidus rector cenſebitur auro
Fluctibus Heſperiis & Lydo ditior hermo.
Regia quod Croeſi cœpit, quod Perſica regum
Gaza vetus, quicquid victo mox abſtulit orbi
B Romaferox, vni genti pia fata reponent.
Diues erit rerum populus, diuerſque ſenatus,
Inque togâ duplex patriâ ſpectabitur ordo.
Omnibus vnus erit cultus, ius omnibus vnum.
Hæc modò diſcrimen fugient: at cœtera cuique
Inſtruet affectus ſumptuſque oblita cupido.
Iuſtitiæ ſed cura tenax, nec paruus honeſti
Gentis amor: facies candens, flauuſque capillus.
Dulcia congreſſu, & tacitæ commercia linguæ.
Hæc te fata manent: atque his lætabere regnis
Fortunate ſenex, veniet labentibus annis
Certa dies, quâ cuncta tibi quæ inſomnia monſtrant
C Ipſe uidens ſpectes templo ſublimis ab alto.
Nunc ſpe lætus abi, meritiſque hæc omnia firma.
Dixit: & in tenues auras lux illa receſſit,
In ſedes abitura ſuas. Tu protinùs ortâ
Iam luce excuteris ſomno, numenque precatus
Rite ſecundaret uiſus. nec plura moratus
Surgis, & accelerans ſequeris pia iuſſa magiſtri.

MARCI ANTONII SABELLICI DE VETVSTATE AQVILEIÆ LIBER PRIMVS.

VNDE AVSPICATVS EST HISTORIAM.

PROOEMIVM.

TSI ex omni ſcriptorum numero, qui ſunt, aut vnquam fuerunt, nullius (vti ego exiſtimo) aut certe quam pauciſſimi reperti ſunt, qui quum ad ſcribendum acceſſerint, non ſua in primis laudi conſultum voluerint (Neq; mirũ: Nemo eſt enim, qui non naturali quadam laudis cupiditate teneatur) Tantum tamen abeſt, aut ipſe hâc viâ mihi laudẽ aliquam queſiuerim, quum in hac temporum nouitate vberrimam ſcribentibus materiã propoſitam eſſe cernerem, in qua quantumuis eminens ingenium cum laude exerceri potuiſſet, ad obſcuram (vt multis videbitur) ac penè ignobilem hiſtoriam animum adiecerim. Quippe qui Aquileienſis patriæ, quæ (vt Plinio placet) quota Veneta terræ portio eſt, ſitum atque res ab antiquiſſimis temporibus ad hunc diem in ea geſtas ſcribere conſtituì: rem quis non videt ipſo nomine facilem ac prope inutilem? altiùs verò inſpicientibus arduitatis plenam ac longe vtiliſſimam. Quod quum ita ſit, certò ſcio non defuturos, qui noſtros hos commentarios vix benè inſpectos damnare incipiant, ac minimè dignos, quos legi oporteat, iudicent: quandoquidem, humilem, ſordidam & (vt dicam) ineptam contineant hiſtoriam: quam cognoſcere velle præter patrianos ipſos nullius hominum interſit. Poteram (video) ita illis occurrere, haud nouo exemplo a me factum quod vnius prouincia res ſitumq; ſcribere ſum aggreſſus: quum & Graeci & Latini viri admodum illuſtres id plærique fecerunt. quo factum eſt, vt & res ipſa Chorographia, & hi qui in eo ſcribendi genere verſati ſunt Chorographi nominentur: quod minimè receptum eſſet, niſi huiuſmodi ſcribendi ratio cũ Geographiæ laude aliquid coniunctũ haberet. Sed alia certe rõ eſt, quâ eos ab omni moleſtia liberamus. Siquidem nulli præterquam patriæ incolis noſtro hoc inſtituto gratificari voluimus, imprimisque Vtinenſibus ipſis: quorum ciuitas quum de me optimè merita eſſet, videremque in eâ nonnullos magni ingenii viros, de origine vrbis huius ſollicitè quærere ſolere, eamque vt multa alia ad antiquitatem patriæ attinentia in dubium trahere, viſus ſum mihi non officioſè tantùm, ſed piè (vt ſic dicam) facere, ſi monumenta patriæ diligenter conquiſita in

vnum

Digitized by Google

vnum collocassem, effecissemque vt non solum Vtinenses ipsi, sed alii quoque eorum causa haberent, velut speculum quoddam, in quo totius patriæ faciem rerumque in ea gestarum seriem intuerentur. Quisquis igitur in hos nostros commentarios quandoque incideris, & monitum eum & oratum velo, vt aut ab illorum lectione abstineat, si sua non interesse cognouerit: aut si legere inceperis perlegat. Multa in illis fortasse inuenies, quæ, ex secretiore veterum & recentium scriptorum penu erutæ, haud indigna scitu existimes. Sed alii viderint quo studio sint hanc nostram lucubrationem excepturi. Ego, quod me attinet, omnia quæ volui me consecutum putabo, si quæ summa fide & diligentia scripsero, illis apud quos gratiam inire volumus, probauerint. Sed iam ad propositam descriptionem accedamus, quam mox ab ipsis patriæ finibus auspicabimur: si prius illud legentibus testatum reliquerimus, ex plurimis nominibus, quæ terra hæc sortita est (Nam & Forum Iulium ducitur, & Carniam quoque dici posse non inficior, quod & Plinius & Ptolemæus constantur) me libentius nomen illud usurpaturum, quod vulgus tenet: vt quicquid id terræ est: de qua dicturi sumus, cum ipsis incolis Patriam nominemus.

HAbet itaque Patria ipsa (vt ab eius finibus ordiamur) a meridie eam partem Adriatici sinus, quæ est inter Timaui & Liquentiæ ostia: ad ortum Istriam & Iapidiam. vtraque ad Illyricum attinet. Nunc partem illam Istriæ, quæ est iuxta eruptionem Timaui, Chersum vocant: & reliquum, quod Iapidia est, magisque ad ortum solstitialem vergit Carniam. A septentrione Alpibus terminatur, quæ olim ad Noricum attinebant. nunc confusis omnibus Germaniæ tribuuntur. Ab occasu partim Bellunensi, partim Tarusino agro vsque ad Liquentiæ ostium cingitur. Talem igitur ad maiorem intellectum in mediterraneis lineam imaginemur, quæ ab ostio Timaui producta per Tribusæno amnem, & citeriores Iapidiæ fines ad Alpes extendatur: hinc per Alpes ipsas præter Ponteuianam & exteriora montana Carniæ loca in Cadubrinos exeat. Indeque vero per Bellunenses & Tarusinos fines, in ostium Liquentiæ excurrat. Patet autem patria circuitu stadiorum circiter duum millium: longitudine vero quingentorum viginti octo linea à Ponteuia per Venzonum, Vtinum, & Portum Gruarium ad mare extensa. Latitudo quidem ipsa, qua lineam habet ab eruptione Timaui in mare per montem Falconem & Aquileiam, Sacilium vsque, quingenta & amplius continet stadia. Sed ad propositam singulorum locorum expositionem transeamus. Quæ vt aliquanto lucidior sit vniuersam patriam in tres regiones diuidimus: quæ à meridie ad septentrionem porrecta his limitibus perscribuntur inter Liquentiam & Tiliamentum flumina primam omnium constituimus. Huic proximam à Tiliamento ad Natisonem. Nouissimam, à Natisone ad Timauum. NVNC de prima illa dicere incipiamus. Maritima pars primæ regionis habet ad occasum Liquentiæ fluminis ostium. Oritur autem Liquentia non longè à Pulcinico, pluribus fontibus eodem fermè loco scatentibus. sunt qui ex lacu Bellunensi agri quem domus stulæ appellant, per subterraneos meatus hunc fluere credant. Plinius ex Opitergii montibus (quod miror) eum cadere tradidit: quùm Opitergii fines quam longissimè hunc absint. Non longe autem ab Liquentiæ ortu fons vberrimus erumpit tanto aquarum impetu, vt quadrifido flumini quaternis molarum rotis illico deseruiat. eo accepto fit Liquentia nauigabilis. Qui sexcenta & amplius stadia per aperta & palustria loca emensus, lenissimo tandem flumine in mare euoluitur. Post Liquentiæ ostium Caprulana paludes occurrunt: quarum eruptio commodissimus portus vicem nauigantibus exhibet. Caprula ciuitas, portus Caprulanus quem Limen amnis efficit. Lignanæa portus seu Basilica Tiliamenti ostium, prima regionis terminus. Mediterranea descriptio ita se habet. Concordia Romanorum olim colonia, nunc præterea, quæ diuo Stephano est sacra, & quam paucissima tuguria, omnia fermè solo æquata sunt. Portus Gruarius, quem Limen amnis perfluit, seminemporium patriæ hoc tempore, ob Venetarum Germanicarumque mercium frequentem illuc connectationem. Cordouacum, Oppidum sanctæ vitæ, Abbatia Sextii, Brunauacca, Seruarolum, Fratrina, Mortaua iuxta Liquentiam, Brognaria & ipsa in Liquentiæ ripa, Portus Naonis, Spilimbergum Tiliamento incubans, Valuason, Porlisium, Sacilium amœnissimo Liquentiæ flumini cinctum, Campa in vlteriore ripa fluminis. sed patriana ditionis Pulcinicum non longe à Liquentiæ fontibus, vt diximus. Anianum, Maniacum, montibus accubans inter Medunam & Cilinam impetuosissimos torrentes, ac tam vastis incrementi, vt ad mille & amplius passus patentem alueum nonnunquam præcipiti inundatione impleant, Medunum, Topium, Fanum, Castrum nouum, Pinsanum ad radices montium Tiliamento proximum. Locus satis suæ naturæ: sed longè magis Sanorgnanæ familiæ (cuius ditionis est) in primisque Nicolai equitis viri præstantis ingenii cura & diligentia munitissimus. Non procul hinc in ripa fluminis Osopium, eiusdem ditionis, viuo saxo impositum. Reliquum regionis huius montani Carni obtinent: qui locorum quos incolunt sterilitate pecuariam potius quam agriculturam exercent. habitant vicatim pulte vulgo & lacticiniis victitantes. Et hæc de prima regione. Nunc ad eius, quæ huic proxima est descriptionem transeamus. De qua antequam dicere incipiam pauca de Tiliamenti fluminis ortu & eius cursu referam. Labitur Tiliamentum ipsum ex Alpibus ab occasu solstitiali ad meridiem illico deflectens. Maurum montem appellant, in quo oritur, plures ignobiles amnes ex illi per Alpes currentes insinuant: quorum Fella notissimus est, qui è Ponteuia montibus labitur, vbi Alpium angustias euasit, Ledram accipit, qui in Glemonensi agro oritur. Nec multo post Melonem, quem Canacu lacus efficit. Inde Varianum: hūc accola corrupto nomine Varmum vocant. molliore inde flumine in mare elabitur septingenta quinquaginta ab ipso fonte dimensum stadia. Plinius duplex Tiliamentum

uentum nominat, maius minusq;. De minore illo ni[illegible] hil compertum habeo. Nec video quid auctor alioquin grauissimus sibi voluerit cum duobus Tilauentis. quãdo ne vllus quidem fluuius huic proximus, aut naturâ similis extet, de quo illum locutum suspicari possimus. Est autem Tilauentum, de quo noticiam habemus, ominium non patriæ tantum, sed Venetæ ora fluminum discriminosissimum ac transitu difficilimum. Nam cum aqua vim vehat ingentem, raro tamen nauis patiens est: quia nullis coercitus ripis pluribus simul, neq; iisdem alueis, fluens, noua semper vada nouosque gurgites facit. & ob eam rem pedibus vadanti periculosum. Post Tilauenti ostium Lignani portus nobilissimus, quem Stella fluuius efficit: Maranicarum lacunarum eruptio, Alsa fluminis ostium, Natisonis ostium secundæ regionis terminus. Per Natisonem, (Nam de mediterraneis hinc dicendum est) ad sexaginta stadia Aquileiam, olim emporium, ex Istria Illyricas gentes subuehi solitas scribit Strabo. Plinius quoque Natisonem cum Turro Aquileiam perfluere tradidit. Cum plane constet Natisonẽ quattuor & viginti stadiis longè ab Aquileia currere. Siquidem Turro admixtus in Sontium amnem elabitur: nomenque porro amittit. Illud quoque mirari soleo, eundem Plinium, Ptolemeum atque alios complures de Natisonis ostio mentionem fecisse: de Sontio autem neque illos, neque veterum scriptorum quempiam (quod sciam) quicquam tradidisse. Ego, quod ad priorem illam dubitationem attinet, aut diuerso tunc alueo Natisonem fluxisse crediderim (quod facile fieri potuit) vt Aquileiam perstringeret, & sic illa quoque posterior dubitatio tolleretur: aut Plinium Strabonem, & reliquos aquiuocatione nominum Natisonis & Natissæ deceptos. Nam amnis qui Aquileiam perfluit, Natissa dicitur diuerso fonte & ostio à Natisone fluens. Non desunt qui dicant, Natissam amnem paululum supra Aquileiam ortum habentem ex Natisone subterraneis cuniculis initium trahere: qui magis mihi diuinare videntur, quam veri quicquam simile afferre. Cæterum illud quoque suspicari libet, Natisonem ipsum Sontio secum mixto nomen olim abstulisse, vt qui nunc post confluentem Sontius dicitur, diuersa tum ratione Natiso diceretur. Sed de his hactenus. De Aquileia, quæ proxima est, dicamus. Eam Romani condidere incumbentibus barbaris (vt Strabo ait) impositam: Verum siue Romani nominis splendore ita contigerit, siue potius ciuium virtute & concordia, quibus ciuitates magnopere coalescunt, siue (quod fieri potuit) ipsâ loci oportunitate, satis constat procedente tempore adeò opibus & fama floruisse, vt non propinquis tantum sed remotioribus etiam locis fulgore sui nominis tenebras induxerit. Id argumento est, quòd omnis fermè ora, qua nunc finibus patriæ continetur, ab ipsius vrbis nomine Aquileia fuerit nominata. Extant præterea multa ad hunc diem in ea vrbe monimenta, publicæ viæ magnificè & sumptuosè stratæ, pauimenta, aqua ductus, sepulchra, ac plaraque huiusmodi alia, quibus amplitudo eximiusque eius vrbis apparatus facilè declaratur. Sed de origine & excidio ipsius multa in eo poemate dixi, quod de origine Hunnii heroico carmine scripsimus: ac cum locus postulabit multa quoque dicemus. Nunc ruinis pene obruta est, superat tantum antiquissimum fanum diuæ virgini sacrum, satis opulentum ac vetusta præditum religione, cum numeroso clero & patriarchica sede. Sunt illi circumiectæ domus nonnullæ, quas partim Canonici, qui illis hiberno tempore diuinis rebus operantur, satis sumptuosè instauarunt, partim coloni & piscatores quam pauciss[illegible], qui ne ipsa quidem æstiua cœli intemperie ob inopiam inde pelli potuere. Non longe ab Aquileia Strasolidum, Ceruiam insula, quam Rouedula; Amphora, Alsa (quam corrupto nomine accolæ Ausam dicunt) & Muranica paludes faciunt. Castellum Porpeti areæ Saubrgnanæ ditionis locus munitissimus: quippe qui olim Sigismundum Imperatorem longa obsidione fatigarit: nec tamẽ expugnari potuerit. Stella fluuius ex parte amœnissimis aquis castellum ipsum alluit. Optimi in eo tenuli capiuntur. Maranum paludibus vndique circundatum: Varianum duplex superius & inferius, à proximo flumine vtrunque (vt puto) dictum: Belgradum, Quadriuium, Hunnium caput & metropolis (vt sic dicam) patriæ: Eius [illegible]cem (vt fama est) Hunni Attilam regem in Italiam secuti condidere: quam ob rem Hunnium potius quam Vtinum dicendum affirmauerim. Non desunt, qui Vtinum Pannonica lingua offer huc, significare velint, alludentes ad ipsam arcis conditionem: quod ego à plerisq; eius linguæ peritis fictitatus, haud quaquã ita esse comperi. Siue igitur id sit, quod vulgus tenet, siue, quod verisimilius est, id quod diximus, satis constans fama est arcem ipsam à barbaris militari opere congestam. Quanquam non negarim, tum primùm tumulum aliquem natiuum fuisse, illi quem communiuerint. Nam seu ab illis, seu (quod magis credo) à recentioribus mœnia, quæ extant, summo tumulo imposita fuerint, nullo pacto id fieri potuisset, nisi tanta moles stabili firmoq; solo fundata esset. Sed de Hunnii origine plura suo loco dicemus. Nunc pauca de eius situ: & ciuitatis statu subiiciam. Sedet Hunnium in medio fermè patriæ suæ loco, satis amœno, non palustri, non montoso, duplici murorum ambitu cinctum, exteriore circuitu vigintiocto stadiorum: interiore verò circiter decem. Hunc ipsum interiorem pars Turris fluminis ambit: exteriorem illum profundissima fossa Ioannis Hemipratoris curâ annuo totius patriæ labore facta, vti breui epigrammate testati sumus: quod duabus marmoreis tabulis Vtinenses publicè incidendum curarunt, quarum vna iuxta portam, quæ ad Danielem ducit, altera supra pontem suburbii Glemonæ affixa est. Mœnibus ipsis vndique amœnissima prædia adiacent, Vitiferis arbustis, & sationibus comparata. Prædia patentes campi excipiunt, & ad pabula animalium & ad pasturam idonei: quippe qui vim fœni ingentem, tùm Vtinensibus, tùm circumiectis villis suggerant. Redeo ad apparatum vrbis: in cuius medio arx eminens, velut specula quædam erigitur, cuius prospectus in vniuersam patriam extenditur. Accubat arci ad meridiem noua porticus, cum patenti areâ, è regione cuius magnificentissimum forum attollitur, columnis marmoreis, pulchroque pauimento ornatum: à fronte autem fori huius, mercatum vetus, nec procul

hinc

hinc & nouum: vtrunque tabernis & officinis vndique circundatum. Grandia deinde templa, collegia complura, & sanctitate & religione pradita. transeo formosa mœnia, turres, perspicuumque portarum apparatum, venustatem, & amplitudinem primatarum ædium, viarum & locorum omnium decorem, mirificam puteorum quorundam altitudinem in ipsa pene tartara, (vt poetico vtar verbo) tendentium, vnde æstiuo tempore gelidissima saluberrimaque hauriuntur aqua. Et, ne ambitiosè facere videar, prætereo reliqua loci ornamenta: quæ singula si ordine enarrare pergam, non esset opus ad explendum libelli modum. reliqua ad instituram patriæ descriptionem pertinentia consectari, Breuiter igitur ad ea, quæ dicenda sunt transeamus. Butrium stadiis quadraginta ab Vtino locus & vino Rosacienſi æmulo & eximia vetustatis vestigio nobilis. Cimidatum, Natisone præruptо & confragoso alueo intersecat. Oppidum, inter reliqua, patriæ vetustate insigne. Liberet suspicari Forumiulium id esse, quod Ptolemæus post Aquileiam & Concordiam inter mediterraneas Carnorum vrbes numerat, nisi nunc quoque extarent antiquissimi oppidi vestigia in montanis Carnis: quem locum proximi incolæ Iulium vocant. Quanquam Plinius Carnicum Iulium appellat & non Forumiulium illud in montibus situm: vt fieri possit, Iulium diuersum oppidum fuisse à Forumiulio: quod illud in Alpibus, hoc verò ad radices montium sederit. Post Cimidatum Zuccum occurrit montibus accubans, Atimi, Sanorgnanum à Sigismundo Imperatore euersum, Tricesimum, Fontana bona. Brachiachum, Cirignochium (ditionem loci Detalmus Cirignochius Iureconsultus, vir facundissimus habet) Phaganea, Mortuum, Villa alta, Archanum, Sancti Danielis oppidum, Pera, Caporiacum, Coloretum, Tercentum, Turro amni incubans (cuius fontes proximo loco Illyricæ gentes accolunt) Pampergum, Arthenea frequens vicus, Bugia ruinis obruta, Glemona ad radices montium, Vesontum Tiliamento proximum, Tulmetium montanæ Carniæ caput tria milia passuum à Iulio Carnico distant. Non procul hinc mons arduus & ascensu difficillimus est, eum Crucis vocant: vbi medio ferme ascensu præruptа rupes occurrit cum calle angustissimo militari opere munito, vt ex vetustissimo epigrammate præcipiti saxo sculpto, sed magna ex parte ob vetustatem abolito, datur intelligi. eius principium huiusmodi est: C. Iulius Cæsar. Reliqua tùm loci asperitate, tùm vetustate, vt dixi, legi nequeunt. Inter montem hunc, & Tulmentium (cuius proximè mentionem fecimus) Moscardus labitur mira rapacitatis fluuius: cuius alueo saxa instar doliorum præcipiti gurgite rotantur modo in summo extantia, mox sese ad imum deprimentia. Haud procul hinc in ipsis Alpium angustiis castellum munitissimum, quod Clusiam vocant. hic Italiæ claustra. Paululum infrà in eâdem conualle abbatia illustris, quæ Motii dicitur. Reliqui secundæ huius regionis incolæ Alpes tenent pastura potius quàm agriculturæ ob soli sterilitatem studentes. Superest vt de tertia regione dicamus: quam Natisone & Timauo fluminibus terminauimus: sed antequam de ea dicere incipiam, pauca de Natisonis ortu nobis sunt altius repetenda. Oritur Natiſo in Alpibus ad occasum solstitialem, atque stadia circiter octoginta ad ortum decurrit: hinc ad brumalem occasum flectitur Cimidatum vsque centum viginti stadia super octoginta illa emensus. hinc Manzanum vsque stadiis octo & quadraginta progressus: atque paulùm infra glaciosо alueo arescit. ita ambiguo fluuio ad stadia octoginta lapsus Sontio amni miscetur. Labitur autem Sontius ex alpibus iuxta Cranium: primùmque à septentrione ad occasum brumalem per abrupta loca & arcta adeo compressus, & præceps fluit, vt ne firis quidem centum viginti stadiorum spacio vadari possit. Inde ad stadia quadraginta per Pletianam vallem non sine incremento decurrit: mox in confragosas angustias rursus deiectus totidem & amplius stadia emensus prope Caporetum ponte longitudine pedum sexaginta vnoque fornice vtramque fluminis ripam amplexo iungitur. hinc elapsus per Caporetanam vallem pene vbique vadabilis stadia circiter octoginta aliquanto minus decurrit. Ad exitum vallis Tulminium occurrit, vbi illi Tulmina miscetur. Cæterum locorum angustiis tertio depressus Hidram amnem accipit, atque interim stadiis circiter octoginta progressus canalem, quam Roncinianam cognominant, illabitur. hic quoque ponte tribus fornicibus erecto iungitur: vbi Goricianus comes nouam turrem superiorib. annis erexit. Inde vero per arctissimas conualles præcipitatus potius quàm lapsus è regione Goricia ponte eminentissimo nectitur: [illegible]que ipso ligneo tribus lapideis pilis impositо. Demùm molliore fluuio quadraginta duobus stadiis prolapsus Vipauum accipit, atque nauigabilis factus post centum quadraginta quatuor stadia miti alueo in mare euoluitur. Post Sontii, siue (vt veteres scribunt) Natisonis ostium Gradus insula continēti proxima, patriarchica olim sedes: Monfalco mari incubans cum balneis saluberrimarum aquarum: Timauus ostium cum paruа è regione insula, cuius fontes cum maris æstu crescere & decrescere solitos scribit Plinius. Ortus autem Timauі ex finibus Iapidiæ est, quod Cranium nominari diximus. Verum non longe à fontibus progressus in proximum cuniculū quasi manu factum præcipitatur atque ita absorptus, denique per subterraneos meatus lapsus tandem iuxta mare viuo saxo nouem, vt Maro tradidit, vt autem Strabo & Martialis, septem fontibus erumpit, continuoq; nauigabilis fluuio in mare euoluitur. Sed de Timauo proximo libro copiosius dicemus. Nunc ad reliqua transeamus. Ad ripam Sontii noua ciuitas, quam Hemopolim vocant, cum Sontiaca munitione: eam equestri oratione complexi poema ipsum Sontiacam munitionem inscripsimus. Goricia: Cromo, loco adsito situs: Medeа mons, vitibus consitus (de hoc quoque paulo post dicemus) Rosacium vini præstantia Falerno & vniuersa Campaniæ æmulum: Mossa: Licinii vertex: Tulminium amœnissimis fluminibus irriguū. Porta pleciana, cum vestigio vetustissimæ munitionis incumbentibus barbaris oppositа. Hæc ferme sunt quæ de situ: fluminibus: oppidis: & cæteris patriæ locis à me tradi potuere. Siquid verò prætermissum est, de quo dici oportuisset: non fraudi, aut incuriæ mihi detur (nam

preter cætera fidem ac diligentiam tota hac nostra lucubratione mihi constare volui) sed rei potius difficultate idfactum videri cupio. Quippe qui ob locorum inscitiam non una coactus fuerim inueniendi uti ratione: sed aliqua ex veteri lectione acceperim, multa per me explorauerim, plura vero ex ipsis incolis situs & locorum patria non ignaris cognouerim. Quibus cum non eo inficias me in aliquibus falli potuisse. Sed quid hoc? Nemo (vt arbitror) ad hunc diem repertus est, cui in hoc scribendi genere perfecta & inoffensa (vt ita dicam) ratio constiterit. Nunc quod reliquum est, pauca in vniuersum de ipsa patria subiiciamus. Quibus primi huius libelli modus expleatur. Est itaque patriæ ipsius facies quadrifariam diuisa: in paludes quæ mari adiacent, planiciem, colles, & montes. Paludes pascua præbent, aucupia, & venationes nonnullas: piscationibus quoq; se diuersis locis non incommodas exhibent. planicies quæ his adiacet, partim cæduas syluas habet (vnde vis ingens lignorum & ad nauale & domesticum vsum Venetias conuehitur) partim nudos campos pasturæ & pabulis animalium accommodos: cætera arbustis vitiferis, & omnium ferme felicium arborum genere consita. sationib. quoq; diligenti cultu ab agricolis comparantur. Colles & ipsi vitibus frugiferisque arboribus consiti, longè aliis suauiore exhibent vina. ea præcipue Germani Transalpinarum mercium commutatione appetunt. Montes pascua non infœcunda præbent: quo fit vt passim ipsi montium incolæ pecuaria studeant. hinc non modica carnium, casei, & domesticarum pellium copia in propinquas vrbes conuehitur: teretium præterea arborum, ad antennarum & malorum naualium vsum, vis ingens, tabulæ, trabes, tigna, & multa huiusmodi alia ad ædium ædificationem accommodata, non in proximas tantum, sed remotissimas quoque oras deferuntur. INGENIVM, *mores, & cultus hominum pro locorum diuersitate varii. Alpium incolis stupida versutia ac feritas: & iccirco pernicioſior. Mediam patriam tenentibus ingenium longe mitius, mores faciliores, & vrbica quædam peneque affectata viuendi elegantia. Maritimis gentibus vigor quidam, & natura ad omne facinus promptior: sed qua non careat leuitatis vitio. Capillus flauus promiscue maribus & fœminis, color candidus, mediocris statura, sermo varius, ciuibus & oppidicis prudens & accuratus, & Veneto assimilis. rusticis semibarbarus: quippe qui plures, & omnes fermè peregrinas sonet linguas. Spectaculis & choreis libenter coeunt: cœlum ipsum clementissimum inter montes & maritima loca: In his, vt assolet aliquanto grauius, in illis verò ob Alpium vicinitatem frigidissimum.*

MARCI ANTONII SABELLICI, LIBER SECVNDVS, QVI PATRIAE VETVSTAS INSCRIBITVR.

INstituti operis ordo postulat, vt vbi de situ patriæ abundè diximus, de rebus in eâ gestis dicere incipiamus. Quod quidem facillimum factu videri posset, si eorum vestigiis insisteremus, qui ad hunc diem de antiquitate ipsius terra aliquid memoriæ prodidere: quippe qui ab Aquileiensis Ecclesiæ constitutione, aut paululùm suprà scribendi sumpserint exordium. Ego ne protritâ & quasi vulgari (vt sic dicam) viâ videar ingressus, longè altius patriæ monumenta repetere instituí. nec id facere sum ausus, quòd me eâ ratione res vetustissimas complecti posse confidam, quâ scriptores longè recentiora secuti complexi sunt. Illi enim propinquitate temporum, ac proinde materiam ipsam quasi oculis subiectam habentes, eam lucem, in quâ versati sunt, suis rebus facilè reliquêre. nos verò rem longe difficiliorem aggressi ea in ordinem redigere conabimur, quæ ex omnium pene memoriâ exciderunt. Nam partim vetustate ipsâ, partim veterum scriptorum defectu, qui non sine magna Latinæ linguæ iacturâ interiere, accidit vt quàm paucissima ex illis, quæ suprà ea tempora in hoc Italiæ recessu euenerunt, ad nostram peruenerint memoriam. Sed ego illa ipsa diuersis (verum non multis) scriptoribus sparsim obseruata, eo quo potero ordine in vnum colligam, & quasi ex pluribus disiectis & dissipatis membris corpus vnum conficiam. Exit (quis nescit) illud ipsum informe: sed esto, dùm ne obtrectatores quidem ipsi (nisi apertè maligni videri vellint) non negauerint satius esse id facere, quàm rem pati tantam in tenebris iacere. Et ne longiores simus, hinc enarrare incipiam, quis fuerit antiquissimus patriæ huius status, & quibus peregrinarum gentium motibus indigena ipse (si Carni indigena fuere) sollicitari cœperint. sed priusquam de his dicam, ostendam breuiter: vnde acciderit quod præter cæteras Italiæ oras, hæc vna fermè semper Barbaricos motus prima experta sit.

ITaliam deciâ regione (cuius patriâ hæc includitur) vnum ex tribus Europæ promontoriis Strabo esse ait. atque id quidem scitè: nam vndique ferme mari Italia abluitur, præter quàm à septentrione. quâ parte natura illam velut vallo quodam insuperabili Alpibus præmuniuit. Eius forma est (vt quidam tradunt) querno fólio assimilis: quam Appenninus mons in hunc modum discriminat. Ab Alpibus, quibus suprà Massiliam (vt Polybius tradit) iunguntur eius iuga, profecta in Liguriam excurrunt: inde vbi Anconem vsq; processere ad Adriaticum se inclinantia, in Garganum montem exeunt. Demum ad meridiem progressa in Leucopetra dextro Italiæ cornu finem habent. Cum ita sit, vt Italia longitudo in Apennini dorsum consurgat: non video cur peninsula, aut quid aliud potius quàm promontorium dici possit. Cæterum alluitur ab ortu a meridie & occasu Italia, hinc Adriaco & Ionio, inde Tirrheno & Ligustico, à fronte Siculo freto. quibus lateribus penè semper tellus ipsa mansit inoffensa: si quidem nullis vnquam motus minus Italiæ statum solicitarunt, quàm illi, quos mare velut leuissimas nebulas

bulas in Italia littus effudit. Nam Oenotrii, qui Siculos barbaros aliquâ Italiæ parte depulerunt, & Aborigines ab his geniti. Pelagi & Arcades, qui cum Euandro venêre, non tàm ad solicitandum antiquum Italiæ statum ex Græcia nauigarunt, quàm vt bona indigenarum venia nouas sibi sedes in eâ terrâ compararent. Illud autem argumento est: quod pulsis modico negocio barbaris sese intra antiquissimos Latii fines (qui breuissimi olim fuere) fermè omnes tenuerunt. Troianorum quoque aduentus nulli æquè grauis fuisset, nisi Latini & rutili temerè ad arma concurrissent. Neque Pyrrhi accessus in eam Italiæ partem, quæ olim magna Græcia dicta est monerit quemquam: qui cum de gloria potius (vt M. Tullius scribit) quàm de imperio, aut de vita à nostris pugnatum est. Carthaginenses quoque sub initium primi belli Punici cum eâ parte Tarentinis opem ferre tentassent, Romana in se arma irritarunt, magis quàm sollicitarunt. Aliam itaq; viam inuida fata ad euertenda Italiæ opia inuenere, & ad eam terram laboribus instruendam, quam omnibus gentibus imperaturam videbant. Parum enim profuit naturam ferocissimis gentibus, quibus ea parte tantum Italia obnoxia erat, Alpes velut vallum quoddã opposuisse: si quidem barbarica rabies diu arceri non potuit, quin superatis immensæ altitudinis iugis velut fera rapacissima in subiectam terram irrumperent. Hac enim recluso Iulia alpis saltu vna Bituriges, Auerni, Hedui, Ambarri, Carnutes, Aluerici, totque Gallica simul gẽtes Bellouesõ duce in Italiam quasi in alium orbem, eumque ipsum longè optatum transcendêre. Hos procedente tempore subsecutæ sunt innumeræ aliæ Gallorum manus, quæ per multos annos assiduis motibus res Italas sollicitas habuere: quarum Cymbri, Teutoni, & Ambrones atrociſsimi habiti, vno eodemque tempore, quia vno ob multitudinem non poterat, diuersis locis Alpes recluserunt. Quid Gothos memorem? Hunnos? Parmones? Illyricos? totq; alias barbaras nationes? quibuscum non de gloria, non de imperio, sed de vita semper certatum est. Hac quoque parte tempestas illa Punica Hannibale duce, velut violentissimo Aquilonis flatu, in Italiam deiecta est. Sed quum plane constet Alpes ipsas non vno tempore, neque vno loco superatas: nulla tamen parte prius nec sæpius, quam eâ, quâ Alpes huic patriæ incubant barbaris patuisse proditum est. Namquod de Hercule vetus fama tenet, Liuius (vt plerique alii) fabulosum putat. Quod cum ita sit, breuiter scribere pergam, quo primum tempore hæc terra peregrinis gentibus sollicitari cœperit: inde motus alios nouitatesque rerum suo ordine quam diligentius potero subiiciam. Primos igitur mortalium, qui terram hanc tumultuosè attigerint, Argonautas fuisse crediderim. hos Carni primos omnium suis finibus appulsos videre. Fuerunt argonautæ heroes, magnâque ex parte (vt fabulosa græcia tradidit) diis geniti: qui Iasonem Æsonis filium in Colchidem secuti sunt. historia notissima est. Verum ablato aureo vellere, quo nomine in eam terram nauigarunt, quum Medæa proditâ patris regiâ & Absyrto fratre, quem secum traxerat, discerpto, Iasonẽ sequeretur, veriti Argonautæ, ne Colchi angustias Pontici maris obsedissent, Istrum fluuium subiere: ex Istro Sauum, ex Sauo Nauportum. Cui nomen abre ipsa inditum est. Constans fama est, nauim Argo humeris traiectam Alpibus ac flumine non procul Tergeste mari inuectam. Quod Argonautæ patriæ finibus consederint, Martialis carmen testatur:

Et tu lædeo fœlix Aquileia Timauo,
Hic vbi septenas Cyllarus hausit aquas.

Fuit Cyllarus Castoris equus: qui vnus ex Argonautis erat. Allusit vrbanissimus poeta, quum septenas aquas Cyllarũ bibisse ait, ad septem fontes quibus non longè à mari erumpit Timauus. Sed si Polybio credimus (qui Strabone auctore tradidit omnes Timaui fontes præter vnum salsas aquas habere) nõ video quomodo stare possit illud Martialis. Hic vbi septenas: quando quidẽ ex vno fonte, qui dulcem vtiq; aquam haberet, & non ex septem Cyllarũ bibisse oporteat. Illud haud silentio præteribo eundem Polybiũ tradidisse, Timauũ eo quo scates loco, ab accolis maris fontem: & matrem vocari. Q. eminentissimum poetam non latuit, qui de Timauo loquens: It mare præruptum (inquit) & pelago premit arua sonanti. Seruius quoq; idem non ignorasse videtur: Varronis tamen non Polybii auctoritatẽ secutus. Illud autem quod ad Timauum attinet, mirari soleo eundem Martialem, Timauum Euganeum, quasi Patauinum, appellasse. eius carmen est: Laneus Euganei Lupuli excipit ora Timaui. Quasi duo essent Timaui vnus in Aquileiensi agro, de quo nemo dubitat: alter in Euganeis: quod nusquam alibi præter quam apud hunc vnum & Annæum Lucanum q. sciam, legere est. Sed poetas alioqui prudentissimos deceptos puto, quod Timauum intra fines Venetiæ fluere legerint. In qua regione Euganei fuere. Sed illud nõ viderunt, Aquileiam, in qua Timauus est Venetiæ finibus contineri: vel potius ad illud virgilianum se retulerint: Hic tamen ille vrbem Pataui: quum interim de Timauo poeta summus loqueretur: Sed constat locum illum longè diuersam recipere interpretationem. Est præterea mons patriæ (q. ad fidẽ rei attinet) qui vetustum eius gentis testatur in hac loca appulsum: Medeæ enim dicitur, qua Iasonem, vt diximus, secuta est. in illius cauernis noctu, & nonnunquã interdiu ambiguas voces, & quasi magicos strepitus: quæ Medeæ artes arguant, exaudiri fama est. Quod ipsum in eo poemate: q. Sontiacam munitionem inscripsimus, testatis sumus. Callimachus quoq; Strabone auctore scripsit, Polam Colchorũ esse oppidum, q. illi aduersus Medeam missi considere. vnde intelligi potest eos fugientem Medeã ad hac vsq; loca fuisse secutos. Et hæc ante Troiani belli tempora. Fuerso autem illo, constat Antenorẽ cum multitudine Henetûm, qui seditione è Paphlagonia pulsi sedes, & ducem, vt Liuius tradit, quærebant in intimũ sinum Adriatici maris venisse, pulsisq; Euganeis, Troianos & Henetos ea loco tenuisse, quibus modo Patauium est. Oppidum autem quod primo condidere, Troia dicta est: gens vero vniuersa ab Henetis mutatâ litterâ Veneti. quorum opes eo vsq; procedente tempore creuêre, vt à Pado flumine Aquileiam vsq; omnis littoralis ora Venetia dicta sit, ipsi incolæ Veneti. Quod cum ita sit, haud dubium est Carnos non spectasse tantùm vel audiuisse, sed sensisse etiam pro tempore Venetorum arma: quippe qui tanquam vicini in eo-

rum, qui vicerant, appellationem concesserint. Caterum Maro quoque tradit, Antenorem ad fontem Timaui peruenisse, nec obstat illud, quod scribunt quidam, esse Timauum quendam Euganeum (de quo quid sentiam superius dixi) quum aperte summus poeta de Aquileiensi loquatur: ex eoque intelligitur, quod de nouem Timauis fontibus interim mentionem facit: Vnde (ait) per ora nouem vasto cum murmure montis, It mare præruptum. ad fontes enim alluit: nam vno ostio, eoque lenissimo, & non nouem, constat Timauum in mare euolui. Fluminis autem accolæ, & hi qui locum viderunt, plures fontes esse aiunt, quàm illi dixerunt. Sub idem fermè tempus & Diomedes Ætolus, ex Ilio reuersus, cum cognouisset vxorem suam Ægialen infami amore Cyllebori Sthenelei filii teneri, ex Ætolia pudore digressus, post laboriosum nauigationem in Italiam cursum tenuit: vbi regnum postmodum adeptus est. Diomedea Insula id testantur: & Maro qui auxilium à Latinis aduersus Troianos ab eo imploratum prodidit. Cæterũ Strabo in Veneris & in his (vt innuere videtur) locis, qui Timauo proximi sunt: multa suo tempore monumenta extitisse scribit, quibus antiquus Diomedis in hac terra potentatus declaratur: & quod equus illi albus immolabatur, duoque luci ostendebantur, alter Iunoni Argiuæ, alter Dianæ Ætolæ sacer: in quibus feras adeò mansuescere constabat, vt cerui lupis agregarentur, easque aduentantium hominũ demulcentem manum pati. & quod siquis earum canes insectarentur, continuò vbi huc ventum esset ab insectatione absisterent. Fama est virum quendam in his locis fuisse vadimoniis faciendis insignem, in quem vel hoc nomine ferme omnes cauillarentur. hic cum in venatores forte incidisset, qui irretitum lupum haberent, rogatus ioco ab his, nunquid vellet & pro lupo se vadem exhibere, vt illata ab eo damna persolueret. sic se belluã dimissuros, quum se id facturum dixisset, Lupum dimiserunt: qui quasi beneficium sensisset, per magnum equarum armentum, nullo cauterio notatum, ad vadis stabulũ perduxisse dicitur. ille verò receptâ gratiâ lupi totum equab. mussisse: vnde lupi fera nominata sunt, velocitate magis quam forma præstantes. Sed ad sua tempora huiusmodi celebrem equarum progeniem, ait ille, non peruenisse. Hæc & plura Strabo: quibus hanc Venetæ terræ partem, Ætolorum armis non sollicitatam tantùm, sed obnoxiã quoque fuisse datur intelligi. Longo autem interiecto tempore, Bellouesõ duce ab Ambigato rege auunculo, ad nouas sedes inueniendas cum Singouesõ fratre ex Gallia misso, Gallicæ gentes plereq; illum secutæ vno eodemq; tempore in Italiam erupere. Singouesius Hercinios saltus sortitus est: Bellouesius verò Italiã. Is vt diximus, Bituriges, Aruernos, Ambarros, Carnutes, seu (vt alij scribũt) Carnutos, & Aluercos excierat. Postquam in Tricastinos ventum est, quum Alpes oppositas cernerent, easq; insuperabiles nullâ duce (vt fama est) nisi ab Hercule superatas, adiutis Massiliensibus, qui à Phocide profecti, Gallia littoribus per id tempus appulsi, à Saluiorum gente oppugnabantur, per Taurinos, vt Plinius scribit, in Italiam transcendere. Nec multò post ingens Germanorũ manus duce Elitouio eodem saltu superato in Italiam, fauente Bellouesõ, trangressa est, locaque iuxta Brixiam & Veronam tenuere. hos secuti Saluii, Boii, recentissimique omnium Senones: qui non solùm res Hetruscas vltra Apenninum sollicitarunt, sed Romanum penè nomen deleuerunt. Post Senones recẽs transalpina manus Gallorum in Italiam descendit. eos quoque primorum vestigia secutos crediderim. Polybius circa Ariminum consedisse scribit: cum quibus Galli cisalpini & inprimis Boii coortâ inter duces dissensione conflixere. Quamobrem Romanus exercitus ad Gallorũ impetum comprimendum comparatus audito conflictu, & quonam modo Barbari se sæue domestico bello confecissent, quasi confectâ prouinciâ Romam retrò abiit. Sub idem fermè tempus & Galli Rhodani accolæ, à cisalpinis Gallis in Italiam acciti, tam valido exercitu Alpes superauere, vt nullus vnquam Gallicus motus magis Italiæ terrori fuerit. illud autem argumento est, quod nunquã in Italia maiores copiæ conscriptæ sunt: & quod ad quadraginta millia Barbarorum cæsa, & decem milia capta, vno prælio referuntur: cæsis eorum regibus Comgolitano & Aneoreste, aduersus quos C. Attilius, & L. Aemilius conflixere. Illud quod ad tanti motus fidem attinet, non prætersibo. Comparasse Italiam eo tumultu septingenta peditum milia, & septuaginta equitum, Polybius est auctor. Plinius autem in numero peditum à Polybio non discrepat: equitatum verò plus dimidio extenuat. Liuius trecenta hominum milia eo tempore Italiam armasse tradidit, non amplius. Adiicitur illud Cispadanos (quos diuersitate locorum Romani scriptores Transpadanos vocant) his copiis non fuisse ascriptos. Sed quãtacunque fuerint tunc Italiæ vires (nam omnino validissimæ fuere) illud admiratione dignum est, & sub id fermè tempus, quo ita in Italia aduersus Gallos prosperè pugnatum est, florerentque Romani imperii, nec non sociorum vires, Hannibal cum quinque & viginti milibus hominum (vt Polybius scribit) Italiam tam ferociter inuaserit. quanquam non desunt, qui eum longe maioribus copiis venisse tradant. Sed hoc non quærimus. Illud verò in dubium venit, propter quod prolixiorem hanc de eruptionibus Gallorum dissertationem suscepimus: hac ne parte Alpium, qua patriæ incubant, an diuerso loco tanta barbarorum vis in Italiam se effuderit: siquidem Liuius scribit Bellouesum reclusâ Alpe Iulia per Taurinos in Italiam transgressum: cuius vestigiis omnes fermè barbarorum manus, quæ subsecutæ sunt, institere. Multa quidem sunt, quibus coniectare libet, his Alpibus, qua nobis imminent, potius quam diuersâ parte illum erupisse. primò quod non video quam Alpem Liuius Iuliam rectius appellare potuerit, quam tradit ab illis primis reclusam, quam hanc, qua Iulienſibus imminet. quod autem Iulienses fuerint Norici & Carnis pene mixti, id argumento est, quòd nunc quoque oppidi vetustissimi vestigia in Carnis extant, quem locum proximi incolæ Iulium dicunt: Plinius vero quod superiore libro ostendimus Iulium Carnicum vocat, Iulienſesque ipsos Carnorum gentem esse affirmat. Cæterum montana Carniæ regiuncula contermina est, qua nunc quoque Iulia dicitur. Nec obstat, quod per Taurinos dicas eos transcen-

Digitized by Google

transcendisse. Noricis enim vicinarum Alpium incolæ (vt Plinius scribit) Taurisci olim dicti sunt, quos & Taurinos dicere fas est. Hoc quoque tempore vltra Carnos in primis Germaniæ oris sunt incolæ qui Tauri dicuntur. Nec mouere debet quemquam quod dixerim, Tauriscos eosdem esse, & Taurinos. Cato, auctore Plinio, Salassos Tauriscam gentem esse tradidit. Tauriscam dixit & non Taurinam: quum Ptolemæus & alii Salassos ipsos Taurinos vocent. Accedit huc, quòd patria incola qui Carni dicti sunt, fieri potuit vt à Carnuntis Galliæ populis, quos Bellouesus secum traxit, diminutâ dictione vnâque litera mutatâ dicti sint. Constat præterea, primos illos cum equitatu non modico in Italiam transgressos: qui si per Taurinos transiere (vt Liuius ait) quid est quod Hannibal, quem eadem parte transmisisse constat, saltum ipsum occlusum offendit? cuius rupes & præruptæ locæ igni & aceto frangere coactus est. Nempe oportuit patentem saltum inueniri, & tristissimo (vt sic dicam) calle apertum, per quem tot & tam numerosi exercitus prius transcendissent. Hæc omnia collegimus, ne cui videremur parum considerate fecisse, q̃ multa de motibus Gallorum, atq; aliarum barbararum gentium eruptionibus in Italiam supra disseruimus. Non enim parum valida hæc argumenta visa sunt ad coniectandum, hac potius quam diuersa parte barbaros in Italiam primum iter patuisse. Quod si ista accidit, quis labores? quis sumera? quis denique tam longam malorum seriem abunde queat exprimere? quibus hanc terram per tot diuersos motus, terrores, & discrimina diu obnoxiam fuisse putandum est. Contrà autem plura sunt, & magis verisimilia, quæ me admonent suspicari oportere, diuersâ potius quam hac parte Alpium Gallos primum in Italiam transgressos: & quòd non longe ab Alpibus in finibus Italiæ, quæ Narbonensi Galliæ proxima est, Forum Iulii legimus: vnde fieri potuit, vt Iuliam Alpem à loco proxime subiecto Liuius appellarit. Cæterum, Galli Bellouesum secuti, paulo post quàm à Massiliensibus digressi sunt, quos aduersus Salluios inuerant, Alpes superarunt: nec tantum itineris fuisse emensi, vt ab extremis Italiæ finibus circumspectando Alpium altitudinẽ ad extremos hos peruenissent, quin interim longiores moræ tædio credibile est, vel per difficillimos saltus transmittere voluisse, quàm immensi penè itineris dispendium adire. Sunt præterea Taurini Salassis proximi: quanquam Salassos ipsos veteres quidam scriptores Taurinos appellarint. Sed illud præter cætera me in hanc trahit opinionem: quod quoties Gallos Alpes superasse legimus, sub ipsum ferme semper discessum in Circumpadanis campis consedisse constat: quum Padus ipse à patria quàm longissimè distet. Hæc nos eo longiore dissertatione quàm fortassis res ipsa exigere videatur, prosecuti sumus: vt quod verisimilius legentibus videbitur, id & probare & tenere liceat. Nunc autem ad ea redeamus, de quibus inter omnes ferme auctores constans opinio est. Siquidem sub ipsum Macedonici belli finem, Galli transalpini per saltus, ignota antea via, in Italiam transgressi in agro, qui nunc Aquileiensis est (vt Liuii verbis vtar) consedere (ad duodecim millia armatorum fuere) aduersos quos quũ M. Claudius Marcellus consul mouisset, continuò aduenienti illi sese dedidere. Consul eis arma ademit: & cum armis quæcunque ex proximis agris diripuerant, aut secũ ex Gallia asportarant. id barbari indigne ferentes ad senatum legatos querimonium de iniuria Consulis mittunt. Qui introducti exposuerunt se superante in Gallia multitudine inopiâ agri coactos ad quærendam sedem Alpes transgressos: quæ autem inculta per solitudines viderent ibi sine illius iniuriâ consedisse, oppidum quoque ædificare cœpisse. quod indicium esset, nec agro, nec vrbi vllis vim se allaturos venisse: Nuper autem sese M. Claudio per nuntium sibi bellum denunciantis, nisi se dederent, magis pacem parùm speciosam, quàm incertam spem belli præoptantes in fidem illius potius quam in potestatem venisse. Post verò paucos dies iussos & agro & vrbe, quam condere cœpissent, decedere: tacitè abeuntibus, quo terrarum possent, arma & omnia quæ ferrent à consule sibi adempta. Orare proinde senatum ne in se innoxios & vltro deuictos acerbius, quam in hostes sæuirent. Increpiti sunt à senatu Galli, quod in alienum agrum irrupissent, oppidumque nullius Romani magistratus, qui ea prouincia præesset, permissu ædificare cœpissent. Ex quo argumentari libet ante id tempus hanc terram in Romanorum potestatem venisse: quæ si (vt dixi) ante eam diem Romani fuerat Imperii, non dubium est sub initium secundi belli Punici, aut paulùm suprà id accidisse: atque M. Claudii Marcelli auspicius id factũ, qui primus trans Padum, Romana signa traiecit, atque Insubres vicit, & Istros. Polybius Liuiusq; auctores sunt. Hunc ego eum M. (laudium esse puto, qui oppidum euertit ad duodecimum lapidem ab Aquileia inuito senatu, vt Plinio auctore L. Piso tradidit: atque idipsum oppidum fuisse, vnde Galli deiecti fuerant. Quod autem non longè ab Aquileia euersum oppidum Plinius dicit, ad sua tempora alludit. Nam cum Galli de quibus multa diximus, ex hac terrâ depulsi sunt nondum Aquileia erat condita, vti ex verbis Liuii, superius recitatis potest intelligi. Cæterum bellum Boicum ob eam rem iidem auctor incoeptum scribit, quod apparebat Istros non passuros nouam coloniam loco sibi proximo conditum iri. de quâ mittendâ iam ex illo tempore patres consultare cœperãt, Latina ne an Romana Colonia mitteretur. Placuit tandem Latinam mitti, quàm Strabo auctor alioqui grauissimus Romanam missam dixerit. quamquam colonia nomẽ adhuc Latii referri potest. Tria peditum millia (vt Liuius scribit) in Galiorum agrũ missa sunt, id est vnde Galli paulo ante deiecti fuerant: quinquagena iugera peditibus data. Centurionibus centena. Coloniam autem ipsam Aquileiam nominatam puto, ab aquilâ, qua Romanis signis olim insedit, vt Anneus Lucanus testatur: Signa (inquit) pares aquilas, & pila minantia pilis. Signifiri quoque ipsi Romanarum legionum Aquiliferi dicti sunt. Cæterum publica quoque ipsius loci signa ad hunc diem flauam aquilam habent. Aut fortasse ab irriguo loco, in quo sedet Aquileia nominata est: nam aquilam & aquilum colorem ab aquâ dictum Pompeius Festus testatur. Coloniam deduxere P. Scipio Nasica, C. Flaminius, & L. Manlius Acidinus, Triumviri ad hoc ipsum creati. Post conditam Aquileiam, quia Romana arma à barbaris formidari cœperant, status patriæ pacatissimus fuit. Procedente tempore Cimbris Illyricum tentantibus, atque ob idipsum patriæ ocium locorum vicinitate sollicitantibus, non longe à Noreia seu Norcia vt alii scribunt, quæ in Alpibus est, cum eis Cn. Papyrius Carbo conflixit, atque infectâ re (vt Strabo ait) abscessit. Liuius infœliciter eo loco à Romanis pugnatum tradidit.

Haud

Haud verò longo interiecto tempore, quum tres ferocissima gentes Cimbri, Teutoni, & Ambrones uno tempore in Italiam erupissent: Cimbrorum partẽ per Noricos descendisse Plutarchus ait. uterq; exercitus C. Marii ductu & fœlicitate deletus: unus non longe ab Aquis Sextiis, qui locus Alpibus proximus est: alter ad Athesim fluuiũ. Trecenta quadraginta millia barbarorum cesa, & centum quinquaginta capta scribit Liuius. Plutarchus numerum extenuat. Si autẽ per Noricos, qui pximas patriæ Alpes tenuerunt, iter habuere, uti ex Plutarchi sententia habuisse constat, qd est, cur per hanc oram illos erupisse non credere debeamus? aut certè per proximos fines. Fuit autem motus ille uniuersa Italia, non modò locis, per q̃ eruptio facta est formidabilis. quare eius tumultus patriã hanc haud expertem fuisse crediderim: sed magnã potius eius procellæ partem, aut sensisse, aut (quod magis credo) sustinuisse oportuit. Interim uerò Romana arma, citro uteroq; per hanc patriã assiduis barbarorum motib. gestata. ipsis patriæ incolis pene domestica facta sunt: quippe qui interdum tres integras legiones huc in hiberna missas sustinere. Quas sub initium Gallici belli, quod ultra Alpes gestum est, C. Cæsar duab. additis, quã proximum fuit, ut ipse scribit in Galliam traduxêre. Puto ego, eã parte Alpium, qua montanis Carnis incubat, legiones ipsas traductas, ubi excisam rupem militari opere cum inscriptione C. Iulii Cæsaris esse diximus. Caterùm quoties bellum Istris, Pannonibus, Dalmatis, Illyricis, & Germanis illatum est, hac uelut publicâ portâ Romãis armis accessus patuit & reditus. Cæsar Augustus (ut Tranquillus scribit) Aquileiam usq; sæpe progressus est, quùm externa bella per legatos moliretur. Sed quid hac? proditũ est à multis, Aquileiam urbem quasi proximum suburbanum à Cæsaribus & eorum familiâ frequentari solitam. Ibi enim Iuliam Augusti filiam ex Tiberio nondum (ut arbitror) principe enixam Tranquillus scribit. quã prole extinctâ Tiberius semper ab ea secubuit. Ego eo tempore Iuliam Aquileiæ subsedisse crediderim, quo Tiberius Illyricum bellum omniam externorum post Punica difficilimum triginta (ut idem auctor tradit) legionibus triennio administrauit: atq; idem (quãuis Augusti litteris sæpius reuocatus) exercitum interim summâ frugum inopiâ laborante strenuè confecit, domito Illyrico quantumcunque inter Italiam, Noricum, Macedoniam, Danubium, & maris Adriatici sinum patet, Quærat hic aliquis quid sit, quod ubi constet (uelut in principio libri huius diximus) latus hoc Italiæ, quod à Varo fluuio ad Timauum Alpib. subiectum est, externarum gentium motibus præter cætera ipsius terræ loca fuisse semper obnoxium, hac tamen patria una omnium sæpissimè, ac maximè á barbaris fuerit infestata. Ego, ne prolixior sim, breui quod sentio dicam. Nempe, si quis rectè consideret, locorum omnium naturâ (de iis loquor quæ Alpibus subtecta sunt) ita accidisse, haud sane mirabitur. Reliquum enim ipsius terræ haud longè à mari recedit. aut asperitate Alpium obstruitur. Caterum quantumcunq; illud est uni genti Gallicæ obnoxium uidetur: hac autẽ patria præterquam q̃ Germanis, Illyriis, Dalmatis, & Istris non tantum proxima, sed etiam contermina est: nescio quo nam modo ab Alpibus ipsis enudatur, q̃ iuxta hæc loca magis ac magis mitescunt, & quasi de industria sese superabiles exhibent: desinuntq; tantam terram suo ambitu circuire, uadum amplissimum quasi patentem portam inter se & mare relinquentes: ut esset, unde Barbari, fœlicissimam alioquin terram, sine aliquo superandarum Alpium labore perpetuò infestarent. Accidit huc propinquum mare, quod ad meridiẽ (ut superiore libro diximus) alluitur. quâ parte hæc terra non immodicos pergerinarum gentium ad hunc diem excæpit motus. Sed iam locus postulat, ut ad Aquileiensis Ecclesiæ conditionem transeamus, unde tertius instituti operis liber sumet exordium.

M. ANTO. SABELLICI DE VETUSTATE PATRIÆ LIBER TERTIUS qui Hunnicum bellum inscribitur.

PVtabãm ego, quando ad recentiorũ temporũ descriptionem ventum esset, difficilimã me lucubrationis huius partẽ transegisse: siquidẽ illa, quæ duobus superiorib. libris continentur, quia neq; certo loco, neq; apud certũ auctorem quæri potuerũt, haud facilẽ nobis indagationẽ præbuere. apparebat autẽ ex hoc ipso, ut q̃ deinceps scripturi essemus illa ipsa, quãndo à compluribus essent illustrata, minùs laboris habitura. Hac ego adductus opinione anhelam, fateor, ad illorũ lectionẽ, non aliter quã ad perspicuũ fontẽ sitiens uiator solet. Sed quàm bone deus illic omnia à nostra expectatione diuersa inuenimus! quippe q̃ penè plus tenebrarum, quàm lucis legenti mihi offuderunt. Pius pontifex, Platina, Leonard. Aretinus, & quidã alii qui citra humanæ salutis tempora scribere orsi sunt, & si diligentissimi alioquin fuere, atq; idem latinissimi, quam paucissima tamẽ afferũt, quæ ad nostrũ faciant institutũ: atq; ea ipsa siqua sunt, tam breuiter exponũtur, ut manifestè appareat nihil eos minus uoluisse q̃ Patriæ huius monumẽtis cõsulere. Paulus autẽ Diaconus, et quidã alii recẽtiores eum secuti, qui ad res Patriæ penè uniuersam referunt historiã, ab his q̃ quadringentesimo firmè anno post Aquileiensis ecclesiæ constitutionẽ gesta sunt, scribendi initiũ sumpserũt. Caterũ ea ipsa quæ tradũt, adeo nonnunq̃ inter se discrepãt, ut neq; temporũ, neq; rerũ ratio, cuiq̃ constare possit. quo fit, ut in hoc quoq; tertio uolumine, & q̃ in reliquũ scribẽtur intercisam ac mutilatam (q̃ futurũ non putabã) resarcire cogar historiã. Verùm dabo opam, ut in ipsâ rerũ inuẽtione ac dispositione id diligentiæ adhibeãmus, ut q̃cunq; memoriæ tradiderimus ea ipsa sint non minus lucis habitura, q̃ si omnia q̃ ad historiæ consumationẽ requirũtur, nobis uno tempore affuissent. Sed ad Aquileiensis Ecclesiæ originem redeamus.

IAm primũ illud planè cõstat post Christi regis nostri ad patrẽ ascensũ, dieb. Pentecostis cõpletis, discipulos Spiritũ S. accepisse: quo imbuti dogma salutis omnib. gẽtibus uariis linguis pdicare cœperunt. Id v. ut facilius fieret, ne itẽ frustra scriptũ uideretur à propheta: In omnẽ terrã exiuit sonus eorũ, terrarũ puncta inter se partiti sunt. Petr⁹ omnium princeps Pontũ, Galatiã, Bithyniã, & Cappadociã sortitus, Antiochenã sedẽ annis septẽ tenuit. ubi v. Asiaticas ecclesias diligẽter firmauit secũdo Claudii anno Romã uenit, ut in eâ urbe, q̃ alioqui pr̃ tempus rerũ domina esset, apostolica sedes fundaretur. Pulso itaq; hinc miraculorum certamine Simone Samaritano, q̃ magica arte uniuersum fere populũ ad studiũ sui traxerat: conuersus Petrus ad uerbũ dei ppagandum, rogatur a multis, ut Ioanni, cui in baptismate cognomentũ fuit Marco, coscribendi Euangelii negociũ traderet. quippe cuius uita & mores uulgo pbarentur.

rentur. Is vt Hieron. tradidit, in Israel sacerdotiũ agens, & secundũ carnẽ Leuita (id est appositus) ad Christi fidẽ conuersus est, Romaq; Euãgeliũ scribit. Quapp̃ter nonnihil illos vidisse arbitror, qui eũ à Petr. Romã deductũ tradiderũt, scriptoq; Euãgelio, q̃ Petrus magnoperè p̃bauit, continuò Alexãdriã p̃fectus est (Philo Iudeus est auctor) vbi ecclesiã optime cõstitutã octauo Neronis anno interiit. Sed miror Platinã magis vnũ Philonẽ, q̃ omniũ fermè scribentiũ consensum secutũ, id quoq; tradidisse: quũ cõstans fama sit, atq; idipsũ sacra litera testẽtur, Marcum Euãgelistã auctorẽ prius Aquileiã missũ: vbi quũ miraculis & doctrinã noua ecclesia fundamẽta iecisset, Romã cũ Hermagora venisse, atq; sub hac tẽpora in Alexãdriã p̃fectũ. Hermagoras a. in ecclesia nomen fundata Episcopũ à Pet. electus Aquileiã reuersus est: cõtinuoq; hic Seniores, Leuitas, et Diacones cõstituit. inde ad p̃dicationẽ Euãgelii cõuersus ecclesiã multis miraculis auget, & illustrat, maximãq; populi partem ad lucẽ veritatis & fidẽ cõtrahit. verùm reclamantibus apud Sebastiũ, ciuitatis p̃sidẽ, gẽtiliũ deorũ sacerdotib. atq; coràm minantib. se cũ suis popularib. adhuc in pristĩa religiõe p̃manẽtibus, in eũ impetũ facturos, nisi illico hominem maleficũ (ita enĩ im p̃pissimos homines nostros christiãos appellãt) tolleret: Sebastus Hermagoræ suadere aliquãdiu p̃stitit, vti à vana & piculosa absisteret institutione. Quũ autẽ nihil p̃ficeret, eũ nervis cæsũ in carcerẽ coniecit: vbi multis cõpatus miraculis, atq; plarisq; iteri ad Christi fidẽ conuersis, Sebastũ iussu cum Fortunato clãculũ occiditur. Apparebat n. populũ haudquaq̃ id laturũ, si de eius morte publicè statuisset. Sãctorũ corpora Pẽtianus et Greg. viri haud ignobiles nuper ad Christũ cõuersi cum Alexandriã fœminã illustri extra murũ ciuitatis sepeliere. Hac habus q̃ de origine Aquileiẽsis ecclesiæ referrẽ. verum quia ita cõparatũ est, vt quãto quis impitior sit, eo p̃mptior in vituperationẽ rerũ alienarũ esse soleat: sat erit hic eos monuisse (de impiis loquor) quum initia Ecclesiæ Aquileiensis refero, deq; eius cõstitutione interi loquor, non de mœnib. et tecto, sed de cœtu & conuẽtu catholicè o pantiũ me intelligere. Nemo est enim tã stultus, qui non videat, haud potuisse fieri, vt ædes aliqua, aut altare pretextu noua religionis publicè per id tẽpus à Christianis ponerẽtur: quippe qui nõ omnino multi essent, atq; iidem ipsi magistratibus vrbiũ ac pontentissimo cuiq; inuisi. Ostenderem itaq; ecclesiã lõgè diuersũ ab edificio significare: nisi plane viderẽ id plures, immò penè omnes intelligere. Illud locus hic non patitur me silentio p̃terire: vsq; adeò fœdã illã Lõgobardica tempestatis barbariem his terris resedisse, vt in Hermagoræ pronuntiatione ad hunc diem duo vulgò commiscẽtur barbarissimi. Sub idem vero tẽpus ecclesia ipsa cõstitui cœpta est (ne qua interim his terris ocia darẽtur) quũ de impia electione inter Romanas legiones certaretur, binaq; hominũ milia secunda legionis à Mœsiaco exercitu Othoni missa auxilio essent, nũciatumq; his in via esset, Othonẽ desperatis rebus vltrò mortem oppetiisse, Aquileiã vsq; ire (vt Tranquill. scribit) p̃seuerarunt, quasi rumorib. minus crederent: vbi per occasionem & licentiam omni rapinarũ genere in Aquileienses grassati sunt. Cuius nefandi sceleris veriti ne quandoq; sibi Romam reuersis reddenda esset ratio, ac pœna subeunda: de noua imperatoris electione inter se agitare cœperunt. & breui quum summam imperii Vespasiano deferrent, causam illi adhuc dubitanti præbuere in Italiam maturius

A p̃perandi, atq; imperium ipsum ferocius inuadendi. Proecedente deinde tempore (vt sunt rerũ humanarũ vices, in quibus perpetuũ, aut stabile nihil est: sed quadã velut successione bona malis mala bonis tenaciter hærẽt, vt neutrius status sit diuturna possessio) inter tot rerum discrimina & labores, fœliciora Aquileiæ tempora effulserunt, vt & aliquãdiu ab externorũ armorũ iactatione quieuerit, atque Pius qui Ruffino patre in ea vrbe natus est, pontificatus fuerit illustrata. Eo autem sedente, ferunt L. Aurelĩũ imperatorem inter Concordiam & Altinum, quum curru veB heretur, apoplexia morbo extinctum. hunc ipsum inter bonos potius quàm malos Imperatores quidã reponunt: quidam vero humani generis hostem ob vitia appellatum scripsere. Sed fuerit quantũlibet malus: haud tamẽ sæuitia & impietate Maximinũ superauit: qui aliquibus interiectis Cæsareb. illis successit. Hic sextus à Nerone christianos p̃secutus est. verùm quũ Aquileiã obsideret, Mammeæ muliebris christianæ et Origenis mortẽ immodice cupiẽs, à Pupieno cum filio Maximino occiditur. Ferunt in eã obsidiC one Aquileienses fœminas capillos sibi ad bellicũ vsum secuisse, quũ funes ad intẽdendos arcus & cætera instrumẽta bellica deessent: atq; ob idipsum in honorẽ matronarũ senatũ Veneri calua templũ dedicasse. Nec multo post Gothos Illyricum & Macedoniã vastates incredibili clade Imperator Claudius supauit. Quapp̃ter aureo clypeo in curia, & in capitolio statuã aurea a senatu donatus est. hunc in Sarmio mortuũ ferunt. Quintilius frater, qui in impium successerat 17. suis principatus diebus Aquileiæ occiditur. In his q. vog; locis interiecto tẽpore Cõstantinus Impator, qui inter Constãtini Magni successores habetur, dum Cõstãti fratri bellum inferẽs parum cautè pugnat, occiditur. Constãs quoq; D 17. suis impii anno suorũ fraude oppressus. Constãtius vtriusq; frater impium adeptus, quum Arriana secta studiosus esset, Athanasiũq; & cæteros catholicos interi oppugnaret, Liberium Pontificẽ Athanasii, & omnium christum cum patre homousion prædicãtium fautorẽ in exiliũ eiicit: quẽ Aquileiam peregrè p̃gressum à Fortunatiano seu Fortunato (vt alii scribunt) Aquileiẽsi episcopo ad hæresim & discordiã sollicitatum ferunt. Scribu Platina Theodosium Impatorẽ (paucis vt puto interiectis annis) apud Aquileiã E Maximum tyrannũ, Gratiani interfectorẽ oppressisse. His temporib. Ruffinus Aquileiensis ecclesiæ presbyter non pauca acutissimè scripsit. Extãt inter cætera eius epistolæ, immò inuectiuæ potius ad Hieron. & rursus Hieronymi ad eum: qua haud mutua amulationis inuidia carent. Distat tamen non parum vterq; ab altero in eo. dẽ scribendi genere: densior ille, hic copiosior: ille arctius pugnat, hic latius: ille acumine nititur, hic vero pondere. verum non omninò elegans ille: hic autẽ non solùm elegans, sed comptus etiam: & breui talis, quẽ p̃ Ciceroniano ad tribunal dei increpitum F (vt ipse testatur) credere possis. Sed video quàm interi inepiè faciã homo omnium pene litterarum expers, qui tantorum virorum ingenia, velut alter Aristarchus in trutina suspenderim. Virgilianum itaq; illud testati: Non nostrum inter vos. notũ est carmen. Ad illud reuertimur, q̃ ad Aquileiensis ecclesiæ res attinet. Siquidem p̃clarum fuit duos excellentis ingenio viros, & quasi bina Christianæ fidei lumina in eã ecclesiã eodem tempore refulsisse. De Ruffino nemo dubitat: Hieron. autẽ se baptismatis lauacro Aquileia insignitũ in symbolo expositione testatur. Quo fit, vt vel

in eã

in eâ vrbe eũ natũ cõsiteamur, oportet, vel certè non procul inde: quippe quẽ Aquileiensis parochia vel ex hoc ipso fuisse manifestè appareat. Per id ferme tẽpus Gothi duce Alarico Italiã invasêre: de quorũ aduẽtu prius q̃ dicã, vt breuẽ potero, de origine & successib⁹ gẽtis ordine edisserã. Sũt Gothi, qui nõ multùm diuersâ appellatione Getæ olim dicebãtur, origine Scythæ. hi sedes Tanaidi proximas in Europâ habuere. Ferox gen⁹ hominũ & ad mortẽ prõptissimũ: Trog⁹ eos in Asiâ cõstituit, eorũ gesta iter Asiaticas res referẽs. A Lucullo olim victi ex Mysia, in q̃ prouinciã primũ irruperãt, eiecti sunt. Cæterùm ꝓcedẽte tẽpore cõstat eos gẽtis oratores ad Augustũ venisse gratiâ petẽda pacis missos. Ablaue⁹ Goth⁹ tradit ab Agrippâ Danubiũ trãsire cõpulsos, sub Domitiano reuersos. aduers⁹ eos Oppi⁹ Sabin⁹ primùm: inde Cornel. Fusc⁹ missi, suâ & exercituũ clade infœliciter pugnarunt. Cornel. Tacit⁹ ẽ auctor. Traian⁹ prĩceps eis pacẽ petẽtibus dedit. Antonin. cognomẽto Caracalla tumultuarius q̃busdã præliis eos fudit. Gordian⁹ Dãnubiũ vers⁹ mouẽtes, ab instituto itinere magis auertit, quàm superauit. Nõ multò pòst Vesogothi, q̃ pri⁹ p̃ se Romana arma irritauerãt, inuictus sibi Ostrogothus (in duas enĩ gẽtes Gothi diuisi sunt, in oriẽtales scilicet & occidẽtales: Id Germ. lingua sonat ipsa nomina) Mœsiã & Thraciã fœdissimâ populatione euastauerũt: tre cẽta armatorũ milia fuisse feruntur. Deci⁹ Pannoniã Philip. Imp. aduers⁹ hos missus, pluribus plus supat⁹ infectâ re Romã rediit. Occiditur interĩ Philip. cui⁹ morte prouincia in Vesogothos dilata est. cũ Gallo deide pacẽ barbari instauarunt. Sed nõ multò post p̃ occasionẽ Thraciã & Macedoniã occuparũt. Cõpressit autẽ eorũ ferociam, vires q̃ retudit Claud⁹ Imp. cui secũdo cognomẽ fuit, trecentis millib⁹ barbarorũ cæsis, duobus q̃ millib⁹ nauiũ submersis. Hic ẽ ille Claud. cui ob res bene gestas clipeũ in curiâ & in capitolio statuã aureã senatũ decreuisse dixim⁹. Aurel. princeps q̃ Claudio successit, Carabiũ Gothorũ regẽ res nouas molientẽ ad ripã Danubii magno prælio vicit: abductaq̃ ex eâ pugnâ sunt decẽ mulieres in triũphũ, quæ virili habitu acerrimè pugnarãt. titul⁹ autẽ qui in triũphò præfert est, significabat eas ab Amazonib⁹ ortas. Eosdẽ hostes Const. Magnus ex Sarmatia, q̃ occuparãt depulit: atq̃ p id ipsũ tẽp⁹ multis cladib⁹ attriti se aliquãdiu intra natalis soli fines tenuêre. Sed hic quoq̃ Vesogothi nõ multò pòst ab Hũnis deiecti, Danubiũ trauecerũt: ac sine fœdere aliquo à Valente imperatore accepti, fame & iniuriis ob Valẽtis auariciã adacti, arma corripuere: deuictoq̃ Valẽtiano exercitu in Thraciã populabũdi ingressi sũt. Nec multò pòst & Valẽtẽ ipsũ obuiũ factum magna strage superãt, & occidũt: Cõstãtinopoliq̃ victoria elati obsidẽt. Sed obsidio ipsa irrita fuit. Gratian⁹ Valẽti successit: q̃ Theodosio viro impigro ex Hispania accersito Vesogothas pluribus præliis superauit, Grat. victor cũ Athanarico Vesogothorũ rege fœdus percussit. Quo mortuo, barbari rege carẽtes, imperio aliquãdiu suâ militiã ipẽderũt. Verùm ꝓcedẽte tẽpore Arcadio oriẽtalis res imperii administrãte Vesogothi stipẽdio priuati ĩ Pannoniã secessêre, Alaricũq̃ regẽ ex nobilissima Baltorũ iter Gothos familia sibi cõstituũt. Cui Radagaisus & ipse Goth⁹ cũ ducẽtis milibus se iunxit. Horũ duorũ auspiciis Gothi Thraciã, Pannoniã, Noricũ, & Illyricũ fœda populatione grassati, ĩ Italiã irrupêre, Romãq̃ ipsam quodã rerũ dominã cœperũt: ĩ quã captã oĩ sæuitia & ignominia genere grassati sũt. Tũ verò vrbs augusto (vt Ennius ait) augurio cõdita desiit esse q̃ fuit: anno suæ natalis Millesimo sexagesimo quarto: christianæ verò salutis quadrigẽtesimo duodecimo. Hæc ego de origine & ĩcremẽtis Gothorum lõgiore fortasse sermone q̃ res ipsa exigere videbatur, ꝓsecu⁹ videri possum, & quasi alienũ a nostro instituto fecisse: q̃ tã multa de eâ gẽte retulerĩ, cui⁹ mot⁹ ad hanc terrã nihil fermè attinere videatur. Ast ego post vrbẽ Romã, q̃ calamitosa illa tẽpestate omnib⁹ malis cõcussa est, nullã aliã Italiæ oræ motibus illis magis obnoxiam fuisse crediderim q̃ hãc terram, q̃ irrũpentibus illis primũ occurisse oportuit. Nec me illud mouet, q̃ nemo scribẽtiũ apte tradat, quâ Italiæ parte facta sit irruptio: quũ verisimillimũ sit circũsectis ꝓuinciis (vt diximus) vastatis, quâ eus ꝓximũ facilimũq̃ fuit in hostici trãsmississe: Cæterum cõstat post Athilæ mortem Gothos rursus Italiã Aquileiensi oræ euastatâ insuasisse: vti suo loco dicemus. De his itaq̃ quũ toties dicẽdũ esset: nõ ab re sũ mihi visus facere, si q̃ alio loco haud ita fortasse opportunè dicẽda erãt, nũc quũ primũ mẽtio illorum incidit, dixerimus. Sed ad Athilæ gesta interim veniamus. Quẽ nõ multò post primã Gothorũ irruptionem, recẽtia forte illorũ vestigia secutũ, in hanc miserã Italiæ oram venisse cõstat. Verũ antequàm illius gesta attingamus de Hunnorum origine, quorũ rex ille fuit, quam paucissima dicenda sunt. Priscus quidam non paruæ auctoritatis homo, quippe qui apud Theodosium Iuniorem epistolarum magister fuit, scriptum reliquit se ab Imperatore oratorem missum in Scythiam ad Hunnorum reges. Vnde intelligi potest Hunnos Scythicam esse gentem. Regnum eius gentis, per id tempus Athila & Belda seu Bleda (nam vtrunque scriptum reperio) fratres habebant. Is ingentibus fluminibus transmissis ait se ad eum locum peruenisse, vbi Indigoia Gothorum fortissimus Sarmatarum dolo occubuerat: nec procul inde vicum fuisse scribit, vbi Athilæ regia erat. vicus in ambitum amplissima vrbis patens, lignea mœnia habebat, atque ea ipsa ex tabulis facta: quarum compago ita solidum mentiebatur, vt vix ab intentis oculis posset iunctura deprehendi. Triclinia præterea ambitu prolixiore distincta: porticusque non sine regali decore constructas. Aream ad hæc in medio patentem amœnissimis ambulacris vndique cinctam: Cuius dignitas, & amplitudo regia aulæ speciem præ se ferebant. atque hãc ait fuisse per id tempus Athilæ regis sedem. Huic autem pater Mundzeticeus fuit: post quem Octar & Rhoas fratres regnum tenuêre: quibus mortuis Athila cum fratre regnare cœpit. Fuit autem ipse Athila superbus incessu, huc atq̃ illuc circunferens oculos: vt elata potentia in ipso quoq̃ motu corporis appareret. Ad hæc bellorum amator (sed ipse manu temperans) consilio validissimus, supplicibus exorabilis, forma breuis, lato pectore, capite grandiore, minutis oculis, rarus barbâ, canis aspersus, simo naso, tetro colore originis suæ signa præ se ferens. hinc puto natam esse fabulam, quam nobis ex historia Gallica pro thesauro quodã nuper oblatam non sine risu legimus. Erat in eâ scriptum ex Ostrubaldi Hungariæ regis filiâ & domestico cane natũ Athilam: atq̃ eius nefandis concubitus illum semivirumq̃ canẽ semicanemq̃ virum (vt Ouidianũ carmẽ imitemur) manifesto oris argumento crimen prodidisse. quasi vero nõ cuis apertè posteritas ipsa riserit. quæcumq̃ olim Gracia de Minotauro fabulata est. Sed ad Hũnorũ gesta redeamus. Quibus eã inuadendæ Italiæ causã fuisse crediderim, quia cognouissent primo in cursu fœliciter Gothis euenisse, q̃ nup eam terrã inuaserant. In spem itaq̃ maioris potentatus erecti Pannoniam, Macedoniam, Mysiã, Achaiã, & vtrãq̃ Thraciam,

Thraciam breui tempore flamma ferroq; deuastant. Sed cum Athila consilia ad inuadendam Italiam spectarent, atq; Bleda fratris auctoritas expeditionem ipsam remoraretur (quippe qui longiorem militiam dissuadebat) factum est, vt dum ille Budam vrbem muro cingere studio parat, fratris fraude peremptus sit. Athila vbi suis auspicijs rem gerendam vidit, sibi A
sibi Ostrogothis, Gepidis, Marcomannis, Quadis, Herulis, & Thuringis, quingentis millibus armatorũ Germaniâ ex parte populata, Galliam ingreditur: nec multo post in Thelosanis campis magno prælio ab Aetio Patricio & Theodorico Vesogothorum rege victus est. sunt qui scribant eâ pugnâ vtrinq; ad centum octoginta millia cecidisse: ipsumq; Athilam post suorum fugam (si acrius hostes institissent) de morte sibi conscisciendâ cogitare cœpisse. Verùm instaurato exercitu ad priorem fermè magnitudinem per Germaniam in Illyricum venit, breuiq; Tragurium, Sibinicum, Belgradum, Iaderam, Segniam, Polam, Parentium, Emoniam, expugnat ac diripit. Valentiniani copiæ inter Arsiam fluuium & Tergestinum sinum prælia sunt barbaris obuia: eas Athila minimo negocio fudit. Quæ ita prælio victæ sese Aquileiam receperant. Progressus Hunnus Aquileiam, quum appareret opulentam ea tempestate vrbem haud facile capi posse, eam obsidione cingere pergit, atq; reliquum ferro & flamma fœdissimâ interim populatione vastat. Sub tam periculosi belli initia, magnam mortalium vim ex continenti in insulas, quæ plurimæ sinu Adriatico iacent, confugisse fama est. Hic vero referre libet, quod de euersione Aquileiæ à scriptoribus admodum paucis accepimus. ac primùm illud inter omnes ferme constat, obsidionem ipsam in tertium annum dilatam: quod penè incredibile dictu est, vt vrbs, & si non ignobilis, non tamen opulentissima (quippe quæ nullum vnquam imperium habuisse: immò ne libertatem quidem, quando ad eam diem Romanis armis paruisse) quingenta & amplius barbarorum millia tam diu sustinuerit: quum paucis ante annis vrbs ipsa gentium domina à Gothis & viribus & numero Hunno inferioribus capta & direpta fuisset. Sed situm loci fuisse credideris, & naturâ & humano ingenio ad omnes hostiles conatus arcendos longè munitissimum. Cæterum ipsam maris proximitatem non parùm contulisse ad leuandam obsidionem credibile est: quâ parte auxilia & comeatus vndiq; obsessis interim subuehi potuerunt. Constans fama est (vti libro primo diximus, & si auctores rei non quales velim habeo) per id tempus Hunnij arcem, Athila iussu militari opere communitam. vnde & loco nomen inditum esse affirmare ausim: nam Hunnium dicendum potius quam Vtinum contenderim, vt factum sit nomen ab Hunnis, quorum rex Athila fuit. Verùm procedente tempore (quod vulgi incuria euenire solet) quod prius Hunnium dicebatur, Vtinum dici cœptum est. Nec me mones ridiculum quorundam commentum, qui tenet, Vtinum Pannonica lingua nescio quid significare ad molitionem attinens: quum neq; Atthila, neq; Hunni Pannones essent, sed Scytha, vt diximus: verùm hæc omnia primo libro copiosius tractauimus. Venio nunc ad obsidionis euentum. Tradunt quidam nec hi quoque satis illustres, per id tempus Aquileiæ Menapum quendam cum Orico fratre siue (vt alij scribunt) Arico præfuisse: qui quum diu vrbe concordi imperio tutatus esset, siue longioris obsidionis tædio, siue quod magis credo rerum inopiâ, siue q; fieri potuit in maiorem spem erecti (quippe quibus ab diuturnam, & quasi segnem obsidionem hostis videscere cœpisset) omnibus copijs constituunt cum hoste confligere. decem armatorum millium aciem deducta dicuntur: nec Hunnus detrectauit pugnam: quippe qui B
hostem numero sibi imparem cerneret. Verum quia ex paucitate ipsa apparebat desperatione potius quàm spe vlla victoriæ in aciem descensum, cautius sibi cõsulendum ratus, omnibus diligenter prospectis Barbarus in hostem vadit. Aiunt in his campis, vbi nunc Mereti villa est esse dimicatum: atq; ex ipso euentu pugnæ nomen loco inditum, Quod haud verisimile videtur, vt tam infirma manus aduersus inuictam aciem tam longè ab vrbe, quæ interim obsideretur, processerit. Sed siue hoc loco, siue alibi, quod magis credo, pugnatum C
sit: constat primo congressu tanto odio & ira esse vtrinque concursum, vt multa hominum millia momento temporis conciderint, atq; ex ipsa fœdissimâ hominũ strage vberrimos sanguinis riuos medijs campis fluxisse. Sed cum vtrinq; impigrè dimicaretur, accidit, vt ipsi duces facti sint sibi obuij, qui neutro alterum refugiente continuo conuersis in se hastis confligunt: quo cõgressu fama tenet Atthilam equo deiectum, in summumq; discrimen adductum: ac facile eo die tantorũ malorum caput interisse potuisse, nisi ab Hunnis, & his D
qui proximi erant, defensus, continuoq; equo impositus fuisset. Magnus vndiq; hinc concursus factus est: ac maius atrociusq; prælium quam alibi, circa duces ipsos commissum. Sed dum ea parte, quâ plurimũ laboris erat impigre Oricus pugnat, graue vulnus accipit: quem pugna excedentem, ac cruore respersum quum infirma & iamdudum per se fluctuantes manus vidissent, illico terga vertunt. Instat Barbarus: nec fundit fugatq; tantum, sed passim quoq; palatos hostes obtruncat. Menapus neq; adhortationibus E
neq; minis semel fugatam aciem in pugnam reuocare potest. Fortuna igitur inclinante, quod vnum potuit, summi ducis præstitit officium: extremo enim agmine pugnans ferocissimumq; hostem excipiens suorum aciem vsq; ad mœnia tutatur: fuissetq; sub ipsum ingressum portis cum periculo laboranti, hostisq; cuneo mixtus forsitan vrbem irrupisset, nisi ab his, qui præsidio ciuitatis relicti erant, è mœnibus vis telorum ingens in hostes conecta esset. Quare barbari, & cæde, & pugnâ paruper abstinuere. multa hominum millia vtrinq; occubuerant. Atthila suos omnes sepulcro dedit: Idem & Menapus fecit, paucorum dierum inducijs ad id ipsum impetratis. Interim verò post tantam suorum stragem delectus omni spe Menapus tuendæ amplius vrbis, Oricum grauiter vulneratum cum infirmâ manu in proximam maris insulam mittit. Ferunt eam olim Malgradum dictam: inde verò Gradum. Eò sub ipsum Atthilæ aduentum vxores, liberos, senes, pretiosamq; omnem supellectilem ab Aquileiensibus missam scripserunt quidam. Pau- F

D cis inde

eis inde interiectis diebus Atthila structa acie pro mœnibus urbis aliquandiu stetit: vbi verò hostem ad pugnam elicere non potuit, illico iubet vineas, aggeres, turres, aliaq; opera bellica in muros vrbis erigi; quasi nouâ viâ, vbi aliâ ratione non posset hostem aggressurus. & Menapus nocte, qua diem illum secuta est, dispositis per turres & propugnacula in speciem armatorũ ligneis simulacris, cum his, qui secum subsederant, silẽtio noctis Gradum transmisit. Orta luce Hunnus iubet machinas mœnibus admoueri. Interim ferunt quendam regi nunciasse se pro comperto habere vrbem omni præsidio destitutam: idq; se ex eo coniectare, quod aquila proximo simulacro impunè sedisset. Sunt qui scribant, Atthilam Ciconia augurio confirmatum: quum tædio longioris obsidionis infectâ re abscedere instituisset. Conspicatum, aiunt, fuisse ciconiam pullos suos, quasi alio migraturam extra vrbem deferentem, atq; ex eo futuram ciuium fugam auguratus, in incœpto perstitisse. Quum itaq; desertam esse vrbem appareret, iussit continuo signa inferri. Atq; hoc maxime modo Aquileia vrbs nobilissima capta & euersa est. Nam vbi barbarus ingressus est, eam suis diripiendam præbuit. Præda verò haud tanta fuit, quantam hostes animo conceperant. Nam vt diximus, preciosissima quæq; sub hostis aduentum in proximam insulam delata fuerant. Non desunt tamen qui scribant, & ciuium & omnis opulentia fuisse refertam vrbem, quum direpta est, prostitutasq; vulgo fuisse feminas. Quarum vna, quum cerneret vim pudicitiæ suæ paulo pòst illatum iri: ne eam impunè amitteret, sese ex edito loco in subiectum flumen præcipitem dederit. Cæterum ignis iussu regis passim ædibus iniectus est, ac momento temporis vrbs clarissima incendio absumpta. Hic lector velim te parumper humanarum rerum conditionem considerare: quamq; stultè homines faciant, qui hæc terrenarum rerum ornamenta, velut imperia, opes, magnificosq; vrbium apparatus, tanquam perpetua, & omninò stabilia bona laudant, mirantur & extollunt. Ecce vel ex hoc, quod dicam, contemplari licet, quanti ea omnia sint facienda. Vno ferme eodemq; tempore Roma gentium domina, amisso imperij fulgore, ignominiosè capta ac direpta, solitudinis & ruinæ plena suo augusto solio, velut Priamus ille ad aram Herceii Iouis, miserabiliter concidit: nec interim illi, aut prouinciæ, quas domuit, aut Reges, quos in triumphum duxit, aut ipsa veterum gestarum rerum memoria quicquam profuit. Nec Aquileia alterum Italiæ lumen diu illi superstes fuit. Sed quum maternos cineres indignamq; ruinam attonita spectaret: ipsa quoq; non minore clade oppressa est. De origine ipsius priore libro abundè diximus, verùm non ignoro fuisse quosdam è numero ignobilium scriptorum, qui tradiderint Aquileiam ipsam Româ longè antiquiorem, aqualemq; Patauio, Altino, & Concordiæ: quippe quas vno ferme tempore à Troianis, qui cum Antenore venerant conditas affirmare audeant. Quod an verum sit, quum Liuium audiuerint, ipsi videbunt. Verba Liuij superiore libro, quum de Gallorum eruptione in hanc patriam loqueremur recitauimus.

A

M. ANTO. SABELLICI DE VETVSTATE PATRIAE:

Liber Quartus.

Qui bellum Longobardicum inscribitur.

B

Cogitanti mihi, atq; sæpius animo reputanti calamitosa illa Hunnici belli tempora, dubitatio quædam non parua occurrere solet, sitne verum illud quod vulgo dicitur: nullum esse tam grauem casum, nullum tam acerbum fortunæ vulnus, quod non tacita quædam latentis boni comitetur necessitas? Ego & si illud cuiusmodi sit affirmare non ausim: nescio tamen quo nam modo ex his, quæ tempestate illa euenêre

C

coniectare, atq; colligere soleo, adagium illud haud omninò carere ratione. Nam si quis hinc acerbissimos illorum temporum casus, incendia, cladesq; vrbium excidia, & reliqua mala, quæ hac Venetæ terræ ora per id tempus perpessa est, sustenderit: inde verò Augustam vnius vrbis originem, quæ Romano cadente imperio: velut diuinâ quadam prouidentiâ, nasci visa est, vt esset vbi meliore fato illud suæ sedis depulsum, perpetuò

D

quiesceret: is certè intelliget lucem hanc, quæ tenebras illas secuta est, non æquilibrium tantum facere, sed præponderare etiam omnibus malis, quæ ex tempestate illa fœdissima orta sunt. Nam si nomen, gloriã, diuitias, potentiam. suspicimus (hæc enim ferme sunt, quæ mortales mirari solent) quid Aquileia? quid Concordia? quid Altinum? quid vniuersa Venetia tunc habuit? quod cum vnius Venetiarum vrbis splendore, opulentia, & imperio comparare possimus? Fuit (fateor) tunc aliquod Veneta gentis nomen: sed non tamen vsq; quaq; celebre, aut multis notum: quippe quod ne

E

vniuersa quidem Italia adhuc bene nosset. Nunc contrà nulla est tàm remota tellus, nulla tam Barbara natio, ad quam Veneti nominis fama non peruenerit: Transeo maris imperium, tot prouincias, tot vrbes, tot clarissimas insulas, quot illorum hoc tempore parent imperio: Transeo quoq; res terra mariq; gestas: quæ plane arguunt, aut nullum alium ad hunc diem populum, aut certè hunc vnum extitisse, qui per omnia Romanæ gloriæ & videri, & dici possit æmulus. Quod quum ita sit, haud scio, an bene actum fuisse cum hac

F

patriâ & reliquâ Veneta terra orâ per id tempus dicendum sit, potius quàm malis quicquam accidisse: quãdo eam bellorum tempestatem perpetuum lumen non tantum his terris, sed vniuersæ etiam Italiæ peperisse manifestè constet. Sed quâ id ratione contigerit, non ab re fuerit in prima parte huius quarti libri breuiter enarrare: quod sanè faciam, si prius paucâ de his, quæ ab Hunnis pòst Aquileiæ euersionem in Patria gesta sunt, retulero.

Capiã

CAptâ & euersâ Aquileiâ, continuò Hunnus Concordiam versus mouet. Regebat per id tempus eam vrbem Regulus quidam Tanus nomine. Is audito Aquileiæ excidio, ratus, quod erat, hostem non multo post affuturum Ariadnam coniugem cum regiâ gazâ in proximas maris insulas premisit: ipse vrbi præsidio esse voluit, quæ ab hoste ferocissimo breui capta & incensa est. INDE Altinum, & alia plerag; Venetæ oræ oppida direpta, soloq; æquata sunt. Per id tempus Aquileienses (vt diximus) Gradum commigrarunt, Concordienses Caprulas, Altinates Torcellum, Maiorbium, vt Amorianum. Patauini cum sacris & preciosa supellectile Riuumaltum tenuêre: in medio fermè Venetiarum locus ille est hoc tempore. Hic patriæ vrbis facies conspici cœpta est: ædibus in speciem nouæ oppidæ non temerè dispositis. magnus vndiq; in eum locum factus est concursus, ingens nobilium manus velut in nouam ciuitatem euocati cum liberis, sacris preciosisq; rebus conuenêre. VII. Cal. Apr. iacta fuisse prima vrbis fundamenta scripserunt quidam, in quibus est Laurentius monachus patriâ Venetus. Nec ex ignobilis colluuione gentium, quod in magnarũ vrbium originibus sæpe euenisse constat, noua ciuitas conflata est: siquidem vti quisq; tum prepotens, ac valdè nobilis fuit, ita antè alios Hunnum reformidans (quippe quẽ nobilitati infestissimum nouerant) fugam occupauit, nouæq; vrbis tutiore loco ædificandæ auctor fuit. Verùm quia planè constat, quis fuerint Venetiarum conditores: locus ipse postulat, vt de eius gentis origine aliquid altius repetamus. Venetos Troianâ stirpe ortos esse, auctor est Cato. Liuius Henetos ex Paphlagonia ad Troiam militasse scribit: qui amisso Pylemene duce Antenorem in Italiam secuti sint, pulsisq; suâ sede Euganeis (ex eo scilicet solo, vbi nunc est Patauium) mutata litterâ Henetos cum Troianis Venetos appellatos. quidam vero auctores sunt, Venetos ab Heneto rege dictos, qui ex Illyrico profectus eã eram, quam post Veneti tenuerunt, occupauerit. Strabo Gallicam esse gentem Venetos autumat: id coniectura adductus, quòd Veneti inter Belgas rei maritimæ gloria olim illustres fuerint, cum quibus C. Cæsar in Britanniam primò transmissurus maritimo prælio conflixerit. Sed Liuij verisimilior sententia est: quũ constet Venetos Adriatici sinus accolas ipsam oram tenuisse, antequam Gallica gens vllo in Italiam transierit. quod si ita est, vti Liuius scribit, Venetiarum origo ad Troianos & Latinos referenda est. Patauini ab Antenore sunt: Aquileienses & Concordienses, qui ex proximis insulis in nouam vrbem migrâsse dicuntur, Latini & Romani coloni fuere. Primi eius vrbis magistratus Tribuni fuerunt: vt idem Laurentius tradidit. Verùm ciuitas libero iure & ad imperandum nata continuo rei maritimæ studio pollere cœpit: breuiq; eius opes in tantum creuêre, vt mari terrâq; finitimis terrori essent. Procedente tempore ebrium imperium ad ortum propagari cœptum, multaq; in Dalmatico sinu Epiro & vniuersa Grecia (quas prouincias procedente tempore sua ditionis fecere) & in orâ Ponticimaris non paucâ gessere: moxq; ad Tanaim vsq; Venetæ arma promota sunt. Rursus & in Syria per se non pauca, multa quoq; socialis bello ab his gesta referuntur. Nota sunt Friderici Imperatoris tempora: quem nauali prælio victum, captumq; ad Apostolicæ sedis obsequium retraxere: nota & illa inclyta victoria circa Clodiam, qua Genuensium vires demum accisæ sunt. Transeo mille alia: quæ tum sua materia, quæ ardua & sublimis est, tum etiam rerum copia & amplitudine eximium quoddam, & (vt sic dicam) supra humanum exigerent ingenium, vt dignè scribi possent: non autem tenuis & aridum, quale me à natura sortitum fateor. Sed cum plura & ampla sint, quæ de inuictâ ipsius vrbis potentiâ dici possent, illud clarissimum & memoriâ dignissimum videtur, quòd quatuor & viginti annos Maomethum potentissimum Turcarum imperatorem duobus cuersis imperijs, regibus non paucis suo regno pulsis, prouincijs quoq; pluribus abactis, superbientem, procul Italiâ, ad cuius imperium anhelabat, suis viribus nixi arcuêre. Sed nostri consilij non erat ad res Venetas diuertere: verùm quia locus ipse poscere videbatur, vt aliquid de Venetiarum origine diceremus, hæc breuiter & (vt sic loquar) cursim attigisse contẽti erimus. Nunc ad Atthilam redeamus. Domitâ itaq; Venetâ terrâ oraq;, Atthila flagellũ Dei se ad terrorem hominũ vocitans, Vicentiam, Veronam, Mediolanum, & Ticinum pari clade afflixit. Cæterum his gestis, quum Romam versus infestis signis moturus esset, Leo Pontifex res Italiæ miseratus circa Mincij & Padi confluentem sit illi obuius. Hic Alarici exitu proposito, quod statim captâ vrbe defunctus esset, ne vltra progrediatur, & monet & orat. obtemperat Pontificis optimi consilio, & monitis Atthila. Ferunt eacausa inprimis motum, vt illi obsequeretur: quod ad colloquium cõgressus visus esset sibi Atthila cernere duos viros strictis gladijs suo capiti imminere, atq; sibi interim mortem minitantes, nisi Pontificis dicto obediens esset. Petrus & Paulus Apostoli fuisse credits sunt. Inde itaq; digressus Atthila Pannoniam repetit: vbi non multo post cum iactabundus diceret, se rursus Italiam vel maiore clade inuasurum, fluuio sanguinis è rarilibus nimiâ crapulâ manantis, cum Ildicone vxore cubans suffocatur. Eadem nocte, quâ Atthila extinctus est, Marcianus per quietem (quum Constantinopoli esset) imaginatus est arcum Attilæ fractum se cernere. Post Atthilæ mortem paucis interiectis annis, Zeone, qui orientis imperium per id tempus tenebat, persuadente Theodoricus Gothorum rex, qui loca Constantinopoli proxima infestans omnibus terrori esse cœperat, ex Thracia cum coniugibus & liberis, cumq; rebus omnibus per Sirmium & Illyricum in Italiam transiit. Odoacri copiæ illi in hanc terram irrumpenti circa Sontium amnem occurrerunt: quas magno prælio Theodoricus fudit. quidam tradunt Odoacrum ipsum huc vsq; progressum. Regebat per id tempus Italiam Odoacer tyrannico more: quippe qui tumultuariâ declaratione ab exercitibus, qui in Italia erant aduersus terrorem Atthilæ cõparati, Dux appellatus esset. Fusis, vt diximus, ad Sontium Odoacri copijs, Gothi vrbes proximas, oppida, & breui quicquid Hunnica rabies non

absumpserat, populat, Rauennam contenderunt: vbi Odoacrum aliquandiu obsessum, inde in suam potestatem redactum occidunt. Theodoricus autem & post illum Gothi sub diuersis regibus Italiam annis circiter septuaginta tenuere. vltimus Regum omnium Totilas fuit, quem & ipsum flagellum Dei appellatum accepimus: quòd in vrbem Romam, & vniuersam Italiam atrocissimè grassatus esset. Hunc Narses quidam à Iustiniano in Italiam missus vicit & occidit: nec multo pòst Teias Gothorum dux ab eodem Narsete victus est. Qua clade accepta, Ostrogothorum gens penitus interijt. Vesegothi autem in Hispaniam cum Alanis prius concesserant: vbi duæ gentes adeo coaluere, vt ex duobus nominibus factum sit vnum. Cathelani n. dicti, quasi Gothi Alani. Nec multis interiectis annis Longobardi, qui (vt Pius Pontifex tradit) à longitudine barbæ dicti sunt (Non desunt tamen, qui aliam afferant interpretationem) in Italiam erupere. ex Scandinauiâ insulâ Germanici Oceani oriundi sunt. Nam qui primùm inde profecti sunt, diuersis acti erroribus, in Pannoniâ tandem consederunt: vbi duobus & quadraginta annis sedes habuere: hinc à Narsete, cuius supra mentionem fecimus, exciti Alboino rege in Italiam transmisère. Ferunt hunc Narsetem, quum de imperio, deq; ipso Italiæ statu optime meritus esset (quippe qui Gothicum nomẽ deleuerat, immensosq; barbarorum exercitus aut strauerat, aut procul Italiâ arcuerat) ab inuidis lacerari solitum, litterisq; & falsis criminationibus apud Sophiam Iustini vxorem: quæ Orientis imperium ob coniugis dementiam administrabat. Ea vero vti fœmina, quæ suæ naturæ credula est, & ad odium prona, eum ex Italiâ cum ignominiâ verborum ad se vocat: scribens, iam tempus esse, vt eunuchus ad lanam, & pensa rediret. Ea iniquo animo ferens Narses respondisse fertur, se talem orsurum telam, quæ inextricabilis suis æmulis esset. His itaq; commotus, Alboinum vndecimũ Longobardorum regem in Italiam per legatos accersit. ad quod faciunt, vt facilius traheret, fama est Narsetis legatos suauissimos ex Italia fructus secum detulisse: ac nunciasse regi earum frugum genetricem esse terrã, in cuius possessionem vocaretur. Proinde Narsetis nomine regem & suos properare iubebant, si rapa, & ipsa Pannonia sterilitas a Longobardis deseri possent. His itaq; Alboinus, nec non spe futuræ societatis erectus (quippe qui antea Narseti fœdere iunctus fuerat: auxiliaribus n. Longobardis (vt Paulus diaconus scribit) Narses Gothorum gentem magno prælio vicit, quos in Pannoniam multis militiæ præmijs ornatos remisit) ingenti barbarorum manu per Sirmium in Italiam transcendit. Per id tempus grauis pestis totâ fermè Italiâ, sed in Gallia Cisalpinâ grauissima orta est, multaq; prodigia facta sunt. nã & acies quædam igneæ cum cruore madentes cœlo apparuere: ninis præterea vis tanta in imos campos deiecta est quanta nunquam alias. Tota itaq; Venetia terræ ora sub ipsum aduentum in potestatem redacta. Continuò Alboinus Gisulfum nepotem suum Foroiuliana prouincia cum validâ hominum manu præfecit: ducemq; Forijulij declarauit. Vulgus tenet, quod & Paulus Diaconus affirmat, Forum Iulium fuisse, quod nunc peculiari nomine Ciuidatum appellant. Omissis igitur quæ à barbaris ipsis ducentorum & amplius annorum spacio in reliqua Italia gesta sunt: de his quæ eorum duces intra patriæ fines gesserunt ordine dicemus. Scribit Platina Italicũ nomen ea tempestate deleri potuisse, nisi afflictis rebus sanctissimi viri succurrissent. in quibus Paulus Aquileiensis Antistes certe habendus est: qui Alboinum Italiam ingressum longè mitiorem, quàm illius natura pateretur suis reddidit. Scribunt quidam hunc ipsum Paulum ex Aquileiâ cum thesauro ecclesiæ Gradum transmisisse, quam nouam Aquileiam appellauerit. Gisulpho autem Foroiulianum ducatum obtinente Helias, qui vno Probino interiecto ipsi Paulo patriarchæ, cuius proxime mentionem fecimus, successit, in hæresim lapsus est, tria Chalcedonensis conuentus capita non recipiens. Verum errorem suum non multo pòst fassus ad officium rediit. Inde Pelagij pontificis permissu conuentum viginti episcoporum habuit: quo Gradensis ecclesia totius Venetiæ metropolis declarata est. Hunc aiunt vtilem epistolam à Pelagio accepisse, quàm diuus Gregorius quum adhuc Cardinalis esset, scripserat. Pius pontifex hæc omnia ad Seuerum Patriarcham, qui Heliæ successit, refert: Pòst cuius obitũ, Aquileiensem ecclesiam diuisam esse scribit, Gisulfo duce Ioannem Aquileiensi ecclesiæ præficiente: Pontifice verò Claudianum Gradensi. Sed alibi Candianum pro Claudiano, & Sisulfum pro Gisulpho scriptum reperio. Sed Sisulfo malè vertit, quod ansus esset rerum sacrarũ administrationem vsurpare: nam per eos dies, quibus ita sacrilegè, ne impiè dicam, operatus est, Cacanus Auarũ rex ex Norico in Italiã transcẽdit: cui cum Sisulfus magna suorũ manu obuiã processisset, ab hoste magno prælio superatur & occiditur: Rhomilda eius vxor cum Grimoaldo & Rhodoaldo adhuc pueris (Thassone & Caco iã adolescere cœperãt) nec nõ cum his, qui prælio superant, intra Forijulij mœnia se tenuit: quã audita Sisulfi coniugis morte studiosè communiuerat. Nec tãtum id oppidum Longobardis tueri parãt: sed Cremonẽ etiam, Hemas, Ospiũ, Arteneam, Rheuniã, Glemonã, & plera aq; alia loca ad omnes hostiles impetus sustinẽdos cõparata. Auares interim hostici ingressi omnia ferro & flamma populãtur, atq; Forumiulium ipsum ducalẽ sedem obsidione cingunt. Apparebat interim Longobardorũ res in tuto fore: nisi vnius fœminæ immoderata libido publicã fortunã præcipitasset. nam dũ forte Rhomilda hostem mœnib. obequitantẽ conspicata esset, eius forma & vigore aptã intemperans fœmina oppidi dedition ẽ pollicetur, si se in vxorem duceret. non recusat cõditionem barbarus: sed per internũtiũ dat illi fidẽ in futuras nuptias. Traditur itaq; oppidum hosti: quod illico dato signo direptũ est, emissaq; oppidanorũ turba pluribus locis subiectus ignis. momẽto temporis omnia miserabili incẽdio absũpsit, ita vt ne vestigia quidẽ loci vlla hoc tempore extẽt. Hæc Pius põtifex. Quæ si ita se habẽt, Paulus Diacõus, qui eis rei auctor est, videat quo modo oppidũ, q; Ciuidatũ appellãt, Forũiulium esse possit: cuius vestigia nã modo nõ enãuere, sed inter oppida Patriæ locus ipse hoc tempore frequẽtissimus sit. Auares euerso oppido quũ Lõgobardos captos in suos fines traherent, pollicẽtur se captiuos in Pãonia finib. ũde venerãt, velut pristinis sedib. collocaturos. Nã ex Pãonia vt diximus Logobardi venerãt. Vbi v. in campũ, quẽ sacrum appellãt ventũ est (eũ n. locũ futurã cadi destinauerãt) continuò impuberes

beros fœminasq; sortiti, omnes matres natu dato signo trucidant. Inter trepidationem illam & tumultum ferunt, Sisulphi liberos arreptis equis salutem sibi effugio quæsiisse: quorum Grimoaldus minimus natu, quũ a quodam equite, qui eum fugientem assecutus fuerat, in hostium castra traheretur, dicitur brevissimo ense, quales scilicet tenerá illá ætate uti poterat, hostem obtruncásse, conversoq; in fugam equo se fratribus junxisse. Rex interim ob insuranduam celebrat scelerata Rhomildæ nuptias: atq; únâ nocte eâ pro conjuge utitur, postero die illam duodecim robustissimis militibus prostituit, qui multis stupris die noctúq; eam turpiter vexarent. Novissimè vero palo ad hoc ipsum humi defixo, talis non alio dicens dignam marito, affigi jussit. Hic exitus fuit Rhomildæ fœminæ nequissimæ: qua documento esse potuit omnibus sus sexus, ne libidinem (quod sæpe faciunt) pudori & saluti anteponerent. Filiæ autem spectatæ pudicitiæ fuisse traduntur, quas reges & summi duces suo connubio dignati sunt. Per id quoq; tempus Lemphichis quidam admodum puer inter reliquos populares ab Anaribus in captivitatem adductus est. Ferunt hunc jam adultum, Lupo duce in patriam reversum. Qui quum domum equatum solo offendisset, à propinquis adultus eam instauravit, duxitq; uxorem: ex qua Arrichem filium habuit. Ex hoc Varnefridus natus est: ex Varnefrido & Theodelinda Paulus monachus Cassinensis Longobardicæ historiæ scriptor. Caco igitur & Thasso Sisulphi filij in patriam quasi postliminio reversi ducatus administrationem susceperè. Ij ultra Patriæ fines eam Germaniæ partem suæ ditionis fecere: quæ nunc vulgo Zelia dicitur. Ego vero non Zeliam, sed Juliam dicendam puto. Paulus diaconus tradit Slavos eam terram suo tempore tenuisse. certè tamen Norici pars fuit olim. Quum itaq; opibus & celebritate ipsi fratres florerent, mirâq; concordiâ ducatum administrarent, Gregorij Romani Patricij fraude periere: quos ille quum ad se Opitergium magnis pollicitationibus traxisset, ubi oppidum ingressi sunt, continuo clausis portis cum delecta comitum manu trucidavit. Nec juvenes fortissimi inulti periere: Sed ubi vim apertam fieri viderunt illicò strictis ensibus aliquandiu pro salute decertarunt: mox verò omni evadendi spe amissa, ne inultum id hosti foret, facto in oppidanos impetu ingentem stragem edidere: donec fortiter dimicando occubuerunt. Thassonis caput Gregorio allatum est: cui ille ne periturus videretur, barbam recidit: ea enim spe Thassonem ad se traxerat, ut ubi primam juveni barbam recidisset, in hæredem, ut mos gentis fuit, videretur habiturus. Post Thassonis & fratris cædem Grasulphus Sisulphi frater ducatũ adeptus est. Verum Rhodoaldus & Grimoaldus, quanquam vix adhuc adolescere cœperãt, id tamen indignè ferentes, quòd principatus paterni administratio ad patruum non ad se post mortem fratrum delata esset, continuò navim conscendunt, & in Apuliam navigant: ubi verò Apulum littus tenuere, Beneventum ad Arrichem pedagogum olim suum rectà contendunt. Is per id tempus Beneventani ducatus res administrabat. Ab eo adolescentes benignè accepti sunt: & filiorum loco habiti. Verum procedente tempore, quum Slavi (haud enim Illyrici dici possunt, quum natio Illyrica non sit, ut loco suo demõstrabimus) navi in Apuliam delati, in Arrichem impetum fecissent, & brevi, quum non longè à Siponto incantè pugnantem obtruncassent, à Rodoaldo, id haud impunè tulêre. nam & fusi magnâq; ex parte cæsi à Beneventanis totiusq; ducatus finibus ignominiosè pulsi sunt: Rhodoaldus & frater post Arrichis obitum, Aionem ejus filium, perinde ac fratrem & dominum, & amare & colere non destitêre: atq; propter consensum omnium, post Aionis mortem Beneventanus principatus summa Rhodoaldo demandata est. Sed ad res Patrias redeamus. Mortuo Grasulpho, quem post Thassonis & fratris mortem ducem creatum diximus, Ago in ejus locum subrogatus est. Huc quoq; nihil dignum memoria egit. Verum illud quod dicam casu potius quam meritis accidit: qua enim præmia nihil merentis esse potuerunt? Illustris familia aliquandiu in eo oppido fuit, quæ quasi ab illo originem traxisset Agonis domus cognominata est. Huic Lupus successit, quem ferunt alâ equitum eâ parte, qua vetusta olim via insula contingebat, Gradum transcisse: atq; omnes Aquilejensis ecclesiæ thesauros spoliasse. Grimoaldus rex Beneventum profecturus Ticinensem regiam huic Lupo administrãdam reliquit: qui absente rege quum multa flagitia patrasset, veritus ne quando hæc illis reverso ratio suorum scelerum reddenda esset, ac proinde pœna subeunda, Forum-Julium se contulit, ubi ducatum adeptus à Grimoaldi imperio defecit. Verum quum minimè expeditum apparet, ut inter Longobardos domesticum bellum gereretur, per legatos Cacanum Avarum Regem, Grimoaldus hortatur, ut adversus Lupum in Italiam transiret: cui adventanti Lupus cum validâ suorum manu occurrit ad locum, quẽ Flavium peculiari nomine vocant: ibi tribus ancipiti marte pugnatum est: quanquam plures ex Avarano quam ex Longobardico exercitu singulis prælijs cecidissent. Superante tamen Avarum multitudine, Longobardis amisso duce fusi ac magnâ ex parte cæsi sũt: quam paucissimi qui ex funestâ illâ pugnâ evaserant, in Patriam reversi suis popularibus auctores fuere, ut castella & oppida cõmunirent, quãdo victor hostis paulo post esset affuturus: hisq; se pro temporũ statu tuturent. Interim Avares fugientium vestigia secuti penè impromisi adsunt. Patrianos fines miserabili clade occupat: profana cum sacris ferro flammaq; populantes. Sed quũ per ocium omnia fœdissimè vastarent, per legatos Grimoaldi interim Cacano nunciatur, ut à Patria vexatione abstineret, ac finib. quando Lupus & sui satis pœnarum luissent, quam primũ abscederet. His ferociter responsũ est, Avares haudquaquam eam terram temere relicturos, quam intro belli suam fecissent: nec regẽ rectè facere, quòd se socios regniq; dignitatis assertores, quos patrijs sedibus in discrimen belli sua adhortatione traxisset, tandem militiæ præmio fraudare vellet. His Grimoaldus commotus exercitũ in Avares quàm validissimũ parat. Sed quum sic quoq; appareret, haud ita facilè hostem his copijs superatum iri, ad terrendos eorũ animos nova arte usus est. Accersitis nanq; Avarum legatis, qui fortè per eos dies Ticinum venerant, continuò tubæ per militia præfectos copias omnes, quas in

Auares comparasset, per speciem recognitionis ordine traduci: quòd cum pluribus diebus eedem acies, diuerso semper armorum genere instructa, processissent, immẽsi penè exercitus speciem prabuere. Quo spectaculo territi legati regi nunciant inuictam aciẽm in Auares Grimoaldum comparasse. addiderunt ferocissimi regis minas, quibus se intra paucos dies omnee Auarum nomen delecturum profitebatur, nisi Italia primo quoq; tempore abscessissent. His territus Cacanus (aiunt Cacanum eius gentis lingua regem dici) Italiâ statim relictâ in suum regnum abiit. Post Auarum digressum Varnefridus Lupi filius, quum ad ducatũ anhelaret, quasi per manus sibi à patre traditum, veritus Grimoaldi potentiam, quem patri infensum nouerat, in Carnuntum ad Slauos confugit: Nunc Carãtanum regiunculam illam nuncupari tradũt) vbi auxiliarium manu comparatâ, in patriam quasi vi paternum principatum recuperaturus erupit. Apud Hemas (locus haud multum à Foroiulio distat) tumultuosè consedit: vbi validâ Foroiuliensium acies illi occurrit. Ferociter vtriq; concursum est, sed fusi demum casiq; sunt Slaui, in qua pugna ipse quoq; auctor belli fortiter dimicans occubuit. Vetharis Vicentinus vir benignus & popularis Varnefridi morte ducatum consecutus est: cuius profectione ad Grimoaldum regem audita, Slaui collecto tumultuario exercitu in Foroiulianos fines erupturi, castra ad Broxaue metati sunt. fortè accidit, vt superiore die Vetharis ex Ticino in patriam reuersus esset: qui audito hostium aduentu quinq; & viginti comitatus equitibus illis obuiam progressus est. Eum venientem hostes irridêre cœperunt: clamitantes Patriarchã cum infrequenti clero sibi obuiam venire. Ille verò ad pontem Natisonis, qui proximus castris erat, progressus caput casside nudauit, seq; hostibus agnoscendũ prebuit. Hic quidam fabulam potius quàm verisimile quicquam videtur mihi tradidisse. mox enim agnito duce aiunt, barbaros perturbatos de fuga inter se agitare cœpisse, quum ad quinq; millia hominum essent: in quos fortissimus dux inuectus tantam stragem hostibus intulisset, vt quam paucissimi, qui suorũ eadem nuntiarent, euaserint. quasi verò sic accidere potuerit, vt quinq; ouium, ne hominum dicam millia à quinq; & viginti equitibus tam turpiter cõfici potuerint. hoc certè est quod fidem historia inprimis abrogat, qua vt M. Tullio placet, lux est veritatis. Quidam enim sordidi scriptores, ne qua sibi interim materia scribendi desit, aperta sequuntur mẽdacia: ex eoq; fit, vt quum vulgi auribus student placere, fidem qua inprimis historia scriptoribus constare debet, amittant. Ego autem potuerit ne id fieri lectoribus sana mentis indicandum relinquo. Post Vetharin Lautharis dux declaratus est. Hic nihil memorabile suo ducatu gessit. Ei Rodoaldus successit. Grimoaldus interim Lõgobardicum regnum adeptus, quum inexpiabili odio Romanos persequeretur, quod Thasso & Caco fratres sub eorum fide, prodita ac casi essent, nacta occasione Opitergium, vbi cedes patrata est, funditus euertit. Eius fines Tarusinis, Ceneten sibus & Foroiulianis ascripsit. Hic coniecturo libet factum esse, quod hoc tempore Opitergius ager ad Patrianos fines non attineat. quâ opinione admirari nos primo libro diximus, Plinium scripsisse, Liquentiam fluuium ex Opiterginis montibus cadere. Quod fieri potest, vt qua nunc Patriana ditionis sunt, olim Opiterginafuerint. Rodoaldus autem cum per negocium Ducatu abesset, accidit vt ab Alfrido Reuniano, (Regulus ne hic Reunia esset, an obscuro loco natus, incompertum habeo) conspiratione multorum principatu pulsus est. In Istriam itaq; aufugit: inde Rauennã transmisit. hinc ad Copertum Regem Ticinum peruenit. Alfridus non contentus adhuc principatu fraude quasito, in Copertum regem maximas quam potest armat copias. Sed vti sepius euenire solet, vt qua malè cœpta sunt, malo non careant euentu, sub primos conatus Verona captus, priuatus oculis, in exilium eiectus est. Ado interim Rodoaldi frater aliquandiu vicariâ administratione Ducatui prefuit. Huic Ferdulfus natione Ligur successit: homo lubricus & ad ostentationem potius quam ad negotium natus. Hic materiam noui belli quaritans Slauos quosdam subornauit, qui se auctores suis popularibus exhiberent tumultuario exercitu comparato in Italiam transeundi: quod illis negocium ex ducis sententia confecere. Nam non multò post ingens Slauorum manus in Patrianos fines latrocinantium more effusa est, magnamq; vim pecudum in predam abegerunt. Hos abeuntes Sculthais vir impiger ad insequendum missus, quum assequi non potuisset, à Duce amarissimis verbis increpitus est, & Hargadh (quod opprobrij nomen erat) appellatus: quam insignem contumeliam ille indignè ferens exclamasse dicitur, vtinam dux fortissime antequam vita nobis migrandum sit, & virtutis & ignauiæ ostentanda vtriq; nostrûm occasio detur, vt omnes intelligant, vter nostrûm sit verior harga. nec vox incassum missa. Nam per eosdem ferme dies valida Slauorum manus atq; priore illâ infestior aduentare nunciatur: cui cum omnibus Foroiuliensium viribus Ferdulfus obuiam progressus est. Sed locus hic postulat, quando toties vnius gentis mentio à nobis facta est, vt ostendamus nos consultò fecisse, quod Slauos magis appellare voluerimus, quàm Illyricos: quanquã Illyridis partem incolant. Et breui, prater illud quòd magnos auctores secutus sum, rationem habeo nõ paruam, quâ factum tueri liceat. Slaui siquidem natio Illyrica non est, sed longè ab Illyrico nata. Nam Vandali à quibus Slaui originem cœpere in extremis Germania partibus sedes habuerunt: Plinius est auctor. Eos tumultuantes Tiberius & Drusus fratres auspicijs Augusti principis, partim vltra Rheni ripas traxerũt, vicatim eos habitare coegerunt: vnde Burgundiones dicti. Burgos enim Galli vicos appellant. Reliqua gens quum circa Tanaim consedisset se Slauos à gente qua Bosphoro Cymmerio proxima fuit, nuncupauêre. Horum pars Mauricij Cæsaris temporibus in Dalmatiã & Illyricum migrauêre, nomenq; pristinum tenuerũt. Qui longius Italia consederunt, partim Boemi, partim Poloni dicti sunt. Quod quum ita sit, recte sum mihi visus facere, quum de his loquor, qui in Illyricum

Digitized by Google

& Dalmatarum venêre, nomenq; pristinum tenuerunt, si eos Slauos appellaremus, non Illyricos. Quum igitur hostes, de quibus dicere institueram munitiore tumulo consedissent, nec tuto locus parte aliqua adiri posset, tu Sculthais, memineris, inquit, dux fortissime quod me paucis ante diebus Hargam, ceu desidem & inertem vocaris: hac autem tua nobis occasionem attulit ostendendæ virtutis. Locus hic admodum opportunus hodie quid vterq; nostrum præstare possit, arguet. Si proinde ille es, quem magnificis verbis iactare soles, me aduersò tumulo in hostem vadentem sequere. Valeat qui ad hostes segnius peruenerit. Stultus dux stultissimum satellitem secutus est. Cetera multitudo temerarios duces secuta collem sublato clamore subiere. Nec Slaui in tanta occasione cessarunt: sed saxorum temere iacentium vi maxima in subiectum hostem euolata fœdissimam stragem edidere. Inde superiore loco incurrentes momento temporis eos, partim suorum cæde consternatos, partim ipsa locorum difficultate titubantes fundunt ac trucidant. Ferdulfus & Sculthais temerarij facinoris huius capita, in primis merita morte occubuêre: secundum eos omnis pene Foroiuliana nobilitas eo loco extincta est. Ferdulfo Corbulus dux successit: Hic cum Ticinensem regem insecutus esset, primatu oculis exilio mulctatus est. Pemo in eius locum subrogatur. Hic Belunensis patriâ fuit vir spectatæ probitatis: quippe qui quum vxorem antequâ dux esset illiberalis facie duxisset, nunquam adduci potuit vel eâ id petente, vt aliam superduceret: identidem illud prædicans, mores in coniuge non formam probari oportere. vocem me hercule summo viro dignam & minime eo, qui inter Barbaros, sed medijs Athenis natus esset. Ex ea tres filios spectatæ indolis habuit. cum his adhuc pueris nobilium liberos, qui Ferdulfi temeritate paulo ante occubuerant, educandos disciplinâq; militari instituendos diligenter curauit. Sed iam locus ipse exigit, vt ab externis rebus ad domesticas discordias transeamus: de quib. proximo libro ordine disseremus.

M. ANTO. SABELLICI DE VETVSTATE PATRIAE:

Liber Quintus.

Qui bellum domesticum inscribitur.

NON satis erat quotam hanc Veneta terra partem externa arma antè Troiani belli tempora sensisse, ac deinceps longa quadam malorum serie peregrinis domesticisq; motibus ad Longobardicam vsq; tempestatem fuisse obnoxiam: nisi intestina discordiâ & ciuilibus, vt sic dicam laborare cœpisset armis. Sunt, (quis nescit?) pernicioſa bella extrinsecus inuecta. Sed longè quidem perniciosiora quæ domi & quasi in visceribus ipsis oriuntur. Id ex eo datur intelligi, quod clarissima ciuitates, quæ externis viribus vinci nequiuere, suis tamen armis confectæ facile corruerunt. Et ne à domestico recedamus exemplo, satis superq; constat, Romanum imperium tantum virtute armorum creuisse, vt suis viribus perpetuò stare potuisset, nisi ciuiles illud euertissent discordiæ. Quod si tanti imperij gloria hac vnâre concidit, nec vllâ aliâ: an dubitet quisquam, qualis futurus patriæ huius fuisset euentus, in quâ externis armis penè ad internecionem accisâ, domesticè & in ipsius terræ visceribus cœptum esset dimicari? nisi diuinâ quadam prouidentiâ factum esset, vt quum iam vulnera ad precordia descendere cœpissent: in Venetorum potestatem velut in portum quendam tutissimũ concessisset & à Patriarchis ipsis: in quo nullam futurarum ventorum vim, nullos deniq; fluctus reformidarent. Quod quum ita esse appareret, non ab re fore duxi, si quintus hic liber ab ipsis domesticis discordijs exorsus in ea tempora decurreret, quibus hæc terra in Veneto præsidio conquieuit.

SVccesserat Ioanni Aquileiensis ecclesiæ antistiti (cuius proximo libro mentionem fecimus) Martianus: post quem vsq; ad Callisti tempora antistites septẽ interfuere. His sedentibus penè nihil memoriâ dignũ (quod ad ipsam ecclesiam attineret) actum est. Callistus autem qui in Sereni demortui locum (Is enim illorum septem nouissimus fuit) surrogatus est, quum ingentis vir animi esset, vtpote qui non humilis fortunæ, sed loco clarissimo natus esset, ægerrime ferebat patriarchicam sedem obscuro loco esse. Nam ab Helia patriarcha ad eam diem annis fermè centum Cromone fuerat: quum interim Longobardorum duces episcopum sibi Foroiuliensem creassent: qui in luce hominum frequentiq; nobilium cœtu constitutus præstantioris fortunæ quàm patriarcha esse videbatur. Commotus rei indignitate Callistus, quod quispiam suæ dioecesis antistes se dignior haberetur, Amatorem Episcopum, qui Friderico successit (sed alibi Fidentium pro Friderico legimus) Foroiulio expulit, quò ipse cum patriarchica sede paulo post migrauit, atq; vbi domus Amatoris fuerat, sibi & successoribus egregias ædes pro loci conditione erexit. Offensus Pemo Amatoris familiaris sui iniuriâ, non mediocri irâ in Callistum exarsit: sed nouo bello occupatus iram & vltionem in aliud tempus distulit. Per id enim tempus trepidissimis nuncys allatum erat, ingentem Slauorum exercitum in Foroiulianos fines erupisse. Non desunt tamen qui scribant prius debellatum esse cum Slauis, quam vlla inter Callistum & Pemonem intercessissent inimicitiæ. Audito itaq; hostium aduentu Dux cũ suis ad Laxrianum illis occurrit: vbi triplici prælio eos magna strage superauit: quum Foroiulensium nemo interim cecidisset præter Signaldum quendam: qui quũ eâ clade, quæ Ferdulfi temeritate accepta fuerat, duos filios amisisset, ac proinde in eorum vltionem duobus superioribus prælijs strenuam operam nauasset, multũq; hostilis sanguinis hausisset, quum tertio prælio infestius hostem vrgeret, nec vlla interim suorum adhortatione à pugnâ reuocari posset, clamitans, satis latum se perituram, si multo hostium cruore orbitatem suam abluisset, factum est, vt ab hostib. intercluſus fortiter adhuc dimicans occubuerit. Ex illo tempore Foroiuliana arma

à Slauis formidari cœperunt: quibus pacem petentib. Pemo haud renuit. Eodem itaq; loco, in quo pugnatum fuerat, fœdus percussum est, atq; pacis conditiones data. Pemo autẽ præsenti victoria elatus, continuò ad exercendas cum Calliſto inimicitias conuersus, facto cũ suis impetu, cum modico negocio in poteſtatem ſuam redegit: quem vinctum ad Caſtellum Pucium traxit (ſed Punicum pro Pucio legendum puto) vnde eum in mare præcipitare ſtatuerat. Verum quum ad locum ventum eſſet, continuò mutato conſilio eũ præſenti morte ſeruatum in carcerem, & vincula coniecit. Quod ipſũ vbi Luitprandus Rex, quo amittente Calliſtus patriarchicam dignitatem conſecutus fuerat, audiuit, vehementer commotus Pemonem ducatu priuauit, atque Rachim eius filium ducem declarauit. Id indignè ferens Pemo ad Slauos eo tempore ſocios cum multis clariis viris, qui cum eo conſpirauerant, tranſire conſtituit: quaſi vi ereptam dignitatem aſſerturus. Verum Rachi ad Regem intercedente Pemo Luitprando reconciliatur: acceptaq; à rege fide vti neq; patri, neq; nobilium cuiquam, qui cum eo conſpiraſſent, fraudi eſſent, & q; in Calliſtum manum coniecisſent, & quod de tranſitione ad Slauos cogitaſſent, egit Rachis cum patre, vt ad Regem cum ſuis veniret, quaſi illis coram ſatisfacturus. vbi verò Ticinum ventum eſt, quum Pemo & ſui in Luitprandi regiam veniſſent, continuò apparuit qualis eſſet regis in Pemonem animus. Nam Rachi ſibi proximo loco aſſidere iuſſo Pemonem cum duobus filiis, quos ſecum duxerat, & reliqua nobilitate humiliore loco collocauit. Nec multò poſt facto ſilentio nominatim iubet Pemonem & omnes eius defectionis ſocios comprehendi. Ferunt Haſtulfum alterum ex duobus Pemonis filiis, quos patrem ſecutos diximus, dolore percitum gladium exemiſſe, vt Regem obtruncaret. Quod facinus inuenis ferociſſimus patraſſet: niſi à Rachi fratre fuiſſet detentus. Hic omnis Foroiuliana nobilitas cum Pemone capta in vincula conijcitur. Vnus omnium Herxemar fertur per armatorum cuneum ferro ſibi viam feciſſe, atq; in diui Michaelis edem velut in tutiſſimum aſylum confugiſſe: quo facinore impunitatem à Rege impetrarit. apud quosdam legere eſt Pemonem ducali dignitate muctatum, nec vltra in eũ ſæuitum: reliquos verò longiſſimo carcere cruciatos. In Pemonis locũ Rachis eius filius volente rege dux declaratus eſt. Hic graueſſimum bellum Slauis intulit, Carniolamq; eorum regionem populatus eſt: atq; procedente tempore pro Luitprando rege cum fratre Haſtulpho aduerſus Spoletanos egregia belli facinora edidit. Calliſtus autem regis iuſſu vinculis ſolutus in priſtinam dignitatem reſtitutus eſt. Per hæc fermè tempora Longobardorum opes in Italia concidere: vbi ducentis & quatuor annis regnum tenuerant. quorũ rex vltimus fuit Deſiderius: qui à Carolo Pipini filio victus, cum vxore & liberis Lugdunum in perpetuum exilium traductus eſt. Verum non paruo interiecto tempore Berengarius Foroiulianus dux Longobardica gentis cladem vltus eſt, apud Veronã Lodouico rege ab ipſo Carolo prognato magno prælio victo: cui capto oculos eruit, atq; omni ſpe aſſequendi imperij, quod Arnulfus pater tenuerat, priuauit. Ita imperium quo Francis armis circiter centum potiti fuerant, ad Longobardos translatum eſt. Berengarius ipſe ob egregia militia facinora non multo poſt tempore magno omnium conſenſu Imperator declaratus eſt. Ab eodem Carolo, qui Deſiderium vicit (fuit enim, vt diximus, Pipini filius, & Carolomanni frater) Paulus Foroiuliensis, Longobardica hiſtoriæ ſcriptor in Galliam traductus eſt, atq; non paruo honore aliquandiu apud ipſum regẽ habitus. ſed quum in ſuſpicionem veniſſet, quod de liberatione Deſiderij regis cogitare cœpiſſet (Nam florentibus Deſiderij rebus fuerat illi chariſſimus) in Diomedis inſulam à Carolo relegatus eſt: vnde poſt aliquos annos fugiens in Caſſinenſe Cœnobium ingreſſus, ſanctiſſimam egit vitam: litteraſq; interim ad Carolũ elegantes ſæpius dedit & accepit. Paulinus autẽ Aquileienſis antiſtes præclara quædam ab eodem Carolo obtinuit priuilegia, quibus res eccleſia non mediocriter aucta eſt. verum quia deinceps de his ſæpius dicturi ſumus, quæ ad eccleſiam ipſam attinere videbuntur: nõ ambigo quin nulli à nobis expectent, vt & tempora, & patriarcharum nomina ex ordine colligamus. Sed non eſt cur eos vana expectatione fruſtremur. ſciant itaq; conſtituiſſe nos poſt rationem temporum quam nobis omninò conſtare volumus, nihil ex his quæ ab aliis magis copioſè quàm vtiliter tradita ſunt, niſi q; memoriâ dignum videbitur ſequi velle. Cætera verò quæ vel omnino leuia ſunt, vel talia, vt plus odij quàm gratiæ ſint nobis allatura, conſultò miſſa faciemus. Succeſſit Paulino Vrſus, qui primus cum Pontifice cœpit agere de Gradenſis eccleſiæ abuſu. Maxentius verò qui illi defuncto ſurrogatus eſt, annitente Lothario Lodouici imperatoris filio frequentiſſimo epiſcoporum conuentu Mantuæ obtinuit, vt declaretur, eum, qui Gradenſi eccleſiæ præſſet, iniquum videri Patriarchæ nomen vſurpare. Depoſito itaq; Venerio, qui tunc præerat, Gradus Aquileienſis eccleſiæ plebis iudicata eſt. Nec longa poſt id tempus fuêre patriæ ocia ab externis armis. nam Federico ſedente Hungarorum vis ingens in Patrianos fines effuſa eſt. quos ille conſilio & induſtria procul repulit. Tradunt quidam eos androphagos fuiſſe, id eſt, humanæ carnis comeſtores, eoq; eorum incurſum terribiliorem omnibus fuiſſe. Platina ingreſſos eos Italiam ſcribit, atq; aliquã ex parte eam populatos: Bauaros verò qui longe ante Hungarorum acceſſum Foroiulianos vexarant, ab Henrico Caroli præfecto ſuperatos ac Italiæ finibus depulſos: quum Banarorum alij, quos legimus, nullam interim faciant mentionem. Leo qui huic ſucceſſit, quum graues pro libertate eccleſiæ exercerez inimicitias, à Rhodoaldo quodam Longobardo, viro inter ſuos populares opibus & auctoritate illuſtri, occiſus eſt. Prorogata eſt illi pœna Berengario imperante. Hunc ego eum eſſe puto: qui imperium è Francorum manibus extorſit. verùm poſt eius mortem Otho primus & ſecũdus imperatores quicquid Rhodoaldus, ſacrilega cedis reus, inter Planum & Liquentiã poſſederat, Aquileiẽſi eccleſiæ addixerunt. Et quod ad ipſius eccleſiæ decus attinet, illud quoq; memoriâ dignum videtur: quòd frequentiſſimo epiſcoporum conuẽtu, cui Ioannes decimus nonus Rauennæ præſedit, annitente Poppone Aquileiẽſi antiſtite, declaratum eſt, ſacrilegè factum videri, quod hi qui Gradenſi eccleſiæ ad eam diem præfuiſſent, patriarchæ

archa nomen sibi vsurpassent: Vrsonem ij, qui tum forte præerat deponendum censuere. Cæterum ea occasione fretus Poppo, libros, calices, & omnem ecclesiæ apparatum quem Longobardico tumultu Paulus antistes illuc contulerat in Aquileiense sacrarium ex ipsa insula reportandum curauit (quanquam non video quid reportari potuerit: cum constet Gradense ecclesiam à Lupo duce Forojuliano suo & Aquileiensis ecclesiæ apparatu non multo ante spoliatam) erexitq; sumptuosissimum templum dilectæ virgini, cuius dedicationi Ioannes pontifex prædictus, Conradus Imperator, duo Cardinales cum viginti episcopis interfuere. Constituit & cœnobium sanctimonialium extra muros, quod donariis & profusissima largitione ditauit. Sub ipsam autem templi dedicationem declarauit pontifex, Conrado annuente, placere sibi, atq; id ipsum æquum videri, vt ecclesia ipsa mater esset viginti ecclesiarum, quarum Antistites Aquileiæ præsuli per omnia parerent. Nomina earum consulto missa fecimus. Auxit mirificè rem ecclesiæ Poppo, sed non minus Gotepoldus, qui vno interiecto Antistite ei successit. Hic cœnobium cum basilica diui Stephani construxit, acceptitq; vt quidam tradidere (nam Popponis nihil meminerunt) Forojulianum ducatum cum tota Istria dono ab Henrico tertio, quo annuente, Gradus Aquileiensi ecclesiæ tertio addicata est. Nec multo post idem Henricus Carniolam Sighardo patriarchæ largitus est. Non paucis interiectis annis, tradunt quidam Honorium secundum Aquileiam venisse. Quo tempore puto pontificem ipsum Raimundum, Guilelmi ducis Austriæ filium Hierosolimitano Regno, vt Platina scribit, præfecisse. Illud memoria dignum non præteribo: quod de Valtherij patriarchæ tumulo partim legimus, partim ipsi vidimus. Hic quum spectatæ virtutis fuisset, factum est, vt post eius mortem marmorea arca, in qua ipsius corpus conditum fuerat aliquandiu nullo admodum cultu in aëre penderit. Nos eam vidimus vno tantum angulo humo hærentem. Quantum autem Valtherius sanctitate polluit: tantum profecto Gregorius, qui vno interiecto præsule illi successerat consilio & fortitudine: quippe qui ab Innocentio quarto missus Parmensibus subsidio, aduersus Fridericum iamdudum imperio depositum, qui per id tempus Parmæ acri obsidione vrgebat. Eius itaq; auspicijs hostis victus exutusque castris est. Ferunt signa multa militaria ex ea victoria retulisse, quæ in Ciuitatensi ecclesia in tropheorum speciem suspenderit. Exercuit præterea grauissimas inimicitias cum Comite Goricia & Carinthiæ ducibus, ecclesiam infestantibus. Philippus Carinthiæ dux Gregorio defuncto in ecclesia antistitem electus est: quem Gregorius decimus confirmare noluit. Verum vbi ita præsidere non potuit, non multum diuersa ingressus via est ad Patriæ administrationem capessendam: siquidem magno omnium consensu res summa sub præfectura titulo illi demandatur, atq; sedes interim quatuor annis vacauit. quo tempore Ciuidatum, quod Forumiulium appellari diximus à quibusdam, Patrianis regulis passeis per factionem tradentibus est oppressum. Optimi cuiusq; ac ditissimi bona continuo, aut direpta, aut publicata sunt: ipsi autem partim capti & in vincula conjecti, partim in exilium acti. Sed no multo post per regis Hoenie præfectum ad hoc ipsum cum valido exercitu in Italiam missum oppidum receptum est, atq; in pristinam libertatem restitutum. Per id ferme tempus Raimundus episcopus Cumanus (sed Comacinus potius legendum puto) ecclesiæ administrationem suscepit: ac primo quoq; tempore fœdus cum Goricia comitib. percussit, Saculumq; à Gerardo Caminensi recepit. Venetis interim in Istriam transmiserat, vbi quum aliquot oppida brem tempore occupassent, Tergeste obsidere cœperunt. Id agre ferens Raimundus, magno exercitu cõparato Tergestinis opem ferre statuit. Sub eius ad[illegible]mo obsidio soluta est: factaq; ab oppidanis eruptione in Venetos sese ad naues recipientes, nonnulli cæsi sunt: quã pauciss[illegible] vero capti. Locus quẽ haud procul inde Venetis munire cœperat funditus est dirutus. Nec sta multo pst pax inter Venetos & Raimundum cõsecuta est. Foris a pacatis rebus in ipsa Patria quotidie magis ac magis discordia graues q; inimicitiæ oriebantur. Nã p id tempus Octobono ecclesiã tenente, Ricardus Caminensis Spilimbergum infestissimo exercitu occupat: qui multis patriæ regulis sibi iunctis omnia loca circumiecta diu incursionibus infestauit: è quib. Hericus Pampginus captus Octobõi iussu capite mulctatus est. Subsecuta est interim & Butrientium defectio, qui castellum sua natura munitum præsidio & omnis generis cõmeatu maiorẽ in modum referserc. Sed minimo negocio q; nemo futurum sperabat, Octobonus oppidum recepit, receptumq; funditus euertit, ipsos q; defectionis auctores in vincula cõiecit. eodem quoq; anno Castellum Porpetium & pleraq; alia loca feliciter expugnauit. Interim Richardus, cuius supra mẽtionẽ fecimus, ad Octobonum quasi ille satisfacturus venit: à quo quũ benignè acceptus esset, simulq; multa & magna impetrasset, ab eo digressus, quum domum iter intendisse putaretur, cũ no parua suorum manu Hunnium repentè inuasit. In ipso tumultu Spilimbergensis quidã Regulus cæsus est: ipse autẽ fusis reliquis indecorã fugã sibi salutẽ quæsiuit. Et ne qua interim malorum materia deesset: quũ per id ferme tempus Patauini graui bello à Venetis vrgerẽtur, Duces q; Austriæ & Carinthiæ illis opem laturi cũ magnis exercitib. hac iter facerẽt, fœdissimis latrocinijs atq; omni rapinarũ genere Patriam afflixere. Non parua sunt quæ diximus, sed lõgè maiora mala sũt per eos dies cõsecuta. Nã Goriciæ Comes ingenti vi hominũ aduersus Bertraudũ Antistitẽ, & Sauorgnanæ familiæ regulos, qui Hunnienses iuncti erãt, in Patriã erupit. nulla alia belli causa prætendebatur, nisi q; cætera Patriæ nobilitas videbatur ab his sua dignitate, in quibusdam fraudari. leuis profecto & omnino indigna causa, propter quã Patria ociũ iam temere debuisset turbari. Sed certè aliud iamdudũ hominũ animi præuiebant: quod eos tandẽ parere necesse fuit. Cõtinuo ita q; veniẽti illi, velut socialis belli duci declarato, sese ferme omnes Patriæ reguli iunxerunt: iustissimo pene immensi exercitus formã impleuere totæ Regionum appẽdices. Quo factum est, vt per multos mẽses in armis fuerint: nec se interim vno loco tenuere, verũ Fagnanea, Sauorgnanum, Danielẽ, Bugiã, Tricesimũ, ac plerasq; alias oppida & vicos expugnauere. At Comes ipse nõ ita impune tulit. nã cũ hyems appeteret, ac Patriãi reguli domũ redijssent in hibernã diuersi, ipse esset, q; cũ Goriciã copia Braulinã cõcessisset, repente Iutinenses ad hostẽ pficiscũtur, eosq; trepidos, & ad pugnã se tumultu-

tumultuosè expedientes paruo negotio fundunt, eorumq; impedimenta diripiunt. signa quàm plurima militaria ex ea victoria relata, & in Basilica diuæ virginis, quæ Hunniy est suspensa. Cæterum hostibus fusis Braulinum oppugnant: quod intra paucos dies vi captum diripiunt & euertunt. Quum ita res Patriæ sese haberent inducia in certum tempus Apostolici legati interuentu pactæ sunt. Nec multo post Vtinenses Faganeam, Sanctum Danielem, & Morucium recepere. Beachinus [illegible]mes Porlilianus Portus Naonis præfectus auxiliari manu à Spilibergensibus regulis accepta, Castellum, quod turrim vocant occupauit. Interim Vtinenses, Bugiam fame domuere. Bertrandus Patriarcha Sacilio (sunt qui Sacellum pro Sacilio malint scribere) præfectus, quod paulo antè à Ricardo Cammensi receperat, monitus dicitur à Federico Sauorgnão (cui mira familiaritate iunctus erat, & cuius consilijs non parum tribuebat) & quibusdam aliys, ne se in discrimen vitæ conijceret: affirmantes se pro comperto habere, à multis esse eius in mortem coniuratum. Tum ille magno animo & innocentia nixus se non vereri cuiuspiam insidias respondisse dicitur: seq; pro ecclesia, & vbiq; & semper, paratum mortis occumbere. quod ita sane accidit. Nam quum Hunnium versus non multis comitantibus iter intendisset, ventumq; esset ad locum, qui dicitur Rinchinuele non longè à Spilimbergo, illico ex insidijs coorti, qui ad hoc ipsum venerant, in eum impetum faciunt, atq; omni comitatu metu disiecto, virum singulari innocentia præditum obtruncant. Fama tenet eo loco, vbi eius sanguis fusus est, solum perpetuò exaruisse. ipsius corpus impy homines non contenti præsenti scelere in currum sustulere, duabusq; impudicis fœminis ad caput alterâ, alterâ ad pedes constitutis Hunnium misere. Vtinenses eius corpus honorificentissimè acceperunt, atq; in maiori diuæ virginis basilica, de quâ paulo antè mentionem fecimus marmoreâ arcâ collocârunt, quæ quatuor lapideis statuis virginalis habitu sculptis fulta est, ferunt, ea simulacra esse quatuor virginum, Euphemiæ, Dorotheæ, Teclæ, & Herasmæ quæ diui Hermagoræ temporibus martyrium passæ [illegible]. Euidentissimis miraculis locus insignitus est. Mira deuotio & Patriæ assiduus concursus tumulum celebrat. Marcus Barbus Aquileiensis antistes, quum in Germaniam & Pannoniã superioribus annis profecturus, Vtinum diuertisset, inspecta miraculorum multitudine pollicitus est Vtinensibus se post reditum cum pontifice & Cardinalium collegio actarum, vt Bertrandus ipse, qui nunc beatus dicitur, Canonico ritu sanctorum catalogo asscriberetur. Nicolaus, Ioannis Boemiæ regis filius, in eius locum surrogatus est. Hic miro odio persecutus est non solùm illos, qui in Bertrandi mortem coniurarunt, sed eos quoq;, qui aduersus illum quandoq; militassent Nam Goritiæ comite sibi iuncto, ac plerisq; alijs illustribus viris, Castellum Porpetium continuò expugnat & euertit: atq; Ioannem Franciscum eius loci regulum ex Caprulis quo confugerat, Vtinum ad se retractum capitis supplicio affecit. Cuius caput lanceæ trunco affixum toto oppido circumferri fecit. Eodem die Armannum Carniolum virum illustrem capi iussit: quem cum filio, & fratre in vincula coniecit. Richardum Varanicum per eos dies in potestatem suam redactum securi percussit. Nec multo post Armannum quoq;, quem in vinculis habebat, eodem affecit supplicio. Nec his contentus Tercentum inferius fundibus diruit (castellum ipsum proximum Turro amni fuisse existimo) cuius vestigia adhuc extant. memini me quum illic essem, spectaremq; ruinas loci, quærere solitum à nonnullis senibus, ecquid de eo loco accepissent à suis maioribus? nec quenquam inueni, qui diceret de ea re se aliquid compertũ habere, quæ omniũ oculis interim subiecta erat. At non possum non mirari ita ab ipso Nicolao antistite in Tercentinos & Porpetios regulos hoc nomine sæuitum: quum nusquam apud eos, qui de eâ re meminerunt, inter socios sacrilegæ conspirationis eorum quempiam inueniam relatum. Cæterum Melsi quoq; pars magna eiusdem auspicio solo æquata est. Recepit & Sofumbergum, Henricumq; ipsius castelli regulum, consortibus in exilium eiectis, penes se habuit. Hunnienses interim Castellerium demoliti sunt. Per id tempus Carolus, Nicolai antistitis frater, imperator Romanorum declaratus est. Is quum Romam proficisceretur, Vtinum venit: quem abeuntem Nicolaus tum plerisq; illustribus viris & regulis Patriæ officii gratia secutus est. Eorum nonnullos Carolus imperator postquã coronatus est pro ponte sancti angeli equestri dignitate donauit. In quibus fuere Franciscus & Paganus Sauorgnani, Odoricus Chucanicus & alter Bertholdus Spilimpergius. Defuncto Nicolao, cui Lodouicus Mediolanensis successit, Sancti Danielis reguli Varanum inferius occupant: depulso Dithelmo quodam, cuius ditionis locus fuerat. Verum quia præter omnium spem Lodouicus rem ipsam leniter vindicarat, & oppidum pro publico Patriæ decreto segnius restituendum curarat: id indigne ferentes [illegible]alther, Bertholdus & Hẽricus fratres: qui Dithelmo propinquitate sanguinis iuncti erant, arma capiunt, impetumq; in rẽs Lodouici faciunt, villasq; aliquas conburunt. Lodouicus præsentem contumeliam vindicaturus continuò mittit, qui Spilembergios fines ferro & igni vastãtes ab hoste ignominiosè pulsi in sanctum Danielem sese trepide receperunt, quum itaq; hoc pacto intra fines Patriæ intestinis odijs disceptaretur ecce octingenti equites circa Vllam nouam à nullo ante prouisi quasi terra genti essent: aut cœlo repente missi apparuere dux est eo nõine illaturus. Quod Glemonenses cum Pamperginis regulis Clusiam Castellum munitissimum in angustijs Alpium occupassent, multaq; Venetonensibus damna intulerant, & quod Austrini negociatores fuerant à Glemonensibus & Ciuitatensibus & quibusdam Patriæ Regulis spoliati: à quibus res repetita fuerant non tamen ad eam diem redditæ. Iũxere se equitibus ipsis plerisq; Patriæ reguli rerum nouarum cupidi, quibus appendicibus aucti in Sancti Danielis fines impetum facere, ac villam quæ oppido proxima est, igni absumunt. Ad Turriolam deinde aliquot dies metati sunt. Radulphus dux cum Friderico fratre & quattuor milibus equitum Goritiam venit, inde in Patriam transgressus, continuò

Mansa-

Mansanum & Butrium certis conditionibus cepit: Abbas quoq; Rosacensis illi se fœdere iunxit. Inde castra Hunnisum admota: vbi quum quatridum statiua habuisset, Lodouico suo & Hunnensium nomine petens pacem sub conditionibus dedit. Summa autem conditionum hæc fuit, vt Lodouicus cum duob. Patriæ regulis, qui publicè ad hoc ipsum electi essent, deberet Viennam proficisci, vbi ducem expectarent, inde vná ad Carolum Imperatorem irent, quem arbitrum & Iudicem omnium, de quibus disceptatio esset, constituerent. Publico autem decreto cum Ludouico missi sunt Franciscus Sauorgnanus, quem à Carolo diximus, equestri dignitate donatum, & Simon Valuasorius. Interim Vtinenses cum Ciuitatensium & Glemonensium appendicibus Mansanum iniecto igni receperunt: Butriumq; vi captum funditus euertunt, in Cremonemq; impetum fecere, vnde infestare discessum est. Sub id tempus qui cũ Ludouico fuerant, reuersi sunt, quum rem ob quam missi fuerant minimè transegissent. Tradunt quidam resciuisse eos Radulphum ducem de legatorum morte agitare cœpisse. Marquardus Ludouico successit. hic quum sub primam ecclesiæ administrationem se Carolo insinuasset, esseq; ab illo in socium acceptus, elatus tanti principis societate, Caprulas disrupit, atq; incendio deformauit. Nec multo post Marquardi mors subsecutaque, nisi morte preuentus esset, apparebat vltro Venetis arma illaturum. Ecclesia administratio Philippo Lanchoni Cardinali à Pontifice commenda nomine demandata est. Vtinenses, Sauorgnana domo annitente, ac plerique aliq; ex illustrib. viris negarunt se id lasturos: vt ecclesia & vetustate & dignitate illustrissima tam turpiter maneiparetur. Verum Philippus vi quæsiturus, quod bona venia non dabatur, Franciscum Carraria principem cum valido exercitu aduersus Vtinenses & socios in Patriam mittit: qui à Venetis auxilio benignè impetrato magno animo venientem hostem excepere, variis casibus bellum in sextum annum protractum est. Sed quum hostis Sauorgnanorum opes præter cætera inuisas haberet, essetq; eorum nomini infestior, quippe quos videbat omne belli pondus sustinere (apud nonnullos scriptum reperio, totius rei summa cum patria administratione sub ipsum belli initium omnium consensu Francisco Sauorgnano equiti, cuius supra iterum mentionem fecimus, demandatum fuisse) Vt igitur eos, quos maxime oderat aliqua parte belli lederet, Sauorgnanum totis viribus oppugnat, ac vi capit. Sed non longe inde Vtinenses cum auxiliaribus Venetorũ copijs hostẽ ad pugnam excière. Concurrsum vtrinq; ferocissimè atq; aliquandiu anceps Mars fuit. Verum fusus tandem hostis fugatusq; est, ac tota Patria cõtumelioseque pulsus. Moritur interim Philippus, post quem Ioannes Moranzanus ecclesiæ præsul declaratur: homo feroci temerariog; ingenio, nec interim modici sumptus, sed perdita (vt sic dicam) voracitatis. Hic subornatis percussoribus Fridericum Sauorgnanum virum clarissimum in domi Stephanæ de, qua Sauorgnanorũ ædib. accubat interficiendũ curauit. Crediderunt quidam id eũ molestum, quod egre tulisset Fridericum cum tota familia per id tempus Venetã nobilitate donatum: alij id factum voluerunt consilio & precibus Helisabeth eius nouercæ, quæ post patratam cædem Vtinensium iussu capta cũ duobus ciuibus eius facinoris conscijs capitali supplicio affecta est. Nec Ioannes id impune tulit. Nã non multo post quũ Vtinum venisset Tristani (vt ferunt) opera ipsius Federici filij in arce cæsus est. Sunt qui dicãt filio quoq; quẽ sciebat sibi ob paternam cædem infensũ, tentasse percussorem subornare, quod quum ille resciuisset, non vltra differendũ ratus in eius mortẽ cõspirasse. Huic vno interfecto Antistite (quo sedente mihil memoria dignũ accidit) Antonius Gruarensis successit: qui per Gregorium pontificem Patriarchica sede deiectus est, nec multo post per Alexandrũ in eam restitutus. Eo Ecclesiam procurante Portus Naonis oppidũ Turrim locum proximũ furtim occupant, atq; suppositio igne, castellum cum Ioanne Raganensi eius loci regulo, vxore & liberis cremarunt. Ferunt Federicum eius filium casu potius quam consilio seruatum. Quo scelere cõmotus Antõius in Portum Naonem vniuersã Patriã armauit. cœptum est oppidum obsideri, sed paulo post obsidio soluta est. maior quidem motus animorum instabat: ceperat n. Patria perniciosa seditione laborare, multis ad dignitatem Patriarcha summa trahentib. plurib. parere recusantibus. Orsturq; graue bellum, quo vbiq; cum periculo laboratum est: Fuerunt qui per litteras solicitarent Regem Hungariæ, vt in Patriam transires: aut validum sub præfecto mitteret exercitum. Interim Glemonenses Fontanam bonam furtim occupant, nec multo post Vtinẽses locum receperunt, quẽ Tristano Sauorgnano, cuius auspicijs omnia gerebãtur, tradiderunt. Sub id tempus Pipus Florentinus cum decem millibus equitum ex Pannonia in Patriam erupit, Vtinumq; in potestatem redegit. Tristanus, qui summam rei ad Venetos semper traxerat, sub primã dedition is mentionem ad Venetos transfugit, magna clientum & amicorum manu. Pipus quum præclara belli facinora edidisset, corruptus (vt aiunt) auro infectare in Pannoniam abijt: quem non multo post Sigismundus Imperator, a quo missus fuerat, ratus (quod erat) cupiditate auri prouinciam demandatam non obiisse, eum liquefacto auro atq; in fauces cõiecto peremit: illud interim sæpius dictitans, Aurum Tuisse sitisti, aurum bibe. Nec multo post cum quadraginta millibus hominum ipse in Italiam erupit (sunt qui numerum valde extenuent) ac primo impetu Sauorgnanum cœpit & euertit. Tercentum quoq; non sine ingenti regulorũ calamitate occupauit. Inde Aream obsidere cœpit: sed ea obsidio lõga quidẽ & irrita fuit: & breui cũ circa oppugnationẽ ignobiliũ locorũ multũ tẽporis consumpsisset, nec videret se proficere, haud minus turpiter quã Pipus ipse in Pannoniã est reuersus. Post Antonii Patriarchã, Lodouicus Thechius ecclesiã administrandã suscepit. mox inter hũc & Venetos ortũ est graue bellũ, annis etib. illis vt Tristanus in Patriã reducerentur cũ hominib. suæ factionis: q; Lodouicus se facturũ recusauit. sciebat n. se gratificari multis qui Sauorgnana familia bona occuparãt. Interis S. Danielis regulis cũ oppidicis Varanũ superio, occiso Bertholdo cũ Ioãne Antonio eius filio expugnãt, turrimq; eius castello cõburũt. Venetiq; quoq; p eos dies Sacilium occupãt. Lodouicus cũ appareret vt otio agendũ esse, ad regẽ Hũgariæ profectus est. Interĩ Ciuidatenses ad Venetos defiscũt: a quib. in socios accepti sunt. Nec multo post Lodouicus cũ 4000. barbarorũ redijt & cũ appẽdicib. Patriã in Ciuidatẽsi monst: qui præsi-

dio

dio à Venetis ante accepto intrepidè hostem exceperunt. habita sunt statiua circa oppidum ad quindecim dies. Vineta & fœlices arbores hostes magna ex parte populati sunt: qui vi frigoris & niuium casu coacti sunt inde infectâre abire. Barbari in regnum reuersi sunt, quos Lodouicus quasi in exilium abiens secutus est. Veneti interea Prata oppidum euertunt, quorũ nullum ad hunc diem extat vestigium. Neq; Tristanus in tanta occasione cessauit: sed cum hostibus sua factionis egit: vt sibi vna ex portis traderetur. Constitutoq; ad hoc ipsum tempore cum Venetis copijs Ciuitatensi portâ, qua sancti Gothardi, vrbem noctu ingressus est. Sed infectare nocturno populi tumultu exorto discessum est: oppressis quam paucissimis, qui ferocius oppidanos temere occursantes inuecti fuerant. Thomas quoq; Ranchonius, qui eius facinoris conscius fuerat, publicè in quatuor partes dissectus est. Ita duobus ferme annis Hunnienſium res in discrimine fuere. Verum quum appareret non esse, vnde amplius auxiliũ sperarent: vanamq; fuisse Lodonici expectationem in Venetorum fidem concessere: missis prius oratoribus, qui se & publicam fortunam in eorum potestatem traderent. Venetis legatis benigne acceptis decreuere, vt omnia iura, quibus ad eam diem eorum ciuitas stetisset, integra Vtinensibus manerent: nisi quod ad ciuiles discordias tollendas capitalia delicta, & cetera scelera, qua non sine maiestate vindicantur, sibi reseruarunt. Caterum illud inprimis expressum est, vellet ne subereq; se, edes, pradia, oppida, & omnia qua Sauorgnana familia bona fuissent, Tristano & suis sine fraude restitui: quibus annitentibus apparebat Venetos quasi per manus in Patriam ductos. ea Vtinenses non abnuere, atq; rebus integrè redditis summo populi fauore & letitiâ in ciuitatem restituti sunt: qui fœlicissimè ex illo tempore egerunt, ac nunc quoq; ab illis prognati mira Venetorum & totius populi gratia agunt. Vtinensium ditionem vniuersa Patria studio consecuta est.

M. ANTO. SABELLICI DE VETVSTATE PATRIAE:

Liber Sextus & vltimus.

Qui bellum Turcicum inscribitur.

ACcidit mihi, quod & illi, qui postquam ex alto portum conspicere cœpit, remis cum omni nautico instrumento casu aliquo amissis, & si rem in discrimen adductam videt, salutem tamen non desperat: quippe qui propinquum portum, vel naufragum se tenere posse non diffidit. Ego quoq; quum à principio operis ad hunc locum certo auctore non omninò caruerim, factum est, vt vbi finem spectare cœpi, neminem mihi superesse videam, quem secutus, vltimam huic nostra lucubrationi manum possim imponere. Puto ego (nec fallor) fuisse aliquos qui hac quoq;, de quib. vltimo hoc libro dicturi sumus, memorie tradiderint. Sed quia illi ipsi adhuc in obscuro sunt: restat vt quicquid laboris in eo est, id totum nostra industria & diligentia sustineamus: quibus paulum annixi spero superis bene iuuantibus futurum, vt cetera ad votum consecuti extremam (vt dixi) manum feliciter huic operi imponamus.

AVdita Patria defectione Lodouicus haud in re tanta cunctandum ratus, cum aliquot Barbarorum millibus per Austriam ducens in Patrianos fines tumultuose erupit. Primo impetu Clusinam arcem munitissimam in angustijs Alpium occupat: nec procul inde Abbatiam, quam primo libro Moty appellatam diximus. Apparebat in tanta rerum consternatione, hostes non mediocrem cladem reliqua Patria allaturos: nisi Venetæ copiæ ad hoc ipsũ missæ, illorum conatus, cum adhuc in angustijs Alpium statiua haberent, opportuno aduentu oppressissent. Barbari non tantum pugnam non detractauere: sed ne venientem quidem hostem expectare sunt ausi: quippe qui incursandi populandiq; Patriam potius quã pugnandi consilio venerant: atq; ita paucis post diebus quam tumultuari cœptum erat Patria omnis pacata est, receptis parvo negocio locis, quæ in hostium potestatem concesserant. Nec multo interiecto tempore cum aliquanto maiore hostium manu Lodouicus in Patriam reuersus est: atq; sub primum impetum Mansanum per proditionem, nec non Rosoacium recepit. sed hec quoq; expeditio haud priore illa, de qua proximè diximus, felicior fuit. Audito Veneti exercitus aduentu, continuò Barbari Patriâ excessere: quos abeuntes ipse belli auctor secutus est. sed quum adhuc quoq; res nouas moliretur Basilienſi conuentu defunctus est. Hac tumultuosa tempora pacatior rerũ status excepit: siquidem per aliquot annos pax subsecuta est, apparebatq; cum hac Patria preclare actum, cui post tot & tantos motus contigisset in Venetorum presidio conquiescere: nisi tacita quadam (quæ cuiusmodi sit nescio) inuidia, qua humanam fœlicitatem diuturnam esse non patitur, factum esset, vt ab extremo septentrionè comparatus hostis in Italiam quandoq; irrupisset, qui Patriæ huius ocia non solum verteret, sed ferro & flamma terram ipsam, pene ad interitum afflingeret. Turcos eam gentem vulgo appellant: alij Turcas dicendum affirmant. His Melam auctorem habent, qui Turcas & Tissagetas non longe à Ripheis montibus constituit: quos vastas ait incolere sylvas, ac ferinis carnibus victitare. Cæterũ ratione quoq; nituntur: vt quemadmodum Getæ dicuntur, Sarmatæ, Scythæ, & Tissagetæ, ita Turcæ, non Turci dicendi sint. sed consuetudo tenuit, vt Turci potius dicantur. Sunt itaq; Turcæ ipsi origine Scythæ, & ex his (vt Hieronymus Pio põtifice auctore tradidit) quos inter Hyperboreos montes Alexander Macedo ferreis repagulis clausit. His Pipini Gallorum regis temporibus Asiam inuaserunt, Alanos primùm, inde Colchos & Armenios, nouissimè minoris Asiæ populos. multi variq; fuere eorum conatus: sed cum

circa

circa Hellespontum angulum quendam occupassent, A
non destitêre fraude potius quam armis suos fines propagare, donec nobilissimam vrbem Constantinopolim oppressêre. Quo successu elati, Traces, Triballos, Macedones, Æolos, Dardanos, & Acarnanes breui tempore subegerunt. Mysia quoq; regem inde victum trucidarunt: Peloponnesum (quanquam horum quidam ante Bizantium captum Turcorum armis cesserant) dolo potius quam virtute adepti sunt, quam in suam potestatẽ redactam miserabili clade affecerunt. Trapezuntium quoque imperatorem cum ipso imperio sustu- B
lerunt: & breui quum duo iam imperia euertissent, quatuor regna, viginti prouincias, ducentas ferme vrbes (vt Bernardus Iustinianus orator Clarissimus deplorat in ea oratione, quam ad Sixtum pontificem habuit) christiano nomini eripuissent & (quod omnium calamitosissimum fuit) quum Euboici freti angustias Chalcide expugnatâ reclusissent, latè longeq; eorum arma euagata, Italiæ fines, quod nemo futurum credidit, infestare cœperunt. Nec contenti adhuc limites ipsius terræ attigisse, ferocissimo conatu diffractis Italiæ clau- C
stris, in ipsa pene viscera vulnus adegerunt. Quorum calamitosas irruptiones ex ordine referam: si pauca prius de his quæ interim in ipsa Patria euenerunt breuiter retulero. Dum adhuc procul Italia Turcorum opes (ita vt dixi) innalescerent, patriæ status quum ab externis motibus satis pacatus esset, domesticis discordiis non omnino caruit. quamquam ne illæ quidem ad eos qui in Venetorum fidem venerant magnopere attinere visa sunt. Per id enim tempus Portunaonia ciuitas grauissima seditione iactata est. Quum enim alii antiqua ciuitatis D
iura tuerentur, vellentq; suo loco esse: alii ad præfectum arcis summam rerum omnium trahebant. Erat autem præfectus tunc Federicus quidam Barchius, homo natione italus, sed barbari fastus & superbiæ plenus. Hic indignè ferens publicam administrationem quorundam impotentia sibi denegatum iri, ad illorum conatus opprimendos nouum in exteriore parte arcis posticum designauit. id quò minus fieret, aliquandiu viri illi populares obstitere, quorum Mantuani & opibus & auctoritate principes habebãtur. Apparebat publicam fortu- E
nam in eius manu fore qui arci præsideret: sed audaci incepto ob publicum & priuatum periculum abstitere, pro tempore scilicet quæsturi, quando se nihil obuiam eundo proficere cernerent. Verum illud in primis eorum conatus auertit, quod ipsius viri auctoritate non mediocrem apud Federicum imperatorem esse constabat: Sed ne sic quidem ferocissimi hominis animus, præsenti contumelia exasperatus, placari potuit: quippe quam in vltionem erectus, non multò post per internuntios magnâ spe prædæ quosdã facinorosos homines quam potuit F
occultissime subornauit, vt quantas possent copias contraherent, atq; ad constitutã diem sibi adessent, q̃ quum illi impigre fecissent, momento temporis ciuitas nil tale suspicans oppressa est, atq; miserabili modo direpta. ingens fuga ab optimo quoq; facta: & inprimis ab his, qui ob pristinas simultates sciebãt se præfecto inuisos. Multa & magna flagitia in miseros ciues edita: qui haud tam cito præsenti calamitate defuncti essent, nisi publico Venetorũ edicto infestissimum præsidium iussum fuisset abire. quod ipsum vt aliquanto maturius fieret, Nicolaus Sauorgnanus, homo spectatæ inter Patricios auctoritatis Portunaonem missus est. Per hos ferme annos Turci primum Italiam erupere. Istriã fœde populata vsque ad Sontium amnem tumultuosè deuenêre: atque villis aliquot circa flumen incensis, multisq; mortalibus captis retrò abiere. Ex illo tempore publico nomine ad præsentiendos futuros hostium motus exploratores quam longissimè missi sunt: specula etiam quàm plurima tum in ipsa Patria, tum extra constituta. magnus præterea equitatus ad præsidiũ Patriæ missus, qui per villas amni proximas diuisus est. Sed hæc omnia partim fefellit, partim subito aduentu turbauit hostis, qui non longo interiecto tempore penè antè affuit, quam domo profectus diceretur. Ingentem trepidationem attulit improuisa eorum eruptio: Nam vbi in vlteriore fluminis ripâ conspecti sunt, cœptum est ab his trepidari qui citeriorem ripam præsidio tenebant. Sed ne apertè fugam meditari viderentur, facto impetu in quam paucissimos barbarorum, qui sub primum aduentum tumultuosè amnem traiecerant, secundâ vigiliâ noctis in Cerniani insulam concesêre. Hostis autem quum sub primam lucem nudatum præsidio ripam vidisset, præmissis qui loca proxima vltra amnẽ diligenter explorarent, ne in aliquas præcipitaretur insidias, cognitâ præsidii fugâ fluuium superat, atq; passim in prædam & populationem effunditur, incensisq; villis aliquot in Vtinensem agrum irrupêre. tria millia passuum ab Hunnio hostes conspecti sunt: atq; ob hoc ipsum creditum est, eos ad oppugnandũ oppidum venire. Continuò ad arma conclamatum est: terror ingens vniuersam ciuitatem inuasit. Clamor ploratibus fœminarũ mixtus, strepitusq; temerè discurrentium terrorem augebant. vidi ego nobilissimas matronas cum cœtu puellarum in sacris ædibus, inter altaria & sanctorum imagines prostratas, supinis manibus diuinam opem implorare, vbiq; clamores & querelæ exaudiebãtur: vix alia esse potuisset captæ vrbis species. Creditum à multis est, in tantâ consternatione nobilissimum totius Patriæ oppidum facilè eo die capi potuisse, si ad portas vsq; hostes obequitassent. Sed illis quia ignari erant, quo se Venetæ copiæ recepissent, quas pridie in ripâ fluminis conspexerant, nec quo consilio decessissent, præsidio, ab effusiore cursu abstinentes, continuò se ad signa receperunt. Nec multò post magnâ mortaliũ multitudine in prædam acta Patria finibus abscesserunt. Et quia ob rem fœliciter gestã apparebat hostem non quieturum, sed maiore tumultu maioribusq; conatibus Italiam repetiturum: placuit Venetis firma munitione obstrui quicquid vadi esset inter Gericianum pontem, & Aquileiæ paludes. missi sunt qui locum cõsiderarent: et breui constitit inter omnes munitionẽ ipsam commodius positum iri super antiquam fluminis ripam, quæ aliquãtisper à recenti alueo distat. Accita ad id opus sunt publico decreto multa hominum milia, quibus Citadinus Fratrinas iureconsultus, homo singularis industriæ, præfectus est. Munitio autem haud vniformis fuit: sed iuxta paludes, vbi denssissima nemora fuerunt, ex crassis procerisq; arboribus succisis, atq; inter se quadam inexplicabili ratione contextis constitit: apertis verò locis gleba cum gramine in speciem quadratorum lapidũ recisa, in latitudine septenum pedum locabantur. super illas saligni stolones, & virgulta quædã apta ad radican-

dum sternebantur: mox & alia glebarũ manus impo- A
nebatur. Ex huiusmodi materia ꝑ aperta (vt diximus)
loca eductum est opus: quod quidem pinnarum serie in-
teriectisq; turribus vrbici muri speciem procul spectan-
tibus exhibebat. Caterum in locis quibus flumen vada
habuit transitu faciliora, bina castra vallo & fossa com-
munita sunt: eorũ hac Gradiscana dicta, illa verò Fo-
lianica à nominib. villarũ, quæ in ipsis locis fuerant. Fo-
lianica illa post cladem ad ripam fluminis acceptã, de
qua paulo post dicam, deserta sunt: altera verò præsidio
ad hunc diem retenta, atq; magnâ ex parte Francisci B
Thronicurâ & diligentiâ, ad hoc ipsum publico decre-
creto in Patriũ missi, muro circumdata. De eo loco pri-
mo libro diximus. Opus autem à Mundina amne ad
Goricianum pontem traductum, cetũ & amplius con-
tinet stadia: nunc plerisq; locis solo penè æquatũ est, vel
eâ parte, quâ glarea ea constitit materia, quam imbrium
copia facile resolvit. Caterũ è regione pontis, de quo pro-
xime diximus, ex eâdem materiâ constructus est agger
in parui castelli speciem: ad quem tuendum missi sunt
pedites aliquot. inde bina castra mille circiter passus in- C
ter se distantia, maiore præsidio firmata, ad tria millia
equitum fuere pedites quoq; his adiecti. Sed pro numero
equitum non multi. Apparebat itaq; ex eo quod vada,
qua hosti patuissent insuperabili obstructa essent munitio-
ne, & quod eadem illa haud infirmo tenerentur præsidio,
fore, vt hostis Italia abstineret. Iccirco tota Patriâ, vel-
ut nullum ab hoste tunc periculum impẽdisset, pacatè a-
gebatur. sed quãto securior fuit illius tempestatis status,
tanto maiore clade terra ipsa oppressa est. Nihil est quod
in bello æque, ac ipsa securitas obesse soleat. Ita sane acci- D
dit, vt quum minime affuturus hostis putaretur, infesto
agmine in vlteriore Sontii ripa consederit. De numero
hostium inter eos, qui in castris fuere, minime constat,
octo barbarorum millia fuisse quidam credidere. Alii
numerum in maius extollunt. Ingens tumultus sub pri-
mum eorum aduentũ in vtrisq; castris exortus est, con-
clamatumq; repentè ad arma: fuissetq; continuò in al-
terutrâ ripâ concursum, nisi militẽ ad id vtrinq; se ex-
pedientem nox ipsa oppressisset. Venetæ vtrorumq; ca-
strorum copiæ inter se iunctæ insomnem noctem egere: E
iussi equites in stratis equis armati corpora curare. Im-
perium copiarum omnium penes Hieronymum Vero-
nensem fuit, hominem à primis annis militiæ assuetum:
qui clara, magnaq; fecerat stipendia. Erant & alii com-
plures illustres viri, Ioannes Antonius Caldorus cum fi-
lio, Anastasius Flamminius, Hercules Maluetius, Io-
annes Iacobus, Iacobi Picinini, ducis olim clarissimi, fi-
lius, Iacobus Badoarius, Philippus Nebulonius, Geor-
gius Gallesius, ac plarij alii, qui honestissimè ordines
ducebant. Inter hos eâ nocte consultatum est, essetne a- F
perto campo cum hoste confligendum, an castra potius
tuenda? Quibus defensis apparebat hostem haud multo
longius progressurũ. quod tanto posse præsidio relicto, nõ
esset sibi integrum retrò, cum vellet, redire. Sed fato (vt
ita dicam) eos rapiente cunctis speciosius visum est ho-
sti, quâcunq; rumpere conaretur, occurrere. Vniuersum
itaq; equitatũ in tres grãdiores turmas diuisere, vt qua-
drato agmine non temere cum hoste cõfligeretur. ductto-
res ipsi inter se turmas sortiti sunt. Sed dum hæc in Ve-
netis castris geruntur, barbarus interim nõ magis aper-
ta vi quam insidiis agendũ ratus, continuò circumacta
suorum ala, sub occasum solis castellum, quod ponti im-
minebat, oppresso quo tenebatur præsidio, occupat. quam
paucissimi in proximũ pontem confugerant, atq; se pilis,
quibus imposita est, solutâ vtrinq; pontis materiâ, tueri
parant. Sed illico telorum multitudine penè obruti in-
subiectũ flumen præcipitati sunt. Aberat locus à castris
ipsis ad quatuor milia passuum. Quo accidit, vt nec op-
pugnatio ipsa aggeris cognita sit, nec, cum nocte illa tu-
multuosè nunciatum esset, castellũ cum præsidio oppres-
sum crederetur. Asabechus autem (hoc enim illius ex-
peditionis duci nomen fuisse accepimus. alii verò non A-
sabechum, sed Marbechũ appellatum fuisse aiunt) vbi
pontem in suâ esse potestate vidit, locum ad insidias aptũ
circumspicere cœpit. Quod reperto intempestâ nocte ad
mille lectos equites tacito agmine fluuium transnare iu-
bet (sunt qui credant eos ponte tractos) hisq; imperat,
in insidiis esse, atque intentos signũ ad erumpendum ex-
pectare: quo accepto ex improuiso hostẽ inuaderent. Vbi
verò illuxit, barbarus expeditissimam equitum alam
superato amne ad hostiũ castra, si nemo interim occur-
rat, ire iubet, atq; portis obequitando hostem ad pugnam
elicere, iniectoq; certamine cedendo sensim ad insidiarũ
locum pertrahere. His autem aliquantisper à vado pro-
gressis Hieronymus Veronensis cum speculatoria suorũ
manus sit obuius. Reliquus equitatus in tris diuisus tur-
mas, vti iussus erat, non longè subsidio sequebatur. Con-
tinuo vtrinq; ferociter est concursum: sed barbari mo-
mento temporis quasi victi de industria cessere. Cedentes
victor vrget, atq; aperto campo palatos hostes insequitur.
Sed nemo omnium infestius barbarum premere quam
Hieronymi filius iuuenis impiger, atq; gloriæ cupidus.
hunc ferocissimè pugnantẽ audax iuuenũ manus præ-
sentis successu elata sponte sequebatur. Id ægrè ferre calli-
dus senex, atq; identidem clamitare, non esse temere in-
standum barbaro. scire se eam gentẽ non nisi de industriâ
tàm leuiter meditari fugam. Et quia in angustias locorũ
iam propè vẽtum erat, omniaq; circumiecta loca suspi-
tionis plena apparebant, iubet dato signo suos ab effuso
cursu reuocari. Tum barbarus versus in pugnam
prælium ferociter instaurat. Hieronymus primam tur-
mam præsto sibi subsidio adesse mandat: nam ex alterâ
parte fluminis Marbechus, vt suis auxilio esse, tumul-
tuosè mouerat, & iam vis ingens hostium in citeriorem
ripam amnis transnauerat. Redintegratâ pugnâ hostis
ad Grammam vsq;, qui torrens per Pogoretanas valles
præcipitatur, reiectus est. Hic dum totis viribus Vene-
ti hostem vrgerent, atq; conatus eorũ, qui superato flu-
mine suis opem ferre studebãt, vtpote ex superiore loco fa-
cilè sustinerent, & breui quum in præsentẽ pugnam in-
tenti essent, alacriq; animo pugnarent, dato repentè signo
ex Licinisi vertice, qui capitibus pugnantium ad lauã
imminebat, barbarorum manus ex insidiis coorta cum
horrifico clamore & strepitu in subiectam turmã effun-
ditur. Tantus pauor sub primũ clamorem Venetis in-
iectus est (apparebat enim se vndiq; circumuentos) vt
momẽto temporis diceres, nõ eos esse, qui modo tam stre-
nuè pugnabant. Sed vbi vnicã spem salutis in armis esse
cernere, paululum cedere conati sunt, vt apertiore loco
res gereretur. Sed tam violenta impressio ex superiore
loco ab hoste in eos cedentes facta est, vt in arctissimum

locum

locum compulsi se pugna expedire nequirent. Interim fe- A
rox barbarus, & a fronte, & à dextrâ eos in orbem coë-
untes, fœdissimâ strage pſternit. Sic momento temporis
prima turma hostium multitudine obruta est: & ad
unum fermè oës cæsi, præterquã pauciſſimi viri illustres,
qui se hosti dediderunt. Ductores aut pxumè turma vbi
primam aciẽ circumuentam videret, atq; vndiq; hostes
ferociter, & cum horrifico clamore, vt mos est gentis, in-
stare, cedere cœperunt, vt in apertum planiciem euade-
rẽt. Verum id tanta trepidatione factum est, vt illicò fu-
giẽtium ſpecies potius quam cedentium his q in extrema B
acie cõstituti erant, prabuerint. Continuò oës quasi victi
circumſpectare fugã cœpere. Adest interim victor hostis,
turbatos q; suâ ſponte ordines cum ſtridore inuadit: q bus
minimo negocio ſolutis aperta fit fuga. Pro ſe quiſq; ſine ĩ-
perio in deuia & pximos saltus euadere conatur. hos bar
barus paſſim inſectatus ſternit, atq; fœdissimè trucidat.
ad Moſſam vſq; & vlterius cades diſtracta est: pauci re
lictis equis, & armis abiectis in ppiquos saltus abierũt.
Ceciderunt in ea pugna Hieronymus, penes quẽ totius
equitatus imperium fuiſſe diximus, cum filio, Iacob' Ba C
donari', Anaſtaſi' Flamini', & plerisq; alii viri illuſtres.
Reliqui ferme oës capti. Nec victoria hoſti incruẽta fuit:
ipſo Marbecho duce graviter vulnerato, multiſq; igno-
bilib' cæſis. Sed quicunq; in ea pugna ceciderant, in vnũ
coaceruati, Marbechi iuſſu combuſti ſunt. Idq; ex eo ſuſ-
picari libet (nã nihil certi aliunde de hoc cõpertum ha-
beo) quum in tanta noſtrorum cade null' barbar' repẽ
est. Idq; ad terrorẽ inuicẽdũ factum credibile est, quaſi
ita acciderit, vt tot hoſtibus cæſis incolumis acies barbaro
cõſtiterit. In hunc maxime modũ ad Sontiũ pugnatũ est. D
Cui' cladis fama tantũ terroris vniuerſæ Patriæ attulit,
vt qui ĩ oppidis erãt vix ſe tutos futuros putarẽt. Frequẽs
fuga nocte illa, q die pugna ſecuta ẽ, ex villis & agris fa-
cta dicitur. Poſtridie autẽ cũ iã multũ diei pceſſiſſet, re
pẽtè circa Hunnium, cõpluribus locis fumei globi attolli
cœperunt: q bus cognitum ẽ hoſtẽ adeſſe. atq; momẽto tẽ-
poris quaſi inter Barbaros ita cõuenisſet, qcquid villarũ
inter Sõtiũ & Tilianẽtũ fuit, hoſtilis manus deflagrauit.
Erã ego pid ipſis Tarcẽti, quo ob peſtilẽtẽ annum ex Hun
nio cõceſſerã: auditâq; clade ad Sõtiũ accepta, in arcẽ, q̃ E
vico ĩminet, cũ multis mortalib' me receperã. ex eo loco
pſpectus in vniuerſã Patriã latè patet: Inde atrociſſimũ
patriæ incẽdiũ non ſine lachrymis ſpectaui. fœdũ ſiquidẽ
fuit interdiu videre tantũ eulti & amœni ſoli fumo & ca
ligine optũ: ſed longè fœdius atrociusq; ſub primas tene-
bras, ac p reliquum noctis cernere acie vna flãmarum à
Sontio amne ad Tilianẽtum extẽſam, vt nihil medium
esſe videretur, quod non ignis occupaſſet. quã ſpeciẽ ar-
dẽtium villarum dẽſitas, quæ circiter cẽtum numero fu-
ere, exhibebat. Auſim ego affirmare, nullo unq; tpe tam F
atrox incẽdiũ a mortalibus viſum, niſi fortè fabulis poe-
tarũ credendũ putamus, qui portenioſa illa de Phaetõte
mẽdacia cõfinxere. ſed nos hæc oĩa copioſius in noſtris po-
ematibus, quorum hoc eadem ſententiacam, illud incendiũ
Carnicũ inſcripſimus: multa pinde, quæ ad rei atrocita-
tẽ attinẽt ſilẽtio pterimus. Hoſtes ea nocte pluribus locis
caſtra habuere. vbi autẽ illuxit onuſti præda, ingentiq;
captiuorũ multitudine in vnũ coiere, atq; in caſtra q̃
ad ripã Sõtis fecerãt lœti receperũt. Poſtridie mota ſigna
& quũ a flumine vnius diei itinere receſſiſſent, abeuntiũ
ſpeciẽ pbuere. Quod quũ ita oĩb' pſuaſum putarẽt, denuò
haud minore tumultu, q̃ prius in patriã erupẽrũt, denſo
agmine ad Tilianẽti vſq; ripã pceſſere, ſuperatoq; im-
pigrè flumine cis vltraq; pleriſq; villis incenſis ingentem
cladẽ Trãſtilianẽtanis attulere. plures ferme q̃ pri' mor
tales in prædã actæ ſunt. Hi vbi ad ſuos redierũt, continuò
Marbechus Patriæ finibus exceſſit. Mãſere aliquãdiu
vtraq; caſtra ſine pſidio. Fuerũt qui conſulerent ea dir-
uenda: Sed pluribus è republica viſum est, ea nouo pſi-
dio muniri debere. Atq; ita non multò poſt Carolus for-
tebrachius, cũ validiſſimo equitatu ad vtrorũq; caſtro-
rum pſidiũ miſſus est: quibus nuper initis, ducisq; ipſius
diligẽtiâ nõ præſidio tantùm, ſed valido quoq; opere mu-
nitis, ingens Turcarũ manus ſub meſſiũ ferias in Sontii
ripã tumultuosè cõſedit. Poſtridie barbarus ſuperato flu-
mine ante Gradiſcana caſtra aciẽ explicuit, nullã pugnã-
di morã facturus, ſi hoſtis in pugnam deſcendere voluiſ-
ſet. Ille verò recentis cladis memoriâ territus ſuos intra
vallũ inſtructa acie quaſi p occaſionẽ eruperus cõtinuit.
Barbarus cũ ad altam diẽ in in armis fuiſſet, cerneretq;
hoſtẽ nihil temerè cõmiſſurũ, digreſſus inde ad quattuor
milia paſſuũ intra Medea montẽ & Cromonẽ caſtra lo-
cat. Poſtero die inter Cromonẽ ipſum & Maſanũ, p a-
pertas valles, ad radices mõtium cõuertus agmen. Trigi-
ta Barbarorũ millia fuiſſe traduntur, qui p abrupta &
cõfragoſa Alpium loca, ipſis locorũ incolis aditu difficilli-
ma, in eã Germaniæ partẽ euaſere, quã nunc Zeliam
vulgo appellãt. Ego Iuliã, vti primo libro teſtatus ſum,
potius dixerim, aut (q a vero nõ abhorres) Ciliã. Mul-
ta interim & horrenda, & quæ vix fidẽ ſibi vendicent,
facinora, tum aduerſus Alpium difficultates, tum etiam
in audaces incolas ũconatus p eos dies ab his edita. Quo-
rum illud ſilẽtio indignum videre potest, q plurib' locis,
vbi in abruptas rupes vẽtum est, equos veſtibus alligatos
in ſubiectas crepidines demiſſos, aiũt, & inde in alias do-
nec in imas valles eſſet deſcenſum. interdum vniuerſus
penè equitatus vel certè magna pars eius (vti ex ipſis ve-
ſtigiis cognitum eſt) p adeò decliuia loca pceps datus est,
vt p ducẽtes fermè paſſus nõ modo illis locis pedibus qui-
ſpiam vadere poſſit, ſed ne cõſiſtere quidẽ, niſi virgulto
ſeſe aliquo applicuerit. Est & illud nõ indignum memo-
ria: q vbi p iuga Alpium vſq; in Mõtana Carniæ fines
decurriſſent, nunciatumq; interim eſſet, mõtanos incolas
iuga mõtis, q Lancea dicitur, qua vnicum eis iter in
Germaniã patebat occupaſſe, intrepidè ad locum pgreſ-
ſi, neque immẽſa montis altitudine qua in ipſa pene nu-
bila verticẽ erigit, nec aſcenſus arduitate deterriti ſunt,
ſed ſubnixi cuius per aduerſam rupem ad hoſtẽ reſpere,
verius, q̃ dixerim ſubiere. Quo audaci incœpto territi, q
præſidio erant trepidare cœperunt: inde in fugam tur-
piter dilapſi, ingentis cladis hoſti materiã pbuere. Hæc vl-
tima fuit Turcorum expeditio aduerſus Venetos in Ita-
liã. Nã paruo ĩteriecto tempore Veneti cum Maumetho
eius gentis imperatore fœdus pcuſſere: Ad q publico no-
mine ſanciendũ Benedictus Triuiſanus, vir magni cõ-
ſilii & auctoritatis, Conſtãtinopoli miſſus est: vnde certiſ-
simã Venetis pacem reportauit. Hic idem nõ multò poſt
Patriæ adminiſtrationem ex pturæ ſortitus, præter alia
multa iuſtitiæ & innocentiæ exempla, quibus publicum
munus auſpicatus est, domeſticas diſcordias & inuete-
rata odia, quibus tota ferme Patria ad id tempus labo-

Digitized by Google

varat, ſapientiſſimè ſuſtulit: atq; nomina quadã peregrinarũ factionũ peſſimo exemplo inducta adeo reſtinxit, vt illorũ memoria ad hunc diẽ prorſus obſoleuerit. Verum diuinâ quadam prouidetiâ id factum videri poteſt vt cuius opera hac terra cum reliqua Italia graniſſimo bello quandoq; liberata fuerit, eodem prætore domeſtica ſeditione liberaretur. Debebunt itaq; ſemper Triuiſana familia hoc nomine Foroiulienſes, quod hoc ipſo viro auctore, & externa & domeſtica ſint otia cõſecuti: qua ex illo tempore, vnde Patriæ antiquitatem ſcribere orſi ſumus, ſortiri non potuerunt.

MARCI ANTONII SABELLICI
CARMEN, QVI VICENTINVS
CRATER INSGRIBITVR.

VNde recens hoc fluxit opus? qua rara metalli
Materies? radiat quibus hæc fulgentis Olympi
Aemula imaginibus facies? dic vrbis amicæ
Euganeæque decus gentis venerabile donum.
Quam vetus hic labor eſt? quæ te tellure repoſta
Artificum ſtatuere manus? an grata tonanti,
Nec niſi Sigæo dona hæc tractanda miniſtro?
Palladiæ ſunt artis opus? num Mulciber, antris
Trinacriis mediâ poſitis incudibus Aetnâ,
Prima Dioneæ Veneri ſolatia pacti
Conubii properans, nitidum curuauit in orbem;
An magis hic ille eſt, cuius nunc ſplendet imago
Siderea regione poli, quâ lubricus anguis:
Quaque ardens uellis conſurgit Apollinis ara?
Forſitan & Bitiæ hoc auro iamque hoſpite capta
Pulchra propinauit Dido? vel victus Hidaſpes
Pellæum ſtupuit innenem cratera tenentem?
Sunt hæc an potius (quoniam quæcunque vetuſtas,
Si modo verâ refert, mirata eſt) merſit & hauſit
Multa dies? nec adhuc miranda toreumata cœli
Tam veteris reſtant? liceat mihi credere ſaltem
Partem hanc Mentorei mundo ſupereſſe laboris:
Aut Boethi: aut cuius, Rhodiam, reuocatus ad aram
Euchius ipſe ſuas fertur ſtupuiſſe miniſtras,
Spirare excuſſo credens præcordia thyrſo.
Vel (ſi iam veteres artes fraudantur honore)
Iunior hinc aliquis, natus melioribus annis,
(Credere ſi fas eſt) celebretur muneris auctor.
Ingenium fœlix, & fœlix dextera, cuius,
Aethere dum medio tellus ſuſpenſa rotundet
Tethyos undiuagæ ferientis littora fluctus:
Dum mundi ſoliſque vices variabilis annus
Sentiet, & ſolitos ſeruabunt ſidera curſus:
Hic te ſemper honos, ſemper quæſita manebunt
Nomina, quæ violent non vlla obliuia lethes,
Plus vno manus vna loco ſibi vendiat æui,
Aequat & æterno tantum ſua fata labori:
Praxitelis Pario quantum non marmore dextra,
Quantum nobilibus tabulis non magnus Apelles.
Sit Venere inſignis licet hic, ſit & ille Lyæo,
Quicquid clara Rhodos mirata eſt, quicquid & ipſa
Cecropis alta domus, nec non louis ara Triphyli,
Exemit longinqua dies. Euphranoris ille
Paſtor in Idæis memoratus vallibus, vno
Qui vultu percuſſor erat, qui cultor amoris,
Quique trium iudex (ſi vera eſt fama) dearum,
Parrhaſiique triplex longo labor excidit æuo.
Suſtulit hæc ætas, ætas atque inuida fata
(Heu) nimiùm meliora premunt, ac fortius vrgent
Mortales quæcunque probant. hæc gurgite cæco
Inuoluunt, ſubterque tegunt obliuia lethes.
Sed tu ſperne nefas dirum, tua fama ſuperſtes,
Tu quoque ſemper eris. Fnit impar muneris auctor
Fatorum, inuidiæ at viuet pars vna laborís.
Cui non longa dies obſit, non dira ſenectus.

B Parcite poſteritas, audaces parcite dextræ
Hoc ſaltem violare decus, ſit gentibus olim
Omnibus exemplar terræ, ſitque æquoris inſtar,
Archetypuſque poli, lunam geſtantis & aſtra.
Hîc campos ſpectare licet, lucoſque virentes,
Hîc nemora, atque altis deiectos montibus amnes.
Hîc capreæ innixæ ſcopulis, damæque fugaces:
Territus hîc onager, curſuque agitatus anhelo
Per rupes & ſaxa ruit. latratus ad auras
Hinc atque inde canum per deuia luſtra reſultat.
Hic plaga præcipiætes quæ torrida vergit ad Auſtros.
Nunc mediis Libyes paſſim venantur arenis:
C Nunc ſæua inter ſe commitunt bella leones.
Haud procul hinc tellus, quam corniger obtinet Hãmon,
Quam nudi Garamantes arant: pòſt mollior ora
Notior, & pluuiis Niloque admota tepenti.
Ecquando orbe breui, tenuique in margine quiſquam
Latius explicuit terram? proh dextera fœlix!
Ecce Indus, Tygriſque rapax, en clarus Hidaſpes:
Et quâ ſe prodit roſeis aurora quadrigis,
Ignotos aperit ſaltus Gangetica tellus.
In læuam nunc flecte aciem, procul aſpice mundi
Frigore damnatam, ſæuiſque Aquilonibus oram,
En tibi vaſta palus, nuper ſulcata carinis
Sarmaticis, facta eſt (quis credat) peruia plauſtris.
D En Tanais volucri Meotieus incola curſu,
Et niuis immenſæ, & Riphcæ rupis alumnus.
Si quis ad Heſperias hinc lumina flexerit vndas,
Protinus hinc Calpe, indc Atlas, qui ſydera fulcit,
Herculeæque procul ſuccurrent ordine metæ.
Hac Tethym terræ infuſam, latèque vagantem:
Cernere erit: medio non vna hinc inſula fluctu
Tollitur, in numerum ſparguntur gurgite toto,
Et quâ ſæpe minax Tyrrhena per æquora laſſat
Ceruleos Neptunus equos: quâ triſte carinis
Murmurat Ionium, & vaſto ſonit Adria fluctu:
Quâque frequens ſcopulis arctat ſua bracchia Nereus.
E Ac, velut ille nimis ſpacioſis fluctibus erret,
Ingemit, & fauces anguſtas inuidet Hellæ:
Circuit Oceanus complexu cuncta ſupremo.
Inque patris gremio videas laſciua natare
Agmina Nympharum: quarum pars vna bimembris
Sæpius eluſo rident Tritonas amore.
Aut niueos exutæ humeros, ſparſiſque capillis
Delphinûm inſidunt dorſo: pars altera ſomno
Depreſſos trudunt paulatim ad littora phocas.
Aſt ego quid terras, portenta quid æquora tantum
Inſpicio? heu nimium ſtultè mortalia curat
F Cui cælum ſpectare datum. quin protinus vltrò
Hoc ſuper impoſitum ſummo quod prominet auro
Contemplamur opus. Latè omnem ſignifer oram,
Circulus excurrens, biſſenas ordine formas
Explicat: hic aries, infœlix portitor Helles
Tauras, & anacum gratiſſima ſidera nautis.
Carcinus hic ardens, Nemeeſque infamia ſiluæ,

Mitis

Mitis & Erigione, & tacitis quæ noctibus æquat
Libra dies. sequitur chelas mox scorpius ingens,
Scorpius, Aemoniæ cuius post terga sagittæ
Vicina regione micant: his proximus instat
Aegoceros, superas qui mergere nixus ad auras
Haud procul Idæum puerum miratur & vrnam:
Vltima templa tenent pisces, quos mater amorum
Mersa Palæstinâ prose dedit hostibus vndâ.
En piger Arctophylax, iuxtaque immobilis Arctos,
Frigida plaustra polo vicina: en lubricus anguis:
En aliæ retum sparsæ per climata formæ.
Quas numerare labor. liceat mihi discere tandem
(Nam tua forma satis nota est) quæ terra? quis amnis?
Quod mare? quæ demum ditissima littora tantum
Materiæ peperere decus? num turbidus Hermus?
Num Tagus, an potius flaui vada frigida Rheni?
Aut hanc, quum Latiis Ephireia mœnia flammis
Procubuere solo, subitâ tum mersa fauillâ
Ac resoluta rogo speciem traxere metallâ?
Sæpe & Callaicis hæc grandia munera terris
Hesperiæ legere manus: hæc legit arenis
Sæpe etiam Libycis Garamantidos incola terræ.
Sed quid multa moror? certat quocunque parata est
Vena loco: veterem dextræ superare laborem,
Contra perstat opus centumque insigne figuris
Contempto in se oculos conuerit & ora nitore.
Ecquis tale deus, tam grandia dona putasset
Ad vatis ventura manus? qui nuper honesto
Qui modico contentus erat? cui tota supellex
Lectulus, & lecti comites pia cura libelli?
Haud aliter quam quum subitum per inania fulgur
Concidit, atque simul mentem, simul ipsa recurlat
Lumina flamma micans, latè stupor omnia complet:
Sic humiles stupuere lares, tenuesque penates,
Sic mihi tota domus, postquam per tecta refulsit
Fictilibusque meis inspecta est aurea lampas.
Ha quanto melius inter gemmata niteres
Pocula. dignus eras Phrygii quem dextra ministri
Sisteret ante louem, ob quod luno fleret & Hebe.
Vel poteras (quia vana ferunt conuiuia cæli)
Regales ornare dapes, mensasque beatas,
Inter mille micans pateras, chrysendeta mille:
Vt dubias inter stellas, & sidera vesper,
Aut matutinis surgit quum roscidus horis
Lucifer ac toto spargit sua lumina mundo.
Sisque licet similis reparanti cornua Phœbæ,
Purior electro, Venerisque decentior astro:
Denique sis talis, quo non mea limina digna,
Quanuis grata satis, tanto non dignus & ipse
Munere censeri valeam: Vicentia pulchra
Non indigna tamen, Gentis fortuna, decusque,
Non potuit si nota loquor non tradere magna.
Hic mihi fas vrbis primordia læta referre,
Euganeam sobolem fas hic ab origine priscâ
Dicere, grata mora est mentem per læta vagari.
Exuerat monstris nuper Tyrinthius orbem,
Consumptis superûm fatis: iam sæua nouercæ
Fregerat imperia, & tristes Euristeos iras.
Iam Tartessi iacis opibus, spoliisque superbus
Geryonæ, occiduis victor remeabat ab oris.
Ille boues nitidas armentaque læta per omnem
Egerat Hesperiam: iam candida terga Pyrenes
Presserat, & geminos consumptis marte sagittis
Saxorum iactu obruerat per Celtica fratres
Littora. non præceps Rhodanus salusue maligni
Conatus tenuere viri: natura sed illi
Surrectos cælo scopulos Alpemque ninosam
Cursibus obiecit mediis. hic frigore sæuo,
Abruptisque iugis luctatum perdidit agmen
Alcides. Passim multos errore viarum
Euictosque malis per saxa infamia fertur
Defleuisse viros: plantis pars magna perustis
In tumulis meliore solo consedit apricis.

A Ast vbi læta satis Tyrinthius attigit arua
Ac tepidis se mersit aquis, mersitque suorum
Torrida membra gelu, vernabant omnia circum
Molliter afflatu zephyri: perlucidus amnis
Gurgite cæruleo lætus, ripisque canoris
Frondentes passim lucos, camposque virentes
Sæpius inflexus cursu sulcabat amœno
His verò (incertum est, capti dulcedine terræ,
An potius fessi longarum errore viarum)
Inclyta progenies, clarique à gente vetustâ
Euganei sedere locis: vel forte secuti
B Herculis imperium, qui vt claræ semina gentis
Post famam ignotis terrarum spargeret oris,
Magnanimos comites lætas sibi figere sedes
Iusserat, antiquumque decus virtute tueri.
Sed quæcunque olim (superum sic fata ferebant)
Lætæ causa moræ, tantum voluentibus annis
Mox fortuna virûm lætis se rebus ad auras
Extulit æthereas: tantum creuêre secundis
Gentis opes, latè vt gelidis ex Alpibus vsque
Littus in Adriacum, quâ flumina læta pererrant,
Quâ saltus & rura nitent, gratasque Lyæo
Expediunt vmbras frondoso vertice colles,
C Cesserit Euganeo tellus antiqua colono.
Tempore iam ex illo facies mutata locorum,
Castella in tumulis, altisque in montibus arces
Argolicæ posuere manus. Vicentia nondum
Pulchra fuit, vel (namque incerta it fama per aures)
Non insignis erat: sed erat sine nomine tellus,
Inde adeo multis sese voluentibus annis
Post Asiæ excidium consumptaque Pergama flammis,
Antenot patriâ profugus, per tela, per hostes,
Erutus, Adriacis victor consedit in oris.
Tum Veneti, comites rerum sortisque futuræ,
Troica signa ducis melioraque fata secuti,
Euganeum bello victum pepulere vetustis
D Sedibus, & victæ dant iura & nomina terræ.
Nec Venetis post longa quies: sed Gallia, crebris
Motibus infamis, Alpes penitusque repostas
Aspernata niues, subitis effusa procellis
Incautas euertit opes, atque ocia fregit.
Illa ferox bello, rebusque elata secundis,
Non prius abstinuit, victriciaque exuit arma,
Finibus insessis quam prædæ in parte recepta est.
Hic vero in certum, Veneti noua mœnia prisci,
An Venetis mixti multo post tempore Galli,
Fundarint auibus lætis atque omine læto.
Felices animæ, quamuis odiosa vetustas
E Nomina vestra tegat, semper mirabitur orbis
Formosam longè formosis mœnibus vrbem:
Quam vestræ statuere manus. Nunc ludere Clio
Incipias, memoresque velim quæ nominis olim
Læti causa fuit: mox quæ certamina tellus
Præbuerit superis, quum nondum credita cuiquam
Cælicolûm tutela loci regnumque fuisset.
Nupserat antiquo, si rite audita recordor,
(Namq; ego tum Cyrrham doctumq; Helicona tenebã)
Montibus Euganeis Dryadum pulcherrima Fauno.
Audiuere simul, cætuque adiere frequenti
Diique Deæque omnes, colles qui & rura gubernant,
F Quæ fontes & stagna colunt, quæflumina propter
Florida prata tenent. thalamo tædisque paratis
Pars festos celebrare choros, pars vestibus vltrò
Depositis saltu blando se mergere fluctu.
Hi nitidos laudare lacus, lucosque virentes
Fluminaque & fontes. regnum sibi quisque locorum
Optare. Interea iussi discumbere lautis
Accubuere thoris. primus conuiuia Bacchus
Exhilarat, mox culta Ceres: inde ordine cuncti
Certatim cumulant totis sua munera mensis.
Post epulas dulcesque iocos (nam sacra Lyæo
Instabant primisque iugis feruere Citharon
Cæperat) assurgit Bacchus cœnaque soluto

Primus abit, Satyri, montanaque numina Panes,
Atque graues vino seruant vestigia Fauni.
Aestus erat, comitesque trahens tardo agmine fessos
Sponte sub arboribus, gelidasque ad fluminis vndas
Decubuit, tacitisque Deus per florea rura
Perque solum Phœbi patiens, tumulosque propinquos
Fert oculos. subitò terræ dulcedine captus,
Ecquid, ait, nunquam ob Cererem mihi regna licebit
Ex altis proferre iugis atque ima tenere?
Non me Naxos amet, non Orgia nostra citharon
Audiat, ad currum tygresque venire recusent:
Si deinceps terram hanc paulatim assuescere nostris
Non cogam imperiis. testis mihi Phœbus, & ipsæ
Quas forte aspicio spaciantis fluminis vndæ.
Cæruleusque pater. dixitque, & mitibus hortis
Mandabat passim præcingi vitibus vlmos.
Affuit, atque nefas inuitis auribus hausit
Bassarei furibunda Ceres: procul, improbe, clamat,
Quid mea regna paras odioso inuertere cultu?
Quid temulenta cohors cerealibus incubat aruis?
An ne eiecta domo totiens Semeleia proles,
Cui, ne multa loquar, matris non contigit aluo
Esse satis, rigidis (demens) pro collibus arua
Presserit & Cererem regno exuet ille vetusto?
Adsit magna Pales, assint mihi Naides omnes,
Quæque nouis ornant sertis mea templa Napeæ.
Dixit: & auulsas alnos detorquet in hostem,
Perculsumque loco turbat. tum iussa secutæ
Naides assiliunt, passimque pauentia fundunt
Agmina: nec genitor præcinctus arundine frontem,
Flumineis desedit aquis, sed gurgite toto
Fertur in aduersos cuneos: Tum Liber & omnis
Cessit victa phalanx: iam iam per aperta ruentes
Diffugiunt Satyri celeres. Faunique bicornes.
Erassentque diu rapido sub sole, propinquas
Ni fuga præcipites tumuli traxisset ad vmbras.
Illuc multa gemens, cursuque agitatus anhelo
Liber, & infractum D. yadum decesserat agmen.
Hic tum læta Ceres ridens: habet improbus ille,
Inquit, agros, & quæ demens quæ siuerat arua.
Ite, & culta Pales tumidis sub collibus ima
Occupet, ac solers densis obstacula riuis
Hostibus obiciat, seruentque obiecta Napeæ.
Vos glauco genitore satæ, mea cura, puellæ
Naides, has ripas & amœna fluenta tenete:
Cæruleusque senex, lætæ pars maxima pugnæ,
Quod semel est meritus seruet per secula nomen.
Soluerit is quando primis conatibus hostem
Bacchilyona vocent. verùm (si audita recordor)
Tempus erit, quando his campis, hæc flumina circum
Quâ tellus inarata iacet, formosa sedebunt
Mœnia, & humano splendescent omnia cultu.
Hic vbi terra leue intumuit, fruiturque sereno
Æthere, & allapsos gaudens circumspicit amnes;
Altius extabit sublimis turris ad auras,
Amplaque tecta fori niueo surgentia saxo:
Prætentaque duplex diffundet porticus vmbras.
His obiecta locis spatiabitur area latis
Frontibus: assurgent cælo prætoria contrà,
Intus & hæc ingens olim sacrabitur ara,
An ne vrbis genio, incertum, patriæ ve parenti.
Iamque age & hæc tumuli mollissima terga, propinquis
Fluminibus quæ obuersa iacent. vallesque virentes
Aspicite, & quæ sit facies mutanda docebo.
Non hic vultus erit semper, sed splendida passim
Limina, & æquatâ procedent fronte penates.
His quoque marginibus (quis credere posset?) & illis
Fluminis aduersi cultissima tecta sedebunt,
Perspicuique lares: spectabunt sæpe puellæ
Naiadas in vitreis vndis, spectabitis illas,
Ac blando certare choro fortasse licebit.
Parcite sed cultu contendere, parcite formâ.
Mortalis soboles genitæ, mortalibus, illæ

A Cætera sidereis poterunt certare deabus.
Tu quoque marmoreis superabere pontibus olim,
Tuque senex, fraterque tuus qui proxima Reuro
Irrigat, & nauis patiens iam factus vterque
Illustres eritis terris: hæque agmine multo
Feruebunt, quas spissa tegunt nunc gramina ripæ.
Nunc vero Hesperias quâ sol declinat ad vndas,
Flectenda est acies, vbi frondens lucus opacas
Explicat ante oculos vmbras: arx vertice summo
Gestiet assurgens cælo vicina videri.
Hinc longe incipient dextrâ leuâque vagari
Mœnia, & ambiguum præscribere flexibus orbem.
B Nec vicos memorare vacat, nec strata viarum,
Nec quibus illa modis sparsas per compita metas
Expedient. fœlix quæ hæc omnia viderit ætas!
Suspiciet rerum formam geniumque locorum
Forsitan Hesperia: at mores censusque beatos,
Cultoris populi totus mirabitur orbis.
Progenies haud vlla vnquam tam grata fouebit
Hospitia, ac nulli sic publica munera curæ
Semper erunt. Gens infestis inimica tyrannis,
Seruitii impatiens: quæ libertatis amore
Libera ab Adriacis vndis huc transferet arma.
Inde nouo imperio, magnâque sub alitis umbrâ,
C Longius assueto lætis aget ocia rebus.
Tum populo miranda fides, tum certus honorum
Cursus, & ingenti procedent tempora luxu.
Tum mollis cultus, conuiuia lætacissima,
Nympharumque chori, & iuuenum certamina mille.
Nec vetus interea studium cessabit habendi,
Sed maius virtutis erit: suus artibus altis
Hic locus, hîc requies studiis, hîc alta patebunt
Præmia, & optati meritis reddentur honores.
Denique tempus erit, quo, se dum verterit annus,
Pallas, & insignis clypeo Gradiuus & hastâ,
Nec non Phocaicâ præcinctus tempora lauro,
D Phœbus in has migret terras. Hæc mœnia læti
Ciuibus immixti celebrent pergantque fouere.
Nutriet ingentes populos, vrbesque potentes,
Hæc spaciantis humi facies, quam claudit ad Eurum
Adria: ad immotas Arctos, & plaustra Bootæ
Alpini incumbunt scopuli: qua turbibus Auster
Quaque leues spirant Zephyri; hinc latus Apennini
Incubat, inde vagus sinuosis flexibus errat
Nobilis Eridanus, Sed tantum hæc diuite cultu
Finitimas inter clarum caput exeret vrbes:
Quantum inter corylos ripis fluuialibus alnus;
Aut frutices inter viburnaque lenta cupressi.
E Vicerit hæc alias studiis ciuilibus olim,
Vicerit & terræ genio, rebusque secundis.
Mœnibus haud equidem nomen tam parua futuris
Causa dabit: sed quando ingens victoria fluxit
Rite meis votis, Bacchumque his vincere terris
Contigit, inde loco maneat Vicentia nomen.
Hæc ait & totis circumsert lumina campis
Edocet atque simul nomen, cultumque locorum
Qui tum nullus erat. nec erant sua nomina terris.
Sed fatis audita refert. Hac, inquit, ad austros
Planities qua immensa iacet, subiecta propinquis
F Collibus. & fratri placidis complexibus vltro
Reuro coit (quamquam famâ cariturus & alto
Nomine) subq; ipsum amplexum subq; oscula quosdam
Portus erit, statioque frequens adeunda carinis.
Nec procul his ripis rariſſima tecta recumbent,
Tecta quibus tenues præbebunt nomina campi.
Inde Garis mixti vicinis vallibus Hunni
Aeternam statuent famam, cultumque perennem.
Hic mihi præripies Bacchus pulcherrima terræ
Iugera, &, immenso quum clauserit omnia muro
Papilioneis tradet seruanda colonis.
Haud longe hinc geminas vbi se se scindit in vndas
Bacchilyo & duplici domitus traducitur alueo.
Quâque humilem dumeta tegunt densissima colem,

Educet

Educet facili fublimes cardine poſtes
Mox Scrofina domus. nuſquam tàm larga patebunt
Hoſpitia, inuiſentque olim nec limina faſces
Sæpius vlla noui. ſurgent Culſania contrà
Tecta bono ſpectanda ſolo, meliore colono.
Exin paulatim quæ dextera terra recedit,
Fruſtraturque oculos. dum ſeſe montis ad ima
Ingerit, heu quanta hic nobis certamina fines
Ancipites hoſtique dabunt. cuſtodiet ille
Improbus apricos colles, vt prendat & arua.
Vos contra gelidos fontes cliuiſque perennes
(Nulla magis nam tela timet) conſpargite riuos.
Sed ſiue hæc terris duplex Cuſtodia nomen,
Siue dabunt potius vicini viſcera montis,
Qui quondam effodient penetrare in Tartara inſſa.
Iamque aderit nobis Rhœtorum à gente vetuſtâ
Interpres legum, ſoboles oriunda Tridento,
Hiſque admiſſa locis niueo de marmore poſtes
Erigat, & triplici cingat prætoria cultu.
Tum Bromius colles, vos prata, ego rura tenebo.
Interea præſtat ne quid ſibi vendicet ille
Seruari hæc, licuit ſemper ſua iura tueri.
Heu quotiens nudis erraſſet collibus æſtu
Iam medio, vndarumque dapes Lenæus & vmbra.
Ni Pagellanæ vaſtis penetralibus illum
Languida ſuſciperent deiectum membra cauernæ.
Hic (heu) tutus erit medio iam ſydere cancri.
Nec canis æſtiui metuens turbabitur aſtro.
Sic ſatius quam quum late certauimus ambo
Palladis arbitrio, litis mihi Nantos & illi
Cauſa fuit, telluſque ferax cui barbara nomen
Res dabit indignum; ſub iudice vincere vterque
Certus erat: ſed fraude noua tum victus vterque eſt.
Illa equidem haud hominum ſuperumue exempla ſecuta
Eximit ambobus dubiam interfata, ſibique
Mox addicit humum, dictamque referſit oliuâ.
Veſtit adhuc terram rariſſima Palladis arbor
Sed tum pingue ſolum ſilua frondebit opaca.
Hic verò ad leuam ſiquis modo lumina flectat,
Protinus aſpiciet terras quibus orgia nomen
Noſtra dabunt: ſiquidem curſus ſpectabit anhelos,
Nocturnaſque faces, rituſque ignara veruſti
Bacchica ſacra coli, non myſtica noſtra putabit
Poſteritas, campis ſoboles Podiana propinquis
Diues erit: nunc cuncta ſitu ſqualere vetuſto
Aſpicitis, iam tempus erit quo Mœſia nullo
Audeat his terris diues contendere cultu.
Nec memorare vacat fuerint vbi prata Nouenti
Qua Picafetinis mox Culſea rura nitebunt.
Illic Caltus erit; qua nunc nemora alta vireſcunt
Cognatis ambita vadis, Secletia contrâ
Diſcurrent procul aduerſis pomaria campis.
Nunc & ad Eoos ortus, quâ gurgite rauco
Defertur Theſina rapax (aduertite mentem)
Hic Portuna domus tectiſque & turribus altis
Fontibus irrigens & lætis dominabitur aruis.
Hic cultus facilis: totis hic ludere ripis,
Mollibus hic herbis lentaque iacere ſub vmbra
Fas erit. inde procul campis Barbarus opimis,
Criſiniumque ferax noſtro iam vincere cultu
Contendent Libye; famoſaque regna Lygurgi!
Finibus his olim, conſerto marte, propinquas
Inter ſe populi fœdabunt ſanguine terras.
Nec minus vberibus regnis ac diuite gleba
Diues erit ſoboles; teſquoſa Nucaria nomen
Cui dabit æternum, diueſque Thiennia proles,
Canuſinæis loca ſunt nunc inuia fundis.
Ad boream rurſus volucrem gelidoſque triones
Flectite nunc oculos totamque aduertite mentem.
Hic vbi nunc viridi veſtit ſe gramine campus,
Mœnibus aſſurgent Berteſina regna, futuri
Clerini rus dite laris: gentiſque beatæ
Delitiæ molles. at quâ fluit Aſtacus amnis,

A Quâque tegunt ripas coruli ſiluæque virentes
Florentes Cricoli Dreſinia tecta nitebunt.
Culta Sueſſano procul hinc Santricia raſtro
Luxuriabit humus. vidnas quas cernitis vlmos
Quaque nemus denſum blanditur mollibus auris
Rara Capiſtralis fumabunt culmina villæ;
Villa ſolo diues; medicâ ſed ditior arte.
Pomiferam Lupien geminique noualia ruris
Interiecta locis; hic quâ ſe collibus offert
Blanda ſoli facies; gelidis quam circuit vndis
Aſtacus; & cultæ magalia rara Subellæ
Cernere erit: tuque his vnâ ſpectabere terris
B Frinola; quæ ripis fluuioque impoſta ſonanti
Candida ſaxa dabis templis decora alta futuris.
Protinus ambiguo lapidoſa Maroſtica cliuo.
Hæc quoque cauſa recens pugnæ; Bacchoque mihique
Ancipitis ni falloꝛ erit: nanque alta Brigantî
Mœnia; & aëriis quæcunque in collibus arua
Vitibus apta ſedent, quondam conceſſimus illi.
Hic equidem ambigui vergit qua lucidus Aethon
Feſſus ad Antipodas, turbabunt omnia fines
Indiſcreta locis, paſſim commixta iacebunt
Bacchica regna meis, ſubiectos mœnibus hortos
Ipſa colam: hæcque vna mecum Pagella fouebit
C Prædia grata domus, nec non Suffatia proles;
Magdalium Bromius tumulum, quem pampinus vmbris
Veſtiet; at viduæ nunc ſunt ſine vitibus vlmi.
Perſpicui fontes, penetralia veſtra puellæ
Naides; inclament quamuis, Bacchoque recuſent
Contiguo manare loco, iamque ardua templa
Sint illi conceſſa ſemel, vos ima tenete.
En quæ nunc nulla eſt, ſed conſita vitibus olim
Coſta erit; aſpiciam inuiſis concedere regnis.
Has Anguina colet tandem gens inclyta: ſedes
His quoque contiguas ſoboles Caldonia coles.
Sed nuſquam Satyri celeres Faunique bicornes,
D Nec qui pampineis Bacchus moderatur habenis,
Tam nitidos rerum cultus, tam mite fouebunt
Imperium, quam vbi vitiferæ poſt luſtra Thienæ,
Tercentum ſteterint. gens hic Portuna ſuperbas
Extruet ingentis ſublimi culmine ſedes.
Sors priuata domus: ſed qua non ditior agri
Vlla erit in Venetis terris, nec diuite cultu
Lautior. hic geminæ ſtabunt ad ſydera turres
In medio thalami; atque altis laquearibus ampla
Longius excurrent magno penetralia luxu.
Porticibus nullis, nullâ ſe mollius aulâ
Iactabunt Satyri, Satyriſque decentior Euan:
E Finibus hærebunt mediis gens clara Thienni,
Tàm lautis oriunda locis: haud longius inde
Quâ ſe ſe vario ſubducunt ordine colles
Iam Verulata domus cultiſſima regna tenebit.
Quid referam carras? & quæ rigat Aſtacus arua,
Tot ſedes habitura nouas, tot rite colonos?
Quid Sumane pater? quam culmina denſa ſedebunt
Verticibus ſubiecta tuis? hic alta Plienis
Stabunt tecta viris: illinc portunius Arctos,
Nec Scios inde procul (deductum nomen ab vmbra)
Clara Scios, quondam claros habitura nepotes.
F Mutia progenies malum ſplendeſcere raſtro
Coget, & aërias innectet vitibus vlmos.
Seruiet & gratis Phœbo rudis inſula Luſcis,
Luſcis qui doctas olim Permeſſidos vndas,
Lambere & Aonios audebunt ſcandere colles.
Longius hinc gelidi montes Arginia claudent
Arua iugis: nec non Bellaci ex arbore dicta
Interiecta locis vallis, quam perfluit Agnus:
Quæque dabit genti clarum Dreſinia nomen.
At ſummota procul nimiumq; abſtruſa reuoluo.
Quin propiore ſolo fatalia ſtringimus arua.
En quâ inculta iacet denſis adoperta ſalictis
Planities, vrbis primo poſt mœnia greſſu
Gallicus occurret campus: quæ Braſchius heros

Braſchius

Brachinæ ſulcanda dabit noua prædia genti.
Ecce nus hinc Vlmus, quique Vlmea ſtrata tenebit
Hyp odromos, rara hoſpitibus poſt tecta recumbent
Irriguis impoſta locis ac limite paruo.
Vnde procul ſpectatur apex, qui vertice ad auras
Aſſurgens gemino, geminas ſublimius arces
Fulciet, & noſtris late dominabitur aruis.
Nuda nec aduerſa totis ſpectabitis annis
Quæ iuga reſpondent: contra ſed vertice ſummo
Arx ſublimis erit, quæ proxima vergit ad auſtros,
Caligantis humi facies, quâ fumidus aër
Humanos hebetat viſus, Leonicea Phœbo
Mœnia & Aonidum ſtudiis inſignia ſurgent.
Hîc mea regna forent, noſtro ſeruiret aratro
Pinguis humus: ni hunc qui ſqualentibus imminet oris,
Quiq; humeros Phæbo naſcenti pandit apricos,
Vitibus & patula collem conſeuerit vlmo
Næuia progenies. nullis (mihi credite) terris
Nobiliore lacu fundet ſua muſta Lyæus.
Quid te Seregium memorem? quid ſaltibus imis
Quæ duce mox Brenno fundabunt mœnia Galli?
Quosve Maraneæ valles iam rite colonos
Excipient. ſteterintve altæ qûa culmina villæ?
Nunc age, & hæc montis longiſſima terga propinqui,
Solibus incocta aſſiduis, quis crederet unqnam
Gaudia quanta paret Bromio quam nobile regnum?
Et niſi ſe molli curuaret terra receſſu,
Effugeretque oculos, genium fedeſque beatas
Cernere erat. nunc cuncta tenent decliuia ſiluæ.
Aſpicient Coſtæ hic olim vineta columnæ,
Aſpicientque lacus, gelidiſque in fontibus undas,
Floccardoſque lares, fæcundaque raſtra minores
Laudibus extollent miris. nemo amplius hortos
Phocaeum; aut nemus Heſperidum mirabitur vllus:
Id nemus, is lucus toto memorabitur orbe.
Haud tam culta quidem quamquam vicina fouebunt
Portuni atque illis uicino limite Luſci,
His Michaelini Veneta de gente nepotes
Montibus accingent inſuetas vitibus ornos.
Nunc tantum volucres ignotaque luſtra ferarum
Cuncta tenent. quid iam fieri non poſſe putemus?
Iamque adeo læto ridebunt omnia cultu.
Illa ſoli facies ſpectat quam mollius Euros
Haud tunc talis erit, ſed plurima vitis & arbor
Conſita limitibus Bacchum traducere Nyſa
Geſtiet, & Phœbi doctas Helicone ſorores.
Mitis erit tellus genio, ſed mitior illa
Hoſpite, qui claro Braſchorum ſanguine natus,
Iam ſenior ſacras complexus Apollinis artes
Haud tantum hoſpicio excipiet Parnaſia lætus
Agmina, ſed vatum curas pietate fouebit.
Huc iam ſæpe aderunt, ſed quos mirâ arte propinquis
Finibus arboreâ tumulos præcinxerit vmbrâ
Regulus. inuiſet Phœbus phœbique ſorores
Sæpius hunc, illæ lætum cognomine gentis
Romuleæ ornabunt numis lauroque virenti.
Vltimus hic vertex qui proximus imminet amni,
Mœnibus & valido circundatus aggere, gratas
Præparat & Baccho ſedes, vnde improbus ille
Deſpiciens campos & culta noualia peſſum.
Inuidiæ (ha) quotiens ſtimulis agitatus iniquis
Fas omne abrumpet. non æquo aut legibus vllis
Indulgens, tumulo præceps ac fulminis inſtar
In mea regna ruet? non pax non fœdera nobis.
Certa aderunt nulla ambiguis concordia rebus.
Ille meis inſtans opibus, ſæpè horrida bella
Inferet, ipſa autem in antiquo cedere regno
Victa velim: contra perſtans illata repellam.
Nec prius inſidiæ, fœtæque vltricibus iræ
Sollicitudinibus, non denique triſte remittet
Hoc odium: quàm ſit rerum mutatus & ordo.
Iam ſemel atque iterum vacuis mihi reddita regnis
Amplexu medio lachrymans Proſerpina dixit,
Infernos trepidare lacus, Herebumque pauere,

A Conſortemque thori iam ferrea clauſtra parare,
Ex adamante fores, muroſque Acheronte refuſo
Cingere: ab Eliſiis audiri vota preceſque
Poſcentûm promiſſa piis noua ſemina cæli.
Ille equidem mundi rector rerumque creator
Quem Styx atra timet, tellus quem pontus & æther
Creditur aſtrifero tandem dignatus olympo
Non quâ luce poteſt, humili ſed opertus amictu
Humanum ſtaturiſſe genus ſeruare vetuſto
Seruitio, noſtroque inſtans auertere cultu.
Fatidicos dixiſſe ſenes, dixiſſe Sibyllas,
Iam fore vt intacta dignetur virgine naſci
B Certa dei ſoboles, toto qui triſtia mundo
Nubila diſcutiat, portaſque refringat Auerni.
Eximet hoc regnum, quod iam tot luſtra tenemus,
Noſque vna deus ille potens detrudet & Orco.
Vana ſuperſtitio. iam quos veſana vetuſtas
Credidit eſſe deos, denſâ caligine merſi
Cultores cultique vnâ verſabimur vmbrâ.
Tum noua religio, terriſque enixa ſupernum
Regem diua parens, ſolis veneretur ab ortu
Littus ad Heſperium, gelidam qua ſuſpicit Arcton,
Quaque patens tellus madido ſe ſubiicit Auſtro
Non tumulus, non vallis erit, non lucus, agerue,
C Denique non littus, mediis non fluctibus vlla
Inſula, quæ diuæ templum, quæ virginis aram
Non gremio complexa ſuo, pia thura ſit illi
Solemneſque datura preces. hæc ſæpius illa
Dum fouet amplexus matris dumque oſcula carpit.
Illachrymans ſecreta deûm mihi fata retexit.
His ergo fundata iugis (heu) virginis ara,
Quæque colant gentes ſublimia templa patebunt,
Hic vota excipient, circumque altaria donis
Suppliciter ſtabunt populi. tum noſtra ſilebunt
Nomina, deſpecti ridens mendacia cultus
Poſteritas damnabit auos, qui turpiter vnquam
D Tam vanos finxere deos: Immenſa fouebunt
Ocia ſecuræ gentes, diſcrimine nullo
Hos colles, & quæ ſub collibus arua videmus,
Paulatim duplici ſtudiis aſſueta labori,
Triticeos fætus, & nuptas vitibus vlmos
Haud inuita ferent, omnes feret omnia tellus.
Hæc nos damna manent. ſed vos pia turba puellæ
Naiades, & curæ quibus hæc ſunt arua Napeæ,
Aſſeruate datos hinc atque hinc ordine fines.
Ac dum fata ſinunt lætis incumbite rebus,
Viuite contentæ his regnis, hac diuite terra.
Sic fata, extemplò cœtu per amœna ſoluto
E Flauentes diffuſa comas, pallamque recincta
Frugiferis inuecta rotis ſua templa reuiſit.
Sed cæptum dum carpit iter, mihi forte canenti
Affuit, hic ingens quâ ſe Parnaſia rupes
Fluminibus Permeſſe tuis perfundit & vmbrâ,
Gaudet odoratæ ſiluæ numeriſque canoris.
Tum mihi flaua Ceres commiſſam ex ordine pugnam,
Præſidiumque datum terris, vrbiſque futuræ
Et decus, & nomen, mirandaque fata retexit.
Tempore iam ex illo didici quæcunque peracta.
Nunc vates operoſe vides: iam deſine tantùm
Munera mirari, genium ſi & proſpera rerum
Tempora, ſi mores ſpectes cultuſque benignos
F Virtuteſque virûm. hæc oculis & pectore toto,
Suſpiciens, mecum Aonio dignabere cantu.
Hæc Clio at mens obtutu tamen hæret eodem,
Nec valet expleri, decies licet anxius horâ
Euganeæ decus hoc mirandaque munera gentis
Aſpiciam: Eia age perſpicuum & memorabile donum
Viue diu, Pyliumque imple vel Neſtora totum.
Neſtora quid dixi? viuas precor omnibus annis:
Siſque mihi, dum fata ſinunt, dum vita manebit,
Inſtar & immenſi pergratum pignus amoris:
Munificamque urbem mecum, atque vrbis amicæ
Nomina magna colas: cui ſi concedere cenſu
Credere muneribus credor, non credar amore.

Digitized by Google

IOANNIS CHRYSOSTOMI ZANCHI DE OROBIORVM SIVE CENOMANORVM ORIGINE.

AD PETRVM BEMBVM

LIBER PRIMVS.

QVàm magna sit rerum omnium, quæ cœlis terrâq; ambitu continentur, atq; imprimis quidem hominum Petre Bembe diuersitas, licet aliis quoq; rationibus haud difficile colligas, tamen hanc quâ facilimè cognosci posse indicarim: quod quemadmodum è terra tam varia herbarum, fruticum, atq; arborum species, tàmq; dispara bestiarum vel cicurum, vel ferarum, cæterorumq; animantium omnium genera prodeunt: sic diuersa etiam animorum propensiones, applicationesq;, aliis atq; aliis cum artibus, tùm studijs exercendis, pro varia principiorum qualitate, ac mixtura proueniunt. Nam sicut apud Aristophanem senex ille loquitur Chremylus:

Ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν στυππολαμπὴς καθήμενος,
Ἔπρᾳ δὲ χαλκᾶ τις, ὁ δὲ πηλαίνεις.
Ὁ δ' ἦν χρυσοχοῦς γε χρυσίον τοῦτ' ἐστὶ λαβών,
Ὁ δὲ λωποδυτῆς γε, νὴ Δία, ὁ δὲ τοιχορυχῶν.
Ὁ δὲ κναφεύς, ὁ δὲ πλύνει κώδια,
Ὁ δὲ βυρσοδεψῶν γε, ὁ δέ γε πωλῶν κρόμυα.

Quibus è rebus genus hominum (vt paulò ante posui) ita variatur, vt ex ea ipsa varietate, rectissimè profectò à primis illis naturæ rerum indagatoribus dictum fuisse, ac creditum existimem: hominem ipsum minorem quendam mundum esse, quem Græci μικρόκοσμον dicant: quippe qui totius vniuersi perspicuam quandam imaginem referre videatur. Quod quidem ita esse, docent tot arbores, tot herbæ, tot animantia, tot deniq; diuersæ res quas terra gignit, tot item contrà ingeniorum propensiones, tot studia, tot artes, atq; inuenta, quæ nobis sunt à natura Dei dono, muneréq; concessa: vt non minus fortasse innumerabiles ingeniorum sunt, quàm arborum, quam frugum, quam animalium, cæterarumq; A rerum varietates. Quò circa sæpe ego mecum, Petre Bembe, nonnullos tàm nostri temporis, quàm à remotissimis etiam seculis non indisertos planè viros admirari soleo, qui speciosa, sed planè falsa quadam hallucinatione, totam hanc & artium, & studiorum dissimilitudinem tàm constanter reprehendant, & damnent, vt quicquid operæ ac studij cuiuis alij ab ea, quâ ipsi afficiantur, disciplina impertiatur, omnino supernaca neum ac minus vtile esse contendant, vulgatumq; illud quasi oraculum quoddam subinde ingerant: Proinde B miserendi sunt, qui tanquam abiecti, demissiq; animi, aut certi loci naturâ, aut vnius vrbis situm, aut fluminis magnitudinem, aut montis amœnitatem, accurate nobis describunt: quod nonnullos fecisse constat, memoria prodentes tum Ossam, tum Nyssam, tum specum Corycium, & quamuis aliam rem nominatim: quum rerum leuissimarum admiratione obstupefacti videãtur, & nomine explicationis res parua sibi plurimum sumant & arrogent. quod quidem propterea eisdem vsuuenit, quod ad res potiores contemplandas nunquã C se conuerterint. mundi inquam & eorum quæ in mundo maxima sunt. Nam si (vt res ferebat) hæc obseruassent, nihil omnino studij in reliquis admirandis posuissent. Imò hæc ipsa omnia leuia fuissent visa, & ad illorum præstantiam nulla penitus laude digna. Ego verò hominem cæmodi scioli non modo deriderem: sed & eum, quem sequi sæpe prædicant Aristotelem, (si modo is sit Aristotelei, ac non potius, quod nonnulli quidem asserunt eius discipulus Theophrastus, cuius ad Alexandrum Macedonem περὶ κόσμου liber est editus) non sine D irrisione demirarer talia docentem, si de minorum artium professoribus ac non potius (quod mihi quidem magis sit verisimile) de ipse loqueretur, qui spretis penitus quæ ad animum ac mores spectant disciplinis, leuissimas tantummodo res, ac prorsus inutiles persequuntur, in hisq; totum insumunt vitæ curriculum. aliquin si homines ipsi vna omnes aut philosophiæ tantum (quod ipsis velle videntur) aut iuris ciuilis, aut si maluerit medi-

cui e, vel cuiuis uni, quamuis necessario, artificio, naturæ essent, ingenioq; suo addicti obstrictiq;, quâ nam obsecro via, aut ratione ciuitates ipsæ, cœtusq; hominum vbi congregatorum conseruari possent? ne dum augescere? pessime profectò, ne dum inutiliter cum hominum genere actum esset. Itaq;, vt pedem pressius demum conferam, quum hæc mecum ipse tacitus sæpenumero cogitarem, simulq; versus illud M. Catonis elogium memoria repeterem: Nihil agendo homines male agere discere: factorum me rerum neq; ætati meæ alienam, neq; patriæ splendoris amatorissimus penitus inucundam existimaui, si eum sermonem custodirem litteris, quem de Orobiorum siue Cenomanorum origine, tres illi non solùm sanguine, verum etiam ingenuarum artium doctrina germani fratres, M. Marsilius, L. Petreius, ac C. Iulius Zachi apud M. Mauricium Anneum, qui tibi, eo tempore, quo apud nos degebas Bembe, & familiaritate & bonarum artium studio coniunctissimus fuit, inter se quondam habuissent: vt vel falsa illa opinio, quæ iampridem inoleuisset, Orobios nimirum aut à Gracis, aut à Gallis ortum duxisse tolleretur expungereturq;: vel mehercule etiam vt eorum virorum, à quibus patriæ nostræ origo est, memoriam iam propè senescentem, ac potius intermortuã (si modo possem) ab obliuione hominum atq; à silentio vindicarem. Quod quidem scribendi genus, & si nimis leue, & quasi luxuriantis ingenij nonnullis forsitan videri potest: nescio tamen quo pacto in adolescentibus, tanquam in herbis, significare consueuit, quæ virtutis maturitas, & quanta fruges industria sint futura. quamuis (vt verum fatear) nequaquam intelligo, cur me tandem pudeat in tolendis hisce leuioribus studijs aliquantulam operæ temporisq; consumere: in quibus non pauci sanè viri cum nostra, tum patrum nostrorum memoria, non mediocri cum laude sint versati. Paruarum namq; rerum curam non defuisse Græcis autoribus, atq; etiam Romanis, quis est qui nesciat? quum memoriæ proditum sit, Lucianum ac Fauorinum clarissimos planè scriptores id facitasse? quorũ alter Muscam, & Parasiticam, Thersiten alter, & quartanam febrim scriptis celebrauit suis. Quid? nonne apud Platonem Erexymachus ille medicus legere se aliquando solitum meminit sapientis cuiusdam viri librum, in quo sal miris præconijs extolleretur? vt interea fileam Synesium Cyreneum, & Dionem Chrysostomum: è queis prior calui, posterior verò coma laudes fertur conscripsisse. at vero nostri generis quot summi, fortissimiq; homines leuissimis quibusdam in studijs atq; artibus pauculas horas collocare non dedignati sunt? quales (vt inquit Columella) fuere M. Ambiuius, & Menas Licinius, tum etiam C. Mutius: quibus studium fuit pistoris, & coci, nec minus cellarij diligentiam suis præceptis instruere. Et, vt ad citeriora tandem ac notiora nobis domestica virtutis exempla perueniam: Te nunc Petre Bembe, Te inquam clarissimum atq; ornatissimum virum appello; Qui quum in omni & litterarum, & virtutum genere iamdudum ita profeceris, vt vel in eloquendo vel scribendo pares quidem paucos, superiorem certe habeas neminem, mansuetiora tamẽ hæc studia nunq; aut improbaueris, aut omninò contẽpseris quippe qui & Aetna montis descriptionem ediderit, & in Virgilianos etiam lusus, ac Terentianas fabulas non nulla cùm iocunda, tùm scitu quoq; dignissima litterarum monumentis commendaris. quæ profectò præclara ingenij tui facinora (vt præsagire mihi ipse iam videor) ita vigebunt memoria seculorum omnium, atq; ita posteritas alet, vt de tuis summis laudibus nulla vnquam ætas tacitura sit. Quare sibi habeant illi, vel sapientiæ, vel philosophiæ nomen, obscurũ quidem illud (vt scitè admodum inquit Cicero) & inuidiosum. mecũ sanè optime actum iri existimabo, si in ijs tribus, quos de Orobiorum origine scripturus sum libris, cum nostræ ætatis, ac instituti adolescentibus, tùm antiquitatis etiam obseruatoribus, non ingratũ quid, nec prorsus inutile conficere potuero. Quanquam haud scio (vt tuis nunc Bembe vtar verbis) an etiam sit hoc ipsum philosophari. quid est enim magis philosophi, quam perscrutari veritatem? quacunq; in re autem qua de agitur, quid sit verissimum scire, vel verisimillimum saltem, mea quidem sententia pulcherrimum semper fuit. Verum ne longiores fortasse simus, quàm res ipsa postulat, instituti tandem laboris opus aggrediar. Igitur quum in omni amicitia, nihil omnino, quod quidem in terris fiat, acceptius, nihil ad bene beateq; viuendum accommodatius inueniri queat, quàm iucunda illa honestaque studiorum ac vitæ communitas, atq; animorum remissio, quæ maximè sermone efficitur familiari, qui est in conuiuijs dulcissimus, quo ita ipsi sese homines concordi quadam beneuolentia, & charitate complecti solent, vt vix vnquam, aut certè non admodum facile dissolui possint, ob id solebat mihi L. Petreius memoriter ac iocundè narrare, (cui vel propter hominis virtutes, vel etiam propter studia communia eram amicissimus) nonnunquam vna cũ Marsilio ac Iulio ad M. Mauricium conuiuendi & differendi aliquid gratia ipsius rogatu accersituq; conuenire solitũ. vbi quamuis multa & inter opulas, atq; item post sublatis mensis, de poëticis deq; oratorijs studijs, plura & ipsce de rebus, quæ ad eam philosophiæ partem spectant, quam Graci ἠθικὴν, nostri moralem vocant, inuicem collata essent, ac disputata, plurima tamen audiebat, sanèq; recondita à Marsilio de principe Orobiorum ortu exposita fuisse ac commemorata: è queis ea duntaxat, quæq; & ad sciendum digniora, & ad audiendum iucundiora videbuntur, ob amorem patriæ debitum, cuius nobilitatem falsis opinionibus obscurari æquo animo nunq; ferre potui, tum etiam vt nostrorum ingenijs viam faciam, quasiq; exemplar aliquod de conscribendis rebus antiquis proponam, in medium afferre constitui. neq; enim non intelligo nihil nos magis niti decere, quàm ne quid priuatis studijs de publica opera detrahamus: in quo quidem non modo nosmetipsos hebescere, & languere nolumus, sed etiam vt alijs exemplo prosimus enitimur. Itaq; (vt ad rem redeamus) dicebat mihi idem ille Petreius quum aliquando apud M. Mauricium conuiuendi gratia vna omnes conuenissent, plurimusq; inter discumbendum familiariter admodum, vrbaneq; de litteris, quarum erat summum in omnibus studium, sermo fuisset habitus; tum demum secundis mensis post epulas iam remotis, sese omnes in politissimam M. Mauricij bibliothecam

theam contulisse, vbi quum omnes pariter assedissent; tum Mercum ipsum alacriter admodum, vt ipsius ferebat vsus ita fuisse exorsum: Vlyssem illum Homericum probè nostis ornatissimi iuuenes, quum discerpta naui enatando ad Phaeacas appulisset, honorificeque ab Alcinoo tum eorum rege hospitio fuisset acceptus; tandem post epulas huiusce modi verbis regem allocutum:

Α λιλαίομαι κρεῖον πάντων ἀριδείκετα λαῶν,
Ἤ τι μὲν τὸ δὲ καλὸν ἀκούειν ἐστὶν ἀοιδοῦ
Τοιοῦδ' οἵου ὅδ' ἔστι θεοῖς ἐναλίγκιος αὐδὴν.
Οὐ γάρ ἐγωγέ τι φημὶ πολὺ χαριέστερον ἔμμεναι,
Ἢ ὅταν δὴ φρεσὶν ἦχι κατὰ δῆμον ἅπαντα
Δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζοντ' ἀοιδοῦ
Ἥμενοι ἑξείης πάρα δὲ πλήθωσι τράπεζαι
Σίτου καὶ κρειῶν μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων
Οἰνοχόος φορέῃσι καὶ ἐγχείῃ δεπάεσσιν
Τῶν τί μοι κάλλιον ἐνὶ φρεσὶν εἴδεται εἶναι.

Nunquid censendum est poetam illum (vt fertur) poetarum omnium eruditissimum in immoderatis epulis, extructisq; mensis, vel frequentibus poculis aut musicis deniq; cantibus voluptatē constituisse? minime gentium. nam qui opparis dapibus affluenter appositis, ac vino in crateras large diffuso, conuinas preterea inducit inter huiusmodi voluptates Poeta cantu suauissimo demulceri, honestum proculdubio nobis conuiuium narrat: eiusmodi qui sapit sibi imitandum proponat, transferens nimirum voluptatem a turpibus rebus ad decoras, atque ab escis corporeis ad spiritales. Quid enim aliud arbitramur Vlyssem illum, vel Homerum his ce verbis significare voluisse, quam tanta proborum animorum alimenta in liberalibus collocutionibus consistere? minime autem in altercationibus, quales sunt in iudiciis lites, contentiones, rixe, captiones, cateraque his similia. Qua quum ita sint, quibusnam iucundis, honestiusq; sermonum illectationibus nunc nos peracta iam coena corporea oblectari par sit; quid vos singuli iudicetis audire cupio. Tum L. Petreius, qui eò fortè data opera vt de principe Orobiorum origine disputatio institueretur aduenerat: Et si, inquit, sumus & ad scientiam, & ad actionem in lucem editi, naturaque ipsa sic nos instituit, atque formauit, vt nulla quidem è parte nobis defuisse videatur, siue ad ea, quibus opus est ad agendum, siue quibus & ad sciendum: tamen quùm ipsa natura munera, quibus hominem maximè honestatum voluit, ipse mecum reputo, facile adducor vt existimem, nullum maius reperiri posse, quam studium, vel cupidstatem potius sciendi, quam ita eximiam, & prestantem nobis indidit, vt omnia scire expetamus, atque ea, quò magis scitu difficiliora sunt, eò vehementiori studio, curaque, indagare conemur. Itaque vt praclare scribit Cicero, quùm sumus necessariis negotiis, curisque vacui, tum auemus aliquid videre, audire, ac discere, cognitionemque rerum aut occultarum, aut admirabilium, ad bene beateque viuendum necessariā ducimus. Enimuero (si Maximo credimus) Alexandrum illum Macedonum regem ferunt quum ad Ammonis templum peruenisset, salutatumq; esset ab ipso Ammone filius, fidem habuisse Deo, iuxta Homeri testimonium, qui Iouem deorum atque hominum patrem appellauit dicens:

Τλῶ δ' ἠμείσετ' ἔπειτα πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Admisso igitur oraculo, non illum Darii fugam, non futura exitum pugna, vtrumue infortunium Grecia impenderet, an Asia miseriues & conturbari deberet, sed quasi hac omnia rectè procederent, curiose potius de Nili fluminis ortu percunctatū fuisse ex Deo: quo nam scilicet loco ille fluendi exordium sumens in Aegyptum decurreret? quasi hoc vnum ad constituendum Alexandri imperium deesset. Verum ita natura (vt diximus) comparatum est, vt omnes ad veri cognitionem, & scientia cupiditatem ducamur, atque inuiti etiam trahamur; in qua nimirum vt idem inquit Cicero, excellere, pulchrū quidem censeamus, labi autem, errare, nescire & decipi & malū, & turpe arbitremur. Quamobrem (vt desiderium meum vobis exprimam) quum omnis cogitatio, motusque animi, aut in consiliis capiundis de rebus honestis, aut in studiis scientia, cognitionisque versari debeat: perrò, quum & pauci de numero eorum, qui priscis temporibus in describendis gentiū originibus versati sunt, de principe Orobiorum ortu pauca disseruerint, alii vero nihil omnino retulerint, nonnulli autem, & si eam susceperint prouinciam, tamen minus recte, quàm par est senserint: nequaquam mihi vitio dari velim, si de re tam difficili, tamq; ardua, disceptationem à nobis ipsis habendam putem. qua enim maior potest esse ignauia, quàm ortus sui certa omnino nescire principia? Quid vero stultius excogitari potest, quam incerta pro certis habere, falsa pro veris? Quam ob res horter vos, ac potius oro, atque obtestor, vt ad huius questionis tractationem, (& si per difficilis est, & obscura) ingenii tamē atque animi vestri vires excitetis: vt & certa gentis nostra origo aperiatur, & ab istis Gallia partibus excellentis eius nobilitatis in toto orbe terrarum lumen eluceat. Tum Iulius: Quùm in iis, inquit, quibus eadem studia, eademque insunt voluntates (quales sumus nos) fieri soleat, vt aque quisq; alterius delectetur ac sui ipsius desiderio, efficiaturq; (quod Pythagoras vult in amicitia) vt vna omniū sit voluntas: profecto petitioni tuæ contradicere, neminē fas esse iudicarem, nisi scriptores illi, qui de Orobiorū ortu nōnulla litteris mandarunt, tanta essent, & in varietate, & dissensione constituti, vt nulla adhuc (quod sciā) de vera Orobierū origine certa manarit, aut omnino probata sententia. Sunt enim nonnulli (quod te tamen minime latere arbitror) qui Orobiis ortum a Gracis Tyrrheno duce, alii a Troianis adiunctis Henetis sub Antenore extitisse velint: plurimi vero contra, Gallis Senonibus ductore Brenno (quamvis quidam indocti Belouesum malint) eam Orobiorum originem tribuant: quarum opinionum qua vera sit Deus ipse viderit: qua autem verisimilima, magna quæstio est. Nunquid igitur inter has tam inter se discrepantes sententias, nos ipsi L. Petrei diiudicabimus?

mus? quum præsertim suos quæq; habeant autores, & quidem locupletissimos, & quib. (vt inter homines eruditos cõstare video) maxima etiam fides in historicis monimentis haberi soleat. porrò nec desint ex recentioribus complures sanè viri nec ineloquentes, nec ineruditi, à quib. varia maximiq; roboris argumẽta pro hisce opinionib. intendãtur: quæ quidem non eius generis sũt, vt dissolui facile queãt. Imo v. inquit Marsilius facilimè solui possunt. quin dicã audacius quod sentio, tàm vera temporũ supputatione, quàm probatissimorũ scriptorũ autoritate ita queũt refelli, vt illorũ error facile fiat omnib. manifestus. Tũ Marcus, hoc ipsum inquit, quod mihi semper cũ ad disserendũ sanè difficile, tũ ad cognoscendũ non ingratũ prorsus nec inutile visum sit, hodierno in conessu ac sermone (si modo liceat) ex vobis intelligere magnopere optarim studiosissimi iuuenes. Nam quum propter varias dscrepãtesq; doctissimorũ hominũ ea de re sentẽtias, id mihi vix optandã videretur, facile memoria atq; animo iampridẽ excideram. Nũc autem quoniam insperante sanè me, sed valde equidem optãte, in hanc de Orobiorum ortu controuersiam perueneristis: gratissimam mihi profectò rem feceritis adolescentes, tuq; inprimis optime Marsili, si ea mihi, qua hisce de rebus summo vos studio, curaq; pertractasse non me latet, exposueritis. Tum Marsilius peruulgatus res, inquit, requiris Marce, tibiq; nõ incognitas. Quis n. nostrorũ hominũ de his plurima non inuenit? non etiam docuit? non denicq; scriptũ reliquit? Attamen ne si fortè defugerimus, causam tibi aliquã demus recusandi: nequaq; grauabimur more nostro (& si nos intelligo & sylua ligna, & mari vndas addere) hac de re duntaxat, quæ cognita nobis sunt, quàm diligẽtissimè ac breuissimè fieri poterit, explicare. Nam quemadmodũ vulgò dici consueuit: Κόρῳ δοὺς ἰῶν καλῶν. Verum enimuerò quoniam probabiliora omninò videri solent, quæ labefactis discimus, quàm quæ priores, idcirco disceptationẽ hanc inter nos ita instituendã censeo, vt vnusquisq; vestrum fratres optimi ex ijs veterum opinionibus, quæ antea commemoratæ sunt, eam nimirũ, quæ maximè placuerit, (sunt n. liberæ omniũ iudicia) defendendam sumat. iam verò ista conditione, dum mihi nõ solũ liberè ab antiquorum sentẽtia discisscendi, verùm etiã eos (si res ita postulauerit,) non argumẽtis modo, sed certis etiã testibus refutandi tribuatur facultas. ego n. & refellere sine pertinacia, & refelli sine iracundia paratus sum. Hæc nãq; (vt scitis, & Cicero scriptum reliquit) vetus est, & Socratica illa ratio, contra alterius opinionem disserendi: qua facilimè quod verisimilimũ esset, inuenirí posse Socrates ille philosophorum facilè princeps arbitrabatur. licet igitur vestro arbitratu percunctemini. Tũ Marcus, ingenue verò, inquit, atq; ex sentẽtia adhibes te iam nobis Marsili. Quapropter tuæ primum Petreí partes sunt, quã præcipuè antiquorũ opinionem probes, edicere. Et ille, quoniam, inquit, autoritatem tuam negligere Marce Maurici fas mihi esse nõ puto: quibus sanè verbis potero, primã earũ opinionum quas modo Iulius recensuit, tueri conabor. hanc enim cæteris probabiliorem esse non est cur ambigam: quum & ratio ipsa, & probatissimorũ scriptorum autoritas id ita esse facilè conuincant. Principio namq; quũ maximã argumenti vim in rebus antiquis nominum interpretatio afferre soleat: quumq; Orobiorum nomen (vt quisq; qui Græcas litteras vel primoribus, vt aiũt, labijs gustauerit, vel extremis digitis attigerit, indicare facile queat) Græcã sequatur, vt Græcè dicã, ἐτυμολογίαν, quam Cicero veriloquium Latinè dici posse censuit: omnino necessitas præscribit, vt vel inuiti Orobiorum originem Græcam esse fateamur. At verò si Græca, igitur à Tyrrheno orti sunt Orobij. id n. rectè sequi perspicuũ est: quũ is primus è Græcorum ducibus in Italiam colonias duxerit, quemadmodum ab eruditis rerũ gestarum scriptoribus memoriæ proditum est. Quamobrem C. Plinius haud immeritò (mea quidem sententia) Catoni illi, quicunq; is fuerit, ignorantiæ crimen impegit, quòd Orobiorum ortũ nescire se scriptũ reliquerit: quum à Græcis (vt apertè demonstratum est dubio procul) effluxerit: testimonio quoq; Cornelij Alexandri, viri sanè quantum coniectura consequi possum, eruditissimi, cuius sententiam idem Plinius lib. III. his verbis refert: Orobiorũ, inquit, stirpis esse Cõmũ, atq; Bergomũ, & Licini-forum, & aliquot circa populos autor est Cato. Sed originẽ gentis ignorare se fatetur: quã docet Cornelius Alexander ortam à Græcia, interpretatione etiam nominis, vitã in mõtib. degentib. In hoc situ interijt Orobiorum oppidũ Bara, vnde Bergomates Cato dixit ortos, etiamnum prodentes se altius, quàm fortũatius sitos. hæc ille. Cæterũ hoc quidem loco Marsili multiplices possem ac varias ad ea, quæ diximus, probãda, cõfirmãdaq;, non veterũ modo, sed recentiũ quoq; scriptorũ rationes afferre: ni his iam fermè nihil opus esset, quùm ea quam proposuimus ratio, tam valida sit, ac stabilis, vt quicunq; illam vel parum refutauerit, cæteras omnes labefactasse videatur. Quare expecto quid ad hæc respondeas Marsili. Tum ille, tametsi peruulgata hæc inquis sunt, Petrei ac perinfirma potius argumenta, attamen ne à cœpto perquirendæ veritatis studio desistamus, quæ in contrariam partem plurimùm mihi facere videntur opponam: tuoque primum argumento ita resistam, vt id quod tu concludere conatus es, nec esse consequens, nec ex propositis sequi facile omnes exploratum habeant. Orobiorum namque originem Græcam esse ob id præsertim asseris, quòd eorum quoque nomen Græcum sit: vel vt rectius loquar, esse possit: Verum id ex eo nequaquam effici, aut deduci posse, quis non satis videt? quis non intelligit? quum siquidẽ plura inueniantur gentium nomina, Græcam etymologiam siue notationem assciscere, quarum tamen populos barbaros semper fuisse Strabo, Plinius, alijq; nonnulli probatissimi autores tradidere. Quis n. est qui nesciat Himantopodum, Phœnicũ, Æthiopũ, Hamaxobiorũ, Troglodytarum, Anthropophagorũ, Ichthyophagorũq; nomina Græca esse, quum tamen hi omnes populi natura barbari semper extiterint? longeq; ab ipsa Græcia remotissimi? Nam Ichthyophagorum quidem genti nomen piscium in victu vsum dedisse, Struthiophagis verò è Struthijs cibum, Anthropophagis autem, quod carnibus vescantur humanis neminem firmè arbitror esse qui non exploratum habeat. at vero quis ignorat Troglodytas ab eo quod cauernas subeant, Hamaxobios

bios autem quod in palæstris vitam agant, fuisse nuncupatos? vt omittam interim & Æthiopas à nigris oculis, & à rubro colore Phœnicas, nec non & à flexis cruribus nisibus Hinnantopodas, quasi loripedes appellatos, has ob res nos quoq; pro Orobijs nostris responsum hoc volumus, quod quamuis eorum nomen ad Græcum etymon trahi possit, non continuo tamen eorum originem Græcam fuisse, sed potius barbaram, id est, Hebræam, vt posteà probabimus. Non est igitur tam exploratæ istæ rationi, ad id quod volunt, isti confirmandum, quàm videtur: vnde quum Cornelius Alexander asserit Orobios à Græcis ortus suis principium omnino nactos fuisse, negandum est. quumq; id ille à Græca nominis interpretatione, quod est validissimum in historia argumentum, probat: protinus dicerem non esse causam, quin verius dicamus eam Orobiorum originem barbaram esse, quàm Græcam. Quid enim est hoc illo euidentius? nempe quum ipsum Orobiorum nomen incertæ, ambiguæq; sit originis, vt scite admodum Cato docuit, quippe quod tàm Hebræam quàm Græcam etymologiam sequatur: porro quæ lingua barbara ætatiquior sit, quæ Græca, vt auctor est Plato in Cratylo dicens: Nunquid potissimum nobis hic sermo? an ille? quod ipsa à barbaris quibusdam accepimus? (nobis quippe antiquiores sunt barbari) vel ob vetustatem ista ea discerni nequeunt vt barbara: tum verò maximè Hebræa, vtpote primo humani generis ortu mortalibus tradita, quemadmodum D. Augustinus alijq; plurimi sacrarum litterarum enarratores eruditissimi tradunt: haud sanè intelligo, cur non confiteri omnino necesse sit, Orobiorum nomen prius Hebræum quàm Græcum, itemq; eorum originem prius barbaram id est, Hebræam fuisse, quàm Græcam. Id n. rectè sequitur, quod vbi nomen prius fuerit barbarum, ibi origo etiam prior extiterit barbara: quamvis id nomen postmodum effluxerit in Græcam, Latinamue linguam. Nõ dubito, inquit Petreius, quin barbara lingua, præsertim verò Hebræa vetustior sit quàm Græca; nec id nunc agitur: verùm an Orobiorum nomen Hebræum esse possit à te probari velim. Et ille, cõcedis igitur, inquit, frater optime Hebræam linguam antiquiorem esse Græca? Prorsus inquit Petreius, concedo Marsili. Tu autem Orobiorum nomen Hebræum esse nunquid probare potes? Quid ni possim respondit Marsilius? Nam, vt scis, ab ineunte protinus adolescentia Hebræam linguã ac literas didici. atqui quũ hoc probatum fuerit, profligata iam hac peneq; ad exitum adducta erit quæstio. Quamobrem scias velim, quemadmodum apud Græcos ὄρος est mons, & βίος, vita, è quibus ὀρόβιοι Græcè sine vitam in montibus degentes, vt ait Plinius: ita quoq; apud Hebræos, quemadmodum ij qui Hebræas dictiones interpretantur, apertissimè tradunt; חרות HOROTH sunt montes, בנים BANIM verò filij, quibus, seclusa tantum è priori verbo postrema, TH, littera, simul iunctis, effectum est nomen compositũ חרובנים HOROBANIM, q montium filios, sive, vt ita loquar, montigenas Latine significat: qui postmodum à Græcis, vt antea diximus, ὀρόβιοι id est, monticulæ sunt appellati. quapropter quũ Orobiorum nomen vt demonstratum est, Hebræam primùm notationem sequatur, quàm Græcam, quis non intelligit, eorum etiam originem prius Hebræam fuisse quàm Græcam? At verò si non à Græcis orti primum fuere Orobij, igitur neq; à Tyrrheno primum Mæone, aut Antenore Phrygio: neq; rursus ab Asiaticis Henetis, Paphlagonibusue: quia Hebræi non sunt, sed ab ipsa potius Iudæa longè remotissimi. Cæterum his ita consideratis probatisq; non possum non vehementer admirari C. Plinium hominem omnium sententia doctissimum, M. Catonis verba tam parum fideliter retulisse. neq; enim Cato vnquam (qui ego sciam) nescisse se Orobiorum originem confessus est: quod ei tam parum ingenuè à Plinio obiectum est: sed incertam esse, & ambiguã asserunt. quod vel ex ipsius verbis facile quisq; iudicare potest: sic enim in quibusdam eorum, quæ Catonis feruntur, originum fragmentis, scriptum inuenio: Olanum, inquit, ante a Thuscorum duce, qui cum Orobijs colonis ibi primus insedit: quorum origo incerta, vti Comi, Bergomi, Licinsiori, & aliquot circa populorum. inde ab Insubrum principe nomine Medo adaucta Mediolanum nomen seruat. hæc Cato: è queis perspicis facile potest diligentiore adhibita obseruatione illud à Plinio, Catonem Orobiorum ortum ignorasse, non rectè adfirmari, quum aliud quidem sit, longeq; diuersum, nescire verbi alicuius gentisue originem, aliud verò incertam & ambiguam asserere. Qui enim ignorat, nullam omnino nouit originem: qui autem ambiguam & incertam esse dicit, aut duas, aut plures eis esse posse exploratum habet: verùm ambigit quæ nã potissimum ex his eligenda sit. Quapropter, meo quidem iudicio, potius esset affirmandum, M. Catonem ob id nequaquam dixisse Orobiorum originem incertam esse, quòd eam ipse penitus nesciret: sed quod ipsum Orobiorum nomen incertam omnino & ambiguam etymologiæ rationem posset ascisceré: quippe q tàm è barbara, id est Hebræa, quàm Græca, vt Quintiliani vtar verbo, originatione nõ incommodè, nec admodum difficilè deduci posse perspicerit. Nam quis obsecro adeo vecordis est animo, vt Catonem illum talem, tantumq; virum, quid ὄρος, quidue βίος, apud Græcos significent ignorasse censeat? nemo profectò, nisi insanus quis, sine humanitate, sine ingenio, sine literis: quũ & ipsius Catonis scripta, & Ciceronis auctoritas Græcis litteris, doctrinisq; eũ apprimè eruditũ fuisse clarissimè ostẽdant. Ius, inquit Cato apud Ciceronẽ de senectute, augurum, pontificum, tractо: multùm etiam Græcis literis vtor. Quamobrem hac in re Plinio, viro alioquin eruditissimo, minimè assentiendum esse, ipsius quoque testimonio facile existimarim. Neminem enim, ait in initio secundi naturalis historiæ libri, vnum sequor, sed quemcunq; veriorem perspexero: stultum est enim propterea quod quis quædam vera scribit, etiam in erratis eum sequi. legamus ergo rosas, spinas vitemus.

Tũ Petreius: rectè inquit Marsili ista hæc abs te dicerentur, atq; aliter sentire propemodum furor esset: si libellum illum de originibus vrbium Italiæ, qui sub Catonis nomine passim circumfertur, ipsius Catonis genuinum esse demonstrare posses: quum & multorum

autoritate constet, M. illum Catonem plura quam nunc habeantur, originum volumina conscripsisse. Nam apud M. Tullium de senectute, idem ipse Cato, septimus, inquit, mihi originum liber est in manibus: omnia antiquitatis monimenta colligo. tum etiam quod non pauca earum originum verba & à Terentio Varrone, in libris de re rustica, & à Cicerona in oratione pro Cn. Plancio, nec non & in quarto Thusculanarum quæstionum volumine, aliisq; pluribus in locis citari soleant: quæ nihilominus in peruulgato isto Catone nusquam gentium reperiri possunt. Quo negotio intelligi par est, aut falsum, aut commentitium, aut certè vanum esse Catoni libellum illum vnicum, imperfectum, atq; omnibus modis obtruncatum minimeq; sibi constantem asscribere.

Tum Marsilius: vera inquit, & apertissima sunt, quæ commemorasti Petrei, dicique aliter nequaquã potest. itaq; assentior tibi, Catonem illum plures de originibus libros edidisse, multaq; eorum verba ab antiquis recenseri, quæ tamen in eo opusculo, quod pra manibus habetur, minimè inueniantur scripta. Verùm hæc frater optimè nihil ad nos: fallaci enim admodum ratiocinatione deciperis. Non enim liber ille originum integer est, vt opinaris & subciuus, sed sunt potius, vt necessitas cogit ac ratio, fragmenta quædam, ita vt cernimus in vnum quoddam corpus redacta: quæ ex illis non paucis originum libris, quos scripsit Cato, vel sola remanserunt: quemadmodum omnibus, illa nescio, quæ Guilelmi Mantuani collectanea legentibus perspicuum esse potest. Quapropter mirari te haud sane decet, si plura & à Varrone, & à Cicerone, & à Macrobio verba citari consueuerint, quæ tamen in hisce peruulgatis originũ fragmentis nequaquam scripta reperiantur: quandoquidem vti dictum est, libellus ille originum truncus admodum est ac mutilus, ex quo præter quædam de Italicarum vrbium origine fragmenta, nihil penitus supereſt. attamen quod hæc, quantulacunq; sunt, ipsius Catonis natiua, ac genuina censenda sunt, antiquorum virorum probat autoritas. ac primum quidem Dionysij Halicarnassei, quem M. Varronis libertum fuisse constat: is enim libro primo M. Catonem & C. Sempronium temerè nimium, ne dicam insolenter, arguens, eorum de Ligurum origine sententiam ita recensuit: Ligures, inquit, multa Italiæ loca incolunt, atq; etiam Gallia quadam possident: vtra vero sit eis terra patria incertum est: nihil enim vlterius de his certi dicitur. doctissimi autem Romanorum scriptorum in quibus est Porcius Cato, qui vrbium Italiæ origines diligentissimè collegit, & C. Sempronius, & alij plerique Græcos eos fuisse dicũt, ex iis qui Achaiam aliquando incoluerunt, multisque commigrarunt ætatibus ante Troianum bellum. Non vlterius tamen diffiniunt: neq; vrbem ex qua profecti, neq; tempus, neq; migrationis ducem, quane vsi fortuna sedes patrias reliquerint: verùm Græca vsi fabulâ, ne vnum quidem eorum, qui Græca scripserunt autorem certum adhibuerunt. veritas igitur in occulto. hic hæc. C. quoq; Plinius libro tertio sæpenumero Catonem citare solet: præsertim vero capite XVIII. Venetos inquit Troiana stirpe ortos, autor est Cato. itemq; capite XIII. ait Catonem scribere Ameriam vrbem ante Persæum bellum annis ferme nongentis fuisse conditam. quæ quidem omnia in ipso Catonis, quæ passim feruntur, fragmentis scripta reperies. quibus illa quoq;, quam antea commemorauimus, eiusdem Plinij de Orobiorum ortu sententia non incommodè (vt opinor) addi potest. Nam & si parùm fideliter eam retulerit, ab iis tamen de quibus nunc loquimur, peruulgatis originum fragmentis depromptam fuisse manifestum est. Quas obres si quid es facturus Petrei, noua aliqua conquiras necesse est: esthæc siquidem Cornelij Alexandri, ac sectatorum eius quantum valeat, vel ratio, vel autoritas, satis iam perspicue (ni mea me fallit opinio) demonstrauimus.

Tum L. Petreius, solet inquit Marsili, & subtilius, & fusius his singulis à nonnullis responderi: sed ea quæ perspicua sunt, vt ait Cicero, longa esse non debẽt. Quid enim iis, quæ à te tam multa dilucidè, copioseq; dicta sunt, apertius? quid enodatius? quid denique verius dici potest? Itaq; quoniam & ea quæ dixisti, omnem (vt dici solitum est) fidem sensibus, id est, incorruptis, atq; integris testibus, asciscunt, & eadem mihi valde probata sunt, quod & istis puto: omittam profectò contra omnino amplius aliquid velle dicere. Verum nunc Iulium, si ipsi commodum est, audiamus: studet enim noster hic audire Mauricius, quæ nam sit tua C. Iuli, (suo enim quisq; studio maximè ducitur) de Orobiorum origine sententia. Quamobrem aggredere quæsumus: est enim is tibi proprius disserendi locus. Tum ille ridens, Nunquid oblitus es, inquit, quod vobis initiò dixerim, me propter varias, discrepantesq; doctissimorum hominum opiniones, quid de Orobiorum ortu sentirem explicare vix posse. quis enim ea probare queat, quæ percepta, quæ comprehensa, quæ cognita non habeat? attamen, quoniam ita vultis, geram vobis morem: totamq; eorum (non ignorantibus tamen vobis quid sim dicturus) qui Gallis Senonibus duce Brenno Orobiorum originem tribuunt, sententiam, quoniam ociosi sumus, explicabo: & agam quidem quam breuissimè potero. etenim deiectis Cornelij Alexandri, Plinijq; erroribus, longa de meo sermone detracta oratio est. Brennum namq; illum Gallorum ducem plerasq; Orobiorum ciuitates condidisse, non equidem ratio vlla, aut disputatio, vt credam, impellit: sed nobilitas summorum, tum antiquorum, tùm recẽtium scriptorum, & autoritas. Præsto enim mihi sũt, præ cæteris tres magnæ apud Latinos existimationis viri huiusce opinionis quidam quasi duces ac principes: Trogus scilicet Pompeius, siue is potius Iustinus sit, Paulusq; Diaconus, ac Ioannes Saresburiensis: qui omnes vno quasi ore tradunt, Brennum in Transpadana Gallia vrbes condidisse. verum si placet, nec alienum putatis, singulorum verba proferam. Per placet verò inquit Marsilius, nec alienum suscepto operi videri potest. Tum ille, quæso igitur inquit attendite: principioq; Trogum Pompeium de Gallis, qui ductore Brenno in Italiam venerant, lib. XX. sta dicentem audite: His autem, inquit, Gallis causa in Italiam veniendi, sedesq; nouas quærendi, intestina discordia, & assidua domi dissensiones fuere. quarum tædio, quum in Italiam venissent,

sunt sedibus Thuscos expulerunt, & Mediolanum, Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tridentum, Vincentiam condiderunt. hæc ille, Paulus vero Diaconus libro Longobardicæ historiæ secundo, hunc fermè in modum scribit: Antiquissimo, inquit, tempore, Brennus rex Gallorum, qui apud Senonas urbem regnauit, cum trecentis millibus Gallorum Senonum ad Italiam venit, eamq; vsq; ad Senogalliam, quæ à Gallis senoribus vocitata est, occupauit. causa autem cur Galli in Italiã venerint, hæc fuisse describitur. dum n. vinum degustassent ab Italia delatum, auiditate vini illecti ad Italiam trãsierunt: Horum centum millia non longe à Delphis insula properantes Grecorum globis extincta sunt. alia verò centum millia in Galatiam ingressa, primùm Gallograci, postea verò Galatæ appellati sunt: & ij sunt, quibus doctor gentium scripsit epistolam Paulus. Centum millia Gallorum qui in Italia remanserant, Ticinum, Mediolanum, Bergomum, Brixiamq; construentes, Cisalpina Gallia regionis nomen dedere. isti sunt Galli Senones, qui olim vrbem Romuleam inuasere. Hæc autem & plura alia Ioannem Saresburiensem sexto Polycratici voluminis differentem accipite: Tradunt, inquit, historiæ, Brennum ducem Senonum, qui exercitum Romanorum apud fluuium Alliam confecit, ipsamq; vrbem Romam irruptt, cepit & casis patribus, & subacta Italia inuasit Graciam, vastans omnia, vniuersisq; terribilis, vsq; ad Delphici Apollinis templum, quod situm est in monte Parnasso processit, ipsiusq; Apollinis appetens spolia, scurriliter iocatus est: locupletes deos largiri hominibus oportere: hunc, inquam, tradunt de maiori Britannia, quæ ab aduentu Saxonum in insulam, vocatur Anglia, oriundum. apud Trogum Pompeium in XX. reperitur, quia Senones Galli commilitones Brenni quum in Italiam venissent, Thuscos à suis sedibus expulerunt: in ea condiderunt vrbes egregias, Mediolanum, Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tridentum, atq; Vincentiam. mansit autem exercitus ille Brenno duce triumphator, & semper inuictus, donec insurgere ausus est in Deos, ipsum Apollinis Delphicum inuadens templũ, vbi quum incola, Dei opem suppliciter implorarẽt, iuuenem supra humanum modum insignis pulchritudinis in delubri culmine conspexerunt, auditus est etiam stridor arcus, & strepitus armorum, subito etiam terremotu pars montis abrupta Gallorum strauit exercitum. insequuta deinde tempestas est, quæ grandine, & frigore saucios absumpsit. Dux ipse Brennus quum dolorem vulnerum ferre non posset, pugione vitam finiuit. hic hec. Quod igitur fundamentũ huius quæstionis est, id præclare iactum videtis. quod quoniam ferè constat inter omnes non veteres solùm quos recensui, sed etiam recentiores haud paucos, quos data opera prætermitto: fateamur necesse est Orobios à Gallis Senonibus duce Brenno ortos fuisse. exclusa namq; Cornelij Alexandri ac C. Plinij sententia, quum præterea nulla sit alia, isthæc Trogi Pompeij, & cæterorum Latinorum opinio maneat necessum est. Tum Marsilius, enumerasti, inquit, optime Iuli memoriter quidem, ac distinctè quorundam de Orobiorum ortu sententias: aduersus quas, tametsi multa nunc cùm verè, tùm vehementer dici, ac copiosè etiam afferri possint: tamen dicere prætermitto. absurdum est enim, de tàm perspicuo istorum errore pluribus, quàm opus est, verbis velle contendere. Sed ego nunc omissis ijs omnibus, quæ negari facile queant, (ne contentiosè rem agere videamur) quæ & certissima, & clarissima mihi videbuntur, opponã. Principio igitur rationem eam, quam adfers Iuli, non satis firmam puto: quod enim pluribus cum antiquorum, tum recentium scriptorum hominibus ita videatur, ut tu dixisti, id satis magnum esse argumentum ratus es, cur Brennum Orobiorum ciuitatum conditorem fuisse fateamur. Quod quàm leue sit, tùm etiam falsum videamus. Ac primum quidem quum scriptores illi temporũ, quos Græce Chronographos appellare consueuimus, quosq; tua opinionis quasi duces adduxisti, hallucinati Grecorum fabulis ac mendacijs inueniantur: quis non intelligit, illorum testimonium nullius fermè vel ponderis, vel fidei esse, vel autoritatis? Atqui, inquit, Iulius si istud obtinueris, traducas me ad te totum licebit. Tum Marsilius, facilimum id quidem est, inquit. Nam quæ Italiæ origo splendidissima extiterit cùm tempore, tùm originis genus: (cæpit enim aureo sæculo, vt inquit Cato, quem Cicero religiosissimum testem vocat,) sub principibus Dijs Iano, Chamese, Saturno, gente Phœnicea & Saga, quæ post inundationem terrarum per orbem prima colonias misit: porrò quum Trogus Pompeius, quem quasi ducem posteriores historici sequuntur, libro XX. vniuersam Italiam à Græcis ortus sui initium sumpsisse fidenter scribat: quis eum Grecorum fabulis, ac commentis, quis à se principio emanasse Italiam existimant, non nisi deceptum, adeoq; hallucinatum censeat, vt publicam probatissimorum scriptorum fidẽ aut ignorasse, aut contempsisse, aut saltem Fabium Pictorem, M. Catonem, C. q; Sempronium viros planè eruditissimos nequaquam legisse videatur? Cur autem ad ea Grecorum mendacia, quæ antiquorum iudicio, & eorum maximè quos modo nominauimus, nota occurrunt, & illustria, in sole caligarit, non satis equidem intelligi potest: nisi eum fortasse, quæ de Grecorum mẽdacijs, M. Cato ac C. Sempronius scripta reliquerunt non accepisse sentiamus. Siquidem Cato in originum suarum principio: Græci, inquit, tàm impudenti iactantia effunduntur, vt quoniam his dudum nemo respondit, ideò liberè à se ortam Italiã, & eandem spuriam, & spurcam, atq; nouitiam nullo certo autore, aut ratione, sed per solam insaniam fabulentur. Itemq; C. Sempronius: Ha, inquit, sunt verè tam priscæ Italiæ, quã vrbis Romæ antiquitates, & origines: quibus quoniam plures Græci postremis temporibus in Italiam commigrantes, mixti fuerunt, ob id à se principio emanasse Italiam falsò existimauit Græca cum leuitas, tũ fabulositas. Quis enim ex antiquissimis non scribit à Iano Ianiculum, & Hetruscos veteres Gallos conditos? & tamen plures Grecorum tradunt à Tyrrheno Lydo, qui fuit nuper, & heri, positos. Quin & Turrenam Thuscorum regiũ non puduit eos Romam asserere: tanta videlicet impudentia cum eorum iactantia est, vt omnium gentium, & imperiorum, atq; vrbium præclarissimarum se conditores esse apertis sæpe mendacijs conscribant. hæc ille. Verum hæc ratio minimè congruerit, quandoquidem

bis à Latinis nõ modo scriptorib. sed à Græcis etiã sæpenumero citari cõsueuerint. Quid igitur? Ego mehercle, tametsi vereor in hoc loco, quid hac de re sentiã exprimere, dicã tamẽ: ne qua fortè refellendi pars in tã accurato seruone præterita esse videatur. Nemo ferè vestrũ est, quin clarissimum illud M. Catonis vaticinium sæpe audierit, nonnunquam etiam in antiquorum monimentis legerit, quod olim in Græcos ab eo tanquam ex oraculo editum fuisse C. Plinius libro XXIX. testatur dicens: Quod clarissimè intelligi potest ex M. Catone: cuius auctoritatis triumphus, atq; censura minimum conferunt, tanto plus in ipso est. Quamobrem ipsius verba ponamus. Decam, inquit, de istis Græcis suo loco, Marce fili, quid Athenis exquisitum habeam: & quod bonum sit illorum litteras aspicere, non perdiscere. vincam nequissimum & indocile genus illarum, & hoc puta vatem dixisse: Quandocunq; ista gens suas litteras dabit, omnia corrumpet: tunc etiam magis si medicos suos huc mittet: iurarunt inter se barbaros omnes necare medicina: sed hoc ipsum mercede faciunt, vt fides his fiat, & facilè disperdant. Nos quoq; dictitant barbaros, & spurcius nos, quàm alios opicos appellatione fœdant. Atque hic Cato sexcentesimo quinto anno vrbis nostræ obiit, LXXXV. suo. nequis illi defuisse publicè aut priuatim vitæ spatia ad expendendum arbitretur. hæc Plinius. Quare non alia de causa inficias irem Trogum Pompeium Græcorum fabulas ac figmenta fuisse persequutum, nisi ne qua in parte diuinum illud, quod diximus, M. Catonis oraculum euanesceret. Quo circà tua illa ratio Iuli ex Trogi Pompei auctoritate deducta nihil tibi proderit: quippe quod Trogum ipsum, qui tua rationis quasi fons, & fundamentum est, Græcorum cõmentis captum fuisse, atq; hallucinatum apertè probatum sit. sed hæc hactenus. Nunc verò sit necne eius Trogo, recentioribusq; ijsce chronographis, quos nominasti, in historicis monimentis omnino fides adhibenda, expẽdendum est. ad quod præstandum, ex antiquissimo Persarum historico Metasthene optimum capi potest exordium. is enim in initio statim de iudicijs annaliũ Medorum, atq; Persarum, qui autores, (vt Græcè loquar) in chronographia recipi debeant, scitè admodum his verbis docet: Qui de temporibus dicere parant, necesse est illos, non solo auditu, & opinione chronographiam scribere: ne quum per opiniones scribunt, vti Græci, cũ ipsis pariter & se & alios decipiant, & per omnem vitam aberrent. Verum absq; errore fiet, si solos annales duarum monarchiarum secuti, ceteros omnes vt fabulatores reiecerimus. in his n. tàm liquidò, atq; verè digesta sunt tempora, Reges, & nomina, quàm apud eos splendidissimè regnatum est. neq; tamen omnes recipiẽdi sunt, qui de his regibus scribunt: sed solum sacerdotes illius regni, penes quos est publica, & probata fides annalium suorum. Qualis est Berosus: nam is Chaldæus omne tempus Assyriorum digessit ex antiquorum annalibus, quem solum, vel maximè vnum Persa nunc sequimur. Ex hac igitur perspicua Metasthenis præceptione, qui autores in describendis temporibus accipiẽdi, reijciendiue sint, facile intelligi, iudicariq; potest. Suscipiendos namq; eos omnes absque controuersia censet, qui publicè, probataq; fide scripserunt: qualis sunt cuiusq; imperij sacerdotes, penes quos antiquitus publica annalium fides habebatur. Eos siquidem publicos rerum gestarum, ac temporum scriptores fuisse, præter Metasthenem, Cicero quoque noster libro de Oratore secundo confirmat his verbis: Erat, inquit, Historia nihil aliud, nisi annalium confectio, cuius rei, memoriæq; publicæ retinendæ causa, ab initio rerum Romanarum, vsq; ad P. Mutium Pontificem maximum res omnes singulorum annorum mandabat litteris Pontifex maximus, efferebatque in album, & proponebat tabulam domi, potestas vt esset populo cognoscendi, ij, qui etiam nunc annales maximi nominantur. Hanc similitudinem scribendi multi secuti sunt, qui sine vllis ornamentis monimenta solum temporum, hominum, locorum, gestarumq; rerum reliquerunt. Itaq; qualis apud Græcos Pherecydes, Hellanicus, Acusilas fuit, aliique permulti: talis noster Cato, & Pictor, & Piso, qui neque tenent quibus rebus ornatur oratio (modo enim huc ista sunt importata) & dum intelligatur, quid dicunt, vnam dicendi laudem putant esse breuitatem. hæc ille. Caterum huiuscemodi publica, probataq; fidei scriptores ij sunt, qui quatuor maximè illustrium regnorum res gestas, ac tempora litterarum monimentis commendarunt. In his autem facile mea quidem sententia cæteris antecellũt, inprimis quidem inter externos Berosus patria quidẽ Babylonicus, dignitate verò Chaldæus: Chaldæi siquidem, Diodoro teste, eum locum in Babyloniorum rep. obtinent, quem sacerdotes, & Propheta apud Ægyptios. dehinc Metasthenes Persa, Manethon sacerdos Ægyptius, nec non & Philo Iudæus: è Græcis autem Myrsilus Lesbius, Archilochus ac Xenophon. Porrò è nostris, Fabius Pictor, M. Cato, C. Cæsar, Crispus Sallustius, C. Sempronius, T. Liuius, etsi qui sunt alij qui à Beroso, ac publica quatuor mõarchiarum annalium fide non desciscant. Ac Græcum istud quidem monarchia verbum est: sed dabitis profectò, vt id quoq; mutuemur, dicaturq; tã Latinè Monarchia, quam sæpe apud Ciceronem Tetrarchia dicitur. verum mehercule enitar, vt Latinè loquar, nisi in huiuscemodi verbis, quibus, vt & aliys multis, consuetudo iam vtitur pro Latinis. Caterum nihil vos perturbet viri ornatissimi, Metasthenem Persam duarum solum monarchiarum Assyria scilices, ac Persica annales cõprobasse. Nam huiusce rei causa illa mihi magis probãda videri solet, quod Metasthenis tempestate nondum duarum aliarum monarchiarum acta (faciamus enim tractando hoc verbum vsitatius, & tritius) descripta essent. Græca nimirum ab Alexandro Macedonum rege vsq; ad Philippum nouissimum Syriæ atq; Asiæ regem: nec non & Romana, à Romulo vsq; ad Cæsarum tempora: quippe qui vel ante Alexandri Macedonis regis imperium, vel eiusdem potius temporibus floruerit, quemadmodum ex ipsiusmet verbis facilè cognosci potest. ait enim: Nostra ætate Arses annis quatuor regnauit, Darius vltimus, sex. Magnus Alexander, qui imperiũ in Græcos transtulit, annis duodetim. Seleucus Nicanor, qui nunc agit annum tricesimũ, successis tota

sit toti Asiæ, ac Syriæ. Ex quibus sanè verbis licet intelligere, in initio Græcæ monarchiæ ab Alexandro primùm cœptæ Metasthenem ipsum floruisse. Quocirca credâmus necesse est, de Græca monarchia annalibus, quid ipse scriberet, eum litteris mandare nequaquam voluisse. De Romanorum verò annalibus siluisse Persam hominem minimè mirum est: aut quod Latina lingua rudis esset: aut quod eius ætate Romanorum annales nondum publicum accepissent. Nos verò harum etiam duarum monarchiarum Græcæ scilicet, ac Romanæ annales, & historias, nequaquam proprio sensus iudicio, adiecimus, sed antiquis pariter, ac diligentissimi Hebræorum historici Philonis autoritate apponendos curauimus. is enim scribit in historijs suis tempora quadrasse ad veros annales quatuor monarchiarum, qui soli emendatissimi habentur: quos soli, vel maximè primi retulerunt ex Chaldæis Berosus pro monarchia Assyriorum: & Metasthenes Persa historicus, in annalium indicijs. pari forma ast ex Græcis eos sequutum, qui annales Græcorum sequuti sunt. LXXII. seniores interpretes usq; ad Ptolomæum & Hasmonaim, id est, Macchabæos: & inde Romanos qui tempora sua diligentissimè conseruauerunt. Quapropter, vt aliquando totam huius generis rationem concludam, ac definiam, quum & Metasthenis Persæ & Iudæi Philonis testimonio satis admodum manifestè probatum sit, ijs tantum qui quatuor monarchiarum res gestas conscripserunt, præsertim verò ac magis teste Myrsilo Lesbio, ijs, qui consentiunt in eorum patria historia, quam quibusuis alijs, quamuis alèas eruditissimis, credendum esse: ecquid causæ erit, cur quisquam Trogum Pompeium, & eos, qui eum sequuntur, non penitus in ea disputatione, qua est de Italia, & Orobiorum nostrorum origine, reijciendum censeat? quippe qui neq; alicuius regni sacerdos extiterit, nec ex publica aliqua, probataq; annalium maximorum fide, sed solo ex auditu, & traditione Græcorum, qui nihil non in historia auxerint, historiarum libros ediderit: quod facile vel ex ipso Iustino discas. Trogus enim, inquit, Pompeius Græcas, & Latinas orbis historias Latino sermone composuit: vt quum nostra Græce, Græca quoq; nostra lingua legi possent, prorsus rem magnam & animi, & corporis aggressus. itemq;: Et quæ historici Græcorum, prout commodum cuiq; fuit, inter se gregatim occupauerant, omissis quæ sine fructu erant, ea omnia Pompeius diuisa temporibus, & seriè rerum congesta composuit. & cætera quæ sequuntur. è queis illud rectè sequi perspicuum est: Quidquid Trogus Pompeius de Italiæ, atque Orobiorum ortu scriptum reliquerit, tametsi aliqua ex parte veritatis laudem assequatur, hac tamen in re fide penitus carere, vti à Græcis acceptum, quibus testimoniorum religionem nunquam habitam fuisse Cicero affirmat, dicens: Veruntamen hoc dico de toto genere Græcorum: tribuo illis litteras, do multarum artium disciplinam, non adimo sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam, denique etiam si qua sibi alia fumant, non repugno. Testimonium, religionem, & fidem nunquam ista natio coluit, totiusq; huiusce rei quæ sit vis, quæ autoritas, quod pondus ignorant. vnde illud est: Da mihi testimonium mutuũ: num Gallorum? num Hispanorum putatur? totum istud Græcorum est: vt etiam qui Græce nesciunt, hoc quibus verbis à Græcis duci soleat, sciant. hæc ille, & quidem satis superq;. Quare vtrâ non proferam orationem meam: etenim posset esse infinita, si mihi libeat, huiusce gentis in testimonijs discendis explicare vanitatem. Quanquam profectò nec ea quidem, quæ in Græcos pariter ac Latinos quosdam effudi, eo consilio à me dicta sunt, quo scriptoribus his ego vnus maximè fidem derogem, sed vt veritatis causam agam. hæc tamen aut publicè, aut in concione dixisse, perabsurdum fortasse videri potuisset: sed in huiusce modi familiari sermone, & confessu nequaquam. Sed vereor ne aut molestus sim vobis viri optimi, aut ingenijs vestris videar dissidere, si de tam perspicuis rebus diutius disseruero. Tu Iulius. Nõ equidẽ, inquit, faciles negauerim ea esse omnino certissima, ac clarissima, quæ à te præclarè modò, & eruditè dicta sunt. Marsilius: sed tamen aut nostram, aut antiquorum de Orobiorum origine sententiam non multùm aut infirmasse, aut labefactasse facile admodum ostenderim. Quid enim si doceo, si planum facio, ex Berosi quoq; tui sententia, Brennum ipsum à Trogo Pompeio, aliisq; nonnullis nec perperam nec incommodè fuisse Orobiorum conditorem cognominatum? Quid si vnico verbo repellaris? Quale verò inquit, Marsilius est istud? Et ille, Brennum, inquit, mediusfidius Orobiorum ciuitatum conditorem, non alia de causa aut ratione a Trogo Pompeio appellatum fuisse censeo, quàm quod earum extiterit instaurator, & amplificator. Non enim te fugit iuuenem imprimis diligentem, ac studiosum, quæ Berosus ille Chaldæus, cuius in nomine facilè soles acquiescere, de Semiramide, quã Strabo & alij nonnulli Babyloniam condidisse affirmãt, si veris mandarit. ea si rectè memini sunt: Quarto, inquit, loco regnauit apud Babyloniam vxor Ninj Asciloniæ Semiramis annis XLII. Hæc antecessit militiæ triumphis, victorijs, & imperio omnes mortales. ipsa hanc vrbem maximam ex oppido fecit, vt magis dici possit illã ædificasse, quàm ampliasse. Ex quibus facilè potest intelligi Siralonem, Ouidium, Trogumq; Pompeium, & alios nonnullos dixisse Babyloniam à Semiramide conditam, pro eo, quod erat, auctam, instauratã, amplificatamq;. neq; n. Semiramis illa Atergatis Dea, quã Plinius, Athenæusq; dixerunt. Hebræi verò, vt fama est, Dagõ, id est, Piscẽ vocant filiam, Niniq; primi Assyriorũ regis vxor: Sed Nimbrotus ille Saturnius Babylonicus Chusæo patre Chamesis filio natus, primus omnium Babylonicæ vrbis fundamenta iecit, si modò vera sunt, vt profectò sunt, quæ Hieronymus, Augustinus, Iosephusq;, & ante eos Berosus, ac Moses litterarum monumentis prodidere. Hinc etiam apud cõplures gestarũ rerũ scriptores legimus à Romulo Romam fuisse conditam, cognominatamq;, quum tamen & Fabius Pictor, & C. Sempronius apertissimè contraria scribant, Romam sciuisse non a Romulo, sed à Roma Italis filia longe antea fuisse ædificatam: verum à Romulo multis sæculis post fuisse auctam, & amplitudinem. ita enim Fabius: Suscepto, inquit, Italus Italiæ imperio, tum filiã suam Romam nomine Siculis & Aborigenibus in Latio præfecit. Qua relicta Capena media Palatinum tenuit, & in vertice vbi hodie Exquilino,

Romam

Romam oppidulum condidit, quod Valentiam sonat. post eius obitum ob paludes neglectum oppidum fuit vsque ad aduentum Euandri, qui cum oppido simul restituit nomen. & paulo post: Deniq; Romulus potitus rerum Albanarum, & vsus maxima familiaritate regum Hetruria, & rex primus è regulis Italiæ creatus, in Latio Romam oppidulum in regiam Tetrapolim vertit, inq; Palatino colle fundauit. adscito enim ex Hetruria vate, atq; sacerdote Olympum fecit, pomerioq; sacrauit: & aratro ab Olympo in vico Thusco per Palatium circunducens, ab imo collis ad verticem, quadratam vrbem signauit: & in vertice collis hærente Exquilino Romam oppidulum ampliauit. Et ita Romulus ex regulo primus rex à Thuscis declaratus est. Quam rem per occasionem acceptam Mithridates rex Asiæ pro ignominia Romanis opposuit, quod verna fuissent Thuscorum. hæc hic. C. vero Sempronius: Non igitur, inquit, à Romulo Roma, sed contra ab ipsa potius Roma, cuius adeo est occulta derivatio, Romulus nomen habuit. quæ ante ipsum Romulum cœpta legitur coli annis paulominus octingentis ab Italo in Auentino, & filia eius Roma in Palatino colle, & ante hos plusquàm trecentis annis, aureo sæculo à Saturno, vbi nunc Saturni ædes ad radices Capitolini collis. At Romulus solum eam ex oppidulo Roma, in Palatino colle quadratam, & regiam reddidit. hæc ille. Itaq; minimè in dubium venire debet, quin Trogus Pompeius, Paulusq; Diaconus, & qui eos sequuntur scripserint, Brennum illum Gallorum regulum plerasque Galliæ Cisalpinæ ciuitates condidisse, loco eius, quod erat, ampliasse, aut restituisse, seu potius cultiores, ac munitiores reddidisse. ac demum ne multis vos morer, adsunt testes locupletissimi, & quidem è recentioribus rerum gestarum, ac temporum scriptoribus permulti, qui asserant (quod me tamen in Bossianis potissimum Chronicis memini legere solitum) Brennum Gallorum ducem quum in Galliam Cisalpinam transcendisset, pulsis ex ea Hetruscis, plerasque huiusce regionis ciuitates, & quidem peruetustas diruisse, ac solo æquasse: easdemq; non ita multo post ab eisdem Gallis, ad hæc ipsa loca M. Furij Camilli consilio, ac virtute ex Roma, quã vi irruperant, postmodum electis, expulsis, fugatisque iterum instauratas, nec non & fortioribus præsidijs, propugnaculisq; ad propulsanda Romanorum arma, circummunitas, ac septas fuisse. Quæ in re, vt mea fert opinio Marsili, Brennus ille non immerito, nec iniuria cunctarum fermè Galliæ Cisalpinæ ciuitatum à Troge, atq; aliis conditor appellari meruit.

Tum Marsilius: Quamuis, inquit, Iuli quæ dixisti, quasi quodam ex oraculo attulisse videaris: scito tamen nullam ex his ad id quod quærimus responsionem tutã esse. Vt enim ista hæc omnia quæ abs te modo dicta sunt, tibi ita esse concedam: quid ad rem? principem Orobiorum autorem, ac parentem inuestigamus, non amplificatorem, instauratorẽue. sed illud fortè (vt opinor) statim repones, quod initio tibi iam sumpseras, nempe quũ iam penitus C. Pliny, aliorumq; tam Græcorum, quam Latinorum de Tyrrheno, atq; Antenore, exclusa fuerit opinio, quũq; præterea nulla alia possit inueniri, tuam omnino manere necessum esse. Quem tibi hoc daturum putas Iuli? primùm enim vnde tibi notæ sunt omnium opiniones scriptorum & nationum? perlustrasti ne tu omnia Ægyptiorum, Chaldæorum, Syrorumue monimenta litterarum? leue profectò, ac potiùs nullũ id quidẽ argumentum est. Verùm desinamus aliquando ea refellere, quæ cùm inania sunt, tùm vero adeo aperta ac manifesta, vt mehercle nec egere quidem oratione videantur. quid enim potest esse tam apertum? tam perspicuum? quam, quum Brennus Orobiorum ciuitates instauraverit, & auxerit, eas vtiq; vel oppressas, vel direptas reparasse, vel paruas saltem atq; humiles amplificasse? non igitur primùm à Brenno condita Orobiorum vrbes. Sed tamen illud minimè silentio præterierim (vide autem quàm tecum agam liberaliter Iuli) eos omnes qui suppresso Brenni nomine, Gallos tantummodo multas Cisalpinæ Galliæ ciuitates condidisse affirmant, si non planè defendi, certè vel excusari posse. atq; ad id quidem obtinendum, confirmandumq; autoribus vti optimis possumus, quod cum in omnibus causis, vt autor est Cicero, & debet, & solet valere plurimum, tùm verò primùm in omni antiquitate. verum enimuerò ne aut fortè cuiquam postea videar plura de istorum sententia dixisse, quàm vel causa postularet, vel necessitas ipsa cogeret: aut ne dum huic (Iulium intuens) obsequi studeo, tibi Marce, atq; aliis sim molestus, paulisper conquiescam: quum præsertim sermonem bene longum habueritis adolescentuli vtinã non impudentis, illud quidem certè, non nimis verecundi: qui præsente te Marce doctissime tàm multa & aduersus Plinium, Trogumq; Pompeium, atq; eorum assecias, de Orobiorum ortu disputauerim, nec sanè perrecondita, aut multum difficilia. Tum Marcus, mihine, inquit, molestus sis? qui te idipsum maxime rogauerim. Sed neutrum istorum fiet, nam & à te perfici dissertationem hanc (si modo possim) volo, nec tua mihi oratio longa videri poterit. Pergeq; obsecro, sequentur enim quæ tu ingenuè polliceris. Et ille, Quoniam, inquit, si Dijs placet, ipsi fontes iam sitiunt, quid de Gallico hocce Orobiorum ortu cognitum habeam, tua iam penè coactus Marce humanitate, quam breuissimè potero exponam. Dicimus igitur sinceriores illos gestarum rerum scriptores, qui circuncisis tàm Gallicorum, quàm Græcorum ducum nominibus, Gallos ἀσωλῶς (vti Græca vtar voce) plerasq; Cisalpinæ Galliæ vrbes ædificasse tradunt, ob id vel facilimè expurgari posse, quod ipsum Gallorum nomen ambiguum est, & vt Græci vocant ὁμώνυμον, id est, vt nostri vertunt, æquiuocum. Quæ profectò ὁμωνυμία plurimos sanè eruditosq; viros, potissimùm tamen Græcos aberrare quàm sapissimè compulit. Cæterum de ambiguitate nominis Gallorum, hæc sunt quæ apud Xenophontem legi. Ogyges, inquit, plures fuere: primus supradictus atauus Nini, quem Babylonij Gallum cognominant, quod in inundatione etiam superstes alios eripuerit, & genuerit. hinc Saga, apud quos naufragio seruatus est, & ereptus, ratem vocant Gallerim, quod ab vndis seruet: verum Græca lingua candidum, & lacteum significat. Phrygia exectum testibus: Latina gallina maritum, & Celtæ, qui sunt Galatæ veteres à Galanthe filio Herculis, à quibus Galatæ in Asia,

&

& Gallogræciã Europa. fuit autem priscus Oeager in prima inundatione terrarum: alter vero Atticus in tertia. hic hæc. è quibus facile apparet, Gallum, non solũ eos populos quos nunc communi vocabulo Francos appellamus, significare, sed generatim quoq; ac rectius omnes qui à fluctibus, atq; aquarum eluuionibus seruati sunt. quod hercle appositum, vel ut Graci dicunt, ἁρμοδιώτατον fuit Noe: quem Berosus Chaldeus, & in hoc etiam loco Xenophon, atq; alij quidam Ogygem priscum, ac Janum patrem vocant. Caterum in Gallorum genere tres discretas esse species veteres Chronographi tradiderunt. Prima namq; eorum species est, qui ante omnes alios Alpes Italia transcenderunt: quosq; Celtas fuisse T. Liuius in v. ab vrbe condita autor est. Hos namq; Tarquinij Prisci temporibus, ab Arunte Clusino, in vltionem stuprata à Lucumone vxoris, accersitos ex Gallia, in Italiam commigrasse M. Cato, C. q; Sempronius prodiderunt. Altera verò eorũ Gallorum est, qui aliquot seculis post superato Apẽnino in Thusciam descenderunt, ac Romanam vrbem incendio consumpserunt: hi autem fuere Boij, Senones, atq; Insubres, quemadmodum ijdem Cato, & Sempronius scribunt. de quibus abs te satis multa Iuli ex Trogo, Paulo, Ioanneq; nuper allata sunt. hosce autem Senonas, priores suæ Celtas nequaquam reor Orobiorum conditores (principes inquam) ab antiquis habitos fuisse, aut appellatos: sed restauratores tantum, amplificatoresq;. quos tamen etiam conditores dici posse non incommodè abs te Iuli optime supra demonstratum est. At vero tertia eademq; & vetustior, & magis propria illorum sanè fuit; quos ἐξ ἀπαναστάσεως ab inundatione Gallos cognominatos fuisse scriptum reliquit Xenophon, eò quòd Hebrai, Chaldæiq; sacris in literis undas, & fluctus גלים GALLIM dicant. quemadmodum apud regium vatem psalmo XLII. legimus: כל משבריך וגליך עלי עברו Col Misuarexchaue Gallecha Halai Hauaru, h. e. oẽs gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt: Hi autem extitere prisci illi Aramæi, qui Scythã Sage vocantur à Beroso, Catoneq;, in Armenia statim post diluuium geniti: à quibus postmodum in Italia, Solino teste, manarunt Vmbri. Sed de his aliàs fortassè copiosius. Ab istis ergo Gallis Vmbrorum progenitoribus, qui etiam Ianigenæ, id est, à Iano geniti dicuntur, non alienum, aut absurdum iudicarem priscos autores intellexisse

A Orobios fuisse primum genitos. Habetis igitur viri ornatissimi explicatas omnes fermè (vt arbitror) de Orobiorum origine sententias, quibus de rebus quoniam satis à nobis dictum est, nunc, vt est in adagio, aliã quercum excutite. Atq; ego te Marce, hisce de rebus quid exploratum habeas, audire vehementer optarim. Et Petreius, ego quoq; inquit, & Iulius, Marce id abs te petimus. Scimus enim te non solum, vt duci solet, ad Aristophanis lucernam, sed etiam Cleanthis non pauca magnifica sanè, & perrecondita inuestigasse. At ille, vt ita, inquit, ista esse concedam, quæ sunt longe secus (nam & persulgata sunt, vobisq; non incognita) ego mehercule eundem mallem Marsilium audire: vt qua eloquentia & eruditione faisos Orobiorum autores sustulit, eadem veros inducat. Quamobrem nisi fortè iam es defessus Marsili, & si tibi non graues sumus, ea nobis vt edisseras, obtestamur. censemus enim hac te facilime explanare posse, quod & Hebraum sermonem iam pridem didiceris: & complures iam menses, ea ipsa te ex Beroso videmus exquirere. Tum ille ridens, age, age inquit, satis enim scitè me nostri sermonis principium, & finem esse vultis, hisce de rebus aliquid vobis, si modo possumus (sum enim, vt Graci dicunt, ὡς κολοιὸς ἐν τοῖς μύσαις) explicemus. Verum enimuero, quia vetustas ipsa, rerumq; remotissimarum obliteratio, earũq; cognoscendarum cupiditas ita postulat: alsius quædam recensebo, & perquisita longo studio, & eruta multa antiquitatum peruestigatione, & cura. neq; enim alienum suscepto operi, aut importunum vt arbitror, videri poterit, si antequam veram Orobiorum originem pandam, totius penè Italiæ res à remotissimis etiam seculis explicauero, & qui, & quales eam populi, reges q; initio, aurea nimirum ætate, tenuerint, in memoriam reuocauero. Quibus vt satisfaciam, crastinum in consessum dictionem hanc omnem reijciendã censeo: nam & satis multa à nobis hodie disputata sunt, & sol ille iam ad occasum properat. Tum Marcus, rectissimè profectò hæc inquit à te censentur Marsili. proinde hoc in loco (quando id tibi placere iam video) ad ea, quæ restant, singillatim nobis explicanda conuenies: tetam enim tibi crastinum dicamus diem. quæ quum essent dicta, discesserunt.

IOANNIS

IOANNIS CHRYSOSTOMI ZANCHI DE OROBIORVM SIVE CENOMANORVM ORIGINE.

AD PETRVM BEMBVM.

LIBER SECVNDVS.

PLatonem illum, quem Panætius philosophorum Deum nuncupauit, dicere solitum accepimus: à Ioue reges esse atque philosophos. Ego verò non reges modo, atq; philosophos, sed optimos quosq; liberalium ac ingenuarum artium scriptores à Ioue, id est, Deo vel maximè prodijsse contenderim. nam quum omnium rerum optimarum principia à Deo optimo maximoq; duci ὁ θεοδίδακτος καὶ παμμέγεθης Areopagita Dionysius scite admodum docuerit: profectò neq; artem, neq; virtutem vllam, neq; eam, qua ad scientiam maximè spectat, veri indagationem, quempiam adipisci posse absq; illius summi, consummatiq; boni consensu manifestum est. Quæ quum ita se habeant, indoctorum proculdubio quorundam, vel obtrectatorum potius linguam me haud euasurum planè confido: quippe qui & Trogum Pompeium, & C. Plinium Romanarum alterum Græcarumq;, naturalium alterum, ac reconditissimarum historiarũ scriptorem diligentissimum prioris voluminis acrius fortasse quàm operæ pretium fuerat, oppugnauerim, viros inquient, veritatis, quæ non nisi a Deo esse potest, & amantissimos, & indagatores quoq; solertissimos. clamabuntq; nonnulli eo me consilio, eaq; de causa eos vexasse, quò omnem illorum in tradendis rebus antiquis fidem penitus euerterem, labefactaremq;. Quibus ego illud primum haud temerè forsitan obiecerim; licere mihi quod & omnibus fermè tum vetustis, tum recentioribus hominibus semper licuit, contra aliorum opinionem disserere: præsertim verò in re tum controuersa, tum multorum seculorum vetustate obliterata. Quis enim est qui non intelligat, quam & in physicis perscrutationibus inuicem dissentiant Democritus, & Empedocles, Aristoteles, & Plato? Et in morborum curationibus dicant omninò diuersa Herasistratus, Hippocrates, Asclepiades, Galenus, & Auicenna? At verò in historicis monumentis mirum est, quam inter sese de rebus si non singulis, certè vel primis, vel maximis, cognituq; dignioribus altercentur, qui antiquitus & regum illustrium, & imperiosorum populorum res gestas, & memoriæ veteris ordinem tradidere: atq; adeo, vt præcipuum inter eos studium extitisse videatur, quo alter alterum incesseret: & qui posterior esset, eos qui ante se scripsêre, vexaret. In quantis enim, inquit Iosephus Iudæus, locis Hellanicus ab Agesilao de genealogijs discrepat? & in quantis Herodotum corrigit Acusilaus? aut quomodo Ephorus quidem Hellanicum in plurimis ostendit esse mendacem? Ephorum vero Timæus? Timæum qui post illum fuere? Herodotum verò cuncti? sed neq; de singulis cum Antiocho, & Philisto, aut Callia Timæus concordare dignatus est: neq; rursus de Atticis ijs, qui Attidas conscripserunt: aut de Argolicis ij, qui de Argis historiã protulere, alterutros consecuti sunt. Et quid oportet dicere de ciuitatibus, breuibusq; rebus, quando de militia Persica, & ijs quæ in ea sunt gesta; tantum viri probatissimi discordare noscuntur? in multis autem etiam Thucydides tãquam fallax accusatur, licet scrupulosissimam secundum se historiam conscripsisse videatur. hæc ille. Mirum igitur si nos quoq; Trogo Plinioq; contraria dixerimus? quasi non & ipsi de Orobiorum, deq; Italiæ ortu diuersa omnino, & vetustissimorum quoq; scriptorum fidei contraria penitus sentiant, ac scribant. Itaq; viderint illi quam honestè negari id possit mihi, patriæ splendorem, ac gloriam, veramq; non Orobiorum modo, sed totius fere Italiæ originem peruestigãti, quod profanis, barbarisq; gentium scriptoribus gratis contesserè. Etenim si præceptorem suum Platonẽ Aristoteli in pluribus vexare, si Aristotelem Epicuro contumeliosissimè calumniari, si denique Leontio meretriculæ contra Theophrastum, Dioni Chrysostomo aduersus Homerum, Cæsari contra Catonem, & patrum nostrorum ætate, Laurentio Vallensi aduersus omnes scribere licuit; cur me ipsum quoq; non æquo animo ferent contra nonnulla Trogo Plinioq;, nec non & cæteris, qui vel ex insciția vel desidia, vel antiquissimorum annalium, patrumue fide neglecta calumniosè quædam de Orobiorum, & Italiæ ortu litteris mandarunt,

dixerunt, adsereremus? Sed ne fortasse longius quàm A
par est progrediamur, iis demum qui me eo consilio
Trogum Pompeium, ac Plinium, & eorum sectato-
res impugnasse dicturi sunt, quò eis omnino fidē de-
rogarē, eorumq; doctrinam inanem penitus ostenderē;
responsum hoc statim velim, tantum id vere conue-
nire, quātum ut inquit Lucianus cōuenit μόλυβδος
ἀργύρῳ, καὶ χαλκὸς χρυσῷ, καὶ ἀνεμώνη ῥόδον ἢ
ἀνθρώπῳ ὄνος. Easi quidem contradicendi
facultas, quæ omnes fermè, vt dixi, vsi fuere, tantū
ab euertendarum disciplinarum cōsilio abest, vt iac- B
tis firmioribus fundamentis, eas magis, magisq; sta-
bilire videatur. Quid enim illa antiquorum philoso-
phorum tanta dissensio, quantam diximus, quid tan-
dem effecit? nulla ne omninò vt esset naturalium rerū
cognitio, sine disciplina? nequaquā. nam eò ipso plu-
res multò & incensi olim fuere, & nunc passim ad per-
scrutanda naturæ abdita incenduntur. Nullum ne erit
erit Medicinæ, Astrologiæ, Dialecticæ, Grammaticæ,
ceterarūque liberalium artiū vsus? nullane cognitio? quoniam & hæ totidem penè habent vel altri- C
catores, & quidem vehementes, vel rixatores potius
cum primis acerbos, quot disciplinarum magistros?
Minimè gentium. sunt n. hisce de rebus à complu-
rimis præcepta cum in vniuersum tradita, tum etiā
in artem redacta, ac disciplinam. At verò quid vn-
quā obfuit Aristoteli, quod ne Platoni quidem ma-
gistro suo pepercerit? sed contra eius dogmata nō pau-
ca sanè diligenter, & scripserit, & vt quidam volunt,
acutè disputauerit? nihil penitus. Tantum enim A-
ristoteli potuit nomen, & auctoritas, vt non maximos D
& solum virtutum præcones habuerit, disciplinaque, ac
viæ suæ sectatores, qui certa omnia apud illum, firma,
& inconcussa arbitrarentur: sed multo etiam plures
(ò indignum facinus) qui se magis Aristotelicos, Pe-
ripatenco sue, quàm Christianos dici maluerint. Me-
morare etiam hoc loco possem non solum veterum, sed
horum etiam recentium, vel philosophorum, vel
Theologorum, vel Mathematicorum, Grammatico-
rumue, aut Dialecticorum nominatim quosdam vel
maximè celeberrimos, qui eorumque qui ante se hisce de E
rebus scripserant, opiniones perquam strenuè quidem
& coarguerunt, & labefactarunt: qui tamen à poste-
ris neque neglecti, neq; repudiati fuerint, sed contrà
plurimi in laudendis, extollendisque ingenii eorum
viribus ipsos honestauerint, ni caro longius nos ab
incepto traheret. Proinde idipsum nostra hac in cau-
sa dissimulari velim. neque enim nos veterum fidem,
aut doctrinam, vel euertere, vel labefactare ullo mo-
do nitimur; sed veram gentis nostræ originem absque
vlla contentione, si fieri potest, indagare cupimus: id q F
summo studio, curaq; perseuerantia. Tribuant ita-
que illis alii quicquid velint, vel ingenii acumen, vel
elegantiam, vel multarum rerum peritiam, per me
sanè cuique liberum sit, ego certè veritatis causam egi,
agamque dum vita comes fuerit: Berosoque Chaldæo,
& vetustissimo, & eruditissimo viro, vt qui à Mose
sacrarum literarū scriptore certissimo, probatissimo-
que nulla fermè in re dissentiat, libentius fidem præsta-
turus sum, quàm quibusuis aliis, quānis alias, vt in-
quit Myrsilus Lesbius; & eruditissimis, & eloquen-
tissimis. Sed hæc satis superque. Quāquam ne opus
quidem fortasse fuerat nobis ista dixisse, nisi eorum
gratia qui totum hoc negotium in quo tota hæc versa-
tur quæstio, nequaquam intelligunt. Est siquidem
qui Hebræas, Chaldaicasque, aut Græcas saltem litte-
ras vel primoribus, vt aiunt, labris degustarunt, quis-
que demum cum in perscrutanda certa gentis nostræ
origine, tum in vetustissimis illis, doctissimisque rerū
gestarum, temporumque scriptoribus Mose Iudæo-
rum legislatore sapientissimo, Beroso Chaldæo, Me-
astene Persa, Philone Iudæo, Fabio denique Picto-
re, Marcoque Catone versati sunt, nihil prorsus du-
bito ingentes mihi habiturus gratias, etsi quod cona-
tus sum, parum assecutus fuero. Quo circa libet mihi
vna cum Tullio antiquum illud exclamare:

Prō Deum, popularium omnium adolescentiū.
Clamo, postulo, obsecro, oro, atq; imploro fidē.
nouissima de re, vt quæratur ille, fieri in ciuitate
facinora capitalia; (vult.
Ab amico amāte argentū accipere meretrix non
sed vt ad sint, cognoscant, animaduertant omnes;
qua de Italia, quæque de Cenomanorum, siue Oro-
biorum nostrorū ortu splendidissimè à vobis disseruā-
tur, scriptisque mandātur, vtrumnam sint vera, an
falsa, certa an incerta, illustria an ignobilia, gloria
ne tandē inanis, an veritatis indagandæ gratia scripta
videri queant. Caterum his forte quamobrem fuerat
pluribus affari te humanissime Petre Bembe volui,
antequam ea quæ restant, aggrediar. Te enim studio-
rum meorum æquissimum non æstimatorem solum &
iudicem, atque in primis amantissimum, verum e-
tiam gentis nostræ defensorem & maximum, & acer-
rimum esse satis scio, & compertum maxime ob id ha-
beo: quòd olim adolescens patre tuo Bernardo viro
grauissimo, atque integerrimo, omnique doctrinarū
genere spectatissimo, summa cum laude prætorium
munus apud Bergomates (nostros ne dicam an tuos?)
gerente, talis ac tanta fuerit apud omnes tui expecta-
tio, vt non præclarum modo de ingenium doctrinam-
que, & litterarum peritiam, quæ omnia in te sum-
ma sunt, verùm candidissimos potius ob animi tui
morum cultorum, vel eruditorum maximè, oculos
in te vnum paternarum virtutum quasi imaginem
quandam ita conuerterit, vt te nunc etiam tanto post
in oculis ferant vniuersi, humanitatem, modestiam,
miram denique probitatem agnoscant omnes, & prę-
dicent. sed hæc alibi, & copiosius, si quando maioris
otii tempus nacti fuerimus. nunc verò, si placet, ad
institutum sermonem reuertamur. Postero igitur
die, quàm ea fuerant ab illis satis probè dictis adoles-
centibus L. Petreio, M. Marsilio ac C. Julio de
Orobiorum origine disputata, quæ superiore libro
scripta sunt, cum iidem apud M. Mauricium ad
constitutum conuenissent, aiebat mihi idem ille Pe-
treius sese ab illo ingenti alacritate exceptos fuisse: ac
demùm cum amicissimè inter se consalutassent, tum
Marcum hilari vultu ac soluto, vt solebat, arriden-
tem ita cœpisse. Quid tu tandem Marsili? Nun-
quid nam eq disserere paratus es, qua superiorem post

G consef-

consessum traditurum te nobis hodie promisisti? Tum A
ille, timidè vel verecundè potius, prestò, inquit, sum promissa seruaturus, quorum debitorem hesterna me disputatione constitui: de principe videlicet Italiæ, atque Orobiorum, siue Cenomanorum ortu disserturus. re sanè quàm difficili, atque per ardua, nostrisque à maioribus aut non satis dilucidè explicata, aut omnino parùm diserte pertractata. At vero vtinam nos ij simus, qui & desiderio vestro, & quam de me iampridem concepistis, opinioni, parte saltem ex aliqua respondeamus. nam alijs satis vt faciamus, qui hæc ipsa audituri fortasse à vobis sunt, id verò prorsus futurum diffidimus, & ingenuè quò vobiscum agam, etiam desperamus. Tamẽ vt consueuêre qui periculosa tranant atque ignota flumina, quibusdam quasi centis tentabundus amnem aggrediar. nam, vt inquit Cicero, tardi omnino est ingenij riuulos consectari, & fontes rerum non videre: etiam ætatis est vsuſq; nostri, à capite quod velimus arcessere, & vnde omnia manarint videre.

Perge verò fidenter, inquit Marcus, sequentur enim quæ tu scientissimè aggressus es. Vultis ne ergo, in- C
quit ille, principem Italiæ ortum à fonte repetamus? quo inuento, non erit dubium quò sit Cenomanorum nostrorum origo referenda, quam quærimus? Quùm ei respondissent nihil aptius nihilve ad rationẽ instituti sermonis commodius dici posse. Tum ille: Absolutissimè, inquit viri ornatissimi, principem Italiæ originẽ a M. Catone illo & rerum gestarum, & memoriæ veteris indagatore solertissimo, studiosissimoque, hisce verbis traditam diu arbitratus sum, quæ etiam pridem in gẽtis nostra gratiam edidici, & nunc libenter referam, D
ea sunt: Italiæ splendidissima origo fuit tum tempore, tùm origine gentis. Cœpit enim aureo sæculo sub principibus Diis Iano, Chamese, Saturno, gente Phœniceæ & Saga, quæ post inundationem terrarum per orbem prima colonias misit. Qui verò eam populi, ac reges primum tenuerint, verè, atque enucleate Q. Fabium Pictorem virum sanè eruditissimum tradidisse existimabam, cuius verba sunt: Italiæ imperium penès duos populos principes extitit: posterius Romani, principio Thuscis sub Iano cœperunt in aureo sæculo. Aurea ætas E
primo ortu generis humani fuit sic dicta, quod posterioribus sæculis comparata æque atque aurum, inter metalla effulsit. eam cœpisse sub Ogyge ante Ninum annis circiter ducentis & quinquaginta, Xenophon atque maiores prodiderunt. Is Ianus sub initium aurei sæculi lauũ latus Tyberis Hetruriam tenuit: Chameses verò ac Saturnus circa finem eiusdem ætatis dextrum incoluerunt. Nunc autem in ostendendis, explanãdisque Italiæ, ac Cenomanorum principijs, non dubitabimus remotiora quadã significatioraq; scisciturj, ac quærere: F
quorum ex indagatione ipsa hæc Italiæ, & Cenomanorũ origo clarior appareat, sitque illustriore in loco posita.

Nos quoque, inquit Petreius, ita faciundũ esse existimamus. Tum Iulius, me quoque inquit, Petrei ascribito sententiæ: verùm tu ipse iam ad loquendũ, nos autem ad audiendum accingamur. Tum Marsilius, Principiò, inquit, satis constat, post insignem illã terrarum inundationem, qua vniuersus periit orbis, in maiori Armenia, quam Berosus, & Cato Scythiam Sagam vocant, renatum fuisse genus humanum. ita enim Cato: De mundi quidem, inquit, origine autores non paria sentiunt: Nam Chaldæi sibi sempiternitatem persuadent, Phœnicibus verò, ac Sagis magis placet origo: inter vtrosque conuenit, ante Ninum circiter annis quinquaginta & ducentis, quibus durauit aureum sæculum, terras fuisse inundatas, & in Scythia Saga renatum mortale genus. Siue enim ab æterno mundum existimes, & ignis principio cuncta tenuerit, & sensim in sua loca elementa coëuntia homines produxerint, siue vt fertur, ante aureum sæculum terras subrutas inundatio possederit, & exsiccata humo apparuerint homines, equidem principatus originis semper Scythis tribuitur, à quibus auctis colonias per orbem missas ferunt. Verùm quoniam ea omnia apertius, atq; enucleatius, sacra primũ litteræ, deinde & Berosi Chaldæi historici monimenta continent, idcirco ijs ducibus erit nobis omnis nostra explicanda traditio: quod vestrum quoque esse consilium, de vultus vestri assensu, hilaritateque planè intelligo. Rectissimè verò inquit Marcus, istis enim ducibus errari nullo modo potest.

Tum Marsilius, Datis ne hoc mihi vos quoque fratres? nam Marci huiusce nostri iam noui sententiam.

Tũ illi, Damus sanè inquiunt, si postulas. Et rectè quidem atque optime, inquit Marsilius. Quid enim sacris sanctiſq; diuinarum rerum scripturis sanctius? quid diuinius? quid deniq; certius aut esse, aut excogitari potest? quũ earum autor Deus ipse optimus, maximusq;, & verè quidem sit, & ab omnibus qui rectè sapiunt, esse censeatur? At vero quid antiquius? quid probatius? Quid deniq; eruditius inter externos Beroso illo inueniri posse indicamus? quippe qui publicæ, probatæque Scythicorum, ac Babylonicorũ annalium fide, totius fere memoriæ veteris ordinem, & imperiosorum populorum origines, & regum maxime illustrium res gestas, antea penitus incognitas, ac in tenebris retrusas, atq; abditas aperuerit. Conseruatis siquidem notatisque omnium Assyriorum regum temporibus, nihil quùm illustre prætermiserit M. CCCC. LXXXXIII. annorum memoriam multis voluminibus colligauit: vt merito quidẽ gloriari queat, sua perueſtigatione & cura, susq; demũ vigiliis, ea se inueſtigasse, tradidisseq;, quæ Græcorum, aut Latinorũ quisquam vel Ægyptiorũ, Persarumue, aut aliarum gẽtiũ (præter Mosẽ tamẽ, à quo nihil fere discisci) nullus omnino esset antea cõsecutus. quod quidem ob meritũ eum Ægyptij omnes, Persæ, Medi, Chaldæiq;, atque alij quã plures magni nominis populi suspexerũt, supraq; hominẽ & admirati, & veneratj sunt: quãdoquidẽ Athenienses, vt autor est Plinius, propter ingenij excellẽtiã, clarissimaq; rerũ antiquarum traditiones publico in gymnasio inauratã linguã statuã illi collocarunt. Verùm ad ea à quibus digressi fortasse videmur, redeamus. Quod igitur in Armenia Saga principio reparatum fuerit hominum genus, vel illud satis admodum declarare potest, quod Moses ille historicorum omnium, vt Græci dicunt,

dicunt ἱστορικῶτατ scriptum reliquit. Requieuit inquit, arca mense septimo decima septima die mensis super montes Ararat. Quod interpretum eruditissimus Hieronymus explicans: est inquit, Ararat regio in Armenia campestris, per quam Araxes fluit incredibilis vbertatis, ad radices Tauri montis, qui vsq; illuc extenditur. ergo & arca in qua liberatus est Noe cum liberis suis cessante diluuio, non ad montes generaliter Armenia delata est, qua appellatur Ararat: sed ad montes Tauri altissimos, qui Ararat imminent capiti. hac ille. Quæ omnia, ἐκ τῆ τῶν χρόνων ἱστορίᾳ Archilochus, & ex Mnasea Phœnice, & ex Mose Indæo pulcherrime collegit sta dicès: Mnaseus Phœnix Damascenus libro. xcvii. historiarum asserit ante Ninum fermè ducentis quinquaginta annis fuisse inundationem terrarum, & quendā, cui testimonium perhibet Moses antiquissimus historicus, liberatum circa fluuium Araxem, ad montes Caspios: tumque recenti cælo & rudi humano genere vixisse auream vitam, in qua nullo ferente legem natura ipsa vigebatur: quousq; Ninus, & Semiramis arma populis inferentes primi vitam vitiare cæperunt humanam. Verum (vt hoc nunc παρέργως agam) nequaquam vos conturbet, quod mons ille, ad quem arcam delatam ferunt à Hieronymo quidē Taurus, ab Archilocho autem Caspius, a Beroso vero Gordiæus nuncupetur. nam vnus atque idem est mons, quamuis diuersis in locis variisq; a gentibus & scriptoribus diuersa sibi ascisçat nomina: vti potissimū videri video C. Iulio Solino, cuius verba in presentiarum omittere incuriosum planè videretur. est enim eius de Tauro mōte & clarissima, & illustris oratio. Mons, inquit, Taurus ab Indico primò mari surgit: deinde a scopulis Chelidoniis inter Aegyptiū, & Pamphylium pelagus, obiectus Septentrioni dextro latere, læuo meridiana plaga, Occidenti obuersus fronte profusa, sed modo intercluditur Phœniceo, modo Ponticosinu, interdum Caspio, vel Hyrcano: quibus renitentibus subinde fractus contra Mœoticum lacū flectitur, multisque difficultatibus fatigatus, Riphæis seingis annectit, progentium & linguarum varietate pluriferiā nominatus: apud Indos Imaus, mox Paropanisus, Cohatras apud Parthos, post Niphates, inde Taurus, atque vbi in excelsissimam sublimitatē Caucasus, interea etiam à populis appellationem trahit: ab dextro latere Caspius dicitur vel Hyrcanus: a læuo Amazonicus, Moschicus, Scythicus. adhæc vocabula habet alia multa. hæc ille. Nos verò vt instituimus, ad reliqua pergamus. quæ tametsi possint a me & ornate, & electissimis quoque verbis recenseri, attamē quo & clariora vobis ipsis appareant, & summa cum delectatione orationi quoque nostræ autoritate afferant, & fidē, ea omnia Berosianis, Catonianisque verbis, quibus libenter admodum vti solco, pertexā. ea sunt: Itaque necesse est, inquit Berosus, nos ex præmissis confiteri quod & Chaldæi & Scythæ scribunt, siccato ab aquis orbe non fuisse nisi tantum octo homines in Armenia Saga, Noach scilicet cum tribus filiis Sumo, Iapeto, & Chamese, & vxoribus Titea magna, Pādora, Noela, & Noegla, & ab iis omne hominū genus in terris

A semina: tum. exsiccata nanque humo & torrefacta terra quū vt par erat, è Gordiæo monte in subiacentem planitiem cadauerum plenam descendissent, quam vsque ad hanc ætatem appellant Mus Asam, id est exsicceratorum hominum, continuo congressi coniugibus perpetuo geminos marem, & fœminam edidere, quos adulti, & coniuges effecti, & ipsi binos partu liberos semper ediderunt. Neque enim vnquam Deus, aut natura defuit necessitati, quæ ad vniuersi orbis spectat opulentiam. Eo pacto breui in immensum adauctō humano genere, omnique Armenia completa, quum eos inde recedere, atque nouas sibi sedes conquirere necessitas coopelleret, tum senissimus omnium ac sapientissimus pater Noach, qui & Ianus, adhortatus est homines principes ad comparandas nouas sedes, & cōmunē coetum inter homines agendum, & ædificandas vrbes. Designauit itaque tribus filiis suis ante diluuium genitis, tres illas orbis partes, Asiam, Aphricam, & Europam, vt ante Cataclysmum viderat. singulis autem his, principibus singulas partes ad quas irent partitus est: illud in primis maxime præcipiens, vt nomina sua locis quæ tenuerint, montibus scilicet ac fluuiis, vrbibus, ac populis quorum essent imperium obtenturi, imponerent in signum expeditionis a Iano patre sibi commissæ, & ad monimētum posteris, vt scirent quis eorum conditor fuerit. ipse vero per totum orbem colonias se traducturum pollicitus est. Quapropter ex ea Scythia Saga quā Berosus & alii Armeniam vocant & Arameam (Scythas enim populos, vt inquit Plinius, Persæ vniuersos Sagas appellauere à proxima gente Saga, antiqui vero Arameos) Ianum patrem siue Noach eum coloniis primum transfretasse, præter Berosum ipsum quæ euncta Iani gesta immortalitati scriptis suis consecrauit, Cato quoque noster eruditissime admodum, succinctēque asserit dicens: Ex his Scythis traditum venisse Ianum eum Dyrum, & Gallis progenitoribus Vmbrorum, ratēque cum colonis per Tyberim vectū ad lanū Tyberis Hetruriam tenuisse locum: vbi coloniis in continente primum expositis, & ipsum Deū simul Vaticanum habitum dictumque fuisse, & regionē Vaticanā, i.e. Vagicanā dictā, quod ibi Ianus quasi in cunis natam primū vagientēq; Italiam exceperit. & quæ sequuntur. Quocirca hisce omnibus ita consideratis facile licet intelligi, de principe Italiæ ita statui oportere, quemadmodū & Fabius Pictor, & M. Cato monimentis testantur suis: aurea scilicet ætate natam Italiā gente Phœnicea & Saga quam posteriores Armeniā Arameāque dixisse, ex iis quæ cēsuimus plane quidem compertum habemus. Sub vniuersi verò terrarum orbis principe Noach, quem priscæ Scytha cum Ogygem Sagam, id est, vt Berosus exponit, illustrem sacrorum pontificem, tum obiumenta vitæ, vnicque beneficium, Ianum patrem appellauere (Aramæa namque, Hebraaque lingua vinum יין Iain dicit nemo est qui nesciat, qui vel prima Hebræa lingua rudimenta perceperit: atque hinc Italiam primum à Iano Janiculam cognominatam fuisse Cato scriptum reliquit. Italia, inquit, cōplura a Diis & ducibus sortita fuit nomina: a Iano

G 2 quidem

quidem Ianiculã, quem quidam Oenotrium dictũ existimant, quia inuenit vinum & far. Itaque, ne longius à proposito aberremus, qui primi Italiam tenuere populi, hos Scythas Arãeos siue Armenios Sagas extitisse, neminẽ vestrum ignorare iam arbitror: qui primum à Iano patre, vt dictum est, in Italiã deducti, à fluctibus quidem, à quibus aquosa cladis tẽpore naui erepti sunt, Syro, Hebraeoque sermone Galli Vmbrorum progenitores, & ab ipso patre Iano Ianigenae sunt nuncupati: quos deinde Romani Hetruscos, Graci vero à sacrorum peritia Thuscos, & à Tyrrheno Tyrrhenos appellarunt, quemadmodum & ex iis quae hesterna die recensuimus, & ex Manethone Aegyptio, Myrsiloq; Lesbio facilè licet intelligi. ita enim, Manetho: Secundo, inquit, Menophis Aegyptiorum regis anno, Tarchon Priscus regnat apud Razenuos Ianigenas, qui nunc dicuntur Tyrrheni, & Tuscí, ob Tyrrhenum & peritiam diuinorum, quae à Iano didicerunt. Myrsilus autem, ipsi quoque, inquit, Romani fatentur, Hetruscos esse vetustissimos, & aureo seculo natos, à quibus aras, ritus, diuinationes, colonias, & disciplinas habuit prisca Italia, initio sumpto à prima eorum tetrapoli dicta Hetruria, à qua illos Romani Hetruscos cognominarunt. haec illi. Sed nos his cum inquirendis, tum explicandis nimij fortasse fuimus: ea enim tantum attigisse, quam mẽbratim disseruisse consultius fortasse fuerat. verum quoniam haec ipsa sunt huiusce indagationis nostrae principia, ob id permissum mihi fore arbitratus sum in hoc confessu licentiore vti posse, sine autoritate, sine exemplis hominum sanè doctissimorum. Quamobrẽ iactis hisce fundamentis, ad illa statim transeo, quae secundo loco videntur ex Mose, Berosoque recensenda. Scribunt namque Noaum illum, quem rerum gestarum magnitudo olim inter deos exterarum gentium retulit, quemque Hebraei patria lingua Noach, Metasthenes vero Persa, & Archilochus, & Xenophon, & Fabius Pictor, & Solinus, aliique nonnulli Oggem priscum, Ianumque nuncupant, principique terrarum inundationi praefuisse, atque vniuerso orbi tradunt imperasse, ante Cataclysmum, quum quingẽtos annos natus esset, tres filios genuisse, Samũ scilicet, Chamesem, ac Iapetum: qui Hebraica lin- Sem, Cham, Iapheth, appellantur: à quibus post diluuium procreata sit omnium hominum multitudo, ab eisque è prisca Armenia centesimo primo post inundationem anno egressis, regna, gentes, linguas, ac primarias mundi partes captas, habitataque fuisse: quas fama tenet fuisse duas & lxx. quemadmodum & ex, ix. Geneseos capite, & ex his etiam Hori Apollinis Niliaci verbis facile licet cognosci: Lunam autem, aut terrarum orbem, aut litteras, aut sacerdotem, aut iram, aut stagnum describere volentes, Cynocephalum pingunt: ac Lunam quidem primo quoniam &c. deinde nõ multò pòst haec subdit dicens: Orbem terrarum verò, quia duas et lxx. regiões principales orbis terrarum esse aiunt. & quae sequuntur. Eo autem anno, quem diximus, orbis terrae diuisionem à Iano patre factam fuisse, Palegh, Heber filij, nomen apertè admodum arguit. nam illi ex euentu Palegh, quod diuisionem sonat nomen impositũ fuisse,

A Hebraea haec Mosis verba significat: ולעבר ילד שני בנים שם האחד פלגי כי בימיו נפלגה הארץ vlhèbær iullad scene banim scem hechad Pælegh, chi beiamaf niplegah haarætz. hoc est: Et ipsi Heber nati sunt duo filij, nomẽ vnius Palegh quoniam in diebus eius diuisa est terra. at verò natũ fuisse Palegh anno post aquarum eluuiem centesimo primo, quisquis apud Mosem annos vitae, Sem, Arphachsad, Selach, & Heber cõputauerit, facile prorsus intelliget. His itaq; temporibus, vt Philo Iudaeus B aliiq; Hebraeorũ interpretes de multiplicato humano genere tradũt, Noaus ille Ianus pater, vna cũ tribus liberis, ac colonis nonnullis in Pontũ venit, ratibusque aquor omne Mediterraneũ circũlustrauit, ostendens primò Sem littus õne Asiaticũ à Tanai, vt scribit Arnobius, per Bosphorũ vsq; ad Nilũ Aegypti: Cham verò siue Chamesi à Nilo littus Aphrica vsque in angustias Oceani, & Gadiũ, Iapheth autem (quem Iapetũ Graci dicũt (omne littus Europae a Gadibus vsq; C ad Tanaim: & singulis prouinciis, praesertim verò litoralibus dimisit primus colonias. Verũ hãc orbis terrae diuisionem Graecus quidã sacrarũ litterarũ interpres, cuius quod fuerit nomen aut patria nondum accepi, hunc in modum absolnit dicens:

ὁ γὰρ θεὸς Νῶε, διαμερίζει πάντα τὸν κόσμον ἄνθρωπος τῆς τρισὶν υἱοῖς αὐτοῦ τῷ κλήρῳ, διελθὼν ἑκάστῳ μερίδα, κατὰ κλῆρον ἑκάστῳ ἀπονέμας. καὶ τῷ μὲν πρώτῳ υἱῷ, Σὴμ ἐπέστε κλῆρος ἀπὸ πέρσιδος, καὶ βάκτρων ἕως ἰνδικῆς· μῆκος δὲ κλῆρος ἕως ῥινοκόρων· πεῖται δὲ αὕτη ἡ ῥινοκόρα ἀνὰ μέσον Αἰγύπτου καὶ παλαιστίνης, ἀνίκρυ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης· χώρα δὲ τῷ Ἑλυμαίῳ ἀπὸ τῆς αὐτῆς ῥινοκόρας ἕως γαδείρων πρὸς νότον. ἰαφὲθ δὲ τῷ τρίτῳ ἀπὸ μηδίας ἕως γαδείρων καὶ ῥινοκόρας πρὸς βορᾶ. τῷ οὖν Σὴμ παῖδες· καὶ παίδων παῖδες ἕως ἂν γλῶσσαι διεμερίσθησαν, καὶ εἰσὶ διεσπαρμένοι ἐν γλώσσαις, καὶ ἐνόμασιν αὐτῶν εἰσί.

Ex his igitur tribus Iani filijs, lxxij. coloniarum duces E prodijsse, tam Mosaica quam Berosiana loquuntur monumenta, è queis, lxxij (vt diximus) primarie orbis terrarum regiones ortũ pariter ac nomen habuerunt. Ast ego ex his tantum eos referam, per quos Cenomanorum nostrorum manauit origo: secluſis iis omnibus, qui ad hanc rem minimè pertinent. Itaq; primo Chamesem Iani filium, quem Hebraei Cham, Aegyptij verò Chem & Chemesenuum, Zoroastremq;, ac Saturnum suum nominant, quattuor filios genuisse Moses quidẽ ipse, & Hebraei omnes asserunt. quorũ apud Hebraeos propria haec sunt nomina: Chus Mestraim, Chanahan, Phut, è quibus priorem Chus (qui à Beroso Chur appellatur) Aethiopas ac Curetes genuisse praeter Berosum Iosephumq;, autor quoque ille Graecus cuius supra mentionem fecimus, ita scribit: filij Cham Chus, à quo Chusaei Aethiopes. Hinc & à Semiramide Chus Saturnum Aethiopem nuncupatum fuisse percepimus, in columna quam Nino regi eam erexisse Xenophon tradit: in qua subscripta excisa erãt verba, quibus Ninum maritum ita loquentem induxerat:

MIHI PATER IVPPITER BELVS
i. Nimbrotus
AVVS SATVRNVS BABYLONICVS
i. Chus
PROAVVS CHVR SATVRNVS ÆTHIOPS
i. Cham.
ABAVVS SATVRNVS ÆGYPTIVS
i. Noach
ATAVVS COELVS PHOENIX OGYGES

AB OGYGE AD MEVM AVVM

SOL ORBEM SVVM CIRCVMLVSTRAVIT
i. Fluxerunt anni C. XXXI.
SEMEL AC TRICIES ET CENTIES
i. LVI.
AB AVO AD PATREM, SEXIES ET QVINQVASIES
i. LXII.
A PATRE AD ME, BIS ET SEXAGIES

COLVMNAM, TEMPLVM, STATVAM,

IOVI BELO SOCERO, ET MATRI RHEÆ

IN HOC OLYMPO SEMIRAMIS

DICAVI

Mesraim verò alterum Chameſis filium initio Ægyptum tenuiſſe, & ab eo Ægyptios fuiſſe cognominatos, Ioſephus, Hieronymus, Auguſtinus, aliq; omnes tàm Hebræi quàm Græci, Latinig; ſacrarum litterarum interpretes conſtantiſſimè tradunt. in ſacris ſiquidem litteris Ægyptum vbiq; Meſraim appellari ſolitam neminem ignorare arbitror, qui vetus ſaltem Hebraicè legerit inſtrumentum. ſed & auctor ille ἀνώνυμος, Meſraim inquit, à quo Meſræi Ægyptij: & Suidas, Meſerem inquit eſt Ægyptus. verum multa hoc loco de Meſraim hoc Chameſis filio ſcitu nequaquam indigna ſeſe nobis offerunt, quæ iampridem ex priſcorũ monimentis magno labore perueſtigauimus: quibus explicandis, quoniam haud eſt ſatis idoneum nunc tempus, cum ſit res ipſa multiplex, ac maioris otij, multumq; etiam laborioſa, non equidem inuitus ea prætermittam. Vereor autem ne etiam fortaſſe vobis nimis antiqua, & iam obſoleta videantur. Tum Marcus. Ita ne nos, inquit, Marſili, cum in ſummam adduxeris expectationem, deſeris? Atqui hæc minimè vetuſta, aut obſoleta nobis videri poterunt, qui te hisce de rebus vt diſſereres, præſertim rogauerimus. qui autem fieri poteſt, vt ea nobis obſoleſcant (de me ſaltem loquor) quæ nihil dum audierimus? aut ab aliis (quis ſciam) ſcripta legerimus? quamobrem perge obſecro: multum enim (vt opinor) ad eam priſcarum rerum cognitionem, quam quærimus, explicatio tua iſta proficerit. Et ille, & ſi hæc inquit, ſunt, vt Græci dicunt, πυρὸς τὸ ἔργον, ne non tibi tamen Marce vel petenti vel iubenti morem geſſiſſe videar, eius attingam, vel magis ſelegam eam partem, quam memoratu aut cognitione dignorem eſſe perſpexero.

Tu vero, vt videtur, inquit Marcus, ſed aueo audire quæ polliceris. Tum Marſilius, complures, inquit, à me viri optimi tùm firmiſſimæ rationes, tùm locupletiſſima quoq; doctiſſimorum hominum auctoritates in medium afferri poſſent, & vnaquæq; earum multis etiam argumentis confirmari, quibus facile admodum oſtenderem Meſraim iſtum, de quo nunc loquimur, Oſiridem illum Ægyptium extitiſſe, quem & Apim, & Serapim, & Dionyſium Libycum, & Iouem iuſtum Olympicum, appellari ſolitum accepimus: ni, quum brevitati ſtudeamus, ea res longius nos ab inſtituto traheret. Proinde hac vna, quam nunc referam, ratione, eaq; omnium vel firmiſſima, vel clariſſima contenti erimus. Principio ſatis vos exiſtimo ex his, quæ ſupra diximus, intellexiſſe, Cham illum ſiue Chameſenn Iani filium à priſcis Saturnum Ægyptium fuiſſe cognominatum: quod & Semiramis in columna, & Beroſus quoq; noſter hiſce verbis eruditiſſimè expreſſit dicendo: At vero Cham, quùm publicè corrumperet mortale genus, aſſerens, & re ipſa exequens, congrediendum eſſe, vt ante inundationem, cum matribus, ſororibus, filiabus, maſculis, brutis, & quouis alio genere, ob hoc electus à Iano piſſimo, & caſtimonia, atq; pudicitia refertiſſimo, ſortitus eſt cognomentum Chemeſennũ, id eſt, Chem infamis, & impudicus, incubus, propagator: eſt enim Eſem *apud Scythas Aramæos infamis, & impudicus,* Enua *verò tum impudicus, tum propagator. Eum inter homines huius dogmatis ſecuti fuerunt Ægyptij, qui ſibi illum ſuum Saturnum inter Deos adoleſcentiorem fecerunt, & ciuitatem illi poſuerunt dictam Chemmin: à qua ad hanc ætatem omnes ciues illius appellamus Chemmenitas. verùm poſteri hoc vitioſum dogma neglexerunt, retento quod fuit primis moris vt inter fratres, & ſorores conſtuprum inire poſſet. hæc ille. Quum autem is Ægyptiorum Saturnus ex ſorore pariter & coniuge Rhea filium ſuſcepiſſe Oſiridem nomine, vna omnium voce prædicetur, eumque totius Ægypti imperium tenuiſſe contendant vniuerſi, ecquid cauſæ eſſe poteſt cur non eundem cenſeamus eſſe Oſirim, qui & Meſraim eſt? quem iam ſupra demonſtrauimus, & Cham, ſiue Chameſennus filium, & Ægypti regem extitiſſe? quum idem ex Chameſenno, Rheaque natũ fuiſſe acgenerationem Oſirim, eumq; ſororem Iſidem (vt intera ſileam & Diodorum Siculũ, & Plutarchum, nec non & Oſirianam columnã, quã tamen, ſi tempus ſuppetet, non multo poſt referam) cum primis clariſſimè doceat idem ille Beroſus? quem ego autorem vehementer ſequor: cuius è quinto volumine, diuerſis tamen in locis, verba hæc ſunt: Eodem, inquit, tempore Triton reliquit filium Hammonem regem Libyæ, qui accepit coniugem Rheã ſororem Chameſennis Saturni Ægyptiorum, ſed tamẽ ex Almãthea adoleſcentula, clam Rheã, Dionyſium ſuſtulit,*

stulit, & in Nysam vrbem Arabiæ educandum misit. deinde paulo infra: At apud Libyam lis orta est inter Rheam & Hammonem ob stuprum admissum cum Almanthea: querebatq; Rhea vbi Dionysius esset, vt eum perderet: & diu lis ista, rixaque perseuerauit. & iterum: Interea cum Italia discessisset Chamesenus; ad illũ Rhea venit, & illi nupta, ambo contra Hammonem cum Titanibus pergunt: ibiq; bello commisso, pellunt regno Hammonem, & in Cretam cogunt. quum in Libya Chamesenus regnat, parit ex Rhea sorore Osirim, quem cognominauit Iouem. & paulo post iterũ: Eadem tempestate Dionysius Hammonis filius armis sumptis Rheam, & Chamesenum regno paterno pellens & secum Osirim retinens, in filiũq; adoptãs, eum à patre suo, Hammonẽ Iouẽ cognominauit: vti à magistro Olympo, Olympicum: eique totius Ægypti regnũ tradidit. & rursus: Huius inquit (scilicet Semiramidis) primo anno oritur ex Chamesene in Ægypto Iuno Ægyptia, cognominata Isis, maxima, frugifera, legifera, soror, & vxor Osiridis, & quæ sequuntur. Quæ cum ita sint; perspicuum õnino est, quãuis nõdum quisquã (qui scia) id aperte dixerit, scriptũque reliquerit, eundem penitus fuisse Mesraim, qui & Osiris dicitur. cuius adeò multa ac diuersa fuerunt nomina atque cognomina (quot enim sunt hominum linguæ, toi esse Deorum nomina scite admodum apud Ciceronem Cotta loquitur) vt plerique eum tum Solẽ tũ Liberum patrem, ac Dionysiũ extitisse crediderint: quem admodum clarissimè videri potest apud Diodorũ Siculum Eusebiumque, ac Macrobium, tùm etiam apud Ausonium vatem, apud quem illud est epigramma:

Ogygiæ me Bacchum vocant;
Osirim Ægyptus putat:
Mysi Phanetem nominant:
Dionysium Indi existimant:
Romana sacrum Liberum:
Arabica gens Adonium:
Lucaniacus Pantheum.

Verum hanc nominum confusionem ob id præcipuè accidisse contenderim, quia Græci, vt sæpe iam diximus, non tantum ritus, & sacra veterũ Deorum, sed etiam nomina eorum, ac cognomina suffurati sunt. Quorum princeps Orpheus, vt Demosthenes asserit, huius Osiridis sacra, ac ceremonias, nec nõ & cognomina ex Ægypto adnexit in Græciam, & in Iouis, ac Dionysii orgia transtulit. Quamobrem varias discrepantesq; antiquorũ scriptorũ de Osiridis nomine sententias Plutarcho Cheronæo insinuante didicimus eo in libro, qui ab eo de Osiride ac Iside ad Cleam mulierem editus est, quo quidem opusculo omnia fermè quæ veteres historici, ac Philosophi de his tradiderũt, elegantissimè complexus est. vbi illud in primis refert, Ægyptios credere Osirim illum ex Saturno, & Rhea natum fuisse, eumque tãquã Ægyptiorũ omniũ Deorum, ac Regum principem, oculo, & sceptro in sacris eorum litteris quæ ἱερογλυφικὰ nuncupãtur, inscribi solitũ: ac in oculo quidem prouidentiã numinis, in sceptro autẽ potentiam declarari. Nomen vero Osiridisque fuisse interpretari multiocului inflexione ducta quod verbum, ΟΣ, quod prima est huius vocabuli syllaba, lingua Ægyptiaca idem significet quod, multum: reliqua ante huius nominis pars quæ est IRIS, idem sit, quod oculus. alioquin dicere nomen Osiridis, δοὺς τῦ ἱερὸν, τοῦτ' ἐστὶ id est à sancto, & sacro compactum fuisse: quia communis ratio sit rebus cœlestibus, & inferis, quarũ priores sacræ, posteriores sanctæ à veteribus appellarentur. Et post multa, quæ sub copiosa verborum, ac rerum occultissimarũ densitate, luculentissimè tradidit, quæq; ob hoc solum nobis prætereunda sunt, ne eiq; ad fastidium sermo protrahatur, hoc postremo adiungit: Ægyptios recte dicere Osirim, & Liberum patrem eũdem fuisse mox Osirim natura mortalem exutum, Apim, ac Serapim appellatũ (consueuerũt enim gentes, vt auctor est Lactantius, immutare nomina hominibus post mortem cõsecratis) per hæc Serapim Deum esse omnibus cõmunem, qualem & Osirim norunt, qui eius sacris initiati sunt. hinc Heraclitum physicum putare Serapim esse Ditẽ, siue Plutonẽ ac Liberũ patrem. præterea non recte affirmare Philarchum Liberũ patrem primum fuisse, qui ex India in Ægyptũ duos boues adduxerit, quorum alter Apis alter Osiris vocaretur sed cõmodius Ægyptios sacerdotes existimare, duo nomina Osirim, & Apim in vnum Serapim coisse coaluisseq; ac si, Osirapim diceremus. Apidem porrò vt speciosam imaginẽ Osiridis credi. Hæc atq; alia complura facũdissimus ille, eruditissimusque philosophus tradit: quibus si ea quoque quæ de Osiridis præclarissimis rebus gestis Berosus, ac Diodorus Siculus scriptis mãdarũt suis, quàm breuissimè fieri poterit, adiunxerimus (quãquã id à me minimè exigeritis) satis me vestris feciisse votis existimabo. Ferũt igitur regnante Osiride, quẽ Moses Mesraim vocat, inopem vitam, & ferinos mores ab Ægyptiis depulsos fruge mõstrata ac legibus cõstitutis, publicatoque Deorum cultu. eũ præterea Osirim scriptitãt tãquã virũ optimũ famæque cupiditate adductũ Ægypti regno cõstituto, ac rerũ oniũ cura Iunoni Isidi sorori, cõiugiq; tradita, coacto ingẽti exercitu, vniuersum peragrasse orbẽ, domuisseq;, ac ciuilizasse hominũ genus, nõ armis, & bello compulsum, sed sermone blãndo magna ex parte adductũ, suauibusq; cantilenis illectũ. Quũque agricultura rudes adhuc essent homines, & pastoritiam tantum vitam agerent: docuisse eos & serere arbores, & putare vites, & arare terram. vnde illud præclare apud Tibullum:

Te canit, atque suum pubes miratur Osirim.
Barbara Mẽphitem plangere docta bouem.
Primus aratra manu solerti fecit Osiris,
Et teneram ferro sollicitauit humum.
Primus inexpertæ commisit semina terræ:
Pomaque non notis legit ab arboribus,
Hic docuit teneram palis adiungere vitem:
Hic viridem dura cædere falce comam.
Illi iucundos primum matura sapores
Expressa incultis vua dedit pedibus.

Huius igitur tot & tam ingentia merita, ita Ægyptii remunerandæ censuerunt, vt eũ Apim, ac Serapim cogno-

cognominantes, sacrosq; eidem taures dicantes, hunc quidem Apim, alterum verò Memphitem nominatos, præclarum eius nomen ac memoriam perpetua veneratione celebrarent. Verùm si non sum nescius Diodorum scribere, alia quoq; de causa taures Osiridi dicatos fuisse: nempe quod hoc præcipuè animantia frugum inuentoribus Isidi videlicet atq; Osiridi maximo usui, adiumentoq; & ad serendum, & ad communem agrorum culturam extitisse commemorarentur. unde Eustathius in Dionysium Libyæ refert. Taures populos ab animali quadrupede tauro cognominatos, propterea quod ibi iunctis bobus Osiris terram araturus. Ob id consuetudine priscos homines in nummismatibus altera quidem ex parte regem, altera vero bouis effigiem extundere, auctor est doctissimus Homeri interpres. ἑκατόμβοιο, inquit, ἑκατὸν βοῶν τιμῆς ἄξιον, ἢ ἑκατὸν χρυσῶν νομισμάτων. οἱ γὰρ ἀρχαῖοι τιμῶντες τὸ ζῶον τὸν βοῦν, ἀλλὰ πολλὰ μὲν καὶ ὅτι ὅλη ἱερόν ἐστιν ἐν χαράγματον τῷ μὲν ἑνὶ μέρει τὴν νομίσματα τοῦ βοῦν, τῷ δὲ ἑτέρῳ, τὸ τῆς βασιλέως πρόσωπον.

Caterum his rebus ita gestis, illud postremo Berosus, & alij tradunt Osirim ipsum deuictis, sublatisq; in toto orbe terrarum infestissimis gigantibus, ac tyrannis, in Italiam demum anno post diluuium DXLIX. peruenisse, eiusq; imperium annis fermè decem cum obtinuisset, & a suo cognomento Apēninam in triumphum appellasset, posthac in Ægyptum reuersum columnam erexisse: octauoq; supra vigesimum imperij sui anno cessisse vita, sepultumq; in Olympo monte una cum Isidi coniuge: qui mons est in Æthiopia Ægypti secundum mare Erythræum, quod quidam a colore, (sed an rectè nescio) Rubrum vocant, non procul ab Heliopoli. hunc aiunt nonnulli ab ortu Solis ad quartam vsq; diei horā flammas emittere. Plerisq; tamen scribunt Osirim nō in Olympo monte, sed in Memphi ciuitate fuisse conditum, quod Memphim nonnulli portum boum, alij Osiridis tumulum interpretentur. Caterum his ita traditis (vt & aliquantulum vager, & ne qua ex parte nostra desideretur oratio) illud minimè inexplicatum præterierim, Italiā scilicet vt & ātea leuiter attigimus, ab hoc Osiri, siue Api quem Antiochus Taurum, Cicero sanctum Ægyptiorum bouem interpretatur, Apēninā, id est Taurinā fuisse cognominatā. id enim Berosius, & Cato vel soli (quod meminerim) apertissimè scriptitarunt. è queis Berosus, vigesimo, inquit, nono Belochi decimi Assyriorum regis anno apud Celtiberos Lomnini florebant, & edificauerunt a suo nomine vrbem magnam Lomniam. Anno autem sequenti Itali oppressi a tyrannis gigantibus in tribus Palensanis, aduocauerunt Osirim, qui cum colonis ad Histri vicinos fontes peruenerat. Osiris vero tota Italia potitus, decem annis illam tenuit, & a se nominauit in triumphum: & sub ditione positis gigantibus, regem Ianigenis reliquit Lestrygonem gigantem sibi ex filio Neptuno nepotem. His rebus gestis in Ægyptum reuersus columnam, quæ permanet, inscripsit in monimentum expeditionis suæ per totum orbem. hæc hic. Quum ergo Osiris rex, Italiæ nomen dederit, vrbq; eam a cognomine suo Apiam, siue Apēninam appellasset, consentaneum est: a quo antea & Peloponesus Ἀπία καὶ Ἀπίη, vt est apud Homerum, cognominata. Italiam Antiochum Syracusanum (vt video nostrum Catonem scribere) affirmare solitum accepimus. Italia enim, inquit ille, complura a Dijs, & ducibus sortita sunt nomina. a Iano quidem Janicula, quem quidā Oenotrium dictum existimant, quia inuenit vinum & fur: Chamesena vero a Chamese, & a Saturno Saturnia, Saleumbrona quoq; a gentilibus. Duravit Saturnia nomen totidem ferme annis, quot antea aurea ætas vsq; ad Apim Deorum Italiæ vltimum, vt Antiochus Syracusanus scribit: a quo Apēnina, quam Taurinam idem interpretatur: etsi Græcis de more quidam a bobus Herculis, quos opimos gignit Italia, vt ait Hellanicus: aut a vitulo egresso, vt ait Herodotus: vel quod quidam Græci boues vocant Italos, vt fabulator Timæus, dictam existiment. Inde a duobus fratribus altero Hesperia, altero Italia postremum nomen retinuit. hæc Cato. Præterea ab eodem Api in Italia Taurisium ciuitatem, quam corruptè Trusium dicunt, nec non & Taurisanos populos (quos etiam Tauriscos Strabo appellat dicens: Quoniam a Polybio prodítum est, sua ætate apud Aquileiam, maximè verò in Taurisciis & Noricis inuentum fuisse aurum) conditos fuisse, idem Cato testatum reliquit: Taurisanos, inquit, Persæ genti ab Api duce conditum asserunt. Quare hinc & Taurisium vrbem nomen traxisse quis est qui dubitet? & montes quoq; Taurisanos, de quibus eruditè Plinius. Venetia, inquit, cuius fluuius Sulis è montibus Taurisanis. Sed hæc satis. Nunc quoniam qua de Osiride postulasti Marce iam absolutus. Tum Marcus eum interpellans: verū inquit profectò dicis Marsile, sed si eam quoq; Osiriane columnæ inscriptionem, cuius Berosius meminit, & quam ātea promisisti, reddideris, tum mehercule confecta res est hæc ex mea penitus erit sententia. existimo enim te in ea referenda, explicāda quoq; nouis aliquid, vt soles, allaturum. Tum Marsilius ô miram, inquit, memoriam Marce tuam! at ista mihi iam exciderant. Itaq; vt tibi omni ex parte morem geram, ad Diodori Siculi me nunc libros conuertam: cuius hæc sunt ex priori volumine de ea Osiriana inscriptione, quam requiris, verba: Haud vero, inquit, inscius sum, a nonnullis scriptoribus tradi horum Deorum sepulchra in Nysa Arabiæ sita, a qua Nysæum Dionysium appellent. esse autem vtriq; dicatam columnā sacris sculptam litteris tradunt. Inq; columna Osiridis hæc scripta dicuntur:

MIHI PATER SATVRNVS DEORVM OMNIVM IVNIOR. SVM VERO OSIRIS REX, QVI VNIVERSVM PERAGRAVI ORBEM VSQVE AD DESERTOS INDORVM FINES: AD EOS QVOQVE SVM PROFECTVS, QVI ARCTO SVBIACENT; VSQVE AD HISTRI FONTES. ET ALIAS QVOQVE ORBIS ADII VSQVE AD MARE OCEANVM PARTES. SVM SATVRNI FILIVS ANTIQVIOR: GERMEN EX PVLCHRO ET GENEROSO ORTVM: CVI NON SEMEN GENVS FVIT. NEQVE VLLVS EST IN ORBE, AD QVEM NON ACCESSERIM LOCVS, DOCENS EA, QVORVM INVENTOR FVI.

Quo quidem in Osiriano Epigrammate illud inprimis scitu quàm pulcherrimum, atq; optimum iudicamus, Ianum patrem, quem supra in Semiramidaa columna Cœlum fuisse nuncupatum audiuimus, eundem nunc doctissimè ab Osiride, Non semen, *id est; castratum appellari, (Ianum autem siue Noach patrem fuisse Chamesis Saturni Ægyptiorum, Chamesem verò Osiridis, iam satis supra demonstratum est) quo profectò cognomine historiam meherculè perreconditam de Iano, & Chamese pauculis admodum verbis attigit: quã tamen nuper apud Berosum Chaldæum copiosè, ac diligenter explicatam reperi. cuius verba quia memoriæ teneo, non illibenter expromam. Cæterum, inquit Noach antequam discederet ab Armenia, docuit illos simplicem agriculturam, magis curans religionem, & mores, quàm opulentiam, & diuitias, quæ ad illicita & libidines prouocant, & cœlestium iram nuper induxerant. Primus tamen omnium inuenit vites, atque plantauit, & vinum conficere docuit: cuius vim expertus, & vapore ebrius effectus, minùs pudicè in terram cecidit. erat autem illi, vt diximus, filius ex tribus primis adolescentior Chem, qui semper magicæ & veneficæ studens, Zoroastri nomen consequutus erat. Is patrẽ Noham odio habebat, quia alios vltimo genitos ardentius amabat, se verò despici videbat. Potissimè verò idem infensus erat patri ob vitia. Itaq; nactus opportunitatem, quum Noah pater madidus iaceret, illius virilia comprehendens, taciteq; submurmurans, carmine magico patri illusit: simul & illum sterilem perinde ac castratum effecit: neq; deinceps Noah fœmellam aliquam fœcundare potuit. ob beneficium tamen inuẽtæ vitis, ac vini, dignatus est cognomento Iano: quod Aramæis sonat vitifer. Quo circa illud Græcorum impudentissimum sanè furtum, apertissimumq; mendaciũ*

A *non satis dignè mirari queo, qui (vt sunt genius hominum, autore Plinio in suis gloriã effusissimum) rem hãc tam inconcinnè, tam seriam fabulosè ad Saturnum Cretensem transtulerunt. Nam, vt inquit Cicero, vetus hæc opinio Græciam opplenit, exsectum Cœlum à filio Saturno, vinctum autem Saturnum à filio Ioue. Sed de his disseruerunt & subtiliter, & copiosè Diodorus, ac Lactantius Firmianus, & alij complures rerum gestarum scriptores, quos propter rationem brevitatis, ac temporis prætereũdos arbitror. tempus enim me citius,*
B *quam oratio deficeret, si ea omnia, quæ hisce de rebus nõ incommodè dici possent, enumerare velim. Etenim singulis rebus eiusmodi materies est, vt dies singulos possim consumere: quanquam & hæc vberius fortasse diximus, quam aut ipse decreueram, aut historicorum vsus planè desideret. Sed cum ea essent vel noua vel recondita, ac tacere vllo modo nequirent, strictim omnia, ac summatim, vt putaram, afferri pro dignitate non potuerunt. Itaq; ad tertium Chamesis filium redeamus. At verò Chanaham tertius Chamesenuis filius, quem Phœnicem Græci dicunt, omnem Phœniciæ*
C *partem, quæ initium capit à Damasco, protenditurq; vsq; ad Gazam extremam Palæstinorum vrbem, tenuisse Berosus refert. Chanaham, inquit, posuit colonias à Damasco vsq; in extima Palæstinæ. Itaq; totam illam regionem, quæ & Damascenam & Galilæam, & Samariam, & Iudæam, & Palæstinam, & Idumeam complectitur, à Chanahan isto siue Phœnice Chananeam & Phæniciam nuncupatam ferunt diuinarum scripturarum interpretes. Phut autem postremũ Chamesis filium, qui ab Ægyptijs quidem Phet, à Liguri-*
D *bus verò Pheriton, à Græcis autem, Latinisq; Phaethon cognominatus est, in eã Mauritaniæ partem, quam Libyam incolæ vocant, initio colonias posuisse, & à se Phutensem, siue dicere mauis Phaethontæam nuncupasse, præter Iosephum, Hieronymus quoq; noster apertè scriptum reliquit. Phut, inquit, est Libyes: à quo & Mauritaniæ fluuius vsq; in præsens Phut dicitur, omnesq; circa eum regio Phutensis. multi scriptores tàm Græci quàm Latini huius rei testes sunt. hæc ille. Hinc & Græcus ille autor ἀνώνυμος: Phut inquit, à quo*
E *Phutæi Libyes. Is itaq; Phaethon quum regnum in Phaethontæis, qui postea à Libyco Hercule deuicti, in imperantis nomen, gentemq; concessere, multos annos obtinuisset: tandem vnà cum filio Ligure & nepotibus, & colonijs ex Aphrica, & Ægypto in Atticam, & ex Attica in Italiam, ante Græcos omnes, colonias nauibus transuexit, possediteq; omnia fermè transpadana loca, ac totum Eridanum, anno, teste Beroso, post diluuium, CCCCL. ita enim ille. Anno, inquit, penultimo Araly*
F *septimi Assyriorum regis, classe venit ad Maloth Tagetem Ianigenam Razennuum Phaethon cum suis: qui inueniens omnia ab Ausonijs occupata ab Oriente, & montana à Gallis & Aborigenibus possessa, planitiem verò à Razenuis Ianigenis habitatã, donatus fuit parte Occidentali, possediteq; cum sua posteritate montes, & totum Eridanum vsq; in regionem proximam Istris, relinquens nomina locis. Ex hoc loco Catonem, ac Sempronium autoritatem sumpsisse perspicuum est, dũ asseuerant Phaethontem primum ex Attica in Italiã*

cum

cum coloniis transfretasse: quamquam Dionysius Halicarnasseus eos acriter admodũ vexet, cuius verba hesterna in disputatione retulimus. Verum ei Plinius scitè admodum pro Catone, Sempronioque respondens: Pudet, inquit, à Grecis Italia rationem mutuari: nempe quia propriam omnino nesciunt, & de ea inuicem altercantur. Sed de his alibi fortasse plura etiam dicemus. Caterum, vt inquit Linius, quum Thusci omnia loca, qua trans Padum sunt, primi tenuerint, excepto Veneterum angulo, qui sinum circum incolunt maris, primus omnium Phaethon Venetos fundauit, totumque illum Veneterum angulum tenuit: quemadmodum Cato, ac Sẽpronius tradunt. Venetus, inquit Cato, prima origo Phaethõtea est, qua Grecis occasionem mentiendi de Phaethonte & Eridano præbuit: Posterius mixta hu nobilis stirps Troiana: a quibus Patauium suo conditore inclytum. Sempronius autem: Nam vsque Atrianum flumen, qui limes est Velturrhenorũ & Veneterum, tenuere Hetrusci. Et Venet iam principiò quidem Phaethontai, postea Troiani isdem mixti coluerunt. Hinc ergo perspicuum est principiò quidem Phaethonteam à Phaethonte, postea vero Venetiam à Veneto eius abnepote appellatam fuisse. vti postmodum enodatius explicabimus. Ceterum Huius Phaethõtis filium fuisse Ligurem Berosus, & Cato, & alij tradunt: à quo & Ligures populi, & Liguria Hetruriæ regio maritima nomen habuere, dicente Catone: Hetruria olim Italia princeps ab eorum Metropoli regia sic cognominata, a Tyberi in Macram diffundit̃r. Gens prima illorum maritima Ligurum, dicta à filio Phaethõtis Ligure, quem montani Ligures Pherithon nuncupant: post Tyberina ostia Pheregena primum Hetruriæ oppidum in vicino littore, dictum à Genio Iano qui primus ibi colonias posuit, & à Pherithone, id est, Phaethõte qui colonias adiecit, vti in Liguria montana, vbi a Geny coloniis, Genua oppidum: & ab adiectis Pherettanis ad idem coloniis, amni proximo & regioni Pherethiana nomen reliquit. Primus õnium Græcorum Phaëthon ex Attica soluens cum Ligure filio, multis ætatibus & seculis ante Oenetrium Arcadem, colonias adiecit Italico littori ab Ostiis Tyberinis vsque ad Niceam Massyliensium: & in medio portum Ligurinum à filio nuncupans, vtrique citroque littus omne Liguriam dixit. Hinc & Sempronius: Ligures, inquit, dicti sunt à Ligure Phaethontis filio qui oĩnm primus, multis seculis ante Græcos, ex Attica colonias in Italiam transportauit: adiecitq; atque miscuit antiquissimis Italiæ populis, ab Ostiis Tyberinis vsque Niceam. hinc veteres omnem maritimam dixerunt Liguriam. Fuit itaque Ligur Ligurum rex ac conditor, ac Hetruscorum regulus, quandoquidem Liguriam Hetruriæ principem maritimam regionem esse, scribit Cato, atque alii omnes tradunt. Vnde & diuersa variis in locis sibi Ligures asciuisse nomina C. Sempronius scribit. A Nicea enim ad Macram, inquit, tenent Ligures montani, origine Phaethontea: a Macra item ad Arnum, & portum Ligurinum incolunt Hetrusci cognomine Ligures Apuani: quos sequuntur Ligures Hetrusci Populony a Ligurino portu ad caput Hetruriæ: à quo ad Tyberim sunt Hetrusci Ligures Thyrrheni, in quibus sunt campi completi lapidum, clari pugna Herculis, adhuc Lamones dicti, ab ipsius filio Lamone. Regnauit autem Ligur apud Ligures Hetruscorum populos, anno ferme à diluuio, ccccl xxx. ita enim Berosus: Huius, inquit, Balei Xersis ætani Assyriorum regis temporibus, apud Ligures Phaethon relicto filio Ligure, regressus est in Aethiopiam. Genuit vero Ligur iste, vti idem Berosus in genealogiis auctor est, filium, quem Syro, Chaldaone sermone Cydnum appellauit. Quicquid enim candidum est, vt Solinus scribit, Syri genuli lingua Cydnum vocant. Vnde & & amni Ciliciæ nomen indistum asserit: de quo illud est apud Tibullum poetarum suauissimum:

An te Cydne canam? tantis qui leniter vndis
Cærulcus placidis per vada serpis aquis?

Tametsi non sum nescius & Lycophronis interpretẽ, & Theocriti enarratorem tradere, id Cydno nomen piscatores quosdã indidisse, quũ illum è mari sustulissent, Cycnis plurimis circa eum volantibus. Caterum ũ Cycnus à patre Ligure, Ligurum Hetruscorum rege, cũ coloniis missus, omnẽ Transpadanã Galliã, quæ spectat inter occasum Solis, & Septẽtriones, proximã Venetis, qui trans Attrianũ flumen incolunt, initiò tenuit, in eaq; ciuitates multas montanas præsertim in locis extruxit: à quibus Orobiorũ cognomen adepti sunt populi, qui tũ ab autore, cõditoreq; Cydno Cydnomani dicebantur. eius tamen liberi, vt postea demonstrabimus, vsque ad Istrũ imperij, ac regni sui fines protulerunt. Quibus è rebus iudicare ipsi facile quidẽ ac recte potestis, Orobiorũ nostrorum, siue Cenomanorum originem (vt hesterna die dicebamus) à Iaunino, Hebraeq; fonte ita defluxisse, quẽadmodũ

Ionium mare ex AEgeo, Aegeum ex Hellespontο,
Hellespontum ab Euxino, Euxinum è Meotide palude,
Meotidem vero demum ab Oceano omnium parente,

Ἐξ ὗ περ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα,
καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρείατα μακρὰ ῥέουσιν,

oriri multorum testimonio proditum est. Cydnum siquidẽ Cydnomanorũ patrẽ ex Ligure, Ligurẽ ex Phaëthõte, Phaëthontem ex Chamese, Chamesem vero ex Iane omnium patre, ortus sui initiũ traxisse, enucleatè iam satis ostendimus. Sed tamẽ idcirco ad Ianum illum supremam quasi quoddam mortalium omniũ caput, à quo hominũ genus omne processerit, principẽ Cydnomanorum originem referre maximè placuit, ne cui fortasse vestrum tutulẽta Chamesis vitia (si eũ Cydneæ originis autorẽ ac principem constituissem) quæ à Mose, quæque à Berosο referũtur, stomachũ facerẽt. nimirũ illud sibi vitio, ac probro verti existimãs, quod ab homine post hõines natos turpissimo, sceleratissimo, omnium denique immanitatũ, ac libidinũ maculis notatissimo, ortũ traxisse cõtigerit. quãquam (vt mea fert sententia) nulla eiusmodi ortgratio sit habenda. Nã vt viris tẽperatissimis, sanctissimisq; moribus ac virtutibus præditis, ad felicitatẽ comparandã nihil obest inselens ac facinorosa maiorũ vita: sic etiã hominibus sine vlla bona arte sine litteris, humanitate, ingenio, morib. quid tãdẽ arbitramur auorũ nõina

parem-

parentum virtutes, quid generosum omninò prodesse gennus? quum præsertim, autore Sallustio, quantò vita maiorum præclarior est, tantò posteriorum socordia sit flagitiosior. Itaq; ut multa nunc exempla veterum prætream, quemadmodum Chamesi illi nihil penitus ad optimos mores asciscendos sapientissimi prudentissimiq; patris sui Iani eximia virtutes, quibus illum maxime cæteris præstasse Berosus scribit, profuerunt: nec contra Iouis iusto Osiridi huiusce Chamesis filio, quē ut antea disserui, præclarissimo Ægyptiorum regno, vel orbis potius imperio, quandiu vixit, præfuisse, obque ingentia eius in omnes mortales merita, inter Deos referri, ac diuinos honores meruisse, veteres historici memoriæ prodiderunt, nequaquam teterrima patris facinora obstiterunt, quin & clarissimus imperator, & felicissimus rex habitus sit: sic ego existimo Phaethonti, aut nepoti Cydno minimè dedecori, aut vitio dandum, quod ex impurissimo, contaminatissimoq; Chamese originem duxisse contigerit. In his enim quæ non à consilio, aut voluntate, sed ab euenticijs potius quibusdam causis proueniunt, nulla omnino laus posita est, aut vituperatio. Quum autem vel ex probo, vel improbo nasci genitore in nostra minimè situm sit potestate, sed magis casui, atq; euentui ascribi soleat: omnino perspicuum est, eos quibus impuri, flagitiosiq; parentes obtigerint, ab omni penitus dedecore alienos esse. alioquin isthæc non modo Cenomanis, verum etiam cæteris triginta duobus populis, qui eodem è Chamese processerunt, inurenda esset ignobilitatis, infamiæq; cicatrix: è queis celebriores ferme fuerunt Æthiopes, Ægyptij, Tauriſani, Phaethontei, Libyci simul & Italici, Chananei omnes, ac Phœnices, Assyrij, Babylonij, Tartessij, Arabes, Lydij, Aphri, Veneti, Ligures, aliiq; complures, de quibus vos videritis, qui Mosen, Berosum, ac Iosephum legitis. quos tamen populos à priscis rerum gestarum scriptoribus non nisi maximis semper laudibus ab antiquitate, ab incolarum moribus, institutis, legib. à Deorum cultu, sacrorum peritia, à maximis denique rebus gestis ornari solitos, nemo est qui non exploratum habeat. Quamobrem mi Marce doctissime, vosq; fratres optimi nihil vos paterna, nihil auita offendant vitia: sed spretis his omnibus, quæ sicut nec felicem præstant hominem, sic nec à felicitate quenquam deturbare possunt: eia agite illud quo nihil est nobis solida laudis, ac vera nobilitatis præstantius, nihil optabilius ad immortalitatem gloriæ, nihil denique ad memoriam nostri nominis sempiternam excellentius potest accidere, virtutem scilicet, qua, ut inquit Isocrates, nulla neque grauior est possessio, neq; stabilior, nec non & præclaram optimarum artium doctrinam, ac sapientiam, quæ sæpe in amplissimo & dignitatis, & laudis gradu locare homines consueuerunt, amplectamur: ita enim fiet, ut obscurum illud, atq; improbum maiorum nomen, quod quidem immeritò posteris obtrectatores probro & crimini dare solent, virtutum, ac morum splendore, veluti quodam clypeo, facile admodum possimus obtegere. Verum intelligo me in causa aperta, minimeq; dubia, multo fortasse & plura & pluribus etiam dixisse, quàm res ipsa postularet. sed id factum est, non ut vobis rem tam perspicuam docendo probaremus: sed ut maleuolorum omnium, inuidorumq; voculas, ac reprehen-

A sionem frangeremus: qui eo sæpe negotio posterum famæ ac splendorem maculari posse arbitrantur: ignari quid grauitas, quid integritas, quid magnitudo animi, quid denique virtus valeat, quæ, ut præclare inquit Cicero, in tempestate quieta est, & lucet in tenebris, & pulsa loco, manet tamen: atq; haret in patria, splendetq; per sese semper, neq; alienis vnquam sordibus obsolescit. Sed iam ad Cydnum, à quo longe egressa est, refert se oratio. Est igitur annus ille quo à Cydno illo Liguris filio orti sunt Cydnomani, quemadmodum ex
B Beroso computari facilimè potest, à mundi quidem exordio. MM.CLVII. à diluuio autem nouimestri D.I. atq; ante clementissimi Seruatoris nostri Iesu Christi natalem diem M.D.CCCIIII. ita n. apud illum scriptum est. Anno vigesimo Armatritis IX. Assyriorū regis, Ligur misit filium Cydnum, & Eridanum cum colonijs & fratribus, & nepotibus: & occupauerunt vsq; Istrum in Italia. At vero ne quis fortè dubitet qua in Italiæ regione Cydnus consederit, Pausanias inter Græcos historicos doctrina, aut ingenio (vt mihi quidem videtur) neminis secundus, eo in libro, cui titulus
C est Ἑλλάδος περιήγησις, id apertè admodum explicans tradit Cycnum ἡγεμονεῦσαι πρὸς τῷ ἐν γῇ τῇ κελτικῇ βασιλεύσαι: id est, in Gallia, quæ trans Padum est, regiam potestatem obtinuisse. eius autē omnia Pausaniæ verba, quæ ad rem pertinent, in extrema huiusce dissertationis nostræ parte citabimus: nūc verò ad id quod instat. Hisce igitur rebus omnibus & quæ ad Italiæ, quæq; ad Cenomanorum ortum spectant, generatim ita traditis, consideratisq; nunc demum (si
D vobis videtur) non probabili modo argumentatione, verum etiam necessaria historicorum ratione concludere velim, Cenomanos ipsos à nemine alio, quàm à Cydno Liguris filio fuisse genitos. res enim postulare videtur, vt eorum expectationi qui audiunt, quàm celerrimè occurratur. Atqui, inquit Petreius, locus iste est tibi Marsili etiam atq; etiam confirmandus: quem si obtinueris, non modo nos qui præsentes sumus, traducas ad te totos licebit: sed absentes quoq;, & qui post, aliis erunt in annis, si sic mihi loqui permittis. Tum
E Marsilius. Quum præclarissimarum, inquit, gentium, ciuitatum, locorumque vetustatem, atque ortum ab impositis nominibus periti rerum gestarum scriptores comprobare maximè consueuerint (vti Liuius: Mari, inquit, supero, & infero, quibus Italia insula modo cingitur, terra mariq; Thusci quantum potuerint, nomina sunt argumento: quòd alterum Thuscum communi vocabulo gentis, alterum Adriaticum. ab Adria Thuscorum colonia vocauere Italica gentes. Graci eadem Tyrrhenum, atque Adriaticum
F vocant) ecquid causa esse potest, cur non Cenomanos à Cydno illo conditos appellatosque fuisse confiteri necesse sit? quum autore Beroso certum illud sit, atq; perspicuum, priscos omnes colonarum ducēs nomina sua gentibus, ac locis, quibus imperabant, duabus maxime de causis indidisse, quas dicam eisdem quibus ille verbis scripsit: Hi sunt, inquit, qui egressi sunt post Nymbrotum singuli cum familijs, & colonijs suis, relinquentes nomina sua

locis

locis in signum expeditionis à Ioue patre sibi commissa, & ad monumentum posteris, vt scirẽt quis eorum fuerit conditor. At vero ab his nequaquam dissimilis ratio illa est, quam Lactantius Firmianus refert: Saturnus, inquit, quum potentissimus esset rex, ad retinendam parentum suorum memoriam, vtriusque nomina cœlo, & terræ indidit: quum hæc prius alijs vocabulis appellarentur. Qua etiam ratione montibus, & fluminibus nomina sunt imposita, & mari: vt mare Icarium, Ægeum, Hellespontus, & in Italia Auentinus, & Tyberis, ita Saturnus natus est ex homine, cui nomen fuit Vrano, siue Cœlo. quod esse verum Trismegistus autor est, qui cum diceret admodum paucos extitisse in quibus esset perfecta doctrina, in his Cœlum, Saturnum, & Mercurium nominauit. hæc hactenus. Itaque quum & ex Beroso, & Pausania satis constet Cydnum in Transpadana Gallia Hetruscas siue Ligusticas colonias posuisse, illud primum à vobis viris ornatissimis libenter admodum quæsierim, cui nam genti, cuiue populo nomen suum indidisse Cydnum existimetis? An fortasse Insubribus? nũ Venetis? num Istris? nũ Volturrhenis aut Libycis? minime gentium. Etenim vos tam exili ingenio præditos haud esse arbitror, quin facile admodum vosmet ipsi, neque Cydni nomen hisce earum gentium nominibus congruere, neque illorum etymon ab eo vllo pacto trahi posse, animaduertatis. Itaque reliquum est, non alijs quam Cydnomanis ipsis, Cydni nomen oĩno fuisse impositum: Idque quo firmius etiam credamus, F. Pictoris viri sanè eruditissimi facile, vt mihi videtur, cogit autoritas. Is enim prioris voluminis autor est, apud veteres denominandi, aut imponendi gentibus, aut locis noua nomina, tantum regum illustrium ius, ac potestatem extitisse: neque tamen omniũ, sed illorum præcipue, qui essent aut Thuscorum reges, siue reguli, aut in fano Hetruriæ, regni insignia à Thuscis Lucumonibus, aut regibus accepissent, si verissimo vati velut oraculo ita dicenti credimus:

Tẽplũ augustum, ingens, centũ sublime colũnis,
Vrbe fuit summa, Laurentis regia Pici,
Horrendum syluis, & religione parentum.
Hic sceptra accipere, & primos attollere fasces
Regibus omen erat. hoc illis curia templum.

Ad hanc autem veterum consuetudinem demõstrandam, illud arbitror non parũ conferre, quod & F. Pictor, & Trogus Pompeius asserunt, & nos hesterno die declarauimus, Romulum sclicet ex Hetruscorum regulo principẽ Romanorum regem à Thuscis regibus, ac Lucumonibus missum fuisse declaratum: hancq; ob rẽ ab eodem illo Fabio memoriæ proditum, Mithridatem illum Ponti atque Asiæ regem, quem vel solum mortalium omnium certum est (vt Valerius, & Quintilianus scribunt) duabus & viginti gentium linguis, quibus imperitabat, optime loquutũ, Romanis ignobilitatem generis obiecisse: quod videlicet eorum reges, vernaculi reguliq; Thuscorũ extitissent. Tenet enim fama præter Romulũ illum, Numam quoque Pompilium Curibus paruis, & paupere terra missum in imperium magnũ. Hæc autẽ est huiusce rei ratio, quod nemo illis temporibus rex, aut regulus, in Italia partibus esse poterat, nisi quem Thuscis Lucumones elegissent, mississentque. Vnde illud vos haudquaquam præterea, quod Solinus, & alij tradunt: Cacũ Marsya regis legatum, quod circa Volturnũ & Campaniã, absque Thuscorũ regum assensu regnũ occupasset, à Tarchone eorũ rege, duce Hercule, qui tũ forte aderat, oppressum, in vincula cõiectũ. At vero contra quem Cydnus noster, à patre Ligure Ligurum Hetruscorũ rege, in eam Italiæ, siue Galliæ Transpadanæ partẽ missus fuerit, quam olim Phaethõtis auus, eiusq; posteritas Maloth Thuscorũ regem dono dedisse antea declarauimus: denique necessitas cogit, vt Cenomanos ipsos, non nisi à Cydno editos, appellatosq; fuisse cẽseamus. quemadmodum etiã docent per netusta quædã tum vrbium ac fluminum, tum montium quoq; & fluuiorum nomina, quæ adhuc apud Cenomanos ipsos in antiquissima illius Aramæa, Scythicaque originis monimẽtis perseuerant: è quibus ea nunc, quam paucissimis absoluam, & quæ mihi tenuis memoria suggesserit, quæq; vel cognitione, vel memoratu digniora videbũtur. nam vt membratim percurrã omnia, neque vos à me exiguitis, & laboris esset infinitum. Itaq; primum Catullianos illos versus attendite, quibus apertissime admodum Cydnæus originem unus dicens:

Atqui non solum hoc se dicit cognitum habere
Brixia Cycneâ suppositâ in speculâ

Quo dicto declarare nobis voluit poeta lepidissimus, principem illius arcis, summo ex collis cacumine positæ, fundatorem, ac conditorẽ fuisse Cydnum illum Ligurię filium, quem Græci Cycnum vocãt, vt postea docebimus: quippe qua ad C. vsque Cæsaris tempora quibus Catullus floruisse planè compertũ est, proprio nomine ab autore Cycnea specula cognominaretur, vt habent nonnulla haud contemnenda vetustatis exemplaria, non autem Cichonia, aut Chimæa, quod in libris minus accurate scriptis reperiri solet. atque id maxime in causa extitisse video, cur Catullianus interpres, vir alioquin meo iudicio apprimè eruditus, ridicula quædam in hunc scripserit locum. quæ, quoniã & in huiusce modi nugis enutus admodũ fucio iacturã tẽporis, & ad rẽ minime pertinent, expendenda doctioribus relinquo. Verũ ne de nostratibus Cydnæa originis monimẽtis nihil retulisse videamur, venit ecce perueteris illius in mentem Cedrorum fumosa, quam hisce quoque temporibus apud Bergomates nostros extare, neminem fugit: ex qua qui nunc sunt antiquo Hetruscorum more expuncta è veteri verbo D, littera, vt paulo post dicã apertius, Ceni appellari maluerunt. Addam illud etiã, in intima Bergomatis agri valle, quam nostri populariter Seriauam dicunt, antiquũ adhuc superesse vrsidẽ nominis oppidulum, quod prisco, pooprisque nomine cultores eius loci, vt omnes probè scitis, Cenum vocant. Quamobrem ex iis omnibus quæ è nobis sunt antea non aperte modo tradita, sed validis quoque (vt arbitror) argumentis comprobata, facilè quidem perspexeritis, Cenomanos ipsos non aliunde quã à Cydno illo nomen, & originem traxisse. Quamuis autem hæc ita exposita, probataque sint, illud tamen non spernenda difficultatis contentionem merito excitarit, qua nam ratione Cenomanis à Cydno inditum nomen, viderit quæ-

quum

quum etymologia ratio postulet, vt vel à Cydno Cydnomani, vel à Cycno Cycnomani, non Cenomani nuncupari debeant? Illud etiam quæstionem non parum momenti affert, quod iam antea sæpenumerò diximus, Orobios eosdem omnino esse, qui & Cenomani: quum nonnulli velint Cenomanos Narbonensis Galliæ populos esse, quos olim iuxta Massiliam consedisse Plinio referente didicimus. Quamobrem ne quid intentatum relinquamus, de vtraq; re paucis dicendũ existimamus. Et fortasse Strabonis, Ptolemæiq; testimonio posterior hæc controuersia facilè dissolueretur. Nam Ptolomæus quidem in ys, qui orbis terræ situm accuratissimè descripserunt, nullo inferior, libro tertio, eam Italiæ partem seiungens, quæ trans Padũ sita est, in Venetos, Cenomanosq;, atq; Insubres ita diuidit, vt præcipuas Cenomanorũ ciuitates Bergomũ Brixiam, Cremonam & alias nonnullas constituat: Orobiorum quoque vrbes esse manifestissime in quas originibus Cato scriptũ reliquit. Amasæus verò Strabo Cenomanos censet esse Transpadanæ Galliæ populos suprà Venetos sita dicẽs. Regionẽ inquit Transpadanam incolunt Veneti, & alij vsque Padum: super Venetos Carni, & Cenomani, & Medoaci, & Symbri: è quibus nomini Romano hostes extiterunt nonnulli: verum Cenomani Venetiq; socia iunxerunt arma: &c. quas ob res necesse est, eosdem esse Orobios, atque Cenomanos. quamuis ego medium fidius existimarem, vt ex ys etiam, quæ pristino die disputauimus, intelligi facile potest, Cenomanorum nomen ipsius quidã gentis proprium esse, ac genuinum, Orobiorum verò posticum appositum, quòd Græci vocant Παρώνυμον, ita vt Cenomani sint Oroby, id est, filij montium, siue montigena: quemadmodum Ianigenas quoq; à fluctibus quidem Gallos, & à diuinarum rerum peritia Thuscos appellatos fuisse supra didicimus. adde his & Peloponesium, quam Homerus Apiam, & Argiam, alij verò Pelasgiam & Æmoniam nuncuparunt, qua de Lycophronis interpres hæc scribit: ὁδὶ πέλωψ εἰς ὠκεανὸν ἐλθὼν καὶ ἡ φαίστῳ ἀγνὶς ἐσλαβὼν πίσσαν τὴν ἀνομάσθη βασιλείαν καὶ τὴν ἀπίαν πελασγίαν λεγομένην, πελοπόνησον ὠνόμασεν. Et de his quidẽ hæc satis. Cur autem à Cydno non Cydnomani, sed Cenomani appellati fuerint: facilimè id quidem ostendam, eos siquidem populos qui Syro sermone Cydriomani, vel Cednomani, Græca autem denominatione tam Cydnomani, quàm Cycnomani, Latina verò Cygnomani merito, meâ quidem sententia, dici deberent, veteres Itali, præsertim verò Hetrusci extrita è Chaldæo verbo, D, littera Cenomanos appellarunt. quandoquidem Cydnum illum, à quo originem duxere Cenomani, quemq; Latini Cygnum. Græci verò cum Cycnum, tum Cydnum dicunt) nam apud eos, vt ait Hesychius, idem omninò sunt κύνα & κύδνος. Aramæi autem, i. Chaldæi, siue Syri Cydnum pariter, ac Cednum (vtroque enim modo proferunt) vocant, priscos illos ac Principes Italiæ populos, quos antea ex Fabij Pictoris sententia Hetruscos fuisse demonstrauimus, per concisionem Chaldææ vocis Cenum dixisse memoriæ prodstum est. Quamobrem ydem penitus sunt, & qui Chaldaica lingua Cydnomani, siue Cednomani, & qui ab Hetruscis Cenomani nominantur: tametsi secundum diuersarum linguarum varietatem alister à q; alister proferri consueuerint. nam quemadmodum in libro περὶ ἑρμηνείας autor est Aristoteles, sicut, neq; litteræ omnibus eadem, sta neq; voces eadem omninò sunt: quam tamen litterarum varietatem haudquaquam ab ys præsertim, qui docti videri volunt, expendendam esse, præclare admodum à Socrate illo philosophorum sapientissimo apud Platonem hisce verbis probatum arbitror. Verùm litteras autem, inquit, licet per syllabas, vt videantur homini rudi quæ sunt eadem esse diuersa: quemadmodum pharmaca medicorum coloribus, aut odoribus variata, sæpè quum eadem sint, nobis diuersa videntur: medico autem vim pharmacorum consideranti, eadem iudicantur: neq; eum additamenta perturbant. Similiter forte & is, qui est in nominibus eruditus, vim illorum considerat: neq; eius turbatur iudicium, si quæ littera addita est, vel transmutata, vel empta, vel in aliis litteris, ac permultis vis eadem nominis reperitur. Cæterum quamuis tam apud Græcos, quam apud Latinos rerum gestarum scriptores autoritas iã pridem obtinuerit, vt Cenomanos potius dicamus, quam Cydnomanos, siue Cednomanos: Ego tamen (si liceret) hac potius recta Chaldæorum, quàm concisa illa Hetruscorum appellatione vti mallem. verum hac de re alij postmodum subtilius viderint. nos verò ad reliqua pergamus. Iis igitur quæ ad Cydnum principem Cenomanorum autorem spectant: hunc in modum traditis, deinceps nonnulla quoq; de liberis eius recensenda sunt. Itaq; apud Berosum in genealogijs scriptum inuenio, ex Cydro genitos esse filios duos, Eridanum alterum, alterum verò Venetum. Et Eridanum quidem nomen dedisse amni Eridano Cato scribit his verbis: Padus, inquit, à duce coloniarũ Eridanus, sed à profunditate Botigon ab Hetruscis, & Botigum à Liguribus, & à circa arbore picea Gallicè Padus nuncupatur. Oritur verò Eridanus, Plinio teste, à Vesulo monte, labiturq; ad mare superum. quæ res fingendi occasionem Græcis scriptoribus dedit, vt dicerent Eridanum inferorum esse fluuium, & inde ad superos scaturire. quod & Virgilius innuere videtur dum canit:

Inter odoratum lauri nemus, vnde superne
Plurimus Eridani per syluam voluitur amnis.

Ferunt autem nonnulli Eridanum exceptis in alueo suo septem fluminibus, septeno gurgite in mare demergi. quemadmodum nuper (vt me quandoq; ab antiquis illis autoribus seiungam, & ad viros nostra memoria doctissimos pariter & eloquentissimos reuocem) luculentè admodum decantatum legi ab homine tum singulari doctrina, & ingenio, tum summa etiam virtute ac dignitate prædito Petro Bembo æque omnium nostrum amantissimo: quem proximis superioribus annis à Leone X. Pon. Max. vt illis esset à secretis, honorificentissimè accitum fuisse, nemo fere vestrum est qui non audierit. eius de Eridano versus (si rectè memini) hi sunt:

Tũ rapidus, fluuioq; Atheſis ſpectãdus amœno,

Populi-

Populiferq; Padus, genitor qui flumina centum A
Ipse suo accipiens vasto latissimus alueo,
Vbera terrarum cursu per pinguia lapsus,
Portat: seque mari septenis amnibus infert.

Venetum autem Venetos ase nuncupasse, quum prius à Phaethonte Phaethontei dicerentur, ipsum equidem Venetorum nomen magno est argumento: tametsi non nulli contra affirment ab Asiaticis Henetis, qui post Troianum excidium cum Antenore in Italiam commigrarunt, appellatos fuisse. Ab ijs enim qui id asserũt libenter quæsierim, qui nam fuerint illi Venetiæ Padiq; B accolæ, quos Dionysius Halicarnasseus priori volumine barbaros vocat, à quibus vetustissimos illos Pelasgos ad Spineticum Padi ostium adnauigantes expulsos fuisse, idem autor est Dionysius. Eos siquidem neq; Græcos, neq; Henetos extitisse, quis non intelligit? quum ab eo & Barbari nuncupentur, & antiquissimos Pelasgos, quos multis ante Troiam seculis in Italiã adnauigasse manifestissimè tradunt Myrsilus Lesbius, & Xanthus Lydius, depulisse dicantur. Verum sive à Veneto Cydni filio, sive ab Henetis illis Asiæ populis dicti fuerint C Veneti, equidem principem Venetorum originẽ, à Phaethonte Cydni auo, initium sumpsisse, ex ijs quæ sunt supra à nobis ex Berosõ, Catone, Sempronioq; de Phaethõte tradita, satis aperte probatum est. Huiusce verò Venetæ regionis ciuitates quidem complures de antiquis cosmographis illustrissimus quisq; connumerat: sed has inter inclytam Venetiarum vrbem primatum obtinere nemini est ignotum: quam Latini scriptores Italiæ emporium appellauerunt, ac scripserunt de eius origine, dignitateq; permulta. Cæterum ex eodem Veneto Cydni D filio natos fuisse Tylam, ac Venetum Berosus est autor. quos quidam regioni quæ Istrũ proxima est, quamque posteriores historici, & ab Iapide Ætoli filio Iapidiam, & à C. Iulio Cæsare Foraminulum appellarunt, nomen dedisse affirmant. Huic autem rei satis magno esse inditio asserunt tum Tylauentum fluuium, tum Tylauentanam etiam regionem, de quibus apud Plinium, Ptolomæumque fit mentio. quamuis recentiores nonnulli locorum scriptores flumen ipsum perperã Tiliamentum, & eius incolæ vernacula lingua Taiamẽtum nuncupare consueuerint. sed hæc de his hactenus. Habetis itaque viri optimi atque ornatissimi quæ ex me de principe Orobiorum sive Cenomanorum ortu voluistis audire: de quibus & si accuratius, atque ornatius dicendum fuerat, fecit tamen hoc eo libentius, quod de his satis diligenter scriptum à nemine ad hunc diem videbam. quamq; multa quoque à me prætermissa esse intelligam, quæ post alij & perquisitaturi ipsi acutius, & appositè magis sint explicaturi.

Cæterum quod hic hodie conuenerimus, te præsertim F Marce autore, relinquendus est finis cuique dicendi locus. Ad hæc ille. Quoniam inquit, quod difficillimum nobis videbatur, Orobiorum scilicet originem, abste intellexisse, de reliquo iam nostra culpa fuerit, si te, nisi & pauca, quæ supersunt percõctanda, explicaueris, dimiserimus. Nam ex his quæ verissimè sunt de Orobiorum ortu à te tradita, mira incessit audiendi cupiditas, ecquæ causa fuerit, cur Ouidius Cycnum illũ non Ligurũ, ut placet Berosõ, sed Sthelenj Mycenarũ regis filium fuisse referat, atque in auem sui nominis conuersum? resera igitur arcas, mercemq; nobis hanc selectiorem explica. quod te per ipsos Cydni manes, à quo cunctis ortum ducimus, obtestatus rogo. Tum Marsilius, Perculisti, inquit, Marce Maurici qua me esses arte ad eam rem tracturus, quæ fuerit à nostris hominibus hactenus omninò aut incognita, vel parum certe animaduersa, dum per ipsos me Cydni conditoris manes obtestaris. geretur itaque à me tibi mos: nihil est enim ad quod penetrare ingenij vis nostri queat, quantulacunque ea est, quod non in gratiam simus patriæ & præstituri libenter, & habituri etiam ijs gratiam, qui ad illam nos exornandam, honorandamque inuitarint. Primum itaque quum plurimi & rerum gestarum scriptoribus, & à poetis Cydni commemorentur operæprecium fore arbitror, si eos qui rectè disputant sequamur, ambiguum illud Cycni nomen primus distinxero, quam describã: vt ea obscuritas tollatur, quam æquiuoca nomina, nisi distinguantur, etiam excellentissimi ingenij hominibus effundere, indagandæ sollertissimus, & præcipiendi optimus magister Aristoteles hisce verbis, in priori de cœlo & mundo volumine scite admodum docuit: πολλαχῶς γὰρ λεγομένου κὰν μηδὲν διαφέρη πρὸς τὸν λογον, ἀναγκη τὴν διάνοιαν ἀορίστως ἔχειν, ἄντις τὸ διαιρημένῳ πολλαχῶς ὡς ἀδιαιρέτῳ χρῆται. ἄλλο γὰρ καὶ ποῖαν φύσιν αὐλῷ συμβαίνει τὸ λεχθέν.

Plures igitur extitisse Cycnos tradunt nobis ij, qui interiores scrutantur, ac reconditas literas: quod nuper quoque tuis in Epitheton commentarijs Petrei scriptum legi, è quibus antiquissimus ille est Ligure natus, de quo multa ex Berosõ à me nuper allata sunt. Alter fertur Sthelenopatre natus, Mycenæus, de quo plura & Phanocles in Cupidinibus, & Naso in secundo Metamorphoseos libro ita cecinit:

Affuit huic monstro proles Sthelenia Cycnus,
Quĩ tibi materno quamuis à sanguine iunctus,
Mente tamen Phaethon propior fuit. ille relicto
(Nã Ligurũ populos, & magnas rexerat vrbes)
Imperio, ripas virides, amnemque querelis
Eridanum implêrat, syluãque sororibus auctam
Quum vox est mutata viro. &c.

Eiusdem etiam meminit nostri temporis poëta haud ignobilis his versibus:

Nunc Genuã repetẽs sese hinc ad dulcia trãsfert
Musta Padi: curas genti pulsura sequaces:
Hucvbi rex Ligurum celeber confinia Cycnus
Protulit imperij quondam, cœloque ruentem
Defleuit Phethonta, rogi post tristia busta,
Seque noua miserum stupuit canescere pluma.

Tertius is est quem Martis filium fuisse aiũt ab Hercule interemptum priscis in Græcorum literis inuenimus: de quo & Lycophron, & eius interpres. Quemadmodũ inquit & Æthus, & Euenus, & Phormas, & Dionysius Thrax, & Cycnus ab Hercule interemptus.

Quartum vero ex Scamandrodice, Neptunoque natum accepimus, quem Hellanicus ἄτρωτον, id est, invulnerabilem dixit, quemadmodum & apud Dictynnam Cretensem, & Homerũ, atque Palæphatum legimus. e x

eo Tennen, & Leucotheam genitos fuisse, hisce verbis Homeri interpres asserit: Tenedus autem insula est iuxta Troiam sita. ita verò primum hoc nomen habuit: ex Cycno namq; Neptuni filio Tennes, & Leucothea geniti sunt. Hunc autem ab Achille Troiano in bello interfectum fuisse, vnà cum Pindaro, eius quoq; testatur interpres. ita enim in Olympiacis Pindarus:

Κύκνον τὲ θανάτῳ πόρεν. Interpres vero, ὃς ἐδέδωκε τὸν Ποσειδῶνος καὶ Σκαμανδροδίκης, οἱ δὲ Ἀρπάλης. κύκνος δὲ δύο, ὁ μὲν Ἄρεος, ὁ δὲ Ποσειδῶνος. Ὃς τὸν μὲν Ἄρεος κακῶς τὸ περὶ θεσσαλίαν Λαοθόην ἡρακλῆς ἀπέκτεινε· τὸν δὲ Ποσειδῶνος Ἀχιλλεὺς στρατευσάμενον, καὶ συμμαχοῦντα πάτροκλον.

Fuerunt igitur quattuor, ac fortasse etiam plures Cycni, quorum primum Cenomanorum conditorem, extitisse iam satis apertè probauimus: tametsi quidam velint Stheleni filium. sed qui ita aiunt, videntur Berosò pugnantia referre: quum ille Cycnum Ligu ris filium, ac Phaethonti paterno sanguine iunctum dicat: hi verò Stheleno Mycenarum rege natum, maternoq; à sanguine Phaethonti proximum asserant. Sed hoc malum, vt inquit Lactantius, à Gracis ortum est: quorum levitas instructa dicendi facultate & copia, incredibile est quàntas mendaciorum nebulas excitauerit. Nam vt omnium gentium, & imperiorum, atq; vrbium clarissimarum se conditores ostenderẽt, veterum ferme omnium regum, ac populorum, nec non & regionum maximè illustrium nomina, vt autor est Iosephus, immutarunt, & praclaras antiquorum res gestas, ad recentiores suos duces transtulerunt. quemadmodum de Cycno quoq; Ligu ris filio actum fuisse nequaquam ambigimus: cuius res gestas posteriori Cycno Stheleni filio, Greci aperto adscripsere mendacio: quum id quod ipsi produnt, neq; perspicuum quidem sit, neq; vlla probatissimorum annalium fide probare queant, nisi confirment duos quoq; Phaethontas extitisse, quorum prior fuerit vetustissimus ille Libycus Chamesis filius, Cydniq; nostri auus, vt antea diximus: posterior verò ac recentioribus temporibus, Gracus ille Solis ac Clymenes filius, quem fabulantur Iouis fulmine paterno è curru deiectum, in Eridanum amnem exanimatum decidisse, cuius iunctus materno à sanguine Cycnus ille Stheleni filius, post priscum illum Cycnum Ligu ris filium principem Cenomanorum conditorẽ, in Transpadana Gallia Ligusticarum coloniarum auctor extiterit. Quod sanè discrimen mihi meherc ule non admodum displicet: quum non desint probatissimi quidam rerum gestarum scriptores, qui asserant antiquissimum illum Phaethontem, non in Italia, sed in Æthiopia excessisse è vita, idq; Berosus inprimis, cuius hac sunt verba: Huius, inquit, Balei Xersis temporibus apud Ligures Phaethon relicto filio Ligure, regressus est in Æthiopiam. Quin C. quoq; Plinius: Theophrastus, inquit, in Liguria electrum effodi dixit, Phaethontemq; in Æthiopia Hammonis obijsse, ob idq; delubrum ibi esse, atq; oraculum, & electrũ igni. Quocirca hoc esse iam satis constat, ad quod omnes tales controuersia disceptatores, præcipite & lubrico errore quouis modo offenduntur: propterea quod vnũ tantum, eundemq; Phaethontem extitisse opinantur, & eum scilicet quem principio in Italiam ante omnes Graecos cum colonijs venisse cognouimus, & illum, quem multis post seculis finxit sibi mẽdax Gracia è Sole siue Helio, ac Clymene Oceani filia genitum: quum tamen necessitas cogat, ac ratio, aut duos verè fuisse Phaethontas, aut posteriorem illum (quod mihi magis sit verisimile) fictum omnino iudicandum. quemadmodum & Sacerdotem illum Ægyptium in Timæo Platonis, ita interpretari solitum accepimus. Tũ ex sacerdotibus quendam grandem natu dixisse, ô Solon Solon, Graci pueri semper estis, nec quisquam è Gracia senex. cur istud diceret per cunctante Solone respondisse sacerdotem? Quia iuuenis semper vobis est animus, in quo nulla est ex vetustatis commemoratione prisca opinio, nulla cana scientia. quod ideo vobis cõtigit, quia multa & varia hominum exitia fuerunt, eruntque maxima quidem aut ignis conflagratione, aut aquæ inundationibus prouenire necesse est, minora verò alijs quibuslibet calamitatibus fieri. Nam quod apud vos fertur, Phaethontem quondam Solis filium, currus ascẽdisse paternos, nec patris aurigatione seruata exussisse terrena, ipsumq; flammis cœlestibus conflagrasse, quamuis fabulosum videatur, verum quodammodo esse putandum est: fit enim longo temporum interuallo cœlestis circuitus permutatio quædam, quam inflammationis vastitas necessario sequitur. tunc hi qui ed stu, & arida incolunt loca, magis pereunt, quam mari fluuijsq; vicini. nobis porro Nilus cum in pleriscq; rebus salutaris est, tum huiusce modi à nobis arcet exitium. Verum omissis fabulis huiusce rei veritatem facile intelligemus, si Berosum ita dicentem attenderimus: Eo inquit tempore (quò scilicet Phaethon in Italia regnabat) Italia in tribus locis arsit multis diebus, circa Istros, Cymeos, & Vesuuios. vocataq; sunt loca illa à Ianigenis Palensana, id est, regio conflagrata. hæc ille. Itaq; quum hæc fabulosa sint, qua hunc in modum de Phaethonte poeta confinxerunt, non magnum est negocium intelligere, mythica quoq; illa esse, qua ijdem de Cycno referunt: Cydnum videlicet Phaethontis auiobitum,

Populeas inter frondes, vmbramque sororum
Dum canit, & mœstum musa solatur amorem,
Canentem molli pluma duxisse iuuentam.

Quod aperte admodum Pausanias, cuius supra meminimus, in Atticis declarat, dicens: Non procul ab Academia Platonis, extat monumentum, cui Deni protendit Philosophiæ præstantiam, atque id sanè hunc in modum. Socrates superiore nocte quàm Plato sibi futurus erat discipulus, Cycnum in sinum sibi aduolasse per somnium vidit. musica autem palma Cycno tribuitur. Nam vltra Eridanum in Gallia, Cycnum virum musica peritum, Ligurum regem fuisse narrant, post obitum Apollinis voluntate in Cycnum auem conversum. ego in Ligu ribus Cycnum regnasse non negarim: sed indignum fide arbitror quod auis ex homine factus sit, hac ille.

Verum

Verum hæc de Orobiorum sive Cenomanorum origine, deq; Cydno illorum parente dicta sufficiant quanquam fuimus explicandis his fortasse, quam par est, longiores: sed, vt ipsi scitis, & iuuentus ipsa loquatur est: & vos me ad hæc multis etiam precibus inuitastis, dum à priscis hæc Latinis intractata esse dicitis, & à recentioribus rerum gestarum, ac temporum scriptoribus tàm insigniter neglecta, tamq; & incompositè aut disputata, aut perplexè tradita, vt illis ipsi de his qui disseruerunt, vel parum ea intellexisse videri queant, vel ignorasse quibus essent autoribus tradenda, aut quibus etiam verbis Latinè explicanda. Cui parti & si scimus à nobis exacte nullo modo satisfactum, nec munus hoc qua decet vbertate, atq; verborum dignitate adimpletum, iuuabit tamen & morem gessisse vobis studiosissimis viris, & viam præmonstrasse illis etiam qui & auspicatius, & eruditius, maioreq; cum ornatu hoc ipsum indagandi munus post nos (quos equidem non paucos fore arbitramur) prosequendum susceperint. Sed hæc nunc missa facientes, quoniam & aduesperascit, & iam satis multa hodie dicta sunt A à nobis, nostrum hunc ipsum dicendi, vestrumq; audiendi laborem alium in diem, consessumq; in alium reseruemus. Tum Marcus. Ego verò, inquit, Marsili, neq; te ipsum, neq; istos hodie à me discedere æquo animo feram, nisi prius à vobis impetraro. Quid nam inquit Marsilius? Tum ille: vt cras, inquit, prima luce, aut paulo iam prandio, vel quando vobis erit gratum, hoc in loco iterum sitis. nam quum generatim de Cenomanis hodierna die multa admodum sint & perquisita diligenter, ac tradita, reliquum est, B vt simili quoq; ratione singillatim de præcipuis Cenomanorum ciuitatibus, & vrbis Bergomi rebus antiquis nonnulla inter nos studiosè, ac sedulò differantur. Ad hæc Marsilius, geretur, inquit, tibi mos M. Maurici: quod enim difficiles præstare nos tibi præsertim amicorum omnium suauissimo, atq; officiosissimo operæpretium est, quo minus crastino die tecum simus, quo cum vel semper vitam agere felicissimum vobis duceremus? Tum Marcus. Comis es nimium ac lepidus, inquit Marsili. Sed quid vos moror amplius? itaq; abite felices. quo dicto statim omnes discesserunt.

IOANNIS CHRYSOSTOMI ZANCHI DE OROBIORVM SIVE CENOMANORVM ORIGINE.

AD PETRVM BEMBVM.

LIBER TERTIVS.

INter omnes fermè ingenuarũ A artium scriptores Petre Bembe, iy mihi non minoris laude digni videri solẽt, qui aut excellentium regnorũ, aut clarissimorum hominum res gestas memoriæ commendarũt, quam qui leges, vel præcepta viuendi tradidere. Hi n. per documẽta cõpendiariũ quoddã iter ad instituendos optimis moribus animos ostẽderũt: at illi salutaria nobis exempla repetendis antiquitatibus, renocãdis memoriis, extollendis præclaris facinoribus, accusandaque improbissimorum hominum ignauia protulerunt: quibus & iuniores tùm ad virtutes capessendas, tùm ad bene beateque viuendum reddantur instructiores: & maiores natu viri plus inde doctrinæ, ac eruditionis hauriunt, quam quantum longissima hominis ætas afferre vix queat. Ab his deniq; ad comparandas in- B genuas disciplinas, leges, atq; instituta prodierunt: ab illis autem quadam quasi faces, ac stimuli subiecti sunt ad virtutem, quibus nobiles præsertim animi ad gloriam atq; immortalitatis studium vehementer accẽduntur. Verum & hisce de rebus eos quoq; egregiè meritos non temerè (vt opinor) affirmauerim, qui clarissimarum nationum origines, locorum regionumue situs, aut vetustissimarum ciuitatum antiquitates ita litteris illustrarunt, vt nulla eas vnquam oblitio obscuratura, nulla eorum recordationi allaturæ finem æternitas videatur: quum siquidem eorum opera, & cura effectum sit, vt aduersus edacis rerum temporis iniuriam, Vulcanijs quasi quibusdam armis muniti, res ferè vniuersas priscis seculis præclarè, atq; excellenter gestas tùm memoriâ teneamus, tùm cognoscamus etiam qui primi extiterint in orbe reges, qui illustrium populorum, atq; inclytarum vrbium conditores, quæue origines, quibus denique temporibus, è Græcis, an ex barbaris, clarisne an humilibus parentibus nati fuerint. Quæ profectò

Digitized by Google

omnia, aliaq; complura seculorum acta nisi ab illis essent mandata litterarum monumentis, quenam obsecro esset mortalium vita, in tanta obscuritate, ac rerũ præteritarum ignorantia, nullaque cognitione veri; minima generis sui, ac stirpis, aut conditorum memoria, eaque anili tantum, & fabulosa? Etenim si prestantissimi rerum gestarum scriptores, ad earum gentium, quas exornandas sumunt, ex prisca rerum nobilitate, laudis, & honorum accessionem petere consueuerunt: quo nam dolore, qua verecundia eos censeas occupari, in quos ea solent dici, cœlo patre, aut tellure matre nati sunt? aut è quercubus, & saxis ortum traxerunt? Qui aũt aui nomen dicere haud possint, imò ne patris quidem, quo animo sint, ex eo facilime cognosci potest: quòd qui Romano è sanguine manarunt, Æneam ac Romulum: qui Hetrusco, Ianum patrẽ: qui Veneto, Phaëthontem, & Antenorem: qui Phrygio, Dardanum: qui Babylonico, Nymbrotum, ac Semiramidem: qui Assyrio, Ninum: qui Ægyptio, Chamesem, & Apim: atq; ita complures alij magni nominis populi, suos quiq; præclarissimos autores, ac parentes gloriabundi proferre soleant. Eos ne igitur non diligendos? non admirandos? non denique omni ratiõe defendendos existimamus? qui plurimis tùm rerum, tùm verborum ornamentis, monimenta non solum tẽporum, ciuitatum, locorum, gestarumq; rerum reliquerunt: verum etiam virorum sapè fortium atque excellentium ancipites, variosq; casus, vel memorabiles temporum varietates, vel fortunæ vicissitudines, accuratè nobis descripserunt: qua profectò iacerent in tenebris omnia, nisi clarissimis quibusdam quasi luminibus litterarum, ab eis essent illustrata diuinitus. Verum enimuerò ne & omnia eorum præconia conquirere ãbitiosius videar: & eos laudãdo, memet de meis studijs quis existimet aliquid prædicare, finem tandem dicendi faciam. neque enim (ut arbitror) insignes illi temporum, & antiquitatum scriptores, nostra vel laude, vel patrocinio indigent: apud te præsertim Bembe doctissime, qui plurimum semper veterum hominum, nõ imaginibus solum, ac statuis, verum etiam multò magis annalium monumentis, tanquam incorruptis virtutũ illorum testibus, oblectari soleas. Non enim te fugit hominem omni liberali doctrina politissimũ quàm ea litterarum studia sint honorifica, immortalia, atq; diuina, quæ deniq; vigeant memoria seculorũ omniũ. Nam quũ cætera quidẽ res, neq; temporum sint, neq; ætatum omniũ, neq; locorũ, hæc tamen studia quãtum & adolescentiam agãt, & senectutẽ oblectent, secundas res ornent, aduersis profugiũ, ac solatiũ præstent, delectẽt domi, nec impediãt foris, haud hercle facile dixerim. Quis enim obsecro cohortari ad virtutem ardentius? quis à vitijs acrius reuocare? quis vituperare improbos asperius? quis deniq; laudare bonos ornatius potest, quam ijdẽ illi à quibus illud maximè tanquã ab hominibus loge in posterum prospicientibus promissum fuit, ne egregia maiorũ nostrorum exẽpla, atq; facinora, aut hominũ interitus obruerent, aut oblitio posteritatis extingueret? est enim historia, ut magnificè admodũ apud Ciceronem M. Antoniũ illũ dicentem legimus, testis temporũ, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuncia vetustatis. Quid plura? nõne ex rebus præclarè gestis, eã egregijs viris in pectore flammã accendi sõlere, à sũmis eruditissimisq; viris accepimus? qua haud quaquam prius sedari cõsuescat, quàm illorũ virtus, superiorũ famã ac gloriam adæquarit? At verò quãquam post eximios illos felicis priscæq; ætatis historicos, quibus nihil aut iocũdius, aut elegãtius, aut diuinius inueniri, excogitarive potest, nullus sit ad hãc diẽ, aut rerũ gestarum, aut tẽporũ, aut locorum scriptor inuẽtus (cuius quidem scripta cõstent. de his enim qui nõdum ediderũt, existimare haud sanè possumus) qui historiam rectè scripserit: tu tamen, vel una omnium voce, vnus è nostris es Petre Bẽbe, quo illã tractãte breui tempore doctissimi homines futurũ sperant, ut in hoc etiam genere, neq; verborũ copia, neq; vllo orationis ornatu priscis Latinis nihil cedamus. & meritò, mea quidẽ sententia, si modo mihi de summo, præstantissimoq; viro iudicare fas est. tãta est enim tua ista incredibilis, ac propemodũ diuina eloquendi facultas, quãtũ ex tuis elegantissimè scriptis dialogorũ libris, qui iam maxima cũ tui nominis laude in manib. hominũ versantur, intelligi potest, ut id dubio procul, aut te, aut aliũ certe hisce tẽporibus neminẽ feliciter exequi posse, exploratũ omnes habeant. Plura nũc etiam mehercule de tua singulari vel doctrina, vel eloquẽtia dicere possem si aut tua pluriuna virtutes longiorem orationem expectarent, aut id fieri tua humanitas pateretur, aut deniq; res verba desiderarent: ac non etiam silente me pro seipsa clarissimè loqueretur. Quid est enim, per Deos immortales, quod quisquam aut dignum te, aut nostris, exterisve nationibus, aut cuiquam inauditum possit afferre? Quãobrẽ, ut & inepiarũ crimen effugiã: & ne videar, vt Graci dicti, velle τὰ φῶς ἡλίῳ δανίζειν, redeo ad id, vnde huc nostra declinauit oratio. Te igitur autore, te duce Petre Bembe, qui mihi vnus instar es omniũ, tertiũ, ac postremũ huiusce laboris nostri, volumen aggrediar. q. profectò nunquã attigissem, reprehensionem quorundã paulo seueriorem reformidãs, qui totũ hoc scribendi genus tãq; inutile minimeq; necessariũ aspernãtur, nisi tibi hortanti, & patriæ memoriã mihi carã sæpius excitanti, non parere nefas esse duxissem. Sed malo, vt inquit Tullius, quũ studioso, atque amori sim obsecutus, desiderari ab his prudẽtiã, quam si id nõ fecerim, benevolẽtiã in te meã. Quãobrẽ sermonẽ M. Marsilij de Cenomanis reliquũ, ac pene postremũ, sicuti à L. Petreio vtriusq; nostrũ amantissimo accepi, memoriæ prodã: cuius cum domũ sepenumero ventitarem, horasq; multas sermone suauissimo cõsumerẽ, hæc quæ nũc de Cenomanorũ situ, ac Bergomatũ rebus antiquis referã, quæque antea de Orobiorum, siue Cenomanorũ ortu cõmemorauit apud M. Mauricium, cui vel primas doctrinæ patrum nostrorum tribuebat ætas, quam diligentissimè à Marsilio tradita, atque exposita fuisse narrabat. Verum multa prætereo, quæ temporibus illis, inter nos familiarissimè admodum ducta, communicataque sunt: quæ vix verbis exequi possem. Nam cum immatura M. Marsilij mors, tum ipsius quoque Petrei ac C. Iulij discessus, vitæque dissimilitudo, non est passa voluntates nostras communibus studijs, ac consuetudine amplius cõglutinari. sed hæc hactenus.

Vt igitur

Vt igitur sequenti die apud M. Mauricium inclinato iam in postmeridianum tempus die reuerterunt: in primis offendisse sese dicebat Petreius spectantem eum in tabula pictam Italiam. quem cum salutassent, simul q3 in subsellijs consedissent: tum Marcum ita locutum: Iam dudum sedens expectaui vos viri amicissimi, vt ad constitutum conuenireti: sed & nunc quidem non importunè quidem aduenistis. Quærebam enim hac in tabula, quænam esset Italiæ salubrior regio, atque iocundior. Tu ergo Petrei qui complures perambulasti Italiæ partes, quam cultiorem Gallia (vt nostri dicũt) Transpadana vidisti? Ego vero, inquit ille, nullam arbitror esse, quæ tam tota sit culta. Primum enim quum in diuisione orbis terra, Europam plerique salubriorem esse censeant, quod ad Septẽtriones vergat, quàm Aphrica, quippe quæ ad meridiem spectet (quæ autem salubrior, vt inquit Varro, ea & fructuosior) dicendum mihi videtur, Transpadanam Italiam siue Galliam, cæteris Italiæ partibus salubriorem esse, ac cultiorem. Primum, quod sita est in Italia, omnium Europæ prouinciarum fertilissima, ac temperatissima: Secundo, quod ibi omnia fermè montana sunt loca, è queis Orobios montium filios appellatos fuisse, Marsilio autore didicimus. quæ quidem loca, vt idem scribit Varro, quia leniora sunt, ideo salubriora, cultiora, ac fertiliora. quo fit, vt ea regio, quam diximus, totius fermè Italiæ pomarium iure optimo nuncupari queat. Sed plane video, cur hunc sermonem in medium adduxeris: nempe velles (vt opinor) nos ad priores sermones relabi, in primisq3 illud, quod ad contenebrabit, quam paucissimis absolui, quod noster Marsilius hesterna die, te decernente, de præcipuis Cenomanorum ciuitatibus, deque vrbis nostræ dignitate, ac rebus antiquis referre instituit. Tum Marcus, Id ipsum, inquit, est Petrei. Et ille nõ grauatus, Ego vero si ita vultis, inquit, ac potius quia vultis (video enim vos velle) non dissentio, quin dicam, duntaxat, quod est ἐφόδιον de duabus rebus primis quæ accepi, de Cenomanorum vrbibus, ac patria nostra dignitate. de tertia vero parte, vbi est de rebus antiquis, tu ipse Marce suscipies: vt hæc quæ apud te sunt occulta, atque recondita in medium proferas. nemo enim, vt dici solet, omnia potest scire. Quum accepisset eam conditionem Marcus, vt sua partes essent secundæ: Tum statim Marsilius, Duobus, inquit superioribus diebus de Orobiorum ortu tùm aduersus antiquorum, recentiorumq3 quorundã opiniones disputauimus, tùm etiam quæ esset doctissimorum, ac vetustissimorum de ea re sententia demonstrauimus. Nec vero tantum Orobiorum certam, ac veram originem ostendimus: sed etiam totius penè Italiæ, qui fuerit princeps ortus, qui reges primùm eius imperium obtinuerint, quique principio eam populi possederint, enucleatè satis (vt arbitror) explicauimus. Nunc autem consentaneum mihi videtur, singillatim de ipsis Cenomanorũ, siue Orobiorum ciuitatibus explicatius disserere: quas ordine suo tum demum persequar, cum præfatus fuero, quæ reor in vniuersum ad eos maxime pertinere. ita enim vel sentit, vel docet Aristoteles ille non præcipiendi solum, sed etiam dicendi grauissimus autor & magister lib. Φυσικῆς ἀκροάσεως primo, hisce verbis δεῖ ἐν τῶν καθόλου ἐπὶ τὰ καθέκαστα δεῖ προϊέναι, τὸ γὰρ ὅλον κατὰ τὴν αἴσθησιν γνωριμώτερον· τὸ δὲ καθόλου ὅλον τί ἐστι· πολλὰ γὰρ περιλαμβάνει οἷς μέρη τὸ καθόλου.

Verum ad nostra. Omnes igitur qui de Geographia priscis temporibus, tàm apud Græcos, quàm apud Latinos scripsitarunt, Italiam in Europæ tertia orbis parte sitam esse confirmant. eam apud Alpes incipere, seque medium per petuo Apennini montis iugo attollentem inter Adriaticum, & Thuscum mare procurrere, C. Sempronij viri sanè eruditissimi, cuius meminit Dionysius Halicarnasseus, breuiter, ac summatim verba hæc ostendunt: Vniuersa, inquit, Italia à iugis Alpium oritur: & in Leucopetram, freti mque Siculum terminatur. cingitur supero & infero mari, & secatur Apennino: qui à iugis Alpium ortus, per medium Italiam, à Ligustibus ad Anconam porrectus, inde paulatim vsque Venusiam reflexus, ibi ex transuerso dimidit Italiam, ex altera parte Brundusium, altera Velsiam attingẽs circum sinum Tarentinum. Porrò antiquitus Italia in medium Apenninum & in Cisapenninum ad inferũ mare, & in Transapẽninũ ad superũ pelagus: & in Alpes à Rhætijs ad Ligures diuidebatur. hac hic. Itaq3 Italia est omnis, vt supra demonstratum est, diuisa in partes treis: in Alpes scilicet, Cisapenninã, Transapẽnamque. è quibus Transapenninam, quam postmodum à Gallis victoribus, Cisalpinam Togatamque Galliam, & à Longobardis, Longobardiam appellarunt, Eridanus fluuius qui Gallice Padus dicitur, duas in partes disiungit, quarum altera Cispadana, altera vero Transpadana Gallia cognominata est. Verum quoniam hæc omnia Cato, ac C. Sempronius, & Strabo doctissimè tradunt, non alienum videtur hoc loco eorum verba recensere. Itaque Cato: Omnia, inquit, sub Alpibus Transpadana loca, prisci incolæ Thusci missis coloniis tenuere: ab hisque multa loca nomina retinent, plura deleuerunt Galli: qui primi Arunte Clusino duce Alpes transcenderunt, & sensim ab omni Gallia Cisalpina Hetruriam pepulere, ab hisque nomen sortita retinet Gallia Cisalpina, qua Mantua suo conditore Ocno Bianore Thuscorum rege illustris. Penetrauere trans Alpes Boij, Senones, Insubres, & alia Gallia Transalpina gentes. Gallia Cispadana olim Bianora à Victore Ocno, postea Felsina dicta, vsque Rauennam: nunc Gallia Aurelia & Æmilia à Romanis ducibus nomen habet. Sempronius autem: Cisapẽninam, inquit, Italiam flumina diuidunt: & itidem Transapenninam Padus amnis, Galliam Cisalpinam primo discreuit. Et paulo post: Senonum inquit Gallia Togata dicitur abijs, quid duce Arunte primùm in Italiam transcẽderunt Alpes: a quibus sensim pulsi Hetrusci à Cispadana, & Transpadana regione quæ nunc Gallia nomen habet. Et quidem omnem Transpadanam regionem Thuscorum prolem fuisse, inter omnes autores conuenit. Porro Strabo: Ante omnia, inquit, de subiecta Alpibus regione dicemus. est autem felix admodum campus, & fructuosis collibus varius. Hunc medium fere Padus diuidit, eaque regio hinc Cispadana, hinc Transpadana dicitur. Cispadana Apenninis quidem montibus adiacet, ut ne

Liguria: reliqua vero Transpadana est. ea vero loca tum Ligurum tùm Gallorum gentes inhabitant, tùm in montibus, tùm in campis commorantiũ, hinc Gallorum, hinc Venetorũ, &c. hi hac. Caterum eam Italiæ Transapennina partem, quã à Pado flumine Trãspadanam appellatam fuisse demonstrauimus, incoluere Insubres, Veneti, atq; Cenomani cognomento Orobij, aliique nonnulli, qui tum à Ptolomæo, Plinioq;, tum à Strabone, caterisq; Geographis commemorantur: de quibus quoniam multi multa scripserunt, hoc sermone de Cenomanis separatim ea tantum referam, & quæ ipse apud præstantissimos scriptores animaduerti, & legi, & quæ à peritis harum rerum percepi, ac didici. Cenomani itaque, quos & Orobios appellamus, Trãspadana Gallia populi sunt inter Insubres, ac Venetos Alpibus finitimi, spectantq; inter occasum Solis, & Septentriones. Eos a Cydno Ligure filio editos fuisse atque appellatos hesterna disputatione tum firmissimis (vt arbitror) rationibus, tùm vetustissimorum quoque scriptorum testimonio comprobauimus. ij initio editis in locis oppida habuere, vrbesq; permultas excelsis in collibus condidere. è queis Orobiorum nomen illis inditum fuit. earum tamen ciuitatum perpauca admodum supersunt: Nam illarum quædam breui multũ auctæ, antiquũ pariter nomen, atq; ortũ conseruauerunt, vt Bergomum, Brixia, Comũ, Licinifórum: reliqua vero vel crebris Barbarorum incursionibus deletæ sunt: vel in alterius gentis nomen, atq; imperium concessere. Sed quoniam de communi Cenomanorum situ, satis multa iam diximus, nunc dicam singulas eorum ciuitates recensebo. quæ tametsi habeant rerum suarum tum antiquarum, tum præclare quoquè gestarum, & laudatores, scriptores accuratissimos, nõ incommodè tamen me facturum arbitror, si è multis pauca nunc explicauero, & quæ ex veterum, ac recentiorum quorundam scriptis accepimus, & quæ etiam nostro studio, curaq; perquisiuimus. Itaque ex ijs Cenomanorum vrbibus, quas antea commemorauimus, sit sanè nobis prima Licinifórum: quam verum ac vetus nomen amisisse, valido satis argumento esse potest recens ipsum à Licinio Imperatore nomen impositum, quemadmodum & alijs quoque multis ciuitatibus sæpe contigit. quis enim nescit Cornelifórum ac Liuiifórum Æmilia olim vrbes opulentissimas, à Cornelio, Liuioque clarissimis Romanorum ducibus, sicut & Iulifórum à C. Iulio Cæsare fuisse nuncupatas? Quod autem fueris Licinifóri priscum nomen, nondum meherciule reperi: quæres omnino haud paruam recentioribus historicis altercandi ansam præbuit. Nam sunt nonnulli, qui velint Licinifórum id nunc esse Bergomatis agri oppidum, quod Leucum vocant incolæ: alijs placet Licinifórum eam esse ciuitatem, quæ secundum littus Larij lacus sita est, quamque vernaculo sermone Lecen dicunt. At vero contra non desunt è doctis multi, qui secus sentientes tradunt, Licinifórum obliterato priori nomine, nostra ætate ab accolis pagum Incini nuncupari, quod oppidum à Como decem millium interuallo abesse commemorant. Quarum opinionum quæ vera sit, alij viderint. illud certe inter omnes autores conuenit, Licinifórum vrbem ab eruditis, probatisque priscarum rerum scriptoribus, inter Orobiorum ciuitates fuisse connumeratam. At vero Comum in Larij lacus, qui est apud Alpes, ripa, positum esse, nemo est quẽ nesciat, qui vel historicos legerit, vel Geographos perlustrarit. huiusce autem ciuitatis vetus nomen, quanquam iamdudum excidisse nonnulli censeant, ego tamen id ipsum Comi nomen (quod obstrigillandæ gratia minime dictum velim) verum ac genuinum esse facile contenderim. Quum enim aliquando mecum ipse tacitus cogitarem, vnde hæ Cenomanorum siue Orobiorum vrbes quas enumerauimus, nomina traxissent: illud in mentem veniebat, si Orobiorum, ac Cenomanorum nomina essent barbara, vt pridie, ac nudiustertius aperte demonstrauimus, Comum quoque ac reliquas Orobiorum ciuitates barbaro nomine appellatas credi oportere: earumque etymon, non ex Græca, aut Latina, aut Celtica lingua, sed ex omnium vetustissima Hebræa quærendum esse. Nemo n. (si Hieronymo credimus) in altera lingua quempiam vocans, etymologiam vocabuli sumit ex altera. Itaque, quum me diu atque anxiè torsissem, tum demum veteris illius Hebræorum linguæ peritia, quantulacunque ea est, adiutus. quod iam pridem optaueram (ni fallor) sum consecutus. Siquidem autore doctissimo huiusce eloquij viro, Dauide Chimchæo Hispano apud Hebræos קומח Comah, ædificij altitudinem significare didicimus, vt est apud præclaros vates Ezechielem capite XL. & Esaiam cap. X. quæ loca nonnulli ex interpretibus חמרש Comah ex celsas trabes interpretantur. Quamobrem non temere fortasse dixerim, Comum ab Hebraico verbo comah, id est ab altitudine fuisse nuncupatum, quasi excelsum ædificium, vtpotè in colle situm, quandoquidem non non alia de causa Cenomanos Hebraico sermone Orobios, id est, montigenas, siue Græco monticolas cognominatos fuisse antea probauimus, quàm quod montuosis in locis vitam agerent. adde quod & Græci, oppidum, vicum ac pagum, κωμόπολιν, vocant: quæ tamen nomina ab Hebræis ducta fuisse quis neget? At dicet aliquis quum Comum non in monte, aut colle, sed potius in ima duorum montium planitie, hac præsertim tempestate positum videamus, omnino perspicuũ esse, inter Orobiorum ciuitates immerito à Geographis connumerari. Huic ego illud non incommodè forsitan responderim: Consuesse priscos coloniarum duces, ac principes, attestante Beroso, iuxta Iani patris mandatum editis natura locis oppida, ac potius arces quasdam loco vrbium munitissimas, quas Græci ἀκροπόλεις dicunt construxisse: hac maximè de causa (vt eruditus Homeri enarrator asserit) ne iterum vehementissimis illis terrarum eluuionibus obruerentur. eius verba sunt: ἰσέον, ὅτι οἱ παλαιοὶ οἱ κτίζοντες τὰς πόλεις ἐν τοῖς ὑψιλοτέροις τόποις ἀκροπόλεις ἐποίουν, διὰ τὸ ἐκεῖσε μᾶσσον φεύγειν δεῦρο τῶν χειλοτέρων τόπων τὰς ἐνοικοῦντας ἐν τοῖς καταχλυσμοῖς. Caterũ quum nemo ferè vestrum sit, quẽ nescire existimem, Comi extare arcem quandã munitissimam in colle summo, admodum edito loco collocatam, adeoq; difficili ascensu, atque perarduo, vt nisi obsidione expugnari

Digitized by Google

expugnari non posse videatur, ecquid causæ tandem esse potest, cur non credamus huiusce arcis, ac potius urbis, (priscis nãque temporibus arces, & oppida loco urbium censebantur) verum, ac vetus nomẽ fuisse Comum, id est excelsa, atq; sublimis ciuitas? eaque maxime de causa ab antiquis locorum scriptoribus inter precipuas Orobiorum urbes computari? inferiorem namque ciuitatem, quæ prope Larij lacus ripam iacet, posterioribus seculis Romanos imperatores condidisse, ac Nouumcomum cognominasse neminem latere arbitror, qui Stabonem saltem ita dicentem legerit: Hinc propinqua Verona est, amplissima & hæc ciuitas. his inferiores Brixia, ac Mantua, & Rhegium, & Comũ. hæc mediocris erat colonia: caterum Pompeius Strabo Pompeij magni pater colones in eam restituit, quã antea Rhæti incumbentes vastauerant. inde C. Scipio tria hominum millia insup adiecit: postmodum diuus Cæsar quinque inquilinorum millia ad inhabitandum deduxit, è quois quingenti illustrissimi fuere Graci: hos etiam ciuitate donatos in habitatorum numero descripsit, haud tamen ibidem domicilium habuere, sed oppido nomen relinquentes, & Nouumcomum appellantes, Nouocomenses oppidanos vocauere. hæc illi. Quanquã autem hæc ratio satis firma sit, ac stabilis: potest tamẽ etiam illa afferri, non solum incolæ, verum etiã accolæ montium montanos vulgo dici. & quamuis si, quos accolunt, montes respiciamus, non tam alto, quàm depresso loco sedes sibi delegisse videantur, Cremonẽsibus tamen comparati, Mantuanisque, in edito atque excelso loco habitare sine controuersia deprehenduntur. Quæbus de rebus Comum inter Orobiorum ciuitates nõ vniuersa à priscis annumeratum fuisse, nemo iam amplius (vt ego quidem arbitror) recte dubitauerit. Sed iam quæ de Como dicta sunt, hunc habeant terminum. ueq; enim ego nunc huiusce clarissimæ ciuitatis vniuersa priscarum rerum monumenta conor afferre. nã neque oratio complecti omnia possumus, neque opus est, quum præsertim Benedictum Ionium Comensem hominem summa & doctrina, & ingenio præditum ea omnia litterarum monumentis tradidisse, à viro eiusdem ciuitatis ornatissimo Francisco Mario Fabro oppido quàm libenter acceperim. Quare agite iam illa quoque ostiatim videamus, quæ me de cæteris duabus Cenomanorum ciuitatibus dicturum pollicitus sum. Harum igitur tertiã quam posteriores Brixiam appellarunt, antiquissimus temporibus à Cydno Ligurum filio fuisse conditam, superiori in consensu ex Catulliano carmine satis aperte demonstrauimus. non tamen totam à Cydno cõditam asseruimus, sed eam duntaxat ciuitatis partem, quæ in collis mollitur ascendẽtis capite posita est, quum eam ipsam Catullus à conditore Cycneam speculam cognominarit, & prisci etiam autores tradant (vt antea de Como iam diximus) fuisse hoc in more positum, instituitoque maiorum, vt veteres illi coloniarũ duces edutis in locis vrbes maxime condèrent, atque eas quidem adeo paruas, atque humiles, vt acropoles potius, vel oppida viderentur, quàm ciuitates, quas nunc cernimus amplissimas, ac locupletissimas. quemadmodũ latissime patet ex iis, quæ de Roma, Neapoli, Florentia, Mediolanoque, tam Græci, quàm Latini autores litterarum monimentis prodidere. Quo circa non incõmode fortasse dixerim, reliquam eiusdem ciuitatis portionem, quæ ad radices collis illius plano in loco sita est, pulcherrimis q; mœnibus circunsepta, quanq; idem ille poeta Cycnea in specula suppositam dixit, subcisiuis deinde temporibus, diuersis a regibus, exteris q; nationibus sensim auctam fuisse, atque ãplificatam: quod quidem ipsum Brixia nomen apertè satis admodum indicat, quemadmodum facile intelligi potest ex iis libris, quos de rebus Brixianorum proximis hisce diebus Helias Capreolus vir & totius antiquitatis, & bonarum litterarum studiosissimus in lucẽ edidit. Nos autem missa hæc facientes, ne diu hisce in rebus, quæ iam penitus ex aliorum scriptis clara sunt, ac manifesta, diutius immoramur, aut vobis molesti simus, aut certè tempus parum suppetat, ad ea pertractanda, quæ de Bergomo quarta Cenomanorum vrbe dicere instituimus: quando de Brixianorum rebus gestis, vel antiquitatum monimentis, aut situ, aut opibus, aut copijs cæteris q; huiusce modi rebus ipso Helia afferre in præsentia melius quiddam possim, haud quaq; intelligam. Itaque iam demum me ad dulcissimum patriæ nomen totum conuertã: de quo si occultiora nõnulla, ac fortasse etiam plura dixero quam de alijs antea fecerim, facile vos id mihi condonabitis: neque enim mihi est patria iocũdius quicq; nec charius, iuxta illud Homericũ:

Ἀλλ' ἀγαθὴ πατρὶς φίλη ἔμμεναι ἠδὲ τοκῆες
ἧς γαίης ἀπάνευθε φυὴν γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι.

itemque paulopost.

ὡς ἐμοὶ γλυκὺ νῆσος ἐϋκτιμένη τε καὶ ἐσθλὴ
γέντο.

Verum enimuerò quia complures nostri generis viri sanè doctissimi de huiusce ciuitatis situ, deque maximis rebus gestis permulta iam & conscripserunt, & nunc quoque nonnulli eisdem de rebus haud pauciora, sed prorsus ornatiora scriptorum monimentis tradere, nec obscure, nec vario sermone, sed & clarissima, & vna omnium voce prædicantur: ob id & temporis brevitati, & instituto meo fucturum me satis arbitror, si circuncisis ijs omnibus, quæ mehercule etiã ex sese apertissima sunt, & magnifesta, de Bergomatis nominis origine, interpretationeque abstinera quædam persequar, vel non ita saltem pervulgata, vt meritò cuiquam à nobis aut contemnẽda, aut prætermittenda fuisse videri queant. Quam enim hæc ipsa nostra ciuitas loci quidem & naturæ, & situs, ædificiorum autem cum descriptione, tum pulchritudine sit nobilis, quàmque præcelso in colle, atque conspicuo, inter duos saluberrimos amnes Serium, ac Brembum condita, quis vestrum hoc ignorat? Nam quantum præterea sint eius agri fertiles: quã iocundi, quãtaq; in his existat vel frugum bonitas, vel hominum frequentia, aut quot vmbrosi nemorum saltus, quotve colles fœcundissimis vitibus consiti, aut quot deniq; campi suapte natura terrenos, arboreosque fœtus benignissime submministrantes, equidem non modo vos, qui isthæc cottidie contemplamini, sed nec vllos etiam nostri orbis populos longissimis locorum interuallis à nobis disclusos, latere puto, ad quos saltem nostra vel vrbis, vel regionis fama peruenerit. Verum, ne aliter atque ostenderam

agere videar, pergam ad instituta. Principio igitur quum tres præsertim diuersæ (quod vos quoque minimè ignorare arbitror) & antiquorum, & nostrorum hominum discrepanteſque de recta Bergomæi nominis interpretatione, & origine, vel vt significantius Græci dicunt, ἐτυμολογίᾳ, sententia passim circumferantur, è queis alij quidem affirmant à Bara, pernetusto Bergomatis agri oppido, Bergomo nomen inditum: quidam vero, à nescio quo Gallorum duce Pergamo, Celtica lingua Pergamum, id est (vt Galeotus interpretatur) montanam vrbem fuisse cognominatam: alys vero placeat à Pergamo Asiæ vrbe ortum duxisse, quis non satis videt? quis non intelligit, earum opinionum vel primam, vel nullam esse veram? Quid enim tam aut falsum, aut fide indignum, aut denique commenticiũ iudicari debet, q̃ quod & incertũ est, & summa in sententiarũ varietate, ac dissensione constitutum? Primum namque illud obiecerim, chronica illa ex quibus id se deprõpsisse affirmant, ἀνεύρυμα esse, planeque incerta: quibus non esse credendum superiori disputatione ex Metasthene Persa latissime demonstratum est. Quid autem est obsecro tam insulsum, rudique homine dignum, quàm quod non satis explorate perceptum sit, à nulloque certo autore traditum, sine vlla dubitatione (quod isti faciunt) velle defendere? Huc accedit, quod in Bossianis chronicis, in quibus de Bellionense quodam Mediolani duce, cuius temporibus ferunt Pergamum illum Bergomum condidisse, nescio quid scribitur, nulla prorsus huiusce Pergami sit mentio. postremo repugnant apertissime his opinionibus Cato, Plinius, Ptolomæus, aliique nonnulli, cum Græci, tum Latini rerum gestarum scriptores eruditissimi: quedã præterea perantiqua vrbis epigrammata, in quibus omnibus Bergomũ vbique, non Pergamum scriptum annotauimus. Verum aduersus postremas hasce recentium maximè historicorum opiniones (nã de prioribus ostendam equidem paulo post qui sit meus sensus vt simplici quadam, ac pingui potius perscrutatione, vel, vt maiores nostri dixerunt, Minerua explicatas, nihil fortasse afferri nunc debuit, nisi etiam indoctis satisfacere optarem, qui quod semel in chronicis quamlibet rudibus, & indocte scriptis legerunt, mordicus retinent. Itaque ex Hebræorum quasi quodam sancto, augustoq; fonte, ex quo Cydnum etiam illum, principẽ Cenomanorum autorem. ortum duxisse, hesterno sermone clarissimè demõstrauimus, nostra omnis, de recta Bergomæi nominis interpretatione, manabit oratio. Quid enim tam consentaneum, ratum, firmumque videri debet, quàm cũ Cenomanorum atque Orobiorum nomina (vt superioribus diebus ostendimus) omnino sint Barbara, id est, Hebræa, Bergomum quoq; cum sit Cenomanorum Orobiorum ciuitas, Barbaro prorsus, id est, Hebræo nomine fuisse nuncupatam? eiusque ἔτυμον, nequaquam ex Græca, aut Latina, aut Gallica, sed ex omnium vetustissima ac sanctissima Hebræorum lingua quærendum esse? quod cum à nobis in præsentiarum sit explicandum, video mihi necesse esse, vt quàm sapissime insuetas Latinis auribus, asperrimasque Barbarorum (ita enim Hebræos appellare libet) voces proferam. verum id vos, vt æqui, ac bonũ consulatis, operæ pretium est. neq; enim ego accusandus sum: sed aut ipsa fatorum uis, euentusque, aut ipsa potius rerum humanarum conditio improbanda: quippe qua vel eum sermonem barbarum nobis effecerit, vel ciuitati saltem nostræ, nomen illud non Græcum, aut Latinum, sed Barbarum penitus indiderit. Conabor tamen pro rerum, ac verborum obscuritate, quoad fieri poterit, vt ea dicam distincte atque dilucide. Sed iam demum rem ad ipsam veniamus. Bergomi igitur vrbis nostræ nomen, quum omnino Barbarum sit, non alunde profecto, quam ex his tribus Hebræis vocibus, בדרים גון מעון Beradim, Gon, Mon, cõpactũ fuisse planè mihi videtur, ex quib. nimirũ qualis ipsa vel initio extiterit ciuitas, declarari nobis q̃ facilime queat, ni ea me ratio penitus fallit, quã Plato philosophorum omnium (vt mea quidem opinio fert) & eloquentissimus, & eruditissimus, ex Cratyli sententia eo in libro affert, qui est de recta nominum impositione: nomina scilicet adeo perspicuas esse rerum imagines, atque adeo rebus ipsis esse similia, vt quum ea quis enucleate intellexerit, res quoque ipsas statim agnoscat. vnde quum Bergomum quoque priscis temporibus, vt pervetusta quædam loquuntur annalium monumẽta, regia ciuitas fuerit: facile est intellectu, non incommode à conditore Bergomum, id est: Gallorum regiam vrbem, fuisse nuncupatam: quãdoquidem apud Hebræos prima eius nominis dictio, quæ est Ber à ברר Barad ducta est, qua sanè vox apud eos, quemadmodum Hebraicis institutionibus eruditi apertissimè tradunt, idem omninò significat, quod apud Babylonios, & Assyrios Gallim, id est, vndas, ac fluctus: à quibus, ex Xenophontis sententia, Ianum patrem Gallum, eiusque omnes posteros epitheto paterno, Gallos, id est, inundatos, vel ab vndis, aut aquarum illuuionibus superstites, fuisse cognominatos, nudius tertius clarissime demonstrauimus. Ceterum huiusce Hebraici verbi Barad multitudinis numerus est ברים Beradim, à quo ablatis duabus postremis Adim syllabis, remansit prior Ber: qua est earum dictionum princeps, ex quibus Bergomeum nomen coalitum fuisse supra declaranimus: in quo certè eandem obtinere significationem existimamus, quam GALLI apud Hebræos pariter & Assyrios habere supra docuimus. cui sanè rei maximam argumenti vim afferre potest, illud saltẽ earum, qua ab hisce Gallis emanarunt, gentium nomẽ, quod Hebraice עמברים Hymberadim rectius (mea quidem sententia) dici potest, quàm aut Grece ὄμβροι, aut Latine, Vmbri. est n. apud Hebræos עם Hym populus, porrò Beradim, vt dictum est, idem quod Gallim, id est inundati, siue à fluctibus, aut aquarum eluuionibus seruati: de quibus ita apud Solinum: Gallorum, inquit, veterem propaginem Vmbros esse M. Antonius asseuerat: eosdem quod tempore aquosæ cladis imbribus superfuerunt, ὄμβριους Græcè nominatos. vnde & M. Cato: Ex his inquit, tradunt venisse Ianum cum Dyrim & Gallis progenitoribus Vmbrorum. Ex his omnibus facile intelligi potest, illam M. Catonis, quam Plinius refert, de Bergomæi nominis origine sententiam, aliqua ex parte assendi posse. Nam si ad hunc sensum asseruit Bergomates ab eodem' nomine à quo Bara quoque vetustissimum Orobi-

Orobiorum oppidum sibi nomen adsciuerit, fuisse cognominator: recte eum sensisse quis neget? quum id ipsum etiam Barœ oppidi nomen, quod Gallicum interpretamur, ab eadem Hebraica voce Barad, ex qua Bergomi quoq; nomen compactum fuisse, demonstrauimus, deductum fuisse liquido pateat. At verò si secus eum sensisse quis affirmarit, nequaquam medium fidius intelligo, qua ratione, aut via eam ueri opinionem facile possit: sed hæc alij postea uiderint. nolo enim in ijs, quæ perspicua mihi uidentur, confirmandis longior uideri, quã res ipsa postulet. Altera autem Bergomas nominis pars, quæ est Go, handquaquam (ut opinor) incommodè regia poterit interpretari. namq; גוי Gon, apud Hebræos uerbum est, protegere significans, a quo מגן Magen, id est, Clypeus, aut scutum ductum est, quod priscis regibus ac ducibus, regni atq; imperij tutamen erat: quemadmodum Naso innuere uidetur his uersibus:

Atq; Ancile uocat, q̃ ab omni parte recisum est:
Quemq; notes oculis, angulus omnis abest.
Tunc memor imperij sortem consistere in illo,
Consilium multæ calliditatis init.

Hinc effectum arbitror, ut ad hæc usq; tempora usus obtinuerit, ut procedentibus regibus, ac ducibus, uel urbium præfectis, scutum, tanquam insigne quoddam imperij præferatur. Quocirca ea Bergomas nominis particula, quæ est Go, rectè (ut ego quidem existimo) duci potest aut Scutata, aut Clypeata: quo quidem uerbo usus est Virgilius, qui ait:

Insequitur nimbus peditum, clypeataque totis
Agmina densantur campis.

Vnde est etiam apud Solinum ciuitas Clypea Africæ. uerum ut magis sensum exprimam è sensu, regiam siue regalem (utroq; n. modo Latinè dicitur) interpretabimur. At verò postrema Bergomi nominis portio, quæ est Mum, apud Hebræos מעון Maon, & Mon, scribi solet, ac proferri: significatq; cùm oppidum, tùm ciuitatem, & habitaculum, quemadmodum facile intelligi potest ex Psalmo LXXXV, & LXXXIX. Quamobrem hisce tribus Hebraicis dictionibus Beradim, Gon, Mon, per concisionem duarum syllabarũ, unius q; litteræ, in unum redactis, oritur dulcissimũ illud atq; pulcherrimũ patriæ nomen ברגומעון Bergomon, quod Latinè rectissimè interpretari potest, inundatorũ Clypeata ciuitas: uel Gallorum regia urbs, quæ à Græcis Αρχέπολις, à recentioribus autem Latinis, cùm princeps, tùm ducalis ciuitas, appellari solet. Cæterum hisce ego pluribus nominibus unam rem declarari uolo, ac definiri: sed uror, ut quàm maximè significem, pluribus. quanquam per obscura quidem multa ex ijs, quæ diximus, extitisse uideo: quæ tamen à me non ita dicta sunt de industria, sed ineratq; & in rebus ipsis iam obsoletis, quibus ubertas orationis adhiberi uix potest, & in uerbis illis incognitis, inusitatisq; ist hæc omnis obscuritas. Quapropter quoniam ex his quibusdam quasi è scopulis nostra iam enauigauit oratio, quod reliquum est, quam paucissimis absoluam. Quum igitur Bergomum regalem ueterũ Gallorũ urbẽ extitisse, nomẽ ipsũ manifestissimè doceat: porrò nomina rebus adeò similia esse Plato affirmet, ut simulac quis nomina sciuerit, res quoque ipsas statim agnoscat, facile intelligimus ei aliquando ciuitati regiã potestatem, siue, ut uulgato more loquar, ducalẽ principatũ præfuisse. Verum enimuero, quia eorum temporum historiam, quæ ante Romanã Remp. fluxere, antiquitas abolenit: illud restat, ut quæ huius rei, quam diximus, nomine ipso significari, possumus, monumenta explicemus. Constat itaq; ex antiquorum monimẽtis, atq; historijs, quæ à Græcis chronica nuncupantur, urbem nostram regibus quondam, siue ducibus, aut regulis paruisse: quod & adsignificant tum antiquorum statuæ, atq; numismata, tum permulti q uoq; elogijs excisi lapides: de quibus tum dicturum te Marce pollicitus es, cũ ego Cenomanorum ciuitates perfoluissem. Hæc aũt uiri optimi nolite expectare, ut ego nunc uniuersos Bergomatum duces, omniaq; illorum facta commemorem, uel si quid memoria dignum gesserint, aut certe dixerint, explicẽ: neq; enim opus est, neque pudoris est mei, Francisco Bellasino uiro doctissimo, & utraq; lingua optime perdito, tùm uero maxime scriptori harũ rerum diligentissimo, uiuo, & incolumi, me aut auctorem, aut prædicatorem monumẽtorum nostrorũ profiteri. Sed tamen ad confirmandã eam Bergomas nominis interpretationem, quam modo declarauimus, quatuor tantummodo duces, quos, quidẽ memoria teneo, referam: nã qui cæteros scire optarint, eos ad diserti, atq; eruditi Bellasini opus de Bergomatum rebus antiquis demittam. Id n. facile poterit, abundeq; eis suppeditare quod requirent. Itaq; prior ex ijs Bergomeis ducibus, quos mihi quidem nunc tenuis memoria suggerit, Crotatius ille est, quem cum esset regia atq; illustri è familia, nobilissimisq; è parentibus genitus, tradunt historiæ, tam multa, tamq; præclara rei militaris facinora fecisse, ut imperio, uirtute, uictoriaq; totius Venetæ regionis principatum obtinuerit, (nondum enim præclarissimum Venetorum imperium cœperat) Quibus rebus adducti Bergomates, permotiq;, ut huius fortissimi, inuictissimiq; ducis rerum gestarum gloriam, ac memoriam uirtutis sempiternam, futurorum hominũ proli commendarent, defuncto monumentum quã amplissimum faciendum curarunt. Itaq; erecta eo in tumulo marmorea columna, simulacrum illi quoddam egregiè factum statuerunt, quod quidam Plotatium, alij autem Crotatium, Bellasinus uero noster Plutonem, appellatum fuisse cõmemorat. Posterior autem Bergomi dux huiusce Crotatij filius, fuit Lupus nomine: qui generis nobilitatem, gestarumq; rerũ gloriã, atq; imperij maiestatem, quas à patre acceperat multis in Remp. meritis, constantissimisq;, atq; optimis actionibus, non modo confirmauit, atq; retinuit, uerum etiam mirum in modũ auxit, amplianitq;. fuit enim cum continẽtiæ, fortitudinis, ac prestantiæ, tum diuini quoq; cultus, ac moralium uirtutũ omnium exemplũ quasi quoddam & specimen. Eo siquidem duce autoreq;, Bergomates nostri Christi optimi, maximiq; cultum, ac leges, auspicijs tamen, ac meritis diui martyris Alexandri, Thebæa legionis signiferi, primum susceperunt. Quæ quidem ob merita, uno omnium consensu, inter Diuos relatus est, maximique ei honores post mortem decreti, in testi-

testimonium scilicet vitæ, piè sanctèq; institutæ. Supersunt cæteri duo Bergomei duces Gandulphus scilicet ac Rhotaris: qui aliquot sæculis post Crotatium, Lupumq; principes floruere: de quibus quoniam tum apud Bellasinum tum etiam apud Paulum Diaconum accuratissimum eorum temporum scriptorem in quarto, ac sexto Longobardicæ historiæ libro latissimè scriptum est, prætermittam hoc loco ea velle dicere, quæ & vobis notissima sunt, & mihi ad commorandum minimè necessaria: Cum præsertim memoria teneam, non ita pridem hæc vobis commonstrata fuisse, atq; ostensa à Iouiana illo Rapicio homine & summo dicendi studio, & præterea prorsus ingenio, ac singulari doctrina prædito: quem scire omnes facile potestis, tùm multis ciuibus nostris, tùm nobis præsertim & ad suscipienda & ad ingredienda isthæc politioris humanitatis, atq; ingenuarũ artium studia principem, & autorem, & magistrum extitisse. Sed iam satis multa de Bergomo verba mihi fecisse videor, quæ tametsi & inuenta à nobis sunt acutius, & dicta etiam fortasse subtilius quàm vt quiuis ea possit agnoscere, tamen frenus intelligentia vestra disserui breuius, ac strictius quàm causa desiderare. nam me Sol ille præcipitans admonebat ne essem longior, vt tu quoq; Marce doctissime prouinciam tuam hodierno die explere posses atq; perficere. Non sum tamen nescius plurima in hunc sermonem non esse collata, quæ & Bellasinus, & alij nonnulli diligentissimè persequuti sunt illis namq; propositum fuit de his singillatim scribere: nobis verò abunde satis fiat, breui hac dissertatione nonnulla perstringere, quæ & vobis non inuicunda penitus fórent: cæteris verò non admodum peruulgata viderentur. Quamobrem quoniam ego pensum iam absolui meum, si sine tua molestia fieri potest M. Maurici, non modo petimus, verùm etiam rogamus, atq; exposcimus, vt ea antiquitatum monimenta, quæ te allaturum spopondisti, antequam Sol occidat, nobis exponas. Imo vero, inquit ille, inbeatis: si quid possum, id totum vobis denoueo. nam qui potest esse molestum tempus, quod philosophiæ, quodq; eruditis hisce collocutionibus impenditur? atq; si subciua hæc nobis differendi tempora sapiùs darentur, nihil profecto esset quod ad perfruendum studiorum nostrorũ voluptate præoptandum mihi fore existimarem. Verũ facis tu quidem Marsili mi abundantia quadam humanitatis tuæ, vt ea etiam à me roges, quæ prætermitti absq; nefario ingratitudinis nomine nullo modo posse videntur. Nam cum diebus istis meo quidem rogatu, & impulsu de principe Orobiorum ortu, descriptioneq;, nec non & singulis eorum ciuitatibus plurima & distincte, & abundanter, & illuminatè, tam rebus, quã verbis explicaueris, ingratè omninò facerem, si meum ergà te, fratresq; tuos studium ac voluntatem, iis præsertim, in rebus, quibus vel maximè possum, declarare diffugiam. quanquam multis iam argumentis ea spero vobis non esse incognita. Itaq; nunc peruetustæ quædam huiusce ciuitatis, ac regionis monimenta percurram: quibus & vobis optimi adolescentes, quoad fieri potest, morem geram, & Bergomea quoq; nobilitas, & si per se sit satis clara, tamen his etiam quasi quibusdam ornamentis illustretur. Caterum vt id quàm commodè agatur, & ne qua forsitan excidant, proferam in medium haud contemnenda vetustatis libellum, quo omnia fermè non modo nostræ vrbis, sed exterarũ quoq; regionum omnium, ac ciuitatum epigrammata per vetustis marmoribus incisa breuiter, & vt mihi quidem videtur, perdiligenter collecta sunt, Quum id dixisset Marcus, arrepto statim volumine, ac ea tantum oculis collustrans quæ ad Bergomates spectabant, hunc in modum effari cœpit. Diuo martyri Alexandro optimi iuuenes templum est non longè ab ea vrbis parte, quam nostri Citadellam populariter vocant, editissimo in loco situm, sanè sanctum apud nostrates, ac religiosum. ibi complura sunt vetustatis monimenta: è quibus illud in primis extat P. Marij elogium marmoreo quodam, quadratoq; lapide, grandioribus litteris exsculptum: quo non facile dixerim vnquam me aliud vidisse aut pulchrius, aut elegantius: tametsi non tam multum in istis rebus intelligo. huiusce verò lapidis talis est inscriptio.

C P. MARIO VOT.

L VPERCIANO EQ. .R. .EQ. PVB. OMN. HONOR. MVNICIPAL. ADEPT. IVDICI DE SELECT. SACERD. CAENINEN. COLL. FABR. CENT. DEND. M. B. PATRON. CVIVS EXIMIA LIBERALITAS POST MVLTAS LARGITIONES HVC VSQVE ENITVIT: VT LVCAR IIIIINAE REDEMPTVM A REP. SVA VNIVERSIS CIVIBVS SVIS IN PERPETVVM REMITTERET. HVIVS TOT ET TAM INGENTIA MERITA ITA REMVNERANDA CENSVERVNT: VT EFFIGIEM [illegible]IV. PERPETVA VENERATIONE CELEBRARENT.

L. D. D. D.

Quo equidem epigrammate, cum sit vetustissimum, apparet, vt inquit Bellasinus, priscis temporibus Bergomum Romanorum municipium extitisse. nam cum postrema illa quattuor epigrammatis nota L. D. D. D. locum datum decreto Decurionum autore Probo significent, porrò ij qui in municipijs publicam rem agebant, Ciceronis testimonio Decuriones appellarentur, eaq; dignitate pollerent qua Romæ Senatores, facile est intellectu, vrbem hanc, quod Decurionum dominatu quondam paruerit, municipali iure priscis illis Romanorum sæculis viguisse. Id verò an prorsus verum sit, nõ est nunc differendi tempus: sed cum vestro, tum aliorũ iudicio discutiendum relinquamus. illud tamen non importunè (vt opinor) affirmauerim: ex vicorum, oppidorumq; nominibus quæ in Bergomati agro sita sunt, non

non antiquitatem modo Bergomatum, verum quàm gratus etiam Romanis hic ager olim fuerit, quàm facilimè ostendi posse. Siquidem Marianum, Catianum, Statianum, Mutianumq; non nisi à Mario, Catio, Statio, Mutioq; deducta fuisse, nemini ignotum esse arbitror. in quos fortasse non incommodè & Actianum quod nunc Alanum vocant, & Albinum adnumeraverim. quorum alterum ab Actio, alterum verò non minus ab Albo, quàm à Sp. Albino, aut ab A. Albino deduci posse manifestum est. Sed de his alias hæc n. admonendi modo causa volui dixisse. tu quantis id facias, Marsili postea videris. Est aliud etiam pro foribus templi non indecorum epigrammata, sed tamen mutilum, & fractum, tale quippe est:

NTIO. SEX. F. VOT. ALPONI
AE. M. F. SECVNDAE.
IO. M. F. VOT. MACRO. PONTIFICI.
M. F. VOT. MONTANO. IIIIVIR. IIIVIR.

Extant præterea eo in loco tres alij mira eiusdem venustatis & antiquitatis lapides: è queis primus hoc elogio est insignis,

ATESTIA L. D. L.
ATESTIAE
TERTIAE. PATRON.
BENEMERENTI. ET
CAPITONI BINETAE.
ET MARTIAE, ET PRIMVL.
DELICATIS. ET
TELAMIO CELERI
AMICO CARISSIMO.
ET ATESTIAE EGNATIAE.

In secundo autem ita scriptum est.

V. F.
L. BLANDIVS C. F.
VOT.
IIIIVIR. ET.
AVGVSTALIS. ET
FLAMINALIS
SIBI ET
VALERIAE L. F.
RVSTICAE
VXORI.

Tertij verò huiusmodi est inscriptio.

SPONSOR. L.
C. STATIO. C. L.
FAVSTO
NEGOTIATORI
ET
VITVLLIAE. SEX. F.
TERTIAE VXORI

In quo monumento obiter illud annotandum censeo, consuevisse veteres otium, & negotium per, T, scribere: quod secus multis nunc faciunt. Sed hæc alij viderint. Cæterum non procul ab ea divi Alexandri æde, quam diximus, sacellum quoddam est divo Petro Apostolorum principi dicatum, cuius in parietibus non inelegans elogium hoc inspicitur.

C. CORNELIO
C. F. VOT.
MINICIANO
PRAEF. COH. PRIM.
DAMASC. TRIB. MIL.
LEGIONIS .III. AVGVST.
PRAEF. FABR. CVRATORI
REIP. OTESINORVM
IIIIVIRO .I. D. PONTIFICI
FLAMINI DIVI CLAVDII
BERGOMI PATRONO
FLAMINI DIVI TRAIANI
MEDIOLANI
PLEBS VRBAN.

Quæ quidem inscriptio apertissimè declarat, consuesse maiores nostros, reclamante tamen recentiorum, quotidianaq; consuetudine, Bergomũ per B. scribere, quod ego alijs quoq; in nonnullis veterum inscriptionibus scriptum animadverti, cuiusmodi illa est quam nuper Brixiæ cũ essemus, exscripsimus: cuius hæc sunt verba:

P. CLODIO P. F. FAB. SVRAE Q. FLAMINI DIVI TRAIANI PONTIF. IIVIR. QVINQVE TRIB. LEG. .II. ADIVTRI. PIAE FID. CVRAT. REI. P. BERGOM. DATO. AB. IMP. TRAIANO. CVRAT. REI P. COMENS. DATO AB. IMP. HADRIANO COLLEGIA. FABR. ET GENT.

Quibus ex epigrammatibus quis non videt? quis non perspicit, quàm facilè commenticia illa recentium historicorum opiniones refelli possint, qui asserunt huiusce urbis nomen non Bergomum, sed Pergamum dici debere? quippe quod vel à Pergamo Asiæ oppido, vel à Pergamo Gallorum duce emanarit, atq; originem duxerit. sed ô magna vis veritatis! quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraq; fictas hominum insidias, se per seipsam facile defendat. quàm enim tota hæc recens fabella? quàm est sine argumento? quàm nullum invenire exitum potest? nam sive ex antiquorum elogijs petantur signa, quibus maximè veritas illustrari solet, qua nam illis ipsis, quæ antea exposui, aut clariora, aut venustiora inveniri tandem possunt? sive patrum auctoritas quæratur, quæ nam obsecro maior? qua sanctior? qua prætlarior afferri unquam potest, quàm Millius Catonis, quẽ Cicero studiosissimum philosophiæ, iustissimum virum, optimum iudicem, religiosissimumq; testem nuncupare solet? ut interea dissimulem Plinium, Ptolomæum, Tregumq; Pompeium, atq; è recentioribus complures, apud quos ubiq; Bergomum, non Pergamum scriptum inveniatur: nec non & antiqua Bergomatum aurea numismata, in quibus ita scriptum est. Lupus dux Bergomi. Sed ineptum omnino est de tam perspicua rerum impudentia pluribus verbis disputare: quasi aut res ipsa dubia sit, vel obscura: aut ea quæ hisce de rebus subtiliter, & ornatè

à M.

a M. Marsilio disputata sunt, nostra vel confirmationis, vel approbationis indigere videantur. Quare redeamus ad id, vnde diuertimus. Visuntur igitur eisdem in parietibus alij quoq; duo lapides, quorum alter hisce verbis, ac literis incisus est.

alter verò est huiusmodi:

M. CAECILIVS M. F. FIRMVS. BENDROPHORIS LECAVIT

L. MAVESI L. CORN. Q. STATI L. POMPO.

Aliud quoq; non longe à foro scimus esse futum, nobilissimum quidem, ac sanctissimum diuo Vincentio martyri dicatum: quod templum in oculis, quotidianoq; aspectu Populi Berg. est positum: eius itidem in parietibus monumenta nonnulla posita sunt, quorum prius tale est:

PVPIA. M. F. SECVNDA. V. F.
Q. SVLPICIO. Q. F. RVFO.
IIII VIR. Q. VIRO
Q. SVLPICIO Q. F. SEDATO.
IIII VIR. I. D. FILIO.

Posterius autem hunc in modum se habet.

L. CLVVIENVS. L. F. ANI
CILO
BALNEVM. ET.
AQVAS. DEDIT.

Sed tamen ea, quae ad eadem diua Agatha sunt, epigrammata, nulli aliorum vel antiquitate, vel pulchritudine cedunt: nam in altero ita scriptum est.

P. RVBRIVS
THEOPHILVS
PAEDAGOGVS
RVBBIAE. SIBI. ET. SV.

In altero autem hi quam pulcherrimi leguntur versus:

PVDENS M: LEPIDI. L. GRAMMATICVS.
PROCVRATOR ERAM LEPIDAE MORESQ. REGEBAM
DVM VIXI MANSIT CAESARIS ILLA NVRVS.
PHILOLOGVS. DISCIPVLVS.

Est alia etiam apud diuum Michaelem, quem nostrates dicunt Putei albi, peruetus hac inscriptio

IOVI
O. M. ET. DIS.
DEABVSQVE
IN MORTALIBVS.
C. VALERIVS
VALENS
L. M.

Alium quoq; lapidem, memini me quondam in aedibus splendidi, ac nobilis viri Ioannis Iacobi Vlmai in hanc sententiam legere solitum:

D M
VIBIAE
VARIAE
CAETERIS

A Et haec quidem sunt antiqua huiusce ciuitatis monumenta. qua vero in Bergomatis agri villulis, atq; oppidis continentur (quoniam Sol ad occasum properat) quam breuissimè potero expediam. Itaq; primo ab vrbe lapide, eo in pago qui Adhaste dicitur, epigramma quoddam litterulis quidem corrosis, senioq; nutantibus, sed tamen eruditissimè scriptum ita legitur.

M. CABARSVS
PATIENS DEDIT
B XXX. ET. PRO FVNDI
DE VSVRIS XIII. QVOT
SI IVVENATES EIVS
NEGLEXERINT FILIO
EIVS RETERE DEBE
BVNT XXX. AVT
SI QVIS HERES
FVERIT
POSIT FILIVS.

C Quo in elogio permulta profecto notatu, ac cognitione digna sunt, quae nihilominus propter angustias temporis, tum etiam quod ea Bellasinus noster, vir & doctus, & harum rerum explorator diligentissimus luculentè admodum, ac diligenter exposuit praetermittam: pergamq; ad reliqua.

Alibi igitur talis est inscriptio:

P. FVRIVS P. L.
HILARVS VIVIR
D VIVOS SIBI FECIT
ET FVRIAE. P. L.
A L. C E.

Itemq; apud Mutium, siue rectius Mutianum, insigne hoc epigramma conspicitur:

CAPITONI SPIRATIO
RVSTIAE P. F. MAXIMAE
MATRI. Q. CALLIDIO L. F.
MAGIO FRATRI. SEX.
E CALLIDIO L. F. FRATRI
DVLCISSIMO.

Rursus apud Bulgarum duo hi extant lapides. vnius talis est scriptura:

NEPTVNO SACRVM.
M.
DVNILIVS. HOMO.

Hac autem alterius inscriptio.

F PONTIVS CORNELIVS
CRIPONIVS
T. F. I. S.

Praterea apud Crassobium huiusce modi è marmore extat lapis:

C. CORNELIVS C. F. VOT
CALVOS. VIVOS. SIBI
ET .L. CORNELIO .C. .F.
VOT. FRATRI H. M. H.
N. S.

Laurea

Lucani quoq; in sacello diui Lini tale est epigramma:

A

D. M.
BAELIO TAVRO QVI VIXIT
ANN. XXI. DIES XXXXV.
ANNIA SEVERA MATER
FILIO PIENTISSIMO ET
SIBI ET AELIO LVCIO
MARITO RARISSIMO.
V. F.

Itemque hoc apud Martinengum:

MINERVAE
L. LONGINVS
MAXIMVS
EX PERMISSO
AELIORVM
V. S. L. M.

Sacellum preterea quoddam est diui Pauli, altissimo in monte admodum edito loco positum: quem locum vulgus Argon nominat. ibi duo hac sunt monumenta: quorum alterum hac inscriptione insignitum est.

HADRIAN
L. PRISCVS. SL.
T. L. HADRIANO
L. HILARIO PATR.
NO. TESTAMENT.
SCRIPSIT FIERIQ.
IVSSIT.

Hac verò ornatum est alterum:

M. SERTORIVS
M. L. FAVSTVS
SIBI ET
SERTORIAE. M.
BENIGNAE.

Barrianum quoque vetus oppidum & nobile decimo ab vrbe lapide, scitis esse plenum clarissimorum monumentorum. id n. complures è nostris antiquum illud Orobiorum oppidum Bara esse arbitrantur, à quo Bergomates fuisse cognominatos, Catonem scriptitasse autor est Plinius: sed de eo satis superq; dictū est à te Marsili. in eo loco nuper nonnulla veterum monumenta reperta sunt, atque in primis lapis quidam marmoreus. macus tamen, ac mutilus, cuius in extrema tabella celatum erat armentū, pastoresq; haud pauci tauros naribus, atq; auriculis trahentes, apparet autem nunc epigramma hoc exesis prioribus partibus versiculorum: ac dimidiatis ferè hunc in modum:

P. R.
Biii. I VIR
Q. R. VERECVNDO VR.
ET. VIBIAE. Q. L.
VERECVNDAE
T. F. I.

B *Extant eodem in loco alij etiam duo lapides, ac in primo quidem scriptum est:*

MARTI. MINERVAE.

In secundo autem ita legitur:

DOMITIO L. F.
VOT
C MONTANO.

At verò postremum omnium monimentorū quæ quidem ad manus meas pervenerunt, illud est quod nuper in agro Astezani inventum est tale.

L. QVINCTIO
L. L.
PRESTI

D

Hac igitur sunt ornatissimi iuuenes egregia illa veterum monumenta, nostraque ornamenta ciuitatis, qua hodierno in consessu ex me voluistis audire. quibus rebus tametsi hac ipsa vrbs satis clara, atque admiranda videri potest: ego tamen neq; hac re, neque originis nobilitate, neque imperio, neq; frequentia clarissimarū familiarum rerum, praclarisq;, ac magnificentius tam illustrari arbitror: quam quod optimis artibus, atque ingenijs omni studiorum genere perpolitis, &
E *quod propè caput est omnium, religione, moribus, ac Dei optimi, maximi cultu, omni quidem tempore ita floruerit, & nunc etiam maxime vigeat, vt iure optimo possit cum quauis illustrium ciuitatum ex aqua contendere. Enimuero quam multos è nostris ciuibus patrum memoria, quam multos nostra, cum rei militaris gloria, tum diuinarum quoque humanarumque rerum omnium cognitio, atque eloquentia, in amplissimo & laudis, & dignitatis gradu collocarint, nō hercle facilè dixerim. nam quum innumerabila fermè habeamus huiuscemodi clarissimorum hominum exempla, quæ nam tanta potest esse dicendi vis, tantaque copia quæ rē tam magnam, tam variam, possit, aut*
F *ingenio, & viribus sustinere, aut memoria, & oratione complecti? proinde vt hac omnia prætermittam, quæ & audistis sæpe, & (vt arbitror) etiamnum tenetis animis; Quænam vnquam obsecro ciuitas, aut propriis ciuibus, aut patriæ suæ benevolis præcipue, atque insigniter diligendis magis pia grataque extitit? Quæ vero aut venientibus malis fortius obstitit? aut quæ iam ad-*

I *stante,*

erant, patientius toleraui, pertulitque? nulla vnquam profecto, mihi credite, in rebus publicis, domesticisq; prudentior: nulla ad rectissima optimarum artium studia propensior: nulla denique erga Deorum immortalium curam cerimoniamq; religiosior inuēta est. testes sunt locupletissimi, ac certissimi vtriusque sexus pene innumerabiles vita, ac moribus sanctissimi ex hominum genere in cœlum recepti. qua de causa effectum arbitror, vt nostri homines de numinibus, ac patria pie meriti, ad omnes artes ingeniosissimi euaserint: quale Pindarus olim Rhodijs à Pallade, ob exhibitos sibi primum nascenti ab eis diuinos honores, concessum fuisse canit. Sed quorsum hæc tam longa, & non sine inuidia, ac fortasse etiam quorundam contemptu, si apud alios, quàm apud vos loquerer, repetita patriæ laudes? nempe vt vos adolescentes, quos vt filios diligo: qui & nobiles estis, & rectissimis quoque studijs, atque optimis artibus dedisti (adhuc n. patitur vestra humanitas me quid sentiam libere dicere) ad maiorum vestrorum imitationem excitem. noui n. vos, noui patrem, cuius paucos pares hæc ciuitas tulit: noui domum, nomenque vestrum: studia denique generis, ac familiæ vestræ: virtutis, humanitatis, plurimarum artium, atque optimarum, nota sunt mihi omnia. Itaque faciam vt imperatores instructa acie solent, quanquã paratissimos milites ad præliandum vident, vt eos tamen adhortentur: sic ego vos ardentes, & erectos non cohortor solum, sed plane etiam rogo atque obtestor, vt tota mente, omnique animi impetu in virtutẽ, doctrinam, patriæque vestræ gloriam, ac honorem incũbatis.

A nihil est n. quod vobis maiori fructui, splendoriq; esse possit, nec quicquam ex omnibus rebus humanis est præclarius, aut glorioſius, quam de Rep. vt inquit Cicero, benè mereri. Nam cum omnia breuia sint, fugacia & caduca, virtus tamen est vna altissimis defixa radicibus, quam nulla vis eripere, nulla fortunæ procella impellere in scopulum potest. Hæc maxime illustratur magnis in patriam meritis, hanc omnes appetunt, amplectuntur vniuersi, qui sese patriæ qui suis ciuibus, amicis, qui laudi, qui gloriæ, non qui somno, & conuiuijs, & delectationi natos arbitrantur.

B Hanc igitur retinete quæso iuuenes, quam vobis tanquam hereditatem maiores vestri reliquerunt, namque sic habetote, omnibus qui patriam suis consilijs, laboribus, litterarum monumentis defenderint, conseruarint, illustrarintue, certum esse in cœlo (vt docti õnes, ac sapientes loquuntur) ac definit ũ locum, vbi beati sempiterno æuo fruantur. Quaobres pergite, vt cœpistis, ornatissimi adolescentes, vt eam ingenij facultatem, quam complexi estis maximam, teneatis, perficiatisque: qua & vobis honori, & amicis vtilitati, & patriæ tandem huic nostræ, totique Christianæ Reip. emolumento aliquando esse possitis. Verum iam satis, superque vsus sum vestra humanitate. Itaque quoniam iam adueſperascit, surgendum censeo. Quumque id dixisset, surrexerunt omnes pariter: & simul ac vale dixerunt (erat enim extrema iam diei hora) domum continuo lati, atque alacres rectà concesserunt.

C

Digitized by Google

TORELLI SARAYNÆ VERONENSIS LEG. DOCT.

DE ORIGINE ET AMPLITVDINE CIVITATIS VERONÆ.

Eiusdem

De Viris illustribus antiquis Veronensibus
De his qui potiti fuerunt dominio Ciuitatis Verona.
De monumentis antiquis urbis & agri Veronensis.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

Hic te admonendum Lector. putauimus, quod ante hanc noſtram impreſſionem, quidam Sebaſtianus Sergius Bononienſis, inter multorum locorum antiquitates, quarum volumen ab ſe compoſitum dedit, Veronenſium etiam monumentorum aliquot ſe antiquarium profeſſus eſt, quæ, quia ipſe non vidit, imprudenter fortaſſe ab alterius incuria ſumpta, aut non rectè deſignauit, aut non cognita ſubticuit. Atque ideo, ſi quid erit hoc noſtro in libro compertum, ab eo diſcrepans, ſcias in hiſce noſtris expreſſa eſſe, quæ vera ſunt, & germana, quemadmodum vel incola Veronæ certior fieri potes, vel peregrinus, ſi tibi quandoque viſuro Veronenſes antiquitates adire contigerit. Bene vale.

IOANNIS COTTAE VERONENSIS.

VErona qui te viderit,
Et non amarit protinus
Amore perditiſſimo,
Is credo ſe ipſum non amat,
Careq́ue amandi ſenſibus,
Et odit omnes gratias.

HIERONYMVS AVANTIVS VERONENSIS.

Mihi ſuccinere liceat,
Verona, qui non viderit
Te, ſed Torellum legerit
Ad te volabit geſtiens
Tantas videre gratias.

AD Sp. Iu. DOCT. D. TORELLVM SARAYNAM COSÆ TVRONI.

QVæ prius exciderant, quæ vix monumenta manebant,
Reſtituis patriæ tot Sarayna tuæ.
Per te geſta virûm, per te patet vrbis origo,
Vt patriæ dici iam mereare patet.
Marmora, longa dies, rabies & barbara perdet,
At non vlla tuum vis abolebit opus.

Ciuica debetur Taurello, qui vnus in hoſtem
Arma ferens, patriæ reſtituit patriam.

L. M.

IOANNES AVOGARIVS.

SIquis ſcire optat noſtra qui iecerit vrbis
Fundamenta, & item qui amplificarit eam.
Indicat & nomen quæ ſimplex littera, quæq́;
Olim ſqualebant, nunc monumenta nitent:
Quiq́; viri illuſtres fuerint pro tempore, quiq́;
Vrbem rexerunt, & quot Olympiadas,
Hoc opus euoluat: Saraynæ exſurgo Torelli,
Eſt fœtura, vlla non peritura die.

TORELLI

Digitized by Google

TORELLI SARAYNAE VERONENSIS LEGVM DOCTORIS DE ORIGINE CIVITATIS VERONÆ.

Ad Reuerendiſsimum in Chriſto patrem D. D. IOANNEM MATHAEVM GIBERTVM Epiſcopum Veronæ.

LIBER I.

QVum ex dicto illo ſine præcepto Platonico, non ſolùm nobis nati ſimus, ſed & patria, & amicis: ego quidem non ſolum illos commẽdandos exiſtimaui, qui ſuis vrbibus neceſſaria procurant, & parant: ſed & eos etiam, qui eorum, quæ ad decorem pulchritudinemq; pertinent, curam gerunt. quo pacto & naturam laudare ſolemus, qua in animantium generibus, nõ neceſſariorum ſolùm, ſed & pulchritudinis quoq; ſtudioſa eſt. Quare quum & ipſe patriæ meæ ſemper, quacunq; in re poſſem, prodeſſe ſtuduerim, inuerimq; ſemper quantum in me fuit, commendandum poſtremò deſiderium meum fore duxi, ſi pleraq;, quæ ad ſplendorem, pulchritudinemq; illius attinent, ab iniuria temporis & quodammodo à morte defenderem, atq; in vita quantum poſſem, atq; in memoria hominum conſeruarem. Vrbium autem ornamenta inter cætera ſunt, earum origines, ſi præclaræ ſint & antiquæ, tum & ædificiorum magnitudines, ac demum illuſtrium virorum nomina, ingeniaq;. Quæ omnia Veronam vrbem abunde inter alias Italiæ ciuitates habuiſſe, videre quidem licet, partim ex ijs, quæ adhuc extant, & quaſi viuunt, partim ex ijs, quæ quodammodo interiere, in hiſtoriis autem, & memoriis hominum adhuc viuunt. Igitur operæ precium me facturum exiſtimaui, ſi & his, & illis labẽtibus opem ferrem: alia enim iam periiſſe videntur, alia ruunt, & tempori obnoxia, & indies collabentia in non paruo periculo eſſe. Quamobrem quum ſcirem, quæ in ſcriptis viuunt, diuturniora eſſe poſſe, quam marmora, mecum ipſe decreueram antiquitates omnes, quæ tũ in ciuitate tum in agro extant, nec non & alia ornamẽta, quæ ex hiſtoriis colligi poſſunt, ſcriptis mandare, ac legenda cunctis emittere. Verum quum conſiderarem nec ea ſcripta diu viuere conſueuiſſe, quæ leporibus linguæ ornamentisq; quaſi anima priuata carerent, deſiderium hoc meum diu repreſſi, qui ſcirem me in ſeriſibus negotijs, & dicendis cauſſis magis verſatum, ab omni ſcribendi ratione longè abeſſe: temerarium̃q; potius exiſtimari poſſe, ſi tantum arrogaſſem mihi. Sed certè timorem hunc amici mei omnes, quibuſcum iſta communicaueram, non mediocriter reprehendere: temerarium non eſſe, qui non ſuas, ſed patriæ laudes quæreret. caruiſſe autem noſtram hiſtoriis non paucis, & quidem gratis, ſi Procopius, ſi Blondus, ſi M. Antonius Sabellicus, ad Titum Liuium, ad C. Cæſarem, ad Sallustium reſpexiſſent. Viuere ſæpe ſtylum, ſæpe materiam, ſæpeq; euenire, vt ruditer ab vno tractata ab alio exſpoliantur: vtrumq; autem commendari, hunc qui ornauit, illum qui inuenit. Quæ omnia quum & rectè dicta, & vera eſſe cognouiſſẽ, ſublato eo tempore, quo ardor deſiderij prioris diu tepuerat, decreui tandem quæcunque collegiſſem vrbis noſtræ illuſtria monumenta, in lucem edere qualicunque tractata ſtylo fuiſſent, ac tibi Giberte religioſiſſime Antiſtes pariter illa omnia dicare, qui antiquis illius ornamentis recens, quaſi decus quoddam ingens additum, ſanctitate doctrinaque adeo illam illuſtras, tum ita diligis, & foues, adangesque, vt & antiqua ſibi illa, & noua gaudeat, & gratuletur. Quapropter nec illud dubitaui, te, vti ea, quæ tanta vrbi neceſſaria ſunt, magna ex parte curas & prouideris: ita & ornamenta illorum, antiquitatesq; lato animo accepturum, & quaſi filiam ſuis doribus decoratam amplexurum. De his autem per dialogum ſcripſi, quo delectarent magis: & quo pacto inuitum huius contemplationis primo cœperit, pateret. Nam quum ſuperiori anno multi ex amicis, clientibusq; nouo vere ad me conuenieſſent, multaq; ac varia inter nos dicta fuiſſent, placuit omnibus, tum exercendi corporis, tùm leuandi animi gratia, in Diui Ioannis montem aſcendere, quo conſueueramus, ob nimiam loci amœnitatem ſæpe conferri. Ergo quum in locum conuenieſſemus, & quaſi ſeſſi in ſumma ſpecula conſedeſſemus, vnde & totius vrbis deſpectus, & labentis Athеſis, & plana cãporum, atq; amœna latè patebant: quam rectè, tum inquit Iacobus Villafranca, qui vnus ex congerronibus,

atq; idem vrbanissimus, ac satis doctus consedebat, quam mirè Gallis locum hunc delegere, qui primi tantam vrbem condidere, qua amœnissimus latè labitur Athesis, colles placidissimi adiacent, camporum tantum protenditur. sed tu quid subrisisti? TOR. Commendandos nimirum & ipse arbitror primos illos, qui sedem hanc magnæ futuræ vrbi delegere. Quod vero Gallos eos fuisse existimes, equidem non potui non subridere, quum vidissem eandem tè in foueam lapsum, in quam & multi alij cecidere, ex Iustini, vt opinor verbis. IAC. An aliter fortasse tute existimas? TOR. Aliter prorsus, & longè. IAC. Falsa igitur Iustinus scripsit? & Trogus, à quo ille accepit? TOR. Potesne eius verborum reminisci? IAC. Possum equidem, ac nisi fallor, hæc sunt: His autem Gallis causa in Italiam veniendi, sedes q; nouas quærendi intestina discordia, & assiduæ domi dissensiones fuere: quarum tædio quum in Italiam venissent, sedibus Thuscos expulerunt, & Mediolanum, Comum, Brixiam, Bergomum, Tridentum, Veronam, Vincentiamq; condiderunt. Thusci quoq; duce Rhæto, auitis sedibus amissis, Alpes occupauere, & nomine ducis gentem Rhætos appellauere. TOR. Sunt certè hæc. Sed age, si quæ de Mediolano Comoq; dicta sunt, hæc minimè vera ostenderimus, quam fidem de Verona habere videbuntur tibi? IAC. Minorem certè: sed iam de Mediolano, & Como ostende. TOR. Id agam, sed vter potior videtur tibi, cui magis credas, Porciusne ille Cato primus, quem Dionysius Halicarnassæus [lib. 1.] inquisitorem diligentissimum rerum Italicarum vocat, an Iustinus, seu, quem ille secutus est, Trogus? IAC. Catonem ego quidem semper anteponendum censeo. TOR. Rectè dicis, at Cato in libro de originibus longè aliter de Mediolano sentire videtur, cuius verba, si rectè memini, hæc sunt: Olanum ante à Thuscorum duce, qui cum Orobiis Colonis, ibi primus insedit (quorum origo incerta, vti Comi, Bergomi, Licinofori, & aliquot circa populorum) inde ab Insubrũ principe nomine Medo ada uctæ Mediolanũ nomẽ seruat. Ex quibus videre licet Mediolanum prius Olanum vocatum, longè ante Gallorum aduentum fuisse conditum, itidem & Comum: quæ si sint, quanam tibi de Verona superit fides? IAC. Minor profectò: sed tamen certum oportet authorem esse, qui Veronam à Gallis conditam non fuisse dicat, & eum quidem authoritatis maioris quam Iustinum. TOR. Non deest author Iacobe, & si vno contentus non eris, duos adducam, ac inprimis quando magnæ fidei est apud te Porcius Cato, vide quanam ille de Verona scribat, verba eius sunt hæc: Alpes omnes Italiæ colonias Thuscorum fuisse incolæ asserunt, & ab ipsis vel ducibus, vel capitibus originum, nomina gentibus & locis indita: vt Rhæti à Rhæto rege Lydorum, & Veronenses à Vera Thuscorum colonia. Videtur ne igitur credere Cato Veronam à Gallis conditam? IAC. Non mediusfidius. sed quinam alius est author? TOR. Is quem paulo ante dicebas, C. Sempronius, qui eisdem fere verbis ita scribit: Hinc circa Larium lacum à principibus dicta Vallis Vulturrena, & Verona à Vera Thuscorum familia. IAC. Graues nimirum vterq; author. Verumtamen non possum satis mirari,

A Iustinum & Trogum alioqui & ipsos non parui faciendos Historicos aliter de Verona scripsisse. TOR. Desine mi Iacobe admirari. Possunt enim & Porcius Cato cum Sempronio, & Trogus cum Iustino vera dicere, si res tota consideretur. Illud inprimis constare debet, Transpadanam omnem regionem antiquissimorum Thuscorum sedem fuisse, quod & Sempronius affirmat his verbis: Et quidem omnem Transpadanam regionem, Thuscorum prolem fuisse, inter omnes
B authores conuenit, manentq; vestigia, vrbs Mantua, & reliqua. Cato quoq; ita de hac re scribit: Omnia sub Alpibus Transpadana loca, prisci conuenæ Thusci missis colonijs tenuere, ab hisque multa loca nomina retinent: plura deleuerunt Galli: & reliqua. idem & Liuius [lib. V.] idem & Plinius affirmant. Veronensem autem agrum Thuscorũ sedem fuisse, multa præter prædicta monumenta confirmant. Nam & Catullus Benacum Lydium vocat, id est, Thuscum. Circa Benacum porrò oppida sunt adhuc, quæ nomina Thuscorum seruant, vt Thusculanum, & Vergilius Ocnum filium Mantos fuisse, &
C Thusci amnis, id est, Benaci, dicit: tametsi nõnulli sint, qui de Arno flumine id intelligãt. sunt & adhuc vina Rhætica in agro nostro, nomen antiquum seruantia, à Rhætis, quæ à Gallis pulsi montana incoluere, de quibus ita Iustinus scribit [lib. XX.] Thusci quoque duce Rhæto, amissis auitis sedibus Alpes occupauere. Plinius præterea de Verona inquit: Rhætorum & Euganeorum Verona. Hæc igitur ita statuenda sunt, quibus si alterum illud addas, quod Cato dicebat: plura
D deleuerunt Galli: facile fortasse erit videre, quomodo tàm Cato, & Sempronius, quam Trogus & Iustinus vera dicant. nihil enim prohibet & Veronam, & Brixiam, & Mediolanum antiquissimas vrbes à Gallis dirutas fuisse, (iis dico, qui primi Alpes transcendere) mox ab aliis duce Brenno eadem instauratas fuisse, quas conditas Iustinus scribit. De hisce autem, quæ adeo antiqua sunt, tempora ad amussim nouisse, eorum est, quæ quodammodo difficilia sunt: coniecturis autem
E quibusdam magis sunt credenda. atq; ita ego de Verona origine existimo. Tu quid existimandum censes? IAC. Ita prorsus & ipse iam adducor, vt credam. Sed adhuc tamen vmbra nescio quid in mentem mihi ingeris, quod Liuius scribit, quum dicit: alia subinde Germanorum manus, Elitorio duce, vestigia priorũ secuta, eodem saltu fauente Bellouesо, quum transcẽdissent Alpes, vbi nunc Brixia, ac Verona vrbes
F sunt, locos tenuere, quasi Gallorum illorum temporibus adhuc non fuisset condita, sed post. TOR. Nihil in quo hæsites debent Iacobe illa tibi inferre, quæ Liuius scribit. si enim forte fortuna deleta fuisset Verona, quæ aduentarunt Galli, rectè dixisset Liuius, vbi nunc Verona est, quæ tunc non erat, quum tamen ante fuisset. quid si & ad futurum tempus respexisset historicus, sciens deleri vrbes, & mutari? quod si forte euenturum fuisset, vt Verona vllo tempore, vti alia omnia enata, interierit, aquum tamen fuit locum docere, quem tunc tenuere Galli. Hoc n. loquendi modo sæpe vtũtur, qui scribunt, quibus q; ratio temporũ ante oculos obuersatur. IAC. Ita esto Torelle, non ingratum tamen illud effeceris

teris (quando & satis vacat) si de Thuscis illis qui colonias isthuc primas misere, planius aliquanto dixeris, quinam illi fuere, & quibus temporibus aduenere. neq; enim & hæc se latere arbitror, TOR. Ad valde antiqua me reducis Iacobe, tamen dicam quæ legisse memini apud Catonem, Sempronium, Berosum, complures q; alios, dignos quidem omnes, quibus indubitata fides adhibeatur. In primis q; illud statuendum est, ac pro certo accipiendum à nobis, si producti credimus, Ianum illum priscum ab Italis pro Deo habitum, eundem & Oggygem priscum, & Noah (seu Noe Hebreorum vocabulo dicere velis) fuisse: qui cum filys Semo, Camese, & Iapheto, ac eorum uxoribus superstites à diluuio, circa montes Armeniæ propter quod & Galli max vocati Sagarum lingua fuere. Gallum enim vocabant ab aquis liberatum. Sub hoc Iano recens mundo, pura illa vixit ætas, quæ aurea dicta est, annis ferè ducentis & quinquaginta post diluuium. Sub initium igitur aureæ illius ætatis, crescente iam hominum sobole, Ianus cum paucis quibusdam in Italiam venit, partemq; illam tenuit, quæ Vmbria dicta est, primiq; illi, qui eam partem coluere, Aborigines dicti sunt: partim opinor, quia ante illos nulla prior in Italia origo fuerat, partim quia primis illis incolentib. nemora, qui nascebantur, è truncis & arborbus quasi primo erumpere videbantur, unde illud:

Genusq; virûm truncis, & duro robore natæ.

Mox verò Ianus in Armeniam reuersus, colonias per orbem disseminauit, ac ad complendam Italiam Gomerum Gallum, Iaphet filium, cum Crano Racenno, quẽ filium ipse Ianus post diluuium susceperat, cum colonys misit, anno post diluuium circiter centesimo, ac quadragesimo: qui eandem partem incolens, non solùm Vmbros adauxit, sed & Hetruriam totam. Propter quod Hetrusci antiquissimi in tota Italia fuere, & eorum Vmbri, qui & Aborigines. Post ea tempora & Chameses in Italiam delatus est, ac Gomero, seu mortuo, seu ab eo fugiente, totam Hetruriam rexit, ac sceleribus corrumpere cœpit, corrupisseq; aureũ illud sæculum, nisi rursus Ianus ex Armenijs in Italiam redisset, abdicatoq; Chamese à regimine, ipse gentem separasset, seorsumq; Aborigines iussisset viuere à cæteris Thuscis. Post quẽ paulo post & Saturnus, qui & Sabatius Saga dictus est, frater Nembroth Saturni Babylonici, & patruus Iouis Beli in Italiam concessit: fugiens arma Iouis Beli, qui eum diu persecutus fuerat: per quos consenescens iam aurea ætas, quantum potuit, sustentata est. Ergo per ea tempora colonię, quæ iam in Hetruria contineri non poterant, per totam Italiam deductæ fuere: è quib. duæ magnæ sunt, quæ in Transpadanam regionem missæ, potuere Veronam vrbem condidisse: altera Volturrenorum fuit, altera Rhætorum. Hæc autem posterior fuisse videtur. Vtrosq; autem tam Volturrenos, quam Rhætos vsq; ad Athesim imperium extendisse constat. Nam de Volturrenis ita Sempronius scribit: Lacus Hetrusca origine dictus Larius, quod à patricijs Volturrenis, omnia ea loca principio possessa fuere vsq; Veronam. De Rhætis antè Plinius scribit: Rhætorũ & Euganeorum Verona. Ex his igitur colonys ego quidem crediderim & Adriam Coloniam, & Veram illã, à qua Verona dicta est, effluxisse. Magis autem è Volturrenis quàm Rhætis auter est Strabo: quorum idem Sempronius quasi constitutas colonias dicit. Hinc circa Larium lacum, è principibus dicta vallis Volturrena & Verona à Vera Thuscorum familia. Veram præterea Hetruscam fuisse, author est Strabo, & Sempronius. Veram quoq; familiam à Thuscis originem traxisse, Iulius Capitolinus affirmat in vita Veri Imperatoris, cuius verba hæc sunt: Origo eius paterna pleraque ex Hetruria fuit. Hetruria est nomen ciuitatis, quæ appellatur etiam Volturrena, quod affirmat Porcius Cato inquiens: In his Volturrena sub radicibus Cyminis iacens, cognomine Hetruria. Vnde Myrsil. Lesbius de origine Italiæ scribit: Hetruscos multarum coloniarum authores, & Tetrapolis Tyrrhenorum Hetruria est prima; & Tyrrheni soli vetustissimi in Italia; & Romani asserunt Hetruscos vetustissimos aureo sęculo natos, à quib. aras, ritus, diuinationes, colonias, & disciplinas habuit prisca Italia, initio sumpto à prima eorum Tetrapoli dicta Hetruria, à quibus illos Romani Hetruscos cognominarunt. Ex hisq; innotescit, quod Volturrenis habuerunt fines vsq; Veronã. & Vera familia ex Hetruria, seu Volturrena eodem tempore has partes tenuit. Atq; hæc sunt Iacobe optime, quæ ego de Thuscis, qui loca prima hæc tenuere, ac de Verona conditoribus dicere posse videor. Tempus autẽ missionis coloniarum trans Padum fuit tempore Mancales regis XIIII. Assyriorum, XII. anno per Ghyum Ianigenarum regem, qui dictus est Italus, ob ingenij excellentiam, à diluuio per annos DCLXXX. & antequã Dardanus interfecto fratre Iasio Italia receuens, misset ad condendum regnum Troianorum, quod fuit anno vltimo Ascatadis XVIII. regis Assyriorum, & sic per annos CVIII. post, vt ex Beroso Chaldæo elicitur, incipiendo à diluuio, descendendo per reges Assyrios. Et dictis Ianigenæ, de quibus loquitur Berosus, [lib. 5.] consecuti fuerunt nomen à Iano primo eorum rege. Nam loca & regiones mutant nomina, seu ea assumunt à regibus. Deinde appellati fuere Tyrrheni, deinde Thusci. LIC. Scire vellem Torelle, qui nam fuerint isti Euganei, qui habitarunt partem huius vrbis. TOR. Scias Euganeos populos in Italiam aduentasse cum Hercule Libyo, vt inquit Plin. [lib. 3. c. 20.] & M. Ant. Sabellicus [lib. 2. Enne. 7.] incoluerunt q; regionem, quæ nũc Venetia arcitur: qui ab Antenore, & Heneis expulsi ad montana loca se reduxerunt, vt affirmat Liuius. [lib. 1. dec. 1.] Et ex hoc aperte demonstratur Veronam fuisse ante aduentum Antenoris in Italiam, & excidium Troiæ. Nec credas Herculem, de quo supra memoranimus, fuisse Herculem Amphytrionium, de quo fabulantur Græci, sed fuit Hercules Osiridis filius, qui tempore Baiei XI. Assyriorum regis Italiam petijt, vt refert Berosus, cuius hæc verba sunt: Hercules Osiridis filius, cui nomen est Libyus, cum in Italiam per Celtas transisset, expulit Læstrigones Italia, & ibi pacifice annos viginti regnauit, multaque illis oppida à suo nomine, & cognomine fundamenta nominauit, & loca aquis impedita, habitationi hominum commoda fecit, & in Celtiberos reuersus est. De quo etiam Herodotus scribit:

quod fuit per ætates quinque, antequam Hercules Amphytrionius natus esset in Græcia, qui fuit maximus pirata, & vixit annis LII. & periit igne, vt scribit Manethon AEgyptius: *Hac quum dicta fuissent, inclinato iam sole visum est omnibus cedendum, ac rursus die crastina simul conueniendum.*

DE AMPLITVDINE CIVITATIS Veronę.

LIBER II.

*POstero die, quum primos radios Sol emisisset, serenissimumq; nobis apportasset diem, conuenere ad me amici, clientesq; hesterni, ac cum his nonnulli alij: factisq; de mere salutationibus, hodie inquit Ioannes Nicola vir nobilis, & doctus, nisi fallor Torelle, de reliquis antiquitatibus vrbis agendum superat: Tu vide vtrum per otium sedendo loquendum sit, an deambulandum magis, & ad singula antiqua loca pergendum. TOR. Deambulandum magis, atq; si videbitur vobis, primum ascendendum, mox descendendum. IOA. Placet nimirũ. At tu viam cape. TOR. Igitur, quum ad pontem conuenissent, qui nouus dicitur, placuit omnibus in Hemicyclo sedendum, vbi locorum omnium iucundissimus, & maxime varius conspectus est: Tunc Ioannes, quum omnium paulisper oculi oblectati fuissent, subterlabentem fluuium conspiciens: Quid est (inquit) Torelle, quod non vno nomine antiqui fluuium hunc appellauisse videntur? C. enim Sempronius, ac post ipsũ Ptolemæus, Atrianum fluuium vocãt: Reliqui omnes tum historici, tum & Poetæ Athesin nuncupant, vnde & Virgilius Athesin amœnum dicit. TOR. Ita & ipse scio vocari fluuium, modo Atrianum, modo Athesim: cur autem ita factum sit, diu mecum cogitaui. nam nihil quidem (quod ipse audiuerim) potui ex antiquis accipere. opinor autem Atriani nomen longe antiquius fuisse, quàm Athesis. Memini autem legisse apud Sempronium, Adriam sive Atriam ciuitatem, quæ olim magna, amplaq; fuit, vbi nunc ager Ferrariensis iacet, cuiusq; vestigia adhuc parua quædam extant, & nomen quoq; mutilatum, (Adri enim vocãt) fuisse Thuscorum Coloniam: Et ab ea, non solum mare Adriaticum, sed & fluuium, qui præterlabebatur, Atrianum vocatum fuisse, qui nunc Athesis dicitur: tametsi Strabo (lib. 7.) contra, potius vrbem a fluuio nominatam fuisse scribat, quod verius videtur: quoniam antiquiora sunt flumina, quam ciuitates. Sed certe & illud sæpe accidit, vt simul & flumina & ciuitates idẽ nomẽ sortiantur, q & Adria ciuitati, & fluuio conuenisse censendum est. Legitur enim inter antiquos Hetruscos reges Atrium vnum fuisse, a quo ego quidem crederem, & Coloniam Atriam missam, & vrbem conditam, ac illis simul & fluuio præterlabenti nomen ab eo fuisse inditum, vocatumq; Atrianum fluuium, & Adriam ciuitatem, sive Atriam, (vtrumq; n. legitur) quoniam tãta est inter D. & T. germanitas, vt mutuo se impellant & elidant, & in Adraphaxi, quam alij Atraphaxim, alij Adraphaxim scribunt: & alij Endelechiam, alij Entelechiam, & in multis aliis: quod & vernacula lingua hac nostra etiam nunc vsurpari constat, vt in patre & matre, compluribusq; aliis. Ita ego existimo de nomine Atriani fluuij. Quo autem modo, & quo tempore, idem mox Athesis sit appellatus: equidem nihil habeo, quod legisse apud antiquos meminerim, Illud adhuc queri posset, num fluuius hic mediam vrbem interlaberetur, quemadmodum & in præsenti, an magis præter mœnia flueret? Videtur enim ex Plinij verbis Veronam vrbem nostro ævo diuisam fuisse, quum dicit: Rhætorum & Euganeorum Verona: quasi partem orientalem, trans Athesim possiderent Euganei, Rhati verò occidentalem vsq; ad Athesim. TOR. Scias Ioannes, quod flumen Athesis tempore prisco vrbem non intersecabat, verum prope mœnia labebatur, vrbem ipsam relinquens ad ortum Solis. Hoc patet ex fundamento latissimo muri per medium Athesim deducto, non procul à ponte Castri veteris, q & hyemali tempore decrescente aqua cõspicitur: cuius etiam (vt fama est) quam plurima inuenta fuerunt vestigia. Præterea anno (si rectè memini) M.D.XII. annus ipse adeò excreuit, vt aquarum exuperantium æstuoso impetu, pars murorum fossæ castri veteris fuerit deiecta, prope templum diui Zenonis, & nisi tot murorum obstacula fuissent, alueum reperisset antiquiorẽ. Constat etiam ex dicto Pauli Diaconi, Athesim fluuium tantum excreuisse, vt circa Basilicam diui Zenonis, quæ apud Veronenses vrbis muros sita est, vsq; ad supremas fenestras aqua pertingeret: quamuis, sicuti beatus Gregorius (pontifex enim postea fuit) scripsit, in eãdem basilicam minimè penetrauerit, sed vrbis mœnia ex parte illa, eadem subrupta sunt inundatione. facta est autem inundatio hæc Kalendis Nouembris. IOA. De his satis. Montem autem ascendendum est. His dictis visum est omnibus cedendum, & montis partem illam petendam, in qua fons est, qui à ferro dicitur. Ibiq; quũ peruentum fuisset Ioannes Nicola: Ecqua habes de his locis quæ referas Torelle? TOR. Non alia mehercule quam quæ & vos videtis, ni forte illud considerandum sit, quod ipse vides, quum propugnacula hæc à Venetis superioribus annis ædificarentur, quo tempore vrbs, pulsis Germanis, recepta fuit. In fossis enim quæ tunc excauabantur, innumerabiles spelunca, & caueræ reperiebantur, quasi tophus ille, per has veluti cassas, habitaretur. quam rem ego non satis potui admirari, ac certè existimaui cuniculos illos eo tempore confectos, quo homines aureo sæculo in montibus habitantes, cassas sibi, & spelunças foderãt. Quã consuetudinẽ Vitruuius [lib. II. c. I.] approbat, cuius verba sunt hæc: Homines veteri more, vti feræ in syluis & speluncis ac nemoribus nascebantur, ciboque agresti vescendo vitam exigebant. Vnde Lucretius de hoc inquit: (lebant

Sed nemora, atque canos montes, syluasque colebant
Et frutices inter condebant squallida membra.

Iuuenalis (Satyra VI.) insuper hoc affirmans ait:

Credo pudicitiam Saturno rege moratam
In terris, visamque diu, dum frigida, paruas

Præberet

Præberet spelunca domos, ignēq; laremq;, (bra:
Et pecus, & dominos communi clauderet vm-
Syluestrem montana torum construeret vxor,
Frondibus, &c,

IOA. Aliud etiam nouum mi Torelle mihi subijcit miraculum, Quum eodē in monte foderetur, spectabātur, Echini lapidei, Pagури, Cōchæ, Cochleæ, Ostreæ, Stellæq; pisces, Animum rostra, & id genus alia passim multa, de quibus omnibus, quid nam putes libenter audirē.

TOR. Ligna, ossa, & alia multa lapidescere meminī apud Theophrastum, & apud Plinium legisse. Pontanus vero aptius dicit: vidi lapidescere Sarni Cerulei sub fonte alnū, filicisq; maniplos. Quare & quod Echini marini, & Cochleæ, & reliqua in lapides concreuerint diuturnitate temporis, non ita mirandū est. Illud maiorem admirationē præbeat, quo nam pacto hæc, si viua quandoque fuere, in hos montes aut delata fuerint, aut enata. Qua de re quid ipse opiner, non satis habeo quod referam: Dicam autem ea, quæ memini à peritissimo medico, ac præstantissimo philosopho Hieronymo Fracastorio audiuisse, quum ego illum forte fortuna me donatū lapideo pagуro egregio quidē, ac pra grandi rogassem, quæ nā esset de hac re Philosophorum opinio? Qui dicebat tres esse de hac re sententias, vnā eorū qui putarent Cōchas hasce atq; alia id genus complura, in montes iactata fuisse, quo tempore aquarum colluuia montes superauere: quam opinionem sibi non probari professus est. Tū quod aquæ, quæ exuperarūt montes, non fuerunt maria, sed inundationes è cœlo: tū quod oporteret videri Cōchas, & id genus alia, in verticibus montiū, aut si super excreuisset terra, videri saltem certo solum tractu, quà tum vertices montiū erāt. Quod certe non liquido constat, quando ex tuis montib. in quibus sunt hæc, non vna solum parte appareant, sed etiam in mediis, & in imis, & vbiq;. Aliam sententiā esse dicentium in montibus esse humorē quendam, & alicubi salsum, & variū, à quo sæpe veræ animalia maxima fiunt, & quodammodo generātur: vt est in Dactylis videre, qui in mediis saxis nascuntur, & inde excanantur. Interdum non vera animalia fieri, sed quæ imitantur vera. Nam quemadmodum & natura imitatur species terrestrium in mari: ita in montibus non veras conchas fieri viuentes, sed consimile quiddā, quod mox lapidescit ob frigiditatem circumambientis loci. Cuius signum affirmant esse, quod concha quantumuis id quod intra est, non plane animal referunt. Sed hanc quoq; sententiā non plane sibi placere aiebat: quoniā lapideæ hæc aut vnquam vixere, animantiaq; extitere unæ non. Siquidem olim vixere, non iam iocatur natura & imitatur, sed verum animal facit: quale in mari gignitur. At verò in mōtib. inter saxa esse eā vim genestrecē, q̄ in mari, nō satis rationabile videtur, p̄sertim grandiorib. animalib. q̄ multa poscunt. Cui res addi & illud potest, quod si olim genita fuissent, oporteret, & nunc alicubi gigni, & erui e montib. viuentia hæc animalia, quemadmodum & Dactyli. Si vero nunquam vixere, sed imitationes tantum fuere verorū animantium, hoc certe contra sensum est. Eruuntur enim conchæ non paucæ, quarū pars sum in lapidem conuersa, pars nondum mutata est, sed vera concha ratione hæret, & generatiuē, & cum reliquis mollitudinem. Quare videre est illas olim veras fuisse conchas. q. si id, quod intra est in quibusdā, non planè conchā refert, causa est, quod caro, quæ mollis ex se erat, & contrahi nata, multa terra circumtecta, mox in lapidē coiuit. Ergo se dicebat existimare, hæc olim vera animātia fuisse iactata illuc à mari, & in mari enata: Sed hæc pendere ex maiori cognitione. Montes enim omnes è mari factos fuisse asseuerabat, primum iactata arena in cumulos, fuisseq; olim mare, vbi nunc montes extant: mox eodē recedente deiectos fuisse montes, & insulas, quod & indues videtur fieri, quādo et Ægyptus tota mari olim obruta fuit, & in litorib. etiam Italiæ, vt circa Rauennam appareat, vbi longe abest mare ab eo, quod olim fuerat passuū C. Hæc ergo, & alia multa memini tum illū de his dixisse, quæ ad Philosophos pertinent. Nos ad nostrā redeamus confabulationē. sed ascendamus iam. Quum ergo summum in montem peruenissemus, qui castro diuo Petri subiacet, ac circumcirca oculos conuertissemus: Scitis nē illud (inquam) cur in statutorū nostrorū præfationib. maiores nostri scriptū reliquerint, Veronā vocatam fuisse paruam Hierusalē? IOA. Nescio equidē ipse, vt p̄ cunctis dicā: qua de re neque tacendū videtur. TOR. Maiores nostri, siue vere similitudinem quandam, cum Hierusalem p̄spexissent, siue impositis eiusdē nominibus, certis locis religiosius agi viderent, imitationē quandam sanctæ illius ciuitatis amauisse videntur. Ac primum vallem illam quam dextrorsum cernitis, Dominicam appellauere: Montē vero cui mox Rochi sacelliū nomē dedit, Caluarium dixere, tresq; in eo cruces ex imitatione erigi, ac constitui voluere, quas propè eadem vicinam hic habetis Nazareth vocatam. Nec longe D. Iohannis paruum fanum extat, Bethlehem vocatum. Inde parum distat sepulchrū. Propter quæ omnia, & quæ plebiscita municipalia condidere, paruam Hierusalē hanc vrbem appellauere. IOA. Probe quidē Torelle, sed perge ad reliqua. TOR. Pia, Christianaq; dicta sunt. nunc autem ad Ethnica transeamus. Tria autē ista hinc videri, & coniici datur, è quib. quanta, quam amplaq; fuerit vrbs hæc, spectare licet. Sunt autem Theatrum cuius vestigia nobis subiacent, Amphitheatrū quod videtis, & Campus Martius, quo nec qui Romæ erat, maior fuisse existimari potest. In eo exercebantur corpora, equis, iactu, cæstibus, ludisq; aliis campestribus. In Amphitheatro gladiatorū lusi, & alia spectacula edebantur: in Theatro scenica. Quib. omnibus, si qua ornabatur ciuitas, nō nisi magna, amplaq; esse poterat: Quapropter Strabo (lib. 5.) Inlubres hæc etiam ætate iunt, qui Mediolanum Metropolim habuere. Ea quidem prius vicus erat: (Omnes enim vicatim habitabāt) Hac vera tempestate eximię dignitatis trans Padum vrbs est, quodammodo Alpibus finitima, & propinqua Veronæ est. Amplissima hæc vrbs. Huic inferiores Brixia, ac Mantua, & Regium, & Comum. Hæc mediocris erat colonia. Ex quib. verbis amplitudinē ipsius ostendit, q; nō amplā, sed amplissimā dixerit. Propter quod & de Verona Martialis iusticho libri vltimi ita scripsit.

Tantum magna suo debet Verona Catullo
Quantum parua suo Mantua Virgilio.

Pari modo Cornelius Tacitus (Libr. XIII.) Veronam Coloniam validam, *appellat his verbis:* Quæsitum inde, quæ sedes bello legeretur.

Verona

Verona potior visa est, patentibus circum campis ad pugnam equestrem, qua prœualebat, simul Coloniam copiis validam auferre, Vitellio item famamque videbatur. *His igitur grauissimis sententijs, ni satis Veronam amplissimam fuisse demonstratum arbitrarer, multas insup authoritates illustrium aquè, ac doctorum scriptorum adducerem. Quas ne noster sit sermo prolixior, omittere decreui. IOA. En, hic inferius, homo quidam papyrum pre manibus habens. Rerum antiquarum monumenta, in lesuatorũ viridarijs iacentia, inspicere videtur, ac describere.* B *TOR. Video hominem, Ioannes Carottus graphidis peritissimus mihi videtur iste. Enimuero ille ipse est. Heus Carotte, quid tibi cum papyro in his antiquis ruderibus? CAR. Salui sitis. Theatrum, hic olim existẽs, ex istis ruinis alias electum, in tabula quum pinxissem, aliquid ne omiserim, huc perscrutaturus accessi. TOR. Laudandus quidem tuus labor est Carotte: Volo descendamus tabellam inspecturi. CAR. Operior accedas. TOR. Pulcherrimi operis (vt spero) exactissimam picturam videbimus. Vellem Carotte omnia* C *distinctè indicares. CAR. Libentissimè. Has duas planities, hic in summitate alteram alteri imminentes: quarum parietes lapidib. tessellatis subtili arte crustatos videtis, duarum porticuum solum fuisse scietis. En columnarum adhuc extant, & porticuum vestigia. Videte epistylium hic etiam existens pulcherrimum, sub quibus porticibus per gradus vsq; in orchestram descendebatur. Hic inferius quadam in domo adhuc integri adsunt pulcherrimi fornices, pro graduum ordine constituendo fabrefacti: quorum alterum latus in* D *in meridionali parte, alterum in huius cœnoby horto inferiori terminabatur. Extant nunc etiã fundamenta. Hæc area orchestra erat. Post proferebatur Proscenium hic scena recta. En adhuc in his parietibus vestigia extant. Post scenam duæ amplissimæ porticus fluuio imminebant. Rudera ista antiquissima hoc demonstrãt. Videte & hic cum simis denticulis, ac coronis pulcherrimis, ab vtroq; cornuum pontes vltra Athesim extẽdebantur, quorum alter versus Septentrionalem plagã adhuc extat. Huius fornices marmoreos, Theatrum versus, antiquissimos videtis. In secundi fornicis clauæ, ex marmore Pario Neptuni effigies cõtinetur. Alterius, meridiem versus, quum vi fluminis deiectus sit, anno à natiuitate dominica M.C.LIII. Die vero ascensionis dominica, vt in chronicis habetur, adhuc videntur vestigia. In vtroq; cornuũ limpidissimi fontes, alter à Parona pago, tribus passuum millibus distans; ad Septentrionale cornu: alter vero à monte aureo pari distantia ad alterum cornu, per subterraneos fornices educebantur. Ex quibus Theatri magnitudinem, ipsiusq; pulchritudinem vobis satis arbitror patere. TOR. Theatrũ istud olim magna ex parte vetustate corruit. Pars vero demolitione cecidit rege Berengario, vt ex regis ipsius huiuscemodi mandato, datur intelligi:*

IN nomine Domini nostri Iesu Christi Dei æterni, Berengarius Rex. Quia enenit nuper in ciuitate Verona, vt pars quædam medij Circi, qua Verona subiacet castro, pra nimia vetustate corruit, collidens cuncta A *sub se posita edificia, hominesq; cunctos pene quadraginta astrinxit, subita morte condemnans: idcirco videlicet præsentis Adeleardi episcopi S. Verona Ecclesiæ, cũctiq; cleri, & totius eiusdem populi ciuitatis nouerit sanctæ Dei ecclesia, nostrorumq; fidelium, præsentium scilicet, & futurorum industria, predecessorum quoq; omniũ amore, nec nõ pro anima nostra remedio, nos sanctæ Dei Ecclesiæ Verona, ac cuncto clero, & totius ciuitatis populo, & cunctis sub ipso castro morantibus per hoc nostra authoritatis preceptum commisisse, quatenus vbicunq; edificium aliquod publicum parti pertinens, ruinam minatur, aut alicui videtur, vt in ruina eiusdem, quomodocunq; sit, damnum futurum, liceat eis omnib. tam predicta Ecclesia cum clero, quam cuncto eiusdem ciuitatis populo, absq; vlla publica partis offensione, ipsum edificium publicum vsq; ad firmum euertere: in* B *nullo eis sit trepiditas damni, eo videlicet ordine quo cernes. Nec quilibet publicus exactor, quempiam hoc agentem condemnare, aut alieni quicquam audeat ex hoc inferre molestiæ, contra quod authoritatis nostra preceptum, si quis impugnare tentauerit, aut aliquem* C *ex predicto negotio molestare præsumpserit, vel vilam inferre calumniam, ne quod cœperat perficere possit, vtq; conatus eius redigatur ad nihilum: sciat se compositurum viginti libras auri obrizi, medietatem parti nostræ, & medietatem cui ex hoc aliqua fuerit illata molestia. Vt hoc autem verius credatur, & diligentius ab omnibus obseruetur, manu propria roborantes, annuli nostri impressione duximus insigniri. Datum quarto Nonas mensis May, anno incarnationis Domini nostri Iesu Christi DCCC LXXXXV. Anno verò* D *regni Berengarij Serenissimi regis nono, Indict. XIIII. Actum Verona in Dei nomine feliciter. CAR. Sed quo rem totam facilius percipiatis, omnia in tabella diligentissimè picta, quemadmodum antiquitus erant, vt ex ruinis adhuc apparentibus conijci potest, quoniam scio id vobis gratissimum futurum, tradere procurabo. TOR. Gratissimum quidem, pro quibus nunc ago, quumq; opus fuerit ingentes me gratias relaturum cognosces. CAR. Valete. TOR. Valeas Carotte. IOA.* E *Superius ostensum est, Athesim vrbem non diuidere, verum ipsam intactam in orientali plaga relinquere. Nunc autem oppositum videris asserere: causam libenter audirem. TOR. Hoc fuisse, cum ludorum nauali gratia, qui inter hos pontes prope Theatrum fiebant, tum commoditate vrbis, & vtilitate, muro illo, de quo iam diximus deiecto, flumen hac deuectum intelliges. IOA. Quũ sæpenumero quis Theatri huius pulcherrimi author fuerit diligentissime scisciatus sim, nec hactenus potuerim inuenire, si quid quoq; habes quod narres, mihi gratissimum facies. TOR. Ex historiographis* F *aliquem de hoc scripsisse nunquam me legisse memini. verum quum maiorum meorũ vestigia insecutus hac de re diligenter inquisissem, in turris pariete templi diui Petri, hic superius existentis, lani templum in arce quandam ingentis fornicis clauem marmoream, in qua Tauri caput insculptum est, iampridem intuitus sum: quam alicuius arcus Theatralis molis istius fuisse, reliqua marmora hic inuenta, simulq; arte elaborata, demonstrant multa. Octauiani nummos aureos, in quib.*

Tauris

Digitized by Google

Taurus erat impressus, conspexi. Praeterea quum partem pontis huius, qua fluminis impetu corruerat, instaurandã curarent, inter alia euulsa marmora, quoddam pulcherrimè elaboratum saxum vidisse memini, in quo hae literae legebantur: Octauia. C.F. & SOR. charissima, & sibi. de quo fiet mentio in sequenti libr. Quae quidem Octauia Octauiani Caesaris soror fuit, & uxor maioris Agrippae, quorum pater C. Octauianus appellabatur, vt in vita Octauiani ipsius Caesaris à Suetonio Tranquillo descripta patet: qui quũ in regione palatij ad capita bubula habitasset insigne ipsius Taurs caput fuisse ex nummis ipsius, ac aedificiis iussu eius erectis constat: ex quibus molẽ hanc immensam Theatralem Octauiano Caesare Augusto iubente erectam fuisse semper existimaui. seu eius tẽpore constructam. IOA. Authorem Theatri illius celeberrimi Octauianum Caesarẽ fuisse nõ dubitandũ puto. ait enim Suetonius in Octauii ipsius vita, (cap. 46.) Italiam duo de triginta coloniarum numero deductarum frequentauit, operibusque ac vectigalibus publicis plurifariam instruxit, etiam iure, ac dignatione vrbi quodammodo pro parte aliqua adaequauit, excogitato genere suffragiorum, quae de magistratib. vrbanis Decuriones colonici in suam quisque coloniam ferrent, & sub die comitiorũ assignata Romam mitterent. Quum ergo in ciuitate Verona Decuriones essent, vt ex monumentis antiquis, de quibus alio loco erit sermo ostendetur, Theatrũ putandũ est Octauii Caesaris tempore fuisse aedificatũ. verũ quia tarda iam est hora, in forum prius, deinceps domũ nos conferamus, in crastinum colloquia nostra differentes.

IOA. Satis in foro permansimus, per vicos (si placet) aliquantulũ deambulemus, forum Boarium versus pergentes, domũ postremo reuertemur. TOR. Eamus. IOA. Sapius Torelle summa diligẽtia quis Amphitheatrũ istud iuxta forum Boarium, mirabile sanè construxerit, quum perscrutatus fuerim, quicquã certi nunquam habere potui. Nec est credendum hoc tam admirabile opus à scriptorib. silentio praetermissum fuisse. Verum quum historias vnà cum authoribus ipsis quamplurimas, barbarorum inundatione totam Italiã deuastante, de perditas, nusquam videamus inueniri, facile & Amphitheatri nostri cõditoris, aliarũq; multorum ingentiũ simul & admirabiliũ operũ hic repertorum memoriã deletam crediderim. Verumtamen à prapotenti aliquo ciue, seu potius Imperatore Romano ingens hoc opus constructum censeo. TOR. Cuius alicuius sumptibus erectum fuisse, quãe incredibiles & innumerabiles impensas exigat, nunquam arbitror: Imperatorem vero authorem facile crediderim. IOA. Ciuem ergo aliquem huius Amphitheatri authorem, fuisse negas? Ignoras ne Marcum Crassum dicere solitum nullum Romanum ciuem diuitem appellari debere, nisi qui totum per annũ Romanum exercitũ impensis propriis alere potuisset? TOR. En quisnam ille astans medio Amphitheatro, & baculum manu gerens? IOA. Carottus est. TOR. Certe ille ipse est: illum tamen minimè noueram: Senectus enim non vires modo, sed & visum, & sensus omnes perstringere consueuit. IOA. Illũ adeamus quidnam hic meditetur scisciturus. TOR. Salue Carotte. quid Amphitheatrũ circumspiciens baculum manu tenes? CAR. Mensura partica est, quã teneo. IOA. Quot pedũ? CAR. Sex. Cur autem huc ventrim, si vacat audietis. Proxima nocte hac admiranda Amphitheatri moles mihi quum subijsset totam in tabella pingere, quantamq; hominũ multitudinẽ caperet, exquirere ego ipse decreuissem, Arcus supremos, medios, & infimos primo, & secundo parietis cõsumerami. Ianuas, quib. in Arenam datur ingressus, aliasq; per quas patet ad gradus ascensus, omnes gradus sigillatim adnotaui, nunc vero & latitudinẽ, & longitudinem dimetiri instituerã. TOR. Laudãdus es Carotte, quis admiranda haec, & qua nos quoq; libenter agnoscere emus, diligentius exquiras. CAR. Omnia, si, quoad perficiã, morari vobis grave, aut incommodũ non erit, intelligetis. IOA. Immo, quum rem iucundissimã ac multum diuq; exoptatam simus audituri, mora haec nobis futura est gratissima. Verum vt facilius commetientem illum possimus intueri, medios ascendamus gradus, vbiq; dum ipsum operiemur, sermonem, quẽ de Amphitheatri huius cœperamus authore, perficiemus. TOR. Tuae adstipulor sententiae. IOA. Igitur, quum ciuem Romanum, si diues merito dici debuisset, tanto diuitiarum & opum luxu abundare opus esse intellexeris, Romanum eiusdem ciuem Amphitheatrũ condere potuisse, non ibimus inficias. Sed vt quid sentiam, aperte dicam, Theatrorum olim, & Amphitheatrorũ constructio, simul & vsus, in Gracia, & in Italia fuit antiquior, quam Rome, vt ex Lucij Victruuij his elicitur verbis. Sin autẽ quaeratur in quo Theatro ea sint facta, Romae non possumus ostendere, sed in Italiae regionib. & in pluribus Graecorum ciuitatibus. Non igitur negarim, sed ausim potius affirmare Amphitheatrum nostrũ ante Theatri ab Octauio erecti molẽ, à Veronẽsi Republica fuisse constructũ. Quod facilius datur intelligi, quum nec in ipso Amphitheatro, nec in ruinis illius minimum literarũ, aut rei alterius inducũ repertũ sit: quib. aut ciuẽ Romanũ, aut Imperatorẽ authorẽ fuisse cõijcere possimus. Praterea quũ nondum constet Venetos à Romanis vnq; subactos, sed ipsis fœdere cõiunctos, vt apud Ciceronẽ in inuectiuis in M. Antonium colligitur: Veronã nulli subiectã, cum amplissima esset, hanc ludorũ gratia Amphitheatralẽ molẽ erexisse, facilime crediderim. TOR. Hanc sententiã nõ contẽnendã censeo: In multis n. vrbib. antiquissima Theatra reperiebantur, quorũ vestigia adhuc asunt extare. Vidi ego dum Romã pergerẽ ipse Spellae Thuscia oppidũ antiquũ huiuscemodi vestigiũ aperis. IOA. Marmoreũne, an lateritiũ? TOR. Lateritiũ: Construebãtur n. pro ciuitatũ facultate, nobilitateq; ac amplitudine. Nec mirũ hoc nostris, & amplis, & marmoreũ, quum & vrbs esset amplissima, & in Veronensi agro marmora non alba solum, verũ & nigra, & rubea, & diuersis coloribus maculata, insignaq; etiamnũ exudãtur vbiq;. Quorum durissima quadã, alia mediocria, quadã mollia, nec ab vrbe multũ distãtia, quae fluuio proxima, modica in vrbem vehuntur impensa. IOA. Non igitur mirũ si marmoreum struxere. TOR. de Amphitheatro etiam legitur in quibusdam chronicis: Amphitheatrũ, quã Arenam vulgo appellant, anno 42. Imperii Augusti extructum fuisse: Et Cyriacus Anconitanus in quodam itinerario sic scriptum reliquit:

Et

Et denique Veronam feraciſsimam & antiquam ciuitatem venit: vbi non exigua veterum monumenta comperit, præſertim Labyrinthum, quod Arena nunc dicitur: & habetur, quod conſtructum fuerit, anno Imperii Octauiani Auguſti trigeſimo nono, ante natalem Chriſti diem, tertio, cuius pars exterior tetræmotibus corruit: & nunc conſpicitur locus rotundus Arenæ, per totum magnis ſaxis vndique conſtructus, & (vt ita dicam) perfilatus, quum intus cubalis, & cantris multiformiter redimitus ſit. In huius autem rotunditate extant Scalæ magnis lapidibus appoſitæ, quæ, quanto magis in amplitudinem protẽduntur: tanto magis in rotunditatem videbantur ampliari, & ſicuti nonnulli referunt, quinquaginta cubitis in amplitudinem extenditur. In cuius ſummitate quidam locus magnus, & nobilis multiformis, elaboratus marmoreo lapide, circumcirca redimitus erat. *Et verè Amphitheatrũ ipſum eo fuit tempore adificatum, vt ex his quæ iam dicta ſunt, percipitur: Perſpicuum enim & exploratum eſt, ſpectacula, ſiue gladiatorios ludos in Amphitheatris fieri conſueuiſſe, & in hoc authores omnes conueniunt, præſertim Plinius, vbi memorat plura adificia Romæ adificata. Quod autem Amphitheatrum fuerit Veronæ ante Plinij tempus adificatum, facile dignoſcitur: quia non conceſſiſſet Maximus Africanus Veronenſibus gladiatorium munus, niſi ibi fuiſſet Amphitheatrum, in quo potuiſſet exerceri. Quod facile oſtenditur ex epiſtola vltima, libri ſexti Cay Cecilij Plinij iunioris ad Maximum Africanum, cuius ſunt verba:* Recte feciſti, quod gladiatorium munus Veronenſibus noſtris permiſiſti, à quibus olim amaris, ſuſpiceris, ornaris: inde etiam vxorem chariſſimam tibi, & probatiſſimam habuiſti, cuius memoriæ à te opus aliquod, maxime funebre debeatur. Præterea tanto conſenſu rogabaris, vt negare non conſtans, ſed durum videretur. Illud quoque egregiè, quod tàm facilis, tam liberalis in edendo fuiſti: Nam per hæc etiam magnus animus oſtenditur. Vellem Africane, quas coëmeras plurimas, ad præfinitum diem occurriſſet. Sed licet ceſſauerint, illæ tempeſtate detentæ, tu tamen meruiſti, vt acceptum tibi fieret, quod, quò minus exhiberes, non per te ſterit. *Nec debet dici quod ſi fuiſſet edificatum Amphitheatrũ ipſum tempore Octauiani, Plinius Secundus qui Veronenſis fuit, de eo meminiſſet: quia facilis eſt reſponſio. Nam Plinius iam dictis meminit de pluribus adificijs vrbis Romæ, nec vllam penitus de alijs Theatris, vel Amphitheatris Italiæ mentionem fecit, neq; in diuerſis Græciæ vrbibus exiſtentibus. Multa n. & in Italiæ ciuitatib. & Græciæ erãt huiuscemodi Theatra, quorum vnũ alijs longè excellentius in Italia extra muros Placentiæ fuit: quod deinceps tempore Vitellij Imp. euerſum fuit: quemadmodum narrat Cornelius Tacitus, & Vitruuius refert. Quinimmò nec de omnib. Theatris Romæ exiſtentib. meminit: quãdoquidẽ tempore Plinij aderat Theatrũ Marcelli, & Theatrum Cornelij Balbi, vt refert Dion, maximè quia non fecit proprium vllũ*

A *Tractatũ de ciuitate Verona: ſed obiter tangit de vino, & perſicis lanatis, tantũ in agro Veronenſi natis, ac de anguillis. Si verò quiſpiam quæſierit, cur Octauianus Theatrũ & Amphitheatrũ Veronæ adificauerit? illud tantummodo cogitet, quod huiusmodi Theatra & adificia per Imperat. & principes Romanos adificari ſantiquitus per vrbes conſueuerũt, vt videtur in Syrmione oppido Veronenſi adificium illud ampliſſimũ. Extant inſuper arcus quamplurimi, in vrbe noſtra Veronæ, veluti arcus Caſtri veteris: qui vt ex litteris in eo inciſis*
B *percipitur, factus fuit tempore Cn. Strabonis patris Pompeij magni, qui primus deduxit colonias Trãspadanas, vt refert Blondus de Roma triumphante, per Lucium Vitruuium architectum, qui fuit tempore Cay Cæſaris, & ſubſequenter Octauiani Cæſaris, vt ex eius in libros de architecturâ proœmio ſatis patet. Arcus verò in regione Leonum, conſtructus fuit. Pub. Valerio. Q. Cæcilio. Q. Seruilio. P. Cornelio, fortaſſe IIII. viris, vt habetur ex litteris in tabella ibi ſculptis. Reliqua etenim litteræ vetuſtate corroſæ, perlegi non poſſunt. Attamen iſti ões*
C *fuerunt ante Plinij tempora, licet de his Plinius nuſquã meminerit. Extant & aliæ rationes, quæ adduci poſſẽt, & conſulto, breuitatis cauſâ omittuntur, quicquam oppoſitionem illam ſatis ſolutã puto. Sed adeſt Carottus noſter.*
CAR. Omnia meritus diligentiſſimè formam graphicè expreſſam vobis tradam: vbi Amphitheatri ipſius, quũ modo ſit imperfectum, (parietem enim exteriorẽ, parvula parte excepta, derectum videtis) perfectio continebitur.
TOR. Omnibus gratiſſimũ feceris.
CAR. Verum quò figuram poſtmodum facilius ſenſu percipere
D *poſſitis, rem totam paucis exponam. Huius igitur Amphitheatri celeberrimi paries, quem Alam appellãt, exterior marmoreus, in tres Arcuũ ordines mirandos diuiſus, infimos ſcilicet, medios, & ſupremos altitudine incredibili, vt videre vobis datur, extollitur, quorum vnusquiſq; ſeptuaginta duos continet arcus. Inter ſupremos quoq; ſtatuæ pulcherrimæ, vt veſtigia edocent, erectæ erant. Supra arcuum ordines alius inerat ordo feneſtrarum LXXII. ampliſſimarum, aulis ſanè ingentibus tots amphitheatro circumductis deſeruientium, vnde*
E *exterius & interius patebat deſpectus, vt ex parte parietis adhuc exiſtentis cõprehendi poteſt. In parte verò infima, ordo porticuum triplex conſpicitur, exteriorũ ſcilicet, mediorum, & interiorum, totum opus ambientium, vnde per portas decẽ & octo datur aditus in ipſius interiorem planiciem, cuius longitudo perticarum XXXVIIII. latitudo verò XXII. & dimidia exiſtit.*
IOA. Opus hoc rotundum putarem.
CAR. Falleris: quinimmo oualis eſt figuræ. Ab illo etẽim planicie proſedibus XLII. inſurgunt gradus, & per triplicem portarum ordinem, vt videre poteſtis, aſcenditur: Quarum
F *quilibet conſtat numero XVI. infimarum videlicet, mediarum, & ſupremarum. Ad infimas per exteriorẽ & mediam porticus: Ad medias per exteriorem infimã: Ad ſupremas per alium porticum, exteriori porticui ſuperpoſitam tendebatur: licet etiam in gradibus ipſis ſcalæ reperiantur vſq; ad ſupremã Amphitheatri partem vergentes, Cernitur & arcuum ipſorum duplex ordo, poſt exteriores, ipſis ferè (vt viaetis) æqualium, iuxta eorum ordinem poſitus, continens quilibet arcus*

LXXII.

LXII. quarum omnium, & exteriorum, numerus CCCLX. reperiuntur. IOA. Magnus quidem arcuũ numerus. Verum quotnam hominum millia gradibus ipsis insidere poterant, libenter nossem. CAR. In gradib. ipsis, hominũ 23184. sessionem commodè signari potuisse comperio, cuiq; hominum spacio pedis cũ domodo attributo, demptis etiam portarũ spaciis ut per eorum cõmẽsurationem colligi potest. Capacitas enim suprema g. adus in circuitu perticarũ CLXXXIII. reperitur: Medij autem vigesimi primi à superiori descendendo perticarum CXLII. cuilibet portarum latitudini assignatis pedib. quinq; cũ sesquipede, qua quũ numero XLVIII. sint, passus XLIIII. in se continẽt, quo numero duplicato, hic altitudine ipsorum duorum graduum existente, exeunt pertica LXXXVIII. Gradibus itaq; omnibus à primo ad vltimum reductis ad computum medij. Pertica 5796. reperiuntur, sicq; spacio pedis cum domodo cuilibet homini assignato 23184. hominibus datur cõmoda sessio. Aderãt & Aula superius ducta, capaces innumeræ multitudinis, in ipsa etiã media planitie, multitudo innumerabilis hõmũ tontinebatur. Rẽ itaq; totã breuib. perstrictam habetis, verum in tabella, quã ad te Torelle misi tam, clarius omnia cõtemplari poteritis. Nunc antẽ quo rem perficiam, domũ pergam, habeo etenim, & aliorum edificiorũ antiquorum exempla vrbis nostræ, quæ vobis offero, quũ voluerritis, vsitãdere. Valete. TOR. Gratissimũ feceris, meaq; opera, tibi cũ libuerit, vti poteris. IOA. Nos quoq; versus Castrum vetus deambulemus. Paucis quidem, apertissimè tamen, vniuersam hanc ingentem molem demonstrauit Carettus. Qua quum tot hominum millia caperet, vrbem hanc verè amplissimã fuisse conijci potest. quod & alia demõstrant. Hic istdem propè castrum vetus pulcherrimus arcus, in quo extãt literæ. Hunc accuratè inspiciamº. TOR. Partim combustus, partim deiectus, sepultusq; sub terra videtur. Verũ si per fossam inspiciamus, vsq; ad basim videre poterimus IOA. Hoc in latere satis à basi vsq; ad summitatẽ cernitur. TOR. Duplex est arcus: animaduerte, quandoquidẽ in hac occidentali parte quatuor sunt columnæ striatæ, quarum extremæ in angulis sitæ, singulæ geminarum vicem prabent: quum & lateribus arcus ipsius, & facies deseruiant: Inter has atq; alias positus adhærentes aderant in his (ita dixerim) adiculis imagines magnitudinis (vt puto) hominis cum literis à dextris. M. Gauio. C. F. Macro. A sinistris autẽ. C. Gauio. C. F. Stratoni. Orientalis verò facies pulchrior. In hac etiam erant imagines inter columnas. A dextris literæ legi possunt: Gauia C. M. F. A sinistris vetustate, igneq; corrosæ legi rectè non possunt. Et hoc in postibus vtrinq; legitur: L. Vitruuius. II. Cerdo architectus. IO. Non mirum hunt exactissimè arcum constructum, quum Vitruuius ipse celeberrimus fuerit architectus. TOR. Epistylia, corona, cymatium, denticulus, ac reliqua subtilissimè elaborata quum fuerint, nec non vetustate ferè deiecta facilè conspici possunt. alias exactissimè omnia in Tabella signata Carettus noster obtulit, cui multum debemus. Sed de Vitruuio illud cõsiderandum fuerit diligentius, num idem sit putandus, cui hic cognomentum additum est Cerdonis, & ille cuius de Architectura opus accuratissimè conscriptum circumfertur? quum in vulgatis tantionibus ille non Cerdonis, sed Pollionis cognomentum obtineat. Sed de hoc alias (si videbitur) erit disputatio. IOA. Barbarorum mos est in omnia sanctro, nec à rebus sacris, immò nec à dijs ipsis temperare. Tantum in Italos vsi sunt immanitate, vt habitatoribus interfectis, rebusq; eorum direptis, non solum ædificijs, vrbibusq; sed ne Deorum quidẽ templis pepercerint: immò igne, ferroq; omnia solo æquare conati sunt. quod nostra etiam clarissima vrbs, quã passim tot tantaq; ruinarum vestigia occurrant, accidisse videmus. Ter enim solo æquatum plurima indicia demonstrãt. TOR. Maximas calamitates hanc nostram vrbi à barbaris illatas credo, sed eas atrocissimas dedisse pœnas, vt plurimum legimus. Italia n. barbarorum sepulchrum tandem fuisse in omnibus ferè historijs traditur. In isto quoq; Veronensi agro innumerabilia barbarorum millia quis ignorat, diuersis temporibus trucidata? IOA. Infinitam illorum stragem in agro Veronensi factam legi. TOR. Ego proximis diebus elapsis, quum Entropium Pollionem percurrerem, in ipso trecenta barbarorum millia non procul à Benaco lacu in Lugana sylua à Claudio successore Gallieni dolum cõperi. IOA. Est ne hic Gallienus, de quo in isto arcu in hac curriculari via existente mentio? TOr. Est. sed Arcum per Gallienum nequaquam erectum puto: quum videatur antiquior. IOA. Immò putandum ab ipso Gallieno erectum, quum magnificus sumptuosissimusq; sit. Ex geminas has portas cũ columnis striatis pulcherrimis inspicias illas duodecim fenestras. Vide quàm subtili arte epistylia, corona, cymatium, denticulus, sima, triglyphus, & reliqua omnia insculpta sint. Imperatoriam quippe maiestatem præ se fert Arcus iste. TOR. Magnificè quidem, ac ingeniosè constructus est: Verum cõpago ipsa arcum multo tẽpore, ante Gallienum erectum fuisse demonstrat. IOA. Sed has literas Gallieni nomine sculptas arbitrarijs? TOR. Literas legemus, post causã inscriptionis narrabo: legas Ioanne. IOA. Colonia Augusta Verona nouæ Galliciana Valeriano II. & Lucio Coss. muri Veronenses fabricati ex die III. Non. Aprilis, dedicati Pr. Non. Decemb. subẽte sanctissimo Gallieno Augusto Nonsistente Aur. Marcellino V. P. Duc. Curante Iulio Marcellino. TOR. Barbaros illos, quos à Claudio trucidatos diximus, quum per Tridentinas Alpes in Italiam irrupissent, vrbem hanc, quum primo obsideretur, oppugnasse, incolasq; interfectis, eorumq; bonis ablatis, solo æquasse scitus, quibus positis dum deinde Gallienus, quum vrbe instaurandam curaret nouis tabulis inductis muros fabricare iussit, in quibus ædificiorum antiquissimorum, celeberrimorumq; operum ruinæ plurimæ inclusæ sunt, hunc Arcum deiectum hic erigendum pro vrbis porta, & literas inscribendas curauit. C. Hoc iam ego suasus, nunc demum cum Ioanne Nicola Capella persuasus, facilius credo: quum in ipsis muris nonnulla Amphitheatri tabula cum numeris, plurimæq; ruinarum frusta adhuc videri possint. Meridibus quoq; proximus dum pars quædam ipsorum murorum deyceretur, in ipsis saxa literis insculptis, imaginum frusta, lapis quidam ingens cum capite Megæræ sculpto, & quodam Tritone inuentus fuit, plurimæq; alia vetustatẽ quandam intuitu dignam argumenta memoriæ reperta. TOR. Hæc & ipse credo, præ-

sertim etiam, quum Philippus Imperator XXVIIII. quando à Decij militibus fuit interfectus, Veronæ reperiretur inter quem, & Valerianum, qui aliquot annis cum Gallieno filio imperitauit, duo Imperatores, hoc est, Ditras, & Vibius Gallus annos quinq; tantũ superuixere. Sed de his alias, nunc ad institutum opus redeamus.

TOR. Pulcher est etiam hic prope existens arcus, sed nulla insculpta sunt litera auctorem indicantes. Caput hoc Iouis Hammonis hoc in angulo infixũ, clauis fornicis arcus erat. Totum in tabella pictum Carottus exhibiturum se pollicitus est, qualem antiquitus fuisse, potest conijci. IOA. Vellẽ alium quoq; in via leonum, qua in forum itur, existentem videremus.

TOR. Accedamus. Quum de hoc Arcu noster sermo sit ortus; memini me alias Suetonij Tranquilli in vita Vespasiani Augusti locum considerasse, vbi de Flauiorũ familia duas refert opiniones, quarum altera vrbe Spoletana oriundam, altera Transpadanam familiam ipsam Flauiorũ asseuerat. Et dum has litteras T. Flauius P. F. Noricus IV. vir I. D. ipso in Arcu sculptas legerem, cogitaui, immò pro cõperto prope habui, ipsam familiã Veronensem fuisse: quia in multis locis, plurimisq; antiquis monumentis, nedum in hoc arcu, Flauiorũ fit mentio. Vidistis etiã (vt arbitror) monumentũ illud vetustissimũ, pulcherrimeq; elaboratũ, parieti domus nouæ Ionicorum affixũ, in quo litteræ, quas dictã, legi possunt: Iunonibus Aug. Sac. Metellai, de nomine suo, & Titi Flauij Hermetis viri fiti. D. D. IOA. Plurimis in locis complura alia vidi Flauiorũ memoriam seruantia, litterasq; insculptas legi: quæ, ne prolixiores simus, omittemus. Verum quam pulcherrimus sit arcus iste videamus; qui totus est marmoreus, fenestrisq; multis decoratus. Sed ecce quam mirabilis sit sedes illa in summitate: doletq; Arcus istius dirutam esse partẽ. At picturam exactissimè in Tabella expressam à Carotto videbimus, quemadmodum erat antiquitus.

TOR. Quũ igitur varijs in locis saxa multa Flauiorum memoriã continentia reperiantur, dictis Tranquilli, & eius magnifici arcus litteris comprobãtibus, quia in Transpadanã sumus regione, familiam Flauiorũ fuisse omnibus patere existimo.

IOA. Posthunc, & hic alter erat, qui, partim lateritius, partimq; marmoreus, videtur antiquior: antiquo enim tempore in tanto vsu marmor nõ erat, sed latere cocto struebantur.

TOR. Superioribus diebus dum paulo curiosius eũ contemplarer, perspexi ibi esse Tabellam lapideam, cuius pars exterior edaci tempore corrosa videbatur, nonnullæq; litteræ cernebantur: sensus autem nullus elici poterat. Deiecto itaq; pariete reliquo tabellæ ipsius adhærente litteræ paulo inferius subijciendæ visæ fuere, quæ sunt: P. Valerius. Q. Cæcilius, Q. Seruilius, P. [illegible]nelius. Isti fuerunt tempore, quo Hannibal Carthaginensium dux cum exercitu erat in Italia, vt refert Eutropius [lib. 3.] & inualuit opinio quædam, constructum fuisse in memoriam victoriæ habitæ à P. Cornelio ad ripam amnis Mintij agri Veronensis contra Insubres, de qua meminit Liuius [lib. 2. decad. 4.] dicens: Insubres cum Cenomanis super amnis Mintij ripas consederunt infra eum locum quinque passuũ millia; & Consul Cornelius eidem flumini castra applicuit: inde mittendo in vicos Cenomanorũ, Brixianq;, quæ caput gentis erat, vt satis comperit, nõ ex authoritate seniorum iuuentutem in armis esse, nec publico consilio Insubriũ defectioni Cenomanos se adiunxisse, accitis ad se principibus, id agere, & moliri coepit consul, vt deficerent ab Insubribus Cenomani, & signis sublatis, aut domos redirent, aut ad Romanos transirent. & id quidẽ impetrari nequiuit, in id data fides consulis est, vt in acie aut quiescerẽt, aut si qua in re occasio fuisset, adiuuarunt Romanos, & ita conuenisse Insubres, ignorabant. Suberat tamen quædam suspicio animis labare fidem sociorum. itaque quum in aciem descendissent, neutrum his cornu committere ausi, ne si dolo cessissent, rem totam inclinarent, post signa eos in subsidijs statuerunt. Consul principio pugnæ vouit ædem Iunoni, si eo die hostes fusi fugatique essent. à militibus clamor sublatus est, compotem voti consulem se facturos, & impetus in hostes est factus. non tulerunt Insubres primum concursum, quidam & à Cenomanis terga repente in ipso certamine aggressis, tumultum ancipitem iniectum authores sunt. cæsaque in medio quinque & triginta millia hostium, quinque millia & septingenti viui capti, & in his Amilcar Pœnorum Imperator, qui belli causa fuit, signa militaria CXXX. & carpenta supra duo millia.

TOR. Iam agitur annus, ni fallor, quũ aromatarius quidam iuxta beati Thomæ templum cellam vinariã effodi mandasset, in terrã q; decem pedes descensum esset, frustum columnæ marmoris Pary satis amplæ crassitudinis suæ basi affixæ inuenit, atq; ibi aliarum sex columnarum non multum distantium vestigia, & frusta magna videbantur. Imago quoq; marmorea cataphracti viri, pars etiam arcus vnius mirificè elaborati, frusta quamplurima simarum, coronarum, denticulorum, stylobatorum, epistyliorum argutissimè elaboratorum, ceterarumq; huiusmodi molium ibidem comperta fuere. Et in alia cella vinaria contigua, clauis arcus superius dicti potest cerni. In illius quoq; inferiori parte aquilæ est insigne cum Trophæo sub pedibus. Quæ cuncta, cum ædificiorum amplitudinẽ præ se ferant, aliisq; domibus propinquis talium ædificiorum ruina fuerint comperta, proculdubio mihi persuasi, C. Marium, qui solus primus omnium aquilæ signo vsus fuit, sæpe dictorum ædificiorum arcus, & Trophæa, authorem fuisse, ad memoriam stragis ab ipso, & Domitio collega apud Atizonem Veronensis agri Germanis illatæ. Quæ omnia quum sint pulcherrima antiquitatis, at maiestatis monumenta memoratu digna, in Tabella à Carotto nostro me curante pingentur illius solita peritia.

IOA. Et in fine leonum viæ forum versus (nec multum distat locus iste à Templo diui Thomæ) memini dum quidam alius cellam vinariam effodi iussisset, maximi Arcus fundamenta per decem pedum mensuram sub terra inuenta, quibus insunt Stylobatæ erecti, ruinarumque vestigia multifariã aderant. Alia inuenta, & quæ indies inueniuntur, enarrarem, sed breuitatis studiosus sermonis prolixitatem euitandam duco. nunc apud Ecclesiam Cathedralem marmorea illa columna quadrata altitudinis pedum viginti quatuor, mirabilis

mirabilique studio calatis machinis ingentis magnitudinis arguit: quod epistylium illud marmoreum in Trinitatis templo, duoq; alia in beati Zenonis basilica antiquissima, & ex Pario marmore mirificè sculpta, opus magnificum inuuunt: quemadmodum non longè ab eo maximum illud, mirabilisq; Numidici marmoris seu Porphyretici, eiusq; basis generis eiusdem. TOR. Sed quid isthæc narrare conamur. tota enim vrbe stant & alia ædificia passim admiratione digna in cinerem domibus, multis seculis collabefacta: saxa etiam quamplurima sculpta, monumenta vetusta denotantia, partim serie annorum semifracta, partimq; suo adhuc cum decore integra permanentia, priscorum nomina, venerandaquadam seculorum maiestate continentia: qua si vellem enarrare. cùm tot tantaq; sint, vobis essem molestus longum tempus conterendo. nam nulla ferè vrbis parte effoditur, quin huiusmodi ædificiorum plurima, & ingentia frusta, & mole videantur, antiquitatem, amplitudinem, nobilitatemq; ciuitatis huius inclytæ argumenta. Quocirca Veronam vrbem Italiæ antiquissimam summaq; amplitudine fuisse negari non potest: vbi plura ædificiorum antiquorum vestigia, quam in cæteris omnibus Italiæ locis (Romam semper excipio) cernuntur. Qui autem ædificijs his authores fuerint, prorsus haberi non possunt, temporis longinquitate, barbarorumq; irruptione, à quibus omnia igne ferroq; diruta, & solo æquata opinor. Ter enim combustam vrbem hanc nostram (vt iterum dixi) seloq; æquatam fuisse ex ipsis ruinis percipitur. Sed postea propter pulcherrimum loci situm, agrorumq; fœlicitatem, atq; omnium rerum affluentiam subinde instauratam videamus. IOA. Etiam tuam domum Turelle, dum hæc inter nos commentamur imprudentes peruenimus: Vale igitur & qua opus fuerit, hora nos expecta. TOR. Vos quoq; valete. CAR. Diebus proximis quum Theatri figuram exhibuissem, ipsiusq; dimensionem promisissem, in præsentia pollicitis satisfaciens, rem totam paucis expediam. Sed me circa perticam in mensuris aliquo capiamini errore, quum eodem modo apud diuersos non habeatur, ipsius longitudinem, qua passim Veronensis in agro vtimur, prius declarabo, admonens hæc omnia ædificia, quæ in hoc volumine continentur, hac me dimensum fuisse. Perticam igitur in sex partes, id est, in sex pedes situmus, vt olim, nuncupatos, diuisam intelliges: quorum quilibet in duodecim particulas secatur, Vncia nuncupantur: qualibet uncia in quatuor partes, minuta appellata, diuiditur. His igitur hoc modo præmissis scias, Theatrum ipsum ab vno cornu, vnde spirat Aquilo, ad aliud, vnde Aphricus pedum CCCLX. longitudine continere. A parte verò in summitate montis existente, vnde Eurus emergit ad alteram, vsq; ad Atheſim protensam Caurum versus CCCXL. pedes in latitudine connumerantur. Huic suprema porticus in montis summitate constituta pedum XXV. latitudinem, vt in ipsa ichnographia potest videri, occupat: Intercolumnia parietis porticus columnis tum rotundis, tum quadratis cum epistylijs Doricis terminantur: quarum rotundæ, ac longiores per duas partes extra quadratas breuiores exporrectæ sunt. Longiorum crassitudo pedis vnius, ac vnciarum quinq; Altitudo vero pedum tredecim, vnciarum duarum existit: Capitellum autem est

A vnciarum nouem: quibus longioribus columnis, vtrinque alia angulares, latitudinis pedis vnius, vnciarum sex, crassitudinis vero vnciarum sex adhærent cum capitellis alijs vncijs duabus, minutis tribus cum dimidio. Istis vero alia angulares vnciarum qualibet decem in latitudine: in crassitudine vero vnciarum sex coniunguntur. Intercolumniorum autem spacium pedibus tribus, vncijs sex in latitudine includitur: excepto tamen
B quarto quolibet, vbi duæ tantum angulares columnæ adsunt crassitudinis pedum II. vnciarum quinq; longioribus columnis inhærentes. Huius spacium est pedis quinq; vnciarum trium, sicut in figura videri potest. Sub hac aderat & alia porticus in multa intercolumnia diuisa, quorum tria fornicata conspiciuntur, alternatim tamen adsunt modo duo, modo sola angularia columnia cum epistylijs Doricis superioribus, non sine symmetria, vt in figura patet. Ex hac porticu in ambulatorium, sex porticum gradibus supereminentem per scalas
C descendebatur, cuius latitudo intra columnas est pedum nouem. Graduum deinde subsequitur ordo ad orchestram protensus. In orchestris pedum decem modulus inuenitur. vnde lineis diligenter deductis dimetientes totius Theatri commensurationem, ac symmetriam ad amussim reperiemus. Columna scenæ circumducta crassitudinis sunt pedum duorum, vnciarum sex, extraq; per duas tertias in rotunditate exporrecta cum epistylijs Doricis, columnisq; angularibus, fornices suos sustinentibus cum capitellis. Ianuarum verò principalium per quas in proscenium pertranſitur, pedum decem, vnciarum sex
D latitudo numeratur: qua quidem in capite proscenij existunt. In scenam autem per tres portas ingressus patebat. Columna autem quadrata in fluminis ripa constituta, porticumq; sustinentes, singulis lateribus sex pedum latitudinem continet. Amphitheatri figuram cum vobis tradiderim: eius mihi (quo rem perfectius teneatis) dimensiones cognoscetis: Primam itaq; angularem vel primus ambitus columnam pedes sex, vncias sex in crassitudine, in latitudine verò pedes sex copulatis scietis: stratu duodecim pedes in latitudine sunt. Secunda columna secundi ambitus quolibet latere pe-
E des quatuor concludo in crassitudine. Principales autem ianua duæ reperiuntur, singula vnicuiq; ipsius Amphitheatri capiti insistentes: quarum qualibet pedes duodecim, vncias sex in latitudine, reliqua verò dextrorsum, ac sinistrorsum his adhærentes pedum vndecim, vnciarum sex latitudinem continet. Reliquarum autem quarumlibet latitudo est pedum duodecim. Omnes vero (vt in ipsa Ichnographia videri potest) numero sunt septuaginta duæ: Altitudo à solo ad primæ porticus summitatem fornicis, sunt pedes viginti octo, secunda verò viginti septem. Gradus numero sunt quadraginta duo, quilibet altitudinis pedis vnius, vnciarum duarum, vno excepto circa modium existente, cuius altitudo est pedum duorum, vnciarum sex. Scaligerorum verò graduum altitudo quorumlibet sunt vncia septem, latitudo autem omnium pedes
F duo: Supremus autem est pedum duorum vnciarum sex in latitudine: vbi porticus tertij ordinis stylobates columnarum inuenitur. Superest & quartus ordo, vnde velamina extendebantur. Amphitheatrum ipsum cooperitia. Amphitheatri longitudo à secunda columna ad sextam viginti octo sunt pedes: qua sexta columna quolibet

Digitized by Google

latere pedes duos continet. Secunda vero strata pedum nouem, unciarum sex est latitudo. Septima columna pedis unius, unciarum sex uno latere, alio vero pedum duorum est in latitudine. Primum habitaculum pedes decemseptem, uncias sex, in longitudine includit. Colũna singulo latere uncia sunt decem octo. Tertia strata in latitudine pedes nouem: columna verò pedum vnũ unci as sex, in latitudine pedes quinq;, in longitudine verò pedes sex occupãt. A nona columna ad aliam nonam oppositum vacuũ, seu planicies cũ podio pedes CCXLIV. capit, ab ipsa columna parietis extrinseci ad vltimam columnam intrinsecam pedes XCII. uncie sex numerantur. Colligitur ergo ex istis totius Amphitheatri longitudo pedum CCCCXXIX. unde ipsius latitudinem scire cupiens, modulum eius si cœperis, qui pedes sunt duodecim (vt in ipsius ichnographia patet) omnem dimensionẽ, ac symmetriã cõprehendet. Vt superioris arcus dimensionẽ capere possis, omnes ipsius partes diuisas in pedes, uncias, & minuta vt opus est, sibiq; proportionata scies. Quamobrem omnia per teipsum intelligere poteris, & sic in aliis factum non te latebit.

DE VIRIS ILLVSTRIBVS VERONENSIBVS ANTIQVIS Liber Tertius.

POstridiè, quum ijdem ad me venissent, visum est cõcedendum in forum, visendaq; imagines illustrium illorũ virorum, qui & viui magno ornamento huic ciuitati fuere, & nunc memoriam tàm insignẽ inter mortales seruant, seruabuntq; dum monumenta litterarum permanebunt. Igitur quum eo conuenissemus, ac quæ in summo atrio curiæ collocata sunt, simulacra perspexissemus, quid est, inquit Ioan. Nicola Capella, Torelle, q. Vitruuius omniũ primus dispositus est, de quo & illud libenter audirem, vnde nam constet, Veronensem fuisse Vitruuiũ? TOR. Quod primus locus Vitruuio datus sit, ego quidem non satis diuinare scio, nisi forte, q. architectus architecto gratificari voluit. Fuisse autem Veronensem Vitruuiũ nullus (quem ipse viderim) est antiquus autor, qui referat. Non tamen parui faciendа ciuitatis opinio, qua per vetustatem, & quasi per manus in ætates omnes emanauit, Veronensem fuisse Vitruuiũ: ita patres nostri semper, ita aui, ita proaui, ita ataui, & illorum patres existimauere: ita quoq; & alia ciuitates putarũt semper, in qua communi existimatione nescio quid solidæ veritatis semper inesse consueuerit; vt inscriptionem illã in arcu castri veteris, heri à nobis visa pertranseamus. IAC. Melius quidẽ hoc, quàm de C. Plinio: Vitruuiũ n. nulla nobis ciuitates inuident, C. autẽ Plinium non desunt, qui nobis inuidere studeant, ac etiam in litem vertant. TOR. Id quidem factitant, sed dijs certe inuitis, & ipso etiam Plinio. Multa n. sunt, quæ ciuem nobis nostrũ defendunt, è quib. omnia, quæ passim iactata sunt relinquens, q. ipsemet Catullũ suum conterraneum vocet, quod doctiss. Francisc. Petrarcha, quod Pius Pontifex, q. Erasmus vir eruditiss. Veronensem eum appellent, ab instituto ipse nostro, id est, ab antiquitatis

A ciuitatis non discedam. Cernitur in hortis Comitum de Negarolis saxũ, partim quidem cõfractũ, ita inscriptũ: PLINIVS SECVNDVS, quod videbitis in monumentis antiquis Porro. Secundorũ familiam Veronẽsem fuisse innumerabiles marmorũ inscriptiones, manifestè ostendũt: qua mox inter alia, quæ collegi, vrbis monumenta vobis demonstrare potero. IAC. Valerius quoque Catullus, in suo carmine Sirmionẽ patriam suam fuisse,
B scriptum reliquit: Sirmio nanq; oppidũ est Veronense, in Benaci peninsula. Et quanquã Sirmium etiam sit oppidum Dalmatiæ: Eusebius tamen Catullũ Veronæ ortũ scripsit. IOA. Adest etiam imago Æmilij Macri, qui de auium generatione, de serpentibus, & herbarũ viribus opus reliquit, Veronensis, sicut ex titulo libri, & opere ipso cõstat. TOR. Sciatis etiam aliam illã imaginẽ ob Cornelij Nepotẽ chronographum ibi erectam fuisse. Fuit n. & ipse Veronensis, vt refert Pius Papa in Asiæ descriptione. nonnulla scripsit de viris illustribus, de tẽ-
C poribus, & libellũ, quo litteratum ab erudito distinxit. Plinius certe ipsum Padi accolam fuisse asserit, & sic ortum ex oppido Hostilia, quod in littore Padi situ est. quod quidẽ oppidũ Veronense vocat C. Tacitus. Et quanquã opus illius inuenire non potuerit: Veronensem tamẽ fuisse non dubito, atq; maiores nostros statuam ei editissimo curiæ loco erexisse, vbi cæteras Veronensiũ illustriũ virorum statuas collocarãt. IOA. Ex te vellẽ intelligere, an ullos scriptores Veronenses in antiquis libris inueneris,
D & eorũ nomina, si quos legisti. TOR. Dũ percurrerem Plinij Secundi volumẽ ipsum verbis ijs vsum fuisse legi: Ista sunt longinqua monumenta Tyberii, Caiiq; Græcorũ manus, quæ apud Pomponiũ Secundũ, vatem, ciuemq; clarissimum vidi. ex cuius dictis fuisse Veronensem Pomponiũ ipsum colligo, quum ex Secundorum familia fuerit, & nominatus à Plinio ciuis. Fuit etiam patria Veronensis Pacificus Archidiaconus, qui primus fuit inuentor Horologij nocturni, & composuit supra trecenta volumina librorũ, vt patet ex literis in quodã marmore sculptis in Ecclesia Cathedrali. Fue-
E rũt & alij illustres viri, vt passim legitur apud authores, & maximè Blondũ de Italia illustrata [ca. de Marcha Trivisana] de quibus in præsentia, commemorare nolo. IOA. multa diximus de origine & nobilitate ciuitatis, sed quid de agro? TOR. Huius ciuitatis nostra ager felicissimus est frumento, vino, oleo, omniq; frugũ genere, lanis, serico, atq; alijs ad humanæ vitæ vsum pertinentib. nullis tandem Italiæ vrbi secunda, est Verona: quã flumen Athesis omniũ amœnissimũ interfluendo decorat. Decantatissimus Benacus carpionibus, lautissimisq;
F alijs piscibus cunctis gratissimis vndiq; Breuiter omnes qui eã semel viderint, ad se inuitat, atq; allicit. Plurimi etiam riui fluuiorum instar, agrum ipsum irrigantes, adeo reddunt fertilẽ, vt alienigenis, nedum habitantib. facile victum suppeditet: vt Blondus quoq; testatur, qui valde extollens agrum Veronensem, Theodatum Ostrogothorum regem, grandem vini acinatici quantitatem, Romam per flumen Athesim vehi iussisse, scriptũ reliquit. de quo Acinatico vino Cassiodorus inquit: Vinũ etenim illud colore purpureo, regio sapore præcipuũ, dulcedo eius ineffabili suauitate sentitur,

tur, quod tamē tactus eius densitate pinguescat, ut carneus liquor, aut potio edibilis videatur. *Plinius etiam summopere Rhaticum vinum laudat.* In Veronēsi inquit (*lib. 14.*) Rhætica Falernis tantum à Vergilio posthabita, & *libro eodem de vitium natura tractans, vuas agri Veronensis commēdat: ante eum Rheticis prior erat mēsa. Sed ciuitatis & agri copiosæ laudes à Ioanne Antonio Panthco Veronēsi scriptæ sunt: libros eius legite. superuacaneum enim censeo ab eo scripta repetere.* IAC. Cuius longitudinis, latitudinisue ager est Veronensis? IOA. Longitudo Veronensis agri à Septentrione & finibus Turbularum agri Tridentini extenditur in Meridiē ad Polesinū Ferrariensem agrum milliaria circiter 80. Latitudo vero ab oriente, & agro Vicentino finibus transeundo per vrbē in occidentem, vsque ad Brixianum agrum: atq; vbi maiori distantia, versus occidentem per circiter quadragies mille passus extenditur, licet alibi quoq; maior latitudo deprehendi possit. TOR. Nuper de Benaco, & Syrmionis oppido nostri fuit sermo: sed vnum, quod est in medium proferendum, non reticui. in Syrmione ipso antiquissima & magna structura cernitur, & ibi plerique Catullum a Lucullo Romanorum nobili fuisse constructam: quamuis illic nihil de ipso scriptum, vel sculptum viderim. magni etiā apparent fornices denotantes amplitudinem, regiamq; (vt ita dicam) maiestatem, vt quisquis viderit, facile illam coniectura assequi possit. IOA. Nec vrbs solum, verum & illius ager antiquis monumentis ēst insignitus. erat quoq; honorificum, si aliquando ex nubilosis pictura, tuo ex Torelle voto, mandabuntur. TOR. Mirum in modum cupio fieri, vt quam ampla & antiqua fuerit omnis ipsa, clarius patcat.

DE HIS QVI POTITI FVERVNT DOMINIO CIVITATIS, LIBER QVARTVS.

IAC. Istuc venimus data opera, quia nuper tertius decimus fuit Veronam ter a barbaris combustam, & in Germanis direptam, terq; solo equatam, a Gallieno q; instauratam, vt qui nam aly ipsam desolati fuerint edoceres. TOR. Nihil Iacobe sub sole perpetuum: pereunt omnia longa temporis edacitate. atq; ideo ipse quemadmodum vellem de eo, quod quæsisti, haudquaquam scientem te reddam, sed in chronicis scriptum inueni, ab Antonino Vero imperatore Veronam, quum plane diruta, ac desolata esset, instauratam, ac pristina, quantum licuit, dignitati restitutam: Et alibi legisse memini: Verus Antoninus, qui & Marcus Imperator Augustus Veronam reædificauit. *Si autem quæras à quo fuerit prius euersa: à militibus Vespasiani euersam fuisse respondebo, quum eam tuerentur milites Vitelly, attestante Cor. Tacito, (lib. 19.) dum inquit.* Veronā, quum à militibus Vitellii custodiretur, ab Antonio vno ex ducibus Vespasiani vallo est circundata. *meminit etiam de illius ruina: sed hoc legi non datur, quia libri eiusdem vltra vigesimum non inueniuntur, quemadmodum historia Vespasiani finis: in quibus fortasse ciuitatis excidia scripta erant. Sed si Verus Antoninus eam instauravit, ex hoc infertur antea illam fuisse euersam: à Vespasiano enim vsq; ad Verum Antoninum sex imperatores intermedij. Hoc autem fecisse Verus Antoninus ideo videri potest, quod primum ab illius antiquissima Verorum familia fuerat extructa. Et translato imperio per Constantinum Imperatorem ab vrbe Roma Byzantium, qua deinde ab eius nomine Constantinopolis est appellata, totus Occidens cœpit deficere, & maxime incolæ Histri, seu Danubij, & Tanais, vsque ad Scythas inclusiue. Et licet multifariam tumultus ab ipsis populis concitati sint, multique ab Imperatoribus superati, maximè a Claudio 31. Imperatore: tamen Arcadij, & Honorij temporibus, qui suo potiti sunt Imperio ab anno Christi 407. vsque ad annum 411. Halaricus primus Gotthorum rex ab ipsis in Pannonia creatus, simul cum Radagaiso altero Gotthorum duce ingressi sunt Italiam, Radagaisus q; Apenninum transgressus, obsessis habuit Vldim & Sariam Hunnorum, & Gotthorum duces, qui ad Romanorum præsidia inclinauerant, & ab eis interfectus, illeusq; perditus exercitus. vnde Halaricus alter rex manum illā Visogotthorū Romanis stipendijs apud Constantinopolim assuetam, in Italiam traduxit: ex quo Arcadius et Honorius Stilicone præfecto in Italiā misso cum exercitu contrà Halaricum, tandem cum eo pacem inire: & postea contra pacis fœdera die Paschatis contra eum eruperunt, Samuele Hebræo duce existente. qui Samuel in eo prælio occubuit Gotthorum parte interfecta, imperatorio exercitu fugato, reliquis captis. Halaricus his pactis ira accensus totam depopulatus est Italiam, vrbemq; Romam ingressus est, edicto, vt qui ad sacra loca confugissent illæsi essent, omnibus præda concessa. Et in illius locum Armiphus rex successit, qui pace cum Arcadio, & Honorio Imperatoribus inita, totam tenuit Italiam. vt refert Blondus (lib. 1. decad. 1.)* IOA. Nondum tamen Veronam euersam dixisti. TOR. Scias secundam fuisse euersionem Gallieni tempore, vt nuper dictum est, Atthila autem regis tertium. Nam Atthila Hunnorum rex (vt quidam aiunt) anno 427. Leonis primi Maximi pontificis tempore, cum maximo Scythorum exercitu Italiam ingressus est, & Aquileia, Altino, Concordia, Patauio, Vincentia, Verona, Mediolano, & Papia euersis, & habitantibus trucidatis, tandem Leone ipso Pontifice suadente ex Italia recessit. IAC. Annius Longobardos, ac alios quoque occidentales populos post Attilam in Italiam irruptisse. TOR. Hi fuerunt Alani, qui ab occidente Burgo rege ducente in Italiam venerant, & a Richimere Imperatoris duce, inter Benacum & Bergomum necatus, quemadmodum libro eodē Blondus scriptum reliquit. Post hoc Odoacer Herulorum & Thulingorum dux Atthila regis exercitus reliquias in Italiam deduxit, & post habita Aquileia in Tarusinos, Vincentinos, & Brixianos venit, & Oreste Augustuli patre occiso, & Papia euersa, Romam se contulit, & a Romanis ipsis rex dictus Italiæ. hæc inter Blondus (libr. 2. decad.)* IAC. Quamobrem de Veronensib. non meminit? IOA. Tunc forte ea instaurata non erat Verona, si nihil de ipsa dixit. IAC. Legitur etiam q; Ostrogotthi post ipsum Atthilā in Italiā irru-

TOR. Verum est, & eorum rege ducente Theodorico, Imperatore Zenone assentiente, cum quo magna amicitia coniunctus erat, qui Theodoricus Odoacrum regem habuit obuium apud Aquileiam, eumq; praelio superauit, & Veronam venit, quam ciuibus sese dedentibus praesidijs suis firmauit, & in ea exposita praeda iterum apud Hostiliam Veronense oppidum cum eodem Odoacro certamen habuit, illumq; vicit, & tandem apud Rauennam interfecit, atq; Italiae rex effectus est, Rauennaq; ipsius anno CCCCLXIIII. ex hac vita migrauit, tumuloq; affectui, vt Blondus (lib. 3. decad. 1.) scripsit. IOA. Accurate percepi quomodo Theodoricus Veronam tenuit, sed a quo post Atilae destructionem est readificata? IAC. Puto a ciuibus & incolis refectam fuisse, quia nullus inuenitur alius instaurator. IOA. Dic sodes quonam pacto Gotthi ex Italia sunt pulsi. TOR. A Iustiniano (qui ab anno D. XXIIII. vsq; ad annum D. LXIIII. imperauit) vt perhibent in Italiam missum fuisse Belisarium ducem cum exercitu ad fugandos Gotthos, qui multis conflictibus eis fusis, & Rauenna duce eorum capto, rediit Constantinopolim. Reliqui Gotthi, qui in regione Transpadana remanserãt rege creato Ildenaldo inter eos nobili, nunc Verona commorante, exercitu instaurato, maximam partẽ Italiae recuperarunt. Quamobrem Imperator Narsete Eunucho suo duce, ducto, ac corroborato exercitu in Italia, Totilam eorum regem interfecit, qui Ildenaldo successerat, Gotthis ex Italia penitus pulsis anno D. LXIIII. vt apud Blondum. IAC. Mihi gratum fuit scire Ildenaldum, qui tunc Veronã dominabatur, nobilem inter Gotthos fuisse ab eis factum regem: sed illud quoq; iucundum fores, cognoscere quonam regimine vterentur Veronenses Gotthis expulsis. TOR. Populari. Narses enim ciuitatem Veronam liberam dimisit, saltem nomine Imperatoris recognoscens, vt refert Eutropius. IOA. Quanam alia gentes praeter Gotthos in Italiam venere, ita vt pars eiusdem Longobardia vocetur? TOR. Longobardi, qui ab Oceano Germanico Albuino eorum rege regnante in Italiam venere, Veronaq; potiti sunt ciuibus annitentibus, vbi Albuinus sedem suam statuit, [illegible]lo vxoris pery. De quo idem Blondus (lib. 8. decad. 1.) meminit. Albuinus enim vxorem, diuitias, & regiam supellectilem ibidem habebat, cui defuncto successit Clefen, quo a suis Longobardis iugulato, & ab eisdem creatis triginta Tyrannis, inter sese Italiam partiti sunt, captisq; vrbibus, & oppidis Basilicas sacras aedes, ac Theatra, qua in ipsis regionibus erant multa, omneq; publicum ornamentũ deleuere: vt Blondus ipse (lib. 8. decad. 1.) ait, a quibus Longobardis nomen sortita est Longobardia. IOA. Scire etiam vellem quo pacto & isti Longobardi sint ex Italia pulsi. TOR. Quum Desiderius vltimus gentis illius rex, multa Ecclesia inferret detrimenta, Leo Pontifex anno D. CCCIIII. quia Graecorum Imperator, & ipse male de fide sentiebat, Romanis annuentibus Imperium transtulit ad Carolum Francorum regem, qui duobus exercitibus coniunctis in Italiã contra Desiderium Longobardorum Regem venit, & parte copiarum Papiae relicta, vbi Desiderius ipse sedem regni habebat, cum reliquo exercitu Veronam expugnaturo profectus est, quo missus fuerat Adelgisius a patre Desiderio. Sed vrbẽ omnium quas Longobardi tenerent munitissimã, haud quaquã diu conatus, obsidione potuit deuincere, sed eadẽ potitus est, vt Blondus ait (lib. 3. dec. 2.) expugnataq; Papia, & Desiderio capto, ciuitates b. omnibus Longobardia sub regimine Ecclesiae relictis, vt legitur in vita Caroli, & Blond. in praedicto opere, reuersus est in Galliam. IAC. Dicas Torelle cur imperiũ e Frãcia in Germanos fuerit translatũ? Legi n. Fridericum Imp. Germanũ multum detrimenti intulisse, & ciuitatibus Italiae, & ipsi Romae. TOR. Imperiũ in Germanos fuit translatũ anno D CCCC LXXXIIII. Illis namq; temporibus Otho primus Saxoniae dux Imperator electus, quũ sedes Romana ab infidelibus infestaretur Apuliam inuadentibus, eos fudit, ac fugauit: & Ecclesia liberata, a summo Pontifice Augusta corona est insignitus, imperiumq; in ipsum collatũ, & post multos Imperatores successit Fridericus anno Christi MCLXIIII. qui Lombardia, & Piceno seu Marchia potitus est, praesidijsq; relictis ciuitatib. cũctis. Qui praesides defecerũt ab eo, inito fœdere inter Patauinos, Vincentinos, & Veronenses, quod Veronensiũ fœdus vocatũ fuit Venetis suadentib. Id aegre ferens Imperator exercitũ trãsmisit ad debellandos Veronenses, a quib. & socijs fugã versus est, nunquã cum ipsis pugnam inire ausus, quem postmodũ Cremonenses, Brixiani, Bergomates, & extorres Mediolanenses (Mediolanum n. ab ipso Imperatore solo aequatum fuerat) cũ Veronensibus fœdere iũcti, fusum fugatumq; ex Italia discedere coegerunt: atq; ipsi Mediolanenses bellorum socij populorũ praesertim Cremonensium, Placentinorũ, Veronensiumq; auxilio vrbem suam Mediolanum, vbi fuerat, & nũc videntur, solito ministerio reaedificauerũt. vt Blondus refert (lib. 5. dec. 2.) Et sic partas iterũ libertate Veronam ciues rexere quoad ex ambitione & dominandi cupiditate, orto inter eiues dissidio in contrarias factiones ciuitas distracta est: quarum alteri Comites sancti Bonifacij, alteri Monticulorum familia praerat, ex quo ferrum acuentes ad arma deuenere: Monticuliq; factionis Comitũ viribus succumbere coacti, Ecellinum, qui e Romano dictus Transiensẽ in auxilium suum euocauerunt. Qui multo instructo exercitu, Monticulis ipsis implorantib. Comitum factionem contriuit, Turres, propugnacula, & oppida diiecit, eosdemq; Monticulos victores reddidit, a quib. & a populo praefectus est dictus: qui vti immanis Tyrannus primus Monticulorũ conuocatis in Palatium, trucidatisq;, reliquos factionis eiusdem interfici iussit, nec infantibus quidẽ parcẽs, turres, & propugnacula eorum diruni mandans. Tyrannus effectus, omnem ciuitatis nobilitatem e medio sustulit, atq; vno die ciuiũ duo millia iussit interfici, nulloq; abstinens facinore, Dei natu tandem propẽ Abduam flumen occisus, & mox Soncini sepultus, vt Blondus ait. Ob cuius mortem ad populare regimen redacta est ciuitas nobilibus sublatis, sub vmbra Romanae Ecclesiae. Vnde quũ in ciuitate familia essent Scaligera appellata, a populo Mastinus Scaliger ex eis est electus praetor: Et sic effecta est nobilis familia ipsa. Comites vero sancti Bonifacij in patriam reuertentes Mastinum ipsum interfecerunt an. M CC LXII. Quib. comitibus expulsis abeodem populo, & Albertus Scaliger ũ dicti Mastini

fraser

frater totius populi Dux est delectus die XXVII. Octob. M.CCLXXVII. Cui tertio loco successit Bartholomaeus septimo Maij M.CCCI. Deinde Albuinus. M.CCCIII. Et post ipsum Canis Grandis vrbi dominatus est: qui corporis fluxu obijt Transijj; ante tamen ob eius praestans regimen acquisito dominio Vincentiae, Patauij, Tranisij, Feltri, Belluni, Brixiae, Parmae, Rhegij, & Lucae, vltra Veronam. Deinde successit Albertus secundus. M.CCCXXIX. qui cum gratia populi obijt, se namq; a dominio abstinuerat. Idcirco Mastinus secundus imperio isidem successit die XXVI. Iulij. M. CCCXXIX. quamuis aetate foret iunior. Postmodum successit Canis Grandis secundus, dictus Canis rabidus: qui excesso à Cane Signorio fratre iuxta sanctae Euphemiae coemeterium die XIIII. Decemb. M.CCCLIX. successit eodem Canis Signorius, nuncupatus Cattus Franciscus, qui fuit supra modum pecuniis abundans, & obijt die XVII. Decemb. M.CCCLIX. Bartholomaeo, & Antonio filijs relictis. Quo Bartholomaeo occiso per percussorē à fratre Antonio immissum, die XII. Iulij M. CCC. LXXXI. Antonius solus dominari coepit. Sed à Ioanne Galeatio Vicecomite regno privatus est die, quo mense Decembri celebratur festus Sanctae Luciae: & sic finitum fuit dominium Scaligerorum M.CCC XCVII. Hoc namq; praeuiderat idem Ioānes Galeatius asserens, quotiescunq; Canes inter se dissiderēt, Scalam ruituram. AC. Quo nanq; pacto Galeatius ille, dominii civitatis nostrae est assecutus? TOR. Ioannes ille Galeatius Vicecomes, Mediolani Dux, potenti dominio Scaligeros sic vixantes praeiecit, fraterno sanguine manus polluentes, cura regiminis in subditos omissa, exercitum Veronam duxit, quam obtinuit non repugnante Antonio, qui transfugit ad Venetos. Et ipse Ioannes Galeatius annos XVIII. Veronae dominatus est, vbi Castrum dicti Pueri, castrum isidem dicti Felicis, & vrbeculam, instar civitatis exstruxit, vt in Chronicis habetur, & Blondo. Quo defuncto, civesq; praesidio expulso, Guilielmus filius Cani grandis secundi suadentibus Pandulpho Malatesta, Venetis, & Francisco Carrariensi, Veronam recepit cum Brumoria, & Antonio filijs suis, qui per portam Campi Marti ingressus est, & per eam quae Oreba dicitur, die VII. Aprilis M. CCCCIV. Et XIX. eiusdem mensis, Dominus Verona dictus est in Epistylio S. Francisci. Carrariensis per portam dicti Antonij à cursu Verona, civitatem intrauit. A quo Guilielmus praedictus XXI. mensis praenominati veneno nefandissimae mortis est tractatus, filijq; ipsius in carceribus in castro Metis Silicis, oppidi Patauini crudelissimè conclusi. Sicq; regimine potitus est, & dominio civitatis Franciscus Carrariensis per annum cum dimidio tantum. Quia insatiabilis Veneti mortem Guilelmi Scaligeri tam deformiter molestē ferentes, Marchione Mantuae in eorum exercitus ducem adducto, Veronam vrbem petiere. Quam cum civibus initis pactis ingressi sunt die beati Ioannis Baptistae. M.CCCCV. Licet anno M. CCCCXXXVIII. a Nicolao Picenino praefecto exercitus ducis Mediolani noctu vrbem ingresso, tribus diebus vexati fuerint, eo tamen fugato, & iterum dominio acquisito. (nam arces nondum expugnatae, in fide manserant) in eorum statu pacifico regnarunt vsq; ad annū M.D.IX. & Mensem Maij: qua imperio Maximiliani Caesaris addita est illa septem annis imperantis, finitis mense Ianuario M.D.XVII. quo ab ipsi Maximiliano Caesare Venetis eisdem est restituta: qui Deo, sanctoq; populo peregrati, vsq; in praesens illius potiuntur dominio.

DE MONVMENTIS ANTIQVIS CIVITATIS ET AGRI

LIBER V.

In fundamento Campanilis Diui Procli Veronae.

TVRPILIO. Q. F. POB. Q. TVRPILIO Q. F. POB. NGO I. D. AVO. MAGRO FRATRI TVRPILIA Q. F. SECVNDA M G O.

In domo Aurelij Burgetti

SECVNDA ANNIA. L. F. HIC.

In Oppido montis Astrei.

LELIAE CLEMENTINAE VXORI INCOMPARABILI. Q. F. SECVNDVS MARITVS, ET SIBI VIVVS FECIT.
IVNCTA IACES HIC. SED VIVIS, VIVESQVE SECVNDO LELLA TVO. DEBENT NEC BENEFACTA MORI.
TE TELLVS SANCTOSQVE PRECOR PRO CONIVGE MANES VOS ITE PLACIDI. TV LEVIS OSSA TEGAS.
VIXIT ANN. XXVII.

Prope oppidum praedictum in domo illorum de Bataleis.

M. VCINCIVS. P. F. SIBI. ET P. CINCIO PATRI. ET CALIDAI SECVNDAI MATRI TESTAMENTO FIERI IVSSIT.

Iuxta Benacum.

L. AQVILIVS SECVNDVS. L. AQVILIO CHARITONI. ET PVBLICAE VENERIAE PARENTIBVS PIENT. LIBERE LIBERTAB.

Prope Castrum Suauij in quodam fano.

V. F. L. VICTORIVS. L. F. FESTVS. Q. VICTORIVS. L. F. SEVERVS. VI. VIRI. AVG. SIBI. ET CASIAE SEX. F. MAXIMAE COMMINIAE. L. F. FESTAE CATIAE. M. F. SECVNDAE VXORIBVS. ET L. VICTORIO. Q. F. FESTO FILIIS.

In templo montis aurei.

SEDES. M. OCTAVIO. M. F. APRININ VALERIO. L. F. FIRMO MELIO AVCTO LIBERTO.

Prope montem aureum.

MINERVAE AVGVSTAE PAPIRI THREPTVS. ET PRE PVSA. V. S. L. D. D. D.

In templo dim. Fidenty.

I. O. M. P. OCTAVIVS PATROBIVS. ET ATTIA. MOSCHIS. E T. P. OCTAVIVS ATTIANVS IMPER.

In Lobiano Pago, & in oppidum Leonici trambatum.

SEX. ATILIVS. M. F. SERANVS PROCONSV. EX SENATVSCONSVLTO INTER ATTESTINOS. ET VINCENTINOS FINES TERMINOS STATVIT.

In Calderiano Pago.

GADIVS MAGVLLA. H. SECVM NON HABET IVNONIS BALNEA, SED HABET OMNIA.
BALNEA. VINA. VENVS CORRVMPVNT CORPORA NOSTRA SED VITAM FACIVNT B. V. V.

Ibidem in quodam monumento.

QVAE MVLTVM SYRENARVM CANTV DVLCIOR ET QVO AD BACCHVM IN SODALICIIS MAGIS AVREA VENERE
QVAE ELOQVII VOCE CLARIOR IRVNDINE ET QVAE AD IVNONIS FONTES CAELESTIA SOLATIA CAPIENT
HIC TVRPILIA IACET BISIO LINQVENS LACHRIMAS CVI FVERAT SOLATIVM A PVERITIA. ILLA AVTEM TANTAM DEMVM INOPINATE DISIVNXIT AMICITIAM.

In parietibus Balneorum Calderij.

V. IVNONI. SACR. F.
PETRONIO PROBO VE. TOTIVS ADMIRATIONIS. V. PROCONS. AFFRICAE. ET PRAETORIO ILLYRICI PRAEF. GRAECIAE GALLIAE. II. PRAEF. PRAET. GALLIAE ATQVE AFFRICAE PRAEF. VERON. III. CONS. ORDINARIO CIVI EXIMIAE BONITATIS DISERTISSIM. ATQVE OMNIBVS REBVS ERVDITISS FVNDAMENTA MVROSQVE AB SOLO FACIVNDOS CVRAVER. IDEMQVE PROBAVER. IN TERRAM FVNDAMENTA DE SVA PECVNIA LARIB. DANT. COSO CORNELIO LENTVLO. L. PISONE AVGVRE CONS. VOTO SOLVTO.

Ibidem.

Digitized by Google

Ibidem in quodam sepulchro iuxta viam ab antiquis nuncupatam Tripiliana.

DIS. IOVI ET IVNONIB. MANIB.
TI. FLAVIVS R. IIII. V.R. I. D. C. ET PL. GRATO INVI-
TAE SVAE NVLLI MALEDIX. NO OMH. D. I. M. H.
IN AGRO. S. OMNI. H. M. H. N. S.

In oppido Hostilia in templo divi Laurenty.

V. F.
STATIA X. FREQVENS SIBI, ET STATIAE. M. L. ICONAE
MATRI. M. STATIO X. MODESTO FRATRIBVS.
ET M. STATIO VERECVNDO COLIBERT.

In pago Sandrati.

D. M.
OCTAVIVS MARCELLIANVS FIRM. NAVIRAL. OCTA-
VIO FIRMIO MARCELLIANO FRATRIBVS. M. ET
VIRAIA PATEROA CONIVGI PIENTISSM. B. M.

In Pago Scaligerorum.

D. M.
S. MERCVRIO MAGNO D. S. FRATRI SVB CL. PRESI-
DE PRO TRANSP. C. T. P. TRIB. MIL. TRIVM VI-
CTOR. HI. PR. Q. C. ET CN. POM. CONS.

Prope Benacum.

D. S.
HERCVLI, ET IVNONIBVS AVG. VALERIVS SEVERVS
ET CLODIA CORNELIANA PRO L. VALERIANO
CORNELIANO V. S. L. M.

Ibidem.

SEX. CALVISIVS SATVRNINVS SIBI, ET CALVISIAE
SATVRNINAE CONIVGI DEFVNCTAE ET CALVISIIS
FIRMIONI, ET VALENTIONI FILIIS, ET NVRIBVS
ET NEPOTIBVS, PRONEPOTIBVS EIVS.

Ibidem.

D. M.
CASSIAE. M. F. FESTAE CLODIA RESTITVTA FILIAE
DVLCISSIMAE. QVAE VIXIT AN. XXXIII. DIES
XLI. ET Q. MINVTIVS MACER CONIVGI
KARISSIMAE VIVVS DEDIT.

Ibidem.

M. VERINIVS. P. F. RAIMVS VI. VIR. AVG. LAP. PIO
APHOLETO VI. VIR. AVG. II. GRATVITO AMI-
CO TERENTIAE PISTAE SORORI MESSIAE
PERPVSAE AXORI.

Ibidem.

P. POSTVMIO PRIMIONI PO THVMIAE
QVARTAE A. B. M.

In peninsula Syrmionis.

S. PRO SALVTE L. SEPTIMII SEVERINI PATRONI. L.
SEPTIMIVS FAELICE. EX VOTO N. H. V. N. AVG.

In quodam templo Garde.

D. M.
SEX. NAVINIVS. SEX. L. APOLLONIVS CON-
CORD. SIBI ET SVIS IN FR. P. XXXVI.
RETRO P. XX.

Ibidem in parietibus.

P. EPPIVS. P. F. FAB. RVFVS MIL. COHOR. II. PRAET.
F. I. ARBITR.

In

In pariete templi diui Zenonis prope Benacum.

ANETAE ANIMAE INNOCENTISSIMAE LOC. TREBIENSIVS MAX. VALERIANAE MATRI CARISS. QVAE VIX. AN. XXXV. D. VIII. ET LOC. LVCILIANO FRATRI NOBILISSIMO. QVI VIX. AN. II. MEN. II. D. XXIIII.

Extra Veronam ist. horto sancti Georgy:

L. OCTAVIO. L. F. PRO. SEVERANO. QVI VIX. AN. XXI. DIEBVS XXIX. L. OCTAVIVS SEVERVS. ET TRATERIA SEVERA PARENTES INFOELICISSIMI FILIO DESIDERATISSIMO.

Extra templum diui Dionysij.

LEG. XV. APEL. LX. VIL AFER. DECV. XXVI.

In hortulo Basilicae Negrariani Pagi.

AVRELIAE PIERIDEX. VXORI PVDICISSIMAE AVRL. NICITA.

Ibidem in maximo sepulchro.

CN. ARRIVS. CN. F. CAESTRONIVS. IIII. VIR. I. D. V. F. A. F. Q. AER SIBI. ET CLODIAE HEDONI CONIVGI SANCTISSIMAE CVM QVA VIX. AN. XXXIX.

In Pago diui Petri incariani.

MER. SACR.
SVM DEVS, ALATIS QVI CRVRIBVS AETHERA CARPO,
QVEM PEPERIT SVMMO EVCIDA MAIA IOVI.

In templo diui Odorici iacentis in castro rupto.

VESTAE Q. CASSIVS. M. F. VARVS V. S. L. M.

In coemiterio eiusdem templi.

Q. P. Q. F. CAPITONI DOMITIA. L. CLARA.
V. F. H. M. H. N. S.

In Trinitate.

V. F.
SEX. CLODIO FESTO VIR. AVGVST. ET AGGORRIAE MARCELLAE VXORI EIVS. ET CLODIAE AMANDAE LIB. LICINIVS PAT.

In pago Grecano.

NOVELLIA. Q. F. SEVERA. C. LAELIVS OPTATVS.
T. F. I.

Ibidem in templo.

L. ANIVS TESTAMENTO FIERI IVSSIT.

In valle Polycella.

L. OCTAVIO L. F. PROB. SEVERIANO LEG. QVI VIX. AN. XX. DIEBVS XXIX. L. OCTAVIVS SEVERVS ET TRATORIA.

In pariete templi diui Petri summae campanea.

CRATIA C. F. MINERVAE. V. S. L. M.

In penn templi diui Proculi Verona.

L. F. MAXIMAE. F. ET. Q. C. VALERIO. L. F. FESTO. L. VALERIO.

In eodem templo.

Q. CORNELIAE. C. I. RVFIALI. C. QVINTIVS ANDREA.

Ibidem.

L. OCTAVIVS. L. F. IOB. MARCELLINVS BENEFICIARIVS PRAETOR. P. B. L. VOCATVS. T. F. I.

In templo diui Zenonis Oratorij.

C. MARTIVS TERMI. L. CALISTIVS. VI. VIR. ET AVRELIA. PL. C. L. EVCHE. VIM FEC. H. M. H. N. S.

Verona

Digitized by Google

Veronæ apud templum dicti Silvestri.

L. CASSIVS. L. L. SVNVARIVS. V. S. L. M. L. D. D. D.

Veronæ in contrata dicti Andreæ in domo reverendi D. Christophori Placentini.

OCTAVIA. O L. HILARA. V. F. SIBI. ET L. COELIO. L. L. STATVARI VIRO SVO. ET L. COELIO. L. F. FIRMO FILIO. H. M. H. N. S.

Ibidem in templo dicti Zenonis.

D. M.

VERONIAE CHARITAE QVAE VIX. ANN.

Ibidem.

M. CINTVLLVS. L. F. PROB. SEVERVS MILES. COH. V. PR. SIBI, ET COLONATI. P. F. MAXIMAE MATRI.

Ibidem in Cœmiterio.

QVARTVA HIC VIDVA VIX. AN. LXXX. MARCELLINVS CARISSIMVS FRATER CARISSIMAE SORORI, ET PIENTISSIMAE MERITAE FECIT, QVEM OMNIS ECCLESIA DILIGEBAT.

Ibidem in curia dicti Zenonis.

V. F. M. GAVIVS SEVERVS SIBI, ET CORNELIAE EPIMELIAE CONIVGI OPTIMAE BENEMERENTI. ET. M. GAVIO SEVERO, ET CORNELIAE RESTITVTAE.

Ibidem in cœmiterio.

MARCEL. VERECONDI. ET CAESIAE FVNAM. C. CONIVGI EIVS ADONDANVS LELIVS MAXIMVS ADENS. ET VALERIA MARCELLINA FRATRI. B. M.

Ibidem.

C. QVINTIVS HERMA, SIBI, ET T. HEDISTAE QVINTAE CONTVBERNALI IN FRON. P. XIII. IN AGRO. P. XVI.

Ibidem.

V. F. L. SCEVINVS L. L. QVADRATVS SIBI, ET AVCTAE SORORI SVAE. D. M.

Ibidem in horto.

D. M.

L. NOVEL. RACDAM. T. F. I.

In porta Bursæ eorum in inferiori parte.

COLONIA AVGVSTA VERONA NOVA GALIENIANA VALERIANO II. ET LVCILIO CONSS. MVRI VERONENSIVM FABRICATI EX DIE III. NON APRILIVM DEDICATI. NON. PR. DECEMBRIS, IVBENTE SANCTISSIMO GALIENO. AVG. N. INSISTENTE AVR. MARCELLINO. V. P. DVC. DVC. CVRANTE IVL. MARCELLINO.

In penu iuxta portam Bursæam.

GN. CORNELIVS. Q. CORVINI. L. MERITVS. VI. VIR. AVG. SIBI CLODIAE TONNIANAE. L. CRESTAE SOLI CONTVBERNALI.

Iuxta portam Bursæam in domo olim Cathaneorum.

AN. CHRISTI. CCLIII. IMP. DIVVS PHILIPPVS SENIOR VERONAE ET ROMAE IVNIOR A SATELITIBVS INTERFINIVNTVR.

Ibidem extra templum dicti Michaelis ad portas.

C. VIBIO EVTICIAE VIBIAE POTENTI. L. L. PARENTIBVS C. VIBIO APIRODIS PATRVO VIBIAE APHROSIDIAE AVI. C. VIBIVS CALISTIO,

Ibidem in templo.

V. F. L. VALENTIVS EVTHYCHVS SIBI ET L. VALENTIO SENECTION PATRONO SANCTISSIMO.

Digitized by Google

In Metropolitana, seu Cathedrali ecclesia Veronae in monumento marmoreo diui Theodori.

P. IVLIV. APOLONIVS SIBI, ET ATTIAE VALERIAE CONIVGI, OBSEQVENTISSIMAE VIVVS PARAVIT, ET EIVSQVE DEI CORP. IN ARCHA CONDIDIT. ET LOCVM SERVIO DEDICAVIT.

In Episcopatu Veronae.

L. GAVII VINDICIS POMP. CONS. C. F. VALERIAE M. PVLLIG. GANI FABIAE. T. F. CAECONIAE AVG. III. ARIADNES.

In Cœmiterio diuae Caeciliae Veronae.

V. F. P. CECILIVS EMPIRODIVS VI. VIR. AVG. CALCVLATOR IVSTINAE SELENAE VXORI, ET SIBI.

In domo Marchionum de Malaspinis Veronae.

D. M.

AEDONI SECVTORIS PVGV. VIII. EX ACCINA ARIANILLAE. QVI VIX. AN. XXVI.

In Xenodochio diuae Agnetis.

AELIO DILECTO. Q. MATER FECIT.

In vico diui Apostoli in domo Bernardini à Gypso Veronae.

V. F.

M. QVINTIVS P. F. POB. MODERATVS P. QVINTIO POLLIONI PATRI ROMANIA IMOVIAI.

In porticu Variorum, Veronae in via nona.

C. C. V. IN. FR. P. XII. IN. AG. P. XL.

In via nona.

GN. SERVILIVS GN. L. SPVRIVS. V. F.

In cœmiterio Templi diui Proculi in quodam tumulo antiquissimo Veronae.

C. GAVI C. F. QVI VIX. XLIII. M. X. C. GAVIVS MENDOROSVS FILIO PIISSIMO PATER. INFOELIX. AEQVIVS M. FVERAT VOS HOC MIHI FECISSE ET SIBI.

In fundamento templi diuae Liberae Veronae.

C. CORNELIVS MELIBOEVS SIBI, ET SENTIAI ELIDIMEDICAI CONTVBERN. SENTIAI.

In Arce diui Petri Veronae.

C. CORNELIO C. L. MONTANO.

Apud diuum Ioannem in Vall. Veronae.

SATVRNO AVG. SACRVM M. CASSIVS FIRMVS V. S. L. M.

In pauimento diuae Mariae in Organis Veronae.

V. F. C. DIDIVS FHRONIMVS ATHISIAE PRIMVS AC CONIVGI KARISSIMAE VIX ANN. XXXV. CVM VIRO XXVIII.

Ibidem in domo Lucij Domicij Cerdonis Veronen.

D. M.

VESTIDIAE Q. F. FIRMINAE

Apud templum diui Nazarij Veronen.

V. F. N. M. N. S. M. TRAVVIVS CHALIVS SIBI, ET LIVIAE PSCHE.

In pariete domus Variorum Veronae.

AVGVSTVS SACR. PROBVS VI. VIR. AV. M. L. B. D. D.

In muro domus magistri Baptistae Aromatarij ad sanctum Marcum.

VERONIAE CASIAE HELIODORVS CASIANVS FILIE MATRI PIENTISS. ET HELIODORVS VERONENS. CONIVGI.

In

In arcu Leonum.

TI. FLAVVIVS. P. F. NORICVS IIII. VIR. I. D.

In angulo horti crucifixi

IIII.

LOC. SEPVLTVRAE XX. LIB. REG. TRANPAD. THEO-
POMPVS. ARI. D. S. P. ET TRYONIVS. ET Q. SICINI.

Apud pontem Maium.

V. F.

GAVIA. Q. L. F. PRIMA SIBI. ET POLICLITO SIVE
SERVO. SIVE. LIBERTO MEO. ET L. CALPVRNIO
VEGETO.

Apud pontem Nauium in domo Balthasaris Auantij.

HIRMIVS OCTAVIVS CARATTIA ET. FESTA COROL-
LINA C. VALERIO SVRO ET SIBI PARTEM P. XXX.

In puteali Leonum.

IRMIVS FAVST. V. F. L. L. FA. Q. L. SPECV.

In Leonum Vico, in domo Mazantorum.

V. F.

L. APPIVS SABINI. LIB. CINNAMVS TORPENTI M. RO-
MAE VIR. AVG. SIBI.

In templo sanctæ Cæciliæ sub altare diui Donati.

DEO AVG. T. LAPPONI DOMITIA CASSIA V. S. L. M.
L. D. D. D.

In Ædæ diui Stephani ante altare septem fratrum.

D. M.

C. CALVENTI FIRMINI CVRATORES INSTRVMENT.
VERONS. EX NVMERO GOLLEG. FBR.

In leonum vico apud Mazantorum domum.

D.

IT. DOMIT. AIIC. F. MAXIMAE

N. S.

In Fano sanctorum Firmi, & Rustici.

D. M.

MATRONIAE MATERNINAE CONIVGI DVLCIS-
SIMAE. VIXIT ANNOS XXIII.

In æde diui Proculi.

D. LIVIAE M. VENVSTAE
M. LIVIVS FORTVNATVS LIBERTE ET VXORI
BENEMERENTI ANN. XXIII. M. VII. D. XVI.

Ibidem.

V. F.

COR. AP. F. FE. BI, ET. L. VALLIF. BVRLIO AI
LVALI ESIO LVALE IRO IL N. S. DEI IVNO.

Ibidem.

MVRIATIVS ZOSIMVS.

Ibidem.

LIBERTVS FAC. CVR.

Ibidem.

Q. C. AF. ICPHOTINO VESTIARIO NICEPHORVS.
LB. PATRON. OPTIM. ET. SIBI. V. F.

In templo sanctorum Firmi, & Rustici,

CORNELAE RESTITVTAE P. POMPONIVS HERMES.
CONIVG. DVLCIS ET. CORNELIAE FENGVSAE
SOCR. SANCTISSIMAE ET SIBI.

In fundamento, Campanilis diui Firmi Maioris.

P. GRAECINIO P. F. POB. LACONI ORNAMEN-
TIS CONSVLARIBVS.

In domo Nob. Co. Philippini
de mileis,

HORTENSIVS ASIATICVS.

Digitized by Google

In domo Nob. Thomei de Turcis quadratus lapis inuentus, quis infra scriptas continet litteras.

MANVMISS. AVENIAE VIXIT. ANN. ΘΕΑ
ALVMNA. ANN. BASSARIDIS XXV. MEN. III. ΧΑΡΙΣ
IIII. DIEB. XVII. A. FILIAE. OPTIM. DIEB. XIIII. ΒΑΣΣΑΡΙΣ
MAVENA. MACRO M. GAVIVS OMNI SENSV
SPLEND. EQ. R. CORNELIVS VITA PIETATE
OMNI. HONORE AGATHE. MER PERFECTISSIM.
IVNCTO. AVENIANVS
OMNI INIVRIA
DEBILITATVS.

In claustro diui Zenonis.

SEMPRONIVS C. F. POB. REITA.

In platea diui Zenonis.

VALERIAE. C. F. MAXIMAE HERENNIA. P. F.
AVGVRINA FILIAE. PIISSIMAE
ET SIBI.

In fano diui Zenonis,

C. H. C.
LOCVS ASSIGNATVS MONVMENTO. IN QVO
EST AEDICLA PRIAPI INFR. P. LXX.
IN AGRO LXX.

In stabulis diui Zenonis.

SEX. SALANIV. P. F. MANDAT
MILES. LEG. XV.

In Æde diui Zenonis Oratoris.

C. MARCIVS THEMI. L. CALLISTVS VI. VIR. ET
AEMILIA. PL. C. L. EVCHE. VIVI FEC.
H. M. H. N. S.

CASTRICIAI POSILLAI.

In domo Co. de Nogarolis.

PLINIVS SECVNDVS AVG. MARCIVIAE MAR-
CELLAE MATRI POSTERI. PATRIAE.
MATRI MARCELLAE.
T. F. I.

In ostio curiae pauperum,

MAGISTRI
M. LICINIVS. M. F. PVSILIO SEX. VISPANIVS.
M. F. CLEMENS Q. CASSIVS. C. F. NIGER
MINISTRI.
BLANDVS C. AFINI ASCLAE. SER. MVRRANVS.
P. CLODI TVRPIONIS. SER. AVCTVS M. FABRICI
HILARI. SER. COMVITVM. REFECERVNT.
TECTVM PARIETES ALEVARVNT. VALVAS LIMEN.
DE SVA PECVNIA. LARIBVS. DANT. COSSO
CORNELIO LENTVLO. L. PISONE
AVGVRE COSS.

In cœmiterio diui Nicolai.

LOCO PVBLICO. DAT. D. D. PARCIS. AVG. SACR.
L. CASSIVS. VERVCI. F. NIGRINVS
VI. AVG. V. S. L. M.

Apud pontem lapidis in muro illorum de Ionis.

IVNONIBVS AVG. SAC. METELLAI. DE NOMINE
SVO. ET. T. FLAVII HERMETIS VIRI SVI.
D. D.

In curia piscatoria apud Macellum.

D. M.
M. TVRPILI CASSIANI FILIVS PATR. PIENT.

Digitized by Google

Ad diuum Egidium.

C. CORNELIVS. CL. MANN. IIIIII. VIR. SIBI ET CASTO
ET DOMESTICO. L. T. F. I.

In ade sanctæ Crucis.

CLAVDIAE TI. F. MARCELLINAE BELLICI. SOLERTIS
CO. M. ET Q. HORTENSI. PAVLINVS.
ET FIRMVS.

In Ecclesia diui Mariæ Solerata.

DIIS MAN. VERECVNDI DELICATI. VIXIT. ANN. XVIII.
M. II. D. XI. C. VESIVS. MARTIALIS.

Extra eadem diui Vitalis.

HELPIDI. L. IPHIDI. L. P. SERVILIO
P. L. PLACIDIO.

In domo Clementis apud diuum Clementem.

D. M. ET MEMORAI VALERIAE VALERIANAE
C. MAECIVS ATILIANVS VXORIS. ET MARCIL.
FRONTO ET ATILIANA MATRI.

In foro boario in porticu Ruffini à Campanea.

V. F.
C. ATISIVS. C. L. FELIX C. ATISIVS C. L. CAMVS BI. ET.
V. F.
CASSIA. C. F. EXORATA SIBI. ET CASSIAE C. F.
PRISCAE ET ANTONIAE. L. F. MARCEL-
LAE ET SYNTROPO. PVBLICO IN
FRON. P. XXV. IN AGR. P. XXXI.

Extra fanum diuorum Apostolorum in Aedicula maiori.

SEIAE CHARITE QVAE. VIXIT ANNOS. XVIIII.
M. VII Q. CATIVS. NICEPHORVS.
CONIVGI BENE MERENTI.

Intra pontes castri veteris in porta Geminata.

L. VITRVVIVS. L. L. CERDO ARCHITECTVS.

Apud Templum diuæ Felicitatis.

STEDIAE. PAVLINAE. L. CANTINVS HERMIP-
PVS CONIVGI INCOMPARABILI.

Apud Ædem diui Thomæ in domo Castalanorum.

ET M. AVDASIO SVAVI. SODALI.

Ibidem.

L. DECIVS BLASTVS SEMPRONAI LEONTIDI
SORORI BENEMERENTI.
H.

In domo Sp. I. doctoris D. Taurelli Saragnæ.

D. M.
GENEROSO RETIARIO INVICTO PVGNARVM
XXVII. N. ALEXANDRIN. QVI
PVGNAVIT VIR.

Ibidem.

DIS MANIBVS STATIA SEVERA P. F.
T. F. I. CVR. LIB.

Ibidem.

F.
P. STATIO L. F. DENTONI PATRI. CASSIAI. Q. F.
MAXIMAE MATRI STATAI P. F. SEVERA
MAECANAE A. F. SECVNDAE AVIAE.

In viridario nobilis Co. Galeotti Nogarolæ.

TARQVINIA. Q. L. FAVSTA. S. V. L. D.
C. FICARIVS. H. M. H.
EX TESTAMENTO P. SACIDI Q. F. POB. PATRIS
P. SACIDI P. F. AN. VI. M. SACIDI P. F. AN. IIII.

Apud eadem diua Euphemia in ripa atriana.

QVANNIVS BALBVS.

Apud eadem diua Maria solarata in angulo Rubeorum.

VETO RELIQVIAS. P. VERONVS CALLISTVS
HOMO. OPTIM. HIC. IACET.

In cœmiterio diui Petri Incarnarij.

MINERVAE SACR. C. CASSIVS. L. F. IVSTVS.
VI. VIR. AVG. ET LAELIA LOGAS.

Ibidem.

CLAVDIAE. L. FIL. PRIMAE L. CALPVRNVS L. FIL.
MARCELLVS VI. VIR. AVG. CONIVGI ET SIBI.

Iuxta templum diui Quirici.

SEX. FADIE. L. BATHVLLO ANNOR. XV.

In vico diua Euphemia.

DEO. MAGNO. AETERN. L. STATIVS. DIODORVS, QVOT SE
PRECIBVS COMPOTEM FECISSET V. S. L. M.

Extra templum diua Maria in organis.

N. RECESSV. XXXX. CVRA. XYSTI.

Ibidem.

V. DIS MANIB. F. CVRTIAE. C. F. PROCILLAE PATRONAE.
OPTIMAE PALFIO. ALENNIO. MAXIMO CVRTIO.
PROCILLAE CVRTIA. CALIOPOLIS, LIB. ET
SIBI ET LIB. SVIS VTRIVQ. SEXVS.

Apud templum diui Faustini.

AVIAI PRISCAI VXORI. ET CALIDIAI. TYCHE CONTVBER.
NALI. H. M. H. N. S. N. FRON. P. XXIIII. INF.

Ibidem.

D. P.
L. ANTISTIVS. VITVLVS CVM SVIS IMP. POS.

Apud eadem diua Anastasia in domo pithatorum.

FIRMIA. L. F. SERENA SIBI. ET M. CASSIO. M. F. FIRMO.

In templo diua Maria à fratu.

SEX. RVBRIO. SEX. F. POB. FESTO. FLAMIN.
ROMAE. ET AVG. D, D.

Apud fanum diui Iacobi pignei in domo Sp. D. Dionysij Capuleij.

C. SERVIL. CAEPIONI. CONGEN. ET TRIVMPHALI. PATRIAE
LIBER. DECVR. VERONEN. OB IVD. RESTITVTA M. S.
L. TENATIO P. F. VIRO BLANDIA. C. M. F.

In ede diui Syluestri.

CN. DOMITIVS EVPHROSINVS SIBI. ET. FLAVIAE
MAXIMAE VXORI OPTIM.

Apud templum diua Anastasia.

C. ATTIO. C. F. POB. C. XILO FILIO SVO.

Extra ecclesiam cathedralem.

V. S.
MAVRICIVS. L. VPORVS. AVG.
N. I.

Apud Ecclesiam Cathedralem.

Q. CAESIO. Q. F. POB. SIGNIF. M. CAESIO. Q. F. POB.
VETERANIS LEG. XIIII. GEMIN. Q.
CAESIVS. Q. L. PRIMVS.

CRESCENS SIBI ET AVFILLENNE
PRIMIGENITE. LIB.

Apud Aedem diui Andreæ in domo Triuellorum.

CAVIA VALERIAE VAL' GAVIAN. FILIO. ET SIBI
IVN. IVN. REG. SACR. P. VITVLLIVS PHI-
LOLOGVS. VI. VIR. AVG. INFERIO.

Apud

Digitized by Google

Apud templum diuæ Mariæ scalarum.

M. AVDASIVS, M. L. TITVRVS. V. E. ANTISTAE. ET
S. P. F. QVINTAI. VXORI. ECASTRVCIAI.
Q. SALASIO. Q. F. POB. LVCILIAE. VX. SORORI
EIVS AVLLVS. L. FECIT. ET SIBI.

In ede diui Laurentij in quodam sepulchro.

D. M. METELLVS HAD. M.
V. RIANVS SIBI MAGIS F.
TER COLLEGI. CENTONARIORVM CANDIDATVS
EX DECRETO AEORVM LOCVS EMPTVS.

Subponte nouæ.

M. NONIO M. F. POB. MVCIANO P. DELPHIO
PEREGRINO TRIB. MIL. LEG. X. FR.
ET QVEST. AED. PR. LEG. PROPR.
PROVINCIAE. ASIAE. PATRONO.
D. D.

In domo Francisci à bobus.

CAECILIAE CHRYSIDI. ET AMICETO.

In domo Co. Ioannis Francisci de Iustis.

MATRI RVFRIAI. C. EXORATAI VXORI.

Ibidem.

V. F.
P. VERONIS AMPHION SIBI ET MAGIAE. IESTAE.
CONIVGI BENEMERENTI ET SVIS.

In domo Co. Raymundi Turrisensis.

OCTAVIAE C. F. ET SOR. CARISSIMAE ET SIBI.

Ibidem.

L. ANNIVS. C. F. POB. SIBI. ET M. ANNIO. C. F.
FRATRI. FIERI TESTAMENTO IVSSIT.
PROBAVERE DIOMEDES. ET
ANTHVS. LIBERTI.

In ede diui Petri Ceriani.

D. N. CONSTANTINVS. MAXIMVS
VIIII. P. XXXX.

In templo diui Martini buris.

C. CAESIVS C. F. AGRIPPA.

In suburbio diui Georgij.

M. TENATIVS. L. F. TESTAMENTO FIERI IVSSIT.

In Ecclesia vallis Gotthariæ.

IOVI. O. M.

Sub Ara diui Barnabæ extra portam diui Georgij.

C. CLODIVS L. AFINIVS
P. F. P. F.
MARIANVS C. CELER.

Piscantinæ.

L. TENATIVS M. F. VARVS.

Extra templum Parcæ.

M. TENATIVS. C. F. NIGER. SIBI. ET C. TENATIO
P. F. PATRI DOMITIAI. C. F. SECVNDAI
MATRI C. TENATIO. C. F.
PROCO FRATRI.
T. F. I.

Extra portam diui Georgij in loco vbi dicitur vallis Dominicæ in monte Caluario.

P. VALERIVS. SPVRI. F. MONTANVS VIVVS.
FECIT MATRI. ET PATRI. HARIONI
SYRIA. DOMETIA. ET SVIS.

Digitized by Google

In Peninsula Symonis.

MARIONI ESDACDI. F. ET VESGASAE BITTIONIS.
FIL. ET ARRVNTIO MARIONIS F. PRISCVS
MARIONIS F. PARENTIBVS.
ET FRATRI.

Ibidem.

SEX. LAETIL. FAB. QVARTIO. VI. VIR. AVG. SEX.
LAETIL. VALENTIONI. ET RVFAE RAVCVLAE. FIL.
PARENTIB. ET SIBI, ET FESTAE IANVARI. FIL.
VXORI SEX. LAETIL. SECVNDO LAETIL.
PRIMVLAE. FILIIS ET LAETILIAE
PIRMINAE MVRVM.

In monte Mariano in quodam sacrario.

D. M.
PORTIAE IVSTAE CONIVGI INNOCENTISSIMAE
C. OCTAVIVS FIRMIVS.

In fano Quintiani sub Ara.

D. M.
SEIAE SYNETITIAE M. AGVSTVS HYPATVS.

In porta templi divi Michaelis extra portas.

VIBIO EVTYCI. ET VIBIAE. POTENT.
L. L. PARENTIB.
C. VIBIO APIRODIS PATRVO. VIBIAE APHRODISIAE.
AVI. C. VIBIVS. CALISTIO.

In platea Quinti.

L. CORNELIVS L. F. PAVPER V. F. SIBI. ET ATTIAE.
SECVNDAE VXORI. ET MAXIMAE FILIAE
IN FR. XXV. IN AG. P. XVI.

Extra fanum divi Rochi.

V. F.
M. POBLICIVS LINVS SIBI. ET POBLICIAI.
ATIGAI VXORI.

In ostio fani sancti Martini vallis apiacia.

VARILLAE SORORI CORNELIVS FAVOR
T. F. I.

In muro Ecclesia Campanali.

L. TR. VTTEDI. VS. P. F. PVB. SIBI. ET. SECVNDAE.
BAEBLAE C. F.
V. F.

Ibidem.

P. TRVTTEDIO: P. F. TERTIO. FRATRI PVB.

Ibidem.

P. TRVTTEDIO. P. L. PHILOMVSO. PATRI MAGIAE.
M. F. MAXIMAE MATRI.

Ibidem.

M. CAECILIVS. NYMPHIVS. SIBI. ET MAECIAE. GEMELLAE.
CONTVBERN. CAECILIAE. MECIANAE FILIAE.
H. M. H. N. S.

In valle ingria templo divi Zenonis.

CALLISTAE. VIXIT ANN. XIX. DYSTRIS. FILIA.
ET SIBI V. F.

Herbiciani.

M. TRAVIVS M. F. SAVFEIVS SABINVS.
L. TENATIVS M. F.

Arceti in templo divi Michaelis.

V. F.

Digitized by Google

V. F.

M. VERONIVS EPAPHRODITVS VI. VIR. AVG. MAGGLL.
F. GIGNT. VERONIAE. CALLISTE.
Ibidem in villa nostra.

L. OCTAVIO. L. F. POB. SEVERIANO. LEG. QVI VIXIT.
ANNIS XXI. DIEBVS XXVIIII. L. OCTAVIVS
SEVERVS. ET TRATORIA SEVERA PARENTES
INFELICISSIMI FILIO DESIDERATISSIM.
Ibidem.

IHAMNA. GALES QNNA. CALLE C. OCTAVIVS
M. F. CAPITO.
Ceraselo agro.

D. M.

P. HOSTILIO. P. F. POB. CAMPANO. VENATORI P. HOSTILIVS TERTIVS DECVRIO. VERONAE. ET ABIDIA. MAXIMA. PARENTES FIL. PIISSIM. ET SIBI
QVI VIXIT ANN. XXV. D. XXV.
SINE CRIMINE. VITE FLORENTES. ANNOS
MORS IPSA ERIPVIT.
VIVITE FELICES. MONEO. MORS OMNIB. INSTAT.
EXEMPLVM A NOBIS. DISCITE QVI LEGITIS.
Fumane.

G. VALERIVS. G. F. CLEMENS.
In castro rupes.

Q. PONTIO Q. F. CAPITONI DOMITIA. L.
CLARA V. F. H. M. H. N. S:
In templo D. Stephani Insula sculorum.

MERCVRIO V. S. L. M. SCAEVILIVS CORNEOLVS.
Valegnis in templo dicti Martini.

Q. NIGIDIVS FESTI F. TERTIVS.
Ibidem.

L. EGNATIVS. L. F. NIGER.
In ade dicti Georgij vallis polycelle.

L. VALERIVS.
Ibidem.

PARCIS AVG. P. FALERIVS TROPHIMVS ORNAMENTIS
DECVRIONALIB. RESTITVTOR. R. VER.
Ibidem.

SEXT. CARIAVS SEXT. FIL. FIRMINVS FIRMINVS FLAMEN. ET
POMPONSIA PONTI FIL. SEVERA FLAM.
Ibidem.

L. VALERIVS. L. F. COSSINVS.
Ibidem.

CVSLANO. SAC. L. OCTAVIVS C. F. CRASSVS L. C.
OCTAVI L. F. MARTIALIS ET MACER.
Ibidem.

L. OCTAVIO. L. F. STABERIN. CAPITONI C. OCTAVIVS. CAPITO. PATRVVS. POSIT.
Ibidem.

V. F.

C. CLODIVS. FIRMIN. FALERIAE VENERIAE. VXOR. P. M.
ET FALERIAE VALERIANAE FILIAE PIISSIM. ET SIBI.
In columna templo dicta Maria in Syrmione.

IMP. CAES. S. DN. FL. CL. IVLIANO SEMP. AVG. PM IMP. VII.
COSS. III. BONO. R. P. NATO. PATRI. PATRIAE PROCONSS.
In angulo cœmiterij dicti templi.

P. CLODIO PL.
In cœmiterio dicti Salvatoris dicti loci.

IOVI L. AESIVS VRBAN. V. S. L. M.
Ibidem.

C. BETVTIVS. ENCOLPVS MERCVR. RED.
In ade dicti Ambrosij vallis Polycelle.

Q. VEVO MESSI F. SEVERVS.
Ibidem.

Digitized by Google

Ibidem.

CALPVRNIA L. F. PRISCA SIBI ET L. CALPVRNIO QVADRATO PATRI VALERIAE C. F. SECVNDAE MATRI, L. CALPVRNIO PVDENTI FRATRI IIIIIL VIR. AVG.

Ibidem.

V. F.

SVLPICIA EVTYCHA SIBI ET C. SVLPICI. PHILOGYRO. LIB. OPTIMO. ET RVTILIO BESTITVTO CONTVBERNALI.

Coloniale.

IMP. CAES. MAVR. MAXENTIO. P. FIL. INVICTO. AVG. M. PXI IXCLM.

Ibidem.

M V. F.

SEX. GAVIVS. SEX. F. AN. LXXXX. TERTIA VXOR. AN. XXX. Q. FRATER. AN. XL. OPTATVS. F. AN. XX. Q. FILIVS. AN. XX.

Ibidem.

IMP. CAES. FL. VAL. CONSTANTIO M. P. VIII.

Ibidem.

SEX IVENF. SVAVIS DIANAE LVCIF. LVNAE

Ibidem.

L. POSTVMIVS. FACILIS. T. KRAEIVS. VALENS. LINTIONES. APOLL. D. P. S. D. L. D. P.

Ibidem.

V. F.

L. VITTORIVS. L. F. FESTVS Q. VITTORIVS. L. F. SEVERVS VI VIR. AVG. SIBI ET CASSIAE SEX. F. MAXIMAE COMINAE. L. F. FESTAE CATIAE. M. F. SECVNDAE, VXORIBVS. ET L. VITTORIO. L. F. FEROC. C. VITTORIO. L. FESTO. Q. VITTORIO. Q. F. FESTO FILIIS IVRIS TAVO.

Ibidem.

HERCVLI Q. EVPEMVS Q. L. OVF. LVCVLIVS AEO. VI. VIR. V. S. A. M.

Ibidem.

L. GEMINVS L. F. MESSIVS. VI VIR. CVRATOR. AERARI MEDIOL. HERCVLI. V. S. L. M.

Ibidem.

I. O. M.

C. CASSIVS. C. L. THYRSVS VI. VIR. V. S. L. M.

Ibidem.

Q. CAMPILIVS. Q. F. VIRILLIO. VI. VIR. IVN. SIB. ET TATINIAE. M. F. VERAE VXORI, Q. CAMPILIO PATRI CASTRICIAE CONDEXVAE MATRI.

Ibidem.

NVMINI MERCVR. SACR. P. LICINIVS SATVRNINVS P. S. F.

Ibidem.

L. GALLIO. L. F. ROM. COHORTE. II. MV. GELIVS FRATER. Q. CAECILIO. C. F. MATERLO IMPERATORI. ITALICI QVEI ARGEIS. OEGOCIANTVR. Q. VOLTEIOS Q. L. MENODORVS. M. P. L. F. EROS.

In Pago Portus dicti.

L. ANNIVS G. ENETIVOS DECVR. VERON. SIBI ET L. ANNIO HARPALO. ET ANNIAE C. ENI. SI PARENTIB. ET L. ANNIO MARCELLINO PATRI. ET VALERIAE HOEBADI VXORI QVAE ICIND. CVRAV.

Ibidem.

GAVIA. C. F. RVLIA VIVA SIBI FECIT. ET M. VALERIO CRISPINO FILIO. S. LEG. VII.

Florani.

M. VARIVS. VARI. F. MAXIMVS.

Ibidem.

CAILIO

Digitized by Google

Q. CAICILIO CISIACO. SEPTICIO PICAI CAICILIANO PROCVR. AVGVSTOR. ET PROLEG. PROVINCIAI RATIAI ET VINDELIC. ET VALLIS. POENIN, AVGVRI FLAMINI. DIVI AVG. ET ROMAI C. LIGVRIVS. L. F. VOL. ASPER. D. COH. I. CRINGENVOR.

Ad abbatiam villa nova.

PARCIS AVG. P. VALERIVS TROPHIMVS ORNAMENTIS DECVRIONALIB. RESTITVTOR. R. VER.

Pollioni.

CORNELIA. M. F. MARCELLA ANN. IIII.

Ad fontem diuæ Mariæ in stellis.

M. POMPONIVS CORNELIANVS ET IVLIA MAGIA CVM IVLIANO ET MAGIANO. FILIIS A SOLO REFECERVNT.

Ibidem.

POMPONIAE ARISTOCLIAE ALVMNAE.

In muris Ecclesiæ Gardæ.

D. M.

C. IVL. EVHEMERO. COR. MARCIANE. MARITO PQSVIT ET IVL. MAXIMVS. ET COR. MARCIANVS. PATRI. ET SIBI.

Ibidem.

D. M.

P. VELIO. GENITALI. P. VELIO HYGINO. VELIAE RVFINIAE. VELLIAE. HYGINAE. ALEXANDER. LIB. ET. SIBI.

In Malsesino.

MATRI DEVM ET IDI . G. MENATIVS. G. FILIVS FAB. SEVERVS FANVM REFECIT. ET PRONAVM DE SVO FECIT. EX VOTO.

In Tusculano Reperta.

IMP. CAE. DIVI M. ANTONINI PIL. GERM. SARM. F. DIVI ANTONINI. PIL. NEP. DIVI HADR. P. PRONEP. DIVI TRAIAN. PARTHIC. ABNEP. DIVI. NERVAE ATNEP. L. SEPTIMIO. SEVERO PIO PERTINACI. AVG. ARABICO ADIABENICO PONT. MAX. TRIB. POT. III. IMP. VII. COS. II. P. P. PROCOS. DESIGN. BENACENSES.

Ibidem.

IMP. CAES. AVG. ANTONINI. PIL. FIL. DIVI HADRIANI NEP. DIVI TRAIANI PARTHICI PRONEP. DIVI NERVAE ABNEP. M. AVRELIO ANTONINO. AVG. ARMENICO PONT. MAX. TRIB. POTEST. XVIIII. IMP. II. COS. III. BENACENSES.

Ibidem.

VICTORIAE PRO SALVTE. Q. MINICI MACR. SEX CABINASIVS. PRIMVS EX VOTO.

Ibidem.

SEX. LAETILIO. SEX. FIL. FAB. FIRMINO VI. VIR. AVG. LAETILIAE VERA ET SECVNDA FRATRI PIISSIMO.

Ibidem.

NEPTVN. AVG. SACRVM PRO SALVTE L. SEPTIMI SEVERIANI PATRONI L. SEPTIMVS FELICIO EX VOTO.

Ibidem.

I. O. M. HELVIA. FORTVN.

Ibidem.

M. TERENTIVS PYRAMVS. VI. AVG. L. APPIO APHOBETO VI. VIR. AVG. II. CRATERITO AMICO TERENTIAE PITAE SORORI MESSIAE ECVSAE. V. S. F. I.

AP. POSTVMIO. PRIMIONI POSTVMIAE QVARTAE. A. B. M.

Digitized by Google

GAVDENTII MERVLAE ANTIQVITATIS GALLORVM CISALPINORVM LIBER PRIMVS.

AVOLAVERANT ab, vrbe volut à causea, viri cùm autoritate, & moribus, tùm, litteris & beatissima ingenij vbertate cõspicui, adgeniales ruris delicias. Quorũ singula nomina si enumerare contenderem, in longũ nimis nostra protraheretur oratio. Sat fuerit igitur è plurimis paucos admodũ recensuisse: è quibus primas partes Bonauentura, & Nicolaus Castillionæi tenebãt, quòd essent miro & animi, & eruditionis candore. Aderat quin etiam Benedictus Iouius, antiquitatum mirus obseruator. Ad cuius dexteram Baptista Landulphus, & Blasius Phyletus assederant, quales (dij boni) physici? Illuc quoque concesserant iuuenes nonnulli Ciceronianarum elegantiarum sectatores, Hortensius Appianus, L. Annibal Cruceius, & Petrus Franciscus Busca: qui relicto Patauio & Bononia, Ticinum venerant ad ingenij cultum sub Andrea Alciato. Qui cùm se mutuo salutassent, inquit Phyletus, Cur non sessum imus sub vmbram aliquam, qua huic nostro sit non importuna sermoni, donec Socrates noster Alciatus accesserit? nè dies (quod aiunt pictores) vlla transeat sine linea: tum ne sopor, qui à prãdio, vt Plautus attestatur, non perbonus est, nos opprimat. Cum hoc consilium omnes approbassent, sub opacitate ilicis annosæ propter decursum gelidi fontis decessum est. Hîc Hortensius. Quantum nunc sorti gratuler meæ, inquit, ne cogitari quidem potest: cùm hic ferè (vt dicitur) hominum præstantium in sinu teneã. Dij boni, quãdo ex hoc beneficio vobis relaturus sum gratias: qui huc adduxistis lumina totius Cisalpinæ Galliæ florentissima? Vtinam, Landulphus ait, veræ essent (de me tantum loquor) quas enumerasti, laudes. Verum cum ingenioli mei vires ipse perpendo, puto hoc à te dici ex abundantia amoris quadam, qua optimos quosque prosequeris, vt etiam laudatus apud te digna sint ea, quæ fortasse plures agnoscunt minus. Tum Bonauentura, He planè inquit (pace tamen dicã vestra) pueriles videntur exercitationes mihi: dicatur tandem aliquid, quod vestra expectatione sit dignum. Hic tacentibus reliquis, inquit Landulphus, Non consule, sed dictatore opus est. Imò, inquit Castillionæus, Phalaride ad hanc pertinaciam euincẽdam. Eligatur igitur, inquit Cruceius, ex communi consensu tyrannus, qui habeat in nos merum imperiũ. Placuit id consilij omnibus. Ductis itaq; sortibus, Lãdulpho cessit tyrannica potestas: qui statim Phyletum elegit vicarium sibi: iudices extraordinarios Bonauenturam, & Petrum Franciscum Buscam: qui rebelles castigaret, Hortensium. His peractis desedit Landulphus in eminentiore viridantis herbæ tumulo, & penes eum Phyletus: & cùm graminea sibi quisq; thorum fecisset in herba, inquit Castillionæus: Quando à nobis constitutus sis princeps hodierne, fortuna multò magis nunc tibi Landulphe formidanda est: feriunt enim summos fulmina montes. Corpora morbis maiora patent. Memento igitur humanitatis, nec te fugiant exempla crudelitatis extincta. Non pepercit fratri Thymoleon: si Iulius fueris Cæsar, immemor Brutum & Cassium. Nollem Landulphe, tamen hac dicta à me putes, vel vt admonitor accedam, vel vt seuerè minus tuo imperio vtaris: sed vt humana conditionis sis memor. Tunc subridens Landulphus, Castillionæe, inquit, hanc ita potestatem exercebo, vt non tyrannum me sed patrem familiãs experturi sitis: nec tyrannicum illud, Oderint, dum metuant, vnquam sentietis: vos tamen obsecro, vt filios, non subditos agnoscam: nam si vos, quales exopto, reperero, me quoq; qualem exoptatis facilè inuenietis. Agè igitur, inquit Castillionæus, vt & principem te, & patrem cognoscamus. Tunc Landulphus, Nicolaë Castillionæe, inquit, pro tua, quæ semper celeberrima fuit, humanitate hîc antiquitatem Cisalpinæ Galliæ, quam ferè autores omnes & Græci, & Latini intactam reliquere, nobis expone: vt intelligat debere se tibi plurimum posteritas. Tametsi socculus ad cothurnum nõ ascendat, inquit, Castillionæus, conabor tamen pro viribus iniunctum onus absoluere. Vos interim omnes oratos volo, ne has ambages meas circumferatis: nam hæ in re non omnibus dormio. ad hæc si qua frigida dictiones exciderint, aut leues sententiæ, tyrannici spiritus importunitati adscribatis, non autem mihi. Verùm ne quandoq; parturiant montes, & nascatur ridiculus mus, dum pauca dico, precor attendite.

De Galliarum diuisione, & circumadiacentibus regionibus Cap. II.

ANtequàm situm Cisalpinæ Galliæ dicere aggrediar, res postulare videtur, Galliarum situm paucis exponere, & eas gentes, quæ finitimæ sunt. Sed quæ loca, & nationes ob intentissima frigora, & assiduam ferè noctem, & diem: item ob vastitatem solitudinis minus frequentata sunt, de his haud facilè compertum narrauerim: cætera quã paucis absoluam. Gallia omnis duplex est, Transalpina videlicet, & Cisalpina, quæ nobis deorum munere concessa est. Illa rursus ex descriptione C. Cæsaris triplex est: Belgica, Celtica, & Aquitanica. Celtas ab Aquitanis Garumna flumen, à Celtis Belgas Matrona & Sequana diuidunt: & hos à Germanis Rhenus. Sic quinq; metis finitur: Rheno, Alpibus, Mediterraneo mari, Pyrenæis montibus, & Oceano. Ab Oriente enim Gallias à Germania Rhenus, à Citeriori Alpium crepidines immensæ dispartiunt: Mediterraneum mare inter illas & Africam fluit: Ab Occasu Pyreneis collibus ab Hispania secludũtur: Inter Occasum & Septentrionem Oceano quoque alluuntur. Ad Alpes iacent Allobroges, Heluetij, qui ad Celtas reijciuntur. Secus littus Mediterra-

Mediterranei freti perrigitur Brachata Gallia: quæ
postea Narbonensis est dicta, à Narbone colonia: quo in
tractu Forum Iulij colonia est, & Massilia à Phocensi-
bus condita: de cuius institutis & moribus sic refert M.
Tullius in Flacciana oratione: Neque verò te Mas-
silia prætereo, quæ L. Flaccum militem, quæsto-
remq; cognosti. Cuius ego ciuitatis disciplinam,
atque grauitatem, non solùm Græciæ, sed haud
scio an cunctis gentibus anteponendam iure:
quę tàm procul à Græcorum omnium regioni-
bus, disciplinis, linguaq; diuisa, cùm in vltimis
terris cincta Gallorum gentibus barbariæ fluctu-
bus alluatur, sic optimatum cõsilio gubernatur,
vt omnes eius instituta laudare facilius possint,
quàm æmulari. *Tunc Busca contracta ferè fronte, Ca-*
stillionæe, inquit, nisi tua nimis ad Massilia laudes fe-
stinasset oratio, non te audiuissem, quod Heluetios ad
Celtas reieceris. Facit hoc, inquit Castillionæus, C. Cæsa-
ris auctoritas, qui de Heluetijs scribens, ait: Qua de
causa reliquos Gallos virtute præcedunt: quòd
ferè quotidianis præliis cum Germanis contendant: cùm aut suis finibus eos prohibent, aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt. *Cornelius præterea Tacitus.* Irritauerant, *inquit*, turbidum ingenium Heluetii Gallica gens. *Sed redeo ad Gallos, à quibus me Busca prætraxisti. Sunt hi quidem omnes bellaces, & studio Martis exardent, sumptis armis, quàm primùm animorum ferment impetu, conferenda pugna alacritate impigri: alioqui simplices, & nulla morum malignitate degentes. Idcircò irritati exasperãtur maximè, & pugnas ineunt μετὰ προπετείας, quibus tamen negotijs ferè placantur. Hac nostra tempestate ad disciplinas maximè excoluêre ingenia: & agrum habent frumenti præcipuè & pabuli feracem, amœnum saltibus, venationibus, quibus maximè Galli oblectantur, idoneum, noxio animalium genere minimè euertendum, fluminibus & fontibus irriguum, omnium denique ad vsum animantium fœtu beatissimũ. Totius autem Galliæ longitudo est CCCCXX. mill. pass. latitudo vero CCCXIII. mil. pass. non excedit. Gallias porrò cingit Germania ab Oriente. Hæc à Pannonijs, Rhæticis iugis, & Danubio, à Sarmatis, Getisq;, mõtibus & mutuo metu finitur. Oceanus maiore ex parte arctis ibi sanissimus cætera (vt aliqui volunt) ambit. Verùm hac ætate deprehensum est sinus tantũ esse, quos terra continens excipiat. Suecia enim, & Norwegia cum Dacia coniunguntur: cui finitimi sunt Lappones, ferè sub exordio arctici circuli: qui omnium gentium commercia adhuc euitant, regi tamen Daciæ tributa dant annua. Sunt, si fortè quæritis, Germani bellacissimi. Vnde de his Vergilius inquit:*

Armorum sonitum toto Germania cœlo
Audiit. *Et infrà:*
Hinc mouet Euphrates, illinc Germãia bellũ.

Facilè Germani frigora sustinent: & hyeme, quàm æstate ad munia belli sunt præstantiores. Bella autem cum finitimis non auaritiæ, aut imperandi studio tractant: sed vt circum se vastæ sint solitudines. Sunt hospitibus boni, & supplicibus mites. Dat Germania eristalli, succini, cerauniq; candidi, & viridis gallaci copiam. Germanico Cæsare, cum hyemaret exercitus Italorum in Germania, mira virulentiæ fons repertus est, ex quo qui bibissent, dentium iacturam intra biennium, & gennalium compagium dissolutionem subibat, vt standi nulla facultas daretur. Huic pesti remedio esse esse herbam solam, qua Britannica dicitur, compertum est. Huic item hac regio Visontem, mirabilis permixtæ animal: & Vros fere forma tauri, quorum vis est & celeritas extra fidem. Alces finitimæ essent capris, nisi essent maiores, pellibus varijs, & cruribus sine internodijs. Idcirco si quo casu conciderunt, sublenandi se nulla est potestas. In Germania quoq; sylua est Hercynia, tanta magnitudinis, vt in ea plures hostium exercitus cõmodè castrametentur. In cuius medio tullio planicies fertilissima est: quam qui incolunt Cherusci insidi sunt, propter locorum cum ad insidias, tum ad fugam idoneã opportunitatem. Ab his cum tribus legionibus deletus est Quintilius Varus. Tanta autem, & sic immensa est eius sylua vastitas arborum, vt immortali sorte ferè posita esse videatur. Manifestum est enim ecursantium inter se radicum repercussu colles elenari, aut vbi tellus non subsecuta fit, arcus ad ramos vsq;, & ipsos inter se rixantes curuari patientium portarum modo: vt erectis hastilibus cum curribus, impedimẽtis, & tormentis bellicis copiæ sine difficultate pertranseãt. Habet hic saltus Hercynius alites, quibus nusquam gentium similes reperiuntur. Harum enim volucrum penna per noctem ita emicant, & interlucent, vt eius regionis homines plerunq; nocturnos excursus destinãt, atq; illis vtantur ad præsidium itineris dirigendi. præiactis enim per opaca callium pinnulis, rationem viæ plumarum refulgentium moderantur indicio. Fulgent & in obscuro Lampyrides: quarum fulgoris rationem Sosigenes est conatus adducere, scribens flammulentam animalia naturam atheris habere, & quinti elementi portionem participare, & ea cognatione fieri, vt illucescant. Quòd tantum id eueniat noctu, ob id dicit accidere, quòd minus lumen à maiore soleat obumbrari. Venio nunc omnibus (quod aiunt) remis, velisq; in Citeriorem Galliam.

De populis Galliæ Citerioris, eiusque diuisione. Cap. III.

INter Apenninum verò, & Alpes, & sinum Adriaticum interiacens planities Citerior Gallia nominatur: non Italia modo, verum & totius orbis scriptorum omnium, cùm Latinorum, tum Græcorum suffragijs beatissima. Hãc rursus bifariam diuidimus, in Transpadanam videlicet, & Cispadanam. Transpadana ad Alpes extenditur, & ad Apenninum Cispadana: finiturq; Pado, Rubicone, & Apennino, dicturq; Togata Gallia: quòd eius tractus homines toga Romanorum passim uterentur. Bis, inquit Cruceius, per loca illa circa Ariminum, mihi transitus euenit, nunquam tamen Rubiconem (quòd sciam) tranaui: quanquam diligens extiterim in inquirendo hoc tam celebri flumine. Ad hæc Castillionæus inquit, Rubicon non procul à Sarsina, Plauti patria, fontes habet: vocaturq; hac ætate à circumiacentis populis materno idiomate Alisurgum, paulo infernus Rugezum, nouissimè non procul a sinu, in quem

quem influit, Adriatico, Pisciatellum ingreditur per duo millia iuxta Cisennam. Non est audiendus Vibius Sequester, qui Rubiconem putat eum esse fluuium, qui Varus appellatur inter Auinionetum, & Niceam in extremis Liguriæ finibus. Non est hoc loco silentio inuoluenda, quæ in ponte Rubiconis fuit inscriptio: vt intelligant omnes, Gallos, Cisalpinos & Italos mutua concordia fuisse disiunctos.

IMP. MILES, TIRO, ARMATE QVISQVIS ES, HEIC SISTITO: VEXILLVM SINITO: ARMA DEPONITO: NEC CITRA HVNC AMNEM RVBICONIS SENA, ARMA, EXERCITVMVE TRADVCITO. SIQVIS ERGO ADVERSVS PRAECEPTA IERIT, FECERITVE, ADIVDICATVS HOSTIS ESTO P. R. AC SI CONTRA PATRIAM ARMA TVLERIT, SACROSQ. PENATES PENETRALIBVS ABSPORTAVERIT. SANCTIO PLEBISSCITI S. VEC. VLTRA HOS FINES ARMA PROFERRE LICEAT NEMINI.

Basim trianguli littus Adriatici maris efficit ab Arimino, siue vt vult Pomponius Mela, ab Ancona vsq; ad Polam. Campi autem sunt patentes, rerum omnium copia fœcundissimi. Qui sic opimi sunt, & fertiles, vt & vbertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & abundantia earum rerum, quæ ad victum hominis spectant, & exportantur, facile omnibus terris antecellat. Medium Padus amnis secat, fluuius terrarum arbiter, & rerum diserimen, vt is dimum cæteris imperet, qui sub sua potestate subiectum habuat Padum. Hoc cum Senatus Romanus aspiceret, hinc Cremonam, illinc Placentiam coloniας deduxit: quarum opportunitate gentem Cisalpinorum Celtarũ bellandi studio inflammatam, & ad singula momenta rebellantem a multis illatis, acceptisq; cladibus in amicitia continuit. Hunt fluuium Vesulus mons inter Alpina fastigia eminentissimus emittit: & eum ducunt Ligures Bondicum, Tusci Botigon, hoc est fundo carentem, Graci Eridanũ, maiores nostri, hoc est, Cisalpini Galli Padum, à copia picea arboris, quæ eorum idiomate, vt autor est Metrodorus Scepsius, Padus tũc appellabatur. Per fines Salassorum modico fluctu dilabitur: mox augetur à duabus Doriis & Morgo fluminibus per agrum Taurinorum. Fallitur hoc loco Plinius, qui ait, Padum ex rapto sibi nihil vendicare: quando certum sit, ante Ticini & Abduæ ingressum, plurimis in locis equo vadari posse. Ab Alexandria ad Vstellianũ oppidum vsq;, quod nunc Viadanam vocant, Carolus eius nominis quintus Imperator obtinet: mox aquarũ illuuione stagnantem dux Mantuanus excipit: quem postmodum in ramos diuisum Ferraria dux Hercules aspicit: discursuq; suo in mare Adriaticum vsq; Deltã facit. Cæterum Graci ante Polybium, qui de hoc fluuio aliquid posteritati tradidere, vbinam gentium sit Eridanus maximè dubitarunt. Siquidem Strabo Eridanum nusquam reperiri, aut insulas electra ferentes, in quibus sint aues Meleagrides, attestatur. Æschylus in Iberia Eridanum esse prodidit, appellariq; Rhodanum. Dij boni quas nugas? Appollonius Padum & Eridanum in Adriam confluere scripsit. Ex his Euripides scopum veritatis attigit, cum inquit: Αρθεὶς δ' ὅπι πρὸς πόντιον κύματος Ἀδριηνὰς ἀκτὰς Ἠριδανοῦ θ'

ὕδωρ ἵοθ' ἁπορφύρεον ἁλὸς ἀστυγίοιν ὄιδμα πατρὸς τάλαιναι κόραι Φαέθοντος ὄικτῳ ἀλακρύων τὰς ἠλεκτροφαεῖς αὐγάς. Id est, Diligebat vtique in marinam vndã Adriatici littoris Eridani aquam vbi purpuream Phaethontis miseratione lachrymarũ electri lucidi splendores. Cũ igitur Gracorũ pauci admodum scierint, quonam in tractu sit Padus fluuiorum (vt inquit poeta) rex, non mirum, si tam dissona, & inter se repugnantia scripsere. Hæcq; faciliorem ignorati succini veniam fecit ignorantia. Aristoteles autor (vt scitis) & grauissimus & eloquentissimus, penes Padum paludẽ quandam fuisse attestatur, calidis & dirum exhalantib. odorem, aquis refertam, adeò vt ex eis nullum animal biberet: nec volucres eius regionis superuolarent, quòd in illam Mephitim decidrent. Paludis latitudinem denum stadiorum, ãbitum verò ducentorum extitisse idem scribit: circa autem marginẽ crebras fuisse & altissimas populos, quibus omnis circumpadanus tractus abundat, in memoriam Phaethontis, & ab ijs lachrymas verno tempore distillantes inter aquas eius paludis duriciem lapidis imbibere, quas postmodum loci illius accolæ per vniuersam Italiam & Graciam collectas comportant, & venalcis habent. Illius verò è regione si eidem credimus) insulæ, quas Graci Electrides vocant, extitêre: has autem Padus longa seculorum intercapedine cœnosa colluuie continenti appicuit. Ad has Dædalum cum filio Icaro Minoem fugientem, deuenisse sunt ex Gracis qui scribant: & in illarum vna aneum statuã sibi, & in altera stanneam filio erexisse: sed superuenientibus Pelasgis ab insulis Electridibus an fugisse in insulam inter Sardum Siculumq; pontum, quam ab Icaro ibi vita functo Icariam vocauit, & in ea post & ipsum extremum diem claussisse. Non desunt igitur qui putent in ea palude Phaethontẽ obijsse, & iccirco malè etiam olere. certatim tamen cæteri Gracorum scriptores asiũt, in Pado temeritatis pœnas dedisse: & quæ circa sunt Padum populos succinum emittere. Dioscorides à nigra populo id diffluere, eademq; in Padum durari, ac coire in lapidem precioſi generis: & idem ferè scribit Paulus Ægineta. Solinus à Barbaris in Cisalpinã Galliam succinum primò deportatum dicit: & quod in ea Itali & Graci inspexerint, ibi etiam ortum succinũ sunt arbitrat: cum sit certissimum non aquis illud, sed vt Chrystallum vehemẽtioribus frigoribus in Glessari, quæ insula est in Septẽtrionali Oceano, durari. Germaniæ enim (vt ipse inquit) Cæsare omnes Germaniæ oras scrutante, com perta arbor est pineæ generis, cuius mediale Autumni tẽpore succino lachrymat. Rudẽ primò nasci adfirmat, & corticosũ, mox ad expolitionem incoquii adipe lactentis suis. Pro ingenioli mei facultate conatus sum vobis obsequi, non q̃ sperarim õnino, ad amussim (q̃ aiunt) Topographiam hanc vobis aperire: præsertim cum parcissimã admodum apud Cosmographos huius habeatur mentio. Nunc tuæ erunt humanitatis partes, princeps optime, vacationem dare huic meo laboris: idq; facturum te libentius spero, quando adesse videas hic viros longè me doctiores. Hæc cum dixisset Castillionæus, conticuit. Tunc Landulphus, Quando, inquit, ista meritò vacatio debeatur tibi, non possum non eam tibi concedere,

concedere, atq; etiam gratias agere, qui sit pensum humanissimè tuum absolueris. Nunc Blasi situm & populos, qui primi sunt ex Vlteriore Gallia in hanc Citeriorem venienti, declarabis: præsertim cùm tu sis ex Mõte Calerio quod oppidum est licet in Apennino, non procul tamen ab Alpibus Cottiarum. Conabor, inquit Blasius, manum ponere in alienam messem, fretus tua, & horum humanitate: felicius tamen canonem Galens aliquẽ imposuisses mihi, si adagij illius, quo admonetur sutor, ne andeat vltra crepidam, memor extitisses. Quãdo vetitur referre pedem non licebit mihi, arenam ingredior. Primus inter Padum & Alpes sunt Salassi, vt his ferme verbis atteſtatur Strabo libro quarto: Contraria verò de parte Durias sese immiscet Pado per Salassos intra Alpes illabens Galliæ. *Si ergo Durias, qui per agrum Taurinorum fluit, per Salassos illabitur, eũ tractum, qui Pedemontanus hac tempestate nominatur, ad Salassos rejicias: quorum sunt vrbes Mons Regalis, Augusta Salassorũ, Segusium, Augusta Taurinorum: citra Padum Asta est colonia Romanorum, Bobium, & Pollentia, quarum meminit his versibus Claudianus poeta celeberrimus.*

--Nec plus Pollentia rebus
Contulit Ausoniis, aut mœnia vindicis Astæ.

Erat autem Pollentia vrbs olim eximia, inter Alexandriam, & Astam, ad ripas Tanari: nunc pagus est exiguus. Pollentinas lanas his verbis Columella commẽdat: Sunt etiam suapte natura pretio commẽdabiles pullus, atque fuscus, quos præbent in Italia Pollentia, in Bætica Corduba. *Volaterranus id municipium putauit esse, quã Pallantia est in margine Verbani lacus: in cuius agro Cn. Plancum à Mar. Antonio Triumuiro & bello superatum, & interfectum scribit. Vbi hæc Volaterrãus expiscatus sit, viderint alij. Fuêre Gothi in Pollentino agro à Stilicone fortunatissimo prælio deuicti: cuius victoriam Aurelius Prudentius plurimis carminibus prosequutus est, è quibus hæc:*

Tentauit Getico nuper delere Tyrannus
Italiam, patrio veniens turatus ab Istro:
Has arces æquare solo, tecta aurea flammis
Soluere, mastrucis proceres vestire togatos.
Iamque ruens Venetos turmis protiuerat agros:
Et Ligurum vastarat opes, & amœna profundi
Rura Padi, Tuscumque solum victo amne premebat.
Depulit hos equitum nimbos non peruigil anser
Proditor occulti tenebrosa nocte pericli:
Sed vis cruda virum perfractaque congredientum
Pectora: nec trepidans animus succumbere letho
Pro patria & pulchram per vulnera quærere mortem.
Nunquid & ille dies Ioue contulit auspice tantum
Virtutis pretium? dux agminis imperiique
Christi potens nobis iuuenis fuit: & comes eius
Atque parens Stilico: Deus vnus, Christus utrique.
Huius adoratis altaribus, & cruce fronti
Inscripta cecinere tubæ: prima hasta Draconis
Præcurrit, quæ Christi apicem sublimior effert:
Illic ter denis gens exitiabilis annis
Pannoniæ pœnas tandem deleta pependit.
Corpora famosis olim ditata rapinis
In cumulos congesta iacent: mirabere seris
Seclis posteritas inhumata cadauera latè
Quæ Pollentinos texerunt ossibus agros.
O celebranda mihi cunctis Pollentia seclis!
O meritum nomen, felicibus apta triumphis,
Virtutis fatale solum! memorabile bustum
Barbariæ! nam sæpe locis, ac finibus illis
Plena lacessito rediit vindicta Quirino.

A Pollentia abest duobus fere mill. pass. vetustissimum Triennorum forum: quod hac ætate Bertonoriam vocamus. In Alpibus Cottijs est Bobium: ad maritimas Alpes iacet Ceua, titulo Marchionatus illustre municipium: ex his locis oritur Tanarus. Fuêre olim gentes ista Salassorum (quanquam ex maioribus suis nunc habeant nihil) maximè bellacæ. Ab eis D. Brutus cum M. Antonium ad Mutinam victum insequeretur, interceptus est: nec prius dimissus, quam data viritim drachma. Messala quoq; cùm penes istos hyemaret, proraptis à populatoribus lignis ad comburendum, pretium pendere coactus est: & C. Cæsaris pecunias semel diripuerunt. Eos tamen Augustus Cæsar delenit: & qui superfuerunt ad Hipporhediam deportatos sub corona venundedit. Augustam Taurinorum Pœnus Annibal delenit, cum in deditionem volentis venire nollet. Salassos, quos Polibius Λάυς appellat, Lebui Galli sequuntur: quorum vrbes sunt Augusta Prætorum in faucibus Graiarum, Penninarumque: Hipporhedia à Romanis condita versuum Sybillinorum iussu. Has duas vrbes Romani excoluere, quòd subitas montanorum excursiones reprimerent. Augustam enim Prætorum Diuus Cæsar ampliauit, additis tribus Ro. milibus. Mox sunt Vercellæ ad ripas Siccæ, quem Plinius Sesitem vocat. In quarum agro auri fodinæ fuerant patrum Ro. liberalitate sublatæ, Italiæ visceribus parcere iubentium. In hac vrbe commoratus est D. Brutus cum egentissimis tyrombus. Tyciorum familia non tam antiqua, quàm antiquissima est apud Vercellenses, quando eius meminerit M. Tullius in epistolis ad D. Brutum. Iuxta Vercellas Castinus Ioannis adulterini Imperatoris copiarum dux & superatus & captus est ab Ardaburo Orientis præfecto sub Valentiniano tertio. Tempestate Diui Hieronymi semideserta erat vrbs Vercellarum, & inter Ligusticas vrbes ab eodem recensetur. Cõditam refert Plinius à Salijs Lybicorum. Sed animadvertendum, textum Plinianum mendis non vacare, quas vir eruditissimus Hermolaus Barbarus non vidit. Potius enim legerem Lebuorum cum T. Liuio, aut cum Polybio Lebetiorũ, siue Labetiorum, quàm Lybicorum. Nec vos moueat lectio Ptolemæi, quando & ipse eadẽ macula sit inspersus. Sunt autem Salij vltra Nicæam populi montes incolentes. Decimo à Vercellis lapide Orientem versus Nouaria est vrbs vetustissima: eam, si Plinio id referenti credimus, condidêre Voconty. Tametsi Nouarienses fama, quæ plerunque vim testimoniorum habet, conditorem Herculem iactent. Nobilitata est ea ciuitas cùm literarum, tũ armorum viris illustrib. L. Albutium Sillonem Rhetores celebrant: qui sub Pisone Mediolanensium prætor fuit, & Romæ sub Augusto Cæsare Rhetoricen publicè docuit, vt auctor est Suetonius: & Theologi Petrum Sententiarum magistrum: cuius vigilijs omnis debebit, quæ Christianum nomen profitebitur, posteritas. Fuit & Dulcinus ex nobilissima Torniellorum familia, hæresiarcha, in quem cùm Clemens quintus Pontifex Romanæ ecclesiæ animadvertendum censuisset, ipse in summas Alpes, quæ Nouariensi agro imminent, se cum sectatoribus recepit. Quos crepidinum & altitudo, & difficultas tutata fuissent, nisi superueniens nix solitò copiosior pluuimam eorum partem & fame, & frigore confecisset. Dulcinus monachum cum Margarita

coniuge in hostium potestatem decidère, qui persistentes, in quam excitauerant hæresi inter cruciatus animam efflarunt. Inuentus est & Nouariensis alter hæreticus, cuius miram pertinaciam ad mortem vsque celebrat frater Baptista Mantuanus. Hos euenit Nouariensibus propter natiuum ingenij acumen. Nouariæ cum essem, hanc in Pario marmore insculptã memoriam legi: qua cum non mediocrem ætatis quintatis fragrantiam maximè redoleret, hic adscribendã censui.

TERENTIA Q. F. POSTVMINA SIBI ET C. VETVRI LVCVMONIS VIRI SVI ET C. VETVRI C. F. POSTVMINI F. SVI NOMINE BALINEVM ET LAVATIONEM SOLO PRIVATO GRATVITAM IN PERPETVVM DEDIT.

Hoc in elogio illud obseruatione dignum existimauis, quod ubique Postuminus sine flatus insculptus est: quod iccirco veteres factitarunt, aurium iudicio consulentes, propter pingue quoddam, quo & repletur, & dictio illa exasperatur: habet enim aspiratio medium inter consonantem & vocalem gradum. Floret adhuc Nouariæ vetusta illa Albuciorum familia: cuius Mediolani videre licuit innumera monumenta, è quibus vnũ adiunxisse sat fuerit, in Bulenterio veteri, qui locus est iudicijs adscriptus:

D. M. V. F. T. ALBVCIVS FIRMVS VIVIRIVN. ALBVCILLI. T. C.

Catiorum Nouariensium familia, quod nuper effossum est Mediolani, quam vetusta sit, hoc mnemosynon indicat: quod cum Basim præstaret & à fronte, & à tergo hisdem notis inscriptum legitur. quod hic ideo tanto libentius adnotaui, quanto in eo & illorum & Quadratorum præclara fit mentio: qua Volusenum Quadratum à C. Iulio celebratum habuit. & hinc cõiectari possumus illum Insubrem fuisse, quando olim opera plurimum Cæsar uteretur. Accipe igitur Roche Quadrate tuæ familiæ æternam memoriam, luces imperfectam:

L. L. QVADRATVS VIVIR SFN. SIBI ET GRATAE L. ET C. CAECILIO C. L. MERKATORI AMICO ET T. CATIO T. L. EROT. AMICO.

Sunt in eadem urbe Porcij, sola Catonum memoria celebres. Irriguntur passim Nouariensis ager manuarijs fossis, quibus copiosiori fluctu maior est Maura, Sfortiadum opus memorabile: qui nauium capax esset, nisi plurimo spacio celeriori cursu intuentium oculos subterfugeret. Habet Nouaria ferè in suburbijs flumiolos mire iucundatis duos: Aconiam videlicet ab Occasu, & Terdoplum ab Ortu: qui ambo per Lacmellinẽ agrũ se exonerant in Padum. In extremo agri Nouariensis margine municipium est, Forum Lebuorum, siue Libetiorum, aut Lebetiorum credibile est à maioribus nostris vocatum. Hac ætate Burgum Lauizarium nominant: quod lebes vasis sit genus, vt scuis, ad obsonia coquenda: & ideo ad vernarum linguam descendens superiorum temporum ignauia, siue potius rebellionũ infantia, Lauizarius dicis pagus ille cœptus est. Floruit pluribus viris literarum politia illustribus, Domitio Calderino, & Iacobo Maceto, qui meritò Latinæ frenis appellari possunt. Ibi quoq; familia Mervlarum sunt reliquiæ: quæ quanto in honore fuerit apud Romanos, veterum declarant historiæ. Apud Insubres etiam quanta autoritatis extiterit, marmoreus lapis in turre cognomento Imperatoris Mediolani hic satis ostendit:

TREBIA C. P. FILVMENA SIBI ET L. TIVTIO MERVLAE VIVIR IIIIVIR IIIIVIR TESTAMENTO FIERI IVSSIT.

Hinc ad primum lapidem Syllauenium Syllanæ pietatis rarum profectò monumentum. A Foro-Lebuorum rursus ad solis Occasum, ad quintum vix lapidẽ Rhandium est, & qui adiacet campus Rhandius appellatur, in quo C. Marius prælio fortunatissimo Cimbros delenit: & quod hoc in loco est oppidũ, quibusdam immutatis & additis literis, Rhodobium nominatur. Nec vos moueat L. Florus, qui Cimbros in Veronensi planitie deuictos commemorat. Argumento sunt certissimo contra L. Florum, Castra Mariana octauo à Nouaria lapide secundum ripas Sesitis. Eusebius præterea, annalium diligẽtissimus obseruator, memoriæ prodidit, inter Padum & Alpes a Romanis Cimbros non longe ab vrbe Vercellarum fusse profligatos. Et idem scribit Plutarchus in vita C. Marij. Non interrupuissem te (inquit Landulphus) Blasi, si paulo diffusius mihi declarasses, & Sallyum & Vocontiorum situs & qui Lybici sint in Cisalpina Gallia apud Ptol. Has enim ne è domo quidem (quod aiunt) vt viderentur, eduxisti. Sallyes sunt, (inquit Blasius) populi Narbonensis Galliæ, citra Rhodanum, quibus ab Occasu oppositi sunt Volcæ vltra Rhodanum: vbi is deltum facit. Blondus, cuius aliquando opinionem sum secutus, Sallyes ponit in montibus, qui Nicæa imminent. Plinius libro (ni fallor) tertio Sallyes inter Ligures Transalpinos enumerat: nec decipitur, quando ea Galliæ pars, quam Brachatam vocant, alias ad Italos Ligures spectaret. Post Sallyes tenent Albienses & Albeci, vt autor est Strabo libro quarto: mox Vocontij montana in Septentrionem vergentia, quorum regio ad Allobrogas vsq; protenditur per profundas valles. Quorum præcipuus pagus olim fuit Vertacomatora. Cuius incolæ, vt vult Plinius, inter Ticinum & Sesitem Nouaria condidere. Venio ad Lybicos, quos nusquam Carolus imperator in hac Cisalpina Gallia reperit, sed in Africa, cùm expulso Caradino Rubrobarbo, M. Turca archipyrata celebratissimo, Tunetum prædæ exposuit. Corruptam autem esse cum apud Ptol. tum apud Plinium dictionem, facilis est coniectura. Apud T. Liuiũ Lebuos legisse vos puto: quos Polybius Lebetios appellat. Redeo nunc, quo cursus vos expediam, ad pensum meũ. Adripas Ticini Vergeminum est, olim oppidum, nunc Francisci Sforciæ ducis Insubrum ciuitas. Qui hanc condiderint, legisse me nusquã memini. Ante Gothorum illusionem, huius ne mentio quidem (quod ipse sciam) facta est. Viglebanum Hermolaus Barbarus nominat. In Vergemmatũ agro villa est Sforciaca, ab eodem his versibus celebrata.

Vilis gleba fui: nunc sum ditissima tellus:
Cur? quia Sforciadum me pia dextra colit.
Mutata est facies: mutaui nomina. vilis
Dicebar: dicor nunc ego Sforciàca.
Litauicus agros tulit hos: nec pœnitet esse,
Autorem paciscor nuenit agricolam.

A Verge-

A Vergemino, sive manultis quoque vos Viglebanum A *dicere, propter decursum Ticini Casilinum vetus est, & nouum versus Septētrionē. His in locis forma castrorum quadrata adhuc visuntur, qua alij Annibalis castra esse contendunt, quòd hoc in tractu erga patrē iam iam ab Annibale occidendum prima Scipio, cui postea Africano cognomen fuit, experimenta certissima & pietatis, & virtutis ediderit. Secundo aut paulo plus à Vergemino lapide versus meridiem sunt Gemina columnæ, municipium sanè vetustissimum, & ob venationes principibus gratissimum: quod nunc Gambalotū* B *vocatis. Habeo super hac re, quo meam vobis opinionē probem, Ammianum Marcellinum libro si tamē recte memini, decimoquinto:* Deinde *(inquit)* diebus paucis ex Helena Constantij sorore eidem Cæsari coniugali fœdere copulata, paratisque vniuersis, quæ maturitas proficiscendi poscebat, comitatu paruo susceptо, Calend. Decembribus egressus est, deductusque ab Augusto adusque locum Duabus columnis insignem, qui Lacmellū interlacet, & Ticinum, itineribus rectis Taurinum peruenit, vbi nuncio perculsus graui, qui nuper in comitatum Augusti perlatus de inductia silebatur, ne parata defluerent. *Postrema Lebetiorum vrbs est Lacmellum, ita enim eam cum Ammiano appellauisse placuit: non autem cum Ptol. Gaumellum, aut Laumellum cum Antonino Pio. Hoc tempore pagus est satis contractus, nec quicquam ostentans antiquæ nobilitatis, præter nomen. Hoc in loco Theodelinda, Garibaldi regis filia, mulierum omnium suæ ætatis & morum sanctitate, & animi, & corporis dotibus præstantissima defuncto Childeberto, siue (vt alijs placet) Antharis Deiphonis filio, Longobardorum rege Agilulfum cùm forma, tum ingenij, & corporis viribus illustrem præfectum Longobardorum, qui in Augusta Taurinorum hyemabat, in maritum elegit. Quem postmodum à nefaria Arianorum hæresi ad sinceram Christi fidem reuocauit. Quibus florentibus Maometh es Arabs, à quo contaminatissimum adiuuante Sybuio Monacho dogma primitus emanauit. Agilulfus Longobardorum diademate redimitus necessitate ductus, contra Romanos arma mouit, eosq; aperto Marte deuicit: & Cremonam, Mantuamque quæ adhuc pro Romanis stabant, vi cepit. Per Lacmellinum agrum dilabuntur Terdoplus & Aconia pisculenta flumina. Nunc tamesi metas Salassorum peritransierim, tyranne humanissime, vt coquiescam, tandem impera: quādo Insubrum regio patentissima mihi perspecta sit minus. Tunc Landulphus ad Bonauenturam Castillionæum conuersus, inquit, Quando & Insuber sis, & patrij honoris studiosissimus, eruditissimusq;, & sermonis elegantia candidissimus, non pro mea qua in vos est potestate, impero, sed te mira humanitatis virtum obsecro, vt Insubrum tractum nobis exoptantibus exponas. Ad hæc Castillionæus, ne alijs contumaciæ sim (inquit) exemplo, quæ scio, & quæ forta sse etiam nescio, dicam. Verū si vos citius quàm (vt dicebat Augustus) coquātur asparagi, expediero, ne mihi, sed ingeniolo, quod paruis admodū velis nauigat, adscribatis obsecro. Nunc attendite, velocius opinione vestra vos dimittam.*

De Insubribus populis: eorumque origine CAP. IIII.

Quicquid terrarum & vrbium intra Ticinum & Abduam, Padum & Alpes clauditur, Insubria nominatur potens *(vt inquit ille)* armis atq; vbere gelebæ. *Campi sunt patētes, & ad radices Alpium colles beatissimis rerū omnium, quas victus necessitas exigit: & quoniam Insubrū vineta solem & orientem & occidentē vident, dij boni quæ preciosa vina generantur? Insubrum vrbes sunt Mediolanū, & Gallia Cisalpinæ totius metropolis, & Europæ omnis Emporium. Quod à Bellouesō conditum referunt historici, eodem ferè tempore, quo & Romam. Trogus & alij nōnulli monumentis tradidere Mediolanum ab his Gallis ædificatum, qui duce Brenno Romam igne consumpserunt. Sed cōstat inter probatos autores, CC. propè annos antequàm Brennus esset, Celtas superatis Alpibus per Iulium saltū, qui à Tricastinis incipiens, in Cottias Alpes desinit, cuteriorem hanc Galliam Tuscis acie deuictis ad Ticinum amnem, occupauisse. M. Cato (si tamen illa, quæ circumferuntur, reliquiæ Catonis sunt) scribit Olanū Lucumonum Tuscorum principem deductis Orobiorū Colonijs Mediolanensis vrbis prima iecisse fundamenta, & ita longo temporū interuallo Olanum dictum. Postremò à Medo Insubrum duce Mediolanum vocatū. Plinius ab Insubribus refert hāc vrbem fuisse conditam. Hac autorum discrepans opinio facit, vt nullo negotio credam Mediolanum à Tuscis, qui tunc latè dominabantur, prima sumpsisse primordia, & vt ita dicam, in lucem editum, mox Insubrum* D *lacte alitum, nouissimè à Gallis duce Bellouesō ad virilitatem deductum. Claudianus poeta non incelebris à sue lanata Mediolanum nomenclaturam his versibus deduxisse declarat:*

Continuò sublime volans ad mœnia Gallis
Condita lanigeræ suis ostentantia pellem
Peruenit: aduentu Veneris spissata recedunt
Nubila rarescunt puris Aquilonibus Alpes.

Adhuc Mediolani in fornicem Bulenterij veteris sus insculpta visitur ouini velleris. Facilè autē (vt attestatur Georgius Merula) quisq; mediocriter eruditus E *persuaserit sibi tantū poëtam, vel grauem aliquē autorē secutum, aut fama perseuerantis, qua plerumq; vim testimonij habet, opinionem. Tunc Hieremias Landus ex adstantibus vnus: Ab Insubribus, inquit, Mediolanum conditū magis putarem, quam vel à Gallis, aut à Tuscis. Non erant tamen & ipsi Insubres huius regionis indigenæ, sed alisunde profecti. Cuius nominis (vt tu putas Iouie) vt pote barbari etymologia prorsus ignoratur, quemadmodū & Mediolani: quod ante propagatam linguam Latinā procul dubio conditum fuit, vt* F *propterea Insubres ab imbribus (vt nonnullorum opinio est) deducere, & Mediolanum à sue lanata tam ridiculum sit, quam falsum. Nec audēdi sunt Græci, qui talia nomina pro lingua sua commodo depranarunt, sicut & alia multa, ausi barbaris nominibus Græcas etymologias apponere. Non ausim (inquit Bonauentura) tecum Lande super etymologijs contendere: scio enim quantum possis, valeaq;, præsertim in arenam prouocatus. data igitur venia, vnde discessit, mea festinabit oratio. Est sanè hæc nostra vrbs metropolitana*

cum cœli temperie, tùm soli fertilitate, & affluenti ceterarum rerum copia, vrbium omnium, quas cœli connexitas tegit, & beatissima & præstantissima. Iccirco Lernæa velut Hidra à damnis acceptis potētior semp̄ à cineribus consurrexit in hostes. Inuenio n. (vt vetustiora conticeam) post regiam Longobardorum potestatem Mediolanum, quanquam bellis vastatū, & sentiente adhuc diuersa populo, tamen tàm præclara per maiores nostros gesta fuisse, vt adfirmare ferme & ausim, & possim, potentissimas vrbes & regiones, quarum regna & opes celebrantur, non dico pares, sed Mediolano longè cedere. Semper n. populū habuit florentem, bellacem, numerosum: qui vel facilè, aut nullo (q̄ aiūt) magistro armis exerceatur. Atq; ea semper ista tractauit, vt nunc sola, nunc adiunctis finitimorū auxiliis effundentes se Germanos, aut Heluetios, vel Transalpinos Gallos in Italiam, aut, vt inquit ille, auspicijs repulit secundis, aut penitus delenit. Sed illud maximè mirandū est, & vix credibile, quod VI. anno, quo à Friderico Rubrobarbo ciuitas hæc excisa est, adeò oprb. potens, & populo frequens insurrexit, vt aperto Marte cū hoste potentissimo, ferocissimoq; & secundis prælijs elato dimicare ausa sit, illum deiectum, & castris spoliatū desideratā prope suarū copiarūm parte maiori supplicē coegerit ab Alexandro Pontifice Ro. qui Anagniæ tunc exulabat, & ab societate, qua inter Cisalpinos Gallos præter Ticinenses contracta fuerat, cōtra vim, & potentiam Rubrobarbi Imp. turpissimis conditionib. pacē peteret. Cuius cōficiūdæ gratia Comitia in Cisalpina Gallia peracta sunt. Duo obseruauit Georg. Merula annaliū diligentissimus excussor, quæ nec Blondus supprimit, autoritatē scilicet maximā Ro. Episcopo accessisse: ex quo illi Mediolanēsis ecclesia, quæ per CC. an. libera, nullius obnoxia imperio, sui iuris (vt ita dicā) fuerat, se subiecit. Cuius autoritatē secuta & Gallorū, & Hispanorū ecclesia Petri claues agnouēre. Alterū, quòd debellato Rubrobarbo, tandem Pontifici exuli, & bellis acrib. oppresso arma Mediolanensiū & sedem dederint, & libertatē. Fuēre tamē Rubrobarbicis, & nostra huius vrbis, & hominum strages longè truculentiores, & tragicis eiulatib. miserabiliores. Antē n. Lōgobardorum aduentum atrociorē sub Attila Gothorum rege cladē acceperat. Et ne Bossianis nniti diarijs iudicer, Suidā adducā, & exterum, & Christianum autorem: Μεδιόλανον, inquit, πολυάνθρωπος Ἰταλίας πόλις, ἣν καταλαβὼν Ἀττήλας ἠνδραποδίσατο. ὃς ἦ εἶδεν ἐν γραφῇ, τὰς μὲν Ῥωμαίων βασιλεῖς, ἐπὶ χρυσῶν θρόνων καθημένους, τὰς δὲ Σκύθας ἀνηρημένους ὑπὸ τῶν ποδῶν αὐτῶν κειμένους ζητήσας, ζώγραφον ἐκέλευσεν αὐτὰ μὲν γράφειν ἐπὶ θώκων, ἴδιος δὲ Ῥωμαίων βασιλεῖς κωλύοντας φέρειν ἐπὶ τῶν ὤμων, καὶ χρυσοῦν ὑπὸ τῶν αὐτῶν χεῖσθαι ποδῶν. Id est: Mediolanum populosa Italiæ ciuitas, quam cùm Attilas captiuā fecisset, vidisse q̄ depictum, Romanos quidē reges in thronis aureis sedentes, Scythas a. interfectos, ad pedes ipsorum prostratos, pictorē quærens, iussit loco interfectorū pingi Romanos reges sacculos ferentes ad collum, & aurum fundētes ad pedes ipsius. Nunquā audistam historiā Bonaventura, inquit Blasius, nobis enarrasti: nūc pro tua, q̄ A profectò singularis est, humanitate desiderarem, vt si nō his, quib. ōnes scientia, tā tibi sunt notæ, q̄ mihi domus est mea, saltem, qui nam videl. Scythæ sint, quos Mediolani depictos Attilas inspexerit, mihi exponas. Hac Blasi, inquit Bonaventura, Suida verba faciūt, vt credā Gothos esse Getas, altera addita, & ūa immutata litera. Fidem nō modò faciūt Aurelij Prudētij, cuius tu carmina recitasti: sed & Paulus Diaconus verior, quā elegantior historicus, cuius hæc sunt verba: Sub Valentiniano patre Theodosii gens Hūnorū diu inaccessis recluſa montib. repentina rabie percita exarsit in B Gothos, eosq; cōturbatos ab antiquis sedib. expulit. Gothi transito Danubio fugātes à Valēte sine vlla fœderis pactione susceptī sunt. Deinde ꝓpter intolerabilē auaritiā Maximi ducis, fame cōpulsi in arma surgentes, victo Valētis exercitu, sese per Thracias infudere, omnia cædib. incēdiis q; vastātes. Hæc ille. Scitis itaq; Getas, & Sarmatas, qui citra & vltra sunt Istrū, qui per Pānonias dilabens Dannubius appellatur, esse in ea Scythia parte, quæ in C Europa est vsq; ad Tanaim. Nec sup hoc negotio opinionē scriptorum varia moueor. Me tamen inter hos admiratione maxima Callimachus Polonia regis à secretis afficit, qui scribit Gothos siue inopia agri, siue clementiorem cœlo terram quærentes è Scandia, patrijsq; insulis aduectos esse, exceptosq; à littore Oceani, cui hodie quoq; nomen est Gothiscantia. Possem, si daretur narrandi locus, autoritate Plinij vobis probare, Scandiā insulā esse in Britānico freto, quæ prima ex Albio soluentib. occurrit: inde Dumna, postmodum Bergus, mox omnium maxima Nerigos: ex qua nouissime itur in Thulen. Si ergo vel à nominis similitudine argumentum, vel ab autoritate declinandum est, dicā vtroq; modo Gothos fuisse Ponti Euxini accolas, quos Getas vetustiores appellarūt. Hac mea de Gothis est opinio. rursus ad Cothurnos me recipio: vt vel facile iudicēt omnes, Mediolanum non modo cladib. opprimi, sed ab ijs, velut ab igne phœnicem renouari. Regentib. pro libidine Gothis Cisalpinā Galliam, populus Mediolanensis seruitutis impatiens, cum auspicijs Decij archiepiscopi, tum qui plurimū E potuerat in aula, Vitigindis Gothorū regis, Felicis, qui & ipse Mediolanensis erat, autoritate motus Gothos, qui præsidij caussa relicti fuerāt, obtruncat. Illis intellecta & suorum clade, & populi defectione ad partes imperatoris, reparato exercitu vrbem validā obsidiōe cinxerunt: qua cùm in longū nimis protracta esset, q̄ Belisarij, cuius auxilio Mediolanenses defecerant, conatibus clam Narses eunuchus obstaret: non armis, sed fame edomiti, quacunq; conditione coacti sunt intra vrbem Gothos admittere. Gladio eo die XXX. ciuium cecidisse F millia monumentis proditū est. Et ex plebe in rationem libitinæ ob famem LXXX. mil. venisse. Mulieres ætate florentes Burgundionibus, qui auxilio Gothis affuerant, omnes in prædam datas, & trans Alpes aduectas esse: Vrbem ipsam incendio passim fœdatā fuisse. Eodem naufragio submersa sunt Vercellæ, Nouaria, Bergomū, & Nouocomū: quæ & ipsæ Mediolanensiū autoritatem secutæ Gothorum præsidia obtruncarant. Paucis post tamen annis adeo ferox populus accessit, vt Longobardis victoria elatis ob stragem Gothorum ausus sit occurrere

turrere: à quibus grauissimis etiam damnis affectus est. Erat eo tempestate omnis Italia ob discessum Imperatoris in Thracias, obsita quibuscunq; lutrombus, eruicunq; etiam Barbarorum ex infimo grege lobidem exposita. Ne mirum sit ergo, si patria haec nostra Gotherorum, Vuandalorum, Pannonum, Marcomanorum, & Longobardorum excursionibus patuerit, quando & ab eisdem non fere solum Roma, sed & omnis Italia flammis consumpta fuerit. Nouissimè superuenit Fridericus Rubrobarbus, qui partem vrbis solo aequauit actis in exilium ciuibus, qui gladio superfuerant. Si mirabitur vestrum fortasse aliquis, ex tot & tantis cladibus, quin haec vrbs radicitus euulsa sit: satis illi factum putabo, si dixero, cur non & Roma consumpta, quae pares erumnas perpessa est. Ad haec volo etiam haec damna nostratia fuisse maiora, & diuturniora. Quae regio est, in qua facilius coalescit mortalium tam numerosa multitudo? nulla, quam sciam, certè. Intercapedo enim quatuor graduum & quadraginta ab Aequinoctiali facit, vt minuria solis minimè sit exposita, nec intentissimis frigoribus vstuletur. Argumento sunt omnium rerum beatissima copia, corpora hominum pulcherrima, & innumera: quae omnino desiderarentur, si vel solis, aut Borealis frigoris vehementia Galliam hanc nostram vexaret. Nam (vt inquit Pacuuius) Sol si perpetuò sit, aut nox flammeo vapore, Aut frigore, terrae fructus omnes interire. Ex copia igitur fructuum coniectura facilis est, quàm temperatissimus hic sit tractus: ad quē omnes velut salubritatis asylum confluunt.

A B C D

De familiis Insubrum, & antiquissimis, & clarissimis Cap. V.

SVnt apud Insubres familia sola antiquitate nobiles: sunt & nouae quarum gloria fulgor illas obtenebrauit: vt Sforcia, Vicecomites, Barbiani, Triuultij, Castillionei, Taurelli, Maymi, Cribelli, Alciati, & alij plures.

Ante Sforcias praecipua autoritas penes Vicecomites fuit. De quibus hoc in monumentis lectū est Andreae Alciati: Angleria nobile agri nostri propter Verbanum lacum oppidum non modicis nominis apud veteres fuisse creditur: in eo enim passim cernere est vetusta monumenta, elaboratos tumulos, vrnas, templa, cryptas, porticus, columnas, idq; genus & venustatis, & vetustatis insignia. Alpinarū, puto) gentiū pfectura fuit, in qua sub Carolis, Berēgarijsq; Imp. ius dicere, qui à comite Mediolanensi ad hunc magistratū delectus esset, solebat: & ideo Vicecomes dictus. Vnde ortam nobilissimam Mediolani familiam, & verisimile est, & credibile. Barbianorum familia (pace hoc aliorū dicere liceat mihi) omnis magis debet Italia, quā suo Romana ciuitas Camillo. Albricus enī comes Barbianus Italorum arma, qua barbarorum metu longo seculorum interuallo non intonuerant, primus excitauit. Verum vt poeticis bellarijs defessos vos reficiam, audite vnius poetae nouam cantilenam:

Optima quaque dies seclis properantibus aetas
Obruit, & longa fortia facta die.
Ne qua tuas igitur tegerent oblitia laudes,
Ne vetet titulis inuida secla tuis?
Hos ego perpetuis mandabo Albrice libellis:
Si veniet votis dexter Apollo meis.
Tempus edax rerum, tuque inuidiosa vetustas
Obrueras tanti penè trophaea ducis.
Pierides igitur nostro adspirate labori
Sustineatque meam Pegasis vnda ratem.
Fama volubilibus quoties obscurior annis
Lucidior vestro semper ab ore venit.
Bellica temporibus splendebat gloria nostris
Celsabat longo tempore Martis honos.
Omne erat in Venerem studium noctesque diesque bella:
Qualibet & sensus arte parare nouos.
Proh pudor Italiae, mundo gens nata regendo,
Nec pede, nec celeri bella regebat equo.
Vsque adeo turpi languebant corda veterno:
Vsque adeo nullus militiae vsus erat.
Dux aberat tumidos qui signa inferret in hostes,
Duceret & certis agmen equestre modis.
Armorum si quando aliqui exarsere tumultus,
Gesta peregrina bella fuere manu.
Hinc tibi ab occiduo insultabat miles Ibero,
Iactabat vires Teutonus inde suas:
Hic sua & extremi iactabant tela Britanni,
Et ferus ardentes Belga premebat equos.
Candida sed positis cum pax succederet armis,
Et patrios peteret barbara turba lares:
Victores nullo & victos discrimine passim,
Et miseros ciuis qui spoliaret, erat.
Non puduit matris gremio abduxisse puellam,
Vxoremque suo subripuisse viro.
Nemo fuit quem raptus honos, quem damna mouerent,
Tantus in Italidum pectore torpor erat.
Vt perhibent Libycos armenta horrere leones,
Vt lepus ad rapidae contremit ora canis:
Non aliter Martis detrectauere labores,
Funderet horribiles buccina siqua sonos.
Non tulit hanc labem, nec tantum dedecus aui
Albricus Latiae gloria militiae.
Agmina iampridem claris desueta triumphis,
Et residet animos primus in arma rapit,
Attonito tandem pulsi de corde timores:
Et durum Martis dextra resumit opus.
Non tuba, non enses stricti, nec tela, nec ignes,
Nec vaga spumosis flumina vorticibus,
Ardua nec triplici circundata moenia fossa,
Nec quoque praeruptis oppida structa iugis
Ausoniam terrent, vana formidine pubem,
Pendentem auspicijs Barbianae tuis

Hac metro protulimus, quò facilius à vobis huius insulsi tedium sermonis leuarem: maximè enim potest in reb. humanis varietas. Ex huius officina tot prodiere, quot ex equo Troiano illustres bello duces. Quòd si mihi creditis mino, Sforcias ipsos interrogate, quorū Proauus Iacomutius sub Albrico ex frumentatore factus est armiger Baldouini equitis, paucis post annis deinde occiso in bellis domino dignitatem illius assecutus est: nonissimè turmarum comitis Albrici Barbiani praefectus.

Ex Iacomutio natus est Franciscus Sforcia, qui Philippo Vicecomite vita functo auxiliantibus Venetis, Insubrum principatum inuasit.

Quantum bello valeant Triuultij, nouit Transalpina Gallia: cuius vana esse arma, sublato ab humanis Iacobo Triuultio, sapenumero vidimus. Castillioneos apud vos Castillioneos celebrare non licet mihi: ne adagio illo, quo aiunt mulos mutuum scabere, inurar à vobis.

Maynorum gloriam satius est (vt inquit ille) hoc loco tacere, quam de illis pauca dicere.

Archinti, Stampa, Tonsi, Cribelli silentio magis, quam eloquentia laudantur. Caymorum cùm viris virtute clarissimis, tum historicorum monumentis illustrem inter Insubres familiam silentio inuoluendam censeo: quòd cum eam inter quae aliàs Mediolani florebant nomina, Raphael Volateranus annumerarit, celeberrimam satis arbitror. verum celebrior multo

nunc est, atq; erit olim, cum ex ea prodierit M. Antonius Caymus, qui praeter legum peritiam, adeò literarum politus conspicuus est, vt non minor sit apud Bituriges, vbi cum summa omnium admiratione legum nodos aperit, quàm inter Insubres ipsius gratia. Ferrarios celebrat Demosthenès ἐν ψηφίσματι ἐν, cum inquit, Ἐπὶ χαρωνίδου ἡγεμόνος ἄρχοντος γαμηλίωνος ἐκτῇ ἀπίοντος φυλῆς πρυτανευούσης λεοντίδος ἀριστόνικος φερράρι ἔπεμψε Vetusti sunt & Pecty, qui nunc Peggy: mutatis C & T, in duplici GG: hi Horatiano carmine nobilitati sunt. B

Pecti nihil me sicut antea iuuat
Scribere versiculos amore percussum graui:

Valeriorum, qui nunc de Valle dici malunt, Mediolani plures obuiam fiunt inscriptiones. Qualis est illa, quam ex Sancto Simpliciano Gabriel Florentius ad exornationem edium suarum apud se transferendam curauit: Ex qua iam certissima coniectura Mediolanenses laetari possunt Valerio Maximo historiographo praestantissimo communicipe, velut in patriam longo postliminio tandem reuerso: cum apud classicos autores nihil certi prorsus legatur de vita, moribus, & morte ipsius. Gaudeamus igitur Mediolanēses tàm eruditissimo, verissimo, candidissimo scriptore nobilitati, gaudeamus. Nec terreamini, quòd astrologiae studiosus hic legatur. Quando etiam astrologo liceat veram historiam conficere. C

M. VALERIVS
MAXIMVS
SACERDOS
D. S. I. M. STVD.
ASTROLOGIAE
SIBI ET
SEVERIAE APR
VXORI
H. M. H. N. S.

Surarum familiam apud Insubres, vt nunc est quoque fuisse clarissimam Mediolani in sancto Carpophoro vetustissimus stylobates indicat: quem hic exscriptum in gratiam Bernardi Surae annectendum curaui. D

ATILIVS MACRINVS SECVNDVS ATILIO MACRINO PATRI ET SVRAE PVPAE MATRI ET MACRINO PRIMO FRAT. ET MACRINAE SECVNDIN.

Ex hac Surarum, qui Solae nunc appellantur, familia Palphurius fuit orator insignis, & causidicus. Qui ob suspicionem, quòd cum Vitellianis consensisset, Senatu à Domitiano fuit amotus. Magiorum quoq; familia, quae in hunc vsq; diem apud nos illustris est, habet quo suam antiquitatem tueatur, tum ex vetustissimis stylobatibus, tum apud M. Tullium Ciceronem. Mediolani siquidem apud coenobitas Diui Ambrosij hoc adhuc monumentum Magiorum clarissimum, vetustissimumq; inspici potest. E

SEX. MAGIVS SEX. L. LICIN. SIBI ET SEX. MAGIO SEX. L. TVRPIO PATRONO ET BASSO ET CELERI LIB. TESTAMENTO FIERI IVS.

Magios similiter (vt dixi) & Rabios Cicero nominis aeternitate donauit, tertia in C. Verrem actione, cum ait: Ipse Myoparonem pulcherrimum, de decē Milesiorum nauib. electum L. Magio, & L. Rabio, qui Myndi habitabant, vendidit: hi sunt homines, quos nuper Senatus in hostium numero censuit habendos. In eadem quoq; actione Curtios celebrat, his verbis: Cùm tot tibi nominibus Curtii referrent. Idem alibi in eadem oratione: Per sodalem, inquit, suum Q. Curtium iudicem quaestionis. Curtiorum quoq; non inelegans mnemosynon visitur Mediolani in domo Philippi Archinti Iurisconsulti, quod ipse ab Angleria in domum suam transferendum operam dedit. A

P. QVRTIVS P. F. VICTORI
P. QVRTIVS P. F. PRIMVS
VI IVN.

Tuas Catellane Cotta vetustas origines recenserem, nisi M. Tullius illas primo & secundo de oratore libro celebraret: In his enim Cotta à Cicerone interlocutor cum M. Antonio, P. Sulpitio, & Crasso introducitur. Dictos autem puta Cottas (si tamen Grammaticorum canonibus standum est) ab iracundia & oris toruitate. Vnde Fabius libro primo: Iam Cottae, Scipiones, Lenates Serrani sunt, & ex variis caussis. Habes tu quoq; Francisce Crispe stylobatem, quo tuam tuari antiquitatem possis, qui occurrit aliud indaganti mihi in priuatis domo Veti Biliorum: atq; eum in tuam & totius familiae tuae gratiam hic adnotaui: vt liquidò cognoscas esse me tuis studiosissimum. B C D

P. ATILIO
CRISPO
AD

Cetera attritu pedum deleta sunt.

Nec carent Petra sanctae suo mnemosyno, si diligentius (vt inquit Alciatus noster) illud examinauerint, & quantò voluerint suorum stemmatum annaleis producere, tantò cum apud autores, tum in vetustis marmoribus eis licebit: atq; etiam ad Herculem suum genus referre. Ad Petram enim sacram in Euxino Ponto adpulsi Argonautae sunt, inter quos Hercules praecellebat. Huius Petrae sacrae memmit Apollonius Rhodius Arg. primo: ἣ φατίζεται, cum inquit, ἠδὲ πέλωρα. Eamq; sic appellatam interpres ait, κατὰ δυσφημισμὸν, qua mala magna sacra dicimus. Vnde Vergilius, Auri, inquit, sacra fames. Mediolani verò Petrae sacrae familiae memoria vetustissima inspici potest in loco, qui Veneris publica adscriptus est in semidiruta aedicula. E

HERCVLI IN PETRA SACR.
C. CALVISIVS SECVNDINVS
VIVIR IVN. DECVR.
ITEMQ. ARAM
V. S. L. M.

In aedicula Diuae Teglae reperies Andreas Caluus bibliopola tumulum antiquitatis testem suae, his notis insculptum: F

V. F.
C. CALVIVS
CALVI F. O. V. F.
PRISCVS VIVIR.

Cum

Sunt Macri marmoreis & ipsi antiquitatibus insignes, sicut & Andomartoni, qui nunc Andematurti, à quibus & Vicus in regione eius porta, qua nona dicitur, appellatur. Accipe igitur mi Petre Macer tuorum natalium praclarissimam memoriam, quam in pauperum sanctis Martini xenodochio inspexi:

MACRINAE
C. ATILIO C. F. MACRO
M. ATILIO C. F. ADIVTORI
Q. ALBVCIO Q. F.
ANDOVARTONI TERTI.

Novelliorum familiam extinctam prorsus esse existimo, quando (quod sciam) Novelly nulli reperiantur: indicant tamen (ut interim taceam Torquatum Novellium à C. Plinio Novocomensi celebratum) vetusta marmora alicuius hanc familiam nominis fuisse. Verum ex his unum adduxisse sat superq; fuerit. Mediolani in sancto Francisco:

P. NOVELLII PVB. FIL. L. NO
VELLII P. F. TE CILLONI FRA
TRI RVBRO FRATRI.

Eandem quoq; iacturam passi sunt Sentij siue Sentiones, è quib. fuit Sentio ille Germanici vltor sanguinis, si per Tiberium Cæsarem ei licuisset, vt refert Cor. Tacitus. Quod a Sentij Insubres extiterint, indicio pagus est inter Insubres non procul à Castilione, quem Mosentinum vocant, eo quòd Sentiones ibi morarentur. In cuius fano marmorea in tabula hac adhuc visitur.

L. SENTIVS L. F. O. V. F.
NIGER. SIGNIF. LEG. IIII
SCYTHICAE. HIC NATVS
HIC SITVS EST.

Ibidem in eadem tabula.

M. SENTIVS L. F. O. V. F.
MACER VETERAN. LEG.
IIII SCYTHICAE SIBI ET
FRATRI SVO V. F.

Nec his Martinioni carent virginibus, qui vetustioribus erant Martimani: vt videre est in monumento sacrato in æde Diui Victoris, cuius templum olim Marti dedicatum fuerat. Ea autem inscriptio vel barbara prorsus est, vel vernacula eius ætatis: qualiscunque tamen ea sit, hic adnotabitur:

D M
BONÆ MEMORIÆ DOMVI
MARTINIAN. EX P.
ROTECTORIBVS INTERNAM SE-
QVRITATEM CERMENDACIS QVIS
IVSTVS PIENTISSIMVS BENEME-
RETVS IN SEQVLVM ANVS MILI-
TAVIT XLV. ET VIVET ANN. N. LX.
ET SPERO ME VIVERE ADVC ANVS
N. LXXXVIII. MESES SEX. DIES
III. ET N. DEIN ARCE HIC SICIS RE-
MOVERE VOS QVERET AVT APERI
RE AVT VELLET ALIVM QVRPVS
DAVID IN FESCV AVRI P. I.

In altera fronte eiusdem tumuli.

F
☉ ☽ ☿ ♀ ♂ ♃ ♄ A.
ET LVNA PERIMA VERTVTEM ET
GLORIAM FELICE MARTININNO
EREDES FACOLETATEM VIVOS SI
BI FECET HOC.

In Diui Augustini fano monumentum est Rocii gentis: qui nunc contempta suorum Natalitia vetustate Rozij dicionem aluni. id est huiusmodi:

V. F. D. M.
MAXIMVS MAXIMINVS PRIMITI
VVS VIVIR MEDIOLANI SIBI ET
ROCIÆ SECVNDINÆ CONIVGI IN-
COMPARAB. QVI VIXIT AN. XXI.
EX ROCIO MAX. MAXIMINI FIL.
QVI VIXIT AN. VNVM M. VI. ET
ROCIÆ PRIMITIVÆ FIL. PIEN-
TISSIMÆ. QVI TIBI DVM STARET
PATER AD TORVM SIC AIT: O MI-
SER QVID GEMIS ET LACRIMAS:
QVOD TE MISERANDE RELINQVO?
TE NON TVRBEMVS. ISTA FATALIA
DANTVR. QVI VIX. AN. XVIII. M.
VI. IN AGR. P. XIX. INFR.

Arluni, similiter huius vrbis cines non tã vetusti sunt, quàm vetustissimi, vt ex elogio conspici datur, quod est in templo Deipara virginis cui Secreta nomen est. Sed optarem vt vnum adderent, alterum immutarẽ elementum: ita vt Aruleni non autem Arluni dicantur. Fuit & Rusticus Arulenus à Cor. Tacito & C. Plinio haud vulgariter celebratus.

L. ARVLENVS ANOPTES
APOLLINI.

Mandellorum gentem esse existimauerim, quos vetustiores Manduillos: conuersis V & I temporum iniuria in E. Posthac igitur Iacobum Iurisconsultum præstantissimum à te Blasi tuum admoneri velim, vt Mandellum se, non autem Mandellum vocet. quod si huiusce rei te causas efflagitares, propone homini humanissimo vetustum marmor, quod hac in vrbe visitur apud Vestales sancti Bernardini. Ex quo fortasse oriundi Cacuriorum, qui nunc Cazuli dicuntur, agnoscas affinitatem:

V. F.
M. CASSIVS M. F. O. V. F. CACV-
RIVS SIBI ET ATILIAE MAN-
DVILLAE VXORI ET M. CASSIO
BROCCHO FIL. ET L. CASSIO
DONATO FIL. INFR. P. XX. IN
AGR. P. XX.

Nonne & Mocitij simili ornamento illustres sunt? accipe igitur Francisce Mocitue municipes decus immortale memoriam familiæ tuæ celebrem, quam Meda (Insubrum oppidum est) inspexi:

V. F. D. M.
CANTIVS MOCITIVS VETER.
LEG. VIII. AVG. VIVIR DECVR.
SIBI ET CANTIO MAGIO PATRI
VETER. LEG. EIVSDEM VIVIR
COMI ET SVRAE MESSORIS FIL.
ET CVLTVRIO LAVANDO ET
CVLTVRIO MAXIMO NEPOTIB.
SVIS ET LIBERTIS. IN AGR.
P. IX. INFR. P. L.

Suam & Elli habent antiquitatem, etiam nunc in vrbe hac nostra non extincta nomina, vetus in pariete priuatæ domus Capellarum secundum viam è regione ædis ferè sancti Petri in tintre prospexi, ea est huiusmodi:

HIC QVIESCIT IN PACE SEVE
RIANVS EILLVS CRISPINI ET
M INNO

INNOCENTIAE QVI VIX. ANNVM MEN. III. D. VI. RECESSIT K. NOV.

Persuasissem facile mihi Ruscas non esse antiquos: sed cum legerem secundum de Oratore Ciceronis volumen, inuenio hos antiquissimis antiquiores: Ex immutatione, inquit, vt olim RVSCA cùm legem ferret ãnalem, dissuasor M. Seruilius, dic mihi, inquit, M. Pinnari, num si contra te dixero, mihi male dicturus es, vt cæteris feci?ti? Vt sementem feceris, ita metes, inquit. Capella genus suum referre possunt, & solent, ad Marcianum Capellam scriptorem & eruditissimum, & candidissimũ: nihilq; referre arbitror, quòd Marcianus ex Africa fuerit. Quando ante Gothicam rabiem Africani frequentes in Italia diuersarentur: vt legitur de Diuo Augustino, quòd Mediolani publicè rhetoricen professus est.

Capriliorum etiam meminit M. Varro. Bebulcorũ gentem, quæ adhuc floret, T. Liuius æternitate donauit. Si otium mihi daretur, & si vobis audiendi commoditas, plura de antiquitate Mediolanensium familiarum adduxissem: sed cum videam auersa fronte esse nonnullos ad oppida Insubrum aliqua nũc ipse diuertã.

De vicis nonnullis, qui in Mediolanensi sunt agro, Cap. VI.

VIcos, qui in Cysalpina sunt Gallia, partim incolæ condidêre, & partim barbari, qui hoc in tractu grauia bella gessere. In agro Insubrum Moguntiacum est oppidum, in quo sceptra accipere, & primos attollere fasces omen erat Longobardorum regibus. Moguntiam doctissimus Alciatus adpellat, Modoëtiam alij. Ego vna tantum antiquitate fretus, quæ eodem in oppido est in templo sancti Mauricij, Moguntiacum appellare non dubito.

C. SERIORIVS L. F. O. V. F.
T C VS
VETERANVS LEGIONIS K VI.
CVRATOR CIVIVM OMN
MOGVNTIACI.

Inter egregia oppida Castillionum quoq; numerari potest: quod castrum Stiliconis, si per aliquos licuisset, appellassem. Quis est enim qui nesciat ab Arcadio, & Honorio Impp. Mediolani Stiliconem rei bellicæ virũ peritissimum, sed perfidum, vt postea exitus declarauit, collocatum, vt Romanum imperium vendicaret à Gothis, in dies singulos per Pannonias irruentibus in Italiam? Quis est præterea qui non vel facile persuadeat sibi talem virum locum non selegisse, ad oblectationem? & castrum hoc condidisse, quod à suo nomine dixerit? Dy boni quid ridetis? an conatus sum imponere Pelio Ossam? audite obsecro quod adhuc in tẽplo Diui Ambrosij legere est huius rei mnemosynon: quòd tametsi inelegans sit, audiri tamen potest ob hanc rem solum:

Hic iacet Anspertus nostræ clarissimus vrbis
Antistes, vita, voce, pudore, fide.
Æqui sectator, turbæ prælargus egenæ
Effector voti, propositique tenax.
Mœnia solicitus commissæ reddidit vrbi
Diruta, restituit de Stilicone domum.
Quot sacras ædes quanto sudore refecit?
Attia vicinas struxit & ante fores.

Tum sancto Satyro templumque domumque dicauit
Dans sua sacrato prædia cuncta loco.
Vt Monachos pascant, æternis octo diebus
Ambrosium pro se, qui Satyrumque rogent.

Si ergo similitudo nominis firmat argumentum, dicerã non verebor Castillionum quasi castrum Stiliconis. Hinc non procul est Vedanus pagus, qui valde aridum significat: aquarum enim vsq; adeò indigens est, vt nulli sint putei, & fõtes nulli. Sexto calendas vetustissimo nomine pagus appellatur, quà Verbano Ticinus exit: dictum sic opinor, quòd eo mensis die olim rustici illuc confluerent vel ad nundinas, vel ad sacrificia. In eo n. templum est antiquioribus literis insculptũ: quibus significabatur illic & Herculi, & Mercurio, & Syluano, & Diuo Pantheo pagãos vota persoluisse. Vospisti cum præfectura oppidum est adhuc celebre ad eorum collium radices situm, per quos ad Verbanum, Lucanũq;, & Larium lacus iter est. Meminit certè Stephanus τῆ πολέως, Varatinæ regionis, quam Theopompus libro secundo & quinquagesimo versus Adriaticum constituit: quo nomine cùm eo in tractu, nullum fuisse oppidum constet, nec esse, facilè adducor, vt putem Βαρινον esse Vasisium, quod alij ab exitu vallium, Valesium nominant: & Varitium alij more Graco. Brebia vicus inter Verbanum & Varitium ab his Orobiorum populis habitatur, qui ad Mediolanẽses pertinent: ibi in colle Minerua templum fuit cum saltu Tibronano, vt liquidò apparet ex antiquitate, quæ eo in pago adhuc visitur:

D. M.
L. COELI L. F. O. V. F. BARONIS VIVIR. PONTIFICI IIII VIR AP. CVRATORI SALT. TIBRONANI ITEM TEMPLI MINERVAE ET ALBVCIAE VIRILLIONIS F. VXORI EIVS COELI IVVEN ET SEVERVS PARENTIB. OPTIM.

Vicus Martis nunc Vicomercatus Brigantiorum collium Metrocomia pluribus vetustis inscriptionibus illustris, quæ cum ad negotium præsens faciant minus, à me silentio inuoluuntur. Castrum Sepry putat Alciatus noster dictum, quod Seueri olim extitisit. Ego Seprium (pace tamen Alciati) quasi Insubrium denominatum magis crediderim: præsertim cum eo in tractu meditullium fere sit Insubrum. Ab hoc castro agri Mediolanensis pars non mediocris nomen adsumpsit. Id antiquissimum esse oppidum cum nostri chronographi attestantur, qui ex eo loco natum Maximianum in imperio Diocletiani collegam prodiderunt, qui etiam Mediolani imperij sumpsit, & deposuit insignia, vclim hoc negotio patriam illustraturus: tum etiam monumenta vetustissima sunt indicio, è quibus vtrum dixisse sufficiat vobis:

I. O. M.
L. CAECILIVS NYMPHERÒS V. S. L. M. POSVIT C. FONTEIO CAPITON COS.

Nec Galerato vico, qui vrbecula speciem ostentat, in agro Insubrum desunt antiquitatis vestigia: verum cũ hæc fastidium peperisse potuerint, parcius posthac has memo-

memoriales adducam. Transeo igitur in Albiciatum pagum, qui cultores habuit nomine Montanates, quorum præclara sit mentio in quadam basi vetustissima, quæ ibi visitur:

L O M
M O N T V N A T E S
V I C A N I L O V A N I V S
V. S. L. M

Inter Mediolanum & Ticinum medio itinere Bina sunt opidula vetustissimum, Binascum nunc appellatur. Marlianũ, si Alciato credimus id referenti, Marianum antiqui, vel Manlianum dixere: conditoris nomen seruans. Mons orphanus pagi nomen est (vt scitis) inter Insubres, quo loco arx fuit ferè inexpugnabilis: quæ quoniam vicinarum obsessores recipiebat, & exulibus erat asylum, Insubrum cæterorum armis subuersa est. Siderianum in uia, qua rectà itur Nouariam, pagus est: Desiderianum (puto) ab antiquoribus vocatum, velut à Desiderio Longobardorum rege vltimo conditum. Maxentiam quoque si à Maxentio tyranno deducerẽ, quis mihi vitio daret, nisi ineruditus aliquis? Parabiagum Mediolanensium victoria Diuo Ambrosio fauente in Heluetios illustrauit. vicus ipse satis contractus est: genialis tamen gratia, & ruralis amœnitatis non expers. Pontirolum non procul à Mediolano rus est vltra Abduã historys celebratissimũ: verum pons Aureoli, non Ponturolus ab his nuncupatur. Aureolus enim (vt refert Iulius Capitolinus) vnus fuit è triginta tyrannis, qui imperium Rq. inuadere conati sunt, cum Gallienus Impera. nõ viris modo, sed & mulieribus neglectus esset. Præerat Aureolus Illyricianis exercitibus, qui venientem Macrianũ cum filio contra Gallienum maximè deterruit, captis plurimis ex copys illius, & nonnullis ad fidẽ ipsius pretio corruptis. Interfecto tandem Gallieno cum fratre Mediolani Claudius in Aureolum castra mouit, & conflictu habito in agro Mediolanensi apud vicum, quem à se denominauerat Aureolus, eũ aperto Marte deuicit. Atq; illic tyrannum sepulchro humiliore donauit. De Aureolo etiam hec Trebellius Pollio memoriæ tradidit, de Claudio loquens: Qui primum vt factus est Imperator, Aureolum qui grauior Reip. fuerat, qui Gallieno multum placebat, conflictu habito à Reip. gubernaculis expulit tyrannum, quem missis ad populum edictis, datis etiam ad senatum orationibus hostem iudicauit. His accedit, quòd arrogantem Aureolum, & fœdus petentẽ, imperator grauis & seuerus non audiuit, responso tali repudiatũ: Hæc à Gallieno petenda fuerant, qui cõsentire moribus poterat, & timêre. Extat adhuc Claudij liberalitas in Aureolum furore militum oppressũ, tumulus cum inscriptione Græcanica:

Κλαυδι⊙ Αυρεολω μετα δηιον αρια κηρας
Ταχτερια, θνητων ως θεμις ενδιδους
Τω γ' οὐκι ζωην. αλλ' ὠι εθελησε φρονημα
Πασιν εμιρηλοις τω θρατω ανιδιον
Κειν⊙ Ϛυκτιρλον κηι σωματος εσκαγ'οπιζων
Αυρεολω γεφυραν εἰλατο τυπτε πεφην.

Quod Alciato interprete Latinè sic habetur.

Claudius Aureolo post Martia prælia Cæsar
Pro mortali hominum iure sepulchra dedit.
Huic quoque vel vitam: sed non contraria prauis
Omnibus hoc prudens militis ira tulit.
Ille igitur clemens, dum corporis vltima seruat,
Qui pontem Aureoli dedicat & tumulum.

Interprete quodam Grammatico per tempora Iulij Capitolini.

Dona sepulchrorum victor post multa tyranni
Præbia iam felix Claudius Aureolum
Munere prosequitur mortali, & iure: superstes
Viuere quem uellet si pateretur amor.
Militis egregij vitam qui iure negauit
Omnibus indignis & magis Aureolo.
Ille tamen clemens qui corporis vltima seruans
Et pontem Aureoli, dedicat & tumulum.

Sanè in capite tumuli inscriptus Hippopotamus ferox & durum animal, & intra serpentem inclusus, orbiculari forma caudam mordicus tenentem, notus Aureoli tyrannidem, & sæuitiem per omne tempus duraturam, cuius rei ratio ab Horo Apolline repetenda est.

De Orobiis populis qui ad Insubres attinent. CAP. VII.

Qvà Mediolanensis ager (vt verbis vtar Alciati) ad Alpes vergit, Græca nationis populos incoluisse Orobios Cornelius Alexander, & Plinius autores sunt: quò in tractu etiam nunc sunt eius gentis pleraque nomina, vt lacus ipse Larius à suauitate amœnitateq; Sicrenus, quasi σιρηνλω, seu sacrum fontem dicas. Fluuius Addua, quòd ab aaya, id est, inaccessis montibus: Orona quòd ab ijs collibus defluat, quos Orobij tenent, ὀρὸ τῶν ὀρων, eandem quoq; originem & oppida ostendunt, vt Comum ἀπὸ τ κώμης, hoc est, villa, siue pagus, & κωμηδὸν vicatim: siue ἀπὸ τ κώμε, quis deus erat veteribus commessationum, nocturnarumq; saltationum. Inde κωμαζω, petulans sum. Leucum similiter à candore montium dictum puto. Canthurium, Canthumq; ἀπὸ τ καν θωνων, hoc est, à copia, vel præstantia asinorum. Itemq; Onium ab eisdem. Orsinicum à victoria in montibus habita, quasi ὀρεσσινικον. Macrenum ab Augusta forma, longitudineq;. Phegium à fagi arboris copia. Engion non longè ab Addua, à bonitate soli. Euplys, qui nunc Pulsianus appellatur, à porta, & accessu, qua in montes tenditur, vnde & lacui nomen. Mons orphanus cum quod orphanus, & destitutus sit ab aliis collibus. Alciatum, quasi Alfiatum, hoc est frigidum: veteres enim quod erat frigidum vocabant alsiosum: & pocula alsiosa, qua dantur ad soporem prouocandum. Verũ quid de Alciato vico Alciatus ipse scripserit, audite: Alciatus vicus, cuius nominis & alter in Bergomatibus est, ab Alcatho Parthaonis Ætoliæ regis filio autore coloniæ in has regiones deducendæ: qui postea cũ vnus ex Hippodamiæ procis esset, ab Oenomao interfectus: quapropter inhabitauit tumulũ eius Genius, equitatibus infestus, vt ad eũ accurrentes equi terore afficerentur, & procidereẽt. Cuius rei Pausanias libro sexto autor est.

De cæteris Insubribus. CAP. VIII.

Hi sunt Insubres montani, qui à Græcis Orobij dicuntur, de quibus illa dixisse sufficiat. Reuoco nunc ad reliquos Insubres, qui per Addduam & Ticinum ad Padum iacent: quorum vrbes sunt Ticinum & Laus-pompeia. Ticinum ab Insubribus & Bosis conditum refert Eutropius libro quarto. A. Salys autem, quos Salluuios alij nominant,

Tum

Titus Liuius ait edificatum lib. 5. decad. 1. Plinius à Leuis & Marcis Liguribus. Inquirendum esset, quomodo & quo tempore Ticini nomen in Papiæ mutatum sit. Verum hoc omitto Petro Francisco Buscæ, & qui adest, & qui Ticinensis est, relinquo. Non grauabor tamen in gratiam ipsius, quid super hac re notauerim dicere. Sunt qui scribant à quadã Longobardorum regina hoc nomen deriuasse, sed de hoc tantummodo famam habeo. Iacobus Gualla qui Chronicam eius ciuitatis edidit, de huius nominis origine ne verbum quidem fecit. Hanc vrbem per tẽpora Annibalis extitisse sunt qui negant, Titum Liuium adducentes, qui libro XXI. Ticini tãtum amnis memmit: Iam tamen (inquit) Scipio Padum traiecerat ad Ticinum amnem. Quòd si ea tempestate Ticini vrbs extitisset, non tam sicco pede pede credibile est autorem tantam vrbem silentio inuoluisse. Hãc quoq; vrbem cùm vi expugnasset Atilas rex Hunnorum subuertit. Nec fortasse minora damna passi sunt Ticinenses sub Odoacro Herulorum rege, noua Turcilingorum manu freto. Orestes enim Patricius ex Liguria cum eis occurrisset, nec impetum barbarorũ sustinuisset, Ticinum se recepit: verùm antè quàm auxilia præstarentur obsessis, vrbem expugnauit, captam ferro, flammaq; consumpsit. Orestes Placentiam protractus capite mulctatur. Vitellio quoq; ex vlteriore Gallia cõtra Othonem Imperatorem ruente, in eadem vrbe cum desedissent Valentis & Cinna legiones, orta est inter Cisalpinos Gallos, qui Vitellio auxiliares venerant, ingens seditio, & inter Romanos milites. Hinc cædes & ciuium, & militum vehemens. Pannones itidem tempestate Stephani Ro. pon. VII. Italiam ingressi Ticinũ depopulati sunt. In socialibus etiã bellis graues clades à Mediolanẽsibus accepere. Septimo ab hac vrbe lapide secundum Padi decursum Belzoiosum, oppidũ sanè elegans, & ad venationes idoneum. Id condidit Ioan. Galeacius Vicecomes primus Insubrum dux, cui Virtutũ cognomen fuit: mox donatum Barbianis Comitibus accepere. Ager hic est irriguus ob multos Nilos, quos Carolus Comes Barbianus in eas partes ab usq; Mediolano deducendos curauit. In Ticinensi tractu, vt refert Plinius, sabulum nigrum reperitur, quod cementitũ calceq; diligenter repastinatum durescit in lapidẽ. Transeo nunc in Laudensem agrum, cuius vrbs hac ætate in ripis Adduæ, quẽ Abduam alij etiam vocant. Eam Pompeius Strabo Magni Pompeij pater coloniam deduxit, & à nomine suo Laudem Pompeiam vocauit: quemadmodum & Iulia pietas in Foro Iulio, & alia ijs similia. Fide tarẽ quod Pompeius M. eam vrbem cõdiderit, vel auxerit, piratis à se deuictis, eũ in locum in coloniam deductis: cum sciatis Pompeiopolim in Cilicia eam ob tantam condita. Sed ea quæ nunc visitur Laus Pompeia non fuit à Strabone deducta colonia: eam enim Mediolanẽses vastarunt. verum ciues profugi in margine Abduæ auspicijs Friderici Rubrobarbi Imp. condiderunt. Laudem verò credibile est à Boys Trãsalpibus primò conditam, qui duce Bellouesо Alpes trãscenderunt: mox bellis vastatam, sicut & Nouariam, à Romanis in colonias deductas. Ager Laudensis adeò omnium finitimorũ fertilissimus est, vt fumen Cisalpina Galliæ dici possit. Et cum Cisalpina Gallia omnium scriptorum calculo cæteris Europæ partibus antecellat, & hæc Africa & Asia, meritò dicere possumus, agrum Laudensem omnium quæ cœli declinitas tegit, beatissimum. Acerrarum vrbis olim florentissimæ inter Insubres vestigia ne visuntur quidem: vt quo in loco fuerit, illud Horatij possim dicere:

Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.

De qua tamen quid Alciatus scripserit, audite: Quòd si (inquit) verum est, falluntur, qui Acerras id appellant, quod Insubrum vicũ inter Padum & Alpes fuisse Polybius affirmat: vt verisimilius sit, Acerras esse, quæ nunc Agerola dicitur, versus Dertonem. Fallitur & ciuis meus Raymõdus Marlianus, qui Heloredium prius dictam Angleriam in Paraphrasi Gallicæ topographiæ scripsit. Ego Angleriam non Heloredią dixerim, ab Anglis Saxonibus, qui cũ Longobardis in Italiam venerunt. Hæc Alciatus. Verùm ego non vltra Padum, sed citra potius, hoc est, inter Eridanum & Alpes, potius fuisse crediderim: præsertim cum lectũ sit eam vrbem nõ procul à Mediolano fuisse, quam cum Romani obsiderent C. Cornelio Merula & M. Claudio Marcello Coss. & obsessis Insubres auxilium ferre non possent, coniuncto statim ratibus Pado Duce Viridomaro, qui ex Transalpino genere auxiliares copias Insubribus cõtra Romanos adduxerat, Classidium, quod Romani tenebant, adorti sunt, putantes fore, vt destitutis Acerris, Romani ad Classidium liberandum festinarent. In agro Mediolanensi non procul à Liuiano vicus est, cui Acerra adhuc nomen est. Facilè adducor, vt putem ibi ciuitatem Acerrarum extitisse, & adhuc Acerranus tractus vltra Rescardinam dicitur.

De Orobiis cæteris, qui ad Insubres minimè pertinent. CAP. IX.

Orobiorum gentem Zanchus longis ambagibus & originem prosequitur. Ego ijs omissis, ea tantum amplectar, quæ apud vetustos autores scripta reperi. M. Cato, autore Plinio, Orobiorum originem ignorare se professus est. Eos Cor. Alexander Græcos fuisse existimat: quòd ea vox in montibus degentes significet. Orobiorum ciuitas præcipua est Nouocomum, trium Pliniorum patria, in margine Lariano. Hanc vrbem nõ Græci, sed Galli (si Trogo credimus) condidere, quam cùm Rhæti vastassent, Romani quater eã reparauerunt. sed ne super hac re hallucinari noua videar vobis, Strabonem ipsum libro quinto, si placet, audite de Como loquentem: Hæc mediocris, inquit, erat colonia: Cæterum Pompeius Strabo, Pompeii Magni pater colonos in eam restituit: quam incumbentes Rhæti vastauerant. In quam C. Scipio tria hominũ millia insuper adiecit: postmodum Diuus Cæsar quinq; inquilinorũ millia ad inhabitandum deduxit, è quib. quin gẽti illustrissimi fuêre Græci. Hos etiam ciuitate donatos in habitatorum numero descripsit. Haud tamen ibidem domicilium habuêre, sed oppido nomen relinquentes, & Nouocomum appellantes, Nouocomẽses oppidanos vocauêre. Octauo ab hac vrbe lapide fons est Plinianus, qui singulis horis, & labrũ fere aluei excedit, & ferè ita residet, vt illotis fere pedib. vadari possit. In proximis montibus ad excoquenda ob-

sonia

sonia Lebetem lapis excauatur, nec alibi, quod sciam. Deinde est Licinsforum, quod Leucum aliq; frustra esse contendunt, municipiũ sanè elegans, ea in parte riparũ lacus, qua Addua flumen erumpit. Sunt item qui dicãt, & iis magis assentior, Incinum esse, qui pagus est Insubrũ eorũ, qui ad Mediolanenses spectat. Forũ Diugntorum vbi nam locorum fuerit, hactenus coniecturis assequi non potui. Melpum opulentissimum olim oppidũ Boij & Insubres eo die flammis consumpserunt, quo Veios Romani auspicijs Fur. Camillis sub potestatẽ redegere. Sunt qui arbitrentur esse Melcisum municipiũ nobile, & ditissimum. eo nunc potitur Comes Firmus Trivultius & natalium splendore, & animi dotibus vir ornatissimus. Hoc in tractu interijt etiam Barra oppidũ, vnde Bergomates ortus putauit Cato. Non desunt quoq; qui monumentis tradiderint ab his Gallis condites, a quib. & Veronẽses & Brixianos. Inter Orobios nec Spina reperitur. Sunt tamen Orobij altius q̃ fortunatus siti.

A ses condita. Oppidum citra clepsydram (quod aiunt) & opulentissimũ & inexpugnabile, sub Venetorum ditione. Mantua ab Hetruscis condita dicitur, vrbs & vetustissima, & Vergilio omnium poetarum Latinorum, quot sunt, quotq; fuere, quotq; post [illegible] sunt in annis principe, per totũ terrarũ orbem celebratissima. Hanc vrbẽ Mintius amnis vndiq; circũfundit, efficitq; lacũ, qui carpiones expetiti saporis gignit. puto autẽ in Benacolacu generari, quem Sarca fluuius ex Tridentinis montibus influit, & ex lacu pisces illos per Mintiũ Mãtuam enatare. Hanc ciuitatem Attilas, & hoc prior Augustus, mox Longobardi, & his truculentior Cacanũ Auarorũ rex, mox Eccelenus Patauinorum tyrannus, grauissimis damnis affecere. Non procul a Mantua Rina oppidũ est, iuxta quod Grimoaldus Longobardorum prefectus, Transalpinos Gallos crudelissima strage trucidauit.

B

De Cenomanis Cap. X.

ORobios secundum Alpiũ crepidines Cenomani sequũtur, qui ex Transalpina Gallia in hãc Cisterorem (vt refert Polybius) accessere. In querũ vicinia erant Lemouices, Rhedones, & Andegauenses. Cenomanorum metrocomia est Brixia, quæ ab ijs Gallis condita dicitur à Iustino, qui Duce Brenno non Romam modo, sed & Italiã incendijs fœdarunt. Titus autem Liuius libro primo decadis quintæ, Germanorũ manũ ait, Elitorio Duce vestigia priorum sequutam eodem saltu, anquente tamen Bellouesio, Alpes transcendisse, & vbi nũc Brixia, & Verona vrbes sunt, desedisse. Fuere cũ Venetis Cenomani fere semper Gallis finitimis infesti, & rebelles. Preclarã in. Romanis victoriam Cenomani à societate, quæ inter Cisalpinos Gallos conflata fuerat, in Romanos tribuêre. Cuius rei meminit his verbis Liuius: L. AEmilius Imperator effusum agmẽ ad Mutinam ducit, & in sylais, quæ tũc circa Mutinam erant, cęsi sunt Romanorũ LXXX. Cæteri Tannetũ petierunt, sex signa militaria adempta. Fuêre tũc auxilio Romanis Brixiani Galli aduersus alios Gallos & Boios. Cremonam scitis veterem esse Romanorũ coloniam, deductamq; fuisse T. Sempronio, & Cornelio Coss. tanq̃ Roma propugnaculum contra irruentes Insubres. Cum autẽ in Flaminis militibus preda exposita est, annum agebat etatis suæ CCLXXXVII. & ante hanc cladem tempore etiam Dini Augusti in grauissimas arumnas incidit, quòd Antonianis partibus fauisset. Non ab re igitur poetarum eminentissimꝰ Cremonam infelicem his verbis appellauit:

C

D

E

Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.

F

Gothorum quoq; ætate, mox Longobardorũ varijs ruinis affecta est. Nouissimè à Rubrobarbo quoq; fere euersa est. Non longè à Cremona Castrorum locus est, à Tacito celebratus: quem Castoris Paulus Orosius nominat. Vtra harum verior sit lectio, cum Alciatus aderit, excutiet. Bebriacum vicus est agri Cremonensis strage Othoniani exercitus illustris, cum Brixelli vltra Padum, euentum pugnæ Otho Imperator expectaret. Aaripas Seriy Crema est, à Robrobarbo post prostratos Cremonẽ-

De Venetis. Cap. XI.

VEnetis etiam Gallica est origo. Sciunt enim omnes in vlteriore Gallia secus lictus Oceani Venetos esse proximos Vnellis, Osissinis, Curiosolitis, Sesuuijs, Aulercis, & Rhedonibus. Qui cum & ipsi ducte Belloueso Alpes exuperassent, quòd essent in patria fluctib. adsueti, Adriaticum lictus occuparũt. Verũ de hac re Strabonem audiamus: Hos ego Venetos esse opinor, à quib. Veneti finum colentes Adriaticum in coloniam deducti sunt. Reliqui n. ferè omnes in Italia Galli, è Transalpina Gallia commigrarunt, sicuti Boii & Senones. Verum propter nominis similitudinem Paphlagonas esse dicunt. Hæc autem non adfirmauerim, de huius enim generis rebus ipsa satis coniectura. Hæc ille. Seruius in primo Æneidos libro ab Heneto rege, qui ex Illyrico veniens ea loca tenuit, vbi nunc Venetia est, Venetos dictos immuere videtur: Henetosq; primò, & Henetiam vocatam. Veneti olim, quòd etiam ætate Strabonis nõ prorsus exoleuerat, studium impendebant ad cremanos ex equabus mules: cuius rei meminit Homerus,

Ἐξ ἐτεῶν ὅθεν ἡμίονοι γένος ἀγροτέραων. id est,

Mularũ genus è Venetis quod robore præstat.

Dionysius quoq; (vt attestatur Strabo) Siciliæ tyrannus hinc alendorum semen equorum constituit, quos ad equestre certamen tollebat: adeò vt per Græcos proles Veneta nobilitas maneret. Patauio antiquitus Venetarũ vrbium præcipuus honos fuerat. Per tempora enim Strabonis censi sunt in ea vrbe quingenti equestris ordinis viri, antequus autem annis C. & XX. milium milia mississe constat. Dictum autem est Patauium, vel quasi Padauium à Padi vicinitate, vel ἀπὸ τοῦ πετασθαι, id est, à volando, quod caprato augurio, vt Seruius scribit, conditum sit. Vergilius primo Æneidos libro ab Antenore conditum Patauium refert his versibus:

Hic tamen ille vrbem Pataui, sedesq; locauit
Teucrorũ, & genti nomen dedit, armaq; fixit
Troia: nunc placida compostus pace quiescit.

Nobili-

Nobilitata est maximè T. Liuio & historico, & oratore facundissimo. Quem acerrimi vir ille ingenij Fab. Quintilianus historicis omnibus & Græcis, & Latinis præponendum putetur. Tarui[illegible]ũ vrbs Veneta regionis, vnde Tarvisinus tractus fluxit appellatio, Totilam Quintum Gothorum regem in Italia genuit, qui magno exercitu conflato vniuersam Italiam armis subegit, Romamque copijs infestis ingressus vastauit, incenditque. Hanc vrbem interfluit Silis amnis placidissimus. Tridentum sunt qui velint ab his Gallis esse conditum, à quibus & Veronam. Hoc in loco transitus est Alpium, quæ Tridentinæ vocantur. Quarum meminit Plinius libro tertio. Inter Venetas vrbes Vicentia, & ipsa recensetur, à Senonibus Gallis (vt Trogus refert) condita. Per Vicentinum agrum Rharonus, & Bachilio amnes dilabũtur. Qui vbi ad Vicẽtiæ mœnia confluxêre, nec ille Rharonus est, nec hic Bachilio: sed vno nomine Medoacus in mare Adriaticũ defertur. Vicentinus Palæmõ omniũ hominũ suæ ætatis arrogantissimus. Hic ille est, quem in suis carminibus Vergilius dignatus est inserere, cum inquit:

-vel qui venit ecce Palæmon.

M. Varronem idem porcum literarum nominabat, verum literas & secum natas, & secum perituras esse dicebat. Interrogatus, quid inter stillam & guttam differt? Stat, inquit, stilla, gutta cadit. Qui Veronam primitus habuerint satis est dictum. eam Athesis intersecat. Hanc vrbem tres maximè viri illustrarunt: Catullus scilicet, à quo & Iulius Cæsar prosciscitur est: Vitruuius per tempora diui Augusti Architecturæ scriptor: & Æmilius Macer, qui de herbarũ virtute elegantissimè scripsit. Sed hic libellus qui sub Macri nomine circumfertur, non huius est, sed Odonis cuiusdam medici, vt ipse vidi in codice quodam antiquissimo. Verum vt gratior exiret in lucem, Macri titulo inscriptus est. Qui ad Veronenses Plinium naturalis historiæ scriptorem reijciunt, pluribus fortasse, quàm opus sit, argumentis conuicti sunt. In Veronensi agro Benacus est lacuum omnium amœnissimus. In hac vrbe occisus est Philippus Imperator, quem ex Impp. primum cum filio sacro batismate nonnulli tinctum fuisse contendunt. In annalibus reperio eum tamen voluisse, vt antea etiam frustra tentauerant Tiberius, & Adrianus Impp. aram Christo redemptori dicare. Huius ætate floruit Origenes vir Christianissimus, & quæ in sacris Bibliis edidit, scriptis celebratissimus. Feltrum item & Bellunum Veneti tractus ciuitates extitêre. Opitergium quoque celebrati nominis apud antiquos ciuitas fuit. Opiterginos enim lectum est Iulio Cæsari contra Pompeianos auxilio venisse: infausto quæ pugnæ euentu discessisse, qui ne in Pompeianorũ potestatem venirent, classe iam ab illis circunuenta in Adriatico sinu, inter se gladijs eductis concurrentes occubuêre. Huius rei meminit Quintilianus his verbis libro tertio: Denique non fecerunt Saguntini, nec in rate Opitergini circunuenti. Hãc vrbem à fundamentis post longam obsidionem Lõgobardorum rex Rhotaris euertit, cuius loco Heraclea cõdita est à Magno Opiterginorum ecclesiæ episcopo: & ab Heraclio Imperatore Heracleam dixit. Sunt & in Venetorum tractu Acedum, Ateste, & Alginum vetusta oppida, Venetiarum vrbs clarissima, & totius Orientis emporium anno salutis LV. supra quadrigentesimum, vt Palmerio placet, in intimo Adriatici maris sinu condita est, post vastatum ab Atila rege Aquileiam. Cæterarum enim vrbium primates Aquileiensium ruinis & fremitu terrefacti, collectis ditiore supellectili in illas paludes salutis gratia se recepere. Cæterum cum calamitates indies magis nouis superuenientibus tyrannis conduplicarentur, factum est, vt ibi sedes firmarentur. Itaque creuit vrbs ipsa breuis temporum interuallo. Hac autem ætate adeo opum, & palatiorum excellentia, & recto consilio pollet, vt facilè Italicarum non modo vrbium, sed & totius orbis princeps dicatur. Aquileia ex antiqua nobilitate, & potentia aliud habet nihil quàm inane nomen. Hæc inter se colloquentibus, ecce superueniens nuntius palàm Galeacium Capellam agere animã retulit. Quãobrẽ consternati ones illico cõsurrexere. Dij boni quæ suspiria? quæ lamentationes ea hora nõ extitêre? Quis dolore non exarsit? Quis tũc nõ exclamauit, impia fata, fata impia? quæ patriam hãc tam acerbo funere contaminastis. O Dij immortales cur hoc lumen tam cito extinctum esse voluistis? Hæc vbi seorsum conquesti essent, omnes lachrymis confisi, insalutato (quod aiunt) hospite discessere.

GAVDENTII MERVLAE DE ANTIQVITATE GALLORVM CISALPINORVM

Liber II.

POstridiè Galeacii Capellæ viri subactis ingenij parentalia conuentum impediuere: dilatum est itaque ratiocinandi tempus in alteram diem: quæ cùm illuxisset, præsto omnes affuere, præter Lanc[illegible]phum & Phyletum, quos Ticinum traxit necessitas. Accepit eos autem in musæum suum Benauentura Castillionæus, huius vir ætatis politissimus. Aderant primi veris delitiæ rosæ pro aulæis, pictisque tapetibus: quæ ob Capellam mœstus deposuerat. Adfuit Otho vir cùm singularis humanitatis, tum eruditionis, & cum eo Iacobus Maietus, de quo satius est tacere, quã pauca dicere. Qui cùm in hemicyclis omnes desedissent, præter omnium opinionem Bernardus Feliciauus accessit: quo viso, omnes statim assurgentes, amplexi sunt hominem, non (vt monensium modo, sed & Cisalpinæ Galliæ decus immortale. Omnibus itaque desidentibus, omnium nomine Othonem orarunt nonnulli, vt partem Cispadanæ Galliæ, qua fieri breuitate posset, absolueret. Difficilem prouinciam mihi, Otho inquit, imposuistis, vt pote quæ ab autoribus celebrata sit minus: vestra tamen humanitas, non modo vt bono sim animo facit, verum fortasse ex tyrone me triarium, & ex gregario legionarium militem efficiet. Aggrediar igitur onus hoc nobis impositum, non tam spe perficiendi, quàm vobis obsequendi. Si quid igitur in historia titubatum fuerit, aut si Latinè quid dictum minus effluxerit, putatote obsecro esse me in tragœdia (quod aiunt) Comicum: & aliquando inter delitias habere me grammatistis aduersari. Sed dum rem ipsam vobis breuiter expono, precor, audite. Cisal-

Digitized by Google

Cisalpinæ Galliæ compendiosa descriptio.

CAPVT I.

INter Padum, & Apeninum vsque ad Rubiconem quicquid terrarum iacet, Cispadana Gallia nominatur: & primi sunt Ananes, post Boij, inde Eganes, mox Senones, deinde ad littus Adriatici Gesatæ. Ananes sūt, teste Polybio, qui non longè habitāt à Massilia.

Boiorum regio & ipsa amplissima est, quorum metrocomia fuit Tannetum, nunc Bononia est. Eganes esse arbitror, qui nunc Tanarum, & Trebiam, Padumq; per Apenninum iacent. Inter Ananes Astam coloniam & Alexandriam vrbes celeberrimas numerauerim.

Ad Eganes Pollentinos, Albampompeiam, Aquas Statiellorū, Derthonam, Casale sancti Euasij, & Bobianam vrbē reiciā. Tunc Nicolaus Gastillionensis, Amicus Plato est, inquit, amicus Socrates, magis tamē amica veritas: Inuenio ipse Bobiū esse in Coctijs inter Ananes Alpibus, non autē in Apennino inter Eganes. Et vitula tu dignus, & ego, inquit, Otho. Bobiū enim, de quo ipse loqueris, non inficias eo esse in Coctijs Alpibus: alterū verò, de quo ipse sentio, medio ferè est inter Genuam & Placentiam itinere. Hæque res Alciatum miracum eruditionis, tum candoris virum in errorem traxit. qui Georgium Merulam singularis ingenij virum ignorati loci infantia inurere conatus est, quod dixerit Alpes Coctias eas esse, in quibus est Bobium, cùm Merula intellexerit Bobium in illis Alpibus, vbi est monasterium (nisfallor) sancti Columbani, quod à Theudolinda adiuuante Addoaldō Longobardorum rege constitum fertur. Istud verò quod in Apennino est Bobium, Vermianæ ditioni suppositum est. In ipsa via Aemilia erant Custodia & Lellia municipia olim florentissima, quorum vestiga hac ætate ne inspiciuntur quidem. Visu pulcherrima sunt per hæc loca Appennini iuga, nunc se subtrahentis, nunc in cubitum se curuantis. Huicmonti exordia dat Polybius fere vsque sub Massilia. Aly initium faciunt sub Vadis Sabbatijs, quæ Plinius portum fecit. Paludes autem cum plures per ea loca sint, vada dicta esse existimandū est à Sabbatijs fortasse populis. Existimant autem non malè plerique Sabaudiæ duces hinc dici, & regionem Sabaudiam quasi Sabbatiā. Sunt qui contendant eam nunc vrbem esse, quæ Sauona dicitur, in qua Pertinax Imperator (vt refert Iulius Capitolinus) mercaturā per suos homines exercuit, non aliter quam priuatus solebat. Sunt per hæc loca oppida nobilissima, quorum ingrata esset enumeratio. In Apennino erat olim Libarna, quam inclitam Georgius Merula pluribus argumentis fuisse contendit. Alexandria olim, vt quibusdam placet, Aniciæ fuit, nomine Cæsarea, qui deinde auctus à Mediolanensibus, vt facilius Ticinensibus & Rubrobarbo resisterent, Alexandria est appellata ab Alexandro Romanorum ea ætate pontifice. Eam interfluit amnis Tanarus. In Alexandrino agro Quadringentum pagus est: à Quadringenta, vt inquit idem Merula, Romanorū familia. Decimo ab Alexādria lapide Augusta Bacienorum est in ripis Padi municipium & elegans, & vetustissimum, vtpote quod & a Plinio celebretur: nunc Bassignana dicitur sub ditione comitis Hippolyti Maymi floreti adolescentis ingenio. Mox est Forum Fulvij, quod etiam per tempora Plinij Valentinū dicebatur: nunc est Valentia: sanè hoc [illegible] loco pretiosa vina generantur. Derthona Romana [illegible] inter Insubres & Ligures, quorum arma semper ferè comunicta, fuerunt deducta: ne alteris alteri auxilio essent. Sublatis Rom. armis. & Senatus potestate in Insubrum amicitiam declinauit, quam cum Rubrobarbus, vt Ticinensibus gratificaretur, vastasset, immissis nouis inquilinis Mediolanienses reparārunt anno à Virgineo partu M C L V. vt scribit Acerbus Morana. In agro Derthonēsi Tyrus reptilium fœcundissimus, vt vult Leonicēus, tantum oritur: ex cuius pastillis fit syriaca omnium ferè venenorum amidotus efficacissima. Quæ nec alibi (vt attestatur idem) præstantior reperitur. Inter Aemiliam viam & Padum Sale, & castrum nouum occurrunt Gothorū (vt multi volunt) opera. In quibus illis statiua habuēre. ne vicatim dispersi trucidarentur. Antilia vrbis non procul à Sarraualle ruina vix inspicitur. In quam Tiberius Cæsar (vt Suetonius est auctor) virum equestris ordinis, matrisq; familiarem, & cui ea moriens curam funeris demandauerat, misere condemnauit. Sita autem erat Antilia secundū ripas fluuij qui Iria à vetustioribus est dictus, nunc Scrivia nominatur. Interijt & in hoc tractu Iria, quam inter Cumellum & Derthonam ponit Antoninus Pius, cuius etiam meminit Ptolemæus. Non absurdum esset putare pro ea reparatum fuisse municipium, quod nunc Vicheriam vocant, quasi Vicem Iriæ præstans. Mox est Clastidium in agro Ticinensi, horreum Annibalis cum ad Trebiam castrametaretur. In vicinia hac Virdomarū Gallorū regem M. Marcellus singulari prælio demicat, Ioui Feretrio opima spolia in Capitolia dedicauit. Nouissimè Bobium est Vermianorum, de quo fortasse plura quàm oportuit, diximus.

De Boijs populis.

CAPVT II.

BOios scitis omnes Galliæ Cisalpinæ populos esse intra Padum & Apenninum à Trebia flumine vsq; Bononiam, quæ Felsina ab antiquis est dicta, & ab Hetruscis condita: cæterum bellis vastatā Boij Galli Transalpini, qui nunc Borbonij nominantur, restaurarunt, & ab eorum nomenclatura Bononiam, quasi Boioniam dixere. Hanc vrbem Rhenus alluit. Bononiam alteram reperies inter Celtas ad littus Oceani. Verùm vt ad Boios regrediar, Prisci (vt Strabonis interpretes vtar verbis) temporibus plurimæ Gallorū gentes fluuium incolebant, è quibus amplissimi fuerāt Boij, Insubres, & qui olim cū Gessatis Sēones Romana per impetum vrbe sunt potiti. Hos Romani posterioribus annis funditus deletos perdiderunt. Boios verò è finibus eicerunt. Inde migrantes circuniacentes Istro locos cum Taurisçis habitarunt, bellum assidue contra Dacas gerentes, donec ea gens funditus extincta est. Agrum verò qui ad Illyrium spectat, pascendis ouibus idoncum vicinis reliquerunt. Insubres

hac etiam ætate sunt, qui Mediolanum metropolim habûere: ea quidem pridem vicus erat, omnes enim vicatim habitabant, hac verò tempestate exim[illegible] dignitatis trans Padum ciuitas est, quodam modo Alpibus finitima. Hæc ille.

Versus Insubres est Placentia Ro. colonia: quam Asconius Pedianus tradit ordine quinquagesimã & tertiam. Fuit autem deducta pridie Kal. Ianuarij primo anno Punici belli secundi, Cor. Scipione patre Africani prioris, & T. Sempronio Longo Coss. Fuêre autẽ missa Ro. generis hominũ sex millia, quæ Boijs opponerentur, & Insubribus. Deduxerũt triumuiri P. Cornelius Asina, P. Papyrius Maso, Gn. Pompeius, & Gn. Cornelius Scipio. Hæc colonia (vt vetera damna conticeam) post mortem Io. Galeacij vicecomitis, cui Virtutum cognomen fuit, ferè ab Insubribus semper octies præda exposita est. Coloniarũ à te (inquit Bonauentura) sæpius est facta mentio: quod autem colonia sit quos habere præceptores contigit, me non docuere. Duo, mi Bonauentura candidissime, inquit Otho, fuêre coloniarum apud Ro. genera: quarũ præstãtior erat, quæ Latina dicebatur. Itaq; cum eis Alpes Galli in fide Ro. vi cladium contineri minime possent, Gn. Põpeius Strabo M. Põpei pater, vt Gallos, præsertim qui ad Alpeis iacẽt, clementia retineret, legem tulit ad populum, qua veteribus incolis Trãspadanis Gallis ius Latinæ coloniæ dedit: quo posset in vrbe magistratus petere, comitia inter se declarare. Quod iure Latij donati sint maiores nostri, libro quinto his verbis Strabo declarat: Opinari vero cuipiam licet priscos Italos felicitate florentes in communione deuocasse finitimos: atq; huncin modũ auctis deinde viribus in Ro. Imperium deuenisse. Tandẽ vero atq; ex quo Romani in regni societatem & in ciuitatẽ Italos vocauêre: decretum est & Gallis Cisalpinis, & Venetis idẽ honoris impertire, vniuersos Italos Romanos vocare. Non longe à Placentia est Nura fluuiùs. In via Aemilia adhuc est Fidẽtiola vetustissimum oppidũ & celebre Carbonis clade, vt his ferme verbis Liuius ostẽdit: Sylla Carbonẽ exercitu ad Clusiũ, ad Feuentiam, Fidẽtiolamq; cæso Italia expulit.

Inter Fidentiolam & Tarum duo sunt ignobiles fluuij Occa, & Cõius. A Taro Parmam itur, quæ & ipsa vetus est Ro. colonia. Eam autem eiusdem nominis fluuius interfluit. Quàm truculenter vexata sit ab Antoniãis militib', Cicero Philippica XIIII. atteſtatur: Declarauit, inquit, in calmitate Parmensium, quos optimos viros, hõestissmosq; homines maxima cũ autoritate huius ordinis R. Q. P. dignitate cõiunctos crudissimis pœnis interfecit. *Et Paulo infrà:* Quæ L. Antonius in Parmensium liberis, & cõiugibus effecerit, refugit animus dicere P. C. eaq; reformidat. Qua enim vrbe tam immanis Annibal capta, quàm in Parma subrepta Antoniũs? *Abundabat aliàs Parmensis tractus plurimùm vellere, cuius meminit Martialis, cum inquit*

Tondet & innumeros Gallica Parma greges.

Nobilitata est hæc vrbs præclaris ingenio viris C. Cassio scilicet, qui ab epistolis fuit C. Cassij qui C. Cæsarem interfecit. Cassio altero centurione, & Cassio poeta. Falsò autem Macrobium qui Saturnalia scripsit, Parmenses adscribunt sibi. Quando ipsemet in suorum librorum præfatione non Italum se, sed peregrinum fateatur, cum ait: Se sub alio ortũ cœlo, quem Rom. sermonis vena non adiuuet. *Parma & Mutina coloniæ cos. M. Marcello deductæ sunt, adscriptaq; singulis bina millia hominum in agrum qui proximè Boiorum, antè Tuscorũ fuerat. Octona iugera Parmæ, quina Mutinæ acceperũt. Deduxerunt triumuiri M. Aemelius Lepidus, T. Ebutius Carus, & L. Quintius Crispinus. In Parmẽsi agro mons est Ceritus cum castro munitissimo. Montẽ Ceruchum vocant. Cui dominatur comes Paulus Taurellus cum natalium splendore, tum literarũ & morum elegãtia celebratissimus. Guido huic Tristanus fuit rei bellicæ scientissimus. Hic enim Genuates Vicecomitũ imperio subegit. Tametsi partem laudis Franciscus Carmaneola eripere conatus sit. Conditiones enim pacis, & fœdera per Guidonẽ Taurellum incepta Carmaneola à Philippo Vicecõmite missus perfecit. Verùm repudiato rursus Carmaneola Ligustica classi Taurellus secũdo præficitur in Alphonsũ. Qui triremibus præteruectus quanquàm aspera & ferè intractabili hyeme Caietanũ sinum innauit. Mox vrbes omnes & Neapolim ipsam, quæ Tyrrheno mari alluuntur, eiectis inde Hispanorũ præsidijs occupauit, & Vicecomiti stipendiarias fecit. Carmaneola postquam palatium illud in quo Mediolani annona venalis exponitur, ferè perfecisset, à Vicecomite ad Venetos transfugit: & Venetijs tandem proditionis suspectus capite mulctatur, vir bello & pace præstantissimus. Inter Placentinum & Parmensem agrum sal à puteis hauritur, & in vsus quotidianos excoquitur, loco nomen est Salsula. hinc etiam statis quibusdam temporibus Naphta reperitur. Secundum Padum Guastalla est oppidum præcipuũ cum castro munitissimo. Mox est Brixellum, quòd Autharis Longobardorum rex ferè vastauit, mœnia à fundamentis disiecta sunt: quòd Docirudphum Longobardum cum manu satis valida recepisset. Qui inde fugiens Ravennam profectus est. Inter Brixellum, & viam Aemiliam Tannetum fuit olim Boiorum ciuitas metropolitana: nunc vicus satis contractus. Cuius præclara mentio certatim fit ab autoribus præsertim à T. Liuio libro suarum historiarum primo & vigesimo:* Ita (inquit) diuisæ copiæ, Boiisque in agrum suum Tannetum profectis. *Hoc in loco Buccelinus præfectus copiarum Theudeberti regis vlteriorum Gallorum, qui auxilio Getis siue Gotthis contra Insubres accesserat, vastatum Mediolanũ à Narsete graui bello, & superatus est, & extinctus. In Tannetino etiam agro Longobardorum equitum decẽ millia Totilam Gotthorũ regẽ cum vniuerso exercitu trucidarunt. Transeo nunc ad Rhegium Lepidi, triumuiratus illius, quo omnis Italorũ nobilitas penè sublata est, monumentum luctuosissimũ non procul à Crustulo amne. Quæ loca qualia fuerint ipsa Annibalis, Strabonẽ audite:* Magna, *inquit*, in tra Padũ pars paludib' obtinebatur, per quas Annibal magnis difficultatibus iter fecit in Tusciam. Cæterùm M. Scaurus deductis ex Pado vsque in Parmẽsium agrum fossis nauigationibus commodis paludes ipsas exiccauit è campis. Per Placen-

tina quidem arua Trebia Padum influens

Digitized by Google

fluens, aliiq; item complures antè fluuii vltra A modum pleniùs stagnant. *Hac Strabo. Secus Padum Hostilia est: cuius incola apibus olim maximè oblectabantur: & pabulo illis in vicinia deficiente nauibus imponebant alueoria, atq; inde soluentes per Padum qui (vt iam dixi) proximus illabitur, ad quinta millia passuum noctibus contrario fluctu procedebant: aurora aduentante in terram sistebant, donec dies illuxisset. Illa visa luce egrediebantur ad pabulum, pasteque ad naues redibant. Eo tractu depasto noctu semper locum mutabant, nec ad propria reuertebantur, nisi nauibus pressis B pondere mellis plena alueoria intelligebant & hac ratione domum reuectis, mella eximebantur & composita, & optima.*

De Gessatis populis.

Caput III.

Qui nunc Romanioli dicuntur, fuêre olim Gessata: quorum origo defluxit à transalpinis, habitabantq; non procul (vt Polybius attestatur) à Rhodano: qui cum Bellouesso in hanc Citeriorem Galliam irrupe- C runt, & expulsis Tuscis, quicquid telluris inter Adriaticum littus & Rhenum Bononiensem iacet, occuparũt. Hi peculiare fuerat suo periculo bella conficiunda suscipere: & vt nudi in certamen prodirent. Iccirco Gessata dicti: qua vox sortem significabat. Gessatarum meminerunt Strabo, & Polybius. Vrbium Gessatarum nulla habetur mentio: verum quæ nunc sunt ferè à Romanis & aliis Italiæ populis condita sunt. Ferraria enim, vt scitis, à Smaragdo Italiæ Exarcho post translatum in Thraciam Ro. Imperium edificata est: quæ nunc Esten D sium ducum & ingenio, & opibus adeò exculta est, vt inter vrbes Italiæ primarias nunc haberi possit. Non procul à Bononia Forumgallorum fuerat, & fortasse inter Boios: vt colligere potuis ex verbis Appiani Alexandrini: Mansit, *inquit*, itaq; iuxta campum in villa quadam nullo circumsepta vallo, quæ Celtarum forum nuncupatur. *Huius etiam vici meminit Sergius Galba, cum inquit:* Antonius ad forum Gallorum suas copias continebat. *Vbi nunc hic vicus sit, alibi dicetur. Non procul ab hoc pago M. Antonius E Pansam Cos. suis abditis per syluestria via Aemilia fudit, quo in prælio Cos. vulnere affectus intra paucos dies naturæ concessit. Versus Adriam Rauenna est vrbs à Thessalis condita: qua diu Gothis & Longobardis obstitit, circa Rauennam Hispani à Gallis deuicti sunt, & Gallorum vires adeò protriti, vt à paucis diebus vltra Alpes amissis ducibus se receperint. Plinius Sabinorum oppidum Rauennam vocat. Vmbrorum alii esse colonam volunt: quòd Thessali Tuscorum iniuriis contra eius gentium sæpius lacessiti introductis Vmbris illorum F hostibus discessere. Ariminum colonia Cisalpinam ab Italia Galliam separat: iccirco ambarum terminus: non sum tamen nescius Galliam ad Anconam vsque à Pomponio Mela produci. Cesenna & ipsa vrbs antiqua vino optimo nobilis. In hoc tractu esse ait Strabo vasa vinaria adeò magna, vt domos altitudine videantur æquare. Sarsina vel solo Plauto, cui palma inter Comicos daretur, nisi Cæcilius Mediolanensis eam arripuisset, celeberrima est. Forum Cornelii nunc Imola dicitur. Hanc recto ordine sequitur Faventia, quam Totilas à fundamentis euertit. Forum Liuij Gallo poëtæ Vergilij amicissimo nobilitatum est. Hinc non longè fuit Adria: de qua hæc Str[illegible]: Adriam quidem inclytam ciuitatem fuisse memoriæ proditum est, à cuius nomine modica transpositione sumpta. & sinus appellatus est Adriaticus. Tametsi nomen hoc ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, hoc est, à viro, Theopompus descendere testetur. Adriam verò vicino fluuio dictam putat. Iuxta Adriam ponit Epiterpum, Ordiam, & Vcetiam, quæ omnes bellis potritæ interiêre. Butrium Rauennatum Castellum fuit. Altinum inter paludes est. Spina tempore Strabonis vicus etiam erat: at quondam Græca ciuitas, & quidem celebris ibi Delphis Spinensium thesaurus commonstratur: aliaq; de ipsis memoriæ mandata sunt, nempe apud quos maris erat imperium. Eam (vt traditur) vnda maris alluerat, nunc locus* LIX. *à mari stadiis distans in mediterraneo iacet. Qua interierint gentes per Gessarum & Boiorum tractum, coniectari facilè possumus ex Plinio: qui has gentes per hæc loca recenset, quæ hoc tempore deletæ sunt, vt Forodeclienses, Limenses, Pompeii, Truentinoni, qui cognominantur Aquinates, Tamnetani, Veliates, & ipsi Boii, præter Bononiam. Quorum tribus* CXII. *fuisse auctor est Cato. Plutarchus in vita Claudii Marcelli in hac citeriore Gallia Iberos etiam ponit. Eius hæc sunt verba:* Hiberi gens Gallica est, qui vicinam Alpibus pascuntur Italiam: qui quâquam potentes essent, & fortes per se, Gallorum tamen aliorum auxilium, vireſque implorabant, quos militiam agentes mercede Gessatas appellabant.

De Senonibus.

Caput IV.

Senones & ipsi sub signis Bellouesi Alpes transeuntes extremum Cisalpinæ Galliæ angulum, qui Tuscis est proximus, occuparunt, diuq; in Italia sub regibus fuêre: è quibus Brennus fuit: cuius auspicio Cisalpina Gallia Romam, præter Capitolium, incendiis consumpsit. Horum agrum, qui ab Ancona principium habet, primò Siculi, & Liburni tenuêre: in primis Palmensem, Pratutianum, Adrianum. Vmbri eos expulere: Hos Hetruria, hanc Galli. Senonum in Citeriori Gallia metrocomia fuit Senogallia, quasi Senones Galli. Hæc ætate vrbecula est. Non procul hinc est Metaurus fluuius. Deinde est Pisaurum cum amne. Fanum Fortunæ colonia: nunc Marchia, Anchonitana olim Picenum. Hæc sunt eruditissimi viri simul & humanissimi, quæ, vt vobis obsequerer, de Cispadana Gallia ab auctoribus excerpsi.

De Alpibus.

Caput V.

HAec cum dixisset Otho, decurso velut suæ laboris spatio, subtacuit. Tunc Bonaventura, Quoniam, inquit, estis in regno meo, videor mihi pro facilitate vestra posse me tyrannidem exercere. Id cùm silentio omnes affirmassent, Puellam huc formosissimam, inquit, Castillionæus, sine vestibus adduxistis: Cum itaq;

Digitized by Google

ipse mystia sim, nolo ipsam intueri, ni ab aliquo vestrum vestiatur prius. Quamobrem pro mea, quae in te semper fuit singularis observantia, cum propter necessitudinem sanguinis, tum propter eruditionis cauterem obsecro te Nicolae Castillionee, ut Alpium, quibus hac nostra Gallia indui videtur, nomenclaturam nobis absolvas. Locum, inquit Castillionaeus, precibus non relinquam tuis, qui mihi ac charissimis charior: verum, ut brevitatis imitator sim tua, rem ipsam aggredior. Alpes quarum pro disiunctione locorum diuersa sunt nomina apud Latinos, Graeci sola appellatione Cimenios montes vocant. Ab eodem autem loco & Alpes & Apenninus initium capiunt. Strabo ad Genuam Ligurie metropolim, & Occidentis emporium frequentissimum, alpium & Apennini exordium reiicit. D. autem Brutus ad Vada Sabbatia: & hallucinari ne videar vobis, eius verba subiungam: Ille enim it passim, ego ordinatim, quacunque iuit ergastula soluit, homines arripuit, constitit nusquam priusquàm ad Vada venit. Quem locum volo tibi esse notum. Iacet inter Apenninum & Alpes impeditissimus ad iter faciendum. Videtis ergo harum regionum loca à Latinis, quàm à Graecis diligentius excuti. Ipsum autem Apenninum à bouum vel copia, vel praestantia dictum crediderim. Apis enim Aegyptiorum lingua (ut vult Solinus) bouem significat. Titus autem Liuius ab Hercule, cui in summo montis vertice cultum maiores nostri Pennum vocabant, nominatum putat. Explodenda est eorum opinio, qui à Poenorum transitu, tanquam hic mons ante Annibalis aduentum in Italiam nomine caruerit, hac inga dicta arbitrantur. Sed id grammatici viderint, quibus mos est contendere de lana (quod aiunt) sepe caprina. Dionysius Afer hunc montem sic describit:

Μίσην δ' ἀμφοτέρων ἀπαπίπτει αὐχένις αἶα
Πυλυέλης. τὴν μὲν τε μίσην ὄρος ἀνδιχα τέμν
Ὀρθὸν ἀτ' ἐκ βάθμης ἰθυμμέδιον. τὰ δ' ἄν ἑκάτερα
Ἡεμαμιήκιστος ἐπειρήσατο φύσις ἀθλίης
Οὔρεϊ ἀπειρέσιον κικλήσκουσι. Id est:

Hunc verò sequitur Ausonia ora, quâ mons quidem elatus admodum, & extensus vt statera per medium secans, atq; illum ab omni latere circũsepiens miro quodam ornamẽto, & insuperabili propè munimine vallauit. Nullus vnquam architectus vidẽs negare poterit, quin fuerit Mineruæ opus. Illum incolæ Apenninum vocant. Hac de Apẽnino dicta sint: ad Alpes, quibus à Gallia, Germaniaq; & Pannonia dividimur, accedo. Verùm quoniam omnis mea de Alpibus futura est oratio, placet antè disserere, unde Alpes dicantur: omnes enim (vt inquit Cicero) quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci, vt facilius intelligatur, quid sit id, de quo disputetur. His igitur, quos in vicinia videtis, montes, Alpes nominantur: quòd maiores nostri (vt Seruius attestatur in quarto Aeneidos) montes altos Alpes vocárent. Quæ appellatio hac etiam tempestate Apennino, quà per Calphurnianum saltum in Tusciam trãsitur, indita est. Coelius Chalcagninus Alpes dictas putat à perpetuo niuium candore: ἄλφος enim maculam alba in corpore significat. Festus Vitiligenem vertit, & alio nomine λευκὴν dicitur, tametsi λευκὴν Profundius descendat: ἄλφος autem tantum superficiem immutat. Caeterum (vt me ad prima recipiã) Alpes vel à vicinia vt maritimæ, vel à regibus vt Cottia, vel ab altitudine vt summæ, vel à populis vt Rhetica, & Leopontia, nomina sunt sortita.

De Maritimis Alpibus,

CAPVT VI.

Erunt igitur maritimæ Alpes, quæ à Vadis Sabbatiis ad Monaci portum, & hinc & ad Varis fluminis hostia longis anfractibus, & lunatis cornibus extenduntur. Inter Genuam & Vada CC. & LX. stadia intersunt. Inde ad CCC. & LXX. stadia Albingaunum est oppidum: quod Merula flumine abluitur: hac autem tempestate Centa, quòd centum riuis augescat, nominatur. Hinc ad Monaci portum stadia CCC. & LXXX. In quorum medio Albion est Intemelium historicorum monumentis celebratissimum, cum quòd per tempora Ciceronis Intemelii Bellienum Demetrio Vernam in vincula coniecere, quòd Domitium quendam virum adprimè nobilem, & C. Caesaris hostitem à contraria factione nummis acceptis strangulauerat, vt autor est Coelius: tum quòd fortunas huius oppidi Othoniana classis per mare Ligusticum excurrens præda exposuit. cũq; torqueretur mulier à militibus, vt, quem ipsa inter latebras abdiderat, filium proderet, viterum tortoribus ostendens, In hoc, inquit, latuit. Itaq; mors parentis filio vitam tulit. Ab huius oppidi nomenclatura nonnulli arguunt: quòd à Sabbatiis Alpes initium capiant. Albia enim prioribus seculis dicebatur Albia Intemelia: sicut & Alpionia. Namq; hoc tempore (verbis vtor interpretis Stabonis) in lapodes, mons excelsus horum vltima attingens, & Alpes ipsas Albium nominant, perinde ac eò vsq; extendantur Alpes. Monœci autem portus nec magnarum, nec multarum nauium capax est. Hic olim venerabatur Hercules: & ab eo nomen oppido inditum est. Hinc recto itinere ibatur ad Augusti trophæa: quam nunc villam Francam vocant. Mox est Sallyum Nicæa. Ab hac vrbe brevis est transitus ad Visionem, & hinc Anaonem, mox Antipolim: deinde ad Forum Iulii Octauianorum coloniã Paulino Suetonio, & Iulio Agricola celebratissimam. A Foro rursus Iulii navigatur per Sambracitanum sinum Citharistam, Imatram & Massiliam. Huc vsq; Liguria protenditur, si Trogo & Eustathio id scribentibus credimus. Inter Massiliam & Antipolim Sallyes Alpes tenent. Alciatus tam de re literaria, quàm quis alius vnquàm benemeritus, putat Alpes maritimas etiam Graias dici, quod per eas Hercule duce Graeci transierint. Ego (pace tamen tanti viri dixerim) Alpes Graias esse putauerim, quæ à Segusio in Augustam Prætoriam protenduntur, autore Plinio, qui ait eam vrbem in faucibus Graiarum, Penninarumque Alpium sitam esse: per quas petimus Genuam in ripis Lemani lacus, vnde Alemani dicti sunt.

Deco

De Coctiis Alpibus.

CAPVT VII.

INter Graias & maritimas Coctiæ sunt Alpes, in quarum exitu versus Italiam Segusium est. Eas Am. Marcellinus ita describit: Hanc Galliarum plagam ob suggestus montium arduos, & horrore niuali semper obductos orbis residui incolis antehac penè ignotam, nisi quà littoribus est vicina munimina claudunt vndique natura velut arte circundata, & à latere quidem Australi Tyrrheno alluitur, & Gallico mari: quæ cœleste suscipit plaustrum, à feris gentibus fluentis distinguitur Rheni: vbi Occidentali subiecta est syderi Oceano, & altitudine Pyrenæi surgit. Vnde ad Solis ortus attollitur aggeribus Coctiarum Alpium, quas rex Coctius perdomitis Galliis solus in angustiis latens, inuiaque locorum asperitate confisus lenito tandem timore in amicitiam Octauiani receptus principis, molibus magnis extruxit ad vicem memorabilis muneris compendiarias, & viantibus opportunas, medias inter alias Alpes vetustas, super quibus comperta paulò postea referemus. In iis Alpibus Coctiis, quarum à Segusio oppido initium est, præcelsum erigitur iugum, nulli fere sine discrimine penè tractabile. Est enim à Galliis venientibus prona humilitate deuexum pendentium saxorum altrinsecus visu terribile, præsertim verno tempore, cum liquente gelu, niuibusque solutis flatu calidiore ventorum per diruptas vtrinque angustias & lacunas pruinarum congerie latebrosas, descendentes cunctantibus planctis homines, & iumenta procidunt, & carpenta. Idque remedium ad arcendum exitum repertum solum, quod pleraque vehicula vastis funibus colligata ponè cohibente virorum vel boum nisu valido vix gressu repentè paulò tutius deuoluuntur. Hyeme verò humus crustata ftigoribus, & tanquam leuigata. ideoque labilis ingressum præcipitantem impellit, & patulæ valles per spatia plana glatie perfidæ vorant nonnunquam transeuntes: ob quæ callidi eminentes ligneos stylos per cautiora loca defigunt, vt eorum series viatorem ducat innoxium: qui si niuibus operti latuerint, montanis defluentibus riuis euersi graues agrestibus præuiis difficile peruaduntur. *Hæc Ammianus. Ex quibus verbis explodenda est nonullorum, præsertim Baptistæ Egnatii, opinio, qui arbitrati sunt, Alpes Coctias eas esse in quibus Genua Ligurum nunc metropolis continetur.*

De Saltu Iuliæ Alpis.

CAPVT VIII.

SAltus Alpis Iuliæ non in Italiam descendit, sed à Coctiis Alpibus excipitur. Incipit autẽ à Tricastinis & in Tricorios descẽdens viatorẽ sistit in Coctium. Per hunc saltum scribit Titus Liuius in Cisteriorem Gallium Bellouesſum se recepisse: fugasseque Tuscos acie victos ad Ticinum amnem. Hicq; nodus causse fuit multis erroris, putantibus Iulia Alpis Saltum, & Iulias Alpes eandem esse per Alpes viam. Quis enim est, qui non sciat Tricastinorum Augustam inter Narbonenſis Galliæ vrbes à Plinio numerari inter Albam Heluorum & Anatiliam non procul ab Aptaiulia?

De Graiis Alpibus, quæ & Gratæ dicuntur ab aliquibus.

CAPVT IX.

GRaiæ Alpes à Coctiis initium capiunt, & extenduntur vsque ad Augustam Prætoriam. Paulus Iouius vir cum miri candoris, tum eruditionis has Penninas esse contendit. Cuius auctoritati non audeo refragari, quando ferè constet ex lectione Ptolemæi, Caturiges esse in Graiis Alpibus. Verum ex lectione Titi Liuij secus apparet, vt mox dicemus. Ex itinerario Antonini Pij habemus Tarantasiam & Octodurum esse in Graiis Penninisq; Alpibus: cuius incolas alij Centrones, Centronesalis nominant: quos Strabo post Salassos collocat his verbis: Post Salassos sunt Ceutrones, & Caturiges, & Veragri, & Nantuatæ. *Octodurus pagus nunc est sancti Mauricij non procul à Rhodano, vbi is se in Lemanum lacum exonerat.*

De Penninis Alpibus.

CAPVT X.

TItum Liuium si sequimur, facilis erit coniectura Penninas Alpes exordium sumere, & finiri ad Sesitem fluuium: cuius hæc sunt verba: Id cum inter omnes constet: eo magis miror ambigi, quànam Alpes transierit: & vulgò credere Pennino, atque inde nomen & iugo Alpium inditum, transgressum. Cœlius per Cremõis iugum dicit transisse. Qui ambo saltus eum non in Taurinos, sed per saltus montanos ad Libuos Gallos deduxissent. Nec verisimile est, ea tum ad Galliam patuisse itinera: vtique cum quæ ad Pẽninum ferant, obsepta gentibus semigermanis fuissent. *Hæc ille. Si ergo Pennina iuga sepia sunt semigermanis gentibus, quæ Heluetii sunt, quis dubitat Penninas crepidines initium capere ab Augusta Prætoria? falliqueloquium virum alioqui doctissimum? Omnes ferè tamen autores aiunt Annibalem in Italiam penetrauisse per Penninas Alpes. Vt Seruius in illo Vergilii carmine,* Alpes immitet apertas. Quas patefecit non sibi tantùm, sed omnibus gentibus: quæ secundum Catonem & Liuium muri vice tuebantur Italiam, Easq; Annibal post bella Hispaniæ quæ decem & septem annis confecit, aceto rupit. Iuuenalis, Qui montem rupit aceto. Denique loca ipsa quæ rupit, Penninæ Alpes vocantur, *Quàm liquido hanc conuersam Seruius tollat, nemo est ex vobis qui non agnoscat. Cuius opinioni calculum adiecit Am. Marcellinus:* Quæ Annibal, *inquit,* doctus à perfugis, vt erat expeditæ mentis & callidæ *(loquitur enim de Penninis Alpibus)* Taurinis ducentibus accolis per Tricastinos & oram Vocontiorum extremam ad

saltus Tricorios venit, indeque exorsus aliud iter antehac insuperabile fecit: excisaque rupe in immensum elata, quanquàm cremando vi magna flammarum, acetoque infuso, quæ in solidis soluit per Druentiam flumen gurgitibus vagis in totum regiones occupauit Hetruscas. *Cur autem Pennina Alpes dicantur, diuersa est opinio. Alii siquidem à transitu Pœnorum dictas putant. Plures ab vno vel acri incola iugi eius, norunt nomen inditum. Plurimi verò ab eo, quem in summo sacratum vertice Herculem Penninum montani appellant. Quorum opinionem Petronius Arbiter his versibus affirmat:*

Exuit omneis
Quippe moras Cæsar, vindictæq; actus amore
Gallica proiecit, Ciuilia sustulit arma.
Alpibus aëriis: vbi Graio nomine pulsæ
Descendunt rupes, & se patiuntur adiri.
Est locus Herculeis sacer aris, hunc niue dura
Claudit hyems, canoq; ad sydera vertice surgit:
Cœlum illinc cecidisse putes, non solis adusti
Mansuescunt radii: non verni temporis aura
Sed glacie concreta rigens, hyemisq; pruinis
Totum ferre potest humeris minitantibus orbē.

Per has Alpes transisse C. Cæsarem idem refert Arbiter: quanta difficultate is per Pennina loca euaserit, his versibus expressit:

Sed postquam turmæ nymbos fregere ligatos,
Et pauidus quadrupes vndarum vincula rupit,
Inçaluêre niues: mox flumina mōtibus altis (res.
Vndabāt modo nata. sed hæc quoq; missa puta-
Stabant, & iuncta fluctus stupuere pruina,
Et paulò antè lues iam concidenda iacebat.
Tum verò malefida prius vestigia lusit,
Decepitq; pedes: passim turmæque, virique
Armaque congesta strue deplorata iacebant.
Ecce etiam rigido concussæ flamine nubes
Exonerabantur: nec rupti turbine venti
Deerant: ac tumida confractum grandine cœlū.
Ipsæ iam nubes, ruptæ super arma cadebant,
Et concreta gelu ponti velut vnda ruebat.
Victa erat ingenti tellus niue: victaque cœli
Sydera: victa suis hærentia flumina ripis.
Nondum Cæsar erat: sed magnā nixus in hastā
Horrida securis frangebat gressibus arua.

De summis Alpibus.

CAPVT XL.

MEminit summarum Alpium Raymondus Marlianus: sed quæ sint, non satis apertè declarat. ait tamen has aperire voluisse C. Cæsarem, vt commodiore itinere à Citeriore Gallia in Veragros esset trāsitus. Hac igitur coniectura ducti alii eas esse arbitrantur, quibus est initium à Sesite, & finis ad Verbanum. Inq; iis esse aiunt Varalle Alpinarum gentium celebris præfecturæ municipium, & Ocellum, quæ nunc Ocellana domus appellatur. Ambo in Nouariensi agro sita. Iuxta Ocellum amnis Athiso dilabitur, exonerat q; se in lacum Verbanum. Non silentio inuoluendus est & Titi Liuii, & L. Flori error: qui decepti similitudine nominis & Athisonis, & Athesis, Cimbros à Romanis in agro Veronensi deuictos fuisse, scripsere. Et si qui ex vobis hoc mihi credit minus, pedē referat (vt interim taceam Castra Mariana pagum in agro Nouariensi, & Diuia Eusebii Cæsariensis) ad monumenta Plutarchi: qui ait Cimbros à Lepontiis & Rhetis vlteriùs euagari prohibitos, per Alpes descendisse, in quibus est Athiso. Quæ praterea ratione Sicciani populi, quorum metrocomia est Varalle, inter Alpes Teutonum regulos interceptos ad C. Mariū vinctos adduxissent, si hac apud Athesim gesta extitissent? sed redeo ad Alpes rursus quamuis desissus vestram tamen in gratiam, vt intelligatis apud me esse antiquo nihil, quam amicorum desiderio pro viribus obsequi. In eisdem Alpibus est Mastaleo fluuius, qui in Sesitem penes Varalle precipitatur. Non procul hinc est Bormanicum, oppidum à Gallis (vt non absurdum est credere) Narbonensibus conditum: quando apud Plinium legatur Bormanicum in ea Gallia; non procul à Caballione inter aream, & Maximam.

De Leopontiis Alpibus.

CAP. XII.

HAs recto tramite Orientem versus Leopontiorum Alpes sequuntur. quas ex sententia doctissimi Alciati eas esse diffiniemus, vbi sunt Suitenses: quibus ex Bilitionis castro in ripis Ticini antequam Verbanum ingrediatur, Claronam rectè tendimus. Bilitio hac tempestate Belinzona dicitur: quæ aliàs Insubrum parebat Imperio: verùm Sforciacorum ignauia ducum cum pluribus aliis castris in ius Heluetiorū rediit. Leopontiis Gracam esse originem Plinius fatetur.

De Rhæticis Alpibus.

CAPVT XIII.

LEopontiarum Alpium finis Rhæticis est initium. fuere autem Rhæti ex his Tuscis vetustioribus, qui Galliam Citeriorem ante Romanorum arma incolebant, & postmodum pulsi à Bellouesso Celtarum rege in præruptas Alpium crepidines se recepere. Rhætorum metropolis est Curia. Celebrantur vina Rhætica à Vergilio, cum inquit:

Et quo te carmine dicam Rhetica?

Rheticis enim præcipuus honor fuerat, vt Plinius scribit, ante Tiberium Cæsarem, qui ob nimiam vini ingurgitationem dictus est Biberius Mero. Rhæti hac tēpestate Grisones appellatur. & quanquàm fuerint duce Rhæto, à quo & nomen accepere, Tuscorum coloni: in linguam tamen & mores Heluetiorum transierunt. In exordio Rhæticarum Alpium Vallis est Volturena Catonis commendatione celebratissima. Per eam in Larium se fluuius Adduas exonerat. Quanta sit harum Alpium altitudo, mira ingenii vbertate Claudianus his versibus expressit.

Sed latus Hesperiæ, qua Rhætia iungitur oræ,
Præruptis ferit astra iugis, panditq; tremendam
Vix æstate viam: multi cecu Gorgone visa
Obriguere gelu: multos hausere profundæ
Vasta mole niues: cumque ipsis sæpe iuuencis
Naufraga candenti merguntur sæpe baratro.

De Tri

De Tridentinis, Iuliis, & Carnicis Alpibus.

CAPVT XIIII.

TRidentinas Alpes recenſet Plinius in libris Naturalis hiſtoriæ, quas eſſe conſtat, vbi eſt Tridentum. In Tridentino tractu vrbem condidit Anaſtaſius Conſtantinopolitanus Imperator. Huius rei teſtem habeo ipſius Anaſtaſii edictum ad circumuicinos Tridentina regionis in hanc ſententiam ſcriptum. NECESSITAS PVBLICA multorum debet deuotione compleri: quia non decet paucos ſuſcipere, quod conſtat plurimis expedire, ne regia iuſſa tepefacta lenteſcant, dum res vtilis delegatur infirmis. In Tridentina ergo regione ciuitatem conſtrui noſtra præcipit autoritas. ſed quia territorii paruitas magnitudinem operis non poteſt ſuſtinere: hoc ſolicitudo noſtra proſpexit, vt acceptis mercedibus competentibus podaturam murorum omnes in commune ſubuehatis, qui vicinitate iungimini, vt accommodato ſolatio ſecurius compleatur, quod paucis inexplicabile fore cognoſcitur. Hac ſcilicet cõditione definita, vt nullus ab his oneribus excuſetur, vnde nec omnia domus excipit. Hæc ille. Verùm, quæ fuerit hæc vrbs, quam condi mandauerit in Tridentina regione, adhuc ignoro. Tranſeo igitur ad Iulias Alpes, quibus ex Foroiulii tranſitur in Noricum. Eas iis verbis Am. Marcellinus deſcribit: Poſtea res Latio patefactæ ſunt carentes aditibus: quæ aliquoties dant magnorum Ducum repellere conatus, & pars quæ Illyricum ſpectat mollius edita, velut incauta ſubinde ſuperatur. Latus verò è regione oppoſitum Thraciis prona humilitate diruptum, hincque & inde fragoſis tramitibus impeditum difficile ſcanditur, & nullo vetante. Sub hac altitudine aggerũ vtrobique ſpatioſa campo rum planicies iacet ſuperior, aduſque Iulias Alpes extenta ita reſupina & panda vt nullis habitetur obſtaculis, aduſque fretum & Propontidẽ. Alpium extremæ ſunt Carnicæ, vnde Iulius Carnicus. Quanto Rom. ſanguine hæc loca per tempora Dñi Hieronymi aſperſa ſint, ipſe declarat iis verbis. Horret animus temporum noſtrorum ruinas perſequi. Viginti & eo amplius anni ſunt, quòd inter Conſtantinopolim, & Alpes Iulias quotidie Romanus ſanguis effunditur: Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Daciam, Theſſalonicam, Achaiam, Epiros, Dalmatiam, cunctasque Pannonias, Gotthus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Vuandali, Marcomani vaſtant, trahũt, & rapiunt. Miror non adieciſſe illum Ciſalpinã Galliam, quam à Marcomanis vaſtatam fuiſſe, præſertim Inſubrum agrum circa Mediolanum, refert Flauius Vopiſcus, qui poſtmodum Aureliano imperante tanta clade Romanos ad Placentiam affecêre, vt penè Romanum ſolueretur Imperium. Gignunt Alpes plures feras. Polybius autor eſt belluam in eis gigni, quæ habitu quidem eſt ad ceruũ ſtaturã collo duntaxat excepto, & villis, quibus capro perquàm ſimilis eſt: geritq; ſub mento carnis globum ad palmi magnitudinem capilloſum: huic caudam equini pulli eſſe tradit Polybius. Habent & Alpes lepores candidos, quos hybernis menſibus pro cibatu niuem credunt eſſe: certè liqueſcente ea rurſus annis omnibus. Item boues & equos agreſtes. Naſcitur quinetiam in Alpibus ſaluunca, herba verius quam flos. Pannonia gignit hanc quoque & Noricus, Alpinarumque aprica vrbium. Hippopedes tantæ ſolidatis, vt metallum eſſe cœperis, veſtibus eam interponi gratiſſimum eſt.

De nonnullis fluminibus, & lacubus Ciſalpinæ Galliæ.

CAPVT XV.

EMontibus, quos Salaſſi colunt, duæ defluunt Duriæ: inter Auguſtam Taurinorũ & Clauaſium Morgus eſt, qui nunc Orchus appellatur: & fluuius alter quem Sturiam nominant. Inde eſt Seſites, quem Sicciam etiam vocant, vnde Sicciani populi. Mox eſt Aconia inter Nouariam, & Seſitem. Et inter hanc & Ticinum Terduplus. Ticini Verbanus emittit: cui ob latitudinem Maioris cognomen eſt indutum. Forma ipſius lacus coclea ſimilima eſt lunatis quibuſdam cornibus biceps, alibi trigõa: habet longitudinis ſtad. CCCLXIIII. Latitudinis verò XXXII. Quibuſdam in locis ita arctatur, vt vix mille paſſus excedat: aliis tria, aut bina paſſuum mil. Natura interdum ita placidus eſt, vt etiam nautarũ negligentiam ſuſtineat: ſæpenumero ita contracta frõtis eſt, & æſtuantis, vt eorundẽ peritã audaciam deterreat. Scopulos habet nõ Ceraũnios, non Scyllaceos, aut Cianeis inferiores, qui ventis & vndis adeò oblatrãt, vt Vergilianũ illud per eas partes tranſeuntibus occurrat:

Et gemitum ingentem pelagi, pulſataque ſaxa
Audimus longè, fractasque ad littora voces:
Exultantque vada, atque æſtu miſcentur arenæ.

Huic lacui Ticinus ex Leopontinis Alpibus deriuans immiſcetur: tantoque impetu per Verbanum fertur, vt multo ſpatio ſupernatet. Regio circumadiacens adeò felix eſt, vt verna temperie, & herbarum luxuria facilè cæteris antecellat: & ideo non deſunt, qui Verbanum à verna temperie dictum putent. Huic exordium eſt ad Magadinum vicum: mox paulatim arctatur, inde erumpens vt Propontis expatiatur: iterum premitur, & denuo panditur vt mare Euxinum. Tandem ad Sextas calendas (vici nomen eſt, quem Sextum vocant) claudit ur: atque illinc Ticinus erumpit. Cæterum vndique frequentiſſimis municipiis, & portubus ornatur. Siquidem in ea parte, quæ Inſubribus eſt oppoſita, ſunt Locarnum, Aſcona & Inſulæ tuniculares duæ à copia eorum animalium in illis ſtabulantium dictæ: mox eſt Briſagum, deinde Canobium coriaceæ mercis emporiũ. Non procul hinc in profundo lacu ruinæ, & diſiecta fundamenta Caſtri Malpagi à prætereuntibus cõſpiciuntur: quod olim (vt ſcribit Machanæus in coſmographia Verbani lacus) à quibuſdam piratis, quos Mazarditas vocabant, ad iniuriam & populationem Verbanicolarum, conditũ feliciſſimo circũ adiacentium populorum euentu Mediolanienſes fu-

ses subuerterunt, piratis ad vnum saxo ad collum appenso submersis. Eregione Malpagi vestigiorum Isella sunt peninsula dua vulgatissimum piscatorum diuersorium. Ab Isellis Pallantiam transitur. Quam Volateranus Polentiam esse scripsit, fere nominũ similitudine deceptus. Hoc municipium ramus Verbani (ita nautæ appellant) longitudinis mil. pass. ambit. Illinc navigatur Intram, & ab ea mox Aronam: quam scitis cùm natura loci, tum arte munitissimam Gallorũ Transalpinorum exercitum excepisse sub Armiralo: q. eam & classe, quam ad hoc opus præparauerat, & terra oppugnabat: & tentata infeliciter, & sæpius expugnatione eam dereliquit. Dictam ipse crediderim Aronam, quasi oronam, hoc est, montanam. In littore autem quod Insubres tenent, sunt Machanum, vbi Machanæus vir eruditissimus, quem ipse in Augusta Taurinorum Plinium Naturalis historiæ interpretantem audiui, natus est: Louinium, Germignaca, Arx Traualia, Lauenũ, Acerra, Hisprium quasi asperum ob saxorum difficultates, & nouissimè Angleria Vicecomitũ titulo Comitatus insignis. Quam Philelphus ingratiã Philippi Vicecomitis ineptissime scripsit ab Anglo quodã ædificatam, eumq; Hectoris fuisse filium comminiscitur. Et hanc ob causam ipse Philelpho dementior velut ab Hectore genitus Angli cognomen assumpsit. Hìc cum subrisissent omnes, Castillionæus: Putemus, inquit, Marte potius Alciato ab Anglis Saxonibus, qui cum Longobardis in Italiam venerunt, esse & conditam, & denominatam Angleriam: vel saltem auctam. In hoc municipio cernere fuit (nam eorum partem Philippus Archintus ad exornationem ædium suarum Mediolanum transferri curauit) vetusta monumenta, elaboratos tumulos, vrnas, tẽpla, cryptas, porticus, columnas, idq; genus vetustatis insignia. Alpinarum (puto) gentium præfectura olim fuit: in qua sub Carolis, Berengariisq; Impp. ius dicebat, qui delectus fuisset ad hunc magistratum a Comite Mediolanensi, & hanc ob causam Vicecomes nominatus. à quo postmodum præclarissima Vicecomitum fluxit appellatio. Declinante enim Imperio Romano, cum Anastasius imperaret, inuenio vrbium, & prouinciarum alias per diuersos magistratus solitas regi. Prouincias per Comites, Romanam vrbem per Præfectum, Neapolim, & Syracusas rursus à Comitibus administratas fuisse, epistola Anastasii Imperatoris ostendunt. Rhatiis Alpibus Dux præerat, qui ferocissimis gentibus & agrestibus obstaret: erantq; Alpes illa per ea tempora Italiæ portio minima. Lego præterea fuisse Comites sacrarum largitionum: quibus prouinciarum indices audiebant: & quibus imprimendarum pecuniarum fuerat munus iniũctum. Erant & priuatarum actionum Comites, quibus demandabatur castitas iuuenum, & securitas mortuorum. Reperietis quinetiam patrimonii Comites, quorũ partes ostendit epistola Anastasii, cuius est initium: Antiqua consuetudinis ratio persuadet. Nec deerant domesticorum Comites. Qui igitur Comitis alicuius eo absente vices gerebat Vicecomes dicebatur. Similis est Vicedominorum familiæ nomenclatura: qua olim dignitatis potius, quam familiæ fuerat appellatio. Mercurium (vt redeam tandem vnde discesseram) ab Angleriatibus cultum fuisse plura monumenta sunt indicio. Qualia hæc sunt:

MERCVRIO
Q. VITALIS
QVINTIONIS FIL.
V. S. L. M.

Item alterum.

MERCVRIO
C. ALBINVS C. F. O. V. F.
MASCELLIO IIIIVIR. A. P.
PRÆF. I. D. IVDEX V. DEC.
NOMINE SVO ET IVLIÆ
INGENVÆ VXORIS ET
ALBINIORVM
IVLIANI MASCELLIONIS
INGENVÆ MONTANÆ
LIBERORVM SVORVM
V. S. L. M.

Porrò Verbani accolæ Mercurium colebant, non tam quòd mercibus, hortisque: quàm quòd aquis præesse putaretur à vetustioribus, & portuum custos. In Verbanum se lacum duo lacus exonerant: alter ab Occasu ex agro Nouarienſi, quem Orta lacum nominant: alter ab Oriente cui Lucano ex adiacenti oppido nomen est: ambo autem piſculenti admodum. Medio autem Verbanus est velut Alpinarum aquarum rex & dominator.

De Lario lacu, Addua, & aliis fluctibus Alpinis.

Cap. XVI.

Verbanum sequitur Larius eo maior longitudine, latitudine autem minor longè: quẽ alsi à fulicarũ copia dictum putant: λάφο; enim Græcis, nobis est fulica. Alciatus à suauitate larium denominatum existimat. Ego autem à Larone siue Larunte, qua vox Hetruscorum lingua (vt autor est Cato in Originibus) significat principem: Ad quam significationem Vergilius alluſisse facile quis mihi persuaserit, cum inquit:

An'ne lacus tantos? te Lari maxime?

Circa Larium sunt montes aspectu fontium, & oliuetis, ac citrorum copia suauissimi. Quorum delitias Claudianus his versibus expressit,

Protinus vmbrosa vestit qua littus oliua
Larius, & dulci mentitur Nerea fluctu.

In hunc lacum descendit Adduas ex Rheticis (vt iam dixi) montibus præcipitatus: vnde & Danubius, qui & Ister appellatur. Ipse autem fluuius hemicyclari forma agrum Insubrum circuit: ex quo Eurypum Franciscus Sforcia, huius nominis primus, Mediolanum deduxit. Inter quod & fluuium sunt populi Græca originis Orobii sub Insubribus. Adhuc extat antiquitatis vestigium nominis corruptio: siquidem mons Robius aliud est nihil quàm mons Orobiorum: qui nunc Briantei nominantur, quorũ metrocomia nũc est Vicus Martis. Adduas autem è Lario erumpens primo Glareãm Addua efficit, quam antiqui Fulcherias insulas vocabant, vt atteſtatur Georgius Merula, mirus antiquitatis vir ob-

vir obſeruator. Quo in loco me puero Veneti à Gallis Tranſalpinis, & Inſubribus auſpiciis Ludouici Gallorum regis funeſta clade protriti ſunt. Emicuêre eo in prælio Comitis Ludouici Barbiani, qui Inſubrum dux erat, vt atteſtantur hæc carmina, & fortitudinis exempla, & rei bellicæ peritia:

Hæc mihi quæ tenui manant è paupere vena
Fudit in Albrici noſtra Thalia decus.
Cuius poſteritas celebres mirata triumphos
Grandiſona forſan tollet ad aſtra tuba.
Nanq; Sophoclæo celebrari dignus honore,
Dignus & Andini carmine vatis erat.
Qualiacunque tamen non dedignabere: ſi te
Tangit honos atqui, fama, decusque tui.
Hic Decios, alter Fabios miretur in armis,
Et geminos belli fulgura Scipiadas.
Aetatum quoſcunque gradus percurreris, ille
Hæreat ingenio, conſilioque tuo
Nam licet ad laudes nullo accendaris Achille,
Sæpe iuuat celeri ſubdere calcar equo.
Auguror, illius ſummos æquabis honores,
(Certa fides) vatum pectora numen habent.
Addula non negat hoc, cuius tua dextera nuper
Sanguineas Veneto ſanguine fecit aquas.
Fluminis in ripa Venetæ vlteriore ſuperne
Metati fuerant ordine caſtra Duces.
Eminus hinc magno tormenta excuſſa fragore
Grandinis in morem regia caſtra petunt.
Sternuntur paſſim peditũq; equitumq; cateruę,
Aerea & in trepidos machina ſæuit equos.
Haud tantam paſſus ſtragem ſpectare ſuorum
Rex pius, hinc ſubitò territa caſtra mouet.
Forte tripartito dum digerit ordine turmas,
Et parat in toto figere caſtra loco:
Incidit in Venetas acies, agmenq; ſupremum:
Nec mora, pugnandi copia vtrinq; datur.
Tollitur in cœlum clamor, pugna aſpera ſurgit:
Terribili ſonitu territat arua tuba.
Qualiter ætherea fulmen torquetur ab arce,
Iuſta Panompheum cum quatit ira Iouem.
Taliter aduerſis audaci pectore ſignis
Fulminat Adriaci dextra cruenta ducis.
Pellitur ecce gradu turpi formidine pubes
Gallica, & attonito pectore Vaſco fugit.
Vicimus, exclamat paſſim Liuianus: & inde
Pugnat ad exemplum cætera turba Ducis.
Inſtat, & hortatur Latias in bella cohortes,
Atq; alacer multa cæde cruentat humum.
Bis pulſi ceſſêre equites, bis terga dedêre:
Bis pallor viſus Regis in ore fuit.
At tibi Barbiacæ lux ô clariſſima gentis
Venit in Adriacas impetus ire manus.
Inuictiq; ducis vim vi detrudere, & ore
Comminus intrepido conſeruiſſe manus.
Horrifico nec te terrent tormenta boatu,
Quæq; volant docta ſpicula miſſa manu.
Nec quòd penè puer dubium certamen inires,
Vſqueadeo dulci laudis amore furis,
Vt ferrum ferro admotum, & dextera dextræ,
Non referam dederis quod Ludouice neci.
Talis in Hectoreas ibat furibundus Achilles,
Talis in Argolicas Hectoris ira manus.
Exemplum mirata tuum trepida agmina campis
In pugnam ferunt victa pudore pedem.
Sic modò quæ nimio vertebat terga timore
Pugnandi ſtudio Gallus in arma ruit.
Ecce volat verſis tandem Victoria pennis,
Vergit & in noſtrum cæde cruenta latus.
Turpiter en victis iam cedit victor: vbique
Et Veneto paſſim ſanguine terra rubet.
Qui ſuperant rari præda ſpoliantur, & armis:
Caſtraq; iam capto capta fuere duce.
Rex bene p meritis meritos diſcernat honores,
Debetur capiti multa corona tuo.
Macte animo, macte ingenio, ſic itur ad aſtra
O decus, ô patriæ præſidiumq; : Vale.

Tunc Benauentura, Oblectauit me, inquit, hac tua cantio: ſed operæ rem à te ſcire, quando è ſacro muſarum fonte tam luculenter biberis. Non ſunt (inquit Caſtillionanus) domi noſtræ hæc natæ carmina: ſed aliunde acceptæ iucunditatis gratia vobis retuli, ſed ne ſis moleſtus, obſecro, vt quàm primùm ad metam ipſe perueniam, & vos miſſos faciam. Longobardorum in hiſtorijs legi, & Gothorum, in lacu Lario fuiſſe inſulam, quam Comacinam vocant, in qua Francilio Romanorum Dux primò, poſtea Gothorum, & mox Longobardorum reges immenſos theſauros condidere. Hunc lacum morum eſt ciconias, quibus omnis Tranſpadanus tractus abundat, non tranſuolare. In Adduam ex Bergomatũ montibus Brembus fluuius irrumpit, defert etiam ſecũ ex eiſdem ferè Alpibus Serrium in Padum.

De reliquis Ciſalpinæ Galliæ lacubus, & fluuiis ex Alpibus in Padum influentibus.

Cap. XVII.

In agro Inſubrum XVII. *lacus, flumina autem* LXIII. *eſſe Blondus atteſtatur, eorum tamen nomina non recenſet. Non me tamen fugit eſſe Empilum, qui Lambrum emittit Vmbronem ab aliis dictum. Eſt & Lambrus alter, quem Inſubres Meridianum vocãt, & Orona altera, qui pariter excipiuntur à Lambro, quem emittere Empilum diximus. In quorum confluenti Sanctus eſt Angelus oppidum elegantiſſimum: quod Ludouicus Barbianus expugnauit, cùm illud valido præſidio Veneti tenerent. Deinde Sebinus eſt lacus, qui nunc Iſſeus appellatur, hic Ollium emittit fluuium. Ex Brixiano agro Mela Brarcho, & Morma torrentibus acceptis defertur in Padum. Ex Tridentinis Alpibus Sarca fluuius effluit. Benacus lacus eſt Veronenſis agri citrorum copia odoratiſſimus: ex eo Mincius egreditur. In cuius ripa oppidum eſt, quod nunc Gouernum vocamus, quo in loco Leo eccleſiæ Romanæ epiſcopus Attilam Hunnorum regem, ne Italiam inuaderet, precibus deflexit. Atheſis fluuius ex Alpibus derivat: mox eſt Medoacus, quem nunc Bachiglonem Veneti nominant: medio hoc Vicentiam diuidit. Nouiſſimi fluuiorum ſunt Timauus, quem hac ætate Brentam vocari Blondus aſſerit, Siſinus, Muſio, Anaxus qui nunc Planus, Vayanus, nunc Calorius, Liquentia, ex Opiterginis montibus nunc Luentia, in quem*

influit

influit Medusa. Alsa nunc Liminius. Hæc sunt flumina quibus vniuersa Cisalpina Gallia versus Alpes irrigatur: nunc ea, quæ Apenninus emittit, enumerabo.

Cispadanam Galliam quæ flumina alluant.

CAPVT. XVIII.

CIspadanam Galliam fluuiis plures alluunt ex Apennino: & ita quandoq; eam partem occupant, vt nisi summo cum periculo loca illa inter Padum & Apenninum peragrentur: & sæpenumero adeò stagnant, vt nullis viatoribus sit transitus. Plures enumerat Plinius, veruntamen multos prætermisit: vt Borbum torrentem, cuius sunt initium Aquæ Statyellorum Ligurum. Mox est Tanarus, quem aiunt torrentium XII. illuuione augeri. Ratum Plinius appellat, quem nos Scriuiam, Georgius Merula Iriam putat appellari: Serravalle oppidum ferè alluit. Penes Vicheriam Coronus est torrens. Vicheriam autem dictam crediderim, quod Iria, cuius meminit Antoninus Pius, vrbis vices gerat. Sed antequam vlterius progrediar admonendos vos arbitror Ratum à Paulo Ionio Statolam dici: in cuius hostio est Albianum. Hunc sequitur Copa torrens, & illũ Tunnus, à quo alluitur Sanctus Ioannes agri Placentini oppidum. Illinc rectà itur ad Trebiam Romanorum clade celebratissimus. Niciam à Plinio dici putarim, quem recentiores Nuram appellant apud Fidentiolam. Illum Tarus sequitur, vt inter fluentes Rarum, Ardam, Ocham, Conium torrenteis prætreams. Oritur Tarus ex colle Bardonis: in cuius cacumine monasterium est Luithprandi Longobardorum regis liberalitatis typus. His in locis Gabellum fluuium Plinius collocat: Qui sit, coniecturis non assequor. Adeò ob Gothos, cæteroſq; barbaros mutata ferè sunt omnium rerum nomina, vt frustra Samnium quæramus in Samnio. Deinde Parma est, quem auget torrens Bagantianus. Lentiam non procul à Brixello Padus excipit. Rhegium versus Crustulus torrens medio secat viam Aemiliam. Paulò vlterius progredienti Sicla, qui Salcinium ingreditur, torrens occurrit. Huic ferè inhæret Sculterna, qui nunc accolis est Panarus, in quem non procul à Mutina Formigo fluuiolus ingreditur. Inter Sculternam & Samogiam torrentem fuit Forum Gallorum à Ser. Galba, clade Ro. celebratum. Ap. Alexandrinus Celtarum Forum nominat. Nunc Burgum Francum appellant, non longè à Perticeto. Per hæc loca Claterna vetus oppidum est: Quadernam nunc appellari audio cum eiusdem nominis torrente: qui postmodum ad Caballos dilabitur: vicus sancti Petri Silere alluitur. Qui penes Bononiam fluuius præterfluit Rhenus est. Qui verò Imolam, quæ vetustioribus Forum Cornelii fuerat, quod constat à Narsetis militibus esse prædæ expositum, & subuersum, Vatrenus est amnis. Mox fit obuiam Senius fluuius, in cuius ripis Cunium fuerat oppidum ditissimum, quod hac ætate adeò dirutum est, vt cum vbique aretur, ignoratur prorsus, vbi extiterit. Cuius fuit Comes Albricus Barbianus Italicæ militiæ reparator: qui tametsi adulescens esset, accitus tamen est à Bernabone, qui tum in Insubribus primas parteis obtinebat. Electus cum fuisset igitur copiarum Bernabonis ductor, in Britones, Basaroſque, & Anglos castra mouit: qui eo tempore Italiam vastabant. Variante itaque fortuna cum profligati essent à Barbaris Insubres, inter multos quoque captus est à Barbaris Albricus: quem militari more, vt hostes dimitterent, nullis rationibus, aut legibus adducerentur, Bernabos Vicecomes argento (quoniam Barbaros hoc auaritiæ morbo maximè laborare cognouerat) ad trutinam, quanti penderaret, appenso, sicut auro Hector à Priamo, redemit. Albricus ergo liber adeò barbaros per vniuersam Italiam exagitauit, vt XL. mil. equitum eorum trucidando ab Italia expulerit. Cineribus igitur huius quicunque Itali generis militiam agunt, adeò debent, vt qui eloquentiam exercent Ciceroni, aut Demostheni. Nemini enim dubium est, tot bellacissimos duces, ab ipsius disciplina quot ex equo Troiano, prodiisse. Sed hæc satis de his dicta sufficiant. Hoc in tractu Anemi, Senii, & Vatreni fluminum confluenti sceleſtissimum Octauii, M. Antonii, & Lepidi triumviratum, quo vniuersa Italia nobilitas sublata est, constatum esse aiunt nonnulli. Non longè illinc est Tiberiacum oppidum, quod deinde Caballos alii dixêre, modò Bagnacauallum nuncupatur, vt auctor est Blondus in suis historiis. Inter Forum Liuii & Salsubium à salso fonte olim ibi scatente denominatum, quod nunc Carum vocant Montanus torrens interfluit, è cuius montis regione Tyberis oritur. Proxime huic Bedesis agri Rauennatis amnis accedit. Mox prætereunt duo fluuioli quorum vni Auexa. Benanus est nomen alteri. In Apennini colle Brintanorum Forum visitur: quod alii Forum Pompilii nominant, nunc Bretonorium vulgus appellat. Iuxta quod constat à Visigothis Romanos truculentissima clade esse concisos: & mox Romam ab eisdem & prædâ expositam, & flammis multis in locis esse consumptam. Hanc nonissimè vrbem Longobardi vastarunt. Ad Cerniam salinis celebrem Sapis defertur ex iugis Apennini. Vltimi sunt Ariminus, quem Maridam loci illius accolæ nominant, Crustumium, quod Concham, & Rubicon Gallia Cisalpina versus Italiam limes.

Non procul à Metauro fluuio mons est Asdrubalis, nunc Asdrualdis est, quo in loco victum constat Asdrubalem, & obtruncatum à Romanis. Hæc ferè habui, quæ de lacubus ac fluuiis dicerem huius nostræ almæ regionis: quos materna ferè lingua potius dixisse placuit, quàm eos silentio inuoluere. Nam hæc vocabula, quæ nunc sunt noua, fient olim vetera: nam & illa quæ nunc sunt vetusta, erant olim noua. Non eram, inquit, Bonauentura, sermonem tuum rupturus, nisi te prius inspexissem in portum vela deflectere: Quamobrem quò ex deuinctis tuo nomini deuinctiores efficiamur, te omnium horum verbis oro, vt nos certiores facias, cur sacro diademate Mogunciacis municipibus ornandi Imperatores Germanos concessa sit facultas.

De

De translatione dignitatis coronandi Imperatores à Mediolanensibus ad Mogunciacos municipes.

Cap. IX.

SVPER *hac re (inquit Castillionæus) vt absolutius expediaris, verba doctissimi Alciati nunc adducam*: Post Othonem secundum, *inquit*, filius, & nepos rerum potiti sunt. Ex his nepos, qui Otho tertius est dictus, sua authoritate Gregorium Quintum origine Saxonem pontificem creauit: quem cum Romani non ferrent, Crescentio autore, quem honore Consulatus insigniuerant, ceu adulterum eiiciunt: Ioannemque Placentinum in sede apostolica collocant. Erat is doctrina, diuitiisque perillustris. Accurrit statim è Germania Otho: & Gregorium restituit. Crescentium Ioannemq; fide data impune eos de Adriana arce elicit: & alterum vita, alterum oculis priuauit. Gregorius, siue vt Romanos vlciscereturr, siue patriæ suæ, & Othoni plurimum tribuere volens, sanctionem de imperatorum comitiis tulit: in quibus dignitas eligendi imperatorem ad Germanos translata est. Cæterum Othone tertio ex humanis sublato Gregoriana lege Henricus primus ex Gubelingo oppido Noricus primus suffectus est: sed eam legem nihili facientes maiores nostri Longobardi Ardoinum Eporrhedienſem Marchionem Italiæ regem Mediolani coronant, & vngunt. Sunt qui conuocatis finitimarum vrbium principibus, atque episcopis imperatorem quoque salutatum scribant. Is aduenienti Henrico obuiam factus ex itinere prælium committit, & egregiè hostem vicit. Repulsus Henricus cum Heriperto Mediolanienſium Archiepiscopo fœdere icto, reparatoque exercitu reuertitur, & Ardoinum acie superat: & more maiorum Mediolani coronatus in Germaniam, vnde venerat, reuertitur. Henricum secutus est Conradus Sueui generis. Aduersus hunc ne rex salutaretur Italiæ, Longobardi coniurant. Cum ergo Mediolanum veniſſet, ingressu prohibitus est: cumque hanc vrbem frustra aliquando obsedisset, tandem re infecta recessit: siue (vt aiunt) miraculo, & ostentis territus, siue vt horum velamine suæ fugæ dedecus tegeret. Accepit is Modoëtiæ (*ita hoc municipium Alciatus frequenter vocat, quod nos Mogunciacum*) agri Mediolanienſis ad decimum lapidem imperialia insignia, parum referre existimans, vbi corona redimeretur, dum in Insubribus hoc fieret. Cuius exemplo vt alii quidam ex Cæsaribus vrbe Mediolano excluſi coronam imperatoriam Mogunciæ accepere: & qui vlterius progredi non potuerunt, Alexandriæ eam sumpsere. Sed Mediolanienſes has coronas in contemptum paleas vocant priſco loquendi more, quo vilis res, & nihili palea dicitur: ex quo & Aristophanes inquilinos Atticos paleam ciuium nominat in antiqua Comœdia. *Coronandi autem imperatoris hic mos obseruabatur. Ante aram pontificiis vestibus indutus Antistes petentem se coronari Romanorum regem sacro oleo dextro in humero perlinibat: in medio dextræ manus digito anulum mox collocabat: deinde ensem nudum tradebat: subinde capiti coronam, dextraque sceptrum imponebat. Hancque omnem solennitatem publicis documentis iubebat esse testatam. Sceptri fastigio pomum aureum stabat, quo Asia, Africa, & Europa inscriptio breuis inest. Supra pomum crux aurea inseritur, vel vt recordetur se Christianum esse, vel vt Christianos tueatur. Obseruatum quoq; inquit Alciatus esse Mediolani, vt his peractis, qui ex Angleriæ Comitibus dignior sit, pedem dextrum, & qui ex Cottarum familia, qua adhuc Mediolani clarissima est, sinistrum osculo tangat, imperatoremq; humeris ferat vterq; sublatum in prætorium. Qua in re fidem ipse suam Alciatus non obstringit, cum didicerit Cottarum ex genere fuisse Ardericum Archiepiscopum, & ab eo regni insignia Berengarium secundum suscepisse. Sublato ab humanis Conrado tres Henrici continua serie imppp. subsecuti sunt: qui licet Romam contenderunt, & angustiale diadema sumpserint, Mediolani tamen (quod equidem sciam) id ornamenti non accepere. Alciatus armis Rodulphum in Germania, & Matildis in Longobardia exercitos arbitratur non potuisse regni Italiæ coronam consequi. Successit Lotharius Henricorum hostis ex professo Saxoniæ Dux: qui omnem Germaniam seditionibus vexauit. Iccirco ex Henrici Imperatoris defuncti sorore genitus Cæsar Honorio Pontifice Romano fauente imperatorem se dixit, & in Cisalpinam Galliam properans ab Anselmo Pusterlensi tunc Mediolanienſium Antiſte Modoëciæ regni Rhæticæ sceptra suscepit. Formidolosum opinor præsuli fuit intra vrbem eum cum tanta Germanorum manu, iuxta illud Plauti, Barbarum hospitem qui suscipit, sæpe luctum habet, recipere. Subsecutus est & Lotharius, atque per Rhætica iuga Romam contendit. Scribit Otho Frisingenſis Antistes, qui & Rubrobarbi patruus fuit, sine copiarum paruitate, siue Conradi amore contemptus Italorum fuisse. Ab his putant Guelphorum & Gibellinorum pernicioſa nomina in Italia primum cœpisse. Successit Lothario Fridericus Rubrobarbus, inter quem, & Alexandrum Pont. vehemens exorta seditio est. Itaque ad arma si quando aliàs atrociſſimè concursum est. Raptim igitur, vt erat natura præceps & ferus Rubrobarbus maximo non solùm barbarorum exercitu, sed etiam vicinorum populorum, agreferentium quòd Insubres longè latèq; dominarentur, & eorum res florerent, suppetiis aduntus Mediolanum copiis cinxit. Itaq; cum neq; à Pontifice, nec aliunde subsidium sperareturr, adeò vniuersam Italiam timor exterrefecerat, cives libertatem à Rubrobarbo redemere datis argenti libris sex mil. Mox Mogunciaci imperatorio diademate redimitur: quod oppidum in ripis Lambri, quem Blondus Vmbronem vocat, Rediuicus eorum temporum scriptor Modoëtium. Erat Rubrobarbus lingua, studiis, moribusq; ipsis planè barbarus, hoc est, ignauus, perfidus, ferus implacabilis. Hunc ſce

rei indicio sunt certissimo contra ius gentium vastata A
vrbes opulentissima Asta, Dertho, Cherium, Lacmellum, & Spoletum. Mediolanienses igitur cum & aduersus pacem initam, & iura omnia, violari eorum, quam ab ipso emerant & libertatem viderent, Pontifice suadente in Fridericum rursus arma capiunt, populariq; tumultu nonnullas Germanorum copias obtruncant: & ita per vniuersam Cisalpinam Galliam bellum subitò exarsit, quod ad plures annos gestum, excidio tandem vrbi fuit. Habuisse ferunt in castris contra B
Mediolanienses ad centum millia bellatorum. Nec hanc ob rem fida pax subsecuta est. Mediolanienses enim sociorum auxilio freti, patriam armis vindicant, ex qua fuerant expulsi, reparant, instaurant. Nec multò post aduenientem imperatorem ad Lenianum vicum aggrediuntur, fundunt, fugant. Qua clade affectus Rubrobarbus, liquidò cognouit Insubrum non esse (vt prudenter admonebat L. Pisonem Galba senex) vt caterarum gentium, quibus seruitutis iugum iniunctum est, seruilia ingenia, sed homines esse, qui nec totam libertatem ferre possint, nec totam seruitutem. Pacem igitur Cisalpinis Gallis, cùm bello contra Insubres non sufficeret, inuitus dedit, his conditionibus: in primis vt libertatem qua ante aduentum suum in Italiam vtebantur, Insubres haberent. Item iura regalia, si qua antea possidebant, qualia sunt vectigalia, portoria, iurisdictiones, palatia, mulctæ, pœnæ, flumina publica, salinæ, bona vacantia, ius signandi nummi, fabricandorum armorum, idque genus similia: quæ supremis tantum principibus competunt. De cæteris quæ more, vsuque ciuitatibus non pertinerent, idem iuris esse: dum tamen CC. argenti besses (marchas vulgus appellat) bis mille annis penderentur. Ipsi verò imperatori, eiusque filio Henrico quinto hoc tributum, vt designatum à Rep. Consules eius autoritate confirmarentur, nisi qui ab antistitibus sacerdotum eligi solerent, vt prouocationum causas, is quem Proregem ipse in Italis appellasset, nunciumue suum constituisset, agnoscerent. Vt ciues à XVI. ad XVII. annum se imperatorio nomini fidos fore tactis sacris iurarent. Vt quoties ipse in Italiam veniret, consuetum munus præstaretur: Fodrum id Germanica voce nominatur. Latinè autem coronarium ex sententia eruditissimi Alciati vocari posset. Et hæc sunt iura, quæ in Liguribus, Insubribus, Galliaque omni Cisalpina imperatores habent. Non enim eis summa vti potestate, sicut in cæteras gentes, quæ regnantur ducibus, aut principibus, aut imperatoribus concessum est. Hoc- C
que differunt ab imperatoribus reges, quòd hi supremum ius in ciues obtinent, & pro arbitrio vtuntur. Imperatores verò liberis ciuitatibus non nisi iusto moderamine præsident: atque ita nos Carolo audimus, vt ho- D
nesta imperet. Ideo Senatus Rom. volentibus Tiberio, Adriano, & Philippo Imp. redemptori CHRISTO aras dicare, tanquam nouam religionem inducentibus non obtemperauit. Sublato demum ab hominum numero Friderico, quem rubrobarbum appellari diximus, infensi Germanico nomini Insubres quam plurimos imperatores armis ab vrbe reiecere: vt minimè potuerint regali diademate coronari. Henricus tandem Luceburgensis frustra repugnantibus Gallis Cisalpinis Mediolani primum à Castono Turredano Mediolanienſium antistite in templo sanctæ Ambrosii, mox Romæ coronatus est. At Mogunciaci (vt ad prima redeam) vetusto se iure, debitoque honore fraudari existimantes Henricum ordine septimum eius nominis adeunt, debuisse regni decora in diui Ioannis Baptistæ templo, & eo in loco Italici regni insignia capere eum oportêre exclamant. Idque dignitatis genus sibi Rubrobarbi, aliorumque Cæsarum beneficio tributum, & consuetudine confirmatum vociferantes. Ipse quinque mil. aureorum acceptis in posterum consensu suo ratum fecit. Non repugnauere Mediolanienses, quo minus Mogunciacum regni Italici sedem esse Henricus declararet priuilegio: quòd sæpius experti fuissent, id qualecunque honoris esset, semper in summam vrbis calamitatem verti: quòd intra mœnia recepta Germanorum cohortes, cæteraque barbara nationes à rapina, incendio, cædibus temperare non didicerint. Consultiusque paci sit, si excluſus ab vrbe Cæsar in eo oppido imperialia ornamenta capiat: in quo cum præter loci angustiam, tum census, & victus inopiam diutius esse non posset. Optasset Galeacius Vicecomes eandē Ludouico Bauaro extitisse sententiam, vt relicta vrbe Mogunciacum petisset. Non enim ingratitudinis in se exempla fuisset expertus, vt ab eo, pro cuius tuenda dignitate etiam aduersus Romanum episcopum arma sumpsisset, ceu hostis, & perfidus, & infensissimus in teterrimum carcerem Castri Mogunciaci, quod ipse struxerat, tractus fuisset: vt meritò vulgatum sit apud Insubres adagium: Quas in Italiam calamitates Cæsares inuehunt, non nisi tricennali præscriptione obliterari. Hæc cum Castillionæus dixisset, quòd esset iam hora serior, conticuit. Tunc illico abiissent omnes, nisi eos ad cœnam Bonaventura blanditiis suis apud se continuisset.

FINIS SECVNDI LIBRI.

F

GAV-

GAVDENTII MERVLAE DE ANTIQVITATE GALLORVM CISALpinorum.

LIBER TERTIVS.

SEQVENTIS diei omnium consensu apud comitem Hippolytum Maynum, lectissimi ingenii adulescentem, confabulatio habita est: quod scirent apud ipsum diuertisse hospitalitatis gratia Benedictum, Iouium, & Petrum Candidum singulari cum eruditione, tum acri ingenio viros. Ibique cum praeter spem Gualterum Corbetem, Bernardum Felicianum, & Adrianum Cribellum offendissent, dii boni quantum laetitiae non fuit? Accepti igitur cùm perhumaniter singuli fuissent à generosissimo adulescente, inquit, Cribellus, Desiderarem ex te, Iouie, intelligere, cur Celtae à Graecis appellemur: cur item Insubres. Ne molestum sit igitur tibi, quod in Etymologiis scio praestantiorem hac aetate esse te neminem, hac nobis exponere: vt Larianis non modo nymphis, quae ad nos tam expetiti saporis mittunt tructas: sed hominibus etiam debeamus. Tunc Iouius, Tamesi, inquit γλαῦκα εἰς Ἀθήνας, qui hac vobis: tamen cum citra pudorem pensum hoc à vobis (vt arbitror) omnibus iniunctum mihi reuocare non possim, obsecro vos, vt vbi ingenii mei vires, scio enim quàm sint exiguae, succubuerint oneri: vestrum aliquis statim subsidio sit mihi: vt mutuò fieri videmus à musicis: qui statim canentium velut lassatorum vocis laborem suscipiunt. Aggredior ergo, quando ab eo declinare minus liceat mihi, prouinciam hac lege, ne in tam angustia temporis, negociis enim impedior, λαχανόις μοι vitio vertatur mihi. In omnibus (inquit Cribellus) ὁ σοφὸς εὐλυβρήμων ἐστι.

Celtae, Galli, & Gallatae cur dicti.

CAPVT I.

GRaecis fuêre (inquit Iouius) nullae gentes circa etymologias diligentiores. Hi ergo communi appellatione Gallos appellant, quicquid à Rheno per Oceanum, Pyreneos montes, mare Mediterraneum, & Apenninum vsq; ad Anconam terrarum claudituꝛ. Cur autem Celtae vocemur ad Merulam meum scripta Andreae Alciati vobis satisfaciet epistola. Quantò, inquit, propius vero est, quod cæteri aiunt, propria eos lingua dictos Celtas, qui cum male C, & E, quod etiam nunc faciunt, pronunciarêt: nempe pro C, G, pro E, A, à Græcis Gallatæ, à Latinis Galli sunt dicti: quid autem Celtarum vox corũ lingua significaret, incõpertum est, cùm ea prorsus extincta sit, Romanaq; nunc Galli vtantur. Hac Alciati (inquit Adrianus) interpretatio longè ingeniosior est; quàm vera. Celtas enim ipse dictos crediderim, quòd equo, curru, nauigio vel obleA Elentur, aut valeant plurimùm. Legere est enim apud App. Alexandrinum, C. Cesarem vsum maximè equitatu Celtico, cui Volusenus Quadratus praerat. Κελήτιξω enim equum exagito significat: vel curru, aut nauigio decerto, aut vehor. Κέλης τε κελήτος praterea equum, currum, nauigium notat. Hinc κελῆται, hoc est, equites dicti sunt. Quid mihi (inquit Iouius) Graecos obiicis? cũ Celtas ipsi à Celto Herculis filio appellatos putant. Audi super hac re Parthenium Phocensem: λέγει, inquit, ὁ καὶ ἡρακλέα ὅτε ἀπ' ἐρυθείας τὰς γηρυόνε βοῦς ἤγαγεν, ἀλωμένου δι' τὴν Κελτικὴν χώρας, ἀφικέσθαι καὶ βριττόνων. τοῦ δ' ἄρα ὑπάρχειν θυγατέρα, Κελτίνην ὄνομα. Ταύτην δ' ἐραθεῖσαν ἡρακλέους, καὶ ἀκρύψαι τὰς βοῦς μὴ θέλειν τε δοῦναι, εἰ μὴ πρότερον αὐτῇ μιχθῆναι. Τὸν δ' ἡρακλέα, τ μὲ τιμὴν τὰς βοῦς ἐπιγώμενον ἀναστῶσαι. πολὺ μᾶλλον μὲν δὴ τὸ κάλλος ἐκπλαγῆναι τ κόρης συνῆναι. ἐκ αὐτοῦς χρόνου ἐγένοντο, ἡνίκα παῖδα Κελτὸν, ἀφ' οὗ καὶ Κελτοὶ προσηγορεύθησαν. id est: Ferunt Herculem cũ ab Erythia Geryonis boues abduceret, per Celtarum regionem penetrasse, ac peruenisse ad Bretannum: cui filia fuerit Celtinæ nomine. Eam autem Herculis amore incensam occuluisse boues illi, neque reddere voluisse, nisi prius cum ea coiret. Herculem autem boues suas recipere cupidum, multò verò magis puellæ forma concitatum, cum illa coiuisse: natumque eis post temporis reuolutionem filium nomine Celtum: à quo sanè postea Celtæ sunt vocati. Vide quam fabulosa, & homine graui minimè digna hæc Graecorum opinio. Sequamur igitur Cesaris definitionem, qui in liminari pagina Commentariorum statim scribit hos populos ipsorum lingua Celtas, nostra, id est, Latina Gallos vocari. Quòd autem Celtas dicat Alciatus mutatis quibusdam literis vocari, mihi planè non arridet. Sed Galatas à Graecis dictos magis putarim propter lacteum gentis colorem: γάλα enim eis est, quod nobis est lac: à quo nomine Latini Gallos deflexêre. Id quod innuere apertè videtur iis versibus Vergilius:

Galli per dumos aderant, arcemq; tenebant
Defensi tenebris, & dono noctis opacæ.
Aurea Cæsaries illis, atq; aurea vestis,
Virgatis lucent sagulis: tum lactea colla
Auro innectuntur: duo quisq; Alpina coruscat
Gesa manu, scutis protecti corpora longis.

Quòd Κέλητες dicantur equites non contendo: sed Cesarẽ sequor, qui ait, Gallos ipsorum lingua Celtas appellari. Si ipsorum lingua, ergo non Graeca: nam alia fuit Gallica lingua, alia Graeca: cum Cesar in alloquendis Gallis interprete vteretur. Et Seruius in expositione illius versus Vergiliani, Tum sciat aërias Alpes: dicit, à Gallis altos montes Alpes appellari. Item in carmine illo Aeneidos: Direptumq; ab equo dextra complectitur hostem: dicit, quòd Cæsar lingua Gallica significat dimittere.

Insubres vnde dicti.

CAPVT II.

SAtisfeciſti, vt ipse arbitror, inquit Hermias Lãdus, qui proximè Corbetem stabat, Adriano: nunc velim, postquàm typus es factus, in quem tela infantiae nostra

stra coniicere possumus, à te scire, cur Insubres appellemur? Praestantiorem laude me potuisses inuenire, inquit Iouius, qui hæc clarius exponeret tibi: verum ne videar tibi nolle obsequi, audi quid de Insubribus sentiam. Ινσόβαρες, *inquit Sudas,* ἔθνος Κέλτικον πρὸς τῷ Πάδῳ. οἳς καὶ Ινσόβρας φασὶν. *Id est,* Insubres Celtica gens ad Padum, *quam* Insubres *vocant. Secutus est autem (vt puto) Dionysium Afrum qui Gallos Cisalpinos inter Celtas connumerat his versibus:*

Καὶ δ' ὠμαῖς Κελτῶν
Αγχόθι πηλάων καλλιρόῳ ἠεδανοῖο.

Hoc est, vt interpretatur Rhemnius Fanius, non autem Priscianus, vt omnium ferme est opinio:

Post hunc est Celtica tellus
Eridani fontes contingens rauca fluenta.

Sudas ergo, vt videtis, & Dionysius Celtarum gentem etiam ponunt in Italia. Insubres autem inter Celtas. Polybius etiam Insubrum meminit, eosq; Italos facit. Ινσόβαροι ἔθνος Ιταλικόν. *Id est,* Insubres gens Italica. *Eos autem dictos existimarem quasi subimbres: quòd imbribus subiaceant. Facilimè enim propter Alpium rigores, & Meridianum teporem pluuialibus aquis exundat. praeterea quæ hoc Insubrum tractu fluminibus, & euripis, ac lacubus, regio copiosior? Quis item putarent Insubres per ἀντίφρασιν vocatos, quod imbribus, quibus omnis natura vultus oppressus est, superfuerint, omnino non errarent. Sic & Graeci Vmbrios dixere, qui a nobis Vmbri dicuntur, quòd inundatione terrarum imbribus superstites extiterint. Plures etiam scribunt Insubres appellatos esse, quasi fastosos. Quòd apud Graecos legatur* ὀσβαρὸς καὶ ὑπερόφρος ἀνθρωπος, *hoc est, superciliosus & superbus homo. Deinde vt sonus plenior ad aures veniret, additum est inter ι, & σ, ν, & sic* Ινσόβαρες *sunt vocati. Inter Insubres, & Romanos (vt obiter aliquid dicatur extra terminos) olim fuere bella acerrima, in quorum compositione reperio inter cæteras pacis conuentiones ictum fuisse hac conditione fœdus: Ne Romani ciuem ex Insubribus aliquem reciperent: neue Romanum Insubres. Huius rei meminit M. Cicero in oratione, quam habuit pro Cor. Balbo, cum inquit:* Etenim quædam fœdera extant, vt Germanorum, Insubrum, Heluetiorum, lapidum, nonnullorũ item ex Gallia barbarorum, quorum in fœderibus exceptum est, ne quis à nobis ciuis recipiat.

De Cenomanorum origine.

CAPVT III.

VIculentissime vnde Insubris, inquit Cribellus, dicantur Benedicte declarasti: nunc cur nobis vicini Brixienses Cenomani, & Bergomates cum Comensibus Orobii nominentur optarem scire. Cenomanos, inquit ille, putat Zanchus quasi Cycnomanos à Cycno videlicet rege, quem constat in hac Gallia, qua à Pado ad Alpes vergit, regnasse, nomenclaturam sumpsisse: vt autor est Pausanias in eo libro, cuius est titulus Ελλάδος περιήγησις *cum inquit:* Κύκνον ἠεδανῦ περαν ὑπὲρ γῆς τῆς Κελτικῆς βασιλεῦσαι. *id est:* Cycnon apud Celtas, qui trans Padum sunt, regnasse. *sunt igitur, qui dicant à Cycno Brixiam conditam fuisse Catulli carmina illa adducentes:*

At qui non solum hoc se dicit cognitum habêre
Brixia Cycnea suppositum in specula.
Flauus quam molli percurrit flumine Mela
Brixia Veronæ mater amata suæ.

Aiunt enim Phaëtontem ex libya in Italiam solsisse, applicuisseq; ad Ligures, & ibi condita Genua Apenninum transcendisse, hancq; Cisalpina Gallia partem inuasisse colonis vacuam. Accidisse item eo regnante maximum incendium per Italiam, & maximum calorem subsecutum: hacq; aëris intemperie Phaethontem è vita excessisse, hinc esse locum fabulis datum, quòd in Eridano sit submersus, & Heliades eius sorores in Alnos, siue vt alii volunt, in Populos esse conuersas: vt legimus apud Dionysium Afrum iis carminibus:

Οὕ ποτ' ἐπὶ προχοῇσιν ἐρημαίῃσιν ἀνὰ νύκτα
Ηλιάδες κώκυσαν ὀδυρόμεναι Φαέθοντα
Κεῖθι δ' ὑπὸ Κελτῶν πεδίοις ὑφόρμοισι λίστροισι
Δάκρυ ἀμελγόμεν χρυσαυγέος ἠλέκτροιο

Quæ sic interpretantur à Rhemnio Fanio:

Hic Phaëthonta suum charæ luxere sorores:
Hic electra legunt alnis stillantia Celtæ.

Verum cum hæc Fanii interpretatio non perfectè Dionysii sententiam exprimat, laborem attulit, hos non versus modo, sed & superiores interpretanti. Post hunc sunt Celtæ vsq; ad fluenta Eridani. Vbi dicunt Heliades sorores dolore compulsas Phaethontis fratris occasum adeò luxisse, vt mortuæ omnes in alnos tandem arbores lachrymantes adhuc conuersa sint, earumque lachrymas ab ipsis Celtarum puellis, quæ circumhabitant loca, sæpenumero emungi: cum in aureum electrum vertantur, & tanquam lapides durescant. Fuit verò Phaëthon (vt reuertar ad prima) vnus ex nepotibus Noe, quem fermo est in Italiam ab illuuione aquarum venisse, appellatumq; Ianum à vino, quod primus inuenit: vinum siquidem Hebraei יין *iain vocant. Subsecuta deinde secula, postquam & pictura, & sculptura in medium venêre ingenia, bicipiti fronte Noam effigiarunt. Vna quæ esset cano capillitio, & barba veneranda, qua ætas ante aquarum exundationem transacta indicabatur. Altera rursus quæ esset florentis iuuentutis, futura tempora prospectabat. Huic rei adstipulatur Atheneus Dracone Corcyræo autore sanè probato referente: cuius hæc sunt verba Latinitate à Leonico donata:* Celebris, *inquit*, fuit apud Romanos Deus, quem Patrem appellabant, & cui voluentis anni adscripserant initia: fuitque coronarum inuentor. Fama est autem bicipitem fuisse, vt & illa, quæ ante, & quæ post se essent, inspiceret. Ab hoc ipso & Ianus fluuius, & mons in quo degere solitus fuerat, est appellatus. Nunc Ianiculum vocant. Primus autem omnium coronam reperisse creditur: rates, & nauigia, pecuniamque primus impressisse, & characteribus signasse. Iccirco apud Italos, & nonnullas Græciæ, & Siciliæ nummum signari mos erat: cuius ex altera quidem parte biceps facies visebatur, ex altera verò, non eodem tamen semper modo, sed

nauigium sæpe, sæpe corona esset insculpta. Huic autem sororem Camisam nupsisse ferunt, ex qua filiam (vt scribitur) Olisthenam nomine susceperit. Postea maiora clarioraque animo voluens Ianus, in Italiam nauigasse dicitur: montemque nunc Romæ propinquum habitasse, & qui eius nomen in hodiernum vsque diem Ianiculum seruat. *Hæc ille. Nonne etiam credibile est Ionium, quasi Ianium esse dictum? Quid præterea sibi vult in numismate nauigium illud insculptum, quam arcam illam, qua se ab aquis omnia submergentibus liberauit. Et Ianiculam Italiam prius esse dictam refert Cato in Originibus. Iano vita functo Gallum, cui Comero cognomen fuit, successisse quoque lectum est: à quo etiam Italiam mox Galliam esse nominatam. Et adhuc hæc pars nostra Gallia nomen seruat, velut ætatis aureæ præclarum monumentum. Et fortasse Transalpini Galli à nobis origines traxere: vt à Cenomanis Brixiensibus Cenomani in Gallia Celtica: qui hodie eorum lingua Lemans appellantur, Andegauensibus proximi, & Rhedonibus versus Oceanum. Sic a Boiis olim populis ferocissimis, quorum nunc metropolis est Bononia, Boii in Transalpina Gallia Heduis vicini, quos hac ætate Borbonenses appellamus.*

Gallus quid significat, præter omnium opinionem.

CAPVT IV.

Sed rursus redeo ad Iani nummisma, in quo nauigium fuerat insculptum. Quo significari arcam diximus, qua Ianus ab aquis vindicatus est. Id nauigii Scythæ gallim & gallerim vocant: sic & fluctus Hebræi gallim nominant, & gallos, qui fluctibus non sunt oppressi: vel quòd aquis oblectentur: aut quòd nauigio valeant: vel quòd Gallorum regio maximè fluminibus irrigatur. Hæc sunt (inquit Bonauentura) cucullatorum mera insomnia: & profectò in tuam opinionem nullo negotio declinassem, nisi contigisset mihi ad Merulam Alciati epistolam superhac re scriptam inspicere: in qua hæc verba scripta esse memini: An verisimile tibi sit, veteres Gallos nomine caruisse, & legationem ad Iudæos in Syriam, tunc hoc in cœlo prorsus incognitos, misisse nomina sibi postulatum? Non sunt hæc & huiusmodi Hebræa in albo reponenda: cùm præsertim ad historiam conducere possint nihil, obesse verò plurimum. Hebræorum enim æquè in scriptis vt in verbis subiesta semper fuit autoritas. *Gallos igitur interpretabor, sicut prius & Galatas, non autem aquis superstites. Quid est ergo (inquit Iouius) quòd in Timæo apud Platonem legitur Solonem ab Ægyptio sacerdote his ferme verbis argui? O Solon, Solon Græci semper estis pueri, nec quisquam è Græcia senex repertus est. In vobis iuuenis semper est animus: in quo nullæ sunt vetustatis reliquiæ, & nulla cana scientia. Nec mirum, quia apud vos multæ, & variæ hominum exterminationes extitere: eruntque, aut ab igni, aut aquarum vastitate. Sic tempestate Phaëthontis, in qua conflagrasse apud vos omnia: & sub Deucalione, diuersisque aliis temporibus aquarum illuuionibus corrupta fuisse omnia non prorsus est fabulosum. Fit enim longo temporum interuallo quædam cœlestis orbis permutatio, quam vel inflammationis, aut aquarum populatur iniuria. Nilus verò ab hoc detrimento nos facit innoxios. Apud Ægyptios igitur monumenta sunt antiquissima, quę apud vos, & alias gentes certis temporum curriculis cœlitus, & necessariò immissa vastat illuuies. Iccirco posteritas & literis, & musis prorsus orbatur: quò fit, vt quasi iuuenes sitis, & rudes, & præteritarum rerum penitus ignari. Autoritas igitur Platonis, qui fuit naturæ priuilegium, facit vt Hebraicis monumentis, quæ ab Ægyptiis ad eos fluxere, aliquando insistam: tametsi ea vitio det Alciatus, quæ vt mihi videtur, deus est tuus.*

In Iudæos & de Longobardis & Gothis historia.

CAPVT V.

Quid habent (inquit Bonauentura) obsecro Ægyptiorum, Hebræorum'ue scripta fidei? Quid Berosus, qui pluribus, præsertim tibi sacra est anchora? Quid demum Zanchi cucculla? qui Berosum sequitur & Magasthenem Persam: quorum authoritas apud me est tanti, quanti sunt apina, tricaque. Quid Pontieus Virunius, qui Hebræus fere videri potest? Quid autoritatis habet delira illa Hieronymi Gauardi cucculla Augustiniana? cui omnis argumentationis typus est circa Iudaica? Audi igitur non me, sed Alciatum, cuius autoritas hac in re mille cucullis anteponenda est. Is aliquando super Hebraicis delirantem ferè Merulam his ad ipsum scriptis literis arguit: Viterbum, *inquit* Ioannes Annius, qui Berosum illum fabulosum commentatus est, quasi vita herbum, à delitiis videlicet herbarum: alij quasi vi Tibur, id est, paruum Tibur: quod in lingua Hetrusca (vt ipse somniat) sit paruum. Alii vi Thele à Thebano Hercule. Raymondus Marlianus quasi vita inermium. Blondus à vi turrium. Hermolaus Barbarus à vita Heroum. Vide quas nugas Merula. Ego lecto Desiderii regis Longobardorum decreto, quo inquit, tria oppida Longulam, Vetuloniam, & Volturnam sub vno muro cingi iussisse, totamque vrbem, Viterbum appellasse: facile ad etymum Germanicum respexi (erant Longobardi maiores nostri Germani. imò vt Cornelius Tacitus

tus atteſtatur, nobiliſſimi Germanorum, qui trucidatis Romanis, & Gotthis Italiam omnem tenuerunt) Vuiterbum enim eorum ſermone ampla ſtructura ſignificatur. Vides igitur Merula quàm facilè errent, qui aliunde quàm à Longobardis Longobardorum oppidorum nomina deducunt: eos autem maximè errare credendum eſt, qui à maximè remotis gentibus rem trahant. Habent Hunni, habent Angli, habent Gotthi pleraque in Italia à ſe indita locis nomina, in ea enim diutius belligerarunt. At Iudæi quas bellicas laudes ipſi poſſunt prætendere? ſuperſtitioſa gens, & imbellis, & ad omnium ſeruitium nata: adde quòd & indoctiſſima. Exceptis enim ſacris Bibliis, quæ ipſi inuidia, & liuore in Chriſtianos corrupere, adeò vt ſatius ſit eo in argumento commentaria Græca perlegere: nullius doctrinæ quenquam ſua in lingua idoneum habet autorem, non medicum, non philoſophum, non hiſtoricum. Apage igitur recutitos hoſce & ſabbatarios, nec à maioribus noſtris Longobardis deſciſcas, vt alieniſſimos ſequare. *Potuiſſet (inquit Ionius) de Iudæis Alciatus modeſtius ſentire, & caſtius loqui. Poſſem, ſi daretur nauranti locus, ſuper hac re Alciato, quem inuito ſenatu, populoque grammatico cognoſco eſſe tuiſſimum, aduerſari: ſed cum facilè animaduertam tam longam verborum ſeriem ab auribus veſtris non ſuſtineri, illud Ciceronis pro L. Flacco pro Iudæis tuo, Bonauentura, ſatisfaciat Alciato:* Cum aurum *(inquit)* Iudæorum nomine quotannis ex Italia, & ex omnibus veſtris prouinciis Hieroſolymam exportari ſoleret, Flaccus ſanxit edicto, ne ex Aſia exportari liceret. *Hæc ille. Iam aſcendit (inquit Corbetes) hæc veſtra ad contentionem diſputatio, iccirco ne tempus, quo nihil eſt pretioſius, his nugis conteratur, obſecro, te Ionie, vt ſub compendio Longobardorum, & horum Gotthorum hiſtoriam nobis enarres: & an Getarum & Gotthorum eadem ſit natio. Getas, & Gotthos eoſdem eſſe populos non dubito plurimis conjecturis adductus, è quibus duas aut tres adduxiſſe ſufficiat vobis. Helius Spartianus in Pertinace hæc de iis populis, quos vulgus Gotthos vocat, poſteritati tradidit:* Heluius Pertinax filius Pertinacis dicitur ioco dixiſſe, adde ſi placet etiam Geticus maximus: quòd Getam occiderat fratrem, & Gotthi Getæ dicerentur: quos ille dum ad Orientem tranſit, tumultuariis præliis deuicerat. *Is Geta à fratre occiſus, natus eſt Mediolani Seuero, & Vitellio Coſſ. VI. KAL. Iunias. Aurelius quoque Prudentius Getas appellat, & eos ab Iſtro (qui aliis eſt Danubius) patrio veniſſe teſtatur. Idem quoque ſcriptum legiſſe vos puto apud Claudianum libro quartodecimo his verſibus:*

Aſpice Roma tuum iam vertice celſior hoſtem,
Italia detruſus eat, quantumq; priori
Diſſimilis, qui cuncta ſibi ceſſura ruenti
Pollicitus patrii numen iurauerat Iſtri,
Non niſi calcatis loricam ponere noſtris.

Gotthos enim intelligit, quos iam occupata maiore ex parte Ciſalpina Gallia Stilico ad Atheſim in Veronenſi agro, ad Pollentiam, ad Aſtam fudit: vt lib. 8. idem Claudianus his verſibus atteſtatur:

Tu quoq; non paruum Getico Verona triũpho
Adiungis cumulum: nec plus Pollentia rebus
Contulit Auſoniis: aut mœnia vindicis Aſtæ.

Tranſeo ad Longobardos maiores noſtros: quibus etas nulla bellaciores vidit. Quam rem ſi creditis minus, ne pigeat obſecro Cornelium Tacitum audire: Contrà *(inquit)* Longobardorum paucitas, nobilitaſque plurimis ac valentiſſimis nationibus cincti, non per obſequium, ſed præliis, & periclitando tuti ſunt. *Audite item Velleium:* Fracti Longobardi gens etiam Germana ferocitate ferocior. *Miſnenſium hodie regionem Longobardorum ſedem antiquiſſimam fuiſſe plures volunt. Hos Tacitus Sueuis attribuit, Vueſtualis alios: quòd hos non procul à Rheno Ptolemæus ponat.*

De moribus Ciſalpinorum Gallorum:

CAPVT VI.

NEmini igitur ſit mirum, ſi Ciſalpini Galli & pacis, & belli muneribus ſunt idonei, quando tam præſtantes progenitores habeant, quibus nulla gens eſt ſub cœlo æquè ferocior. Tunc ſubridens Bernardus Felicianus, *Facies nos, inquit, Benedicte inſolentes nimis tanta origine. Qua longè Romanis feliciores ſumus, atque etiam ipſis Hetruſcis. Illis enim paſtores è Phrygia, his autem Lydus Volſius principia extitere. Verum Ciſalpinis Gallis diuerſi ſunt mores. Siquidem Alpinus ſunt planè agreſtes: qui altiora montium, feri, & prorſus inſociabiles: quales exiſtunt, qui Vernaſcam circa Verbanum Vallem tenent: hi enim Troglodytico penè more Alpium cauernas ſubeunt, ſparſimque per inuia nemorum montanorum ritu ferarum vagantur. Qui verò ad lacuum, vel fluuiorum ripas iacent, ad fabrilia opera, & agriculturam ſunt idonei: ad vaſa lignaria tornanda ſunt ſolertes. Alpini habitudine corporis firmiſſimi, ad multam ætatem degunt: & quanquàm ſenectute premantur, à laboribus tamen non niſi decrepiti abſtinent. Errant autem plurimum ſicut Nomades cum gregibus vel in ſuis, aut alienis, aut conductis paſtionibus vigilias caſtrenſes agentes, ſupellectile ad Scytharum conſuetudinem plauſtro, vel equis impoſita. Montanis multis, niſi quatenus in planiciem deſcendunt, aut in vicinam deflectunt, vſus panis eſt incognitus. Veſcuntur autem caſtaneis, lacte, caſeo, & cæteris, quæ ſua ſponte dat terra, muneribus: reliqua gulæ irritamenta non nouere. Horum mulieres quemadmodum & Iaxamatarum munia virorum egregiè ſupplent, nec pugnam, ſi caſus tulerit, viris admixta detrectant. Inter aquas victus eſt plurimis, dum nauibus vltro citroque*

merces

Digitized by Google

merces contulerunt. Salassi, quos hac ætate Pedemontanos vocari audio, si per milites liceret, cuniculam studiosè curarent, ad omnia belli prorsus inhabiles. Cæteri verò Galli usque ad Rubiconem ingenio tantum valent, vt illud ad omnia facilè applicent. Corporis magnitudine sunt Italis proceriores, Gallis verò Transalpinis & Germanis inferiores. Quantum bello valeant, dicant, qui eos sunt experti aliquoties Itali. Ferè tamen credibile est prodigiosa staturæ homines hanc regionem genuisse. Taceo quod Eustathius memoriæ prodidit de Lyge gigante in Dionysium Afrum, quem ait hunc tractum incoluisse: venio ad recentiora. Tempore quo Ludouicus Sforcia rerum potiebatur apud Insubres, & Lebuos, cùm Lambrus aquis extenuatus laberetur, pars caluariæ, & dens magnitudinis immensæ repertus in fundo aluei. Dens primo marmor existimatus est, mox ossea materia deprehensa est. Per eadem fere tempora (vt Georgius Merula, qui se vidisse refert hæc omnia, scriptum reliquit) eodem in flumine dentes item duo, & os infirme effossi fuere: quod non satis poterat discerni, armine fuerit, an coxendicis; nisi quòd in extrema parte forma acetabuli inerat. Ex his vt Venetias deferretur Mauroceno Venetorum legato Bartolemæus Chalcus vir omnibus rebus ornatissimus, qui tunc à secretis erat Sforciæ, vnum tradidit.

A

B

C

Quibus eduliis, & rebus abundet Cisalpina Gallia.

CAPVT VII.

D

HAbent quinetiam (vt aliquid etiam à me dicatur extra lineam) nostra Cisalpina Gallia regiones singulæ suas dotes. Cereris enim copia ferè omnis tractus frequentissimus est, nullus tamen Lucullino, aut Alexandrino anteponendus est. Rhetica vina, & quæ in Orobiis Insubrum, & apud Nouarienses sunt, ferè paria in Italia tota non reperiuntur. Oleum Comense Venafrano non inferius est. Mella passim, iis exceptis duntaxat, quæ ad Alpes nascuntur propter castanearum folia, Hymettiis, Hyblæis, Calydneisq; sunt similima. Caseum quis sanis intellectus Vestinum Nouariensi, aut ei, qui intra Adduam & Ticinum sale duratur, comparabit? Quo adeò oblectatus est Antoninus Pius, vt eum pro vsu Romam transferri curaret, vt his verbis Iulius Capitolinus atteſtatur: Cum Alpinum caseum in cœna edisset auidius, nocte reiectauit: atque alia die febre commotus est. Coturnicem regio habet nulla sapidiorem. Hædos quoque Ambracienſibus petulciores reperiemus. Rosa Mediolanenses commendatione Carini Imperatoris, qui eas abusque Mediolano Romam vehi curabat, cæteris sunt gratiores vt refert Fl. Vopiscus. Quanta sit apud Insubres rerum omnium, quæ ad hominis victum pertinent, felicitas, indicio sunt superioribus temporibus exercitus Imperatoris, Gallorum, Pontificis, Venetorum, & Francisci Sforciæ non modo delitiis alti, sed nummis, per decennium & opibus propè ditati: Quos profectò tota Italia, addite etiam si placet Siciliam, non sustinuisset. Lanas præterea sert optimas, de quibus ita scribit Strabo: Lanam verò mollem Mutinensis ager, eaque regio, quæ ad fluuium Scutanam pertinet, fert omnium longè optimam: hirtam verò Liguſtica: & Mediolanienſis, ex qua bona pars Italiæ seruitiorum vestitur. Mediocrem autem, ea quæ circa Patauium, ex qua preciosissima tapeta, & Gausapinæ fiunt. Mulas Venetas Iliades ß. Homerus extollit hoc carmine.

E

Ἐξ Ενετῆς ὄδων ἡμιόνων ἡδὺς ἀχορδάων. id est:
Mularum genus è Venetis quod robore præstet

Fructibus autem sic referta est Gallia, vt pomarium tota videri possit. Est & huic regioni peculiaris arbor, quam hic vellam Gallicam vocant autores, miro corticis candore: qua nulla ex plantis firmiores vasis vinariis circulos facit. Est & herba odoratissima, ea doctis est nardus Celtica, vulgo lauanda. Per Alpes item, & Apenninum ex quadam arbore fungus enascitur, quod agaricum dicerem, nisi esset efficax minus. Ne Ioutum vestrum aliquis tamen circa hæc sedulum, insanientem dicat: fecit hoc idem M. Varro, qui eduliùm genera in ea Satyra, quæ Περὶ εὐρημάτων inscripta est, celebrauit his carminibus senarijs:

F

Pauus è Samo, attagena Phrygia,
Melicæ grues, hœdus ex Ambracia,
Pelamis Chalcedonia, muræna Tarteſia,
Aſelli Peſſinuntii, ostrea Tarentia,
Pectunculus Chius, helops Rhodius,
Scari Cilices, nuces Thasiæ,
Palma Aegyptia, glans Iberica

Fecit hoc etiam Plutarchus, apud quem celebratum inuenio sumen, & fungos Italiæ: placentam Samiam: niueem apud Aegyptios. Præterea si mihi vitio dabitis non Varronem, & Plutarchum, sed Pollucem quoque damnabitis celebrantem Tyrium thymum, cestreum ex Scyatho, hœdum ex Melo, conchas Pelorinas, testulon ex Aſcra, galeum Rhodium, Elenen Methymneum, pſetas Eleusinas, apuas Phalericas, tryglas siue mulos ex Ionia, anguillas Beotias, caseum Cythnicum, salem Tragaseum, rapa apud Mantineam, fabas Aegyptias. Strabo quoque in Aſcalonienſium tractu præcipuas capas gigni memoriæ prodidit. Sed quid hæc? tanquam non pollicitus sim dicturum me aliquid extra lineam vobis.

De Lapidicinis.

CAP. VIII.

QVanto (inquit Felicianus) interuallo opinionem de te meam exuperas? nunc ego te Varraniano illo Tricocle præstantiorem puto: & tantum cæteris præcellis ingenio, eruditione, quantū (vt inquit pastor ille apud Vergiliū) lenta solent inter viburna cupressi. Tibi sunt (inquit Ionius) hac laudum adscribenda præconia. Quis est enim hac ætate, qui literas profitetur, vel fœlicissime, vel ieiunè, cui non sit cognitus Felicianus?

Verum ne ab his adagio illo, quo aiunt Mulos mutuum scabere, inuratur: quod horum magis satisfaciat palato. Non vanum erit igitur huic nostræ fortasse narrationi immensas naturæ opes intra alma parentis viscera reconditas annectere. Quas hominum ingenia ad luxum potius, quã ad vilitatem exquisiuere. Sed quo fato id eueniat mali, prorsus ignoro: vt maiores nostri de iis iampridem, & sæpe conquesti sint, & de nobis posteritas conqueratur. Hæc ô Benedicte candidissime (inquit Felicianus) reprehendi à nobis, quam emendari magis possint: satius fuerit, omissis his temporum querelis, quam primùm, quod pollicitus es absoluere. Qui hanc nostram (inquit Ionius) Cisalpinã Galliam Bramantius senior, singularissimo & absolutissimo vir ingenio, perlustrauit, carbunculos (quos ante ipsum sola mittebat India) Diui Galeacii Sforciæ patrum ferè nostrorum memoria Insubrum ducis effodit: vt merosissimarum mulierum desideriis obsequeretur. Hos argentarii Mediolanenses Roccha noua Rubinos nominant. Clariores sunt Orientalibus, & summa cum difficultate è saxo calis euelluntur. Vnde sæpenumero impensa maior est, quã lucri accessio. Mons vbi excidantur, vltra Belitionem est rectà tendentibus ad Leopontios, non procul ab Abrasco, qui pagus est, vbi Leopontina vallis Bregnana coniungitur. Gemmas ordine sequuntur marmora ob quandam penè similem materiã, nisi quòd hæc terrea sunt magis. Hæc duobus in locis propè Athisonem Candia videlicet, & Ornonascicandida excauantur. Speculare marmor, quod est nigrum, à Romanis Luculleum dictum, in Nouariensium Alpibus effoditur iuxta Lacum Orta. His marmoribus vsque ab an. MCCCLXXXVI. Mediolanenses Deiparæ Virgini templum, quod altitudinis fastigio, quanquàm adhuc imperfectum transcendere nubes videtur, construunt. Quod absolutum euincet omnino, quæcunque sub sole sunt hominum manu facta miracula. Alterum similiter matri Parthenia, quam ad Celsum vocant in suburbiis construunt: cuius aspectus pulchritudinem olim posteritas mirabitur. Scilicet, quibus cœnosa via per Insubres sternuntur in vrbibus, & oppidis vltra Angleriam Buzirates vicus copiosè submministrat.

A B C D E

De euripis duobus, è quibus vnus à Ticino, alter ab Abdua Mediolanum deflectuntur.

CAPVT IX.

E Ticini decursu per CC. ferme stad. maiores nostri inedia, auerruncande (vocalis vter Catonianus) consulemes labentem pernicissimo impetu Euripum vsque ad Beatum Insubrum oppidum munitissimum, mox veluti fessum Mediolanum intra vrbem ipsam deduxerunt, anno à Virgineo partu MCCLVII. per tempora Martini Turredani, qui mox inter Insubres primarias partes obtinuit, vbi egregiè senatorem Rema egisset. Nauigium à nauium copia vltro, citroq; commeantium semper vulgus appellat. Vtilitatem, quæ hinc emanat, cùm ob rerum ferè omnium copiam, tum ob salubritatem aeris, oratione quis amplecteretur? Hinc enim piscium sunt vinaria frequentissima: hinc per hortes noli derivantur: hinc sub ipso limine Nereidum chorum habent Mediolanienses adludentem. Non qualem Veneti, aut Genuates aspiciunt, insuauem scilicet, & aspectu ipso formidabilem: sed qualem Ticinus emittit, blandum videlicet, & amœnissimum. Perfruiminì ergo Mediolanienses aspectu nympharum pulcherrimæ & Napearum cœtu florentissimo: & hac ætate præsertim nauigio addito ex Addua altero quòd alterius aquarum sæpe penuriam excipit. Id cum Sforcia Franciscì primi liberalitas sub Triccio oppido munitissimo excauarit, gloriam ipsius donec fluet attestabitur: per quem multifaria merces ex Orobiis proximis, Cenomanis, & Venetis in vrbis ferè vmbilicum deuehitur.

F

De idomate Gallorum antiquissimo.

CAPVT X.

QVietis venia meritò daretur (inquit Cribellus) tibi, nisi solus nos torqueret articulus: quem vbi absolueris, tum tibi debebo, quàm qui maximè. Quid magis antiquum est (ait Ionius) mihi, quam amicorum votis obsequi? tibi præsertim, qui ob singularem animi candorem, & literarum politiam es mihi charissimus. Dixi (inquit Cribellus) hæsitaui, & adhuc in eadem versor rota, qui fuerit maioribus nostris sermo: hæsitantiam faciunt, plures Græcorum vocula, quibus materna lingua vtimur, ne illis Græcè locuti sint. Puto (inquit Ionius) ante Romanorum tyrannidem ambabus idioma Gallis fuisse commune: cùm propter originem, tum propter viciniam. Graculas voces in hanc regionem per tempora C. Cæsaris transcripti Comum in coloniam Græci attulêre. Quòd nobis à cæteris Italis sermo diuersus extiterit, declarant quadam vocum apud probatissimos autores reperta discernicula. E quibus exempli gratia vobis pauca dixisse sufficiat iuxta Vergilis illud:

-Et crimine ab vno
Disce omnes.

Acorus radix est notissima, eam Romani radicem nauticam vocabant: Galli verò maiores nostri piper aqueum. Plexenum cuius meminit Catullus, Transpadanis Gallis capsa fuerat. Sic asarum radicis est genus: sed Latinis perpensa, Gallis bacchar. Virgam similiter Galli dicebant, quam purpuram alii: ad quod significatum in octauo Vergilius allusit, cum inquit:

Virgatis lucent sagulis.

Argemonam quoque herbam scitis esse, Romani tamen eam concordialem, & Galli coronam vocabant. Nobis stem suibetes herba fuerat: Qua Romanis sylua mater, & Græcis chrysocarpos. Item qui nobis est equus, maseribus nostris erat marca: & actum ipsum equitandi materna lingua adhuc marchare dicimus: vnde Marcomani populi sunt dicti, quod equo qui marca dicitur, aut valeant, aut oblectentur. Non audirem te (inquit Bonamentura) vir doctissimus Vadianus. Marcomanos enim putat vocatos Germanicè: quòd Mark Germanorum idiomate limes significatur

ficatur. Vnde Marchiones, qui ad tuendum imperium Romanum cum militibus aduersus barbaras nationes limitibus præerant, dicti sunt. *Plurimi (inquit Ionius) est apud te Vadiani autoritas, maior apud quoscunque tamen Paulania: apud quem hac legisse aliquando contigit, Τῦ ὀνόματος τὴν συντάγματα τεκμηρίσεως τῦ ὄντως ἐν τῷ Καλλιστῷ. Hactenus. Videndum ergo, Castillionem, an Vadianum fallatur, an ipse decipiar. Ex his igitur liquido satis constat, non fuisse maioribus nostris cum caeteris Italis idioma commune. Nunc, postquàm muneris ipse meo pro virili satisfecerim, obsecro vos, vt vestra omnium gratia tacere liceat mihi.*

De magnificentia Mediolanensis vrbis, deque nonnullis scitu dignissimis Gallorum Cisalpinorum gestis.

CAPVT XI.

HÆc cum dixisset Ionius, manu mento suppositu quiescebat. Tum Felicianum omnibus intuentibus (inquit Castillionaeus) Optarem, Feliciane candidissime inuenis, vt vrbis nostra, quandoquidem nobis licuerit minus, praeconia dicere: horum omnium silentium te loquentem expetit: in te vno nostra nunc vota suspensa sunt. Vtinam (inquit Felicianus) ea in me sit ingenii felicitas, qua possim & desideriis vestris satisfacere, & existimationi apud vos meae. Quamobrem vestrum fuerit munus, cum dixero, si in parte aliqua declinatum erit, vel me venia dignum existimare: aut tumultuario sermoni adscribere. Caeterum ne à vestrũ aliquo noter, ea tantum, quae sunt in ore omnium, vel quae ipsi vidimus: iccirco attendite. Maxima semper fuit apud quascunque nationes Gallorum Cisalpinorum & autoritas, & virtus formidolosa: inuenio siquidem in Graecorum monumentis ad Alexandrum Macedonem, quem ob res gestas Magnum cum caeteris autoribus appellamus, Gallorũ Cisalpinorum legatos hospitalitatis, & amicitiae gratia venisse: fuisseq; in conuiuio, quo omnium ferè gentium erat eres acceperat, à Rege potentissimo interrogatos, Quidnam esset, quod Galli maximè timerent: Tunc praeter omnium opinionem respondisse, Aliud inquam, nihil rex praestantissime, quàm ne supra nos cœlum, aut Alpes ruant. Quod responsum omnino fefellit animum regis, eum esse se, quem formidarent, dicturos opinantis. Quibus verbis credibile est Alexandrum de bello Gallis inferendo, quae talium virorum essent alumna: sed per ea tempora contra Hetruscos, quorum opes terra marique latè patebant, in armis erant: qui XII. vrbibus conditis in Cisalpina Gallia vniuersam Italiam tyrannide premebant. Nullius enim Rex citra eorum autoritatem creabatur. Itaq; cum per eosdem Romulus rex declaratus esset, captiua Mithridates Ponti rex occasione Romanos appellauit Hetruscorum vernas. Hos tamen quanquam potentissimos Galli Cisalpini non suis modò finibus eiecere, sed in eorum agro bella gessere, omnique dignitate, & imperio priuarunt. Profligatis Hetruscis pacis impatiens, & ferox populus in finitimos Venetos, & Medoacos arma conuertit: eaque diu exercuit vario Marte. Cumq; horum arma contemptui haberentur, vtpote qui essent Paphlagones eiecti, in Hetruscos rursus Duce Brenno omnem belli impetum contulere, cùm essent ab Arunte quodam ad id facinoris excitati. Clusium ergo tunc Hetruscorum metropolim cum maiores nostri obsiderent, superuenere Romanorum legati, quorum autoritate sedari posse bellum Tusci putabant. Verùm cùm res non succederet, aperto Marte Hetrusci Gallos aggressi sunt, quo in praelio cogniti sunt Romanorum legati. Clusio igitur relicto, Romam infensissimo agmine petentibus, ad Alliam fluuium exercitus Romanus occurrit: quem cùm Galli vehementer excepissent, ferè ad vnum Romani interiere, eaque dies inter nefastos relata est. Nec multo post defensoribus vacua, & capta, & incendio à Gallis Roma consumpta est. Huius rei autorem habeo Sex. Ruffum virum consularem: qui hac memoria prodidit: Galli qui Italiæ eam partem tenent, vbi est Mediolanum, vsque ad Rubiconem amnem, suis viribus freti Romam ipsam bello petiêre, cæsisque exercitibus Romanis ad Alliam fluuium, mœnia vrbis intrarunt, Capitolium obsedêre. Ad cuius arcem sexdecim senatores nobilissimi confugerant, qui mille auri libris se obsidione redemerunt. *Videtis ergo ab Insubribus vrbem deletam: qui mox per Apuliam vagantes Gallipolim condidere: hinc foluentes in Graeciam delati eam ferè omnem populati sunt. Annis post aliquibus rursus in Romanos Galli insurrexere: Quo in tumultu T. Quintium Dictatorem, qui nisi desperatis rebus creabatur, factum reperio, cùm iam Galli ab vrbe ad tertium lapidem via Salaria trãs pontem Anienis castra posuissent. Quorum timore & insititium inductum est, & iuniores sacramento multari adacti. Tertius in Gallos Dictator fuit C. Sulpitius M. Popilio Lenate & Cn. Manlio Coss. Post multas tandem acceptas, illatasque clades vix arma deposita fuerant: quando maiora inter Gallos Romanosque bellorum incendia exarsere: siquidem reparatis vtrinq; exercitibus, vt si quando alias, acriter ad arma itum est. Et cum Galli in agro Latino castrametati essent, iuniores rursus ad militiam coacti sunt dare nomina: quòd scirent Gallicam gentem & bellacem esse, & ingentis animi ad pugnam. Quo in certamine consul vulneratus in Romanos fugientes hac oratione vsus traditur:* Quid fugis miles? non cum Latino, Sabinoque hoste res est tibi: quem victum armis socium facias ex hoste. In belluas strinximus ferrum: hauriendus, aut dandus est sanguis. *L. Volumnio, & Ap. Claudio Coss. cum Hetrusci, Samnites, & Vmbri in Romanos coniurassent, reperio ab iis Gallica auxilia fuisse mercede conducta, quod cognoscerent Gallos & bellaces esse, & nomini Romano infensissimos. Decio item Decii filio Cos. acerrimè pugnatum est contra Romanos. Quos cum Decius fugientes nullis aut precibus, aut minis retardaret, dis manibus se deuouit, M. Liuio Pontifice adstante: confectum est hoc certamen in agro*

Sentino, non procul ab Esi flumio. Hanc vrbem Longobardi vastarunt. Erant Galli cùm ob viciniam, tum ob virtutem Romanis terrori: & tumultus Gallicus cum maxima formidine semper exceptus. Idem etiam Plutarchus affirmat his verbis in vita Marcelli: Faciebat id loci vicinia, & Gallorum dignitas: tanquam qui recordarẽtur se & ab iis ad Alliam cæsos, & vrbe fuisse deiectos. Peracto primo Punico bello cladiũ & stragis faces ex huiusmodi caussa inter eosdem rursus ensicuere. Irruperant more torrentis per agrum Hetruscum Galli, Aretiumq; acriter obsidebant. Romani Tuscis auxilium ferentes in pugnam descenderunt: qua in pugna, si aliàs vnquam, Gallorum virtus enituit. Nã & exercitus ad excidium deductus, & interfectus est consul. Cum verò pro redimendis captiuis Romanorum Mediolanum venissent, contra ius gentium interfecti sunt. Itaq; senatus huiusce facinoris indignatione commotus, delectu per Italiam habito, bellum reparauit in Gallos, quod ad multos annos gestum Senonibus qui proxime Italos habitabant, excidio fuit. Sunt qui scribant hac ante primum Punicum bellum fuisse gesta: quod eo confecto subsecutum sit. Illyricum: mox tumultus Gallicus. Hanc ob caussam C. Flaminius ad populum legem tulit, vt ager qui Senonibus ademptus fuerat per superiora bella, Romanis ciuibus diuideretur. Id cum Boii intellexissent, qui Senonibus inhærebant, malè ferebant hanc Romanorum viciniam. Super hac re igitur inter Cisalpinos Gallos conuentus est habitus. Quibus in comitiis contentio omnis consumpta est refricandis iniuriarum vulneribus antiquis, & recentioribus. Tandem post longam consultationem ad arma succlamatum est. His pactis Congolitanum, & Aneristem reges eligunt: quibus summa totius rei commissa est. Hac vbi Roma nunciata sunt, variè trepidatum est, discurrentibus aliis ad portas vrbis, aliis ad mœnia, pernoctantibus aliis in foro. Omnia certatim deferri in oppidis validioribus ab agris: ac si adfuissent pro mœnibus Galli, qui domo nondum signa promouerant. Accusari ab aliis Patres conscripti: & à nonnullis ciuium auaricia assiduis iurgiis criminari: & parum defuit, quin sæuitum sit in bellis autores. Tanto igitur belli iam excitato incendio Consules per Italiam, & proximas insulas habere delectum, parare arma, cogere iuniores, vexilla præparare. Coacti sunt etiam sacerdotes, qui belli munere ex S. C. vacabãt, ad militiam dare nomina. Romanorum autem formidinem vel apparatus ipse declarat: nunquàm enim tot Italorum millia fuisse in armis proditum est. Veniebant enim in mentem Rom. vrbis incendia, exercitus ad Alliam casus, tot diis sæpenumero aduersis contra Gallos susceptæ certamina: & hanc ob caussam velut fatalem Romanis Citeriores Gallos formidabant. Sic in vrbe, & apud socios impigrè delectus habebatur: & quasi non semel pugnandum esset, tot copiæ conscriptæ sunt, quot antea, nec post (quas ipse legerim) nunquam. Siquidem Polybius refert fuisse in Romanorum exercitu DCCC. & L. mil. pedit ũ, equit ũ autem III. & CC. mil. Plinius DCC. ped. mil. equitum verò tantum mil. LXXX. fuisse attestatur. Et antequam copiæ proficiscerentur, sacrificii genus facere coacti sunt, Sibyllinis cedentes monitis, quib⁹ continebatur, Græcos homines, & viuos, & mortuos, Gallos marem scilicet & fœminam viuos oportere tumulari: cum antea Græcanico more pij ac miti rem diuinam facerent. Itum est tandem cum eis copiis in Gallos, qui Hetruriã omnem ferro, flammaq; vastabant. & diu vario Marte pugnatum est vsq; ad C. Atilii Cos. ex Sardinia aduentum, quem cum venisse Galli cognouissent ex crebris ignibus per noctẽ, totis viribus in aciem descenderunt: vt extremam belli aleam experirentur. Præualebant virtute Galli, multitudine verò numerosiores Itali. Contra L. Aemilium Gesata, quibus mos erat, vt nudi pugnarent, cum Senonibus constitere & Cenomanis: aduersus C. Atilium cum Boiis, Lebuis, & Salassis Insubres processere, collocatis prius plaustris, & impedimẽtis, omniq; præda in proximum tumulum cum præsidio. Cum duas (vt dictum est) frontes Gallorum acies haberent, non solum terribiles aspectu, verum & efficaces ad certa men fuere: verum Insubres cum Salassis & Boiis lunatis sagulis, & torquibus aureis maximè interlucebant. Interea Gallis equitibus C. Atilium à tumulo arcere conantib⁹, pugnatum est nerui omnibus cum summa omnium alacritate. Quo in concursu cum Atilius Cos. in confertissimos cuneos pugnaret, ab equite Gallo hasta transfixus, occubuit: caputq; hastæ infixũ per castra delatum est. Hic ex morte Consulis maior inuasit Italos rabies, & rerum desperatio. Tandem fusa Gesatarum sagitis acie, ad cæteros Gallos omnis rerum difficultas redit. Hic clamor, armorumq; horror, hic equorum hinnitus, qualis antea nunquam pro focis, & libertate Italis, pro gloria autem, & virtute pugnantibus Gallis. Sic omnis ferri experientia à fronte, & à tergo vehementius insurgebat. Insubribus & reliquis Gallis nulla iam salutis spes validiores vires dabat: Itali verò nisi tunc cùm tanto exercitu vicissent: nunquam posthac fore vt vincerent, arbitrabantur. Cœpere tandem Italorum frontes pedem referre: quod cum tribuni equitum inspexissent, vt fit in rebus proclamatis, procellam equestrem demissis hastilibus & equis concitatis in Gallorum peditatum dedêre. Tum demum turbati Galli, ac loco moti, & repulsi sunt. Quanto animorum ardore tunc pugnatum fuerit, Polybius his verbis ostendit. Hic tandẽ belli Gallici finis, quo nullum vsq; in hunc diem vel obstinatione animorum, vel militum audacia, vel atrocitate præliorum, vel multitudine interfectorum, vel numero copiarum maius, aut audiuimus, aut legimus. Hæc ille. Post hanc pugnam L. Aemilius Consul in Boiorum agrum cum exercitu venit, quo vastato Romam ad triumphum regressus est secum adducens Congolitanum ex fuga protractum. Aneristes alter sibi mortem conscierat, ne foret hostibus speciosior triumphus. Sequens annus consules habuit Q. Fuluiũ & T. Manlium. Hi accepto exercitu Galliam ingressi sunt: Boiosque venire in deditionem P. R. coëgerunt: qui cum cæteros Gallos adoriri, aut eorum regionẽ vastare proposuissent, crebris imbribus & obortæ per exercitum pestilitate pedem referre coacti sunt. Hos secuti sunt consules P. Fuluius, & C. Flaminius. Galliam itaque Flaminius aggressus est: Ananesque Gallos subegit: hinc insubres inuasit incensis Taurinorum agris: & castra metatus est eo in loco, quo Addua

dua in padum influit. ibi hac ætate castrum est no- A
uum, pagus. Insubres vbi hæc intellexere, armata mul-
titudine ad prohibendos Romanos venêre: ibi crebris
certaminibus fatigati Romani in Cenomanorum a-
grum se recepere. Inde per superiora loca vagantes e-
quites Orobios populabantur. Insubres itaque agro-
rum vastationem ægrè ferentes ferro quam primum
decernere statuerunt. Facto igitur agmine quin-
quaginta hominum mil. & sublatis vexillis aureis è
templo Mineruæ tantò animi ardore Romanos ag-
gressi sunt, vt vix ab oppugnatione castrorum primo B
aduentu repulsi sint: paucis post diebus in ripis Ab-
duæ commissa pugna superati sunt. Tot cladibus
attriti Insubres Romam pro pace legatos mittunt: qui-
bus cum negata esset, rursus ad bellum se alacrius
comparant: præsertim cum iam Mediolanum ex
Transalpinis Duce Viridomaro armatorum triginta
millia in subsidium superatis Alpibus accessissent.
Consules erant C. Cornelius Marula, & M. Clau-
dius Marcellus, qui acceptis copiis à prioribus con-
sulibus, Acerras inter Padum & Alpes vrbem C
Insubrum obsidione cinxerunt. Insubres quòd au-
xilium obsessis ferre non poterant, propterea quod me-
dia quædam loca à Romanis tenebantur, parte copia-
rum trans Padum missa, Clastidium quod Romani
præsidio firmauerant, obsederunt, rati ea difficultate
coactos Romanos Acerras obsidione soluturos: eo igi-
tur consilio Clastidium premebant. Romani bi-
fariam diuiso exercitu statuere obsessis opem ferre.
Cornelio igitur onus iniunctum, vt curaret, ne Acer-
ranis subsidium præstaretur: Marcello autem, vt D
Clastidianis opem ferret. Quem vbi Padum Galli
traiecisse intellexerunt, Consuli obuiam facti sunt:
instructaque acie Romanos adoriuntur: ibique duce
Viridomaro temeritate sunt casi. Acerrani autem
suorum strage audita, vrbem nocte deseruêre. Ita vrbs
Insubrum clarissima flammis consumpta est. Vltra
Lirianum mira celebritatis oppidum in ripis Orena
pagus visitur. Acerris adhuc nomen est, cum adia-
centi regione, quæ Acerrina dicitur. Hic fuisse
vetustissimam Acerrarum Insubrum illam vrbem E
puto. Vastatis Acerris Cornelius Mediolano
copias admouit. Quod cùm se capere posse desperaret,
quod populi frequentia defenderetur, populato circum
vrbem agro copias reducebat. Iter facientem Insu-
bres assequuti extremum agmen adeò egregiè inuase-
re, vt maximus timor ea in parte sit Romanis iniec-
tus. Conuersis igitur signis (consul totis viribus Insubres ag-
gressus est, maximamque eorum partem concidit: qui
pugna superfuere in proximos montes confugerunt. Cor-
nelius re animaduersa infesto exercitu Mediolanum F
reuertitur: nactusq; vrbem metu perculsam, & defen-
soribus vacuam nullo negotio ea potitus est. Quiescre
deinde Gallorum arma vsque ad Annibalis aduen-
tum, à quibus & copiis nouis auctum (fere enim o-
mnem exercitum in transitu Alpium amiserat)
satis constat, & ab his in Italiam accersitum, cum
illi in animo esset per Narbonensem Galliam aper-
si maritimis Alpibus in Ligures irrumpere, illinc
in Hetruriam. Nouissimè in Italia soli qui re-
bellauerint, in armis remansere contra Romanos
pulso Annibale: Mox cum Liguribus, quorum
arma fere semper coniuncta fuere, vario Marte cum
Romanis belligerarunt. A variis tandem cla-
dibus in amicitiam Romanorum sunt recepti, primi-
legioque Latinæ coloniæ Transpadani, Romanorum
more loquor, donati. Sauentibus deinde bellorum
Ciuilium procellis C. Cæsarem sequuti totis viribus
huic bello incubuêre, cæteris Gallis propè reclamanti-
bus. Huiusce rei testem habeo Ciceronis epistolam
ad Tironem: Delectus enim (inquit) magnos ha-
bebamus, putabamusque illum metuere, si ad
vrbem ire cœpisset, ne Gallias amitteret, quas
ambas habet inimicissimas, præter Transpadanos. Extincto Cæsare contra M. Antonium
insurrexere: libertatemque communem cum re-
publica Romanorum amplexi sunt: quòd vnicè
M. Brutum Cæsaris interfectorem colerent. Ne-
gotii huius testis est Plutarchus: qui ait Mediolani
statuam æneam M. Bruti in foro conspectam
ab Octauio: laudatosque Mediolanienses ab
eodem, quòd etiam in rebus aduersis amico-
rum essent amici. Quod arma sumpserint in
M. Antonium, auctorem habeo in Philippicis
Ciceronem, apud quem hæc pridie legi: Quid Gal-
liam? (de hac loquitur citeriore, quam in M.
Antonium D. Brutus armauerat) Quo tandem
animo hanc rem audituram putatis? Illa enim
huius belli propulsandi, administrandi, sustinendi principatum tenet. Gallia D. Bruti nu-
tum ipsum, ne dicam imperium, secuta armis,
viris, pecunia, belli principia firmauit, eadem
crudelitati M. Antonii suum totum corpus ob-
iecit, exhauritur, vastatur, vritur omnis, æ-
quo animo belli patitur iniuriam, dummodò
repellat periculum seruitutis. Optarem in
L. Floro, & aliis nonnullis scriptoribus loquendi mode-
stiam: qui vt carthas expleant ambagibus, regiones
aliquando citra verecundiam pro animi libidine plus
æquo vel laudant, vel vituperant. Audite igi-
tur quicunque estis ex hoc grege M. Tullium Phi-
lip. III. Quodque Galliam prouinciam Ci-
teriorem optimorum, & fortissimorum vi-
rorum, amicissimorumque P. R. ciuium refertam,
exercitumque in Senatus potestate retineat.
Verum, ne ebrium Ciceronem hac putes dixisse ali-
quis, audiat eundem Philip. IV. Galliam to-
tam hortatur ad bellum, ipsam sua sponte, suo
quoque iudicio excitatam. Hæc ille. Nunc
quanta fuerit, & sit huius Galliæ Citerioris auctoritas,
his verbis idem Cicero declarat Phil. III. Nec verò de
virtute, constantia, grauitate prouinciæ Galliæ
taceri potest. Est enim ille flos Italiæ, illud firma
mentum imperii P. R. illud ornamentum di-
gnitatis, tantus autem consensus est munici-
piorum, coloniarumque Prouinciæ Galliæ, vt
omnes ad autoritatem huius ordinis, maiesta-
temque P. R. defendendam conspirasse videan-
tur.

Digitized by Google

tur *Eundem rursus audi in quinta Philipp.* Galliaque quæ semper præsidet, atque præsedit huic imperio, libertatique communi, meritò vereque laudetur, quod se suasque vires non tradidit, sed opposuit. *Quòd si vni Ciceroni fides non adhibenda est, audite M. Antonium apud Ap. Alexandrinum ita loquentem:* Nam si à Celtis (*inquit*) abiero, neque hostis, neque Monarchicus dicar amplius. *Idem cum à Senatu destitueretur, petiit Celtarum prouinciam inter Alpeis residentem: quam D. Brutus obtinebat, mente scilicet repetens, C. Cæsarem ex Celtis prodeuntem Cn. Pompeium superasse. Senatus autem Celtarum gentem velut arcem in se præparari metuens, conturbari cœpit. Adhac quibus copiis vlteriorem Galliam C. Cæsar deuicit, nisi nostratibus? Primò in Heluetios duas legiones conscripsit, quas per Ocellum cum tribus qua circum Aquileiam hyemabant, trans Alpes traduxit. Mox cum esset in hac nostra Gallia, intellexissetque Cæsar Belgas inter se datis obsidibus coniurare, nonne legiones totidem conscripsit ex nostris militibus? quos Q. Pedio legato in vlteriorem Galliam deducendos dedit. Deinde cum Cæsar maiorem Gallia motum expectaret, per M. Syllanum, C. Antistium Reginum, T. Sextium legatos delectum haberet ab Cn. Pompeio Procos. petiit, quonam ipse ad vrbem cum Imperio reipublica causa maneret, quos ex Cisalpina Gallia consulis sacramento rogauisset, ad signa conuenire, & ad se proficisci iuberet. Quid igitur oblatrat L. Florus esse nos nisibus nostris similes? quando hinc omnium firmissimus peditatus semper eductus sit, ad quancunque belli lean semper paratissimus. Verùm non deerunt ex vobis, qui mihi iam vitio dederint, quòd in re sole clariore morer nimis. Transeo igitur ad facinus aliud, quod constat à quatuor tantummodo Transpadana regionis vrbibus cæteris Italis reclamantibus patratum fuisse. Hyemabat circa Padum ala Syllana: quæ cum ab Othone Imperatore nullo in pretio haberetur, cognosceretque Mediolanensibus, Nouarensibus, Vercellensibus, & Hipporhedensibus Othonis imperium graue videri, eos ad defectionem nullo negotio sollicitauit. Data itaque inter se fide, omnes in verba Vitellii absentis iurarunt. Atque hac cum Vitellius intellexisset, maturauit ex hybernis milites mouere, & in hanc Citeriorem Galliam proficisci tantarum vrbium motus autoritate, quas Corn. Tacitus florentissimum Italiæ latus appellat. Datas præterea à Senatu Romano literas in hanc sententiam reperio:* S. R. amplissimus Curiæ Mediolanensium ornatissimæ salutem. Vt estis liberi, & semper fuistis, lætari vos credimus: creandi principis facultas Senatum readiit: simul etiam Præfecturæ vrbanæ appellatio vniuersa decreta est. Valete. *Hæ autem literæ ad Mediolanenses datæ functo vita Aureliano fuêre. Possem super hoc negotio vobis plura adducere: verum cum his recentiora domi habeantur per Georgium Merulam virum candidissimum declarata, ferè vsque ad memoriam nostram videor mihi cum gratia etiam vestra posse me canere receptui. Hæc cum dixisset Felicianus, subticuit. Tunc Hippolytus Maynus Augustæ Bacientorum comes Petrum Candidum Vergieminatem or[illegible], ne grauaretur ea, quæ in laudem Mediolanensis vrbis composuisset, recitare. Cui Petrus, Turpe inquit, mihi esset comes illustrissime precibus tuis locum relinquere: Incipiam igitur, & si quandoque prolixior vobis visus fuero, date silentii signum mihi: nam senectutis hoc peculiare vitium est, vt sint sæpenumero plusquam deceat loquaciores. Sed nunc exordior, precor attendite. Admirabilis quædam res est eloquentia, & quam paucorum ingenia hucusq; assequi potuêre. Quamobrem nonnullos & graues, & doctos viros scimus, qui cum perem rebus, de quibus verba facturi sunt, eloquentiam præstare nequeant, studio tamen & voluntate ducti ea dictant, ex quibus non tam laudem meo iudicio, quàm reprehensionem sunt consecuti. Moderanda igitur voluntas est, & cohibendus appetitus, ipsiusq; voluptatibus frena iniicienda sunt: nec solùm quid possis, sed quid debeas cogitandum. Ita te tuarum rerum pulchritudo delectet, vt nihil laude dignum te autore in earum comparatione vilescat. Nuper enim cum Leonardi Aretini viri in primis docti laudationem Florentiæ vrbis lectitarem, non tam dicendi ornatum, qui vberrimus illi adest, quàm sententiarum vim, ac diligentiam admiratus sum. Tam luculenter enim & ornatè scibit, vt nisi penitus attenderis, facilè adduci queas, vera esse, quæ ab illo referuntur. Sed nihil est veritate præstantius: summa res eloquentia huic vni cedit, ab illa vincitur. Operæpretium itaq; credidi omnem nostram huiusce modi laudatione sententiam meam vobis exponere. Nam cùm bonarum artium studiis eruditi sitis, tum iis potissimum otiis vacetis, quæ sunt nonnunquam negotiis præferenda: equissimum arbitror in omni re, quæ à nobis auspicanda sit, deos precipuè fauenteis optare: cùm id demum feliciter euenire credatur, quod diuina ope fultum sit. Itaque celeberrimi vates non sine digna commemoratione deorum laudes in eorum carminibus prætulêre. Leonardus item noster cùm alia, tum istud in primis egregie, sed nihil neq; luculentius, neq; splendidius in toto orbe terrarum Florẽtia vrbe reperiri posse, haud equidem assentior. Quippe voluntatem ipsius extollendam, facultatem verò quàm amplissimã fuisse, erudita, ac pollens ostentat oratio: quæ illi in exornanda vrbe pulcherrima nequaquam defuit. Sed vt ad rem aliquando veniamus, principio quidem magna prudẽtia existimo, nihil ad ostentationem facere, nec periculosum, vt idem ait, iactantiam sequi potius, quam tranquillam stabileq; commoditatem. At quo pacto Florentiam vrbem id obseruasse cernimus? qua inter conualles quasdam sita, nec præclarè se montibus ostentat: nec rursum expeditissimis campis obiecta, eminus iter aperit: Vespertinus nempe viator longinqua sedulus prospectat hospitia, finem iam inde ingrati laboris autumans. Hæc autem conuallium syluestris opacitas non tantùm vrbium aspectum eripit, verum etiã desperationem quandã adeuntibus videtur præferre. Quippe vrbes summis in montibus*

tibus collocata, tum ad aspectum magnifice sunt, tum ad vsum iocunda. Extorsum enim aspicientibus incolis latissimos campos, viridissimos colles, amoenissimos maris tractus prospicium: nec est quicquam quod cum tali spectaculo cõferri possit. Quid aeris salubritatẽ commemorem? Quid auraru suauissimos flatus, sine astiuis temporibus Boreales rigere frigescere, sine hybernis australi tepore manus calescere? Ex quo summis in montibus habitare licet non solum, sine aduersa coeli intemperie, sine habitatorum incommoditate, atq; molestia, quinimo cum summa iucunditate, & gratia: sine ventis verò ac procellis nullam orbis regionem licet habitare. Adde quod ingenia his locis acutiora gignuntur. vt non infacetè dictum sit, Ex montibus sapientiam prodire: planiciem verò segetes largiri. Sed illa profectò fortunatior sedes est vrbis, quae longè flumina, longè montes excelsos prospicit, eorumq; commoditatibus quantum sat est, fruitur: incommoda verò nõ sentit. Quae si vlla est in toto terrarum orbe egregiè condita, ea certè Mediolanensium est ciuitas: sic enim in latissimis, feracibusq; campis sita, mõtibus altissimis procul septa est: sic non longè decurrentium fluminũ opportunitatem percipit: vt nulla nedũ inueniri, sed ne vtilius & commodius adficata cogitari vllo modo possit. Nam per deum immortalem, quae nam est hac vrbe praclarior? Quae populo frequentior? quae adificiorum magnificentia detur? quae denique viris, mulieribusque illustribus ornatior? videre licet alias vrbes, quibus praeter inanem quandam vicorum mundiciem, ac decorem, nihil adsit, quod cum minima huius vrbis commoditate conferri meritò queat. Iam verò si aeris temperiem, ac nitorem contempleris, facile adduci possis, Comes optime, nec alibi purius coelum, nec splendidiorem solem, nec astra magis fulgentia te vidisse. Ipsam autem vrbem viridantissima planicies vndique circundat, tam frugifero, amoenoque aquore consita, tam glandiferis, opacisque nemoribus culta, tanta vitium vbertate latifica, vt nihil aspectu pulchrius, nihil proventu vtilius, nihil ad animantium vitam accommodatius natura rerum omnium parens, & alumna commenta videatur. Adde iis fontium perennes liquores, cursus amnium vitro lucidiores, pratorum viriditates, & camporum felicem, beatamque fertilitatem: tum volucrum copiam, ac ferarum: quarum studio venandi incolae mira voluptate afficiuntur. Quid oppida in vrbium formam deducta commemorem, vt Vergeminum, quod Vigenanum appellant, patriam meam? vt Beatum, Gallarate, Mertarium, Terdate, aliaque multa municipia, quorum frequentia haec ciuitas sic vndique munita est, vt nihil videri possit illustrius. Itaque cum pluribus in locis magnifica vrbes sint, ad quas visendas multi mortales fama pulchritudinis allecti conuenianti, cùm plurima illis deesse conspiciant, auco huius vrbis magnificentiam, ornatum, copiam intuentur, vt illas veluti famulas quasdam, hanc verò caterarum dominam esse fateantur: sic omnium rerum magnitudine obstupescũt: sic templorum fastigia, & ornatum cõspicantes, pulcherrima admiratione satiari nõ possint. Non enim vrbs eiusmodi est, vt qua optima, & praecipua habeat vniuersa exponat ante oculos hominũ inspicienda, ac veluti solicita quadam meretrix superficiem solum curare cupiat, & culta nimis in publicum prodire: quod plerisq; in vrbibus fieri videmus. Caeterũ vt diligentẽ matronam decet, cui dignitas magis peculiare bonum sit, haec leniora haud multi facit: introrsus autem maiora quadam, ac visu digniora domesticorum obtutibus reseruat fruenda. Ex quo fit, vt cum eminus illius vt ita dicam vultum, cultumque prospexeris, minus formosa, ac decens sit: tum verò si propius accesseris, omnia praeillius venustate vilescere, nec satis natiuum splendorem habere videantur. Quamobrem cùm multa multis in partibus memoratu digna, aspectuq; sint, nihil est ex omnibus hoc spectaculo pulchrius, nihil dignius. Quod igitur in omni re praecellentissima solet accidere vt non facilè sit exordium sumere, quà potissimum illius praestantiam recenseas, cùm multa vndique inter se quodam modo de dignitate contẽdere, & dubitationem afferre non minimam videantur. Id in hac vrbe praclarissima exornanda, vel in primis mihi euenisse sentio, vt quid prius, aut posterius expediam, non leuiter addubitem, & ingenii mei periculum haud ausim facere. Experiundum tamen est, & quicquid studio, & exercitatione dicendi consecutus sum, id omne in illius praeconiis conferendum. At si parem vel eius magnitudini, vel meae potius erga illam voluntati eloquentiam praestare nequeam, nihil est quod deprecer, doleamve. Nam & vrbs eiusmodi est, vt ne a Cicerone eloquentiae principe pro ipsius meritis satis dignè commendari possit: & voluntas mea si minus laude, certè venia his primitiis digna est. Aequum est enim pro tam vrbe celeberrima, quam in patriam mihi elegi, pro veritate verba facientem assensum promereri. Vnde igitur exordiar? an vt pictores solẽt? sic equidem existimo. Id erit quàm aptissimum dicendi initium. Pictores enim cum pulcherrimas imagines studeant effingere, primùm ideam quampiam excellentem ac venustam mente concipiunt, quod conuenientissimum fucto opus sit cogitantes, deinde stylo manus applicant, ac prius verticem, & vt ita dicam, vultum coloribus linũt: subinde notas in reliqua membra distinguũt. Itidem nos cum praestantissimam vrbem describere aggressi sumus, ab ipso veluti capite sumemus exordium. Id autem quale erit? puto equidem si rerum publicarum administrationem recensuerimus. Caetera verò quae plerique magni existimant, templa, basilicas, porticus, theatra non pluris faciam, quam si quis imaginibus illis, de quibus paulò antè dictum est, bullas, limbos, fimbrias aut huiusmodi decora censet addenda. Quippe vt pro priori imagine vtamur: sicut enim in homine ratio in primis suspicienda est, tum dignitas persona, membrorumque aequalitas, sine qua pulchritudo esse non potest: sic vos ciuitatem, quae optima futura sit auspicantes, principio Reipublicae curam intueri oportebit: tum ciuium dignitatem, aequitatemque viuendi, quae membra sunt vrbis: caetera quae ad cultum pertinent haud multi putanda sunt. Vnde fit vt si qua vrbs eximiè munda, & pulchra sit, reliquis verò destituatur bonis, non sit propterea huic de qua loquimur, aequiparanda. Sed vt vnde sumpsit instium, referatur oratio, caput vrbis & columen Respub. est. Haec quibus rigatur legibus haud parum interest: leges autem & iura municipalia,

nicipalia, quoniam à maioribus tradita sunt, haud ab re fuerit de vrbis origine pauca præponere.

De origine vrbis Mediolanensis.

CAPVT XII.

SAtis constat Ambigatum Celtarum regem (ea pars Galliæ tertia habetur ex descriptione Cæsaris) cùm iam grandior natu regnum propagare cuperet, Bellouesō ac Siconesō sororis filiis nona loca, nouasq; sedes eligere, vbi Dij auguriis dedissent, suasisse: assumptis regni viribus, ne qua gens extera aduenientes finibus possessos arcere. Ea gens populis abundabat: sedes antiquas destituêre Bituriges, Aruerni, Senones, Cenomani, Carnutes, Boii, Aulerci, Hedui. Tum Siconesō sorte Hercynij saltus obuenêre. Bellouesō autem Dij immortales felicius iter ostenderunt. Itaque per Taurinos saltus Alpis Iulia in Italiam cum Cenomanis, Lebuis, qui in Gallia vlteriore Hedus aliàs dicebantur, & Boys irrupit: fusisque acie Hetruscis non procul à Ticino & Nouaria Hetruscorum pago flumen traiecit. & cum in agrum, quem Insubrium vocari intellexisset, fortè peruenisset omen secutus, quo itidē Heduorum pagus vocaretur, vrbem condidit, quam Mediolanum appellauit: ab vrbe eius nominis in Gallia ad littus Oceani, cuius meminit Strabo. Nostrā verò hanc T. Liuius Prisco Tarquinio regnāte conditam anno ante Romam à Gallis incensam aucētesimo, memoriæ prodidit. Ab ijs igitur maioribus hæc vrbs excellentissima sumpsit originem. Cæteras enim vrbes aut pastores, vt Romam, aut profugi patrijs sedibus, vt Tarentū, & Venetias cōdidere: Hæc sola inuenta est, quæ non agrestes, aut obscuros conticescat autores: verum Dijs auspicibus clarissima regum Celtarū stirpem, & bellacium populorum, quos non arma Alexandri Magni, nō Romanorū denique, si concordes animi Gallorum fuissent, subegere, præ se ferat. Cæterum vt id quod dicere instituimus, prosequamur. Vtrum igitur Resp. vnius consilio, atque autoritate, an plurium arbitrio aptius regatur, sæpenumero quæsitum est. Si quidem Plato Atheniensis philosophorū omnium (vt inquit Cicero) princeps quadrifariam principatuum species distinguit: vnam honorabilem, quam Græco nomine timocratiam appellat: aliam paucorum regentium oligocratiam: tertiā dimocratiam, hoc est, populare regimen: quartam verò tyrannidem: quintam deinde his omnibus præstantiorem adiicit, aristocratiam. Verùm cum ea non secus ac phœnix quingentisimo semel anno, vel potius nunquàm extet, in præsentia omittatur. Et ad incepta redeamus. Nulla igitur regnandi species potior visa est, quam timocratia: ea nempe est, quam apud Laconas, & Cretenses viguisse Plato asserit. Cum vir quispiam honoris, victoriæque auidus principatum capit, nō vt cupiam violentiam, aut necem inferat: sed vt ingenuè belligerando Remp. diligenter, & egregie tuendo sibi laudem, patriæ verò vtilitatem pariat. Qualis apud Romanos L. Brutus, & multis ante nos seculis præstantissimi reges: vt Bellouesus, & Brennus huius inclytæ regionis propagatores extiterunt. Qui non tam opū acquisitione solliciti, quàm gloriæ, & posteritatis memores, omnia post Rempublicā habenda censuêre: vt hac ætate Carolus quintus Ro. Imperator semper inuictissimus, & felicissimus: qui anno ante hunc secundo Tunetum totius Africæ vrbem munitissimam aggredi nō dubitauit. qua expugnata tantam gloriam assecutus est, vt proxime nunc ad deos accedat. Ioannem etiā Galeacium Vicecomitem nominari scio vos intellexisse, cùm quod Insubrū dux primus fuit, tum quod illi Virtutū comitis cognomē fuit. Ab hoc tanta in Remp. hanc merita extāt, vt dies me prius, aut vox tametsi ferrea esset, deficerent, quam dicendi materia. Verum è multis, quo brevior fiam, vnum subiiciam, quod eius principis magnanimitatem, prudētiam, fortitudinemq; posteris ostēdet. Gessit hic princeps bella quā plurima contra validissimas Italiæ vrbes. Nec tamen quispiā repertus est, qui cōsilio, potentia, opibus huiusce conatibus opponere, aut quæ animo cōceperat, quominus vt exeqēretur, vllo pacto quiuerit obsistere. Nēpe cum aduersus Florentiam vrbem bellum gereret, quæ inter cæteras Italiæ opulentissima quodam modo ac præclara habebatur: nec facilè appareret eius vim ac potentiā breui posse prosternere, cum vndiq; Romanorum, Venetorum, & finitimorum auxilio tuta esset, nec propinquas solùm, sed exteras quoq; nationes in bellum exciret, adeo virtute, diligentia, labore vrbem sagacissimam elusit, atq; prostrauit, nunc armis imminendo nūc pacem ostentando, vt quæ multis seculis ferme toti Italiæ par esse videbatur, nec modicis præliis posse superari, intra breue tempus penè ad excidiū deleretur: nec se amplius tueri, aut rem suam incolumen seruare. nisi sub Vicecomitis tutela & dignitate putaret. Cæterum hæc vberius ab aliis tractātur, & nos suo loco nonnulla retulimus. Iccirco ad alia iis ampliora me recipio, quæ non minus principum nostrorū magnanimitatem, quàm vrbis Insubrum vim, potentiam, excellentiā declarēt. Puto ego multos mortales satis mirari, vnde huic ciuitati tanta opes, tanta copia, tanta deniq; omnium rerum facultas sit, quē admodum tot per annos, & nouissimè diebus nostris grauissima tot bella sustinuerit: quàm sæpe infestis hostibus & innumeris reluctata sit, & semper indefessa, ac validior emerserit. Quis enim nō meritò his rebus tam præstantibus, & dignis admiretur? Sed hic omnis stupor apud eos est, qui vrbis & opulentiā, & vires nesciunt, eius magnificentiam nunquàm inspexerunt, auribus non facilè credunt. Vt enim ab Aristotele positum est, si qui essent illustribus domicilijs sub terra habitantes, cultis picturis, signisq; pulcherrimis, quibus beatorum domus ornari consueuere, nec vnquam supra terram exruissent, auditu autē & fama specimē, ac decorum omnium, quæ hic visuntur, percepissent: nec facile his quæ referrētur, fidem adhiberent. Deinde aliquo tempore patefactis sedibus, in hæc, quæ incolimus, loca emersissent: cum repentè cœlum, solemque vidissent, tum terras, mariaque patentia: præterea volucrum copiam, ac ferarum, vrbiumq; multitudinem, & ornatum conspexissēt: profectò & earū rerū magnitudine obstupescerent, nec satis pulcherrima admiratione satiari possent. Ita si quis fortasse est, qui aliarum vrbium ornamento, aut amœnitate delinitus sit, huius autem excellentiam prorsus ignoret, aut negligat: cum ad hanc tandem accesserit, ac prius quidem multitudinem populi latissimam, vrbis frequentiam, pulchritudinemque singularem inspexerit: tum eorum quæ ad victum hominum,

nunc ordinemq; pertinent, capitum simul, præstantiumq; cognoueris, quot artes, quot ubertas, quantus in hac omnium vbertas, & decor sit, quot ditia & ornatissima templa, præclarissimæ regiæ, antiquissimæ familiæ, pulcherrima & delicatissima rerum, splendidissimæ instantes, nitidissimi equi, & insignia arma videantur: postremò totius vrbis gratiam, nitoremq; perceperis: nequaquam ab hac tam præclara bello pacéq; facinora edita fuisse mirabitur, quinimo multo maiora ab ea præstari potuisse, & ad orbis imperium adspirandum idoneam potius esse censebit. Vt vos assuetudine quadam oculorum imbuti, vt in aliis plerumq; fit, mirari desinitis. Hic autem stupor, huic admiratio vrbem pernadenti ante oculos obijcetur. Cum verò ciuitatem ipsam egressus fis, & singula diligentius contemplatus fueris, Dij boni quæ oppidorum frequentia? quibus plerima ex ciuitatibus Italiæ longè cederent: quarum nomina propter scriptorum commendationem celeberrima. Quæ enim Apina, Tricaq; erunt, si nostratibus oppidis cõparentur. Præterea qua amœnitas? qua demum deliciæ occurrent? quam multa videas, quam præclara, quàm magnifica? Non enim vt de nine scribit Homerus cœlestus delapsum montes occupare, & colles, iugaq; montium, & culta pinguia, sic hæc ædificia vniuersos circum colles & planiciem occupant: Verum omnis Italiæ vrbes quasi quodam sito in vnum locum conuenisse videbuntur. Quippe Gallia Cisalpina oppida nequaquam cæteris æquãda sunt, quæ in alijs plerumque videre regionibus contigit. Verum pro vicis ditissima hic oppida, pro oppidis opulentissimæ vrbes adsunt. Quota etenim apud Cisalpinos Gallos villula est, quæ non eius firme oppidi magnitudinem aquæ ex quibus exornari solet Italia? Quam enim habet Hetruria præter Florentiã, & Senas vrbem, quæ nostris oppidis vel magnitudinem aquet, aut ubertatẽ? Signia vrbs est, vt scitis, vltra Romam, cuius Pontifex Laurentius Grana vir literarum candore politissimus. Ea in vrbe nec tonsor adest, nec medicus, imò nec qui calceos conficiat, aut caligas. igitur pro pergicibus gestationes hic cernas, pro viridarijs consita nemora, ac patentissimos terrarum situ cultus, quibus florentius nihil, nihil speciosius, iucundius, nihil denique natura commenta videatur. Iam verò si cubicula, si triclinia consideres, quibus potissimum optimatum domus exornari solent, nihil est in vrbe tam tersum, tam mundum, sic elegans, quod cum horum nitore, aut politia conferri queat: ita omnia apta, distincta, ornata intueare. Quamobrem quamcunq; in partem oculos admoueris, omnia natiuo decore nitescere, & quasi lætitiam quãdam ex se videntur effundere: tanta villarum amœnitas, camporum beata fertilitas, nemorum, pratorumque viriditas vndique refulget.

De situ vrbis Mediolanensis. CAP. XIII.

SEd posteaquàm dicendo hucusq; progressi sumus, aliquid & de situ vrbis dicam, vnitum eius paulò altius repetendo. Enimuerò Mathematicorum dimẽsionibus satis constat omnem terra ambitum quinque Zonarum spacio esse distinctum, quarum primam solis ardore succendi, spacioremq; ceteris asunt esse: extremas frigoribus intensissimis inhabitabiles, semperq; rigere autumant. Inter has autem duas interiectas esse, velut medias: vnam, quam nos incolimus sub axe Septentrionis situata: alteram verò ad Austrum prouendi, ante patres nostros non satis cognitam. Hanc ita diuturnis nauigationibus regis Lusitanorum & alijs explorata, quam est hæc nobis citerior Gallia. Sed vt quæ mihi sunt nota, prosequar, Hæc vbi habitamus, licet à frigore, & calore media sit: non eadem vbiq; cæli temperie clementia, & æquitate fruitur: quippe regiones quæ tropico Cancri sunt viciniores, vt Parthia, Armenia, Libya, cæteraq; finitima propinquore semper calore torrentur. Quæ verò polis duobus sunt obnoxiæ, frigoribus rigent regiones: & quæ his vicinæ sunt, vt Germania, Albion, quæ nunc Britannia, Scotia, Thule, Dacia, Pannonia, Scythia, & quæ Riphæos montes gens habitat. Reliquas intermedias regiones velut ab vtraq; extremitate distantes temperatiore cœlo, salubriore q; fruuntur. Cum igitur hæc Cisalpina Gallia in sexto climate, quod διὰ Βορυσθένους appellatur, cui Mercurium præesse dicunt, remota sit ab æquinoctiali per IIII. & XL. gradus; ambabus partibus fouetur, hinc Boreali frigore, istinc Australi æstu. Igitur velut regina montibus circumsepta, & gemino freto Adria scilicet, & Tyrrheno, vt amborum commoditatibus pro arbitratu gaudeat, incommoda nulla percipiat. Ritè igitur Maro noster, decus immortale Cisalpina Gallia his versib. hunc tractum celebrauit:

Hic ver perpetuam, atq; alienis mensibus æstas
Bis grauidæ fruges: & pomis vtilis arbos.

Situm nempe ciuitatis beatissimum reddit aëris salubritas, gleba pinguioris ubertas, fontium, fluuiorumq; irriguitas, fructuum fertilitas, nemorum & pascuorũ viriditas, iumentorum & pecudum fœcunditas, qua incolentium nutrimentum, non leuem præstant vtilitatem. Hæc autem nostra regio huiusmodi fertilitate adeò nobilis est, vt non modo superiorẽ nõ inueniat, sed ne parem quidem: ea præsertim qua intra Sesitem & Addduam continetur. Oppidis tam frequentibus, & pagis referta est, vt ferè ad singula stadia diuersoria reperiantur: præterea tam uberi solo est, vt populum, quem copiosissimum habet, sine aliarum gentium auxilio facilè nutriat. Tantus est autem solius vrbis Mediolanensis populus, vt tota Hetruria non tam numerosũ habeat. Tãti aũt populi in caussa est fertilitas, fertilitatis aũt humor, qui ex tot amnibus manat: toto præterea solo aquarum venis resudante. A superiore siquidem parte, qua Marte sana à bellicis incolis appellata est, Lario ab lacu Adua, & ab Alpibus alia fluenta decurrunt. Ab inferiori verò Ticinus aquarum nitentium agmine rigat Insubriam, à Verbano capite exerens:, amboque diuersis itineribus Eridano infusi fluuiorum regi miscentur, eumque ad mare comitantur. Non iniuria itaque veteres Mediolanum inde appellatum putant, quòd inter amnes media, velut Mesopotamia regio, sita sit. Dico ergo hanc prouinciã præ cæteris salubriorem, & amœniorem esse: nec minus feraciore solo præditam: tum his quæ ad humanum victum pertinent, felicioremhaberi: summaq; Dei prouidentia Mediolanensium vrbem in ea constituiam.

Nec enim commodiore loco nostra hac metropolimna ciuitas, Orientis & Occidentis emporium adificari potuit: qua totius orbis regimen esset habitura. Nempe vt arces præcipiti fossa vndiq; precingi, & in eminentiore quadam vrbis loco condi consueuere, vt regentis sedem, & ipsius caput vrbis præ se ferant: sic Mediolanensium ciuitas altissimis septa fluminibus; altiore, & tutiore prouincia posita est, exindeq;, vniuersas quasi inferiores vrbes Italia, velut ab altissima specula prospicit: ita vt Italiæ totius arx, imperij sedes, & reliquarum domina vrbium merito appareat. Ab hac siquidem arma, ab hac equi, & quicquid belli vsum strepit, egreditur. Hæc sola est, quæ armatos Duces, lucidas equitum alas, peditumq; caterua sistit in acie. Vt enim si quis magnam lanificij, & mercenariorum copiam aliqua ex vrbe continuo efferri, hisq; & currus impleri, & naues stipari; ac mari & terra conuectari videat, facile eam vrbem mercibus plenam, multisq; ibi lanarios, qualium copiam esse scimus in Florentia, incolere, statim eum locum indicabimus esse mercatoribus refertissimum: Ita qui Duces, qui exercitus, qui arma, qui equos, qui currus, signa, vexilla, & reliquam belli supellectilem ex hac potissimum vrbe prodire inspiciat, & toti Italiæ formidinẽ incutere: non ne & armis, virisq; refertam: & ad orbis imperium adipiscendum idoneã esse fatebitur? Siue enim multitudinem populi consideres, nihil est in toto terrarum orbe frequentius: siue pulchritudinem, nihil ornatius, aut ditius. Si verò quæ ad commoditatem vitæ pertinent putaris præferenda, quid est ex optimis, ac necessarijs rebus quod ab Insubribus merito desideretur?

De opibus, & potentia Mediolanensium CAP. XIV.

AT si rerum gestarum mauis, Augustæ Bacienorum Comes illustrissime, patriæ tuæ gloriam cõtemplari: nullam inuenies, quæ bellorum magnitudine, ac diuturnitate latius propagarit imperium. Hæc veterum regum sedes, hæc imperij Romani firmamẽtum, hæc Italiæ tutela: hinc illa immensa effusa sunt agmina, quæ non solum Hetruriam vastarunt. Romanorum exercitus ad Alliam obtruncarunt, mox incensa Roma vniuersam Italiam peragrarunt, deinde Græcia depopulata, maiorem Asiæ partem ruinis, & incendijs consumpserunt. Florentiam autem Syllana fœcis coloniam mundicia vicorum, eduum lautitia, non ijs clarissimis monumentis insignem esse scimus. quæ quin vetusta & perornata sit, non equidem inficias eo: verum armis, viris, opibus ac gestarum rerũ gloria cum Mediolano conferendam nullo modo censeo. nec hac ætate vrbẽ Romanam: ex qua si sacerdotes, qui ferè omnes alienigẽæ sunt, eieceris; cultoribus vacua remanebit. Tua autem hæc patria eiusmodi est, vt accessione gentium non augescat, & discessu haud minuatur. Sed quoniam de tam excellenti ac præstantissima vrbe breuiter à nobis, & quasi cursim hucusq; pertractatũ est: tandem, vt eximius inquit orator, alio vela faciẽda sunt, & quid in quaque re eius præstantia maxime enitear latioribus paulo verbis, & rationibus explicandum est. Iam enim de templorum ornatibus, ac regali sacrarum ædium splendore non inopem dissoreudi locum relinquetur. Vnde igitur dicere nunc exordiar, aut quid in primis præponendum sit, haud facilè intelligo. Velut enim si quis Helenam illam formosissimam eximijs laudibus ornare cupiat: prius ne nobilitatem generis expediet, quod Ioue, & Leda genita sit: an pulchritudinem, quod à Venere præ omnibus formosior sit habita: an virtutem, quod eleganter canere, & psallere docta fuerit: an ornatu corporis præstare cõtendat, quod purpureis, auratisq; segmentis vti assueuerit: an lepõrem potiùs loquendi anteponat, quod ore narrantis suauitate quadam allecti penderent homines? Hæc inquam si quis animo volutet, quid conuenientius dictu sit, ignorat, ad eximiam pulchritudinem venustatemq; demonstrandam. Sic ipse cum optimam ac pulcherrimam vrbem celebrare instituerim, quæ in omni virtutis genere, laudisq; præstantia cæteras anteeat, vnde potissimum exordiar ignoro. Nam & ipsa virtutum admiratio incertum me reddit, nec facilem deliberandi facultatem permittit. Ego tamen vnde conuenientissimum, & aptissimum putabo, initium capessam. Primum igitur, vt de opum, ac facultatum copia dicere ordiamur, in quais potissimum Reipublicæ status innisi solet, vbi nam tu gentium vrbem reperias, quæ tanta vectigalium copia abundet? tot exercitus sumptibus suis alat? Memini à viro audisse me quæstorio, tot exactas ex hac vrbe pecunias ad alendum per Lenjana tempora exercitum, quot ferè tota Italia, Venetijs duntaxat exceptis, posset exigere. Ioanne præterea Galeacio imperante apud Insubres legi quinquies, & quadragies decies centena millia aureorum sine populi querela & parvo admodum temporis spatio ab ijs exacta, qui tunc quæstores erant: huius tertiam totius summæ Mediolanum impendisse, cũ præter Liguriæ populos omnes firmæ Italiæ vrbes, quæ ab Alpibus inter duo maria Illyricum Flaminiamq; continentur, in eius potestate essent: in Hetruria Pisas, Senas, Perusium, Assisium teneret, Bononiam possideret. At verò quæ ferè ætas nostri vidêre, & in oculis ferè nepotum versantur, non ne tamen incredibilia nobis apparent? vnam hanc vrbem tot per annos cum Venetis, Florentinisq; de imperio certantem duarum validissimarum ciuitatum adeò impetum sustinuisse, & adeò omnes earum conatus flocci fecisse, vt audaciam non solum reprimeret: verum ad pacem vltro poscendam post longum ac difficile bellum impulerit. Hæc autem acta fuisse scire vos arbitror, eo tempore, quo Philippus Maria Vicecomes rerum potiebatur apud Insubres. Taceo Eccelinum Patauinorum tyrannum cũ innumero exercitu à Mediolanensibus iuxta Soncinũ, quod oppidum est in ripis Lolij agri Cremonensis, obtruncatum, cuius cadauer eo in oppido sepultura donatum est. Venio ad nauales, terrestresq; copias: quibus felicissimo euentu sæpe cum Venetis & Florentinis decertauit, contra eorũ opinionem: quod opinarentur Venetæ Mediolanenses cũ ipsis, qui inter aquas & nascũtur; & educantur veluti pisces, congressuros nũquã. Obstupuit eã tẽpestate vniuersa Europa tã difficile bellum contra tot hostes terra, & aqua sine exteris auxilijs à Mediolanensibus administratũ. Admirabantur extera

tera natinos vnde tanta opes, tanta copia, tãta denig; rerum omnium facultas esset: quibus non dicam thesauris, sed auriferis fœta mineris immensas ad tantum bellum, distentumq; pecunias exponeret, atque hac Mediolanensiũ ciuitas suis maximè reditibus effecit, nullis externis freta præsidijs, sed propria virtute, & probitate confisa. Ex quo per eximiam ipsius præstãtiam licet agnoscere, qua per se bellum gerere, per se sumptus omneis perferre quiuerit: qua in re quid in primis extollendum sit, haud facile cognitu est. An potentiã prius admirentur homines, quòd grauissimum, & periculosissimum bellum tot per annos ensixissime pertulerit? an virtutem, q hostiles vires sæpenumero fregerit, atque deleuerit? an opulentiam, quod propryis sumptibus ingenteis aduersarorum opes funditus exhauserit? Mihi quidem hæc omnia non mediocri laude videntur commendanda. Sed ad maiora mea festinat oratio: & de opibus ac facultatibus abunde dictum est à nobis: de nobilitate deinceps restat disserendum.

DE NOBILITATE conditorum. Cap. XV.

QVanquàm in hac parte nescio, an virtutem contineri putem. Nam cum virtus per se clara, & illustris sit, nec vllis imaginibus magnopere indigeat: ita qui maiorum suorum res gestas prædicant, ipsi verò nullam in partem vtiles sunt, vani potius quã generosi censeri solent. Vt sunt nunc Romani, qui tantum nunc possunt dicere, Fuimus Troës: cùm choreis, vẽtri, & gulæ dediti, tantum idones sunt statis quibusdã anni temporibus ad occidendos, veluti lanij boues. Dij boni, quæ antiquitatis fragrantia? Quæ virtutis experimenta? Quæ facinorum admiratio? occisos sex boues singulis annis à populo Romano, quis non monumẽtis tradet? Quòd si quis horum igitur prosapiam longè anteponat, plurisq; eorum dignitatem, Rempublicamque existimet, q̃ y cæteris nationibus olim imperitavit, medius fidius vehementer errat: nec satis verè nobilitatis vim amplitudinemque intelligit. Romanorum enim veterum, quæ in nouis est prorsus extincta, excellentia adeò sua virtute cognita est, atque perspecta, vt nullius laudibus egeat, quò dignior haberi possit, ac præstantior. Si verò conditorum stirpem, claritatemque recenseas, perobscura videbitur eorum successio, vilis, abiecta. Nihil ergo hac hæreditas existimanda est. Non ne virtute præclarum fieri, ac rebus gestis eminere præstiterit, non autem fumosis stẽmatibus, coloniisque excellere? Traditum est in annalibus eorum, qui Punicum bellum secundum scripserunt, Placentiam coloniam deductam primo anno eius belli, in quam sex millia hominum deducta sunt. In his equites deducendi fuit caussa vt opponerentur Gallis Insubribus. Numquis propterea ex Placentinis ciuibus inuentus est, qui populs Ro. imperium iure hereditario ad se vẽdicet? Nũ qui totam Italiam tribus & quinquaginta coloniis putet immunem, vt vel nulla sit esse credantur Romana probitatis insignia: adeò vniuersa in vnum quodammodo coniuncta sunt, atque confusa, vel si qua ætatem superare potuere, omnis Italiã huiusmodi gloriam ad se dicat pertinere? Quòd si maiorum dignitas, aut splendor quæritur, qua Brixia nobilior colonia? qua præclarior vnquã fuit deducta? Hanc quippe Imperatores Ro. ita condidere, vt Imperij signa illo conferrent proscripto etiam Italiæ, diis aduersis, à Constantino nobilitatus & inuentutis flore. Sed libet aliquantulum hic immorari, & quærere, vter hic populus origine prior sit, atq; nobilior? vt subinde ex huiusmodi collatione virtutis cæterarum rerũ amplitudo resplendeat. Romanus Leonardus Aretinus Florentiæ urbis autores esse asserit: ipse ad Gallorum Transalpinorũ aut ad bello insignissimos Germanos Mediolanensium & reliquorum intra Alpes & Apenninum refert. Qui populus ex ijs igitur sublimius ortum ducit? Clarissimos omnium regum & populorũ Romanos esse Leonarde profiteris. Non hoc nego: scio enim Romanos tantum fuisse bellaces olim, & præclaros, quantum hac ætate sunt imbelles, & inglorij. Verùntamen nulla ciuitas adeò bene morata, aut instituta: qua malorum hominum, vt ipse professus es, ơino careret. Itaq; si non priuatim de singulis ciuibus, sed vniuersa Rep. verba feci, quota est à Po. Ro. deducta colonia, qua non pari fiducia ac generositate polleat? ijsdem cõditoribus originem suã acceptam referat? vicissimq; terrarum imperiũ ad se vendices? ac si qua fortasse inter eas aut simultate, aut iniuria, vt plerunq; consuenit, cõtentio exorta est: nequaquã id bellum iustum, sed potius ciuile, atq; intestinum nominabitur. Maximè enim refert, an inter ciues, an eos qui à ciuibus oriundi sunt, acie certetur. Quid ergo? non nè Placentini cùm Gallis Insubribus & Germanis, Hispanisq; peditibus Florentinis arma intulissent, & sub Philippo Vicecomite in eosdem irruissent, nefariũ gessisse bellum dicentur? Nec minus Florentini, cum veteris colonia sedem reliquissent, cõditorum fidem sublestiã habuisse? At verò si magis virtute, aut opibus, aut rebus præclare gestis Resp. superbit: quo tempore Florentinorum gens a Romanis orta est, consideremus. Quod in regum successoribus obseruari aiunt, vt is regis filius rectè appelletur, qui regnante patre ortus sit: qui verò antè vel postea nati sunt, hoc nomine indignos haberi cẽsent. Attendue igitur Mediolanenses, & stirpem vestram recognoscite: tum videbitis quantum cæteris gentibus præstetis origine: & quantum Florẽtinis à Romano populo ortum ducentibus gloria & dignitate anteitis. Nunquid L. Sylla Rẽp. Romanam vi & armis obsidente, Fesulana colonia deducta est? Nec mirum si inter se ita debacchentur, & in alios tyrannidem exercent, vbi facultas datur: quia à perditissimo tyrannorum Sylla origines deducunt. cur ita seditiosior ciuitas? quia à sicarijs & gladiatoribus nati maioribus: quos haud secus, quam iusti belli stipendia emeritos in coloniam Sylla deduxit. Ab ijs illa sceleratorũ manus duce Manlio sociam se L. Catilinæ furori præstitit: & ab ijs Fesulana colonia deducta. Sæpenumero itaq; cogitanti mihi, quænam Florentinos ciues caussa impulit, vt pristina vrbe destituta ad Arnum flumen potissimum incolerent, nunquid amœnioris cœli, aut vberioris soli gratia pellecti sint: nihil potius occurrebat, quàm vitanda eos loci ignominia sedẽ mutauisse. Quis enim huiusmodi Syllanas reliquias, ac veluti seruilia

quædam præsegmina non spernat, oderit? Quamobrẽ minimè mirandum est, si Leonardus homo & disertus, & elegans, cùm Fabricios, Coruncanos, Dentatos, Publicolas, Decios, Romanæ vrbis lumina referret, Syllam, Manlium, & Catilinam homines perditissimos, nequissimosq; sciens silentio inuoluerit. Norat enim quas clades, quæ ludibria populo Romano, quantas Florentino nomini, ac decori sceleratissimorum tyrannorum notas recordatio, ac memoria indidisset. Satis nunc arbitror ex ijs quæ diximus, persuasum esse, nec principatus gratia, nec rerum, & situs excellentia, nec opum, aut facultatũ copia, aut nobilitate conditorum Florentiam, vel aliam ex Italis vrbẽ Mediolano nõ solùm non præponendã: sed ne esse cõparandã quidẽ.

De dignitate vrbis Mediolanensis CAP. XVI.

SEquitur de dignitate aliquid in medium adducere, quo vrbis huius præstantia maximè absolutior, & præclarior cũctis appareat. Quãquã vereor, ne plurib. hæc nostra studia haud grata futura sint: qui me fortasse iam existimant assentando, atq; indulgendo, inanem gloriam, & popularem famam quærere: eamq; à nobis prouinciam iccirco susceptam esse, vt hinc fauor à Mediolanensibus in me aliquis eluceſcat. Non deerunt alij, qui hoc onus putabunt impar humeris meis. Fateor esse me ingenio hebeti, obtuso, & hac prouincia prorsus impari: verùm qua potero ratione his satisfaciam: & oratione longà non vtar. Ego nempe etsi cupiam quàm plurimis obsequi: vsqueadeo tamen non ineptus sum, vt fauore multitudinis potius existimem, quàm doctorum autoritatè id consequi posse. Cæterum cùm præstantiam tantæ vrbis intuerer, eorumq; ingenia admirarer, maximè qui Florentiam præ cæteris Italiæ vrbibus ad cœlum efferunt, eamq; industria, fidè, humanitate, magnitudine animorũ putant præcellere: indolui profectò nostrorũ vicem, quos nec patriæ charitas, nec honos, aut exercendi ingenij gratia adscribendum posset allicere: quiq; facilius aliena reprehendere didicissent, quàm ad laudẽ, & decus alicuius præclarè rei verba facere. Itaq; professioni meæ debitum credidi, præsertim à vobis rogatus si quã ipse in dicendo facultatẽm adeptus essem, eã potissimum in laudanda, & extollenda præstantissima vrbe conferre, & velut pignus & testimonium quoddã pietatis & studij in Mediolanenses exponere: quod etiã nostros, si modo verum fateri volent, non arbitror reprehẽsuros. Quid enim minus dignũ? aut quid a bonis moribus alienius est, quàm cum ipse nec patriam tueri, nec Rempublicã verbis defendere, aut honorẽ ipsius nec officio, nec oratione tutari queas aduersari his, aut succensere, qui communem causam sponte susceperint? Omnes enim quibus pietas, religio, charitas odio est, huiusmodi res negligunt. Qui verò & boni, & liberales haberi volũt, haudquaquã patienter alterum vrbium laudes sua anteferri sustinent. Quamobrem desinant illi quidem, quicunque hi sint, nos inscitiæ, aut temeritatis exposcere, ac prius seipsos leuitatis, stultitiæque condemnẽt: tantum certè abest, vt huiusmodi homines multi existimẽ, vt eorum battologiam flocci faciã potius atq; contemnam. Verùm his omissis ad pensum redeamus. De dignitate igitur quæ primas in omni Repub. partes habet, non inepte à nobis hoc loco præfari posse arbitror: præsertim cum huius ciuitatis gloriam, claritatemq; contineat. Quidergo? non ne præcipuũ, & quasi peculiare huius vrbis, quam in patriam mihi elegi, munus est, neminem Romano Imperio præfici solere, aut Cæsaris nomine dignũ censeri, qui Mediolanensi diademate non antè præditus sit, & & illustratus, & cõsueta imperij hic susceperit insignia? Præclarè id quidẽ maioribus nostris indignũ omnino videbatur, eam ciuitatem, quæ præ cæteris ingenio, prudentia, bellicarum rerũ peritia maximè polleret, meritis laudibus carere: sed eã potius ornandam, decorãdamq; censuere. Itaq; nulla cupiditate, nulla iactantia adducti. Mediolanensibus id honoris nationes omnes detulere. Optimo itaq; cõsilio, ac summa prudentia effectum videtur, vt hic honos, qui in primis Romanis erat attributus, hæreditario quodã iure ad Insubres transferretur. Sola enim hæc in tota Italia ciuitas Mediolanensiũ est, quæ cum Romanis, exterisq; gentibus de imperio, de dignitate, de õni denique virtutis laude certauerit: & si occasio daretur, certare posset. Cuius rei euidens signum est, quòd omnes potissimũ, qui Cæsaris nomẽ deinceps adepti sunt, hinc primitias Ro. imperij, hinc regia insignia, hinc primos & attollere (vt inquit poeta) fasces, & auspicari consueuêre: nec immeritò. Nẽpe vt is militiæ ornamẽtis haud dignus videtur, qui prius arma & acies expertus nõ est, & quãtus in hoc munere labor sit, ignorat: ita qui potentissimæ vrbis vires nescit, aut cũ ea de fortitudine, ingenio, prudẽtia nullum habuit certamen, nequaquam orbis Imperator dici, aut Cæsaris titulo insigniri promeretur. Non iniuria itaq; ab antiquis huic vrbi secunda Roma nomen est inditũ: qua gloria cætera vrbes carmẽre. Mihi non solet videri hæc etiam de causa præstantia Mediolanensi populo attributa, vt is esset, qui languentis imperij vires, & in aliũ labentes orbem propria virtute repararet: nec antiqua & paterna dignitate Italicũ nomen defraudari pateretur. Quæ enim ciuitas, si Mediolanũ exceperis, arescente sensim Romãorũ qua nunc conclamata est, virtute, & lãguescente probitate, cùm in dies nostra hæc vrbs magis floresceret, tantam barbarorũ illuuionem, tot bellorum fulmina, tantos Germanicorũ motuum fluctus perferre, & cohibere potuisset? Exemplũ quidem publica calamitas Fridericus ille Barbarossa fuit: qui adeò dignitatem Mediolanensem extinguere molitus est, nulla alia (vt opinor) ratione, quam quòd vnicam suis conatibus obstare cognouisset: vt Italia dominatum, nisi perdita prius Mediolanensium Rep. adepturũ se diffideret. Comparatis itaq; ingentibus copijs, nec suarum modo, sed exteraruma gentium fretus auxilijs, per Alpes irruptit & sic in Mediolanenses furore æstuans, totus rapiebatur, vt vniuersa Italia terrori esset. Dij ĩmortales quis tũ pauor nõ fuit? qui mulierum eiulatus? quæ senũ, & puerorũ lachrymæ? Huius ergo temerarijs ausis neq; quaq; Mediolanensis populus cedendũ putauit, sed adeo prudenter, adeo viriliter obstitit, vt non modo illius superbiam, audaciamq; contemneret: verùm etiam post longum certamen ad interitum fere illius innumeras copias affligeret. Sic omnis Italia huius nostræ vrbis beneficio a seruitute libera extitit. Nolo diutius immorari, ac referre, qua, & quanta hæc vrbitas, non antiquis modo

modò temporibus sed, ante nostra, præcella temporum libertatis perpessa sit: parimodis etenim ac præclara exstat exempla, ex quib. Mediolanensium virtus & magnanimitas facilimè perpendi possit. Usque adeò autem cunctas contra annales Italici nominis potens insurrexit: ut nihil antiquius vnquam habuerit, quàm ut excoleret, & sanguinem pro libertate totius Italiæ hostibus exponere: & manifestissima fidei suæ monumenta ædificaret, qui pio, insteque de imperio stetissent, declarare. Si qui secus aliquando fecerit, eos quidem hostium numero censere habendos. In qua re sapienter illa certè videntur sensisse. Nam quis ambitione, aut insolentia ductus, detrectans, & tyrannides appetens, & dum rem sibi gratam consequantur, ac inimicorum suorum accepeas ulciscantur iniurias, nihil pensi de sociorum fortunis, & salute habent: his profectò omnis fortuna indigne patiendi debent: ac pro viribus ab eorum nefariis conatibus arcendi sunt. Sed quorsum hæc tam multa? dicet ex vobis quispiam. Nempe vt ostenderem, primùm hanc vrbem pro imperio, pro salute, & dignitate Italicæ nominis aperto semper Marte certasse. Mox hac gloria Florentinos cassos esse & effœtos. Namq, vt Galliam Cisalpinam cum tota Liguria delerent, reliquamque Italiæ partem, quas artes non sunt experti? quas Germanorum cohortes non excuêre? Quis enim Galliæ Transalpinorum exercitus, ante Dianum Galeacium Vicecomitem, cui Virtutum cognomen fuit, in Italiã traxit sub auspicijs infortunatissimus Armeniacæ Comitis, nouæ loca, nouasq, sedes, quas incoleret, quærentis? Sed comprimã ipse me, quando nulla efficacior sit ad delenda iniuriarum tam veterum quàm recentium vestigia antidotus oblivione. Commodum igitur ad alia stylum diuertemus, ac de rebus his verba faciam, quæ ante fortassè nostri vidisse potuêre. Et sanè tam multa, ac præcipua se ostentant, vt ignorem quæ potissimum Mediolanensium laus sit anteponenda. Eorum vt in reliquis a nobis pro temporis angustia factum est, ita nunc faciam.

De nauali pugna inter Venetos & Mediolanenses sub Cremona. CAP. XVII.

Gallia Cisalpina condidere, sicut ego accepi, Cremonam Romani in Padi ripis. hanc Venetæ summa vi oppugnare adorti, hinc terrestri exercitu, illinc valedissimis nauigijs vndiq, premebant. Dux Philippus apud Insubres rerum potiebatur, vrbem bello & pace clarissimam liberare ab obsidione cupiens, classem opinione omnium celerius instruxit, quam secundo Pado subductam in fronte hostium firmauit. Et iam medium lucis spatium sol peregerat, cum sibi profluente Eridano vtraq, classis miro tormentorum tympanorumq, fragore appropinquabat. Interea Franciscus Sforcia, huius quæ annis superioribus est mortuus, auus, Mediolanensium ductor, certamen velut detrectaret, aliquantulum subsistit, donec terrestres copiæ supervenirent. Nocte verò iam appetente coactus Sforcia aduentu Venetæ classis, quæ aduerso flumine vehebatur, aciẽ instruit: viginti ex omni classe in fronte disponit, duas in subsidijs alas, totidem nauium numero esse iussit. Has viris pugnacissimis instructas vela facere imperat. Iãque intra teli iactum conuenerant, & se quisque ad

A certamen præparabat: cùm ductor ipsorum inimicas vtrinq, conspecutus: Quod maius, inquit, votis meis optari præstantissimi imperatores potuisset occasionem fortuna attulit, vt virtutem vestram in Venetas aquas totis maceret vestræ patriæ copijs fidentes, ostendatis. Hodie Insubribus imperetis, & libertatem aut seruare, aut finire. Vtraq, res in vestra fide est mea. Recordemini obsecro quæ maiores vestri veteri memoriæ, & gloriæ, & libertate gesserunt. Illi scilicet quondam Hetruscos, quorum imperium late per Italiam ab Arnena propagabatur, apud Marte fudêrunt? Casos ad Alliã fluuiũ illis exercitus Romãis vrbem conflagrauêre. Illi Medaaces, illi Veteres acie trucidarũt. Nobis tamẽ res est diuersissima. Illis etenim pro imperio tantũ, & gloria: nos autem pro vita, & libertate certamus. quo minus vos decet hostium numero esse copias, & vestrũ magnitudinem extimescere. Nullum vobis cum Italis certamen esse putatote, apud quos res militaris parua, naualis bellis plurimùm polles, aut cum Gallis Transalpinis, & Germanis, apud quos pro disciplina militari vires corporis firmissima adsunt: sed cum barbaris Phrygibus, & Paphlagonibus, Græcisq, quibus dici, vel fingi potest imbecillius nihil, res geritur. Quibus nullo belli arte, animus ad fugam quàm ad pugnã paratior semper fuit. Multitudinem innumeram, quibus longè nobis sunt superiores, quotiens experti ipse sum esse ad fugam quàm ad victoriam, quæ semper posita est in virtute paucorum, propensiores. Nos autem illis multùm audacia & virtute præstamus. Dij quoque pro iustiore sunt parte. Vltro enim nulla Venetis iacessiti iniuria Cremonensium sociorum agrum, & Cenomanos populantur. Ite igitur alacres, vt ex hostibus non victoriam solùm, quæ iam parata est, sed spolia dictu referatis, & gloriam immortalem. Hac ille cunctis effatus totis remis, ventisq, progredi cœpit. At pars ex altera Venetæ ex omni classe, quæ quinq, & triginta numero constiterat, duodecim delectas naues in fronte statuêre. Dux exercitus Nicolaus Trimsanus primus aciem regebat: reliquas viri præstantissimi eius imperio parere iussi tuebantur. Has omnes inter se catenis vinxerant, haud dubie firmior vis ingrueret, vniuersam belli molem sponte subituri: postremas in duas acies velut alas posuêre. Omnibus utraq, ad prælium pro tempore instructis, utriusq, signo dato cõcurritur. Remis vndique collisus amnis resonat, acclamãtium deinde voces, machinarum stridor, nauium inter se concurrentium fragor, auras impleuerat. Primus omniũ Insubrum ductor in aduersam, classem magno impetu inuectus, non recta fronte, sed sinistro latere congreditur, remorumque vi, ac militum robore per medios hostes velut fulmen elapsus, cæteris iter aperit, seseq, infra aluenum tota acie constituit. Hic acre belli oritur, captis iam aliquot ex Venetis nauibus: vnamq, ex his pugnæ initio validius obstantem vndiq, immersit: reliquas trepidatione & metu fluctuantes hinc a latere, hinc a fronte consecutus ex itinere sistit. Clausis igitur ab vtraq, parte hostilibus copijs, cum iã nox increbresceret, pugnamq, differre placuisset, suos in primis firmat: robur denique totius exercitus in fronte constituunt, naues expeditas in lateribus locat, pro sauciis

integros reponit, suos hortaris, monere, bono animo esse iubet, victoriam diis fauentibus partã esse ostendit: & hostes, quibus cum iam pudeat pugnare, veluti leones in cubiculis deprehensos, metu & desperatione corripere. Interim Venetis pugna diffisi naues potissimum bellicas in vnum canim iunxerant; ex vtrinq; duas acies effecerant. Nicolaus Trinisanus milites affatus; quãto in periculo eorum ignauia res deducta sit, admonet: vt decus amissum reparare velint, hortatur. Viam edoces ferro, & virtute ad Venetias aperiendam esse: & subsidij denique spem nullam. De salute & libertate certamen esse declarat, cum eis præsertim qui nomini Veneto ab incunabulis, hostes sunt infensissimi. Tali oratione animos suorum iamdudum metu & inertia desides ad certamen excitare conabatur. Interea clarior dies illuxerat, ita omnes ad certamen rediere. Tunc acrior ad pugnam impetus fuit occurrentium inter se nauium: denique militum clamor ad cœlum ferebatur. Nusquam horridior belli facies. Venetos salutis desperatio, Insubres vrgebat parta iam victoria gloria. Tandem perfracta belli acies prima est, qua tribus millibus, & ijs quidem bellicosissimis innixa fuerat: mox ad reliquam classem deuentum medio in Pado arcem veluti firmatam: hic vario Marte diu pugnatum est. Interea Franciscus Sforcia quid optimum factu cunctatus esset, duas ceteris eminentiores puppes, quas Galeaceas vocant, in mediam hostium aciem immisit. Haud aliàs acrius pugnatum est. Naues enim nauibus ita coniũcta erant, vt vir viro velut in firmo positus pugnaret, & gladius gladium exciperet. Interim naues quæ in Insubrum subsidijs primas tuebantur, suorum cohortes circundare, saucios efferre, integros addere, hostes plerunq; circumire, missilibus, telisq; incessere cœperunt. Hacq; ratione Venetæ classes, quæ in prima fronte constituta depugnabant, magna vndique telorum mole obruebantur. Postremo Mediolanensium non ferentes impetum, dirutis quibus hæserant vinculis, sua quaque saluti consulentes fugam arripuêre: pleraq; tamen nautis, armamentisq; disiectis, fluenti alueo immissa vagabantur: multa extinere retenta. Ex his quatuor ductorem protegentes, cum arenis inhæsissent, non sine magna vtrinq; strage superantur. Nicolaus postquàm Venetos ab omni parte diffidi conspicit, & nullam salutis spem superesse, honesta morte haudquaquam inferiorem fugam ratus, per medias acies incognitus euasit. Veneta classis hinc inde debellata diripitur: captiui omnes in potestatem redacti sunt. Ex his qui barbari fuere in supplementum copiarum accisi vndis obruti sunt. Venetis veluti armis depositis socijs vita concessa est. Sex ex classe Veneta rates tantum sunt Venetias delatæ: & sic Cremona obsidione liberata. Hæc habui, quæ, vt tibi Augustæ Baienorum Comes Hippolyte Mayne obsequerer, dicerem. quòd si tuæ voluntati, & meæ existimationi minus est satisfactum, angustiæ temporis id omne precor adscribe, & vale.

VALETE.

A QVERELA APOLOgetica.

TERSTADERAM ipse mihi, ad maiorem nostrorum emulationẽ, quorum vigilias vitam exturent, pueri semper essemus, nec quoque vtilitatis aliquid in medium contulisse, & non huius ætatis hominum modo, sed & posteritatis gratiam mihi conciliasse: cùm quod rem nouam, tum vtilem mihi scribendam desumpsissem. Verum aliter euenire multò intelligo: & ita intelligo, vt laboris me pigeat mei. Pro gratia enim quæ ab ijs præsertim, quos me comitijs insectantur, meritò debebatur mihi, Dij boni quam inuidiam non excitaui? Quæ tragœdia non sunt actæ? Vociferantur alij pedestrẽ non obseruasse me numerũ: optarent alij ad quascunque dictiones accentuationes. Nonnulli falsæ me historiæ hallucinatorem prædicant. Scripsêre plures, litterarum, quas ipsi bonas appellant, prorsus expertem. Non defuere qui me grammaticum & frigidum, & ieiunum dicerent: nec posuisse me pedẽ extra septa Prisciani. Hæc ego æquo animo patiebar, quod legerim hanc veterem allicièda veritatis gratia, consuetudinem fuisse. Sic Platonem ab Aristotele, Zenonem à Carneade, à Lelio Varronem, à Sulpicio Cassiodorum, & Hilarium ab diuo Hieronymo reprehẽsos esse: & hunc ab Augustino. Rursus ætate ferè nostra Angelum Politianum, Domitium Calderinum. Georgium Trapezuntium, & Galeotum Narniensem Georgius Merula acris vir ingenij notauit. Verum cùm apertas contumelias legissem, non potui non eorum infantiam contundere, ne quandoq; si hac indiscussa, irrefutataq; relinquerem, ansam eorũ loquacitati largiorem præberem. Itaque ne te longiore exordio distrahã, rem ipsam adgrediar, si te & aduersarios istos meos orauero, ne putetis his maledixisse me, sed respondisse. Vale. Mediolani Kalend. Iulij M. D. XXXVII.

ZOILVS. Tanta nunc est hominum temeritas, vt audeant etiam illi, qui vix grammaticale opus Alexandri didicêre, suas in lucem nugas edere: quorum turbam passim per Italiam, ambasq; Gallias, & Germaniam in dies videmus. MERVLA. Tanta nunc est ingeniorum peruersitas, & male uolentia, eorum potissimum qua premit ignauia, vt nulla ratione sustineant, quod eruditorum ingenia peperêre. ZOILVS. O eum & operam Merula perdidisti in hac tua topographia, & historia. Illam enim pleniorem, atq; elegãtiorem habeo apud Ptolemæum, Strabonem, Plinium: hanc verò apud Titum Liuium, Sallustium, & Cornelium Tacitum. MERVLA. Pudet me ferè hoc loco tibi respondere, vtpote qui sic apertè deliras: dicam aliquid tamen, quo dementiam facilius agnoscas tuam. Dic obsecro hi ne historici, quæ posterioribus seculis sunt gesta scripsêre? Enarrauit ne Titus Liuius Caradinum Rubrobarbũ, & Tunetum Africæ vrbem opulentissimam à Carolo quinto expugnatum? Aut Ludouicũ Sforciã captuum in Gallias deductũ? vel Romã sub Clemente septimo à copijs Cæsaris prædæ expositam? Neapolim à Gallis obsessam? Sabaudiensem

dienſem ducem exulem? proditione à ſuis Alexandrū Medicem Florentiæ ducem obtruncatum? Mirum ni quæris tot exercitus Gallorum noſtra ætate conſumptos apud Salluſtium, aut tot Helueticorum copias in ſuburbijs Mediolani ferro contritas apud Tacitum? Hæc de hiſtoria dicta ſufficiant: venio ad topographiam, quam huius Ciſalpinæ Galliæ (neſcio quo fato) autores ferè intactam reliquere. Plinius ſiquidem velut canis Niloticus maiorem partem deſeruit. Idem facit & Strabo. Præſentaneum his aliquanto locupletiorem eſſe nō diffiteor. Multa tamen oppida celeberrima ſublato ab humanis Ptolemæo, & vrbes in lucem venēre, extincta ſunt alia. Ne me putes tamen hæc dicere, quò meos de hac Ciſalpina Gallia libros commendem tibi, ſed vt in maximo eſſe te errore cognoſcas. ZOILVS. Si Tulliani oratoris Merula per tranſennam ſaltē (quod aiūt) libros inſpexiſſet, numeroſior ipſius fuiſſet oratio: verum cum eos ne attigerit quidem, non mirum ſi vanida eſt ipſius oratio. MERVLA. Quorum oratio numeris careat, non vides: nam ſi dictiones pedes efficiunt, & numeros pedes, quorum tandem ſcripta numeris vacant? ZOLIVS. Triangularē cur ſcripſerit Merula Galliam eſſe Ciſalpinam, non video, cum ab vrbe Mediolani latum (quòd aiunt) vnguem pedē ne quidem extulerit vnquam. MERVLA. Quæ te Zoile demēs agunt intemperiæ, vt hæc verba ſic mania deblaterare audeas? tu igitur Ptolemæo doctior es, qui omnium ferè plateas vrbium circumforaneus pharmacopola perluſtraſti. Adhæc tecum non ſentit Ptolemæus Marinum arguens, cuius contentiones, quoniam impreſſæ ſunt, ipſe legeris. ZOIL. Laios populos nuſquam legi cum apud Strabonem, tum Ptol. Liuium, & Plinium: ſcio tamen generalis nomine λαοὺς populos ſignificare. MER. Si hoc mihi non credis, cur non Polybium legis? qui gentes illas, quas Anaues, & Salaſſos nominauit, ipſe Laios appellat. ZOIL. Vix riſum continui, cum apud te legi Gallos fortitudine Romanis antecellere. MER. Quòd dixerim Romanos eſſe robore corporis Gallis inferiores, ne mirum ſit tibi: dixit hoc idem M. Cicero in oratione, quam habuit ad Aruſpices, cuius hæc ſunt verba: Quàm volumus P. C. licet ipſi nos amemus: tamē nec numero Hiſpāos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, nec denique ipſo huius gētis ac terræ domeſtico, nationoque ſenſu Italos ipſos ac Latinos, ſed pietate, ac religione ſuperauimus. Quòdſi Ciceroni velut huius regionis ſtudioſiſſimo, & omnia trahenti ad vtilitatem cauſſæ, ſtādum minus eſt: audi ipſius aduerſarium Criſpum Salluſtium in fine belli Iugurthini. Per id tēpus, inquit, aduerſum Gallos ab ducibus noſtris Q. Scipione, & M. Manlio male pugnatum eſt. Quo metu Italia omnis contremuerat. Illique & inde vſque ad noſtram memoriā Romani ſic habuere: alia omnia virtuti ſuæ prona eſſe: cum Gallis pro ſalute, non pro gloria certare. ZOIL. Piſaurum Merula interpretari debuiſſes à Piſis aureis. hoc eſt, à præſtantia Piſorum ibi naſcentium. MER. Hanc tuam opinionē credant anicula, vel aliquis (vt inquit ille) Iudæus appella. Audi igitur Seruium Honoratum Grammaticum in ſexto Æneidis: Tum Camillus, inquit, dictator abſens eſt factus, cum diu eſſet apud Ardeam in exilio propter Veientanam prædam non æquo iure diuiſam: & Gallos iam abeuntes ſecutus eſt, quibus interēptis, aurum omne recepit, & ſigna: quæ cum illic appendiſſet, ciuitati nomen dedit: nam Piſaurum dicitur, quòd illic aurum penſatum eſt. ZOIL. Cottias Alpes Noricum attingere præter Alciatum ex Caroli Bouilli ſententia, qui ait Gallos poſt euerſam Romam per Alpes Cottias in Macedoniam penetraſſe, certiſſimum eſt. MER. Sic attingunt Cottia Alpes Noricum, ſicut Veſulus Indiam. Nullus omnis & difficultas (vt ipſe putas) circa Cor. Tacitum, quem ſi ſāne intelligeres, ablata eſſet, verſatur. cum Suetonio enim Tranquillo memoriæ tradidit Tacitus, Fabium Valentem itinerum vendidorem, per Cottianas Alpes cum exercitu, & Cecinnam cū XXX. millibus armatorum per Penninam in ulteriorē Galliam contra Othonianos deſcendiſſe. Vellem nunc mihi diceres, qua ratione Valens potuiſſet coniungere ſe cum Cecinna copijs ad Ticinum vrbem, ſi loca omnia præter Mediolanum, Nouariam, Vercellas, & Hipporhediam ab Othonianis firmo præſidio tenebantur. Præterea in Norico, vbi Cottias Alpes ponis, Petronius vrbis præfectus, qui facile Vitellianos per eas partes irrūpentes reiecisſet, concitatis auxilijs, & diſſolutis fluminum pontibus eum tractum occupauerat. Othonis ſic ſtudioſus, quam qui maximè. In Dalmatia præterea, Pannonia, & Miſia, quæ regiones ſunt Norico proxima, pro Othone exercitus erant. Quemnam igitur itinere Valentis copiæ Ticinum peruenirent, ſi per Noricum iter faciendum fuiſſet? Sed non ne ego demens, qui in ſole caliginem quæro? lege Plinium, & mecum ſenties, dicentem: Alpium incolæ Octodurenſes, & finitimi Ceutrones, Cottianæ vrbes, Catuririges & Caturigibus orti Vageni, & Ligures, qui Montani vocantur, Latio donati ſunt. Qui non videt hoc in loco, populos qui vicini ſunt, à Plinio recenſeri, & Cottias Alpes non eas eſſe, vbi eſt Seguſiū, velut Carneades alter helleboro purgandus eſt. Sunt enim Octodurenſes eius pagi inter Helueticos, qui nunc eſt, Sanctus Mauricius, homines in valle non magna ſub Sedunenſi epiſcopo. Centrones proximi ſunt Garocellis, & Caturigibus, non procul à Vocontijs Nouaria conditoribus. Iacent autem Vocontij inter Comunales Graiarum Alpium, qua nunc Cineſius appellantur: quibus iter eſt Genenam, ad lacumq; Lemanum. Sed video hactenus à me eſſe confectum nihil, niſi pedem intra Cottias Alpes intuleris. Audi igitur Nazarium in Panegyrico ad Conſtantinum Imper. Differamus, inquit, parumper Italicas expeditiones, quibus Seguſienſium ciuitatem, quæ ſuperatis Alpibus Italiæ clauſtrum obijcit, cum vi & virtute velut ianuam fregiſſes. Quòd autem Seguſium Suſa nunc ſit ab Auguſta Taurinorum ſtad. CLX. diſtans, apparet ex eiuſdem Nazarij verbis paulò infra cum inquit: Ecce iam apud Taurinos venientem pugna grauior expectat, nec Seguſienſium vaſtitas mouet. Hæc ille. Vides igitur aduentum Conſtantini

ex vlteriore in Citeriorem Galliam, & primo à Segusione in Augustam Taurinorum, & illinc Mediolanũ. Habent autem Alpes Coctiæ meram latitudinem, & longitudinem: adeò vt à Bobio (si Georgium Merulã sequimur) Segusium vsq; pertineant, & à Citeriore in Vlteriorem Galliam protendantur. Hæ functo vita Coctio in formam prouinciæ. (vt autor est Suetonius) à Nerone sunt redactę. Quod ad Citeriorem Galliam attineant, testes sunt Annales sacri: Comi siquidem legitur in vita Diuarum Liberatæ, & Faustinæ, quæ erant natæ patre Ioannate apud Curiã Genesiam inter Alpes Coctias habentem Paduum flu. à Septentrione, à Meridie Alpes ipsas. Quò loci mercatores in Italiam è Gallijs via Claudia commeantes diuertebant. Quo situ constat hanc Curiam fuisse (vt ex hoc loco loquar) Trãspadanam, & Apenninum habuisse à Meridie, vbi appellantur Alpes Coctiæ. Falsò igitur Georgium Merulam criminatus est Alciatus. Præterea Diuus Ambrosius, non ecclesiæ Mediolanensi modò, sed & Ligurę, Æmiliæ, Rhętiarum, & Coctiarum Alpium sacris præerat. ZOIL. Quod Mediolanum caput Liguriæ sit, vt ab ipso Merula audiui, nusquam legi apud probatum aliquem autorem. MER. Post inclinatum Ro. imperium multarum vrbium, & populorum mutata sunt, & variata nomina. Sicut quod quisque etiam doctus facile non crederet Cisalpem Galliam per eiusdem Ambrosij tempora, & Gothis in Italia post modũ regnãtibus Liguriæ nomen habuisse, vt legitur in libello eiusdem super hac re edito. Diuus etiam Hieronymus Vercellarum vrbem Ligusticam vocat. In Itinerario etiam Antonini legimus Mediolanum Liguriæ caput vocari. Et Cassiodori extat epistola ad Gaudiosum Theodorici regis à secretis, vbi inter cæteras Comi laudes id appellat quendam quasi murum plana Liguria, & munimen claustrale prouinciæ. ita erunt duæ, planam nos incolimus, montosam cæteri: Statyelles, & Gabienni Vesuli montis accolæ. Nec te moueat Seruius in XI. Æneid. qui ait, Liguriam maiore ex parte sui in Apennino sitam esse. ZOIL. Coctias Alpes, & Iulias si diligentius & Alciatum, & Diuum Hieronymum Merula perlegisset, eadem esse dixisset. MER. Si Diuum Hieronymum rectè intelligeres, diuersas esse diceres à Coctijs Alpibus Iulias. Lege igitur Latinum Pacatum ita dicentem: Quò fugiam? bellum ne tentabo? vt quem viribus totis ferre non potui, parte sustineam? Alpes Coctias obserabo, quia Iuliæ profuerunt? Ex ijs verbis qui non videt Coctias, & Iulias Alpes diuersas esse, ad magistros reijciendus est. Verba Hieronymi aliud nihil videntur innuere, quam Vigilantium patria Hispanum per Adriaticum sinum in hanc Cisalpinam Galliam destitutæ Romæ se contulisse: & hinc per Coctias Alpes in Galliam vlteriorem, & illinc mox in Hispanias aufugisse. Quo in loco miror Des. Erasmum, Coctias Alpes quasi Gothicas interpretatum fuisse: tanquam Gothis Alpibus nomen indiderint. ZOIL. Falsò quoq; Merula Venetos inter Cisalpinos Gallos recensuit, cum cõstet illos diuersum genus esse prorsus à Gallis. MER. Quòd Venetia ab autoribus in Cisalpina Gallia constituatur, testis est Seruius in libro X. carmine ille, Sed non genus omnibus vnum. Quia origo inquit Mantuanorum & à Tuscis venit & à Venetis: nam in Venetia posita est: quæ & Gallia Cisalpina dicitur. ZOIL. Vbi nam gentium sunt Alpes Summæ, quarum meminit Merula, nusquam, quod sciam, legi. MER. Credo ad hanc contentionem me à te irritatum, vt hac ratione docearis. si ob hanc rem ingenieſus fuisti, laudo ingenium tuum. Audi itaq; & disce, qua nam sint Alpes Summa à C. Cæsare libro Commentariorum tertio: Cùm in Italiam, inquit, proficisceretur Cæsar, Ser. Galbam cum legione XII. & parte equitatus in Antuates, Veragros, Sedunosque misit: quia à finibus Allobrogum, & lacu Lemano, & flumine Rhodano ad summas Alpes pertinent. Causa mittendi fuit, quòd iter per Alpes, quo magno cum periculo, magnisque portorijs mercatores ire consueuerant, patefieri volebat. Eas autem esse arbitror, quæ ab Peninis ad Leopontiorum Alpes extenduntur. ZOIL. Dij boni cur sic Gallis Transalpinis inuidisti, vt eorum originem subtraxeris? MER. Eorum primordia dixisse me satis arbitror: horum autem, qui nunc Franci nominãtur, quia origines ignoras, in hãc rem sedulus intendisti, vt illa à me tibi declarentur. Accipe igitur quid de his apud probatos autores legerim. Francos prius Salios fuisse appellatos Am. Marcellinus est autor: q; etiã eorũ leges arguũt, quæ Salicæ nominantur. Salios cõstituit Ptol. in Sarmatia vicinos Aorsis, Agathyrsis, & Alanis: qui vltra Ripheos sunt montes, à quibus Tanais oritur. Salij igitur sedibus egressi in Germanias penetrarunt: diuq; cum Germanis per tempora Valentiniani Impera. belligerarunt: victores tandem adiunctis secum Arthuaris, & Turingis ad Rhenum desedêre: breviq; factum est, vt quicunque Germani Romanum Imperium detractarent, Salijs se sociarent: vtq; nomine se Francos appellarent. Horũ opes deinde oppressa à Gotthis Italia adeò creuêre, vt transacto Rheno vlteriores Gallias occuparint, sedesq; in eis constituerint. A quibus per longam seriem à Carolo illo cui obres gestas Magno cognomen fuit, Francorũ reges fluxere. Hic Longobardorum Desiderio rege capto apud Ticinum Regiam, his dignitatem sustulit, imperatoriam ipse assecutus est. Pipinus Imp. ex huius sanguine, qui Carolo Caluo successit, vt Italiæ regia Mediolanum diceretur, instituit, quòd vrbs hæc Citerioris Galliæ metropolis semper extiterit: quodq; velut arx, & specula totius Galliæ, Italiæ, & Germaniæ habeatur. Pipini institutum & cæteri secuti sunt. Nam & Bernardus cuius tumulus visitur Mediolani in Ambrosiano templo, hic rex salutari voluit, & ab Antistite Mediolanẽsi coronari. Dissidentibus inde inter se Ludouico Calui filio, & eius patruelibus, extinctum est Francorum regnum in Italia. Loco quorum Berengarium Foroiulienſem ducem, Italiæ regẽ Mediolanenses salutant, coronantq; qui à regno sæpius expulsus, id tamen Cisalpinis Gallis adsuetãtibus semper inuasit. vix vnum, atq; alterum reperies, in quem toties fortuna luserit. ZOILVS. Debuisses hoc loco cum Brigantia nunc dicatur hic Orobiorum tractus, exponere

ponere: si polyhistoriâ tuâ ad vnguem (ꝙ aiunt) absolui cupiebas. MERV. Si ad singularum aut regionũ, vel vrbium interpretationem fuissem immoratus, dij boni finem hac nostra quando inuenissetis historia? quando extremam manum imposuissem? Verum, vt hac in re quoq; sim de te benemeritus, accipe quid de Brigantia sentiam. Verbum est apud Graecos Βρίας, id est, extollo, quod hac regio collibus elata sit, quasi Briantia: vel quod incola eius regionis sit fortis vel agrestis. Ἀπὸ τῆς βριᾶς. Quid alias Bonaventura Castillionaeus vir florentis ingenij de Brianteis collibus consultus rescripserit, audi ipsius verba: Fortassis nec incongruum fuerit de Brianteo monte vulgò Briantia eadem referre, quæ aliquando audiuisse me memini, & apud quendam etsi minus idoneum autorem legisse, qui tamen paulò pòst Rubrobarbi ætatem vixerit. Totum tractum illum inter Abduam & Mogunciacum vini feracem ab eius exercitu Germano montes Brigantiæ esse appellatum à similitudine collium, qui ad lacum Brigantium hodie Constantiensem circumiacent, vitibus confertorum. In his enim collibus longo tempore Germani castra habuere, dum bellum à Rubrobarbo contra Mediolanenses gererentur. ZOILVS. Iuliarum Alpium ratio paulo diffusius fuisset exponenda: ne hac in tua lectione lector, Merula, cogatur hæsitare. MER. Aliud à me nihil intelliges, quam quod secundo libro legisti. Quid de his Castillionaeus sentiat, non grauabor adducere: Quamuis (inquit) scriptores conueniant Iulias Alpes eas esse, per quas ex Foroiulii transitur in Noricum, & adhuc tamen non satis constat, an à Foroiulii, vel à Iulio Carnico nomen sumpserint, & an eodem nomine appellentur: in hoc omnes hærent. Sed cum haud dubium sit Ptolemæum Carnos, & Iulium Carnicum supra Concordiam, & Forumiulii locasse: ita credendum esset Iulias Alpes à Iulio Carnico nomenclaturã habuisse: & eas esse quibus à Tergesto iter est in Carinthiam, quæ & Carnithia vocatur ab eruditioribus: & paulò vltra Pannoniã versus superiorem, quæ & Carneola dicitur. Qui quidem mons à Pomponio Mela & Taurus appellatur. Nomen adhuc in Norico & Carinthia durat, hoc est, Taura. Angustissimi in his sunt tramites, nulla curribus via. Mirum in plerisque horum montium locis, cum paulò altius sol ad Cancri tropicum peruenerit, in ipsis niuib. vermiculos quosdam gigni, veluti tineas. Quorum meminit Vadianus vir doctissimus in commentariis suis in Melam. ZOILVS. Qua ratione Rhatiam Italiæ portiunculam Merula dixerit, non video: cùm sciant omnes Rhatos extra Italiam esse, & Germanorum idiomate vti: Grisonesq; hac tẽpestate nominari. MERV. Si in hoc sum deceptus, aliquantula venia ab alijs sãltẽ condonabor, si mihi Zoile iniquus arbiter extiteris: secutus enim sum Titum Liuium: qui ait Tuscos duce Rhato in ijs locis desedisse acie victos à Bellouesio: in Rhætici præterea tractibus aliquando (verbis vtor Castillionaei) habitasse gentem Italicam: Rhatosq; lingua vsos Italica illud argumento est, quòd apud illos etiam nunc Latinorum lingua perduret, tametsi prorsus nitor apud eos extincta sit. Perseverant tamen huiusce rei nonnulla vestigia. Iemtare enim adhuc dicunt pro cœnare. Eandem fidem faciunt multa circùm loca, quorum Latina hodie nomina leguntur: veluti Rhatorum oppidulum Magasilla, quasi Magna villa vocatũ, & Vallis dulcis Valtidulc, & non longè ab his Monticulum quendã Montiglum vocant. Rechus etiam Quadratus multa vir experientia, cum apud Rhætos nomine Francisci Sforciæ esset, retulit inter illos vicum esse, cuius incolas idiomate Italico vti asserit. Quod originem à Tuscis duxerint, Iustinus quoq; libro, ni fallor, XX. attestatur. ZOIL. Si autorem, Merula, mihi dederis idoneum, qui Vicomercatum Vicum Martis appellet, autor sum, vt me in pistrinum dedas. MER. Nullũ fateor habere me, qui hac dicat autorem: verùm famam secutus sum perennẽ, quæ plerunq; vim testimonij habet. Deinde regio, cuius hic Vicus Martius caput est, Martisana dicitur, quasi quod eius tractus homines insani Martis desiderio ardeant. Eo in vico præterea cuiusdã Martij tumulus est, quem hic nõ grauabor annectere.

In ade sancti Stephani in Vico Martio. qui nunc Vicomercatus appellatur.

HERC. INVIC
VOT. MARTIVS
LVSOR ALBVCIVS
L. D. D. D.

Quasi quòd hæc inscriptio ex Vico Martio eũ esse demõstret. ZOIL. Aeque deliranti Merulã si dixero, quod fidẽ sumat ex inscriptione saxorũ, quis mihi vitio vertet? MER. Omnes equidẽ, qui solidiores tuis nactisunt literas. Nonne idem fecit T. Liuius? & coprior Polybius? quæ res nisi ad columnã Lucinã, qua Annibalis gesta continebantur, confugiunt, velut ad sacram (ꝙ aiunt) anchorã? Nonne Tranquillus inscriptionem aræ, quæ in Treuiris erat, fidem præstat? Quintius quoque Curtius Erythræum maris nomen de sepulchro quodam montuari, quam vulgata stare sententia mauult. Trebellius quinetiam Pollio Valerianã iuniorem Imperatorio diademate decoratum extitisse declarauit, non alia ratione ductus, quam quod eius tumulo, qui Mediolani ea tempestate visebatur, Claudij iussu illud vicissim insculptũ. Igitur si sic vetustissimi fecerunt, cur me arguis? Quod antè Tacitus sit sententia, nunc eruditissimo Castillionaeo respondeo) Danubium à monte Arbone (quem quidem Arnobi legendũ esse) oriri prope Hercyniam syluã, (vulgo sylua nigra nomẽ seruat) ex aduerso Rauracum, quorum oppidũ est Basilea (Arnobi Plinius & Ptolemæus meminerunt, ipse nõ inficias eo: imo ipsius ingeniũ laudo. Danubiũ scribit Alciatus ex præcepto, & excelso montis Arbonæ iugo ortum habere: cum tamen ab ijs, quibus paulo compertiores sunt ortus ipsi, referatur ex molli, & clementer edito colle cum scaturiente apud viculum, quem Eschingiacum Danuby appellat: vulgo Doneschingen. Hæc habui vir ornatissime, quæ in defensionem contra nonnullos, qui vix inspecto opere ad maledicentiam prorupere, paraui, quorum dicta breuiter attigi, rectène, an perperam ea diluta sint, tuum sit iudicium. Bene vale. Mediolani VIII. Cal. Iuly M.D.XXXVII.

BONA

BONAVENTURA CASTILLIONEVS DE GALLORVM INSVBRVM ANTIQVIS SEDIBVS.

GAlliam Cisalpinam, quam nunc Longobardiam vocamus, initio Hetruscos tenuisse omnes authores tradunt, cõditis in ea duodecim vrbibus. Cum ijs ob vicinitatem, Trãsalpini Galli, quos nonnullis Celtas nuncupasse placuit, conuersabantur. Qui postmodum sedibus fame expulsi, siue agrorum fœcunditate allecti fuerint, Duce primum Bellouesо in Hetruscos impetum fecerunt, exiguam belli occasionem nacti. Quib. ad Ticinum amnem agmine aperto fusis, quicquid cãporum inter Appenninum, & Alpes interiacet, & Hadriatici litoris partem maximam, occuparunt, à quibus mox hæc Italiæ basis Gallia vocitata est. Inter Padum & Alpes Lai habitarunt, quos orientem versus Libici vel Lebeci, seu Lebui sequuntur. Post hos inter Ticinum & Abduam sunt Insubres, penes quos Cisalpinorum omnium autoritas fuit. His postmodum recto ordine Cenomani inhærent. Gallorum postremi Veneti à Paphlagonia profecti, vel ab extima Transalpinarum Galliarum plaga, quam Oceanus alluit occidentalis. Cispadanum tractum vbi primum Apenninus ab Alpibus discedere incipit, primi tenuere Ananes, post Boij, inde Eganes, Gallorum vltimi Senones. Hi post Bellouesum aliquot seculis Italiam ingressi Boiorum intima penetrarunt, vbi Senam vrbem condiderunt, anno ante Christum redemptorem natum octuagesimo septimo supra quingentesimum, regnante apud Romanos Tarquinio Prisco. Crescentibus itaq; Gallorum & Romanorum rebus, inter Hetruscos & Gallos secundo bella sunt orta. Galli siquidem Senones, superato Apennino, Hetruscos iampridem extra Galliam Cisalpinam iectos sedibus turbant: Clusium ea tempestate eorum metropolim obsidione cingunt, & late Hetruscorum agros populantur. qua in obsidione irritati à Romanorum legatis, qui prætextu componendæ pacis illuc se contulerant, & desiderio manus conserendæ in aciem cum Hetruscis descenderant, omissa Clusij obsidione, Romam vrbem inuadunt. Hi sunt Galli, à quibus Roma capta prædicatur, & incendijs ac ruinis deformata: non à Gallia Trãsalpina tum primum venientibus, sed in Italia multis iam seculis edu-

A catis. Gallis igitur Insubribus tractus omnis (vt diximus) inter Ticinum, & Abduam contigit. Hæc præcipua authoritatis inter Cisalpinos Gallos fuisse omnes historiæ tradunt, inprimisq; Polybius author grauissimus: qui eos villas habitasse nullis septas mœnibus, & super strato gramine dormitasse, ad posteros transmisit. Bellicas præterea res atq; agriculturam exercuisse, diuitias in æuro, & armentis patrio more exercuisse, vt cum ferre necessitas, facile transferri possent. Vltimos vero omnium Gallorum Senones, per ea-

B ipsa Romanorum rerum quasi incunabula, in Italiam per iam tritum iter, inter niuosas Alpeis irrupisse, verisimile est: cum multa iam ante tempora Hetrusci à Gallis Celtis duce Bellouesо vltra Apenninum expulsi essent. Huius rei argumento sunt certissimæ sedes ab illis occupatæ. Siquidem cum inter Alpeis & Apenninum omnia ante illos Galli iam tenerent, coacti sunt in collibus Apennini Hetruscis proximis sedes figere, quibus cum continuum certamen ferè semper haberent: vel cum eos à finibus arcerent, aut irritati ipsi in eorũ

C finibus bellum gererent. Cæterum Insubribus postquam sedes visæ sunt satis firmatæ, armenti adaucta copia, & hostibus procul expulsis ex montibus, in quibus vicatim habitabant, paulatim ad loca campestria descendere placuit: vbi minor hyemis asperitas, & longè latiora pabula: quibus æstiuo tempore collectis, seuiente bruma eorum armenta pascerentur. Eiusmodi verò loca in planicie constituta maxima anni parte virentia haud dubie ea fuerunt, qua nunc incolimus, quibus in locis vrbem condiderunt. Hic autem verisimile est per mul-

D tos annos ad armenti, pastoriciaq; suppellectilis commoda à Gallis palearea tuguriola, & ea quidem humilia nomadico more fuisse constructa: paulatimq; Pado flumine exsiccato, & ad iustum fluminis decursum exinanito, qui, propter angustiora in Hadriaticum sinum ostia, late stagnans, lacus magis immensi, quam fluminis effigiem præstabat, per Padoam, qua & Padusa est, & Volanam seu Nolanam, qua portum efficit, cœpere Galli planicies securius habitare. Et hac ratione Padus liberiori eruptione facta in Hadriam, loca, qua facile cœli ipsius salubritate, agrorum fœcunditate, collium

E apricitate, syluarum & fontium, fluminumq; amœnitate, rerum ferme omnium, qua ad victum, vestitumq; hominis spectant, beatissima copia omnib. antecellunt,

Gallis

Gallis incolendis reliquit. Vnde non immeritò Virgilius in quarto Georgicorum de Pado & locis hic nostris cecinit:

Et gemina auratus taurino cornua vultu.
Eridanus, quo non alius per pinguia culta,
In mare purpureum violentior influit amnis.

Quod circa Padum magna ex parte palustribus, & Padanis illuuionibus olim obruta fuerit, testis est Strabo: qui Æmilium Scaurum sequentibus seculis, deductis ex Pado in Parmensem agrũ fossis, navigantibus quidem cõmodis, paludes fluminis reliquas exsiccasse, prodidit. Cuius authoritati satis probatur olim circa Padum paludes fuisse permensæ: & hic maxime in Insubrum regione extitisse credibile est, stagnantibus præsertim Vmbrõe, & Orona, plurimisq; alijs fluminibus, quibus Insubrum agri plenius æstuant, in unũ fermè locum illic coëuntibus. Argumento præterea huiusce rei maximo sunt colliculi iuxta oppidum Diui Columbani Laudensis agri, quos olim Padus alluebat: In plantandis n. vitibus quibus colles ipsi maximè abundant, nauium rostra, anchoræ, & huiusmodi reliqua nauium instrumenta, singulis fermè annis effodiuntur: quorum reliquias eo in oppido aliquando mihi videre contigit. ostrearũ quam etiam & conchyliorũ maritimorum concha, quas passim ibi aliquando colligere est, nullo negotio arguunt, Padum illuuione eorum ad colles istos ascẽdisse. Cum ergo pulsis ergo dilatatis ostijs, & desiccatis paludibus Eridanus (ita n. Græci Padum vocant) fluminis effigiem, ut recto tramite deferretur in Hadriam, verisimile ẽ Insubres in campestribus locis velut fertilioribus omnino sedes locasse: quæ quoniam in medio amnium sita essent, Mediolanium primò adiecta litera, quã longã in Aul. Plautus appellat, hiatus vocalium tollendi gratia, demũ Mediolanum nuncupauere. Annis tamen quam plurimis post traiectas Alpes, Italicis moribus institutis, (Vicinia siquidem & morum & fortunæ similitudinem affert) cæterarum vrbium exemplo, quas per Italiam belligerantes aspexerant, vrbem muribus cinxere: vt si quã vis hostilis ingrueret, facilius impetus propulsarent. Vicus haud dubie primo fuit si Strabonis credimus, atque vere o sua eximia maiestatis vrbs. Hec in loco diuersorum opiniones non sunt recẽsende, tanquam ab historiarum fide alienæ. Ex antequioribus nonnulli volunt à sue inuenta, qua media lana esset, vrbem hanc nostrã nomen traxisse: sunt item qui scribant Insubriam primo vocitatam, & prius Albam, Pentheciam alij. Nec desunt, qui nomen à Græcis deducant. Sed scitè pro Catone contra Semproniũ respondet Plinius, Italiæ rationem eos Græcis, alijsq; gentibus falsio mutuari, qui propriam nesciant, & de ea altercentur. eò etiam dementiæ plures accessere, qui audeãt scribere non à Græcis solũ à quibus verisimilius est, sed ab Hebraeis ciuitatum, regionum, ac populorũ nomenclaturas deriuãt. Iccircò qui Hebræa attigêre, Gallos quasi aquis non oppressos interpretantur: contendunt q; Gallorũ nomen ante eorum ex ulteriore Gallia in hanc citeriorem aduentum in Asia, Græcia, & Italia extitisse: cum tamen Lucius Gallogræcos, seu Galatas à Celtis originem traxisse constantissimè affirmet. Et Trogus de Brennõ scribens, qui in Italiã cum tercentis Gallorum millibus irruperat in Hetruscos, eorum centum millia non longè à Delphis, vrbe oraculo Apollinis celebrissima, in ea Parnassi montis parte, quæ ad Austrum exposita est Græcorũ gladijs extincta, alia verò centũ millia trucidata in Asia iuxta Paphlagonas occupasse, eamq; Galatiam dixisse: hosq; Gallogræcos primũ postea Galatas appellatos monumentis prodidit. His sunt, ad quos Genuam doctor Paulus epistolam scripsit. Eosdem quoq; Treuirorũ lingua, ideſt, Celtica loquutos fuisse, temporibus etiam suis Dunus Historiarum scriptor reliquit. Quisquis ab Hebræis fluxissent, vt nonnullorum est opinio, non Celtica, sed Hebræa aut Chaldæa lingua fuissent vsi. Reliqua verò centũ millia, quæ in Italia remansere, Mediolanũ, Ticinum, Bergomũ, & Brixiam condidisse. Hos verò, cũ sub Brenno militarunt, Gallia Cisalpina nomen indidisse, haud facile crediderim: cũ ante illius in Italiam aduentum, plurimi authores tradant, Bellouesum Alpium ister primùm in Italiã aperuisse. Nec desunt qui velint Brennum ipsum non in vlteriore Gallia, sed in Italia inter Gallos Senones Cisalpinos, natũ. Catonẽ quoq; damnant multi, qui Orobiorũ originem ignorasse se fatetur: quin & Plinium Naturæ scriptorem accusant: quòd Catonis sententiã fideliter non retulerit: quæ omnia eò tẽdunt vt Orobiorum, ex Cenomanorũ, gentis Gallorũ, quando etiam Cisalpinorũ interpretationes nominum, & cognominũ ab Hebreis fluxisse arbitrentur. Quæ quidem nomina, tametsi Hebræa, aut Græca esse reperiantur, non tamen ex ijs satis probant, populos eos Græces vèl Hebræos extitisse. Si quidem inueniuntur plura Gentiũ vocabula, quæ Græcã præ se ferant etymologiã, quæ tamen non Græcis sed Barbaris fuisse Strabo, Plinius, alijque probatissimi authores tradidere: veluti Troglodytæ, Andropophagi, Hamaxobij, Nomades, eiusq; generis quàm plurima nomina. Tanta denique tactantia Tragi, Polibij, T. Liuij, & Plinij authoritates, parui pendunt: vt suã his præponere sententiã impudentissimè audeant, authoribus, quorum paulo ante calculo fuerant innixi: contendunt q; tantos viros Græcorum commentis fuisse deceptos, aperteq; hallucinatos. & nè ijs fides vlterius abhibenda sit ad Berosum Chaldæũ, qui ex antiquorum annalibus omnia Assyriorum tempora digessit, & Metasthenem rerũ Persicarum scriptorem, confugiunt velut ad sacrã ancorã, tanquam q; ijs soli publica probataq; fide scripserint. Et quanquam Cato ille, quicunq; is fuerit (suspecta enim sunt eruditis auribus Origines ille) Mediolanum monumentis transmiserit, ab Olano nescio quo Hetruscorum Duce, primum Olanum dictum, à Medo mox Insubrum principe auctũ, Mediolanum nuncupatum, scriptum reliquerit: nos tamen cum cæteris cũ Græcis, tum Latinis authoribus maximæ æstimationis sentimus. Qui vno ore omnes affirmant, & primum Gallorum nomen in Italia, & alibi auditũ, à primo illorũ cis Alpeis aduentu: & ab eisdem cum pluribus alijs vrbibus conditũ Mediolanum. Quis enim historicus cuiusq; gentis extiterit ante Bellouesum Insubrũ, aut Mediolani meminit vnq? Quod si obstrepatus, contende-

contenderint, Orobiorum nomen nũ Celticum, sed A
planè Graecum esse, indicioq; suo affirmare velint, M.
Catonem, ob id nequaquam dixisse Orobiorum incer-
tam originem esse, quòd eam ipse penitus ignoraret, sed
q; ipsũ Orobiorum nomẽ incertam omnino, & ambiguã
etymologiã rationem habere posset, Hebream, vel Gra-
cam: satis nobis fuerit & Latinorum, & Graecorum
authoritate probasse, Gallos Transalpinos vel sponte ex-
pulsos, vel sedium nouarum perquirendarum gratia ci-
tra Alpes irruptione facta, expulsis Hetruscis, Media-
lanum, Comum, Brixiam, Bergomum, & Veronam
condidisse. Simpliciorem igitur historia ordinem
prosequentes, adhibita pro viribus diligentia circa no-
minum interpretationes, qua maximo sunt ad veritat-
tem alliciendam argumento, vetustissimorum quoq;
lapidum inscriptionibus suffulti, de situ Insubrum, &
huius nostrae Metropolitanae vrbis origine aliquid re-
feremus.

INter Insubres olim oppidum fuit longè celeberrimũ,
quod ab eorum nomine Insubrium vocarunt: quae
res pluribus errandi caussas praebuit, qui putarent Me-
diolanum Insubrium dictum. Sed nos qui loca fermè
omnia Insubrum, qui ad colles iacent, perlustraui-
mus, in quibus praecipuè eorum vetustae sedes extitêre,
pro comperto habemus eas fuisse, vbi Castri Sepriy vul-
gò reliquiarum disiecta vestigia visuntur. Aberranti;
tota (vt aiunt) via, qui Sepriy Castrum, à quo plurima
pars agrorum, qui intra Ticinum & Abduam cõ-
tinentur, cognomentum retinet, ad Seueri Imperatoris
nomen adscribunt, vnico tantum argumento freti, q;
materno idiomate Seueri Castrum nuncupetur. Tra-
dunt n. Seuerum ab Insubribus origines traxisse. Nec
tamen aduertunt, hac ferme frivola coniectura ducti,
dictionem, qua Latinè sonat Seprium, vulgo Seurium,
non autem Seuerum dici. Ad hac Federici cognomento
Rubrobarbi Imperatoris plura diplomata, instrumẽ-
ta quoq; olim in Castro ipso confecta Subriy, non Sepriy,
nec Seueri meminerunt. Ex his itaq; conijcimus Su-
brium fuisse, quod Seprium dicimus. Huic nostrae sen-
tentiae calculum adiecit testamentum Manicundae
Longobardorum Reginae, in Castro Cariatis conditũ,
quod ab humanis decedens Regina ipsa, in cœnobium
vertit, cui nũc Soror Sophia praest: in quo legere est, Ca-
strum ipsum Cariatis ab Insubrum castro secundo la-
pide distare. Ex ijs igitur omnibus colligimus, castrum
ipsum primò Insubrium, mox per contractionem lite-
rarum breuitatis gratia Subrium, nouissimè per ne-
gligentiam in Seprium transisse. Quam dictionem cor-
ruptam, & adhuc in dies eius tractus accolae magis a-
dulterant, pro Seprio Seurium pronunciantes. Pluri-
ma in Cariatis oppido antiqua monumenta visuntur:
quae temporum iniuria legi non possunt. In ruinis ta-
men, Cœly memoriola est huiusmodi:

M C O E
LIVSCVM
SVIS
MERCVRIO
VSLM

IN cœnobio quoq; ipso in lapide satis ornato in gra-
dibus scala, Albutiorum, qui hac aetate, duabus per
incuriam demptis literis, Butij nominantur, monumẽ-
tum elegantissimum visitur his characteribus insculp-
tum.

P. ALBVTIA
NVS
PRIMITIVS
ALBVTIAE
PIENTISSI
MAE
VF

NOn abre esset putare, Cariate oppidum à copia
nucum, quibus ager ille adeo abundat, vt lau-
ris Parnassus, denominatum. Siquidem καρυον, sive
κάρυα dicitur nux. Quanquam non desint, qui hoc C
vocabulo significari etiam velint castaneam, & auel-
lanam. Sed est ijs rebus omnibus copiosissimus est tra-
ctus ille. Hoc etiam tempore pueri Insubrum nucleum
ipsum nucis, Carium nuncupant. Quod oppidum
si etiam dictum diceres, quod in summitate, aut verti-
ce collis sit, non inficias irem. Quando κάρηνον ver-
ticem & summitatem etiam significet. Ab hoc oppido
ad Alpes tendenti vicus occurrit, Viseprium vocant,
ac si dicas Sepriy vicum: à quo stadijs quatuor tantum
distat. Omnis autem regio interiacens tot ingentium D
ruinarum vestigijs scatet, vt celeberrima vrbis effigi-
em intuentibus obijciat. Porrò oppidi Insubrum, seu
castri Sepriy magnificam amplitudinem arguunt mu-
rorum latissimorum circuitus, fossarum profunditas:
tametsi illa plurimis in locis aggerum ruinis sint opple-
ta. Quinq; & adhuc templa conspiciuntur plurima
ex parte diruta, è quibus duo absolutam antiquorum
symmetriam ostentant. Omnium spectatissimum
Diuo Ioanni Euangelistae dicatum est, Longobardorum
Regum Regiam liberalitatem praeferens. Quae omnia E
non leni admiratione praetereuntes viatores afficiunt.
In Castro marmora sunt characteribus (vt arbitror)
Hetruscis insculpta: quae nullum in praesentem vsq; di-
em (quem sciam ipse, vel alius sit interpretatus) intel-
lectum admittunt. Non absurdum esset fortasse credere
ab aliquo Hetrusco aruspice, quorum disciplina per-
celebris fuerat vbiq; terrarum, apposita fuisse. Quod
ab illis, qui ante Belloneum, Hetruscis hic regnabant,
monumenta illa (vt aliquorum est opinio) insculpta fu-
erint, nemo vnquam mihi persuaderet: quando fidem
omnem excedat marmor ab illis ad hac vsq; tempora
durare potuisse. Splendidam praeterea oppidi huius ma-
gnificentiam XXIIII. pagi illustres, quibus praerat,
satis superq; declarant, authoritatis pristinae indicia
maxima. Omnis denique tractus vsq; ad sextum la-
pidem ab vrbe, Subriy vel Sepriy hac etiam aetate seruat
appellationem. Illic duarum arcium vestigia conspi-
ciuntr: è quibus altera eminentiori in parte ad collis
verticem Mediolanum spectat: à quo in proximam

Orena

Orona vallem (nomen est fluuioli qui collis radices alluit) per subterraneos fornices aquationis gratia cuniculus ducebatur. In fluminis verò ripa tertium quoq; castrum fuerat, quadrato lapide structum Turbinis titulo, in cœnobitarum virginum vsus pios conuersum. Arce demum tuersa nomen tantum Turbinis retinuit. Nec tamen antiquitatum memoriola hoc in loco desiderantur. In posteco siquidem edis vetusta lapis extat, barbarorum, vel imperitorum cuiq;, aut diuturnitate temporis ita fractus, vt quoties illum aspiciam, illud Ausonij mihi toties occurrat:

A

Miramur periisse homines, monumenta fatiscunt:
Mors etiam saxis nominibusque venit.

B

Habuimus tamen Calphurnia nomen politissimis grădioribusq; literis incisum, cuius etiam posteritas apud Insubres nunc bellissimè perdurat: sed Calphurij literis quibusdam negligenter abiectis appellantur.

C A L P H V R
N I A E
C A R I S S Ł
M A E
F E

C

Eadem in arce in fornice cuiusdam ostioli tabula marmorea affixa est, his fermè cubitalibus insignis literis.

D

L C A S S I O
A V T E
L O I O
L F

INtra circuitum oppidi olim Insubrum, putei, cisternaq;, & cloacæ, reperiuntur. Adsunt quamplurimæ cryptæ, fornices elaboratissimi, & huiusmodi antiquaria: Vigentibus demum bellis inter Vicecomites & Turredanos, penes quos ea tempestate Insubrum summa authoritas fuit, de imperio Mediolanensi disceptătes, oppidum ipsum cum arcibus, in illo rerum turbine solo æquatum fuit: lege q; municipali sancitum est, ne in ed locorum colonia deinceps ducerentur. Quam quidem legem Prætores Mediolanenses & Gallaræatenses, magistratuum initijs iureiurando omni studio, opere, diligentia se curaturos pollicentur. Vnum illud quoq; animaduertimus, in meditullio ferè Verbani & Larij lacuũ oppidum ipsum situm fuisse, & in colle eminentiori, vt recto itinere ab vrbe ad Alpes proficiscentibus primo se offerat aspectu, ex quo velut è specula Insubrum patentes campi tum vrbe ipsa videri possint. In eo monumenta propè infinita interierunt: nonnulla adhuc extant, sed plurima à ciuibus Mediolanensibus, post tantas & tot clades, inde abducta sunt. Ex pluribus verò vnum atq; alterum adduxisse sufficiat.

E

I O M
DIS MANIBVS
PRO SALVTE
MEMNIAE
PRISCAE
C F
MEMNIVS
ONESIMIANVS
PRO
FRVCTIBVS
VSLM

F

EX hac inscriptione colligimus, morem fuisse nostræ maioribus pro salute ægrotantium amicorum, vt Dijs manibus sacra facerent & vouerent. Fontei quoq; Capitonis Consulis, de quo meminit & Tacitus in bello Othoniano, nunc memoq; non insuiciter, literis grandioribus candido in marmore incisum.

I O M
C CAECILIVS
NIMPHEROS
VSLM
FONTEIO
CAPITONI
COS

EST & Veræ cuiusdam eulogium: sed plurima eius parte mutilatum, reliquarum literarum prænomine, & nomine duntaxat exceptis, intelligentiam non admittit. Hoc igitur in tractu Insubrum Gallorum gentes fuisse expulsas inde Hetruscis futile comprehendi potest. Insubriq;, nomen, oppido, non vrbi nostræ (vt multi falsò arbitrati sunt) inditum fuisse, fidem præterea faciunt vici, municipia ditissima, castella munitissima huius regionis: ex quibus ferè nobiliores familiæ Mediolanensium antiquissimæ origines traxere. Inter tot municipia & vicos, occidentem versus, secundo lapide oppidum Carnutum visitur, vulgo Carnagum nuncupatum. Eo in tractu Carnutes, vlteriores Galliæ populos, olim consedisse, arguũt soli fertilitas, nominis cognatio, & Insubrum Gallorum vicinia: facilè enim cum Bellouesi, quem tot hominum millia in Italiam traduxisse constat, & Carnutum copia Alpes transcenderunt, & haud longè ab Insubribus sedes locarunt. Durat gens Carnutum in Celtica Gallia Oceano proxima olim in clientela Rhemorum, & totius ferè Galliæ media, eorum ciuitas Episcopalis vulgo Chartres nuncupatur. Tanta præterea ædificiorum ruina indies effodiuntur: tot exsculpti lapides: vt non nisi inter cementa, macerias q; plantari vix possit vitis. A Castro Insubrum, Ticinum versus, ad meridiem quinto fermè milliario, Gallaræatum est oppidum, vrbeculæ effigiem præstans, ad extremam

tremam collium radicem in æquo ædificatum: à quo vniuersa planicies XXIIII. milliariorum spacio, ad vrbẽ Mediolanensem extenditur. Cuius oppidi nomenclaturam si attentius quispiam obseruauerit, Gallorum aream, hoc est, conuentum interpretabitur: sicut & Nouariam trans Ticinum, quasi nouam Gallorum aream. In hunc tractum siquidem, velut ad campestria loca, quæ fertiliora esse solent, Insubres adhuc mõtium accolæ colligendorum fructuum, vel comitiorum habendorum gratia, prisco Gallorum more, confluebãt. Ad vltimum deniq; excidium redactum fuit oppidum Gallareatum, dum Mediolanensibus nostris ex animo fauens, copijs ingentibus Federici Imperatoris, cui Rubrobarbo cognomen fuisse iam diximus, pertinaciter nimis aduersatur. Visuntur eo in oppido vetustissima Inscriptiones: quales hæ sunt, quæ sequuntur:

H E R C V L I
C V I R M A X
C V M S V I S
V S L M

Item alio in loco.

M E R C V R I O
O P V P V P

Ibidem in turri quadrata.

C P O S T V M I O
P R I S C O
P O S T V M I V S
D R O M O
L I B E R T O
P I E N T I S S I M O
I N A G R P X X X
I N F P P X X

Votum quoq; Seueri Siluano persolutum, hæc indicat inscriptio.

S I L V A N O
S E V E R V S
L F
A D I V T O R
V R B I C V S

NOn procul à Gallareato vicus est, Insubrum victoria aduersus Hetruscos celeberrimus. Bustium Arsium vulgus appellat, sed verius Bustacium, quòd ibi busta hostium compleuerint omnia. Ad dextram paululum si deflexeris meridiem versus, Picta Curia occurret, Corbeam nostrates appellant, oppidum dubio procul vetustissimum, Longobardica symmetria constructum habens templum. Cuius ruina, quæ facta est annis superioribus multas Sanctorum reliquias, quas ignorabantur, & cum eis memoriolam, in qua mentio habetur, & qui eas reliquias illuc locorum portari curarit, & nominis eius oppidi, quòd in hanc vsq; diem desiderabatur, aperuit. Has tabulas se legisse Gaudentius Merula eius petrocomiæ municeps, parieti tẽpli Sancti Victoris affixas, attestatus est mihi. In silice non admodum polito in latere, quod Occidentem solem intuetur, eius adis, hos characteres esse, idem adfirmat Merula.

I O M
S A C R V M
C D O M I T I V S
P H O E B V S
E T
P. V I N I A C H I A



SEd ad Insubres, qui septentrionales sunt, redeo: hos enim qui ad meridiem & ad ortum iacẽt in planicie inter Padum & vrbem, Ticinum & Abduam, labor alter excipiet. Eos enim & vrbis situm Deo fauente prosequar, cum hic primus fuerit liber absolutus. Remis igitur velisq; (quod aiunt) omnibus ad colles recurro. A Gallareato Alpes versus mira amœnitatis vallis incipit, ad lacum vsque Giuiratum, de quo alibi dicetur: per quam fluuiolus, cui Arno nomen est limpidissimis aquis fluit, à dextra, lauaq; (vt ait poeta) castella in tumulis, & geniales vici. Crediderim ipse fluuium hunc ab Hetruscis hic olim dominantibus Arnum ab Arno altero in Thuscis, qui nunc Florentiam interluit, propter quendam vicorum ordinem, quibus vterque frequentissimus est, nomen sumpsisse. In ijs collibus Crena est pagus à fontibus per ea scatentibus, quasi κρήνη. Hunc sequitur Oggiona, quasi Eugeona à fertilitate soli. In hac extincta est Vrsinorum familia. Hieracium deinde visitur, quod ad sacra rustici illuc vocarentur. Illinc Albizatum itur, vel potius Albertatum ab Albuciorum familia vetustissima. Crena Nouelliorum Mediolanensium, quorum meminit Plinius in historia naturæ, memoriola visitur:

I O M
C NOVELLIVS
C F
FALV
PIVS
VIVIR
IVNIOR
V S L M

Plurimæ

Plurima quoq; in Albutio Antiquariorum sunt vestigia.

I O M
M O N I V N A
I E S V L C A N I
I O V A N I V S
V S L L M

IN calce Elogij animaduertimus LL characteres geminatos: qui meo iudicio plurale numerum signant: & libera munera inde significari.

A Ioanne quoq; Alexio Vicecomite insigni equite, eius oppidi domino, proauorum suorum iussu olim à castro Insubrum, quod stadijs fermè abest sexdecim plurima ex huiusmodi antiquarijs aspertata fuisse intellexi. Ibidem:

C A M V R I V S
A P V L O N I
F E C I T

Item in templo eiusdem oppidi in ara maioris crepidine:

C A V V S
A P V L O N I F
S I B I T M A R X
S S V I I I [illegible]
[illegible] A L L V
C A V I F

QVa tametsi interpretationem non admittant, indicio tamen sunt, hanc regionem aliàs, quam nunc, longè floruisse: cum passim reperiantur similibus ornamentis insculpta marmora. Paulo superius colli imminet Caidatum oppidulum, in quo plura sunt huiusmodi antiquitatis monumenta. Arcem habet in summo colle positam vniuersæ Arni vallicula conspicuam. In ea Herculis memoria in marmore Pario sculpta visitur.

H E R C V L I
I N V I C T O
D E O
C V L T O R E S
V S S L M

ALenna Caidati occidentem versus, quà ad Verbanum lacum itur, Bisnatum oppidulum est, in quo huiusmodi etiam vetustatis monumenta conspiciuntur: In quibus vir mira, ac prope singularis eruditionis Andreas Alciatus Mediolanensis noster, cognomentum Gracum inesse annotauit. Cuiusmodi cognomina apud Insubres passim sunt, legentibus obuia.

A
C T E R E N T I O C F
O V F P A T R I
C O M I N I A E P P M A T R I
C T E R E N T C F O V F
S I L O F R A T R I
Q T E R E N T I O C F O V F
F R A T R I
B C T E R E N T I O C L D I O
C H A R I E X T E S T A
M E N T O
S V O
C T E R E N T I V S C F
F A C I V N D V M
C V R A V I T

C *A Bisnate occidentem versus hyemalem, sexto Calendas oppidū vetustissimū, quo in loco in Verbanū Ticinus se exonerat, tendenti occurrit. Hic vltimus Insubrum terminus, & descriptionis nostræ. Non n. in animo est populos, qui vltra Ticinum sunt, quos Lebecios Polybius, Lebuos T. Liuius appellat, describere. Porrò oppidum hoc à paganorum illuc concursu, qui fiebat sexto Calendarum cuiuscunq; mensis nomen sumpsisse, author est Alciatus. Plurima in eo sunt antiquissima monumenta, qua libens prætereo: cum quòd ea idem Alciatus diligentissimè annotarit: tum quòd nostri non sit præsentis instituti singulas locorum inscriptiones prosequi: hanc tamen ex plurimis eius oppidi adiecimus filij erga patrem charitatis monumentum.*

D O M I T I O
C N F I L O V F
P L A C I D O
V I V I R I I V N I O R
C D O M I T I V S
M O D E S T V S
M I L E S C O H
V I I P R A E T O R I Æ
P A T R I
O P T I M O

QVoniam passim in ripa Verbani lacus, antiquissima Italorum militum monumenta visuntur, cū inscriptione cohortium, & legionum, visum est, quid de hac re hac sentiam, opinionem meam hic exponere. Ante Augustum Cæsarem, & Iulium ab Inalpinis populis fiebant subitæ excursiones in Cisalpinos Gallos, qui iam pro Romanis sentiebant, accepto iure Latinæ coloniæ. Ad hos igitur prohibendos, dispositæ fuerunt militum stationes in ipsis Alpium faucibus, qui Barbaros illos, qui iam Comum vastarant, temerè irruentes excuperent. Itaq; legiones eas esse coniicimus, quas C.

Cæsar ad custodiam illius saltus disposuisse, memorat initio Commentariorum belli Gallici. Sunt etiam qui magis putent, has milites stationes & colonias illic dispositas; ne Insubres clam contractis fœderibus cum Barbaris proximis, in Romanos conspirarent. Nihil enim est, quod magis firmiúsq; alienæ gentis imperiũ faciat, quàm cura illa, quæ a Romanis olim in deducendis coloniis impendebatur. facilius enim suis quàm alienis mandabant. Hanc ob caussam aiunt Derthonam in Apenninis collibus à Romanis coloniam esse deductam, quæ impedimento esset, ne Insubres cum Ligu-ribus conuenirent. Sic Hastam & Hipporrhedian colonias arbitrantur, quæ conuentum prohiberent inter Salassos, & Cisalpinos Gallos. Hac etiam de caussa Augustam Prætoriam, quæ media esset inter Salassos & Veragros & Allobrogas. Hæ siquidem gẽtes Romanos ægrè dominos tolerabant: & ad quodq; leue momentum sumptis armis, & præsidijs trucidatis à Romanis deficiebant. vnde in adulationem Romanorum poëta, qui tamen ex nostratibus erat, dixit.

Gallumque rebellem. *Quod neq; mirum esse debet: videmus enim persæpe magnos principes, longius egressos, pleróq; populos occupare, quos metu magis violentis, quam prompta fide subiugant: qui cessante timore tanquam ab odioso victore rebellant.*

A Sexto Kalendas ad Angleriam breuissimus est cursus. Quæ tot elaboratissima vetustatis monumenta demonstrat, vt meritò Alpinarum gentium præfecturæ possit existimari. Hac igitur multis argumenta præbuere, vt vrbis titulo eam decorarint, tantáq; inter recentiores historicos de Angleria orta est dissensio, vt non defuerint graues alioqui viri, qui oppidi cognomẽtum ad Anglum nescio quẽ Hectoris filium referant. His tamen adulatione magis, vt principum aures demulcerent, quam veritate adducti hæc posteris tradiderunt. Oppidum omnino antiquissimum est & claræ claríssimum: magisq; ante Turredanorum & Vicecomitum arma. Dictámque crediderim potius Angleriam quasi ad glaream Verbani situm: non autem ab Anglo, vel ab Anglis populis conditam, vt multi volunt. Hoc ex annalibus nostris cõstat, à Barbarorum irruptionibus in Italiam, prædæ fuisse sæpius expositum. Florente Vicecomitum imperio, maxima etiam & celebritatis, & authoritatis fuit. præsertim cum IOANNES Vicecomes, Mediolanensis Archiepiscopus, totius ferè Cisalpinæ Galliæ imperium, & vrbis nostræ vtriusq; gladijs (vt aiunt) potestatem susceperit. Eo n. in loco præfectum habuit, qui Alpinis gẽtibus ad summas vsq; Alpeis, nunc Sancti Gothardi vulgò, ius diceret. Alterum quoque, quem legatum nuncupabat Archiepiscopalem, qui eisdem populis sacra ministraret. Eodem in oppido Ioannes idem arcem eximiam munitissimámq; in amœnissimo colle condidit. Quæ nunc etiam maximam præ se ferè magnificentiam. Ætate nostra, cum reliquũ ferè Verbani regione, Borrhomeorum imperio pareat Angleria, quorum clarissimam originem Alciatus in Antiquitatibus suis satis ostendit. Iccirco in his diutius immorari superfluum arbitror. Sed antequam à Verbano pedem referam, non possum non eorum satis opinioni,

A *tum imprimis Gaudentio Merulæ assentiri, cum & eiusdem semper fuerim sententiæ: non esse verisimile poëtarum principem, qui Mediolani literis operam dedit, & cui perspecta fuerat & cognita Gallia Cisalpina, Verbanum tanta celebritatis lacum silentio inuoluisse in Georgicis, celebratis cæteris lacubus. Itaq; cum Merula ipse legere soleo:*

Anne lacus tantos? te Lari? Maxime? teque
Fluctibus assurgens fremitu Benace marino?

B *Nunnè fuisset turpe Virgilio tam vastum lacum, quem certatim & Græci, & Latini scriptores celebrarint, nulla de eo facta mentione prætermisisse? Sed sublatus error temporum punctus interrogationis, hãc crasnè omnibus interpretibus negligentiam. Distinguẽda n. fuerat dictio Lari, hoc puncto? an illa dictione, maxime. Vt poëta tres lacus, nõ duos tantum nominauerit. Velut & Strabo ipse: qui Geographia quinto tres ingenteis lacus describens, & Verbani, cuius longitu-*

C *dinem quadringentorum stadiorum esse scribit, meminit. Larium autem tercenta stadia non excedere. Nec verisimile est, Virgilium huius regionis alumnum, id ignorasse, quod Græci exteri intellexere: præsertim Strabo, qui eadem cum poëta nostro ætate floruit, & in eadem Imperatoris aula. Iccirco vt facilè existimẽ, hæc faciunt, poëtarum eximium haud dubiè Maximum pro Verbano expressisse. Quod quidem epitheton nullo modo Lario conuenit, cum de Benaco fiat mentio: cuius longitudo (vt idem Strabo refert) quingen-*

D *torum extat stadiorum. Nisi potius dixeris Virgilium Polybij errorem secutum, qui ait Ticinum à Lario, & à Verbano Abduam erumpere. Sed hac in re magis vatem Cisalpinæ Galliæ consuetudinem loquẽdi secutum arbitror, quàm vulgatum Polybij errorem: cum dixerit sceleratum frigus, & Maximum pro Verbano. Idiomate nostro Gallico, Maiorem lacum, Verbanum vocamus: qui verè maior est ijs lacubus, qui adiacent plerisq. Nunc vnde nostra digressio est, is recepit oratio. E regione castri Insubrum vltra Orenam,*

E *quem fluuium esse diximus, duo castella Nouocomum cõtibus occurrũt; Venegona vulgo appellata Castillioneorum ditionis, qua superioris & inferioris, ex loci situ, cognomento tantum differunt. His in vicis olim Veneris Agonalia vnde illis nomen est per contractionem literarum celebrata fuisse, nominis cognatio non leue præstat argumentum. Loca amœnissima Veneri, vel Gratijs, aut Nymphis cæca gentilitas consecrabat. His enim in locis acclivis adeo natura vultus arridet, vt de ijs Virgilianum illud merito cantari possit:*

F Hic ver perpetuum:

Lauris n. colles ita abundant, vt eos nullo negocio possis dicere cum Parnasso contendere super illarum viridantissima copia. Præterea tractus ipse, sic beatissimo omni pomorum genere, vt totus pomarium videri possit, & Pomonã ipsam illic habitare. Tanta denique aquarum vis, tot liquidi fontes scatent in regione alioqui arida, & situ squalida, vt nõ sine caussa in Agonalibus Veneri celebrandis, Gentiles huiusmodi loca selegerint.

Castelles

Castellis ipsis ab Orientali plaga vallicula inhaerens, molliter descendens variis floribus etiam per brumam virens. Hic ortam Venerem dicerent, si myrtum ferret regio. Per eam vallem passim fistulae miræ crassitudinis effodiuntur, per quas (vt etiam Alciatus arbitratur) collectam undiq; aquarum influentiam veteres ex Agonalibus deriuarunt ad oppidum Tradatis. Inter vtrumq; castellum, & adhuc prata toto ferme anno virentia Adonidis nomen seruant. Vniuersum hunc tractum carmine elegantissimo celebrauit Baptista Castillionæus Iurisconsultus, ex dominis oppidi superioris Agonalium. Haud longè à pratis ipsis Quintieni cuiusdam memoria extat, marmoreo in saxo, apud aediculam sacram literis insculpta politissimis: ex quibus cognoscitur Quintienus hic, Quintianus fatis fortunæ editus.

Q
QVINTIENI
QVINTIANI
MARVSPICIS
AEDITVI
TEMPLI
FORTVNAE
FILII PATRI
PIISSIMO

TRadate, cuius modo mentionem fecimus, oppidum est, in quo floret Pusterularum familia Mediolanensis, hac aetate etiam per celebris. Porrò oppidum ipsum amoenissimum colli adhæret amœniori, ab Agonalibus meridiem versus. Quod verò aquæ, de quib. dximus, in vnum collectæ per subterraneos tubulos inde educerentur, fidem facit arca marmorea in oppido ipso. In cuius capite duo Delphines fuscina, qua pisces occidi solent, implicati, sunt sculpti. Quatuor praterea orbes eodem in marmore conspiciuntur: ex quibus testimonio Bernardi Zenalij Architectonices peritissimi noster Alciatus existimat aquas ab Agonalibus, vel alibunde labentes, per cuniculos ex orbibus insilientes, copiam earum indigenti populo subministrasse. Eodem praterea in oppido Pary elegans memoriola visitur, ijs notis Pario in marmore insculpta.

VOTIS
OMNIBVS
COELESTI
BVS
CONSENT
ENTI
BVS
BENEMEREN
TIBVS
QVE
L PARIVS
HERMES

A HInc Radys duobus de viginti Septentrionem versus in vallicula fluminis Orona situm est Castillionum oppidum. Quod tametsi in valle sit conditum, subiecta tamen planicies virenti amœnitate fruitur. Cuius loci formam qui intuentur, in Theatro esse se arbitrantur. Per prata virentia, Orona velut licentioro cursu fluens, collis, in quo arx oppidana imminet, radices radit: à laua oppidi parte alluit, familiæ nostræ Castillionæ sedis vetustissimæ: si vrbis annalibus credendum est. Habuimus quingentis ferè exactis annis
B Thealdum Mediolanensem pontificem, hoc ex oppido, & eadem familia natum. Hic Cœnobium monachorum in Alona oppido, quod Gaudentius Merula Avronam quasi Oronam vocat, à montibus deflexo nomine trans Verbanum è regione Angleriæ, suis sumptibus ædificauit. Quo in loco & tumulari se voluit. oppidana magnificentia testes sunt, insanæ illæ ædium substructiones. Quæ omnino loci dignitatem excederet, nisi essent Episcoporum, Cardinalium, summorumq;
C Pontificum, quibus nostra familia longè splendidissima est, structuræ. Templa quoq; videre est artificum concinnitate perspicua. Non sunt austera Longobardorũ rudiitate structa nec nouitatis lenocinio minus venerabilia: medium quoddam temperamentum tenent. Cernere quoq; ibi fuerat arcem Architecti diligentis ingenium præ se ferentem. Ea nunc vicinorum iniuria, vel magis iniquo eius fato semidiruta est. Quam quidem calamitatem tametsi oppidum ipsum subierit,
D &, vt inquit Poeta Gallicus in secundo suæ diuinæ Æneidos:

Quæq; ipse miserrima vidi,
Et quorum pars vna fui:

Non ad id tamen infelicitatis accessit, vt omnem maiestatem pristinam exuerit. Floret adhuc cum monumentis vetustissimis, tum mira ingeniorum vbertate. Ex monumentis duo tantum affigemus hic ad amussim effigiata. Ingenia quoniam de ijs iudicant Insubres, prorsus tacebo, ne in nostratibus diligens nimis, foris autem negligens videar. Turpissimum siquidem semper fore duxi, adagio illo tritissimo, quo aiunt, Asinus mutuum scabere, meritò inuidi. In ædibus Nicolai Castillionæi cognomento Romani, marmor asficitur manu, & ingenio diligentissimi artificis cum ijs characteribus elaboratum:

E
V F
APETRONIVSGE
MELIVSVIVIR
SIBIETVIRIAE
LFLVCILLAE
VXORI
FCPETRONIVSPRI
MIGENPATRI
SAMONIAECFLV
TVLLAEMATRI
PETRONIOMARTI
ALFRATRIETSVIS

AB utroq; candidissimi marmoris latere, duæ vites nullis commendatæ arboribus, insurgunt: quarũ pampinis diuersi generis auicula insidentes, mira artificis marmorarij diligentia, vuarum acinos decerpunt. Literarum præterea characteribus ita ad amussim accentus obseruati sunt: vt Petronius ipse omninò non nisi vir splendidus olim existimatus fuerit: qui viuens tam accuratissimam sui & suorum memoriam reliquerit. Summa quoq; animi voluptate nobis se L. Victulienius obtulit: qui memoriam adduxit alterius Nicolai Castillionæi iuris consultissimi: quem meritò cum propter necessitudinem, quæ inter nos est: tum ob singularem morum, & eruditionis candorem, & amo, & mirificè obseruo. In eius igitur ædibus hanc memoriam inspexi:

L VICTV
LIENVS
VICTORI
NVS
VISV
MONITVS

IN dextra lapidis elaboratissimi, aquila visitur trũco insidens, quæ in rostro auis pennam tenet: ad leuam altera aquila sphæra supereminet, serpentem mordicus tenens. Quid super hac sculptura consultus Andreas Alciatus Gaudentio Merula rescripserit, accipe: Quòd petis, (inquit) à me Hieroglypha illa tibi explicem, quæ à Nicolao Castellionęo accepisti, vix ausim ego quicquam scribere, ne quod dicitur, noctuas Athenas. Addè quod si pictum ad me marmor ipsum misisses faciliùs aliquid certi possem commentari. Scis n. quantum referat. suspectum certè mihi est nomen illud Victulieni, & fortè adeo abrosum est marmor, vt nõ possit intelligi. Rectè itaque feceris, si tu ipse in rem præsentẽ eas adhibito pictore, mittasque ad me Iconem. Interim ne nihil respondeam apud Homerum Iliados. XII. Polydamas Aquilam anguem ferentem significare ait, rem infeliciter cœptam: & ex præscripto minus succedentem. Habes hac de re longum poetæ carmen. At Artemidorus libro ὀνειροκριτικῶν II. Aquilà indicũ mortis esse virorum illustrium ait, quòd veterũ moris fuerit, vt insignes viros mortuos, & immortalitatẽ adeptos depingerent ab aquila vehi. Sed de hac re hactenus. Idem Alciatus Castillionum putat olim castrum Stiliconis extitisse: à quo & familia per longa temporum interualla originem traxerit. Cuius quidem familiæ domum, quæ ab Athila multos ante annos cum vrbe ipsa Mediolani direpta & solo æquata, reparauit Ansbertus Mediolanensis antistes. Hanc rem satis ostendit marmorea tabula ad sinistram eunti ad altare maius in templo diui Ambrosij in vrbe: in qua carmine, musis (vt inquit ille) & Apolline nullo, & Stiliconis, & domus memoria legitur. Rursus à Castillione vltra Oronam, procedenti ad occidentem solem recta in clivo velut in specula totus Giuiratius lacus, quasi (vt opinor) glareatus oculis subijcitur mox Morasentium vicus occurrit: familiæ Sentiorum longè celeberrima æternum ferè monumentum: in sacra ædicula duo saxa ingentia, quadratissimaq; & literis semicubitalibus exsculpta visuntur. Horum, qui insculpti sunt, characteres, tantò libentius hic adduco, quando mihi videar familiam inter Insubres insignem, hoc meo labore ab oblivione vindicare.

L SENTIVS
L F
OVFNIGER
SIGNIFLE
GIOIIII
SCYTICAE
HICNATVS
HICSITVS
EST

Eiusdem magnitudinis Lapis alter marmoreus fratris memoriam continet: in quo & Legionis quartæ, quæ Scythicis gentibus opposita fuerat, mentio non ingrata legitur.

M SENTIVS
L FOVF
MACER
VETERA
NVSLEGIO
NISIII
SCYTICAE
SIBIET
FRATRI
VF

QVod Sentij, quorum meminit Cor. Tacitus, Insubres extiterint, etiam declarat lapis ille, in ædicula Diui Petri ad vineam Medolani. Cuius inscriptionem non grauarer huc adducere, ni vererer ligna (quòd aiunt) in syluam ferre: vtpote in antiquarijs Alciati ad notam. In eodem fano Morasentiorum in pariete marmoreo in lapide, fractoq; litera visuntur alius fortasse Sentij, memoriam continentes. Coniecturam facit verisimilem metro legionis quartæ, in qua Sentij militabant. Et quanquam imperfecta sit, & iniurias ætatis passa grauissimas, eam tamen memoriolam hic annectam.

VETE-

Digitized by Google

VETERANI
LEGI[illegible]
IOVI
VSSLM

SAne nobis arbitrari licet, propter Sentiorum militiam pro Rep. vel sub Imperatoribus egregiè absolutam, post multa pericula, exanclatosq; foris labores, tandem domi in patria otium cum honestate, & gloria ijs fuisse concessum. Eodem in tractu Verbanis versus à Morasentino vico milliario fermè tertio Actiatũ est familia Bessiorum oppidum sanè antiquissimum, eminentibus in collibus constructum, lacumq; Glareatum ad septentrionem spectans. Quòd quidè Actiacum appellare non dubitarem, nisi vererer ad seneres huius ætatis grammaticos, velut ad Amphictiones historiarum ordinem caussa mea trahi. Hoc enim tempore usus inolenit, vt statim quod non habetur à Cosmographis, vel historicis, tanquam nulla prorsus desiderentur historia, vel quòd omnia Cosmographi diligentissimè observarint, repudietur. Obganniant igitur quicquid velint nostri temporis Aristarchi: quod ipse sentiam, ingenuè semper fatebor. Arbitror ergo oppidum ego istud, vel à Gracis, quos in coloniam C. Cæsar descriptes misit: quos cum regionis eius propter aeris inamœnitatem tederet, in apriciores Insubrum colles relicta colonia se recepere, esse condstum: denominatumq; ab Actio Epiri promontorio: vel potius ab Insubribus in gratiam Augusti, ob victoriam contra M. Antonium, cui erant hostes infensissimi, vt legere est in tertia, quarta, & quinta Philippica apud Ciceronem, & Cleopatram ad ipsum promontorium, de quo diximus Epiri. Idcirco Populi vt fauorem Imperatorum facilius assequerentur vicos alij, alij aras, ludos, trophæa & huiusmodi assentationum genera certatim ædificabant, erigebant, vouebant. vnde Maximus vates:

Actiáque Iliacis celebramus littora ludis.

Et Horatius.

Iurandasque tuum per numen ponimus aras.

In Ligustico item littore non procul à Nicea vrbe vicus est, oppidum olim florentissimum, quem Trophæa Augusti veteres nominabant: nunc audio ab ijs Ligvribus villam Francam vocari. In Insubribus item vt infra dicemus) Cæsaris Ara fuerat. Nulla igitur aliquem detineat admiratio, si oppidum istud Actiacum nominauimus, nullum sequuti authorem, sed solã coniecturam. Id autem fecimus, cùm ob situs, tum ob nominis similitudinem. Immunes n. Glareato lacui, quem Giuiratum diximus, appellari, velut Actium Epiri Ambracio mari: quod nostra ætate Larte nuncupant. Fuerit igitur vel à Gracis in coloniam deductis à Cæsare Nouocomum, à Rhatis vastatum: siue ab Insubribus in apertum erga Cæsarem Augustũ adulationem conditum, oppidum est hac nostra commemoratione dignissimum. Gaudentij quoq; Merula sequor opinionem, qui in antiquitatibus suis Cisalpinæ Galliæ montem Robium inter Brianteos colles, quos melius Briganteos diceremus, vini & copia, & præstantia celebrem, Orobiorum, non Rabium plurimis argumentis, quæ recensendi non est locus, dici debere existimat. Multa ipse prætereo oppidorum nomina planè Gracanica inter Insubres, hac tantum de caussa, quòd in iis Andreas Alciatus, fuit plusquam oculatissimus. Possem si historiam vel Cosmographiã absolutam scriberem super hac re centenas (si tamen otium mihi scribendi concederetur) inscriptiones adducere: in quibus nomina sunt Pelasga. Qualis est illa, quam Lemacij haud longè à Nouocomo nuper reperiam, in marmore Pario vidimus:

MATRON
V S
IESIXTIVS
AGATHON

VOtum (vt suspicor) Veneri, & Iunoni exsolutum. Crater insculptus cum vrceolo, è regione vtriusq;, sacrificium notat. Hunc porrò Iesixtium non absurdum esset arbitrari vnum ex colonis, quos D. C[illegible] Nouocomum misit. Credibile item Actiacum, maioris cum amplitudinis, tum dignitatis, quàm nunc sit, oppidum extitisse. Huius rei facili argumento est Bugnciacum, illinc non procul pagus, ac si barbare diceres Burgum Actiaci: paulo q; inferius in lacus eiusdem margine Cactiacum iacet villula: & ipsa satis exigua, ac si dixeris castrum Actiaci. Non possum aliquãdo non plurimum admirari, cum plures Bessia familia, quæ adhuc hac in vrbe florens est, eruditiores vires, & qui satis diligenter nostra vrbis annales conscripserunt, & circumadiacentium populorum (de iis maximè loquimur, qua ad eius familiæ honorem, gloriamq; pertinebant) origines & nomenclaturas non obseruasse. In Castro Actiaci plurima antiquitatis monumenta satis insignia visuntur. Sed pleraq; in cementum & calcem soluta. Accolarum quoq; ignauia à viatoribus obtrita interpretationem non admittunt. Quorum primus est Tauius nescio quis: loci illius accolæ Tauium pro Octauio pronunciant: vt pleraq; alia nomina. T. Auium magis legerem. Et quicunq; is Tauius fuit, & ab imperitis malè habitus: cæteris tamen annectetur:

TAVIOTFSIM[illegible]
ONTCONRTAV I
VSSVRVSRAP
[illegible]IEPIF[illegible]VIRIA
IESAL V[illegible]E T
SIBI[illegible]

AB oppido Actiaco ad Giuirati lacus initium quindecim tantum stadia intercedunt. In lacus ortu celebre monasterium visitur: quod à loci situ Caput

lacus, amœnissimo in colle aquis vndiq; scaturientibus, vniuersæ circum regioni imminens, cognomentum seruat, sunt qui dicant templum cum cœnobio à viro eius regionis primario, regibusq; Longobardorum charissimo conditum fuisse. Cui cœnobio nunc præest Hermes Stampa Apostolicus protonotarius, Cæsareus Senator, literis ac singulari humanitate præditus.

AD læuam lacus Glareati, cuius longitudo stadia LX. non excedit, occidentem ad hyemalem, duo lacus minoris quidem longitudinis & latitudinis, Glareato adhærent, in quem etiam se exonerant: à diuersis quidem pagis circum incolentibus nomina sortiti, ab insignioribus tamen. Anterior Monacy, seu Monecy posterior Ternati vel Terlacus, & Marchalli oppidorum seruant nomina. In lacuum ambitu & collium verticibus tot sunt ruinarum moles ingentes, quot alibi videre licuerit mihi. hoc etiam in tractu Gallorũ Insubrum robur, ad militiam expeditissimum fuisse, frequentia disiectorum oppidorum vestigia, facile arguunt. Idem præterea notant quæ supersunt oppidorũ nomenclaturæ: veluti Marchallum. quæ quidem dictio Celticam magis, quam Latinam vocem sonat. Marcham etenim Celtæ equum dicũt: vnde & Marcare hoc est equitare. Tametsi doctissimus Vadianus Heluetius in Commẽtarijs suis in Melam Mark Germanicam dictionem, quæ limitem exprimat, esse contendat: vnde & Marchiones limitaneos duces, vel limitum custodes & defensores dictos arbitratur. A Marchallo haud longe abest Dauery vicus haud ignobilis. E regione Dauery occidentem versus collis in altum extollitur, sta fersim in acutum tendens vt obeliscum magis, quam collis effigiem præstet. In cuius vertice olim turris fuit altissima: cuius etiam nunc vestigia quidem ingentia visuntur. Turderiam vulgo collẽ ipsum nuncupant. Verisimilius tamen, turrim aereã olim fuisse appellatam, existimamus. Eo quoq; in tractu versus Ticinum, Cimbrorum est vicus, olim vt arbitror celeberrimus, nunc vero colonis semiuacuus neglectus est. Cuius tam manifesta cognatione nominis arbitramur post insignem illam a C. Mario, & Catulo de Cimbris in agro Nouariensi, (ibi siquidem & victoria & conflictus typi sunt Candium, & Castra Mariana oppida intra Ticinum, & Sesitem flumina, adhuc celeberrima) patratam cædem, eorum reliquias ad Insubres, qui nondum pacato erant in Romanos animo se recepisse: & ab illis per id locorum sedes fuisse concessas facile crediderim. An magis est verisimile, Cimbros illos in Insubres nomini Romano hostes infensissimos, vt ibi sedes firmarent, & se mutuis cædibus conficerent, immissos esse? vt huiusmodi Barbarorum colluuies aduersus Insubrum conatus ipsis veluti propugnaculo esset. Traductionis facilitas, loci opportunitas, rei quam succesuram Romani arbitrabantur vtilitas, nomen denique pagi eius non procul à Ticino flumine facile affluunt, atque etiam mente capto persuadent, Cimbrorum captiuorum sex myriadas, quas seruatas à Romanis in vita C. Marij Plutarchus refert, his in locis Romanis concedentibus desedisse. Credere n. debemus vicis loca ad habitandum fuisse

A permissa, quibus victores vitam, quam iure belli poterant extinguere, condonarint. Sed postquam de Cimbris mentionem fecimus (tametsi instituti non sit nostri limites Insubrum, transgredi) libet tamen referre. Paulo vltra Cimbrum, Angleriam esse diximus: ab eoq; oppido ac occiduam partem altius ad. XV. milia passuum Thosam fluuium in Verbanum influere. Amnis hic haud dubie olim Athiso dictus est. Cuius ripas Catulum C. Marij Collegam vallo & fossa muniuisse legimus, vt Cimbros & Theutonas à trãsitu Alpium prohiberet, quos ab earum saltu arcere non poterat. Recentiores male Græcum Plutarchi codicem sunt interpretati, dum pro Athisone Athesim fluuium, qui Veronam præterfluit posuere, Titi Liuij errorem sequuti, qui celebritatem Gallicam pertæsus, & Veneta gloria studiosissimus Athesim pro Athisone scripsit, quod illud Veronensis, hoc Nouariensis fluuius esset agri. Constat siquidem inter authores (illum vnum semper excipio) flumen illud, apud quem superatis Alpibus Cimbri consedere, diuorum tantum dierum itinere ab eo loco in quo superati sunt Cimbri, a Vercellis distare. C. n. Marius castra metatus fuerat citra Sesitem, non procul à Vercellarum vrbe, in agro tamen Nouariensi, quem locũ accola Camarianum vocant, peritiores Castra Mariana. Porrò Candius ager nunc Candia dicitur, Lacmellini tractus oppidum non longè à Pado. Huic nostræ opinioni calculũ adijcit Eusebius Chronographus diligentissimus: qui Cimbros attestatur à Romanis profligatos, non procul ab vrbe Vercellarum, & Pado. Verum cum Castra Mariana, licet agri sint Nouariensis, proximè tamen sunt Vercellas, quàm Nouariam: iccirco falso hac in Vercellensi agro gesta produnter ab authoribus, qui hac interstitia prorsus ignorabant: huiusmodi victoriæ nomina semper sumunt à locis proximoribus. Porrò Athesim sex dierum spacio, cuiusq; etiam exercitui expeditissimo distare ab illis Alpibus, per quas Cimbri trãsiuere, nemo est, qui ambigat. Thosa igitur fluuius seu Athiso à summis Alpibus, à quibus & Ticinus ortum ducit, effluit: non tamen eodem, vt Ticinus in Austrum, cursu, sed hiemalem in orientem primo per Antigorium vallem præceps ruit: mox in vernalem Orientis plagam conuersus ad Creolæ pontem (ita Inalpini populi illi nominant) fluuio Veteri immiscetur: hinc mox dilapsus Oscellam oppidum, quæ & Domossula vocatur, quasi Domus oscellana, deinde præcipiti cursu Vogoniam alluit. Cuius incolas miræ eruditionis vir & diligentiæ Ægidius Tschudius in libello, quem edidit de antiqua Rhætia Agones nuncupat. Vniuersam igitur vallem duo flumina iuncta in Verbanum simul influunt. Fluuius porrò, quem ad Creolæ pontem Thosæ diximus admisceri, a valle, per quam cursus est illi, Veteris nomen sumpsit: ab iis Alpibus incipiens, quibus recta itur in Sedunos. Quas quidem Alpes eas esse crediderim, de quibus tertij commentariorum libri initio Cæsar meminit: quas quoniam magno cum periculo, magnisq; portoriis mercatores adire consueuerant, patefieri voluit. Quo quidem itinere idem memoriæ nostræ vtebantur, dum nundinæ quæ

nunc

nunc Lugduni habentur, Genuæ exercerentur. Breuiori etenim itinere, minoribus quoque impensis è Gallia per eum transitum in Italiam Lemano, & Verbano lacubus demum per Ticinum, & Padum apportabantur merces. hæ Alpes Transalpinorum lingua, Sedunæ videlicet, quam Tschudius Celticam arbitratur, Grayæ vocitantur. In Ptolemæi annotationibus, ex recentioribus sunt, qui vocem hanc Graias, hoc ē, faciles, interpretentur. Quæ res effecit, vt non defuerint qui Alpes ipsas, eas esse existimarint, quas priscis Graias appellarint, quod omnino falsum est. Alpes enim Graiæ sunt iuxta Tarantasiam, Centronum metropolim, ad vallem Augustæ Prætoriæ, Porrò inter Alpes Graias, vbi Tarantasia est, & Vallem Oscellæ, quâ ad montem Sempronij in Sedunos itur, plurima regio intercipitur. Itaque materno fere idiomate Sempronii, eruditiores montem Sempronij appellant. Plerique & quidem docti (nomina eorum honoris gratia subticeo) falso ex commentariorum verbis arbitrati sunt Alpes summas hoc in loco esse. Sed de hac re plura, redeo in Veterem Vallem: in qua propter itineris angustias plurima ex parte mons operariorum manu incisus visitur: maximum omnino Cæsariana munificentiæ testimonium, nisi in montis excisi fornice, insculpta saxo litera, notis quidem Græcis, sed quæ tamen in hanc vsq; diem intelligi nequeant, Gallorum (vt reor) vel Germanorum opus esse indicarint. Quicquid ibi contineatur, quando inspicientibus non fit obscurum, Barbarum arbitror. Formasse q; Burgundionum idiomate confectum. His siquidem populis, quos Burgundas (vt existimo) appellat Ptolemæus, olim ad Vistulā vsque fluuium Germaniam incolebant, hosque posteriori ætate Burgundos vocauit. Qui paulò post primam Gothorum in Gallias eruptionem, Sequanorum provinciam occuparunt, cuius metropolis est Besuntium, ab antiquioribus Vesuntium nuncupatum. Cum verò gentes Burgundionum bellaces, in Italiam ad bella vocarentur, à Gothis præsertim contra Mediolanenses viros rebelles, qui Belisario adhæserant: à quibus tandem post longam difficilemque obsidionem vrbs ipsa ferro, fame, flamma vastata est, haud dubiè in Italiam conuolantib. eorū iter expeditius fuit. Besuntio per vallem, quam Dubis fluuius alluit, in Ararim se exonerans: non in Antuates populos, quorum meminit Cæsar, vulgo Pays de vaux, deinde traiecto Lemano lacu, vel Rhodano fluuiorum per Vragres & Sedunos superatis Alpibus, quas Sempronij esse diximus, vulgo Mont Senpien, per vallem Veterem, vbi montis excisus visitur, nouissimè in Vallē Domossula descendisse crediderim. Traiecto postmodum Verbano in Insubres irruptisse per Lauenum. Qui portus est Verbani celeberrimus. Neque lectorem locus hic moueat quòd Antuates ad latus Lemani lacus pro Pays de vaux iuxta Cæsaris sententiam locauerimus, & quòd idem Cæsar libro quarto Rheni fontem describens, per fines Nantuatum primò fluuium ipsum ferri asserat, quæ à re Cæsaris descriptio integra esse non posset: Populos videlicet eosdem ad Rhenum ortum, & ad Lemanum lacū pertinere: locis haud dubiè trium dierum itineris spatio inter se distantibus. Animaduertat igitur prudens lector, Cæsarem in nullo sibi non constare: iccirco in quarto commentariorum, non Antuatium sed Æduatium ipse potius legerem. Populi etenim ipsi, teste Strabone, libro. IIII. ortum Rheni incolunt, cuius verba subijciam: Rheno autem vicina omnium primi colunt Aeduatij. Quibus fluminis origo vicina est in Diadualla monte, quem alij Adulam vocāt. Hunc locum dominus Ægidius Tschudius Heluetius diligentissimè annotauit. Populos eos qui anteriorem Rheni fontem habitant, (habet enim Rhenus duos fontes diuersos, & vterq; Rhenus appellatur) etiamnum Tuitscher vel Tuerascha nuncupari: corrupto vt (ipse existimat) Æduatiorum vocabulo. Decimo à Lauenno lapide versus vrbem Besuntium occurrit oppidum in apricissimo colle, vnde Besuntiorum nobilis familia traxit originem. Eo in oppido vetustissima Imperatorum & Regum priuilegia leguntur. Et quoniam, euersa à Gothis Mediolanensi vrbe, lectum ē apud idoneos authores, octomillia mulierum Mediolanensium dono à Gothis Burgundionibus data, non absurdum esse existimare, cum sarcinarum onere, tum mulierum lachrymis & precibus delinitos, in illo amœnissimo tractu Burgundiones substitisse: aut eorum saltem partem ibi sedes firmasse, oppidumque ipsum ab eorum metropoli Besuntio, Besuntium nominasse. Cæterum, cum N. illud ante vulgi auribus nimis intonaret, paulatim ea subducta littera dixere Besuntium. Sed à diuerticulo (quod aiunt) repetatur fabula. Si qui sunt, qui minus credant gentes istas Græcis characteribus vsas fuisse, conferant se ad Commentaria Cæsaris libro primo: & ibi aspicient tabulas in castris Heluetiorum repertas, notis Græcanicis scriptas: quas tamen constabat idiomate Græco non locutos, sed quo & hodie vtuntur Celtico, aliosque Cæso Cæsari qui Græcam æquè vt Latinam linguam nouerat, cum Heluetijs & Germanis opus interprete non fuisse. Hac obiter diximus, in Athesonis seu Thesa, præter spem, mentionem incidentes. Nunc (vt dicitur) ad pensum redeo. In agro Dauerij antiquissima marmora, non desiderantur, quæ facilè arguunt eius pagi vetustam nobilitatem, qualia sunt, quæ sequuntur, duo ista:

MERCVRIO
VSLM
ANTONIVS
MAXIMVS

Eodem in oppido, ante fores templi, in lapide duas in partes fracto, in prima legere est:

V F
SEX
ATILIVS
SILENVS

D'Auerio vico Vernatus viculus succedit qui superiori lacuiculo nomen indidit: cui collis Diuo Iacobo dicatus imminet: habens in vertice castri

castri diruti vestigia. Mirum est videre eas turrium, & mœnium dissectas moles: quæ vel stulto possunt arguere, quanta fuerit castri eius authoritas. Ab eo montis cacumine breui spacio tres lacus oculis subiiciuntur Glareatus, Ternatius, qui oppido nomen indidit, & Monatius. Ternatum porro dictum arbitrarer à terna natatione: vel vt quibusdam placet quasi Tritacum. hoc in oppido Atilij tumulus inspiciatur.

APud Dauerium, Veriorum sedem vel domum quam plures familias nobiliores olim habuisse quæ penitus interierint credibile est, Veriorum cognomento, ex pagi nomine tantum retento, argumento sunt, situs amœnissimus & perspicuus, tum & antiquorum monumentorum spira, & epistylia quamplurima: adsunt præterea inscriptiones ex quibus duas tantum annotauimus Antonium maximum & Sex. Atilium. Huic & alterum. C. Atilium annectere libuit vt simul opera nostra (si quid tamen mea carmina possunt) viuerent; cum accolarum incuria pedibus pene obtrita, ac breui omnino peritura essent monumenta.

CATILIVS L F POLLIO

DE Menaco seu Monetio vico, qui vlteriori lacui cognomen dedit, nihil est quod referam præterquam quòd eius nominis oppidum inter Lapides populos, cuius accolas Gallico more armari Strabo meminit. Nos lacum ipsum cum oppido, à Mona Sanctissimæ Mediolanensium præsule nomen traxisse existimamus: qui primus in Vrbe nostra CHRISTO HVMANI GENERIS REDEMPTORI (vt in annalibus vetustissimis, qui apud me sunt, legere est) templum erexit: idemque Apostolis alterum in Monato: quod quidem hac etiam tempestate sacerdotum Collegio decoratum videmus. Floruit Monas post Virgineum partum annum circa octuagesimum post centesimum. A duobus lacubus, & Cimbris recta in vrbem tendentibus in colliculorum velut faucibus, obiicitur Cloniola villula, olim Colonsola absque dubio eò loci à Romanis deducta. Cum enim M. Claudio & C. Cornelio Coss. in Ro. ditionem à multis illatis, acceptisq; cladibus vi tandem, Mediolanum deuenissent: reliquumq; Gallorum Insubrum (qui ne seruitutem subirent, exilium potius honestissimum sibi elegere) robur in proximas Alpes se recepisset: huic nonnulla loca in montibus Romanos concessisse Polybius refert: quò ne irruptionem molirentur; Colonsolam hanc fuisse deductam quis est qui sibi id nō persuadeat? Huiusce rei nec leue præstat argumentum, quod paulo superius Angleriam ad Verbanum lacum, inter Besuntium seu Besutium de quo mox dicemus, & Lausnum Verbani portū ad Cuuia vallis ingressum Legiunum (ita oppidi nomen est) adiacet. Cuius dictionis denominatio (vt in plerisq; aliis videmus) paululum detorta est, dempta O litera, & vltima A. in V. mutata; a legione vna factum est Legiunum. Porrò ad cohibendos tàm Gallorum quàm Germanorum tumultus, à Romanis olim legionem vnam locatam

A fuisse, nominis similitudo primum facit: tum oppidi antiquitas, ex tot ruinarum congeries, & lapidum inscriptionibus, loci quoque opportunitas: adiacet n. Lacueno portus, ad quem ex summis Alpibus, & à Veragris Seduniscq; Barbara gentes in Insubres primum, mox in totam Italiam cōfluere assueuerint. Et eò facilius ab vna legione Legiunum oppidum nomen sumpsisse crediderim, cum & in Tarraconensi Hispania, vrbs celeberrima a Romanis legionibus, quæ diutius eo in loco substitêre, nomen sumpsisse, passim omnes au-
B thores tradant. Quæ quidem paucis ferè mutatis Legiuni nomen adhuc retinet. In prouincia quinetiam Narbonensi Arelate vrbs antiquissima, Sextanorum: & Biterra, Septimanorum, haud dubio a sexta & septima legione cognomenta obtinuêre: vetusti & Narbo, quam decumanorum coloniam appellat Pomponius Mela à decima legione, & Auransio secundanorum. A legionibus igitur ipsis in plerisq; regionibus vrbes & oppida a militum ordinibus nomen deflexisse est clarissimum. Capitolinus in Clodio, legionis quartanorum meminit. Tacitus quoq; in primo libro, de quin-
C tanis & vndecimanis militibus mentionem facit. Sciebant igitur Romani; Insubrum bellaces gentes, mortis contemptores, paratos potius quodcunq; excidium, quam seruitutem pati. Idcirco ad cohibendos tumultuosos eorum impetus, legionem hanc statuam eo in loco fuisse, & coloniolam deductam, quæ eorundem plusquàm virilem audaciam exciperent, credere non est absurdum: licet de hac ne verbum quidem apud authores reperies, si quis tamen hac in re negocium mihi faceſſeret, ei possem respondere: historias eorum
D præsertim temporum, quas habemus, mancas & mutilas non modo non existere, sed vitio temporum eorum partem maximam desiderari. Ad hoc igitur Gallorum Cisalpinorum conatus, quorum nomine (si Salustio Polybioq; credimus) nihil à Romanis tetrius, horridiusq; audiebatur, credibile est coloniolam hanc à Romanis constitutam fuisse, & legionem vnam, vt diximus, vbi nunc Legiunum est, locatam. ex oppidulo ruinarum reliquiis, quanta olim eius fuerit amplitudo, facile digno scitur. Est in villula Nauij Secundini me-
E moria visitur in stylobate elaboratissimo:

SACRVM
NVMINI
APOLLINIS
L NAEVIVS
SECVNDINVS
PRO
SALVTE SVO
RVM
TVMVL
VLSLM

Ita

In oppido Legnano.

D M
V FCIVLIVS
GRATTIANVS

Eodem in Templo.

HIC SCI PRIMI MARTYRIS CORPVS VENERANDVM IN Xqo HVMATVM QVIESCIT. QVOD DEO DIGNVS SERGIVS PAPA IVNIOR EREMBERTO INLVSTRI VIRO CONCESSIT AB VRBE ROMA CVM HYMNIS AC LAVDIBVS SPIRITVALIB. Q CANTICIS DVM ESSET TRANSLATVM QVEM INTER SCTOS EIVS SPVS TENEAT PRIMATVM IN MVLTIS VIRTVTIB. ET SIGNIS EST DECLARATVM, RECONDITVM EST CORPVS BEATI PRIMI MARTYRIS CVM RELIQVIIS SCI FELICIANI ANNO INCARNATIONIS DNI NRI IHV Xqi DCCCVI KL AVG. INDIC. VIIII. ORDINANTE DOM. AN GILBERTO ARCHIEPO ANNO. XXIIII. PASSIO SCTORVM VI ID. IVN.

PAulo infra Leguunum & Besuntium seu Besutiũ, aqua in planitie, quæ tamen colliculis sensim assurgentibus adhæret, haud longe a Verbano lacu, Brebia oppidum visitur, tot antiquissimis monumentis refertum, vt maximam sui etiam nunc præ se ferat, maiestatem. In eo templum Minervæ fuit: cuius adhuc ingentia cernuntur vestigia. Balnea quinetiam, lauationesq; eo in loco fuisse, lapis vetustissimus, inscriptusq; docet. Templa quoque duo insigna continet: in quibus maxima pars antiquariorum locata est. Oppidi nomenclatura (vt eruditoribus placet) Græcam refert dictionem Brabium quasi Victoriam seu Victoria præmium dicas: vel ἀπὸ τῆς Βρεβίας quo nomine vtitur Clitophō pro decoro & pulchritudine: Vtraq; interpretatio nobis arridet: Loci tamen situs indicat, hoc in tractu inter duos lacus Verbanum & Gerundum, circum vicinos populos olim Quinquatries ludos Minervæ celebrasse: tametsi ob politiorem structuræ formã oppidum ipsum a pulchritudine nomen sumpsisse potuerit. Omnino olim maximum, nunc prope funditus dirutum, Vitelliano tamen ex Vicecomitibus illustri Comite, integerrimoque viro gloriatur. Qui oppido ipsi, vt & plerisque aliis vicis & castellis, vltra citraque Ticinum amnem paterna hereditate dominatur. Ex eodem quoque oppido Brebiorum familia Mediolanensis originem traxit, ex qua Hieronymus Brebius noster, cui ob singularem prudentiam & fidẽ a Carolo V. Imperatore in Insubribus suprema ararij cura demandata est, originem ducit. Ex pluribus monumentis, quæ eo in oppido visuntur, duo nec satis integra adduxisse sat fuerit;

A CN TERENTIO PRIMO IIII VIR TERRENTIAE C IVCCV QVI VICIN. HABITANTIB. LAVATIONEM BALNEO[illegible]OPTATISS.

Item.

D M

L COELIVS LFOVF
BARONIS
VIVIR PONTIFICII
IIII VIR ITEM TEMPLI
MINERVAE ET ALBV
TIAE VXORI EIVS
COELIVS PAREN. OPTATISS.
M[illegible]

ADmontium radices, quorum in vertice stanum est totus fere Italiæ, Lauretano dumtaxat excepto, celeberrimũ, DEIPARAE VIRGINI dedicatum. vltra Glareatum lacum ad Septentrionẽ, quo in loco tum primum colles in altum extolluntur, Variscum iacet omnium gentium Alpinarum, quæ inter summas Alpes Lucmonem, & Adulam, vt Tschudo placet ad nos attinent, præfectura frequentissima & opulenta. Non defuere summa eruditione viri, qui istud oppidum vicum Varronis appellarunt, leuissima admodum similitudine nominis adducti. Ego ex Blondo didici, inter Æquicolas olim vicũ Varronis extitisse, qui ante sua Appar[illegible]iceretur. Sunt, ẽ qui à Græca dictione Variscũ deductũ velint, Theopompi authoritate moti: qui Varetinam regionẽ haud longe ab Hadria cõstitutã. Cũq; nullus locus eius nominis per eas partes reperiatur, facile ad Variscum oculos adiecere. Sed ego loci situm inspiciens (vt interim taceam eruditorum nonnullorum opinionem) a Vallium exitu qua in ed oppidi plurima sinuum, Vallexium siue Vallexitum potius duxerim. A duobus n. lacubus Verbano, & Lucano de quo mox dicendum erit, valles, & circum iacentia stinera in Vallexitum recta extẽduntur, & ab Alpibus ipsis ad lacus, & a lacubus, plurimi montes in Vallexitum procurrunt. Sed postquã in id loci incidimus vbi de earum Alpium tractu, qua Ticinum emittunt, fit mentio: vnum & illud annotasse operæpretium fore duximus. Inter Leopontiorum vallem, quæ hodie Leuentina dicitur per quam Ticinus amnis rapidissimus a summis Alpibus, (nunc Sancti Gothardi) decurrit, & Vallem vulgò Mesolcinam, quam Mesus fluuius alluit a culmine Ocelli, (vulgò Sancti Bernadini montis) descendens, tertia vallis inter duas continetur, (Breuniam vocant) quæ & ipsa à Lucumone monte, nunc Sancti Barnabæ nuncupato, flumen enomit, quod supra Bilitzonam oppidum, seu Bilicionis Castrum, vt recentiores volunt, apud Polegium vicum cum Ticino in vnum coalescit vt inquit Ouidius,

Maiori perdit nomen in amne minor.

In valle

In valle ipsa habitare populos, qui Breuny vocentur, nominis cognatio declarat: vt interim taceam Plinium hoc loco, qui in eo Alpium latere, quod ad Insubres spectat, penes Leopontios locat. Sed cum de oppidi ipsius nomine inter eruditos non satis conueniat (plurimis enim diuersisq; appellationibus nuncupatur) quid & nos de oppidi ipsius nomenclatura sentiamus, dicere non grauabimur. Sunt qui Birinzonam, Bellizonam alij, seu Bellinzonam vocent. Quo argumento recentiores Bilicienis castrum dixerint, nec illis aperuêre, nec ipse video. Nos oppidum à Breunis populis cognomentum obtinuisse, facile crediderimus. Itaq; non Bellinzonam, vel Billinzonam, vel cum neotericis Bilicionis castrum; sed potius Breunorum castrum, vel Breuni zonam dicerem: quasi Breuni agri zonam sue sectionem, aut finem. calculum huic opinioni addit Alpium, & vallis Breunia accola, à quibus etiate hac etiam Bronzona pronunciatur: qua quidem vox cognatione ipsa ad priscam populorum appellationem satis videtur alludere. Nunc ad vallium topographiam, quibus à duobus lacubus in Vallexitum iter esse diximus, nostra festinet oratio. Plures à Verbano & Lucano lacubus valles in Vallexitum finiunt: sed quinq; sunt insigniores. Prima ad Lauenum Verbani portum extenditur: cui è regione vltra lacum est Intriũ, & Pallantia, haud procul à Thosa siue Athisonis ostijs in Verbanum, & quo in loco Sequanorum, seu Burgundionum iter, à Besuntio eorum metropoli in Insubres descripsimus. Adhaeret huic valli Cunia, à vico olim, & nunc vallis precipuo, nomen sortita. Cuius ditio antiquissima Cotturum familia inter Insubres paret. Hanc valle[illegible] carmine elegantissimo olim Io. Stephanus Cotta poëta percelebris vallis ipsius Regulus quando descripserit, ad Gannen hac meo ordine tertiam redeo. Hac auri fodinis & prisco aquè, vt & opulento Monachorum cœnobio celeberrima est. Hac in oppidum Louinij iuxta Verbani partem alteram viatorem fistit. Sunt qui hoc Lauinium vocent, quam obrem viderint ipsi: ego communem vsum loquendi, quò planius intelligar, sequor. Lousnio proximum est Germiniacum oppidum vulgò nuncupatum. Inter hoc & illud, Trissia fluuius, qui Lucanum lacum exonerat, in Verbanum dilabitur. Putarem autem huius breuissimi tractus fluuium, quo abundat, à losa pisce, qui a Gracis Θέλγω dicitur, denominatum. Lucanum porrò lacum Aur. Albutius nostri temporis poëta insignis, & qui olim magis nominabitur, partem Verbani existimat, Germiniaci nomenclatura motus, quasi velit interpretari Geminũ lacum: tam contracto enim cursu Trissia Verbanum ingreditur, vt vnum idemq; lacus videatur, præsertim cum de Lucano, de quo & a nobis aliquid referetur, nulla ab antiquis authoribus, quam ipse viderim, facta sit mentio. Quarta vallis per vicos Induni, Arcisatis, Vigluny clisuum vsq; protenditur, indeq; ad Lucanũ excurrit lacum, & ad eam lacus partem maximè, quã portum vocant. Quinta & vltima à Stabio ad ripam Sancti Vitalis vicinum, qui caput lacus appellatur, excurrit. In alteram mox Lucani partem recta tendentibus occurrit. Vallis hæc Nouocomensi vrbi vicina est, & proximior. Elegantissima in Vallexio, siue Vallexito antiquitatum inscriptiones leguntur. E quibus ne sequentia perirent, hæc tria monumenta, viua reddidit sua commendatione Alciatus. Quartum in ordine nuper Ambrosij nostri Calsmeri opera, qui huiusmodi delicijs oblectatur, apud nos visum.

I O
C C A N I A
N V S A R A M
V O T A M
F.
L M

Alio quoq; in loco.

M A. X I M A
V E R A
I D E A
I O V I S

Id etiam antiquitatis ibidem visitur.

S E X
P A E O N I S
M A R C E L L I
F I L

Hoc CALIMERI nostri diligentia repertum est.

M A C R I N A E
V E R I N A E
V A L E R I V S
L V P I O
C O N I V [illegible] I
C A R I S S I M A E

A Vallexio recta ad Lucanum lacum contendenti, in valle, cuius à nobis habita mentio est, Arcisate oppidum sanè (vt ipse arbitror) vetustissimum est. Antiquitatem luce clarius arguunt elaboratissima plurimarum inscriptionum monumenta. Sunt qui arbitrentur, & pro certo habeant, municipium hoc à priscis Aram Cæsaris fuisse nuncupatum. Sed dictionem aiunt contaminatam à vulgo passim corrumpente omnia. Argumentum huius rei trahunt à marmore, mirè cum vetustatis, tum elegantiæ, nuper à ruderibus sterquilinij, & oblitione extracto, diligentia

tia Nicolai Castillionæi iurisconsulti & mea: auxilio autem Mayni Meccioni, eius vallis opum magnitudine primarij. Ex cuius inscriptione, qui aderant docti homines, argumentabantur id oppidi à vetustioribus Aram Cæsaris fuisse appellatum. Nicolaj referre attestantur, Mercurio an Cæsari hæc dicata fuerit inscriptio à L. Cominio. Quando Augustum constet fuisse Mercurium appellatum à Romanis. Superq; hoc negocio Horatij carmen celebratissimum illud adducebant:

Sluè mutata iuuenem figura,
Alas in teris imiteris, almæ,
Filius Maiæ patiens vocari,
Cæsaris vltor.

Itaq; ego, qui nolo in re tam tenui superstitiosus nimis videri potius illis assentiens fuero, quàm aduersarios in me concitare. Cum verò quid & ipse de hoc sentiam, paulo post fore dicturus, redeo ad L. Cominium. De quo vt plenior cognitio habeatur, ipsam prius inscriptionem adnecta: deinde quis fuerit, conabor explicare.

M E R C V R I O
L C O M I N I V S
P O L L I O
M I L E S L E G
X I I I G E M
B E N E F I C I A
R I V S L E G A T I
C O N S V L A
A R A M E T
T E C T V M
V S L M

CVm ex primo belli Gallici commentario C. Cæsarem ex hac nostra Cisalpina Gallia delectum in Helueties traduxisse existimetur, non ab re aliqui L. hunc Cominium Insubrem à Cæsare in militiam ascriptum fuisse: deinde cum diu & felicissimè rem nauasset, vacatione militiæ non donatum modò, sed priuilegijs & muneribus à Galba, vel aliquo alio Cæsare honestatum, in patriam secessisse in otium perpetuũ. Huic opinioni nec refragabor, nec assentiar. Ipse autem arbitror L. hunc Cominium, cuius & familia apud Insubres aliquid nominis decoriq; retinet, non Cæsari, sed Mercurio, qui Insubribus maximo honori fuerat, cum quòd mercibus & lacubus præesset, tum quòd mathescos peritis clima hoc nostrum sub Mercurij tutela esse velint, aram dicauisse. Caterum cum huius rei gratia in hanc arenam nuncnè descenderim, ad tria illa elementa G E M. interpretanda me recipio. Verum hac in re sciant omnes, non dicis à me quod sit certissimum, sed quid ipse sentiam. Sunt qui Gemina ita interpretentur. Ego Gemina potius dixerim, velut ex duarum reliquijs vnam factam legionem. Cuius etiã mentionem habemus in Commentarijs de bello ciuili. Certam Tacitus historiarum author diligentissimus libro decimonono, legionem hanc Geminam ijs verbis celebrat: Vulgata (inquit) victoria post principia belli secundũ Flauianos duæ legiones VII. Galbiana, XIII. Gemina cum Vidio Aquila legato Pannonium alacres veniunt. Hæc ille. Ex ijs itaq; verbis colligimus, Legionem XIII. agnomento Geminam fuisse. Occurret hoc loco sciolus nobis aliquis Gallico nomini infensissimus, dicens, authoritate T. Liuij non emisti optimum peditatum à Gallia Cisalpina. Huic autem ego Ciceronem, qui fide & authoritate decem T. Liuijs antecellit, fortiter opposuerim, qui tertia & quarta Philippica citeriorem hanc nostram Galliam florem vocat Italiæ, imperij Ro. præsidium, & pacis ornamentum. Peditatus præterea Alpino palma datur ab historicis. Lectum adhæc est à Galba duas legiones has in Gallia scriptas esse. Arbitrantur ergo legatum hunc multi, de quo in lapide fit mentio, cuius beneficiarijũ L. Cominius se fatetur, Vidium Aquilam fuisse. Dum hæc memoriæ proderem, mea & Merulæ diligentia, in Herculeorum Thermarum fundamentis, in vrbe hac nostra, vbi nunc Diui Laurentij templum colitur, marmoreus lapis est inuentus: in quo eiusdem Leg. XIII. Gemina memoria inest: cui Rufinus non solum Tribunicia, sed alius generis auctoritatis pollens præerat. Inscriptio plurima ex parte confracta est, & tot super a gestis ædificijs ita inter cementa fuerat obruta, vt nisi rusticæ eam aperuissent, lucem nunquam erat visura. Verunq; marmor vnius eiusdemq; lapidicinæ, qui Cetronij memoriam sculpsit, eandem præ se fert manum. Ex ijs porrò inscriptionibus duabus, ignauissimus quisq; sibi persuaserit, Legionem hanc inter Insubres scriptam ab Imperatore: quando & milites, & Tribunus ipse Mediolanensis inueniatur. Curtiorum familia siquidem, ex qua erat Rufinus, Mediolani egregiè floret. Porrò quæ dignitates apud Imperatorem (vt aliqui volunt) Galbam, his Rufinus obtinuerit, hæc declarat inscriptio: Tribunatum enim XIII. Leg. Gem. VI. Viratum, III. Viratum, vt equitum turmas duceret. Nouissimè vt monetæ, monetarijsq; præesset, auri argenti, & æris conflandis.

[redacted] R V F I N O [redacted]
T R I M I L L E G X I I I
V I V I R T V R M I S
D V C E N I I I V I R
A A A F F [redacted] C C V R T I
[redacted] V S P A T R [redacted]
[redacted] L D D [redacted]

SEd iam ad susceptum vallis, in qua Ara Cæsaris est, descriptionem redeamus. Porrò cum Aram Cæsaris dico, oppidum intelligo, vt nonnullis placuit, quod nunc vocant Arcisate, tametsi quid de eo oppido certius sentiamus, infernis describemus. Eo in oppido lapis quoq; visitur, in quo Martialis quidam Mercurio vouit. Omnino vt iam dictum est, Insubribus maximo

maximo suo honori Mercurius, Tutelaris vt opinor Deus quod mercium & lucrum, quorum magnus annuus prouentus est, custos haberetur. Eius lapidis hec est inscriptio:

A

MERCVRIO
C F
MARTIALIS
MAR...

B

INnūera propè eo in oppido sunt saxa, literis insculpta: sed omni ex parte contracta ac mutila. Quae omnino à nobis composito pratereuntur. Lutenij tantū memoriola silentio à me non inuoluetur. Quod nomen adhuc nostris Insubribus gratissimum est. Characterū politia hunc antiquissimum esse declarat, non vt quidam volunt hominem Celticum, aut Germanum.

C

LLVTE
VIVS
LATER
NVS

INeadem valle illinc quinto fermè stadio Bisusti vicus accedit. Pagus omnino bis terque vstus, si loci reliquias inspiciantur. In eo, quod memoratu dignum sit, reperitur nihil, prater ades Mayni Moccioni satis sumptuosè structas: quibus non vicus modo ille, sed ea vallis ita ornatur: vt de ijs illud merito dici possit:

D

Vnáque iam tota stabat in vrbe domus.

E regione orientem versus æstiuum solem colli imminet Clusium: vicus est sanè conspicuus, qui sibi ipsi nomen indidit, in clino constructus: à quo velut è specula anterior posteriorque vallis latè prospicitur. In posteriore Stabula sunt, oppiduli id nomen est, quod Stabium modo vulgus appellat. Arbitror autem ibi fuisse equorum stabula eorum militum, qui præsidij loco eas partes tutabantur ab excursione Inalpinarum gentium: quæ subito agmine illum tractum populabantur. Ad collis dorsum cui Clusium imminet, duo municipiola visuntur, Psaltrium lapicidinis percelebre, & Isarsum, vbi antiquissimi populi Alpinarum gentium à C. Plinio Hisarci appellati, sedes habuerunt. Quod si quispiā oppidum Arcisate Hisarcis populis pertinuisse existimarit: nec incongruum fuerit, cum loci vicinia, tum nominis similitudine arguere Arcisate dictum, vel Hisarcorum aram, vel arcem, non autem vt supra dictū est, Cæsaris aram, vt multis placuit. In vico Clusij memoriola sunt Albutiorum: quibus mihi sunt acceptissimi, quod ex ijs tam antiquissimis natalibus orti sint Aurelius poeta egregius ab Alciato etiam celebratus: & Io. Iacobus harmonicæ musices peritissimus, mihique non ob hanc causam solum, sed morum suauitate cha-

E

F

rissimus. In horum igitur gratiam memoriolam hanc Albutiorum hic annectam:

LAPICIO
BRVTTIDIO
SOTERICO
QVAESTORI
ANNI
PRIMI
CVRPRAESIDI
ETALBVTIAE
SEXFIL
EXORATAE
EIVSCENT
CENTOR

Eodemque in oppido.

DOLOBRAR
SCALARIOR
LD DC

MAgistratus hic, quem Fabrorum Præfectum vocant, non infimæ sortis est in castris: vt potè cui cura, non modo metandorum castrorum fabros ligniariorum, carpentariorum, ferrariorum demandata fuerat: sed etiam qui machinas bellicas ad expugnationem vrbium nouas commentaretur, veteres reficeret, subterraneos cuniculos faceret, aquarum detrimentis occurreret. Porrò ex notis illis quatuor intelligimus, locum dedisse diuum Cæsarem. In collis (vt à diuerticulo repetatur fabula) radice in quo Clusium imminēre diximus, Viglunium iacet, vicus olim Clusij. Id ergò magis Viclunium, hoc est, vicum Clusij, dicerem, quam Viglunium. In eo nulla, quæ ipse viderim, vetusta sunt monumenta. Vallis quinta & in nostro ordine vltima, qua plurimis oppidis, castellis, arcibus vastatis, est frequens. Eius regionis incolæ, velut per manus acceperint à maioribus, constanter asserunt, eo in tractu fuisse equorum stabula vel Insubrum Principum, aut Ro. Cæsarum: Vnde Stabio adhuc nomen est oppido. Vallis ipsa aperta satis est, & herbidam habet planiciem, ad equorum greges alendos. Hic fermè tractus, qui memoria nostra Insubribus parebat, circum Alpes omnis, Principum negligentia, nunc Heluetijs paret. Plurima in Stabio antiquaria visuntur, & ea quidem elegantissima: verum ne longior efficiar, ex multis vnum duntaxat adnotandum duximus, vt ex eo liquidò cognoscatur, quid antiquitatis lepôrisq; sit reliquiôm, vel vt inquit conterraneus poeta noster.

Et crimine ab vno.
Disce omnes.

Ceterum antequam vlterius progrediar, refellendo eorum opinio est, qui arbitrantur, quicquid est hominis modi

iusmodi ornamenti per orbem terrarum, à Romanis
fluxisse. Intelligant igitur etiam nostris Mediolanen-
sibus hãc curam, vel ut signatius loquar, diligentem
solicitudinem aeternitatis extitisse. Immo (ut inge-
nuè fatear, quicquid de hac re sentio) huiusmodi opini-
onis sum, ut quæ hic sunt, ab Insubribus, non autem à
Romanis erecta fuisse arbitrer: nisi fortasse huiusce rei
præcipua mentio constiterit. Sed ipsam tandem in-
scriptionem legamus.

V. F

C VIRIVS VERVS
OVF MED VIVIR
IVVPONTIFEX
DECVRITEM
MANIBVS
FILIORVM SVORVM
CVIRIO VERIANO
ET VIRIAE CF VERAE
QVI VIXERVNT
ANN
QVINOS DENOS.

Dicet fortasse Virium hunc aliquis ex Romano esse
factum Mediolanensem: at nos respondebimus
huic authoritate Ciceronis in oratione pro Cor. Balbo
(si tamen recte memini) lege cautum fuisse, ne quis Insu-
ber Romana civitate, vel Romanus nostra donaretur.
Hac vallis nonissima ad Lucanum lacum, & ad eam
partem, qua Caput Lacus nomen tenet, terminat:
quo in loco ab oppidi eiusdem nominis vicinitate nomẽ
fortitus est, mons Mindricus. Hunc Alpina gentes
Montgerosum, quasi cum peritioribus dicere velint,
generosum montem, nuncupant. Ad hunc herbu-
pole, sive manis herbologas appellare, per Maij mensem
simplicium colligendorum gratia, ex tota fere Cisalpina
Gallia certatim confluunt. Paulo inferius est ad No-
vocomum ter satis ardũ, & difficile, quod in montis
radicibus & ad ripam Lucani Lacus constitutum:
per quod tamen à Vallexio ad eam urbem mercatores
portuis difficillimis ire consueverunt. Descriptus est
tandem à me tractus universus, qui à Lario ad Verba-
num, & ad Alpium crepidines extenditur. Inter hos
autem lacus Lucanus est ab oriente in occidentem ex-
currens. Porrò an Lucanum oppidum lacui nomen,
an lacus oppido dederit, non sat. scio. Satis verò aliquã-
do admiratis sumus (hoc obiter dicta sumo, postquam in
huius montis cacumen lacus incidimus) tot Geographos au-
thores, tam veteres, quam neotericos, qui ut alios alij di-
ligentiores haberẽtur, quasi minima (& ut iniquè ille)
Alpinas, Tricasq; sunt sectati, huiusmodi lacus nõ me-
minisse: cum tamen à Prolitio illustris similis Tri-
morum distantia, quod oppidum ad lacus initium statim
iacet, ad finem usq; ubi Trisia fluvius in Verbanum
lacum se exonerat XXV. passuum mil. intercedant,
eiusq; latitudo alibi sit XVI. alicubi XXIIII. stad. cõ-
stet. His tamen Expilis exigua admodum lacus, quem
vulgò Pusiani nominant, unde Lambrus erumpit, in-
ter Insubres meminerunt. Qui non procul abest à
Licinoforo: quod à plerisq; Incinum inter Insubres op-
pidum existimari diximus. Lacus porrò huius origi-
nem, rationemq; olim adolescentes audivimus à Io-
anne Antonio Castillionæo fratre, insigni Philosopho &
Matheseos peritissimo, qui demum Francisci Gallorũ
Regis Physicus, & quidem charissimus apud Lutecia-
Parisiorum fato functus est. Is Aristotelis sententia
aiebat: Non semper eadem loca terræ aquosa esse, aut a-
rida: sed permutari secundum fluviorum generationes
& defectus: & non semper hoc quidem fieri mare, hoc
autem terram perseveraſſe: sed sit, ut ubi nunc
mare, olim arida, & ubi nunc arida, olim fuerit
mare. Hac Phylosophi sententia, fieri potuisse
existimabat, eo in loco lacunam quidem fuisse, vel palu-
des ad inferiora vallium stagnantes: quæ demum erũ-
pentibus per subterraneos cuniculos aquis copiosioribus
soluto, lacus formam receperint. Hanc autem rem facta
credebat post Impery Romani inclinationem, undiq; in
Galliam hanc Cisalpinam, velut in propugnaculum
totius Impery firmissimum, invadentibus barbaris.
Quorum atque literarum non modo, sed artium quoq;
studia pessum ierant, & omnia ignorantiæ nebula
prorsus obducta: ut facile defuerint authores, qui rem
tanti momenti ad posteros transmiserint. Verum, ut
ad rem redeam, omnino constat in altissimis montibus,
magnas quoq; & immensas spelunceas esse, & in eis aerẽ
ob cavernarum humiditatem in aquas resolvi. Cum
igitur immensus sit aer, ac perpetuo agat, hinc fluvio-
rum sunt origines perpetuæ. Sic Anaximenes putabat
ex aere gigni omnia. Sunt qui has aquarum omnium
scaturigines Oceano potius attribuant: & in eundem
redire. Idemq; testantur & sacri codices primo Eccle-
siastis. Quibus rationibus posto satis constare, in ma-
ximis montibus, subterraneos specus crebris & redun-
dantibus adeo aquis oppleri, ut aliquando montium
latera erumpi sit necesse, vel arva stagnari, atq; obrui:
vel convallas, aquis insolitis subito in paludes, & plerũq;
in lacus converti. Huic fratris opinioni suffragatur res,
quam ipsi postea vidimus, dictu mirabilis, & quæ hu-
manam pene fidem videtur excedere: eam tamen hoc
annectere non gravabor. Dum Campilioni (vicus est
ad ripam Lucani Lacus expositus, vulgus Campionum
vocat) bellis in patria sævientibus agerem, anno virgi-
nei partus XXVIII supra mille, & quingentos per O-
ctobrem mensem (nisi me fallat qualitas temporis)
quarta ferme noctis vigilia, à mantis latere, qui oppi-
do ad orientalem plagam imminet, tantum aqua-
rum illuvionem, subitumq; prater omnium opini-
onem terra evomit, nullis pluviis, nulla sæviente
tempestate terræ motu præeuntibus, unius diei &
noctis, & quinq; horarum spatio, ut iam de omnium
salute desperaremus, universiq; lacus accola, non de
ventura universi orbis conflagratione, sed de secun-
do aquarum Cataclysmo vererentur. Tantus ve-
rò pavor nos, qui huiusmodi inundationibus vici-

niores eramus, inuasit: vt adibus derelictis, non cacumina montium, qua & aquis operiri hæsitabamus, ascendentes, sed conscensis piscatorijs lembis, quos casus offerebat, aquarum procellas fugientes, in aquis salutem ipsam constituerimus. Eadem ferè Aquarum inundationes, sexto fermè hinc anno, in suburbijs Nouocomensibus, à latere montis, qui templo diui Abondij imminet, subito eruperunt, quæ breui tamen temporis spacio exsiccatæ sunt. Eius templi Antistes, vel (vt aiunt) Commendatarius est Philippus Castillionæus Insubrum Senator integerrimus, vir omni ex parte reuerendus. Qui collabentes vetustate eius cœnobij ædes magnificētiori forma augustiores reddidit. Ex ijs colligi nullo negocio potest, montes inter lacus Larij & Lucanum exstantes, aquis omnino prægnantes esse: & olim vel illic lacum fuisse nullum; aut si fuerit, adeo angustum extitisse, vt eum Cosmographi memoratu indignum duxerint. In Lucanum lacum se, quem ipse viderim, nullius insignis fluuius exonerat: & nihilominus Trisiam emittit tanta aquarum copia, vt is nauium capax esset: nisi saxosa angustia, præcipitesq; cataractæ penitus obstarent. Hæc omnia facilè probant aquis montes prægnantes esse. fluuius ab exitu ad ostia inter Louinum, & Germiagum oppida stadijs fermè XLVIII. decurrit. Ex lacu igitur ipso, quem lacunam fuisse existimamus, oppidum Lucanum, quasi Lacunum diceres, secunda vocali præposita nūcupatum arbitror. Neq; nos latet ex recentioribus, & quidem eruditissimis, vocabuli Lucani similitudine deceptos, hoc in tractu Gaunos populos locasse: quorum tamen nulla apud Strabonem & Ptolomæum, & ipsum Plinium diligentissimum antiquitatis obseruatorem mentio. Porrò videntur innuere, Lucanum nūcupatum, quod olim Ingaunum mutatione I. in L. N. in V. G. in C. abiecta V. Verum vbi hi populi, nusquam gentium reperi. Nisi fortasse velint Gaunos eos populos, quos (vt inferius dicemus) Plinius in recensendis Alpinis gentibus libro tertio Naunes appellat: veluti plurima apud authorem hunc populorum nomina corruptè leguntur. At nos Gaunos, vel vt alij dicunt Gaunes in tertio inflexu, in regione Vallis Gannæ à nobis descripta nominis cognatione illecti verius collocabimus, quam apud Lucanum lacum. Sed iam à lacu ipso paulò inferius recedentes, ad Solbiatam vicum peruenimus: qui Orobiōs ab Insubribus separat. vulgo Dioecesis (tametsi dictio hæc plane Græca sit, qua significatur dispositio, siue dispensatio, aut administratio, vel iurisdictio) Nouocomensis dicitur. Sunt huiusce nominis plures apud Insubres pagi. Hos Nicolaus Castillionæus dictos attestatur, quod in solo sint beato, hoc est diuiti, opulentoq;. Porrò hoc, quo vtar Mediolanensis à Nouocomensi diuiditur, cæteris longè beatius arbitror. Non modo quod inter has vrbes medium sit, sed quod ad agrum Nouocomensem attineat, qui non tantum tribus Plinijs celebratissimus est, sed etiā Benedicto Iouio: qui si omni huius ætatis viris doctissimis conferretur, non erit huiusmodi collatio iniqua: quando sit non minus omnium bonarum literarum studio, quam inculpatis moribus spectabilis. Hinc igitur cum sciam Orobiorum antiquitates, tum maxime eas quæ ad Nouocomenses spectant, diligentissimè annotasse, inde pedem refero, ne in alienam (quod aiunt) messem manum inferam. Cum tamen tractum omnem, qui agro Nouocomensi adhæret, inter vtrumque lacus Larij cornu adiacentem, iam dudum descripserimus, in primisque Vallem, quam Ascinā nuncupant ab angulo videlicet terræ extremo, in quo Belasium olim (vt audio) Bilacum dictum oppidum Longobardorum visitur, ad lacum Eupilim, qui in fluuium Ombronem exonerat. Mira ac propè incredibilia hoc in tractu sunt Gallorum Insubrum monimenta, quæ ante me an annotata, & in lucem edita fuerint, non sat scio. Vnum vel illud tamen non omiserim, in valle ipsa Ascina, Francisci Sfondrati omnis doctrina viri singularis, amplissimoq; in Senatu Insubrum Cæsareo in vniuerso terrarum orbe celebratissimo, Senatoris, eius vallis Principis opera, lapis marmoreus grandioribus literis incisus, in hanc vsq; diem sepultus, in lucem prodijt. Cuius antiquissimæ inscriptio, Insubrum magnificētiam testatur, quorum opibus, & animorum magnitudine, ac libertate, oppidis, regionibusq; ipsis cognomenta indita esse videmus. In eo siquidem Mediolanensis familia Burrorum, quæ etiamnum in vrbe floret memoria legitur. Inscriptio ea est:

GENIO ASCI [redacted]

PPLINIVS BVRRVS [redacted]

ET C PLINIVS [redacted]

AETERNI [redacted]

Gaudentius Merula vir doctus, & diligens, Burros ipsos dictos existimat, non quasi Birros a colore vidēlicet rasso, sed quòd pro gentilitijs insignijs bouem habeant caudatum: meminisseq; ait huius fermè rei Seruium Grammaticum in illo Georgicorum carmine:

Continuò in syluis magna vi flexa domatur
In burrum.

Martialem quoq; libro (ni falleretur) quinto dicit Burrorum mentionem facere, cum inquit ad Musam:

Sic Burrus cito sentiat parentem.

Cuius carminis interpretes aiunt, Cornelium Tacitum Burri cuiusdam etiam memoriam commendasse. Hæc dicta obiter etiam sunto, vt intelligant Insubres, hoc est, Mediolanenses, esse se cum vetustatis tum ingenij gloria percelebres. Locus hic etiā me admonet vt non possimus, & nos doctissimorū hominum sententiæ non acquiescere: qui C. Plinium, Naturæ scriptorem Veronæ, præclara alioqui & antiquissimæ vrbe non esse natū, sed in Nouocomo, aut potius in Insubribus. Faciunt ad horū opinionē memoriola Plinior. pene innumera, quæ passim Mediolani, & per oppida, vicosq; Insubrū viatoribus sunt obuia. Singulis etiā fermè diebus ad Plinior. monumenta prisca effodiuntur inter Insubres, vt sit pene impiū, vbi tot Plinior. nomina

saxis

saxis incisa passim reperiantur, Plinium ipsum ad Insubres non, pertinere. Nunc ad patriam redeo.

Paulo vltra Castillionũ ad vallicula ingressum, qua in vallem Arę Cęsaris, vel Hęsarorum ducit collis obijcitur, in cuius vertice vicus situs est, cui Malenato nomen est, latomijs non contemnendis insignis. Collis ipse aggeris effigiem ostentans valli opponitur. Huius radices radit Orova verticosus amnis. Qui duobus millibus pass. à fontibus fluens vadosus q3 labitur. collectis mox in vnum aquis, vallis faucibus ita coarctatur, vt hoc in loco nequaquam vadari possit, ob aquarum periculosam pernicitatem. Maiores nostri Insubres ob publicum commodum, flumen ponte communxerunt: in cuius arcu dum in fluminis ripa ego, & Nicolaus Castillionaeus equis insederemus pervetustam silicis insculptam inscriptionem animadvertimus: quae tametsi interpretationem non admittat, gratiam tamen illi antiquam non nulla literarum nota prae se ferebant. Porrò crebris fluuij illuuionibus, & pluuiarum procellis plurima ex parte abolita inscriptio est. Non potuimus non amanter dolere opus ipsum cum authoris nomine ferè consumptum: & si non pontibus modo, sed vrbibus quoque, & regnis florentibus, simile excidium euenisse legerimus. Hęc habuimus, quę de Insubrum Gallorum antiquis sedibus scriberemus. Quod si opinionis saltu tuae minus factum fuerit, aut si quid errati occurres, vel perperam dicti, tu si fuerit muneris lector optime clementius ignoscere: hoc q3 te facturum praesertim confidamus, si cogitabis quanta sit difficultas exoletis splendorem, nouis authoritatem, vilibus gratiam adijcere. Ex vetustioribus qui haec aperuerit, fuit nemo. Plinius, & eo prior Strabo veluti canes Nilotici vix vindicata vrbe Metropolitana, diffugiunt: Nouaria ne quidem meminit Strabo: celebrauit tamen Ascrum vicum vilissimum, & Hippocrenen fontem. Sed quid ego Graecos insimulo? Pomponius Mela, & Solinus, apud quos Apina sunt & Trica (vt iam dictum est) Mediolanum, vrbem toto orbe celeberrimam, & lumen Italicarum vrbium, silentio aeterno inuoluerũt. Hęc res effecit, vt cum rusticarer vindemiarum tempore, & exhilarandi animi gratia eam Insubrum regionem, qua ad Alpes vergit perlustrassem, haec quãtulacunq3 sunt annotarim: nulla captanda gloriolae aurae, aut iactandi ingenij vires mei, quae nulla sunt gratia. Scio igitur haec à me tantum congesta fuisse, vel vt elegantiora ingenia ad id operis excitarem, vel vt alijs scribendi ansam praerarem. Turpe n. fore arbitrabar, vt sedes earum gentium, quae vniuerso post euersam vrbem Romanam orbi fuere terrori, prorsus ignorarentur. At non defuerit aliquis, qui dicat fortasse, quid est cur ita à Gallis origines tractes Insubrum: cum & Germani varijs temporibus vestri fuerint authores? Scimus in Romani Imperij occasu non modo Italiam, sed Hispanias, & Africam, Cisalpinam praesertim Galliam Barbarica libidini patuisse: nihilque propterea referre à Gallis ipsis, an a Gothis, vel Longobardis Germanica ferocitate ferocioribus, nobis sint secunda incunabula: cum vere Romanus is sit (vt à Romanis exordiamur) qui Romanorum artes, studia, & mores tenet. Authorum verò nomina, è quibus Topographia haec nostra emanauit, ex antiquis fermè nulla sunt, cum de Gallorum aduersus Hetruscos in Cisalpina Gallia primo nullus, quę hactenus viderim, author scripsit: nec tum erant fortasse Latina literae. Hetrusci verò ipsi, quorum opes ante Romanorum arma terra marique supero, & infero late vt Liuius refert, patuere, non modo rerum suarum, & gestorum historiam posteris non reliquerunt: sed nec literarum sacculos, characteres, quorum reliquiae adhuc apud nos extant, interpretationem admittunt. Qui tamen nostris rebus lucis aliquid attulere, Graeci magis quam Latini fuere: hosque sequutus summus Politianus scilicet Scipionis Africani praeceptorem, Trogum, & Plutarchum. T. Liuius noster Gallico, tametsi ipse Gallus extiterit, plus aequo iniquus est: virumq3 tum diligens (vt ipsum decebat historiam scribentem) fuisset in ijs exquirendis, quae in Cisalpina Gallia oppressis indigenis Hetrusci gessere, & quid Gallo tumultus in Hetruscos excitarint, Duce Bellouesio, quam eorum gloriae, & rebus gestis fuit inferius. Memoriae hanc aequore animo (adsit verbo venia) Graeci quam Latini prodidere. Ipse autem sub nube decadis primae libro quinto, Gallorum transitum cis Alpes, & mox in Italiam attestatur se ab alijs accepisse: neq3 contendit tum primam Gallorum profectionem in Italiam fuisse: sed continentem de eis sic esse memor. à. Fuere n. Galli ante Tarquinium regem Romanis incognita: cum regionum fines, & imperium nondum dilatassent: & ante primum contra Gallos bellum, (tametsi eorum nomen ad Romanos deuenisset) nulla tamen prorsus cognitio eis erat, quando primum in Italiam ex vlteriori Gallia prorupere: eoque minus Alpium noticiam habuere. De his verò quae à recentioribus nonnullis passim pro historijs circumferuntur, quorum nomina modestiae gratia subticemus, bone Deus, quae figmenta, quae delramenta, quae meraè somnia? Sanè quae ante Romanorum incunabula in Gallia Cisalpina, & Italia post primam Gallorum irruptionem citra Alpes, eoque magis regnantibus citra Apẽninum Hetruscis tanta oblitione obducta sunt, vt locorum, & populorum nomina simul interierint. Itaque eorum gesta prorsus ignorantur. Lectum est ab Hetruscis hoc in nostro tractu vrbes duodecim conditas esse. Quis harum nomina mihi recensebit? Quid? quod & Alpinae gentes quae a C. Plinio rerum antiquarum authore diligentissimo enumerantur, à nullo quem ego sciam, certo recognita sunt. Interiere cum populis & populorum nomina, paucis exceptis, quorum vel calamitates, vel virtutes scriptorum diligentia aeternitati consecratae, ab oblitione vindicant. In Alpibus siquidem qua verso ad Italiae pectore Austrum spectant, Plinius populos enumerans ab Augusto Caesare domitos, hos figillatim recto ordine proprijs nominibus describit: Triumpilinos, Camunnos, Venenes, Venenetes, Hesarcos, Brennos, Naunes, & Focunates. Triũpilini, qui primi ab ijs recipiuntur, a plerisq3 & quidẽ doctissimis virus pro Lugauorio reliquijs habetur: qui iuxta Larĩ lacũ olim habitarunt.

Quorum regio Vallemtellinam, qua & Volturena à Catone dicitur, attingit. Horum oppida esse precipua opinantur, Grauedona, siue Glebedona, Glarea, Suricum, Doncum, & Mussium, vnico nomine Triplebem vocant, hacq; nominis similitudine ducti Tripilinos dixere. Sed cũ Camuni populi à Plinio post Triumpilinos recto ordine numerentur; verisimileq; sit authorem tam diligentissimum præposterè populos hos non descripsisse: existimarim magis ipse Triumpilinos eos esse, qui vallem cui Triumpia nomen est, inhabitãt. Qua quidem vallis iuxta Plinij descriptionem Camunorum valli proximè inhæret. At Camuni ipsi haud dubiè Camonicam vallem vulgo dictam, per quam Ollius amnis ex Sebino lacu labitur, incolunt: Camulis pro Camunis apud Strabonem legitur. Vennones populi hos sequuntur, quos Strabo Lib. IIII. Rhætia populos vult esse apud Venustam vallem sitos. Cuius sententia & ipse Plinius astipulatur dicens, Rhætorum gentes eas ortum Rheni fluminis tenere. Cuius quidem rei maximam nos sæpè detinuit admiratio, qua nam videlicet ratione Plinius Vennones inter Alpinas gentes ad oram Italiæ, è regioneq; eosdem in septentrionem ad Rhætos spectare asseruerit. Ex recentioribus sunt qui existiment, eos esse Vennones, qui hodie Hengadini vocitantur, apud quos Ænus fluuius ex Julijs Alpibus ortum ducens per Curiensem diœcesim Æni pontem vulgò Inspruck præterluit. Nobis verò huius rei caussa ea esse videtur, quam & Plinius non ignorauit, Vennones videlicet ipsos olim ad Alpes vsq; Tridentinorum latè patuisse, meritoq; Plinium eosdem populos ad Rhætiæ & Italiæ oras collocasse, cum tamen vnus idemq; populus omnino esset. Idem quoq; & de Leopontijs legimus, qui inter Helvetios, Sedunos, Salassos, Insubres, & Rhætos siti vltra, citraq; Alpium iuga inter adiacentes valles habitant. Ad Vennonetes transeo, quos affirmare non ausim eos esse, qui Ventonini primo, mox Valtellini sunt nuncupati. nèq; nos mouent Catonis Origines illæ, quæ, vt diximus, suspectæ sunt Latinis auribus: qui Volturenam vallem ipsam appellat: cuius nominis nec Plinius ipse vnquã meminerit. Magis consentaneum igitur erit existimare, Vennonetes eosdem fuisse & Volturenos, cum eorum regio ab oriente Vennonibus adhæreat, à meridie Camunos, & Triumpilinos habeat. Hisarci populi lacum Lucanum attingunt, quorum oppida sunt Hisarcum vel Hisarsum, vt nunc dicunt, Psaltrium & Arcisate. nec eorum sententia nobis satis arridet, qui Mesaucis populos pro Hisarcis legendos esse apud Plinium putant, quorum sedes hodie Mesochi vallis siue Mysochi nominatur. Breuni, paucis ferè mutatis & adiectis literis, antiquum quoq; nomen seruantes, Bregny dicuntur, inter Leopontios, Leuentinos, & Mesochi vallem siti. Naunes (vt diximus) haud dubio pro Gaunis apud Plinium leguntur. His partem alteram Lucani lacus ad pontem amnis Trisiæ, & præterea vallem totam, Ganna nuncupatam, in Vallexitum vsq; occupant. Nouissimi sunt horum populorum Focunates. Qui quo nam in Alpium latere, aut vallium angulo habitarint, hactenus quod ipse sciam ignoratur. Non defuit tamen qui diligentius Alpium intima perscrutati sunt, à quibus hi populi collocantur in ea valle, cui Maggia nomen est iuxta Leopontios. Hæ gentes ergo rectà ad Alpes fuluinas, & ad eam partem, qua ad ortum Rhodani è regione vergunt, spectarent. Hæc de populis, quos Inalpinos Plinius appellat, hactenus dicta sufficiant. Id autem à nobis libentiore animo factum est, vt intelligas Lector optime, quam minimum nobis Alpinorum populorum cognitionem veteres reliquerint.

Cæterum quia cum Plinio semper ingenui animi esse duximus, per quem profecerimus, liberè profiteri visum est hac in parte tribus præcipuè authoribus huius nostri laboris primas laudum partes adscribere: ANDREAE videlicet ALCIATO incomparabilis & candoris & eruditionis viro: qui primus vetustiora nobis hoc in negocio nomina in hanc vsq; diem obsoleta & incognita in lucem reuocauit. Post Alciatum Gaudentio Merulæ, qui felici pollens ingenio, & doctrina singulari, Cisalpinam Galliam omnem longa oblitione ferè sepultam, viuam reddidit: Tertia merito debentur Henrico Glareano, Ioachimo Vadiano & Ægidio Tschudio, quos tamen domi, quàm foris diligentiores arbitror. Horum exemplo plurimi (vt audio) loca propria perlustrabunt, & singula diligentius contemplabuntur: vt & regionum, & populorum nomina quomodo interierint, planè nobis fiant cognita.

Et quoniam quandoq; bonus (vt inquit ille) dormitat Homerus, & cum non omnia possimus omnes tantoq; magis vni non datum est scire omnia, horum notissimus accedo, qui locos ab ijs prætermissos, vel intellectos perperam, hoc libello collegi, sperans scilicet futurum me posteritati operæ precium, cum diligentius hunt ordinem inspexerit, non tàm ab historicis quàm à coniecturis verisimilibus, lapidum inscriptionibus, & accolarum obseruatione deductum. Vsus sum porrò hac in re exactissimo Nicolai Castillionei Legum interpretis, & Ambrosij Calimeri consilio: qui in medijs (vt ita dicam) Insubrum visceribus nati, & educati acri eorum ingenij acumine omnia exactissimè perlustrarunt: & ex ruinarum priscarum vestigijs, recentiorumq; nominum interpretatione pleraq; nobis tradidetunt. Poterunt igitur huiusmodi deliciarum studiosi, tametsi leuem præstiterimus operam, hisce nostris lucubrationculis satis adiuuari: quando (vt inquit Fabius) continuò in motu omnia videantur: nihilq; dum viuimus, quiescit. Alia siquidem pereunt, & alia quotidiè in lucem prodeunt. Fortè autem ita augurabimur. Contingit enim vt ex recentioribus politissimũ aliquod ingenium, aliqua huius generis antiquariorũ certiora, in studiosorum gratiam effodiat, diligentioreq; cura ad exemplum nostrum, quod ad patriæ nostræ

DIGNITATEM & antiquitatem

pertinêre videbitur libro suo

fit additurus.

LAVS DEO OPT. MAX.

BONA-

BONAVENTVRA CASTIL.

LIONAEVS IOANNI BAPTISTAE SPETL

ANO CAESAREO SENATORI, ET PRIMARIO

Iusticiæ Præfecto viro doctissimo & integerrimo

S. D.

Celum oppidum, cuius Cæsar primo Commentariorum meminit (vt ingenuè fatear) ex plurimis vnus aliquando existmaui esse, & Ptolomeus Ossellam inter Lepontios libro tertio vocat. Mouebar non tàm cognatione nominis, quàm Cæsarianis verbis. Qui eo in libro ait: *Tres legiones quæ circum Aquileiam hyemabant, ex hibernis educit: & qua proximum iter erat, per Alpes in vlteriorem Galliam ire contendit.* Cum itaque Cæsar ex Aquileia Carnorum legiones moueret, proximum illi iter nullum esse debuerat, vt in Gallias proficisceretur, quàm per Alpes Leponcias, quæ proximiores Aquileiæ essent, quàm Graiæ, Peninæ, aut Cottiæ. etenim si iter ipsum rectè computetur, verisimile est Cæsarem ab Aquileia in Insubres, inde breuissimo traiectu lacus Verbani per Agones Oscellam & Vallem Veterem, de quibus diximus, superato Sempronii monte, per quem in Sedunos iter est, legiones eas in Gallias traduxisse. Neque defuere, qui nostram hanc, imò quàm plurium doctissimorum seculi nostri sententiam improbarunt, qui per Alpes Graias, vbi nunc Tarentasiæ Metropolis reliquiæ visitur, cum legionibus ipsis iter fecisse volunt: hoc maximè argumento freti, quòd Cæsari Alpes superanti occurrerint Caturiges, Garocelli & Ceutrones, populi haud dubiè huiusmodi Alpium iuga incolentes, qui locis superioribus occupatis exercitum itinere prohibere conarentur: cognomentoq; nominis oppidi Oceli ad Chielanum vicum, haud longe ab Augusta Prætoria Salassorum oculos adiecere, quem Ocelū omnino esse affirmant. Ego vero tametsi authoritati tantorum virorum, tum maximè eorum, quorum opera & studio plurima vetustatū nomina obsoleta feliciter in lucem sunt prolata, aduersari nolim, sed ea tantum causa, vt quæ veritati consona sunt, tueat, quid & ipse nouissimus de oppido ipso sentiam verisimili coniectura rationibusque in medium afferre conabor. In primisq; doctissimi Glareani & diligētissimi Tschudii Heluetiorum sententiam sequor, qui Ocelū, cuius Cæsar meminit, non inter Lepontios, eoque minus apud Salassos, sed iuxta minorem Duriam fluuium in Cottiis Alpibus locant. Amnis hic à Genebro monte (vulgo dicto) qui Cottiis Alpibus adscribitur ortum ducens, Ourx oppidulum (vt Itali vocant) attingit. Galli mutata R in L. litera non Ours sed Oulx nuncupant. Dictio ipsa omnino Celtica, haud dubie oculam sonat, quam vt plerasque alias ex Celticis more suo Latinas Cæsar fecit: vicus ipse Ours vel Oulx, venienti in citeriorem Galliam ex Ebrodunis, vulgo Ambrun, per Brigantios, hodie Brianson, primus se offert. Loci situs cum Ocelo Cæsaris conuenit, qui Citerioris prouinciæ extremum oppidum esse vult. Quæ quidem sententia cum Chielano vico Salassorum minimè quadrat: pleraque etenim post Chielanum ad Alpes vsque Graias oppida & municipia, & quidem antiquissima numerantur, vt meritò extremum Citerioris prouinciæ oppidum iuxta Cæsaris sententiam existimari rectè non possit. Post Oulx seu Ourx amnis ipse Durias minor Scingomagum vicum ambit (vulgo vt nobis videtur) Seusianam vel Susanam. Indeque Segusium vrbem alluens ortum versus, apud Augustam Taurinorum paulò pòst in Padum dilabitur. Oppidi igitur nomenclatura, quæ magis ad Ocelum, de quo Cæsar, quam ad Chielanum alludit, & quod locus hic extremus sit Citerioris Prouinciæ, tum, quòd Cæsar inde, id est, ab Ocelo, in fines Vocuntiorum vlterioris Galliæ peruenerit, hæc facilè arguunt, V. ipsas legiones per huiusmodi Alpes, non autem per Graias à Cæsare traiectas. Vocuntios Ptolomeus inter Isaram & Rhodanum Allobrogibus vicinos ad Orientem describit. Raymondus Marlianus doctus idem & diligentissimus, vbi nunc Vasatium Delphinatus oppidum situm est, Vocuntios locat. Inter familiares Ciceronis epistolas illa Planci, quæ incipit: Antonius Idibus Maiis ad Forum Iulii cum primis copiis venit, Vocontiorum meminit: in eadem epistola legitur,

Ventidius spacio biduj abest ab eo. Item: Lepidus ad forum Vocontii: qui locus à Forolulii IIII & XX. millia passus abest. Cum verò Plancus dum hæc scriberet, alio in loco testetur se in Ciuerone oppido Allobrogum vltra Isaram cõsedisse (procul dubio hodie Chiamueri) facile colligi potest Forum Vocontiorum, in quo Lepidus consedetat, inter Ciueronem & Forum Iulii Narbonensis prouinciæ vulgo Frigium constitutum fuisse: à quo si Planco teste Forum Vocontiorum XXIIII. millibus passuum abest, absurdum omnino Cæsari fuisset, per Alpes Graias legiones traduxisse, & ab eis in meridiem, fines Vocontiorum attingere, qui per Ceutrones breuiori admodum itinere ad arctum, in Sebusianos, ad quos iter dirigebat, peruenire valuisset. Vocontii igitur, vt dictum est, Ptolomeo teste, quod & Cæsar innuere videtur, inter Isaram & Druentiam flumina, quæ in Rhodanum exonerant, locati olim fuerunt. Et qui per Alpes Graias, id est per Tarantasiam in vlteriorem Galliam proficiscuntur, Isaræ fluenta vix attingunt. nemo ideo luculentius clariusque Cæsare transitum ipsum describere potest: qui inde a Vocontiorum finibus mouens in Allobroges peruenit: & ab Allobrogibus in Sebusianos populos, vltra Rhodanum supra Lugdunum, Lacum Lemanum ad ortum pertingentes, vulgo Pays de Bourg in Bressa, nuncupatos: à quib. (vt existimo) Sabaudiæ Principes, quod populis ipsis præ imperitauerint, non autem à Vallisabatiis, aut á Salutiensibus (vt nonnulli volunt) nomen sortitos facile crediderim. Non oportuisset inquam Cæsari, in Vocontiorum fines peruenisse. Indeque per Allobroges, vt in Sebusianos proficisceretur, si (vt doctioribus nostris placet) eius transitus per Ocelum oppidum id est, Chielanum, & per Alpes Graias in vlteriorem Galliam fuisset. Breuiori etenim itinere vtpote biduj tantum spacio à Graiis Alpibus Cæsar discedens, in Sebusianos iter conficere potuisset, absque eo quod Allobroges, eoque minus Vocontiorum fines attigisset. Perinde siquidem Cæsar fecisset: ac si quispiam à Mediolano Augustam Prætoriam petiturus, Dhertonam primò, mox Statiliensium fines, ingressus, Albam Ligusticam, & Augustam Taurinorum adiret. Vale vir doctissime.

Digitized by Google

PAVLI IOVII DESCRIPTIO LARII LACVS.

DIONISIVS SOMENTIVS NICOLAO SFONDRATO, Comiti Riperiæ, Regioq; Senatori ampliss. S. D.

VM proximis superioribus dieb. Larium mihi lacum adire cõtigisset, illuc ab ampliss. ordine vestro tui gratia missus, vt quorundã maleficorum hominum, homicidii reorũ ditionis tuæ causam cognoscerem, magna animi voluptate viridem illũ, & verè gemmeum lacum inspexi, pulchritudinem, eius totiusq; oræ illius amœnitatem crebra oppida frequentesque populos admiratus, inter alia ad aspectum Bilatii, eiusq; altissimi promontorii, duos vel potius tres lacus prospectantis, obstupui. Adeo tenet animum. variisque modis afficit, & delectat longissimus ille tractus aquarum, dextra læuaque iucundissimum oculis spectaculum præbens. Quid dicam de magnificentiss. ædibus ac Regiis, quas ad medium ferè collem habes, quantumuis numerosæ familiæ capaces? quid de perenni saluberrimaq; in superiore montis parte aqua? quid de pulcherrimis hortis à citreorum & medicorum pomorum amœnitate beatissimis? Quid de toto colle, ficu, olea, cuiusuis generis fœcundis arboribus. Viteque in primis generoso vino exuberante, vestito atque ornato? Vt præteream mirabilem illum aditũ, ascensumque ab imo lacu ad summũ montis per scalas, quæ per octingentos amplius gradus miro artificio è durissimo lapide fabricatos facilem ascendentib. viam præstãt. Ad summam nunquam aliàs iucundiorem vidi locum: quem tu per iocum, cùm me satietas humanarum rerum ceperit, gratissimam mihi sedem, laborumque quietem destinas, ac offers. Munere illo functus domum cum rediissem, tibique quid mihi de regione illa visum foret, pereunctanti, quantã cœpissem voluptatem, exposuissẽ, dixisti, velle te mihi delectationem eandem renouare, oculisque loca eadem sine vllo viæ labore subiicere, proferriq; statim ex bibliotheca tua Pauli Iouii libellum quendã iussisti, quo ille iucundè simul & eleganter totius Larii lacus amœnissimum situm, locorum ac hominum vtramque ripam habitantium, nomen ingeniumque describit. Hunc ille libellum in gratiam patris tui, viri clarissimi, & nunquam satis laudati, scripserat. Auide paucis horis totum perlegi: visusque mihi dignus est, qui publicè cũctis legendus præberetur, pulchrumque in primis tibi, & honorificum esse iudicaui, si in manus hominum exiret. Magna enim ex parte in describenda ditione tua est occupatus, quam ad Larii dexteram ripam magnam amplamque summa cum dignitate obtines, & iustissimè regis. Rectè itaque iudicio meo feceris, remque tibi ac nobilissimæ familiæ tuæ honorificam, si tam elegantis opusculi copiam orbi quamprimum impertieris. Quod te facturum summa prudentia tua, amoreque erga cuncta studiorum genera mihi facilè persuadeo. Vale. Mediolani, Calendas Iunii M D LVIII.

PAVLI

PAVLI IOVII LARIVS

AD FRANCISCVM SFRONDRATVM.

COMENSEM *Lacum*, *Franciſce Sfondrate, Senator ampliſſime, ab Etruſcis Larium, vti omnium Italiæ principem, antiquitus appellatum fuiſſe, Cato in Originib. tradit. Ad quod Virgilius Maro, antiquitatum eruditiſſimus, quum in Georgicis,* TE LARI MAXIME, *diceret, alluſiſſe videtur. Eius oram, in qua eximiæ nobilitatis tetrarchiam tibi & poſteris tuis virtute quæſiuiſti, perjucunda nauigatione percurrimus, annotauimusq; diligenti commenſuratione vtrinq; litora lambendo, ſinus, promontoria, peninſulas, fontes, ſigillatimq; oppida & vicos, ac in his quæ literarum memoria, & laude digna videbantur: vt id, quod à me proximis diebus optimo iure poſtularas, cumulatè, nec ſine celeritatis gratia ſolueretur. Efficit autem Larium, aut certè in immenſum adaugeat Abdua, limpidiſſimus amnis, qui ab Abdua monte, à quo nomen accipit: excelſo Rhæticarum Alpium iugo delapſus, raptis ſecum multis torrentibus in Larium per Volturenam vallem euoluitur. Adulam pro Adua corruptè legimus apud Ptolomæum: nam & ea vox Græcè inacceſſum ſignificat: ita vt hinc liquido conſtet, montem à Græcis nomen accepiſſe. Is enim & hodie Graius appellatur, maximorum amnium fontibus nobilis: ſiquidem Danubij Rhenique origines, in aduerſa Adua regione referuntur. Adiacet Graij radicibus Burnium oppidum, ad vrbis effigiem maximè turritũ, aquarum calidarum balneis ad pituitæ morbos percelebre: nec multum inde abſunt Abduæ fontes, argenti fodinæ, ſecturæq; ferrariæ, & in rigentibus gelu cautibus cryſtallus, pari periculo, quæſtuq; à montanis hominibus colligitur. Hæc Aduæ rupes Claudianus Poeta, quum Stiliconem aduerſus Gothos armato exercitu in Germaniam penetrantem celebraret, iucundiſſimè deſcripſit his verſibus:*

Protinus vmbroſa veſtit quà littus oliua:
Larius, & dulci mentitur Nerea fluctu,
Parua puppe lacum præteruolat ocyus, inde
Scandit inacceſſos brumali ſidere montes.

Et alio in loco.

Sublimis in arcton
Prominet Hercyniæ confinis Rhetia ſiluæ,
Quæ ſe Danubii iactat Rheniq; parentem.

Et alio in loco.

Sed lacus Heſperiæ, quo Rhætia iungitur ore,
Præruptis ferit aſtra iugis, panditque tremendam
Vix æſtate viam. multi ceu Gorgone viſa
Obriguêre gelu: multos hauſêre profundæ
Vaſta moleniues: cumq; ipſis ſæpe inuencis
Naufraga candenti merguntur plauſtra bara-
Interdũ ſubitam glacie labente ruinam (tro.
Mons dedit, & trepidis fundamina ſubruit haſtis,
Pendenti malefida ſolo, per talia tendit
Frigoribus mediis Stilico loca.

Ab his Alpibus Abdua ſexaginta millium curſu, in Larium decurrit, mediam Volturenam vallem proſcindens, adeo multis meandris tortuoſus, ac ingentibus impeditus ſaxis, vt nec tutò rates, ſine remige profluentè commeent. Eam vallem celebritate inſignium oppidorum & præſtantiſſimi vini fœcunditate ditiſſimam, C. Sempronio, veruſtiſſimo Italicarum rerum ſcriptori, notam videmus. Id vnũ facile inueteratur, & in multos ſæpe annos perdurat, ſitq; odoratius, quũ maximè caneſcit, tanta poteſtate vt ab honore menſuræ in varios medicinæ vſus transferatur, melleo vtiq; liquori, quàm perſpicuo vino ſimilius. In infima vallis parte ad oſtium Abduæ Larium influentis, Volturrenam vrbem florentibus Etruſcorum rebus ædificatam fuiſſe, Paulus Longobardus aſſeuerat, de cuius ſitu, ruinisq; ſuo loco dicemus. Decet enim à Como patria, vnde ei hodie nomen, deſcriptionem lacus exordiri. Nam portu orbis egreſſi ad læuam enauigauimus vſq; ad extremum lacum, vt inde per aduerſa demum littora confecto circuitu reuerteremur. Orobiorum ſtirpem eſſe Comum, Cato in Originibus tradit. Nam Græcos, qui coloniis ſuis terrarum orbem compleuerũt, authore Cornelio Alexandro magnam Italiæ partem imperio tenuiſſe conſtat. His creſcentem à paruis initijs vrbem, Græco nomine Comum, id eſt, vicum appellauere. Cæterum à Gallis Senonibus, qui Etruſcos, Græcam gentem, victricibus armis ſummæ Italiæ parte depulerant, Comum adauctum, & planè conditum fuiſſe, Trogus Pompeius auctor eſt: eo ferè tempore, quo Mediolanum & Bergomum, & Brixiam ab iisdẽ Senonibus ædificatas legimus. Verum Comenſes, ſupra veruſtatem originis, Cæſaris dictatoris magnificentia & patrocinio nobilitantur, quanco incomparabilis iudicio vir, opportunitate, amœnitateq; ſitus, vt creds par eſt, inuitatus, in eam vrbem nouos colonos deduxerit, in queis ad quingentos nobiles Græcos fuiſſe Appianus, & Suetonius tradunt: vnde & Græcorum familiæ

milia honestissimi nominis apud nos adhuc viget: & id Gracis literis inscripti scilices abunde testantur. Verum non aliunde magis claritatem appetimus, quàm ab ipsis Romana magnificentia monumentis, qua passim vt in vrbe, & in agris vel nihil tale indagantibus occurrunt. Ea diligenti, eruditoq; studio Benedicti Ioniy fratris excerpta, relatuq; in iustum volumen, quum historiam patriam scriberet, apud exteras gentes lectitantur. In ades quoq; nostras nuper translatimus ingentis epistylij fragmenta, Cæsariani, vti arbitror, theatri titulum cubitalibus literis longè pulcherrimis exprimentia, eiusq; triumphi marmore candido calata effigies in amplissima tabula è ruinis emersit: & ad nos quoq; summa cum voluptate delatum est Cæsaris dictatoris caput, colossea propemodum statua, habitu pontificis maximi, insula velatum, vti persimilem videre licet in numismatibus argenteis: sta vt aliquando speremus, ad publicam dignitatem, ex eodem loco statua truncum, & nõ vulgis quidem operis eruturos. Orta igitur à Gracis vrbs nostra, condita à Gallis, à Romanis illustrata, duos Plinios aterna dignitatis viros protulit, & paulo ante Cæcilium poetam, Catulli sodalis sui carmine celebratum, Attiliumq; Grammaticum, Plinij Cæcilij laude, & marmorea base apud nos illustrem. Promeuerat enim ille virtutis & pietatis ergo à gratissimis ciuibus, quum liberaliter artem professus, ex testamento vniuersam substantiam suam ad rempublicã pertinere voluisset. In eius basis latere, & hoc quoq; prater titulos suauissimum distichon incisum est,

Morborum vitia & vitæ mala maxima fugi:
Nunc careo pœnis, pace fruor placida

L. quoq; Fabati, qui Plinij Cæcilij proscer fuit, eximia magnitudinis elogia visuntur. Is fortuna, & dignitate amplissimus, auctore Cornelio Tacito, aduersus Neronem orbis portentum, vel hoc vno consilio illustris generoso spiritu coniurarat. Et eius Caninij quoq; liberalitatis marmorea monumenta extant, qui sub Traiano bellum Dacicum Graco poemate exorsus, crebris Plinij cohortationibus accendebatur, vt aliquid ederet, quod esset perpetuò suum. Neque mirum est, Cæsarem hunc potissimum deducendæ coloniæ situm delegisse, inhabitasseq; eam, aut frequentasse summa claritatis viros, quum Plinius Cæcilius, & Cassiodorus ad copiam rerum omnium præcellentem, ad incomparabilem subuectionum commoditatem, ad cœli temperiem, & denique ad ipsas humani generis delicias constitutam fateantur. Quicquid enim mirum in modum exculta montium radices ferunt, quicquid syluosa, excelsaq; nemora humanis vsibus prebent, quicquid in herbidis ac insertis cœlo Alpium magis armenta progenerant, subiectus & seruiens lacus excipit, vrbiq; domine facili connectione delargitur, qui demum vndiq; piscosus, & passim olea, vite, lauro, cupressoq; nemoribus litora redimitus, lætissima facie nauigantibus arridet. Quatuor montes quadrata facie planiciem includunt, in qua vrbem ipsam fluuiatilis cancro persimilem positam, ab alto conspicimus. Duobus enim suburbijs, Coloniola scilices, & vice influentem, lunato sinu Larium duabus velut chelys amplectitur. Ab aduersa verò parte suburbium, quatuor fermè stadijs inter orientẽ atque meridiem exporrectum, mollitèr inflexum extendit caudam. Vbi verò coeuntium inter se montium fauces itinera coarctãt, pinnata quadratis lapidis ingentes porta, singulos aditus præludunt, opportunaq; totidem in excelso arces ingressus militares tuentur. Aperto Castrum nouum appareat, fatiscente iam subeuntis tota rupe, ruina modo collapsum. A meridie Baradelius, Luitprandi regis opus, Turrianorum Principum carcere insignis, in edito iugo conspicitur saxosa via, qua tendit ad Heluetios. Ab Occasu insidet Carnesinum castellum, cuius conspicua turris in priuata villa peristerium abysse videmus. A Septentrione autem Larius consumpto cursu in vrbem diffusus, veluti mole sua, summotis latè montibus, ipso portu subiecta vrbis excipitur. Intra hæc circumeuntium montium septa, campi aliquot stadiorum vrbem circumdant, aut segete nobiles, aut virentibus pratis iucundi, aut hortensibus delicijs florentes, qua munia ad ocij voluptates, & hippodromon, agestationes, & amœna ambulantibus spacia prebent. Montes ipsi castigatis apicibus, & compresso ad æquissimam planitiem dorso vel in summa iuga carris permeabiles, ab aprico litore uinetis, & frugiferis arboribus exculti, ornatiq; frequentibus villis & templis, spectantium oculos mirè implent, nec tamen exsatiant: quin ad salubritatem ventos arcent, Boreamque præsertim flexuosis obicibus frangunt, ita vt mirum videatur, niuosis inclusos montibus mitiorem experiri hyemem: & diuersa pariter ratione, neq; æstuosos solstitij dies, ingentibus protecti vmbris, neq; per noctes ardentis canicula vestigia, sed aerem suauibus auris mitigatum sentiamus, quando Mediolani tam prope per hybernos dies rigidiore matutina aura, vti ab expedita planitie rapidius incidente gelata ora hominum abradantur, & in refertissima vrbe immodicis æstate feruoribus torreamur. Porrò ab aduersa parte, qua in seipsos obiecti solibus cadentes vmbras excipiunt, præalta nemora ostentant ad venationes, ad aucupia opacissimosq; recessus, ita vt passim veluti æstiuis voluptatibus arridente natura, & frigidi fontes subsiliant, & auicula decantent, & vmbrosa diuerticula ad quiescendum viatores alliciunt. Sed ne dulcedine patria fusius lasciuire videamur, subijciemus epistolam Cassiodori, qui hac poëtico more iucundissimis tractibus celebrauit. CASSIODORVS, Gaudioso, Theodorici Regis epistolarum magistro, salutem dicit. Cum multis itineribus Como ciuitas expetatur, ita se eius possessores præ veredorum assiduitate suggerunt esse fatigatos, vt equorum nimio cursu ipsi potius atterantur, quibus indultu regali beneficium præcipimus custodiri, ne vrbs illa, positione sua libenter habitabilis rarescat incolis, frequentia læsionis. Est n. præter montium deuia & laci purissimi vastitatem, quasi murus quidam,

dam planæ Liguriæ, quæ licet munimen clauſtrale probetur eſſe prouinciæ, in tantã pulchritudinem perducitur, vt ad ſolas delicias inſtituta eſſe videatur. Hæc poſt tergũ campeſtria culta tranſmittit amœnis vectationibus apta. & victualibus copiis indulgẽter accommodata. A fronte ſexaginta millibus dulciſſimi æquoris amœnitate perfruitur, vt & eius recreabili delectatione ſatietur, & piſcium copia tempeſtatibus ſubducatur. Meritò ergo Como nomen accepit, quæ tantis lætatur compta muneribus. Hic profectò lacus nimis ampliſſimæ vallis profunditate ſuſceptus, qui concharũ formas decenter imitatur, ſpumei litoris albore depingitur, circa quem conueniunt in coronæ ſpeciem excelſorum montium pulcherrimæ ſummitates: cuius oræ, pratorum liminibus decenter ornatæ, quaſi quodam cingulo Palladiæ ſyluę perpetuis viriditatib. ambiuntur. Super hæc frondoſæ vineæ latera montis aſcendunt. Apex autem quaſi quibusdam capillis caſtaneorum denſitate criſpatus, ornate natura depingitur. Hinc riui niueo candore relucentes in arctam laci altitudinem præcipitati deſcendunt, cuius finibus ab Auſtro veniens Abdua fluuius faucib. apertis excipitur. Qui ideo tale nomẽ accepit, quod duob. fontib. æquiſitus, quaſi in proprium mare deuoluitur, qui tãto impetu vaſtiſſimi æquoris incidit, vt nomen retinens, & colorem ad Septentrionẽ obeſiore aluei ventre generetur, putes quãdã lineã fuſciorẽ in aquis albentib. eſſe deſcriptã, miroq; modo influctis diſcolor natura cõſpicitur, quæ miſceri poſſe ſimili liquore ſentitur. Hoc & in marinis quidẽ fluctibus fluuiorum inundatione contingit. Sed ratio ipſa vulgariter patet, vt torrentes præcipites limoſa fæce corrupti, vitreo ſint æquori diſcolores. Hoc autem iure putabitur ſtupendum, quod ſimile tantis qualitatibus elementum per pigrum ſtagnum videas ire celerrimum, vt amnem per ſolidos campos putes decurrere, quem ſe peregrinis vndis non videas colore poſſe miſcere. Quapropter incolis harum rerum iure parcitur quando amœna omnia delicata ſunt ad labores, & facile onus afflictionis ſentiunt, qui vti ſimilibus deliciis conſueuerunt. Fungantur ergo munere regali perpetuo, vt ſicut gaudent natiuis epulis, ita eos exultare faciat munificentia principalis.

A *Hanc vrbem beatam delicijs, florentem opibus, & libertate, fortunaq; ſua gaudentem, conſpiratione quatuordecim ciuitatum Mediolanenſes ab hinc annis quadringentis, imperante Lothario in cineres redegerunt, auctore & principe Iordano Cliuio eorũ antiſtite. Is trib. caſtris poſt diu obſeſſã oppugnatãq; vrbẽ eò Comẽſes, ab inſulanis ſocijs deſertos adegit, vt deſperatis rebus cum liberis, ac vxoribus claſſe profugerent, & vrbs deſerta, ſpectante ciuium claſſe, cremaretur. Cuius diri belli hiſtoria inepto, ſed robuſto carmine decantata, in archiuis Comenſium religioſè cuſtoditur: cuius auc-*

B *tor eſt M. Cumanus, qui bello interfuit, & pleraq; alia pedeſtri demum ſtylo in tanta eius ſeculi ſcriptorum orbitate, nobis gratiſſima ſcripſitauit. ſic enim tumido verſu opus orditur:*

Bellum, quod geſſit populus cum gente ſuperba.

Annis ab ea clade viginti tribus, quum ingruenti in Italiam Federico Ænobarbo Cæſari, Comenſes vindicta libidine, præſto fuiſſent, ſu quotu ſolatij parte Me-

C *diolanum barbarorum ſaeuitia deletum viderunt? Tum verò Cæſar, vt ſocijs gratiam referret, Comum reſtituit: immunitate, libertateque donauit. Eam verò liberalitatem Cæſar Auguſtali diplomate ex latiſſimis membranis, quæ adhuc incorrupta ſeruantur, benignè teſtatus eſt: eius quoque auſpicijs, quæ videmus, mœnia, & turres eximij operis Comenſes ædificarunt, auctaque demum eſt opibus ciuitas, mercatura, lanificioque præſertim induſtria, quum laneos pannos in orientem vſque tranſmitteret. Induſtria ergo opulentiam*

D *fecit, è qua mox ſuperbia orta eſt, quæ inteſtina bella peperit: atque ita inſanis factionibus ſeruientes Vicecomi, Ruſconique familiæ principes, alternante fortuna partium ſucceſſus, vrbem euerterunt. Eo modo attrita mutuis cladibus, vrbe latè incendijs deformata, tædio calamitoſæ libertatis, vltro in ditionem Actij Vicecomitis conceſſerunt. His ab Actio ducentis annis bis vrbs noſtra rediuiuis opibus reſurgens, direpta eſt ſemel à Pandulpho Malateſta, imperante Inſubribus Ioanne Maria, cui inhumana crudelitas dignum*

E *vitæ exitum paranti, iterum ante ſexdecim annos ab Hiſpanis, quum ſyncere deditis auiditate prædæ fidem violaſſent. Secutum demum eſt execrabile id belli inter Cæſarem, & Franciſcum Sforziam, quod toti Italiæ fatale fuit, vt omnium ſimul fortuna conciderent: quæ tempore Petrus Arias Hiſpanus inuſitata tyrannide ita Comenſes afflixit, vt ſub hoc pregraui tributorum*

F *pondere fatiſcentes, quo nunc premimur, nihil iam de ſalute ſperemus, niſi hoc Gallico bello Cæſar aut optimã pacem, aut optimam victoriam ſibi & nobis attuleris. ſed cum hæc amariores nos reddant, ad Larij delicias reuertemur. Igitur ad leuam è Vici ſuburbano ſoluentibus, vbi opaciſſima Plinij Platanus olim fuit, epiſtolis eius celebrata, in cuius memoriam honoremq; Muſarum, & Apollinis, iucundiſſimi proſpectus Muſæum noſtrum ædificamus, occurrunt quinq; villæ ad radices Olympini montis, qui contra portum reſpicit, Grumellia, Succota, Ceraſia, Tabernula, Gerentiana, æquis ferè ſpacijs inter ſe diſtantes. Hinc reuertente ſe in orbem Olympino in Larium effunditur Bleſia flumen, & lapideo ponte oblongo, & frumentarijs*

molis,

Digitized by Google

molis, & in ostio Trotta piscis captura insignis. Eum piscem antiquitus Lupum appellatum fuisse, in libro de Romanis piscibus abunde monstrauimus: datur enim ei palmà, qui Maio mense in ostio Blesiæ sit captus. Vltra pontem cœnobium, oppidulum ex ambustis ædificiis, & structura interrupti portus paucis ante annis opulentum. Paulo supra cœnobium, ad secundas excelsi Busbinii montis radices, visuntur Platea, Rubenna, Tolinium, rara, sed eximii tritici fruge gaudentes. In summo cacumine cum templo Deiparæ virginis specula est admirabili prospectu. Inde Larii fluctibus alluuntur Garinnia, & Speciana, honestissimorum ciuium villæ. Sequitur nobile ficetis, & tegulari lapide Mattraſiũ in valle algida ſonãtis amniculi vmbrosis coſtꝫ impoſitũ. Inde recto itinere ſequuntur Furii geminæ ſacræ turres, & mox Caractum, lapicidis & nauabus fabris frequens. Hinc paulum ſeſe Larius terris inſinuat, & dum rursus refugit, Lellium exigua cuſpide in vndas porrigitur, oliueta paſſim & in primis Curtianas elegantes villas oſtentans. Inde demum lunatis vtring; ripis Turregia promontorium excurrit, adeò vt à Careno oppoſiti littoris non amplius decem ſtadiorum ſpatio diſtet: neque alibi Larius anguſtior reperitur. Is vicus agrum habet accliuum, & obſidgradata planitie, vite, olea, lauris, & fontib. peramœnum, ita vt is ſitus toto lacu mihi potior videatur, qui ab aliquo priſca elegantia, & arridẽtis fortuna viro luculentis ædificiis debeat exornari. A Turregia rurſus litora ſenſim curuantur, prolatoq; ſinu viſitur Biennium in ardua, & aprica montis radice propendens. Inde duodecim fermè ſtadiis adeſt Arcennium, in intimo receſſu perampli ſinus poſitum, ædificiis, arce, priuatis turribus, & lapideo ponte nobilis vicus. Interfluit enim medium amnis ex vmbroſa valle delapſus: quà iter eſt octo millibus paſſuum ad Lugani lacum, per Inteleuinam vallem multis frequentem pagis venationeq; & aucupiis iucundam. Ab Arcennio ſtirpem ducunt Lauizarii, vigente olim Vicana factione Comi opibus potentes: quorum vnus hodie Arcennii Georgius multa hoſpitalitate nobilitatis nomen tuetur. Dum Arcennii ſinu euehimur, ad læuam in arduum montem, & ſubamaro quidem aſcenſu, vnde illi Græcum nomen, ſuſpicitur Picra oppidum cum arce, frumenti candoris, & magnitudinis eximia ferax. Gloriatur & rapis Nurſinis aquè ſimilibus. In ora cum fornicato ponte, qui regiam viam ſternit, Camogia torrens, atque inde Colonium ignobilis pagus: Tum verò fons largus, frigidus, perennis, ab oliuetis inumbrantibus nomen accipiens. Is ſaxeo naturali cratere tantiſper retentus, dum viatores & nauta potant, in lacum effunditur. Sala demum pagus occurrit, cum vetuſta arce in edito, negotioſis piſcatoribus frequens. Hinc enim incipit Euripus ille Gemmeus Cæcilii Plinii, à multa intercurrentium piſcium captura pernobilis. Contra id Salariani litoris ſpatium porrigitur inſula, protenſo in longitudinem dorſo, cadauer antiquæ vrbis decreto Comenſiũ nauigantibus oſtentans, vt eius pœna exemplo Lariani populi parentem ſuam Comum vrbem fidelius colere moneantur. Fuit hæc clara Gothorum temporibus, qui tantum in eius vrbis munitione conſ[illegible]bant, vt in ea totius gentis theſauri conderentur. Paulus Longobardus in hiſtoriis ſcribit Comacinam inſulam in Lario lacu ab Ariperto, Longobardorum rege, captam euerſamq; fuiſſe, quum fortè in eam Auſprandus, Lotharis pueri regis nutricius & tutor, prelio ad Nouariam victus profugiſſet. Caterum poſt Caroli Magni aduentum, qui Longobardicum regnum euerſit, inſtauratam inſulam inuenio. Ab hac Iouiorum familia noſtra originem trahit, extantq; opulentia maiorum noſtrorum monimenta, diua Maria Magdalenæ templum, in Stabio vico contra inſulam per Euripum breuiſſimo duorum ſtadiorum traiectu diſtans. Ex maiores Iouii agros ex fundis ſuis, in alimenta egenorum, viatorumque liberali pietate contribuerunt: & per ſexcentos annos manet apud nos incorrupta dicendi præfecti, & ſacerdotis prærogatiua. Propterea & hodie quoque in gentilitio inſigni, ad argumentum originis, caſtellum inſula ambiente Lario, impoſitum geſtamus, addita Romana Aquila, qua Federicus Aenobarbus domũ noſtram honeſtauit: ſicut & dudum columnas Herculeas, munere Caroli Quinti Cæſaris, ſtudiis noſtris impenſè fauentis addidimus. Poſt deletũ verò Mediolanum, Comenſis, Aenobarbi opibus adiuti, recentem Inſulanorum perfidiam vindicantes, Inſulam funditus euerterunt, Inſulanis Varenam migrare iuſſis, ad publicam ſeueritatem decreto adiecto, ne quis vnquam in Inſula ædificaret: ita ruinis ingentibus deformata, quadringentis annis permanſit: hodieq; durante tantum templo, quod religione inuiolatum fuit, ſolis cuniculis habitanda relinquitur. Contra inſulam Spuranum, Stabiumq;, & vlterius Canonica vocatum templum archiſacerdote & reditu celebre. Inde Balbianum, quod inſula ſuburbanum fuit, vbi maiorum noſtrorum reliquias, fundum ſcilicet, & ruinoſas magnificentiæ ſingularis ædes poſſidemus. Balbianum à Camponico, interlabente Perlana, infeſtiſſimo torrente diuimitur. Is à valle prærupta deſluit, in qua antiqui monachi in ſylueſtri admodum loco diui Benedicti templum poſuerunt, non longè ab Oſſucio vico largiſſimi fontis, & olearum copia celebri. Caterum à Campo oppidulo Iſthmus incipit, quo promontorium Lanactum, nemoroſo dorſo, & excelſa arcis veſtigiis ſuperbum, terris innectitur. Id magno ambitu adeo in diuerſa litora porrigitur, vt ſuperioris Larii tractus, & ipſi Inſula & iis quæ notauimus, quinque pagis penitus abſcondatur. Humani capitis effigiem id Lanactum præbet, ita vt Iſthmus ceruicis locum obtineat: diſtant verò litora minus ſtadiis quinque, intercedente per amœna planitie, cuius ſegera propter eximiam rerum omnium fertilitatem viginti aureis aridè coemuntur. In anguſta ceruicis margine turris Vacania viſitur, Aquilonibus hyeme perflata, ſed æſtate vmbris iucundior. Sequitur concauo litore Lennum, templo, & ſacerdotibus, ædificiisq; pluribus, & priſca antiquitatis monimentis memorabile. Ad Lennum procul dubio villam Plinii fuiſſe indicamus: quam ille Lario incumbentem, à depreſſo littore Comœdiam appellare ſolebat, atq; inde facilè è feneſtris, & è lectulo piſcabatur. Supra ſuſpicitur cœnobium, ab algido fonte Aqua frigida nuncupatum, vnde ab excelſa peramœnaq; porticu cuncta litora, & nauigantium curſus deſpectare licet. In extremo verò promon-

torio diui Ioannis templum fluctibus alluitur, è qua per turbidas tempestates noctu, tanquam è Pharo, sacerdotes nauigantibus lumen prebent. Inde rursus litora recedunt, efficiturque Larius Lato pelago similis. Nec multum abest à Leuno Buzanicum, & mox diui Laurentii templum ad litus. Hinc molli flexu terreni colles, consiti vinetis, paululum excurrunt, donec producta cuspide ad lenam recedant introrsus. A Tremetio pago Graiantei vini præstantia, & fœcunda planitie percelebri, Aliud promontorium, nequaquam scopulosa, aut montuosa collium promi- B nentia, sed plana, redimitaque oleis, & vitibus, in Larium procurrit. Hinc Catena Apia nomen nauarum temulentia fecisse videtur: qui ibi, veluti expleto media nauigationis cursu, à remigii labore libentissimè conquiescunt, quum nullibi liberalius, aut meracius canpones præternauigantibus propinent. Inde se litus ad Occasum recuruat, sinumque efficit, in quo positum est Minacium, Francisco Caluo poetæ nobile, & maximè clarum, marmoribus priscis qua Micinii, flaminis Titi Vespasiani titulos C ostendunt: memoria nostra honestissimis viris, atque diuitiis florebat: nunc factionibus, & bellorum incommodis diu quassatum, exusta magna tectorum parte, penè funditus interiit. Minacianis finitimi sunt Cauerionesqui vallem incolunt ad Pagani lacum pertinentem. Id genus hominum ingenio factioso, sagaci, & maximè cruento, perpetuas dirasque in ea vicinia contentiones exercet. Sequitur Nobialius vicus, atque inde abrupta cautes, qua Saxa raucida vocantur: per eas incisa est via militaris, qua D in Germaniam ducit, & regia vocatur. Illac, ad sagittæ iactum, nemo sanus eques transit, quum fallente vestigio in subiectum à prealta rupe lacum, horribili despectu vertente oculos, facilè prouoluantur. Inde Caieta acclini & aprico sinu gaudet, patrum memoria consito Creticis vitibus, his etiam nunc dignitatem originis præduici sapore tuentibus. A Caieta statim illa rupes, sed iam nemorosa nec iumentis omnino difficiles, in Larium exeunt tumido quodam procursu, donec Aqua Seria profluentis im- E petu frangantur: ita Saxa raucida desinunt. Supra Seriæ vallem eiusdem nominis, & paulò editius posita visitur Breia. Inde recto litore Calaguritani ordinis cucullatorum cœnobium aditur, cum Deiparæ Virginis insigni templo, in vestibulo populetum habens, quod fluctibus allnitur, hortosque citreis & medicis arboribus longè latissimos. Ibi vetustæ ingentis arcis radices videre est, quibus oportuna super ædificatum esse templum animaduertimus. Duobus inde stadiis, aquissimo, peramœnoque litore, Rha- F tionicum abest, oppidum viris ac edificiis frequens, & copiis multarum rerum abundans: nam montes, qui supra sunt egregiè percoluntur ab indigenis hominibus maximè laboriosis, & facienda fabrilis opera longinquas regiones magno quæstu petentibus. Commendatur & id oppidum Turriana familiæ antiqua stirpe, è qua nomen ducit Paulus contribulis noster à lectissimarum literarum elegantia medicus insignis. Oritur statim à Rhationico eiusdem nominis A promontorium, turrita arce conspicuum, atque inde litora sinuoso tractu ad Mussium oppidum reflectuntur. in medio sinu duo templa, qua inter se paucis stadiis distant, fastigiatis eleganter sacris turribus conspicua Vito & Martino diuis dicata. Porro Mussium, ab sæue infestaque arcis memoria cunctis fere Larii accolis execrabile, portum habet quadratis silicibus extructum. Adsurgit verò supra ascensu multigyris, & flexibus verrucosa rupes, in qua sita erat summa arx & specula totius lacus, trinis per gradus castellorum munitionumq; Coronis circundata. Eam paucis ante annis extruxerat Triuultius, bello clarus, & demum Iacobus Medices Insuber, per occasionem bellorum custodiæ impositus occuparat. Hunc demum graui bello domitum inde expulit Franciscus Sforcia aditus Heluetiorum Rhetorumq; auxiliis, qui eas arces finitimis funestas, cum ingenti ruina tantorum operum radicitus euerterunt. In Mussiani promontorii latere maiores nostri candidi marmoris fodinas inuenêre, quo templum maximum Comi, magnificè constructum exornatumque vnius seculi labore, conspicimus. Ea verò rupes, vti diximus, in ostentationem tot castellorum exporrecta, alterum sinum aperit, Mussio aduersum interuallo, per conuexa montis mille passuum. In hoc Aduncum oppidum cubat, & ipsum multis vicis exiguis per latera montium sparsis, opulentum. Rursus ab Aduncо, quod ab effigie litoris nomen accepisse videtur: æqua planities, vinetis consita, proscissaq; aratris, terrenam linguam sensim effert absconditq; Grabadonam, quæ secundum Bellanum de quo mox in dextro litore dicemus, toto Lario summam obtinet claritatem. In prominentia sunt gemina sacra ædes conspicuis turribus, & paulo altius à litore Augustiniani ordinis cucullatorum cum eximio templo cœnobium. Inde ipsa sinuatis ripis Grabadona in longum producitur. Ibi nuper Curtonum familia domestici apparatus lautitia, honestissimis opibus, & clarorum virorum hospitiis florens, intestina rabie per mutuas cædes se ipsum ad non dubium interitum confecit. Sequitur in proximo Domasium, Grabadonæ par, si vtriusq; agri dotes æstimemus. Inde rursus planum & arboro sum litus paululum prominet, occultato Gera vico, ad quem paucis inde stadiis Suricum succedit, quod vltimum consummati cursus portum nauigiis gra tioribus præbet. E regione Surici Volturrena vallis petitur, breuissimo traiectu, sed maximè vadoso, propter Abduæ supra irrumpentis impetum. Suis enim vorticibus, nihil propè commistus, sed discolor Larianis aquis, arenæ cumulos trahit. Propterea auorum nostrorum memoria Picininus, clarissimus Imperator, quum acie dimicaturus cum Venetis copiis, exercitum traiicere properaret, tardantibus nauigiis, subitaris operis sublicium pontem incredibili celeritate constituit, atq; inde mox prouectus, insigni parta victoria, hostes cecidit. Earum sublicarum exesi stipites adhuc apparent apud Oloniam turrem, quam nuper Rhæti diruerunt. Non longè ab Olonia Volturrenam urbem antiquitus fuisse cõstat, quæ Valli nomen dederit: visunturq; hodie vestigia diruta vrbis ad Burgum franconem, vnde fossa nauigabilis ad Delebium vsq; perducitur: sed ea per æstatem tabanis,

tabanis, & culicibus infamis stagnante ibi Lario, & inclementem reddente aerem. Existimant id fuisse opus Francilionis, qui Mauricii Cæsaris auspiciis, cum Longobardis ad Comum, & in Comacina insula, Volturrenaque vall'e bellum gessit. Ab Olonia turre ad Linionem excelsum montem, recta margine definens Larius paludes relinquit, qua Volturrena vallis frõtem aperiunt. Ea in dextram inter Aquilonem, & Orientem solem, vt diximus, ad Aduam montem. Burmianq; oppidum extenditur. A proximo autem Larii litore octo millibus passuum distat Morbonium, ab intemperie earum paludum nomen accipiẽs. Id magnitudine, & diuitiis vrbi persimile, nundinis, & frequenti mercatu celebratur. Medio fermè itinere montibus adiacet Delebium, vt diximus, Venetorum clade & templo, quod in ipsa victoria dux vouerat, insigne. Caterum de Volturrena alsis sit peculiare negocium: nos ad Larium conuertimus. Abdua tota valle demissus, nequaquam recta per campos in Larium discursus habet: sed ad læuam in saxa Corderiæ montis distortus inuehitur, denoratisque radicibus tandem ingentium cautium obice refractus in Larium pellitur, adeò irato & contumaci cursu, veluti indignatus, vt permisceri nolit, & inter vitreas & liquidissimas vndas spumosus, & turbidus deferatur. Ab eius ostio excurrit Larius ad Boream, alio veluti alueo per octo millia passuum inter altissimos montes vsque ad eum vicum qui è re nomen habet, Summolacum. Ibi dextrorsus excipitur Mera fluuius, qui Clauennam oppidum præterlabens, octo millium spacio per vallem cursum intendit. Hac per interiora Alpium iter habet ad Curiam Rhatiarum. Porrò à læua, redeuntibus Suricum non longè ab ostio Mera amnis, Metiola vicus, & Nouatum materiæ copia, & dissectoriis machinis notum. Coderiæ enim montis iuga, quib. Volturrena & Clauennatium valles dirimuntur, & larice, & proceris abietibus sunt referta. In asperrimis autem saxis caprearum, & ibicum greges visuntur, & eius generis syluestris caper, cui Stambuco nomen est: is colore & magnitudine, vel procerum asinum æquat, oblonga & falcata in humeros cornua demittens, quibus admirabili naturæ subsidio, morte se eripit, quum à venatoribus in extremam rupium eram compellitur. contractis siquidem pedibus insertaq; pectori cervice, in orbem se conuoluit, atque ita cornium absside protectus terga; nobili decreto præceps rota modo illæsus per deruptæ prænoluitur. Huius generis esse putauerim capreas, quas in Ietrice Sabinæ iugis Rotus appellari M. Varro prodidit. Caterum à Nouato Rhati dudum per latera cautium, vltra Abdua ostium præcisis, excauatisque cautibus viam duxerunt, vt inde pedibus Volturrenam intrent. A dextro verò latere, petentibus Suricum, Dacium ignobilem pagum videmus. Igitur descripturis aduersam è Surico regionem, interiacente Lario Lineonis montis cacumina spectantur. Is altissimus omnium perhibetur, à quo ferunt reliquorum montium seriem perpetua veluti catena vsque in Dalmatiam extendi. Sub Lincone sunt vberes campi, à capite lacus nomen sumentes, accipitrum aucupiis (nam coturnicibus abundant) ad oblectationem aptissimi. Caterum tria omnino promontoria ab his campis in Larium efferuntur, qua totidem piscosos sinus efficiunt. In his piscatores vimineas caueas per autumnum in profunda vada demittunt: & quum hyeme in his pisces stabulentur, ad prima veris signa omni piscium genere plenissimas funibus educunt. In primo castellum cum turre conspicitur, & introsus sinus in medio situm est Colecum vicus. Secundum verò promontorium ædificiis caret. At tertium cæteris amplius, ac amœnius humani pedis similitudinem representat, veluti per extremam tibiæ partem literibus adiuncti, ita vt talo Comum, planta aduncarum listus, digitis verò superiora duo promontoria respiciat, tanta literis enormitate, vt à digitis ad tibiæ iunctura oblongo, & augusto sinu lacus irrumpat, penè effecta insula in Euripum abiturus, si præcisa cervice paucorum passuum Isthmus aquaretur. In eius promontorii digitis cœnobium, quod Plonam vocant, ædificiis agrisque opulentum visitur, cum viridariis perpetuo muro præcinctis, & peculiari ad eas delicias extructa mole, qua portum efficeret. sed ea per contemptum Christiana religionis, auarissimè neglecta, direpta penitus obsolescunt. Ab hoc verò Plona promontorio regnatua panduntur, in qua peruenimus. Incipiunt enim ab Istmo statim Dorensium vineta Mussiano promontorio aduersa sicuti Plona cœnobio è regione Grabadona conspicitur. Inde stadiis fermè duodecim saxo adiacet Corenum cum arce, vnius Sigismundi è Medici iucundis ædibus clarum: nam ex perenni, & largissimo fonte, qui in hortis multo cum murmure muscosa è caute prosilit, hilariter potat, & è fenestris, hamis & arundine piscatur: ita vt eam villam non ineptis coniecturis esse arbitrer, è qua ille apud Plinium fœdissimi morbi vlcere consumptus, vitæ tædio in Larium se proiecit, sequente viri casum admirabili charitate vxore fortissima. A Coreno sensim lictora cuneantur, & in campos abeunt: in his situm est Delphinum, fertilis planitie oppidum, in proximo monte arcem vetustam ostendens. Inde varro de fluuius amnis, qui campos intersecat. Aperiunt sejò montes paulo supra arcem, atque inde est iter in Introciam vallem. Sequitur Bellanum ad parua pernobilis vrbis effigiem, omnibus eruditæ artis ornamentis, & naturæ dotibus admodum illustre, quod veluti in ditione tua Metropolis, portum habet è quadrato lapide classium capacem, insigneque prætorium iuri dicundo, atque item augusta facie templum, qua Actius Vicecomes, & Ioannes patruus Mediolanensis archiepiscopus, pari magnificentia, & religione condiderunt: Adiacet Bellano Culteuius ager, generoso vino percelebre: quem demissus è prealta valle, vbi arx est, pluuierna fluuius inundat. In tergo sunt nemorosi montes cum opulenta Saxina valle, è qua Turrianos Insubrum Principes, oriundos fuisse constat: qui postea à Vicecomitibus pulsi, imperio decederunt. Bellanenses hyeme plurimum algent: sed eorum frigora propinquitate syluarum facile luculentis

ignibus superantur. In eo oppido ceteris præcellunt, A quum salubri admodum cœlo æstates verna temperie lætissimas traducant, Hieronimus, & Dantes Stupanii fratres, à multo splendore vrbanæ vitæ elegantissimi senes: famamque oppido ingenii dotibus affert Nicolaus Boldonius, in gymnasio Ticinensi medicinam docens: quo comite, monstratoreq; tertrachia tua oram descripsimus. A Bellano Varenam petentibus, in medio fere cursu, promontorium Murca: ad id Cultonius ager finitur. Inde Saxis in circulum sese flectentibus imposita occurrit Varena: cuius oppidi vinetis nihil gene- B rosius, nihil hortis à citreorum, & medicorum pomorum amœnitate beatius. In aprico enim, & erecto litore odorata sylua perpetuo virent, ita aptè exceptis in orbem solibus, vt Varenatibus Bellanensium, alterna sorte, autumnus prolongus, & suo tempore suauis, contusa duritie hyemis, cum verna temperie coniungatur, In ea saxa coloniam Varenam ducere coacti sunt Insulani, Comensium proditione infames: qui & sacra secũ tulerunt, quum illi vni eius tractus, Ambrosianos ritus non sequantur. Ædificauêre noua in sede bi- C nas arces, alteram in humero dextro ad Larium, alteram in edito montis iugo, imminentem adificiis, & speculam toto à Lacu prabentem. Ibi enim maxima Larii latitudo, trifariam se in diuersa proscindentis, ad Pythagoræ literæ similitudinem, vti mox in descriptione Bilacii referemus. Negat se ortum ab Insulanis, quum genus suum altius deducat, Ioannes Maria Scotus, iurisconsultus inter Varenates facilè princeps. Porrò in Meridiem molli flexu, circumacta Varena saxa peramœnum sinum aperiunt: in quo sacrarum D virginum templum, & mox Lacteus amnis, qui statis temporibus oritur, & deficit. Effundunt medii montes ingentis occulto specu, per tubum magna fenestra persimilem, spumosum & propterea aspectu lacteum amnem adulto vere. Sistitur verò totus paulò ante brumam, adeò exhaustis, vt credi par est, interraneis cauernis, vt sine humoris vestigio, arduus ille in acclui alueus penitus inarescat. Cupiuêre nonnulli periculosa curiositate, cum funalibus per fauces intrare antrum, vt eius profluentis admirabilem ortum, atque E obitum deprehenderent: sed in tenebris ad multum spatium progressis reuerberatus in ora spiritus cum sibilo faces extinxit. Ferunt autem pastores, in illa nascentium alpium congerie, ingenti amphitheatro parem, inter montes depressam, & concauam planitiem reperiri, in quam vernis solibus liquata niues veluti subiecto cratere excipiantur, poroso quidem fundo, & sensim conceptas aquas in profundos specus instillante, explenteq; obiter occultas quasdam mensuras: vnde postea redundantibus labris expansus, & præcipiti mo- F mento temporis decidens effundatur. Lactes amnis aquæ natura est, vt euecti pisces in ea demersi durante rigore in triduum seruentur, viui autem, vel dudum capti, contracta lympha, celeriter expirent: Propterea ad lstus infra molas frumentarias, quas suo impetu decidens conuoluit, ædificata sunt morientium viuaria, vt inde pisces iumentis ad fora Insubrum exclusa tabe deferantur. A Lacteo sub perpetuis vinetis, Veternianum exile promontorium, & post id, paucorum stadiorum interuallo, aliud eiusdem nominis multo minus, nauigantibus occurrunt. Tum verò prominet Lierna: & peninsulam in Larium extendit, in qua vestigia muniti olim castelli, & priuatu item edificia videmus. Hic ager culturæ nequaquam ingratus, aspectu & fertilitate singularis videtur. In eo enim tractu, quum hinc Larius, atq; inde subducti montes certatim recedant, planitiem olea, & vitibus pulcherrimam relinquunt. Inde sequitur Oleium olei ferax, nec lapicidinis ignobile, è queis nigerrimus lapis exciditur, quo pilares columnas in templo maximo Comi maiores nostri adfabrè fecerunt, quum nondum Mussiana marmora reperissent. Ab Oleio vico statim abrupta illa cautes ad Larium intumescit, ita vt contegat ex propinquo Mandellum oppidum, positura, cœlo, campis vbertate nulli postferendam. Despectat subiectum portum eximii operis quadrangula turris. quam tu integere, ornareq;, instar prætoriæ domus cogitas: sed meo iudicio rectius, & luculentius feceris, si designatam in id opus pecuniam feliciore sumptu in alium locum facili instauratione transtuleris. A Mandello longè maximus eo tractu sinus oritur, ad Roboreum vsq; promontorium pertendens. Introrsus sunt diuus Georgii templum, mox Teolum, atq; inde Laurentiana ædes, Abbatiaq; vicus, & iuxta prominentiam cœnobium Seruiliani ordinis. Hinc vltima cuspis sex tantum stadiis ab aduerso litore distans, è qua Sforziani duces nuper insto successu, catenam in aduersum lstus protendere cogitarunt, vt hostilium classium excursiones impedirent. Reflectit se statim Roboreum, panditurque lacus in suam latitudinem. At in intimo cubiti flexu diui Martini templum eminet, & in alto procul à litore Dorbinum oppidulum cum torrente, qui in duas partes Roboreum discindit: inde asperæ glabraq; cautes viam militarem ad lstus coarctant, ita vt propugnaculo, & porta aditus præcludatur, qui dicitur Calodrius. Sequitur Cessimia regio, vino subaustera iucunditate admodum clara: desinit ea in præcisas Ludouici Sabellii cautes, miserabili interitu infames. Is Ca- E lendis Maij, quum in excelsis montibus, festa hilaritate, frondosæ ad ornamenta domorum arbores de more à Leucensium iuuentute succiderentur, fallente vestigio prolapsus in sinum excelsissima cautis decidit, suspensusq; exili ramusculo tamdiu hæsit, donec, nunciato à prætereuntibus casu, qui pendentem conspexerant, ad ferendam opem ab vniuerso oppido concurreretur: verùm infelix, quum nec demissos funes occupatis manibus deprehendere, nec ardentissimum solem diutius ferre posset, quinque horarum cruciatu superatus, inter suspicientium parentum, amicorumque lachrymas animum despondit, & corruit, frustra ante substrato solo, quum penè prius, quam illideretur, vi ipsa prosciss aeris exanimatus concidisset. Circumuectis eas rupes Leucum adimus, munitionis fama, & fori celebritate frequentatum: A Clarentio, & Calendono amnibus includitur. Cingitur muro, & propugnaculis, arceque turrita ad portum opportunè firmatur: nam in proximo sunt Venetæ imperii limites. Inde

Abdua

Abdua è Lario auctiores undas trahens se ipsum rapit, peruenitq; ad incomparabilis structura pontem: quem tribus inter se diuisis exemptili ponte castellis & turribus, totidemque custodum fides commendatum. Vicecomites animi magnitudine priscis Romanis comparandi, ab hinc ducentis annis edificarunt: Inde Abdua, pluribus anguillarum excipulis strangulatur, insulam efficit ad Poscarensem vicum, rursusq; arctis faucibus erumpit, & in lacum contento cursu diffunditur. A summo lacu, Mereque ostio per Varenam, & inde ad exitum, ad Abduam triginta B recto miliarium mensura colligitur. Contra Leucum montis Barri excelsa cacumina assurgunt. In dextro Barri humero, Michaelis templum constituit. Desiderius Longobardorum Rex vltimus, sicuti & alii superiores Christiana pietate memorabiles, diuæ Mariæ fanum in iugo, quod hodie pro specula visitur, & cœnobium Clinatense in proximo opulenta cum dote condiderunt. In ea montis parte, quæ vertitur ad occasum hybernum, Barra vetustissima vrbis vestigia spectantur, non longè à Galbiato pago de Barra interitu C Plinius memorat. At emisso iam Abdua, Larius molliter assurgentis Barri ipsius radices fluctibus alluit, & ad Malgratum vicum paulatim latiore pelago se insinuat, sed mox excurrente promontorio castigatur: in eo castellum eminet. Sequitur autem in cauo fluxu contra malgratum per Istmum nomine Parietes vicus, veteris oppidi speciem prebens. Inde radices in fertiles campos aquantur, pertinentque à Parietibus fauces peramœna ad Eupylum lacum, quis vti alio loco ostendimus, subito tremore, quassata tellure, cæco aliquo telluris hiatu rèpente haustos, in minores aliquot lacus abiit, altioribus scilicet vadis subsidente aqua, quum eminentiores descreret. Ex his maximus est Pusianus tuæ ditionis, ab eo Clinatensis & Annonius ferè coniunctus, demumq; Serius ipse, qui piscoso ostio Lambrum emittit, omnes Percarum prepinguium captura potabiles. Plebis Insini lacus, corrupto vocabulo, hodie dicuntur, quum ibi nobis ciuitas fuerit Licinoforum, quam Plinio notam videmus. Caterum Larius, vbi camporum margines lambendo præteriit, latera demum regalis montis fluctibus pulsat. Is est editissimus, contra Roboreum aduersi litoris promontorium, vbi tenuissimum traiectum esse, superius ostendimus. Inde recto, nemorosoque, & nusquam vite consito litore Onium sub rupe exesa, monosyllabo nomine vocatum, vnde aperitur vallis Asinaregio, Lambri fontibus, & familiis ex vetustissima Romanorum nobilitate insignis. In illa enim florent Curiones, Carbones, & Billieni, qui omnes imperio tuo latè parent, Id intercedente lacu, apricam Mandelliani agri frontem respicit. Sequitur Vassenna agro syluoso, & vineris Onio melior. In eius portu quadrata facie scopuli pedamentum ingentis turris ad nobilitatis indicium ostentant. Inde Alimonta Ambrosianorum cucullatorum secessus, Lerna opposita. Mosque piscalium cum sacratis virginibus, atque è modico sinu erumpens Bilacium promontorium: quo nihil spectatius, iucundius, salubriusque reperitur. In iugo Pliniana fuit villa, quam ille Tragediam, quod grandibus scopulis, veluti soccu-

lis sustineretur, appellare solebat, quum inde duos lacus, veluti duo maria despectaret. Condita demum fuit in eo cacumine arx nobilis è lapide quadrato, quam vti asylum maleficorum hominum, ante centũ & quadraginta annos Ioannes Galeacius Vicecomes, Philippi pater, salubri consilio diruit, decreto adiecto ne in posterum instaurari posset. Propterea Marchesinus Stampa, quum Ludouici Sfortiæ è summo gratia loco, fortunis uteretur, non in summo, sed media montis regione, ad meridiem versa fronte Regiam villam constituit: quam nefaria Cauernionum libidine incendio deformatam aliquot annis videmus. Infra ad occasum Bilacium oppidum undis alluitur, totius Larii præfectura, & nobilitate edificiorum, molisq; peramplæ ante inteſtina bella clarissimum. Eo promontorio Larius defluens ab Olonia turre, veluti ingenti rostro discinditur, exitque in longè maximam equoris planitiem, tribus in diuersa discursibus Pythagoræ litera figuram representantes. Triquetro siquidem internallo, & fermè equali, Bilacium, Varena, Minacium, sex millium passuum occupante pelago disiunguntur. Inde ad lenam in aduerso Piscalis litore, Lopia vicus cum templo æmulatione religionis sacratarum virginum domo insigni. Inde sancti Ioannis pagus, cucullatis diui Dominici vberrimas vindemias reddens. In cernice quoque Bilacii promontorii, quod penè præterieram, quum à litore distet, cœnobium Augustinianorum cucullatorum conspicitur, medicis arboribus & cultissimis vinetis refertum, ita vt sacratæ virgines Piscaliane, Lopianæque horum cœnobiorum seueritate atque præsidio pudicitiam commodissimè tueantur. Inde sexdecim fermè stadiis Grosgallia Saxa crebris repulsi à Lanacto Larii fluctibus verberantur: ea Saxa ingentes habent specus, in quos barbari pisces statura hominis magnitudinem æquantes, æstate se recipiunt, spectanturq; tantum, vitreo in fundo captantes vmbram, quum retia vehementi impetu effringant, grauique squamarum serie thoracati sagittas vitent. Sequitur Lecenum, in quinque tenues diuisum pagos, quos inter denſissima vineta directa litore conspicimus. Aquosa inde vina, sana vappa proxima, ægris expetuntur: quibus famam auctoritatemq; attulit Ludouici Sfortiæ gustus probantibus medicis, qui æstuosis visceribus, calisq; podagris aptissima iudicabant. Nos autem Grianteo, aut Varemano, cum musta feruent, ad mediocritatem Leceniana nobili temperamento permiscemus, quæ demum delicatas vires spirant, & nitido cæso colore salienti in poculis sitientibus arrident. Succedit Cananeola promontorium Arcenniano sinu quem diximus, ad interloquenda litora auido procursu insertum. In eo templum est cum vberrimo fonte, & quadratis lapidis parua mole. Aedituus laternam cum lumine, prebentibus oleum nautis, ad subsidia tempestatum, paucis ante annis protendebat, vt corriuarent qui à Lanacteo pharo turbidis noctibus descendebant. Hinc ille sinus maximè incurvus ad Turnium vsque promontorium per quadraginta stadia distenditur. In quo præcipuam Nessium oppidum, in algida cautes suspensum, ad æstiuas voluptates obtinet claritatem. Id præcipiti, frigidissimoq; amne diuisum, lapideo ponte

coniungitur: Ibi captare perennes auras, & conspectu Larii, frondosorumque montium placidè frui festiuque item ad marmoream mensam canitare pingui eo secessu gaudentibus licet. Non procul à Nessio recurui montes cubitum ostentant in quo fontem a fuga seria nuncupatum multo murmure, strepentis aquæ nautis frequentatum incumbentes supra castaneæ arbores connexis inter se ramis decenter à solibus defendunt: nec postea toto illo sinu ædifroia ad litus visuntur, præter exiguas ad stationes nauium domos, quæ superioribus pagis certis tramitibus respondent. In conspectu enim sunt Carenum. Quartianum, Pomponiana, & cæteris fortunatius sita Palantia, eximiarum ceparum fertilitate pernobilis, atque item Lemna, Molinaque supra hæc nequaquam ardui, & pabulosi montes in acutos apices attolluntur, per quos pastoribus sæpissimè agmina cernorum occurrunt. Hinc ad pauca stadia fons ille duorum Pliniorum præconio & admirabili fluxus & refluxus varietate memorabilis, quem descriptione attingere, non ineptum modò, sed nefas esse putauerim: ne æmulatione parum ingenua, aliquid rectè addere videamur: quando illi, diuino florentes ingenio, cuncta quæ hodie nihil immutato naturæ miraculo contemplamur, incomparabili styli iucunditate nobis expresserint. Succedunt inde sylvæ, vinetaque Turnensium, & supra ea in edito mons Platus, sacratarum virginum templo & præalta specula longè spectabilis, & mox ipsum lunato litore Turni promontorium: in quo oppidum per gradus ædificatum, noua instauratione restoresçit. Quum enim afflicti aduerso belli successu Gallicum nomen contumacius, vel vti videri volunt, constantius coluissent, incendio patriæ intempestiui studii sui pœnas dederunt, eandem quoque fortunam tulit Parlasca, paucis ante annis oppidum insigne incolarum nobilitate, & excelsis domorum structuris, quod modò singulari cum dolore luctuosæ cladis præteriimus. Inde sequitur Blenum, & ipsum vinetis suis, quoniam Orientem solem non videant, apud languentes stomacho, dignitatis & gratiæ famam inueniens, quum vina leuitate quadam innoxia à tenui innatoq; vigore refractis & dilutis præferantur. A Blenio peruenimus ad vberrimæ scaturiginis fontem, quem ab aquarum copia iure optimo Magnum appellant. Inde sequitur Mirabella domus pendenti imposita scopulo, & mox duobus inde stadiis Genium promontorium, in quo vastæ amplitudinis ædes cum templo, & viridariis, Decurionum decreto pestilentia morbosis reseruantur. Inde statim flectentibus sese ad læuam ripis: vrbs ipsa Comum vndique turrita conspicitur. Nos verò ad suburbana Coloniolæ vertendo proram, vineta, villas, hortos legimus, & sexto die completo vniuersæ adnauigationis cursu qui per oram centum & viginti millibus passuum conficitur, vnde solueramus intra portus fauces nauem intulimus. Tu verò, qui harum rerum præclarus es æstimator, qua fide scripserimus, facilè videbis. Nihil enim tributum est fabulis, ita vt hinc dissoluta, vagaque narrationis veniam impetrare non desperem: quando etiam abs te iussa efflagitataq; non meo quidem, sed alieno potius stylo tractauerim. Nec tamen dispudet tantisper ab historiæ seueritate discessisse, vt studium nostrum vel hac vna erga te liberali comitate testaremur: nam qui tanto ore raptam Helenam cecinisti, remissiore fortasse musa Larium decantabis, vel vno Bembi exemplo, qui Benacum Giberto Mœcenati nostro, iucundissimè descripsit. Tabulam quoque huic ioculatorio labori nostro coniunximus, ad locorum mensuras exactissimè delineatam: quæ fortasse erit ipsis Commentariis, lenocinante pictura iucundior. Sed hoc imperiti viderint. Tu certe intelliges, mutas, & inanes fore tabularum figuras, nisi literarum lumen accesserit.

* * *

FINIS.

Digitized by Google

BERNARDI SACCI PRÆFATIO DE DIVINÆ RELIGIONIS CONSTITVTIONE ET AMPLITVDINE.

NVLLA maior virtus, ac honorabilior optari ab homine potest, quàm mentis Religio, quæ diuini boni initium, & pars præcipua est, erigens nos ad paranda nostræ infirmitatis adminicula, quibus animæ immortalitas salutem, & claritatem habeat, nec in diuinæ vltionis periculum hic versando incidat. Quam quidem virtutem contemplatus, minimè me idoneum ad scribendum de ea pro ipsius dignitate putaui, quoniam Diuina virtus altiore quàm meo ingenio, atque eloquio celebranda esset. Verti itaque animum, viresque seniles ad leuiora onera meis humeris imponenda, scribereque instituí de loco, & gente, vbi primum apud nos Religionis cultus & splendor enituerit, suoque fulgore innumeros populos illustrarit, & in eandem Religionem fidemque pellexerit, clarum illum Principem imitatus, qui Dei Maximi numen perhorrescens, ipsius Dei Templum subire, ac reuereri dignum censuit, sic etiam canens.

Domine dilexi decorem domus tuæ,
Et locum habitationis gloriæ tuæ

Locus autem Diuinæ Religionis apud nos Roma in primis fuit, & gens ipsius vrbis incola, à qua in Occidente, & Septentrione diffusa passim Sacrosancta Religio est, nostris olim ignota maioribus. Quod mirabili rerum ordine factum apparet, vt quæ prior Ciuitas Imperii caput fuerat, priorq; viuendi leges ediderat, ac sua amplitudine communis patria effecta erat, prior etiam lucem Diuinitatis aspiceret, teneret, ac finitimis gentibus communicaret, & ipsius communicationis gratia communis pariter statio omnium Christianorum, quæ Ecclesia Græcè, Latinè cõgregatio est, fieret, vt tandem Orientalium Imperatorum excusso iugo facta est. Ad quod denique opus conuertẽs, vt dixi, animum, sentio me insueto oneri subiici, atque alligari, ne ab aliis scripta, & vulgata aliquorum exemplo rescribã, sed vt noua omissaq; depromam, & quæ vetustate quasi consenuerant, nouo cultu expolire incipiam, quod an perficere queam, dubitare magis libet, quàm promittere: Sumã autẽ Deo auspice initium ab italiæ descriptione, ac quinquipartitione referens situm, Regiones, & proprietates à natura insitas, Itẽ antiquos Populos tã Italiæ originarios, quã peregrinos, quorũ initia rescire Priscorũ sedulitas nequiuit; addẽsq; subindè, quib' modis ab illis antiquioribus, isti qui vigent, prodierint: quæ omnia in prioribus quinq; libris operis mei complectar. Ad quos quidem legendos si quis accesserit, vnum hoc sciat. Cum ego Cispadani, vel Transpadani agri, & populi mentionem fecero, referre prospectum oportere ad vrbem Romam Italiæ, & Christiani ouilis caput, vbi hæc scribebam Iulio Tertio sedente, & Paulo Carapheo subeunte, Marcello Ceruino vix viso Cerua velocius illius effugiente vita. Colligam deniq; in posterioribus quinque libris tempora, & res præclarè gestas in Italia, præcipuè circa Religionis nostræ constitutionem ab Apostolorum obitu vsque ad Caroli magni Francorum Regis aduentum, à quo Longobardorum Regnum Franciæ adiectum ea ætate fuit; Relatis ex ordine ciuitatum euersionibus, ac gentium multitudine, ac varietate ipsam Italiã tunc affligentes: quæ deinde gentes vnã cum altero vix exacto seculo esse desierunt, nostra semper repullulante fide, ac Religione: Quibus explicatis finis aderit, hoc ex meo labore commodo lectori oblato, quod intelliget, nullam prorsus Regnis, ac principatibus subesse stabilitatem Diuino aduersante numine; Diuinumque aduersari numen plerunq; illis Populis, à quibus iustitia, atq; Religio reiecta fuerit: Et ne mihi in iis colligendis nomen arrogarem, modestiam sequẽs Ticinensem historiam, id est Ticinensis hominis scriptionẽ librum nuncupaui. Patriæ potius quàm mihi laboris mei præmia impendens. Valeat quisquis hæc lectitauerit, in quibus si quid fortasse minus aptũ deprænderit, illo omisso folio gratiora excipiat, memineritq; nullum tam oportunum demitti è cœlo imbrem, qui alicui imparato gradienti caput non madefaciat, atque displicet: difficilimumq; esse in opere texendo, ac componendo vnicuiq; morem gerere ingeniorum concordia rarò emergente, discatq; ex ipsius naturæ operatione segeti sæpe immixta gramina inuito colono ex agro sponte prodire. Romæ, anno M. D. LVII.

IN HOC OPVSCVLO HÆC PRÆCIPVE REFERVNTVR.

Situs Italiæ, partes, & proprietates.
Antiquiores Populi ex Transpadanis.
Ligurum vetustas, & gentis præstantia.
Libertas & dominium Ciuitatum Italicarum.
Christianæ religionis primordia.
Italiæ depredationes, & subiectiones.
Regna Italica in externis constituta.
Longobardorum origo, aduentus, & Regnum.
Duelli introductio, & causa olim admissa.
Dominium Romanæ Ecclesiæ in Italia.
Bononiæ & Ferrariæ incrementa sub Ecclesia Rom.
Regnum Longobardorum in Carolum Magnum translatum.

Digitized by Google

BERNARDI SACCITI CINENSIS HISTORIÆ

LIBER PRIMVS.

De Italiæ ſitu, & diuerſitate.

CAPVT I.

OMNIS *Italia in quinque partes hodie à natura diuiſa conſpicitur, quarum altera plana eſt, interlabente Pado, partim montibus, partim Adriatico ſinu circunſepta, alia pars huic finitima Montana, ſiue Apenninica dici, ab Apennini montis vaſtitate, & ambagibus poteſt, qui ab Alpiũ lateribus in Liguſtico tractu incipiens, & per Ethruriæ, & Vmbriæ oram inſurgens, immenſiſq; flexibus Picenos à Septentrione, & Latinos à meridie peringens, bicipiti cornu porrigit ſeſe in Apuliam, altero quidem cornu ad Mare Adriaticum agro Sipontino, ſiue Manfredonico deſinente, & altero in Calabriam tendente, Tertia pars Ciſapenninica appellatur, relatione habita ad vrbem Romam, olim Europæ caput. In qua quidem parte, magna pars Ethruriæ, Latium, Campania, & regni Neapolitani regiones, citra Apenninum ſita continentur, Mediterraneo mari à meridie exteriora latera ambiente: & quibus demum in regionibus minimè omnia plana ſunt, ſed Montoſa plurima fructiferis paſſim collibus, ſpecioſiſq; vallibus conſpicua. Quarta pars orientalis eſt inter Apennini cornua, & mare poſita, Apuliæ, & ſuperioris Calabriæ circuitum colligens, & Adriaticum à ſeptentrione attingens. Quinta, & poſtrema pars inſularis eſt, vt Sicilia, & cætera inſula Italiæ vicina, quæ tametſi ſitu ab Italia diuiſæ ſunt, moribus tamen, inſtitutisq;, & lingua Italica perhibentur. Nunc quæ ſimilitudo, ac diſſimilitudo inter has partes vigeat, videamus.*

De Inſulis.

CAPVT. II.

INſulæ tanquam in meridiem, atq; intra pelagus porrectæ, æſtibus *etiam magis ſubeſſe quàm Italiæ continens videntur, argumentoq; eſt ignis in Sicilia: & in altera proxima Inſula continuò à terra exhalãs: Attamen quoniam ipſæ inſulæ ventorum flatibus circumquaquè patent, nonnihil interdum aura ab aliquo latere ſpirante, refrigerantur, qua ceſſante, caloribus æſtate vrgentur, præcipuè ii, qui æqualia & humilia loca colunt. Hyeme verò omnia Inſulana tepidiora ſunt, & plana ipſa longè calidiora, quàm in alto ſita: eòcirco probantur, quia à ventis minus perflantur.*

De Ciſapenninica Italiæ parte.

CAPVT III.

IN *Italiæ continenti, duo ſunt à natura conſtituta diſcrimina, quibus ſingulæ partes inter ſe differre probantur: Vnum eſt à cæli climate, alterum à terræ, marisq; ſitu. Cœli enim climate Ciſapenninica pars à Liguriæ montibus, vſq; ad Rhegium Calabriæ vrbem, tota ferè ſpectat in meridiem, & meridionali plaga directius, ac propius ſubiacet, quàm Apenninica, & plana Italia: quòd non ſolùm orbis deſcriptio à peritiſſimis viris facta, ſed ipſius Solis, vmbræq; dimenſio probat. Nam ſub meridiem æquinoctialẽ vmbilicus ſiue obeliſcus longitudinis nouem vnciarum, ad ſolis radios Romæ expoſitus, atq; directus, octo tantùm vncias terræ adumbrabit. In altitudine itaq; nouẽ vnciarum ſub æquinoctiũ, Sol in hac parte ſpacioſius terram occupat vna vncia, quàm in aliis duabus partibus, in quibus eadem menſura partem Solis, & vmbræ portionem refert, præcipuè Venetiis, vt Plinius affirmat, libro ſecundo naturalis hiſtoriæ, Cap.* LXXII. *& libro ſexto, Cap.* XXXIV, *de Roma, & Venetiis diuerſa enarrans. Si ergo æqualitas abbi deprehenſa, probat inæqualitatem menſuræ in hac parte eſſe, ac maiorem Solis, quàm vmbræ occupationem fore, nemini dubium eſt, inæqualitatem ipſam à maiori huius regionis propinquitate, quam ad meridiem habet, procedere. Et cùm ſit propinquior, neceſſariò etiam eſt caloribus ſubiectior. Quam quidem ſubiectionem multò amplius auget vicini maris Mediterranei apricitas, quæ patet aditus Auſtro meridionali uento, vulgò Marino appellato, à Solis itinere, vnde exit, irruendi in hãc regionẽ: Ille enim pelagus tranſiens, natura commutata, humiditatem à mari attrahit, planiſque locis Latii, & Thuſciæ, quocunq; illabitur, caliditatem à Sole conceptã cùm ſuſcepta à mari humiditate infert, vt author eſt Hippocrates, libro ſecundo, de dieta, his verbis ſcribens, Vbi verò pelagus tranſit &c. Qua ex re maritimi populi meridionalis oræ, plana loca incolẽtes, plerunq; morboſi fiũt: & morbo etiam non ſubeunte, liuidi tamen, & pallidi, aut fuſco colore aſpiciuntur, & ante tempus ſenio conficiuntur, vt in Liburno, Plombino, Orbetelloq; oppidis, & Ciuitate vetula, Portu, Oſtia, Portiano, Porciliano dicto, Antio, Neptuno; & ſimilibus. Altiora autem loca pari rectitudine, ac propinquitate in meridiem porrecta, minimè eo modo, ex huius venti inceſſu, morboſa fiunt, quia vt idem docet author, ſitu ipſo ficciora ſunt, quàm plana, & campeſtria, cùm ſint elenatiora, vt eſt Montana*

Digitized by Google

tana, maritimaq; Liguria, Caieta, Neapolis, & alia, quæ loci altitudine à mari eminent, pendentq; situ, nec imbres, caliginemq;, nec subiectam ab Austro humiditatem retinent: & ex qua demum eminentia, ac declinitate contingit, vt facilius à Sole, & aliis circumambientibus ventis perlustrari, & purificari possint, quàm humilia & depressa oppida. Quiescentibusq; etiam ventis, ac vigente æstu, sublimia loca puriorem aërem à natura sentiunt, noctisq; umbris magis refrigerantur, quàm loca æqualia: & propterea fructus arboreos elegantiores etiam, ac sapidiores emittunt. Vt ipsa Caieta probat: & è contrario Ostia vix paucos melones ex se præbet, quibus tamen longè præstantiores sunt Sarmonetæi. Item à mari remota loca & collibus, ab Austro tuta minus, ab eius incessu laduntur, etiam circumeunte flatu, vt probat pars Romæ post montem Tarpeium, siue collem Capitolium iacens, vbi Diui Marci templũ, inchoataq; ædes manent. In quas commigrare Romani Pontifices, Vaticano relicto, æstu appetente solent. (At earum amplitudinem in probato rei commodo nemo perficit.) Minimè verò idem euenit Transtiberinæ regioni, alisq; vrbis vicis, Austro expositis, vbi pauperiores habitant: pallent enim, quasi morbo vexata inquilinorum facies, filiiq; impuberes squalidi, & decolorati, in ipso ætatis flore cernuntur, Austri malitia apertè eam oram facessente: Hinc Plinius, libro secundo, de natura ventorum, scribit, eo flante accidere, vt animantes minus esuriant, cuius sententiæ ratio apertius patefacienda est. Flante Austro hyeme, & æquinoctialis tempore, aër humidi & calidi qualitatem sumit, ex qua in eo conflatur crassitudo: qua quidem aëris crassitudo per anhelitum attracta, replet plerumq; corpora humido, calidoq; superfluo (nisi magna siccitas alicui à natura insit, is enim minus ab ea lædetur) superfluitate igitur coporis inuecta cessat cibi appetentia, ipso videlicet stomacho repletione humoris aërei præter naturæ rationem laborãte. nam puritas aëris nobis apta est à natura, cuius contrarium est impuritas vel crassities. Doctissimq; nostro Plinio Græci scripsere, spirante Austro impurum aërẽ effici, quo per ora, vt nares attracto, fit læsio in cerebro, eius constitutione ad intemperiem versa. Quòd non solum hominibus, sed etiam pecudibus, caprisq; contingere, inquit quidam peritus vir, qui de morbo sacro librũ composuit, Hippocrati ascriptum, cuius negatur esse (alio enim modo scripsit de eo morbo Hippocrates in postrema parte libri de flatibus) æstate verò Auster rarò die noctuq; spirat, sed à meridie tantum, vsq; ad noctem, ideoq; nubes non mouet, sed molestum, grauemq; calorem infert: Ab eadem etiam aëris crassitudine, vel impuritate, ore vel naribus excepta, & in pulmonem demissa fit tumor in ventre, morbiq; creantur, quos referre longum esset, & ab historia alienum. Nunc alterum discrimen explicare aggrediar.

De Apennino monte, & eius obiectu.

Caput IV.

Alterum discrimen positum à natura in Italia, est Apennini iugum in Cœlum tendens, verticeq; nubes scindens, & brachiorum anfractibus plures regiones includens, excludensq;, atq; dispartiens, & incurua latera tum ad Aquilonem, tum ad Meridiem, tum ad Orientem diuersimodo locata habens, atq; ex sese hinc & illinc riuos torrentesq; ac vasta flumina fundens gignensq; sua altitudine pluribus in locis perpetuas vmbras, à quibus frigora manant, & quibus demum exceptæ niues herent rupibus, & diuturnæ fiunt, & in aquas, glaciemq; versa, caniculares dies expectant, & sese efferri ad Principum conuiuia in spectaculum sinunt. Quo quidem discrimine sit, vt (Isapenninica, de qua scribebam, pars, minus aquilonaribus ventis pateat, minusq;, ab eis æstate pertingatur, quam si ipsius montis cacumina non intercederent, omniaq; plana essent: Raro enim ii venti, quando vrgente æstu lenis aura spirant, in hanc partem permeant, ipso videlicet Apennino aura lenitatem excipiente. Cum itaque meridionalis pars Italiæ Aquilone æquè non subiaceat, sicut subiacet meridei, multiplici causa calore torretur. Cæli, vt dixi, climate ad æstum inclinante, marisq; vicinitate à meridie Austrinos turbines admittente: Item Apennino Aquilonares auras sæpissimè intercipiente: postremò ipso simliter Apennino, alisq; coniunctis montibus Solis æstum, & meridionalis venti flatum, in subiectam planitiem Latii, & Etruriæ retrudentibus, ac comprimentibus. Qua quidem ex re maiores in ea feruores æstate excitantur, quàm si apertis, & æqualibus campis sine vllo montium obiectu venti vtrinque commearent. Repercussio enim caloris tam à Solis radiis quàm ab Austri tepore emissi, montium obiectu facta, auget calidi tatem aëris in regione, intra quam æstus compellitur. Hinc gigni Sulphur, & Alumina intra montium viscera propè mare mediterraneum clarum est. Ignes quoque è terra emissos nostra ætate propè Neapolim omnibus constat, natura scilicet conceptum feruorem intra terræ concauæ diutius continere nequeunte, & igneos aliquando flatus euomente, quod in alis montium lateribus, ad Adriaticum, & Septentrionem versis in continenti Italiæ æquè non contigit. Fontes quoque non alia causa, quàm insiti caloris ratione sulphureum odorem, & acetosum propè Romam ebullunt, & pluribus in locis calore feruent. Quid memorem naturæ miracula ad Ostiæ stagnum edita, anno à partu Virgineo, Millesimo, Quingentesimo, Quinquagesimo primo, quo quidem anno flante mense Augusto fere continuis diebus Austro à meridie vsque ad noctem, nimio æstu stagnum in circuitu maxima ex parte exaruit, limusq; ab aquis paulatim secedentibus destitutus, per viginti dies salem edidit, rore videlicet salso sub matutinam lucem in candidum salem verso, cuius vel magnam quantitatem Porcilianenses, me spectante, legerunt seruaruntq;. Solius enim caloris vehementia, marisq; vicinitas hoc efficit.

De Orientali Italiæ parte, in qua præstantes Equi gignuntur.

Caput V.

Orientalis pars Italiæ regno Neapolitano ascripta, vbi Apulia, & superioris Calabriæ opes late patent, maiore æstu, ac siccitate vrgetur, quam Campania, & Latium, quia Orienti propinquior est præcipue Apulia, quæ magis sinuoso litore Orientem Solem æstiuum, & Hibernum

Hibernum excipit, quàm Calabria, & Aquiloni quoq; ab Adriatico patet, quod eius siccitatem interdum auget. Vtraq; verò mare ab Oriente, & montium rupes ab Occidente habet, qua ex re Orientis Solis radii in montium altitudinem inflexi, similem caloris repercussionem edũt, sicut in Meridionali diximus. Quid, quòd etiam in Apulia montium cornua, brachiaue in Orientem extenta longè maiorem caloris reuectionem in eius planitie excitant, quàm in Latio, Sole videlicet in meridiem ascendente, ac matutino, æstiuoq; calore cum Meridionali æstu per montium reuerberationem coniuncto, & continuato: à qua continuatione, æstuosa, sitibundaq; fit Apulia, vniuersa planitie ante finem mensis Maij penè exusta. Additurq; aliud siccitati malum, innumerabilium muscarum infestatio, quod suis carminibus noster testatus est Virgilius, Georgicorum tertio.

Est lucos hilari circa, ilicibusq; virentem
Plurimus alburnum volitans, cui nomen Asillo.

A qua re manasse populare prouerbiũ cõstat. Quisquis inferni pœnas subire tentat, æstatem in Apulia, Hybernũ circa Aquilã agat. *Flanteq; æstate in ipsa regione Austro vina in vasibus mutata bonitate residẽt, passimq; flaccescũt. In tanta tamẽ rerũ molestia, pabuli præstãtia celeberrima est, viniq; & olei, ac tritici, & amigdalarũ, & aliorũ fructuũ copia, tũ à solis fœcundstate, tùm à situ Orientalis ora maxima prouenit; qui quidẽ ora respectus in Orientem, maximè probatur ab Hippocrate in libro, de aëre, & aquis. Huiusq; regionis pabulum, hac ipsa ratione, equino armento est aptissimum, tàm ad pullorum proceritatem, quàm ad robur constituendum, ideoq; eius prouincia equi, optimi bellatores sunt, auoq; diuturniores aliis Europæ equis. Nam septimo ineunte anno finem corporei incrementi recipiunt, vt Plinius etiã libro octauo, de natura equorum innuit, & quartodecimo anno labori probè sufficiunt, ac diligenter curati, vigesimum annum excedunt, præcipuè ii, qui albi, ac maculosi sunt, vulgò à muscarum similitudine, Muscati appellati. Albos enim, vel albicantes, nigrosq; vnicolores pleriq; improbant nisi pede, fronteue, aut iuba, lineaq; à dorso ad caudam tendente, aut alio modo diuersam à reliquo corpore notam habeant. Magnoq; in precio rubri insigniti præter alios censentur, quos Virgilius Spadices, equorumq; magistri Baios vocant. Sed cùm de equis quæritur, probatio in domito signis est præferenda: In indomito autem alia sunt potiora spectanda, quàm signa, quorum coniectura sæpè fallax, probatur. qua quidem potiora sex videntur, corporis aptitudo, siue proportio, sanitas partium, edendi promptitudo, & emittendi opportunitas, cuius contrarium est facilitas, hebetes corporis vires indicans, & agilitas gradiendi, quæ corporis aptitudini antefertur, & mansuetudo in pertractando, nam nimia & insueta feritas, domino, aut seruo infesta erit. Pascuntur autem equi in Apulia æstate in vallibus opacis, & montium lateribus in Septentrionem versis, & ad algida Apennini iuga traducuntur: Hyeme verò in planiciem descendunt, & per campestria, siue per apricos colles, sine stabulis, & tecto, die, noctuq; vagantur, separatis inter se gregibus, quibus pulli a matribus, femellisq; longè ablegantur, ne sexus agnitione percepta temerè, in amores ruant, & libidine eneruati, frustra deinde inter armenta torpeant. qua omnia, vt seruari oporteat; primus inter Latinos Varro, in libris de re rustica, doctissimè scripsit. Ingruente autẽ per hyemem procella sub Ilicibus sese recipiunt, quarum copia, & proceritate Orientalis, ac Meridionalis plaga referta est. Est autem ilex glandifera arbor, durior quercu, & ramis extensior patula cacumina formans, foliis semper virentibus, ac duriusculis, ita vt eorum densitate ac firmitate pluuia ab arboris caudice procul arceatur, ac guttatim per foliorum ordines in circuitus margine decidat: insuetoque nonnunquàm frigore, aut pruina exustis herbis, pastores ab ilice pro pecoribus alimenta petunt, aut glandibus excussis, aut detractis frondibus, gregique subministratis, tantisperque hoc alimenti genere turmas nutriunt, & donec adueniente vere aer tepescat, herbasque reponat. Tegmen itaque hac arbor & cibum glande, & frondibus, cogente procella, aut gelu animantibus præbet, vnà cum aliis pluribus arboribus, atque fruticibus, qua hyeme virent foliis, nec bruma gelu comas amittunt, vt suber, mirtus, lentiscus, Marci Tulii versibus decorata, oleaster, & vnedon, cerasus marina vulgò habita, atque in dubio à scriptoribus relicta, sit ne mas an fœmina. Et qua quidem arbores fruticesque à nostris regionibus sunt aliena. Quid de Calabria scribam, cuius pars sicut prior omnium Græcum genus nomenque recepit, ita etiam postrema retinet, Græcis adhuc ritibus institutis, literisque vtens, Diuina celebrando sub Diui Basilii religione, & cultu, nomenque Calabriæ solam Græcitatem representat. Hac prouincia aere puriore fruitur, quàm Apulia, pabuloque ac omnium fructuum genere feracissima est, suasque laudes in pecoribus, equitioque armento non inferiores habet, quàm Apulia, nisi quòd statura magnitudine Apuli Calabris supereminent, sed itineri faciendo Calabri aptissimi sunt. Estque ipsa prouincia minus æstuosa quàm Apulia, minusq; etiam, & muscarum frequentia, ac volitatione infamis. Quamuis enim Orienti directo pateat, minus tamen flexuosum litus maris ad Orientem habet quàm Apulia: & Sole insuper meridiano ad occasum declinante Calabria æstu æquè non premitur, ipso videlicet Sole post meridiem montium vertices transcendente, & magnam ipsius regionis partem superiorem nuncupatam pomeridiano occiduoque descensu leuius aduirente, à quo Solis occasu percoqui homines ac infirmari, notat idem Hippocrates in eodem libro de aëre & aquis. Hinc puto euenire, vt in Calabria superioris vallibus, ex innocuo calore roris perfectio fiat, mannaque gignatur, quod omnibus præfertur. Ros aeris siccitatem calidstatemq; puram concipiens, facilè à natura condensatur, mannaque efficitur, ac collectum seruatur: purique aeris indicium in Calabriæ parte Apulis finitima Croto exhibet, aeris puritate a scriptoribus commendata, tametsi Vrbs ipsa mare vicinum ab Oriente habet. Ventus enim Orientalis, siue subsolanus (vt natura ratio pateat) nubifer quidem est, sicut Auster, attamen calidstate differt ab Austro, quia Subsolanus exit ab oris, vbi Sole perpetua statio esse nequit ipso quidem Sole ex naturæ ordine accedente, receden-*

recedenteque ab Oriente alimenta æstiua, & hyberna, & A
per eram meridianam continuum transitum faciente, & ideo pluuiam cum frigore effundere Orientalis ventus solet, Auster verò contrà, in his de quibus scribo regionibus.

Communia vtriusque Regionis, & Romæ propria.

CAPVT VI.

PLVRA esse, tàm Meridionali, quàm Orientali B
illa parti communia, pluraq; etiam alteri tantùm, & non vtrique propria clarum est: quæ tamen propria cum communibus simul colligam. Aeris imprimis tepor sæpius quàm frigus in hyeme per diem, calor in vere, & Autumno, humorque nocturnus in his regionibus ad planitiem tendentibus durat, rarog; frigoris vis potest esse diuturna: quod vno carmine noster complexus est Virgilius.

Hìc ver assiduum, & alienis mensibus æstas.

Imbres hic pro nimbis sunt, lenes tardaque pruina vix C
in fine mensis Nouembris terram operiunt, conspectaq; desiuunt. Nix si contingat, pro insueta habetur, nec omnino diu in planis moratur, stupent animantia, ea visa, agnoscuntque per pabuli experimentum, sibi ipsis in victu impedimentum à natura fieri, ideo sese inuicem mirantur, mœrentque similiter, ac vagantur incerta, inquiruntque longo itinere, num ipsa terra facies eodem operimento alibi etiam lateat. Sole deinde perlucente, aut flante Austro, nix simul ac pecorum mœror vno tempore, vnog; die plerung; soluitur, repetuntque sua pascua omnes, bonasq;: Sed caprarum alia est D
ratio, nihil ipsa nisiis aduentum pertimescunt, inuadunt scilicet frutices, & super incurua arborum brachia salsiunt atque contendunt, frondesq;, & lenta germina mandunt, famemq; depellunt, cæteris pecoribus tum frustra albicantem terram pedibus, oreque tentantibus. Grando etiam, & tonitrua fulguraq; frequentissimè hìc hyeme è cœlo emissa audiuntur, quæ in aliis Italiæ partibus aliorum temporum, non ipsius hyemis propria sunt. Denique ab autumno, vsque ad æstatis ingressum, omnia in his partibus lata tibi, atque suauia arri- E
dent, nisi cùm flante Aquilone vis frigoris insequitur, aut atra caligo tenebras effundit, lucemque adimit: frondosæ hìc arbores virent, in quibus olentes gratiq; flores, deinde sub frigus rubentia poma è ramis pendent, quæ te non legente sponte decidunt, puerisq; proiaculis sunt: auicularum turma à montibus in hanc planiciem euolantes, cantu, & volatu mirteta petunt, luduntque sub frondibus, ac colludendo, & cantando in laqueos incidunt, prædeq;, ac voluptati dominis sunt. Confluuntq; vndiq; Romam Italici populi, suaq; ar- F
menta greges, & opes tardo gressu simul trahunt, locantq; per agros. Galli quoque, Germani, Hispani, Lusitani, Britanni, Anglicine, & Belgæ, siue Flandri, Poloni, & alii externi viri Romam adeunt, & in vnum populum coeunt, sedesq; implent. Iudæa quoque suam regionem ac Synagogam habet, angusta tum apparet Vrbis amplitudo, ex populorum frequentia, strepunt passim artifices suaq; negocia exercent. Dissona vbiq; voces, linguæq; exaudiuntur: Græcum ille vinum, ab Hischia, aut Soma euectum hilariter bibens, Germanicè subinde alta voce canit: alter iampridem pransus Gallicum carmen edit, pulsant alii nernos, leuiq; manus ac cantus cœtum conuocant, ac plebeis hominibus pro certis incerta affirmant, stipeque exacta vendunt inania verba: Omnis hìc natio, & omne hominum genus sua collegia, sua loca & conciliabula, suosque Rectores habet, & vna demum Roma plures tibi vno aspectu gentes q; mores q; representat, omnesq; in ea, tanquam in patria suis legibus & ritibus viuunt, ludunt, effundunt, inopes fiunt, distantur, & appetunt, insaniunt in tempore nonnulli, temporeq; resipiscunt: panduntur tum curiæ, & iudicia, cancelli, & tribunalia aperiuntur, vigiles scriptores ad subsellia redeunt, scriptitantq; Regesta. Diuina, & humana statis queq; diebus celebrantur, Romano pontifice pro Throno sedente, ac Purpuratis fratribus vnà circumsedentibus, & Regum, ac rerum publicarum Principumq; legatis ex ordine dignitateq; consistentibus: vnde consistorii nomen manasse dicitur. Venus quoque sub hac tempora suas vices, suaq; spectacula habet, & sine amore esse Roma nullo modo potest. Curiales itaque se se ostentant, fœmina corporis venustate ac ornatu compta, quæ visa ignotos simul ac notos alliciunt, nugisq; & illecebris raptos detinent, & longa sæpe expectatione frustrantur, aut bonis expilatos pilis quoque denudant, pluresque interdum ex stultis insanos faciunt. Et vice versa, illa quæ inter alias se se prouidam, & cautam censes, ac profitetur, prima omnium nonnunquam effluit, & implicatur: & dum eludere adolescentes cogitat ipsa prior eluditur ac deridetur. His igitur, aliisque varietatibus referta Roma, gratam plerisque stationem tàm insipientibus, quàm sapientibus hoc anni tempore exhibet, siue quis Vrbem colere, ac in foro curiaque versari, otiumque vel negocium sequi, siue in agro aut pascuis, vineisq; opus facere maluerit. At vbi æstas aduenerit messisq; tritices ab agro abducta fuerit, & terra facies operimento denudata, Solis radios perceperit, tum mutari pleraque, ac in contrarium verti videas. Omnia iam nimio calore æstuant, aër quasi igneus feruet, aquarum riuuli languent, calentque & insuaues fiunt, terra scissuris confracta viscera pandit, hiatque calore, ac siti: nulla tum in agro iocunditas, nulla voluptatis species relicta est, ipsaq; operariorum frequentia dilabitur, ardor vehementius inualescit, & Vrbis vicos tectaque incendit pulsuisque insequitur ab aura, aut ab Austro in Orbem sublatus, longoq; turbine euersus. Iamdudum tum sunt ab agris abacta pecora, & in Apennini valles transmissa: Nursini, Asculani, Peligni, Aquilani, Reatini, Sabini, Vmbri, aliiq; montana, & transmontana colentes in sua se seruia oppidaq; recepere, Romam, Neapolimue nulla iussione, nullaque ratione inuisuri, nisi subeunte Autumno, Croceq; prius è suis agellis collecto: Volsci tantum (durum hominum genus) in agris remanent, explicatisque equarum caternis tritura seminudi, ac semiusti à Sole incumbunt. Iustitium in Vrbe publica lege litibus indicitur, silent tantisper causidici, manusque ociosi continent: Gymnasia clauduntur, nemo ferè in Campofloreo, aut in Pontis quinquinio sub meridiem

apparet

apparet, subtrahunt se se omnes à Meridiano æstu, simulq; etiam à labore declinant: & opaca loca quaritant, cætusq; in eis ac sermocinationes celebrant, ocium tum passim quiesq; probatur, à qua quidem quiete Physici notant, corporis frigiditatis lenimentum, æstate innoxium induci, ac naturam iuuari. Infesta tum exurgunt muscæ, apertaq; inuadunt atria, ac dominorum facies importuna petunt, & flabro etiam abacta redeunt, ac inuisa, pulsaq; per angulos circumuolant. Cicada quoque, ex arbore lugubre carmen rauco stridore sonans, molestiam nobis auget, & dum illa per noctem stridula voce silet, aliud sese nobis tedium longè maius exhibet. prodeunt in tenebris, insensa Cicindulæ, vulgò Cicinsula dicta, quas ego vel sucindulas, à sugendo, vel à vocis zincino stridore cincinulas scribendas putarem, Hæ enim insecta vix cubili illato lumine simul adsunt, ac summisso sibilo improbo osculo nobis dormientibus insident, inflictoque fronti vulnere, humano cruore satura sub lucem abeunt, latentque rursus nocte reuersura. Gloriare nunc rerum tuarum magnitudine Roma, quando tantillum animal noctes tibi tuisque Patritiis infestas facit, bellumque sine telo ciet. Monet nos natura author Deus per infirmiora ipsius naturæ discrimina, infirmitatis humanæ in ipsa honorum serie ac maiestate meminisse oportere. Maior insuper molestia huic tedio adiicitur, aërisq; grauedinem auget, stipularum, & pasculorum ambustio, quæ in agro Romano Augusto ineunte fit, vt æstiua herba à Sole arefacta incendio absumantur, locumque renascendis sub Autumnum herbulis vberiorem præbeant, pascuaq; pinguiora, ac lætiora fiant. Aether tum simul ac terra flagrat, ignis pernicitate longè lateq; vagante ac ventorum impulsu à meridie inualescente. Nimbus tum etiam fumi in altum tollitur, ac spargitur, Vrbis sæpe tecta obumbrans, fœdoq; spectaculo, ac fœtore vicos fumigans. Quisquis ergo saluti studet, ac sibi suisq; prospicere pro opibus potest, Roma excedere ante has molestias debet: quemadmodum plerique nobiliores, Neapoli degentes faciunt, qui vrbe relicta ad suburbanos colles, & opaca rura, aquis fluuitantia æstate diuertunt. Corpori enim virtus, quæ temperie constat, satis superq; lassatur æstu ac premitur. Alio itaq; postea ei superadiecto incomodo in aperto discrimine ponitur.

A B C D E

De Agri Tusculani differentia à Romano.

CAPVT VII.

INTER natura propria, hoc etiam præcipuum est, plurimum differre locum à loco ex situs diuersitate. quod non solum in regionum amplitudine, sed etiam in locorum angustia intra stadii spacium verum esse docuit Hippocrates in libro de aëre, & aquis. Ego itaq; natura propria inquirens, inesse Latio aëris diuersitatem perspicio, atque vt Tiburtinum agrum, & alios omittam Romanis campis finitimos, aëreque longè præstantiores, ab vno Tusculano tantùm naturæ experimenta petam, vbi Frascata olim vicus, nunc Oppidum, & elegans Cripta ferrata iacent, in quo Monasterio Græco sermone, & ritu Diuina celebrantur. Distant ab Vrbe hæc loca decem millia passuum, & à planitie Romani agri duo millia. Inter planitiem, & Criptam ferratam, Frascatumq; extat Burgetum Oppidum, hac ætate desertum, vna tantùm Taberna, eaq; infœlicissima superstite: quod quidem Oppidum mille passus à Cripta ferrata distat. Situs autem vtriusq; ita se habet. Cripta ferrata in eminenti planitie posita Orientem spectat: Burgetum situm est in cliuo, ad Occidentem verso, propè planitiem agri Romani. Inter Burgetum, & Criptam ferratam antiqua sylua per stadii latitudinem cliuum occupat. Ab ipsa sylua Burgetum versus, id est ab Occasu aër, & aqua est insuauis: cuius rei causa Oppidum destituere omnes inquilini assiduo morbo percusi, iam diu coacti fuerunt. E contrario autem à sylua ipsa Criptam ferratam versus, hoc est, ab Oriente, & à montis regione, aër ibi amœnus, innocuusq; die, ac nocte patet. Aqua etiam à fonte in medio pratorum saluberrima manat. Rationem huius diuersitatis in eodem cliuo admiratus Paulus Tertius Pont. Max. in rem præsentem profectus nullo modo reperit: quam ego quoque inquiro. Burgetum Sulphureum fœtorem hausit ab infami, & pernitiosa fouea exhalantem, quæ Sulphurata dicitur, & in planitie agri Romani sita, parum ab ea distat. Quisquidem fœtor spirante occidentali vento directo flatu in Burgeti eram infertur: sed minimè ipse fœtor Sylua locum, cliuumq; transcendit, quod experimento vnicuique patet. nam si ab hac Sylua egressus in prata Criptæ ferratæ, monasterio propinqua gradum feceris, orientalis plerunq; aura a monte perflans obuia tibi erit, ac recreabit euntem. Quæ quidem aura, tum quòd Orientalis est, tum etiam quòd ab innocuo monte prodit, vbi Roccapapia insidet, sana est. Si quà igitur fœtoris pars, malitiaq; in Syluam à Sulphurata irreperet, aut siqua æstiui caloris molestia à Romana planitie sursum euaderet, illa [illegible] Orientalis aura ab alto validiusculè prodiens, omnem aëris impuritatem facillimè deorsum pelleret, ac in Burgeti situm longè inferiorem iuuante descensu omnino deterruderet, malumq; malo in ipsius infœlicis Oppidi perditionem adderet, Cripta ferrata ab aëris impuritate semper illæsa. Hæc mihi diuersitatis ratio esse videtur. Magnaq; omnino, vt alia simul pateant varietas est agri Tusculani à Romano in aëre, in ventis, pluuia, niue, tempore, & fructibus. Aëre primùm differt. Quòd si eunte Martio in agro Romano egeris, calor aderit, si in Cripta ferrata fueris, algebis, vestemq; vesti addere necesse erit. Venti etiam vim, à montana Regione in Criptam ferratam descendere, sereno die sæpe senties, quæ nullo modo agrum Romanum attingit: & è conuerso ab occidentali flatu planitiem Romani agri ambiri sæpe animaduersum est, Tusculano agro ab eo intacto. Adeo etiam ventis præstituti a natura limites sunt, sicut Soli, Luna, marique, quos præterire nequeunt: & quemadmodum equi certo spacio, cursu peracto, viribus lassi sponte subsistunt, sta flatus aëris sua spacia emensi, suxia natura metas, finitis viribus hebescunt. Imbribus quoque madefieri Tusculanos colles videmus, Romano agro in puluere permanente, & è contrario. Niues quoque in Tusculano superciliosedem firmant vrgente frigore; in agro vero Romano non ita. Ab agro Tusculano sub antelucanam horam Romam spectanti caliginosa propemodum

Vrbis

Digitized by Google

Vrbis planitiei, vbi edificiorum frequentia est sæpe apparet, ipso Tusculano tunc caliginis experte. Idem etiam tibi interdum videbitur, si ab Vrbis collibus locisque editioribus in subiectam Romam ad Tiberis fluenta sitam oculos intenderis, quòd à tectorũ altitudine, & viarum angustia, planitieque euenire puto, luto scilicet, aut humore diu inferioribus partibus immorante, & Sole eas partes hyeme, & æquinoctiali tempore rarò, ac parum perlustrante, ex qua luti vel humoris mora nubecula caligini similis in noctis, dieique crepusculo frequenter exurgunt, Vrbisque tecta operiunt. Discere ergo vnusquisque ex his potest, non à solo Cœli climate, vt quidam opinantur, sed ab aliis quoque partibus aëris salubritatem constitui: Temporibus pariter sationis, ac messis, vindemiaque vterque ager differt. Prior est messis, ac vindemia facienda circa Romam, quàm in Tusculano, & è contrario in iaciendis Autumno seminibus, prior Tusculanus serendus est, quàm Romanus, ne frigore vrgente in Tusculano semina agrè è terra gelu constipata enascantur. at in Romano agro etiam Nouembrio mense proiecta semina inter Romam, & mare adolescunt: quia aëris calore eo etiam mense, in maritimis oris herba fouentur. Vitium etiam putatio, & effossio tardior in Tusculano agro est, quàm in Romanis collibus (colles enim, vbi antiqua Roma erat, in vineas plerique versi sunt) pullulat enim promptius vnaquæque arbor Roma, quam in Tusculano, ideo tempestiuius etiam curanda est. In fructibus similiter magna est vtriusq; regionis varietas. Linum Cripta ferrata speciosum, ac lene emittit, Roma verò minimè. Cardnos olitorios Roma quàm maximos fert, quibus Cripta ferrata caret. Ficus habet Roma in maxima copia, & præstantia, Tusculana & Cripta ferrata prædia contra. at Tusculana vites longè sapidiores vuas faciunt, quàm Romane, vno, aut altero colle excepto: Vinaq; similiter Tusculana Romanis sunt in vniuersò præstantiora, ac durabiliora. Meritoq; omnino commendanda Tusculana vinea sunt, ob situs, & culturæ elegantiam, qua inter primas, ac præcipuas Latii vineas celebrantur, è quibus quidem vineis Cripta ferrata palmam obtinet, vbi vinea illa speciosa enitet, regio cultu consita, omnique Vitium, & Pomorum genere refertissima, quàm admirari potius quàm çommendare pro eius elegantia ac amplitudine possumus. Poma quoque & pyra autumnalia colore, sapore, ac magnitudine insignia Tusculana prædia copiosius emittunt, quàm Romana: quæ omnia indicant aëris temperiem maiorem eo loco æstate inesse, quàm Roma. Sed ne diutius Roma, agerq; Tusculanus me ipsum in suis contemplandis detineat, ad Apennini iuga, verticesq; gradum facio.

De Apennnica Italiæ parte.

CAP. VIII.

MAIOR montium occupatio, quàm agrorum latitudo in hac parte discernitur, atque ab Apulia, & Calabria oris incipiendo, colligendoque Picenorum, Apprutinorum, Sabinorum, & aliorum Populorum iuga vsque ad Ligurum fines, Italia postremos, plures montium circuitus, ac præcipuia, quàm agrorum iugera extant. qui quidem montes in rupes & colles diuiduntur, altiores enim, ac scopulosos montes rupes appellamus; humiliores verò culturæ aptos, colles dicimus. Rupes itaque umbris, ac frigoribus aptiores sunt, quàm frugibus: Oriens enim Sol, Occidensq; dum alterum montis latus circuit, & calefacit, alterum latus adumbratur, atque ab vmbra gratum, frigus herbis fruticibusq; ac arboribus æstate percipit. Itaque aut mane, aut vespere rupes semper aliqua vmbrarum diuturnitate potiuntur. In meridie etiam Sole sub æstiuum solstitium ascendente minimè omnia montana, scopulosaque, perlustrantur, montium videlicet anfractibus, ac volutionibus meridianum Solis prospectum in pluribus locis declinantibus, ac ab eo per situs diuersitatem tergiuersantibus. Hinc fit vt Sole ex omni parte montium latera ambire vna & eadem hora nequeunte, ac pluribus etiam in regionibus radios nusquam in Septemtrionales prospectus immittente, Niues glaciesque in eis ab æstu incorrupta inueniantur, locaque ipsa sub caniculares feruores pabulosa, aut frondosa reperiantur. Qua opacitate ab antiquo agnita, pastores Apennini incolæ, præcipuè Thusci, & Vmbri, atque Apprutini annum, & regiones in tempora pastionibus apta diuiserunt. Septem quidem mensibus, quibus in ipsis montibus frigora durant, idest ab initio Septembris, vsque: ad Aprilis ingressum à patriis regionibus abscendendo, & pecora sua in Orientali, & Meridionali planitie continendo pascendoque: Item quatuor mensibus, quibus dicta planities nimio calore æstuant, eadem pecora intra Apennini rupes, & vmbracula deducendo, vnoque ferè mense in deducendi, & reducendi itinere consumpto. Pecora autem quæ postremo loco à montibus, in planitiem Autumno traducuntur sunt porcorum turma, quas non nisi decussis in Sylvis glandibus, castaneisq; partim lectis, partim depastis, deducere à montanis saltibus Apprutini solent. Hæc montium vbertas, ac commoditas est, in quibus neque seri vites, neq; arari terra potest. A qua quidem re hoc beneficium populis manat, quòd sine stabulorum, & fœni secandi labore impendioq;, ac sine palearum vel stipularum consumptione omnia ferè pecora hyeme, æstateque in saltibus pascuntur, loco tantùm commutato. Fructusque lactis, casei, carnium, & pellium, lanæque simul, & equinis pullis vsus per temporum vicissitudines, modò iis populis, modò illis communicantur: pascunturque propriè ea ipsa quæ seruando seruari nequeunt (vt Iuris periti scribunt) nullo enim modo ex rupibus colligi herba possent, situs lubricitate hominis vestigia parùm aptè ferente, nullaque etiam industria in Meridionali & Orientali ora seruari hyeme herba à corruptione, atq; à primus possent vsq; ad veris initium. Aliaque etiam sequitur maior vtilitas, quòd quibus mensibus agri à cultura vacant, vt quiescente solo vires terra recipiat, isdem mensibus campi ipsi pastionis fructum dominis ferunt, ignibus prius, vt diximus, purgati. Terra enim (vt scias) in Orientali, ac Meridionali regione altero saltem biennio cessationem appetit. In circumpadanis autem campis anno tantùm quiescit. Quiescere enim & otiari terram à seminibus necesse est: & sicut animantia pondere onusta [illegible]

T [illegible]

defessa, ponderis detractione quiescunt, & recreantur: A ita terra ipsa amota cultura ociosa reficitur. Nouales q3 hinc dicti sunt agri, quia post annorum cessationem, quasi fructificandi nouitate leti seminibus susceptis cultori suo arrident fauentque. Huiusmodi ergo hominum studiis, pecorumque tractionibus creuêre in immensum istorum populorum opes, fructibus scilicet ex locis inuiis sine pecuniæ erogatione perceptis, & agris, primisque durante frigore greges & armenta pascentibus. Colles quoque amœni, & fœcundi amplis B intercedentibus vallibus, in hac parte spectantur: in quibus cultura summo studio exercetur. Olearum hîc Sylua perpetuis frondibus albicant, alibi vineæ densis ordinibus distentæ nitent. Surgunt alio loco ante viatoris oculos superba oppida, situ ipso à natura munita, quæ tibi iter facienti propè esse, cùm longè absint, contemplando apparent, defessoq3 laborem addunt. Virorum passim robur hîc in opere exercendo frequentiaq3 conspicitur: mitior iis in collibus aër, ac lenior, quàm in montium iugis clarè deprehenditur, sole regionis declinia melius explorante, & rupium circuitu vim ventorum ab inferioribus monticulis auertente. & propterea niues esse in eis diuturnæ sicut in summis rupibus nequeunt, sed sub Aprilis ingressum liquefactæ abeunt. Læta tum ibi floribusque conspersa terræ facies sese aperit, viget cœli temperies, paulatimq3 iucunda æstas apparet. Nundinæ tum passim statis diebus suo quaq3 loco ac oppido celebrantur, fiunt sub mercatus nomine populorum conuentus, artes, negocia, & mercimonia in vnum locũ conferuntur, venduntur ista, permutantur illa, pluraq3 D emptoris verbo fideiq3 creduntur. Incedit palàm Prætor, quem alii Vicarium, quidam verò Capitaneum vocant, tumetq3 iuris dicendi potestate, & satellitum comitante turba tribunal ascendit, populisq3 ius dicit, volumine secum perlato, in quo oppidorum iura descripta leguntur. Circumstant tum populi, & iudicis verba, moresq3 mirantur. Ille verò interdum exlex, vt terribilitatis famam quàm primùm acquirat, spargatque per ora vulgi, insontem hominem criminis suspectum, frequenti foro plecti ac torqueri iubet, vt vnius infortunati supplicio fontes perterreat, & ad fugam, E vel ad aeris solutionem pœna commutata compellat. quod Bartholum Saxoferratæum in primis facti tasse aiunt, maleq3 ab initio perpensis legibus, in reum similiter malè animaduertisse, suisq3 quæstionibus mandasse iudicibus, vt seipsos populis terrificos exhibeant: At Populi contra huiusmodi, aliisq3 interdum vexati iniuriis, ferre diu inepti hominis imperium nequeunt. Primi itaq3 Nursini, Asculaniq3 ius dicentem suæ ciuitatis iura temnentem à foro, & vrbe, vinum ne, an mortuum nescio, sede vacante exterminarunt. Monti- F regalenses inter Appruti nos noti, commissar. um impudenter se habentem obtruncarunt: Cantalitiis etiam superiore anno Reatinis agricolis vim inferentibus, ipsi Reatini Prætorem suum, cuius iussu arma deposuerant (miserabile visu) è fenestra præcipitarunt. Interamnenses, Perusiniq3 Præfectos sæpè eiecerunt. Quid scribam præfectos? immo verò ipsos dominos electos, depulsosq3 ab oppidanis, ciuibusq3 ob immoderatum regimen audiuimus, vidimusq3. Aspera, & Roccifundia Sabinorum Oppida idipsum attestantur, quorum vis dominorum potestati palàm obstitit. Plura possem exempla subijcere, sed satis nota sunt horum populorum ingenia, qui aut modestia pertractandi, aut eustandi sunt; suus cuiq3 honos, etiam egeno habendus, suum cuiq3 ius, sive bono, sive malo æqua lance librandum est. Plerique enim sunt natura arguti, suspicioſiq3, laboribus, & pericu[illegible] apti, meritorum, & demeritorum memores, retributoresque, atq3 ad audendum non minus quàm ad dicendum prompti. Arx olim Italiæ, tutumq3 propugnaculum hæc pars montana fuit, externis populis plana loca inuadentibus, ac depredantibus. Pluraq3 in ea extant Castella, iamdiu ab alienorum vi vsq3 in hunc diem intacta seruata, quæ situs natura, adeundique difficultate è periculis sepositæ, in summis rupium verticibus consistunt: quæque expugnari nullo modo possunt, nisi ipsorum incolentium proditione, ac dolo, ignauiæ, aut seditione. atque hæc ipsa loca delicias humano generi æstate præbent, corporaq3 nimio æstu laborantia innocuo algore iuuant, & recreant: excedercq3 ab iisdem locis, & Romam, Neapolimue æstate adire perniciosum plerisq3, & mortiferum est, ob repentinam diuersi aëris mutationem, qua natura concutitur. Itaq3 Autumni initium in Latium profecturis omnino expectandum est ad agritudinis pericula euitanda.

De Circumpadana Italiæ parte.

Caput IX.

PLANA nobis sese pandit Italiæ pars, nobilissima quæque continens, terram, Aërem, Aquas, Vrbes, Oppida, Populos, Opes, Greges, Armenta, Metalla, omniaque humano vsui à natura apta, atque iucunda: de cuius situ ornatissimè scripsit Polybius libro secundo, ies verbis: Huic lateri, quod Alpibus terminari dicimus &c. Pariq3 orationis dignitate eandem complexus est Strabo, libro quinto ita scribens: Ante omnia de subiecta Alpibus regione dicemus. Est autem fœlix admodum campus &c. Indignius vtroq3 scripsit Plinius in ea natus exili quodam, ac confracto sermone, & ordine pauca tantum quasi per transennam attingẽs, ac decimo capiti vndecimum anteponens, quod numero nonum est, & Istriæ descriptioni subdens multa ab ea aliena, atq3 remota, veluti Mantuam, Veronam, Rhætos, Adduam, & Ticinum, amnes, lacusq3 è quibus ipsi amnes superfluentes prodeunt, quod sive scriptorum, vel impressorum incuria, sive ipsius authoris transpositione contigerit, ita esse in libro tertio manifestè apparet. Præclarius sanè ipso Plinio posteriores de ea disseruerunt, quorum opera in maternam linguam versa circumferri, ac lectitari audio. Ego autem eorum omissis vestigiis, alio ordine, ac exemplo mea scripta instituam, huiusq3 partis situm, non tam triangulari forma, quàm humano corpori terra procumbenti, brachiis super caput extentis assimilabo. cuius pedes in Occidentem Alpes sue, caput autem, & brachia in orientem porrigantur, quæ similitudo, tametsi rerum qualitate differt, imaginem tamen similiorem in situ describendo refert, quam triangularis angulus. Atq3 ab Alpibus incipiendo, à peranguſto angulo in Orientem verso, vbi oppidum Nebulosa immines, planities initium sumit, quam humanis pedibus cõparo,

Digitized by Google

paro, sicut etiam incolæ ipſi Pedemontani appellantur. A Incrementum q3 ipſa latitudo accipit, montibus hinc inde ſecedentibus; Ampliatur q3 hæc ipſa latitudo in Ticinenſi agro è regione Vicqueria oppidi; ibi enim sub Appẽnino ad alpium radices Nouarenſibus proximas latior eſt planities, quàm in ſuperioribus oris, à qua latitudine latera hîc eſſe huius imaginarii corporis videbuntur. Reſtringitur deinde planities in Ticinenſi agro ad Stratellam oppidum, vbi Appennini radices Pado appropinquãt, & Alpium paruæ brachia ex oppoſito in Mediolanenſium fines magis inferuntur, comprimunt q3 hinc B inde quaſi ad cinguli ſpeciem ipſius regionis latera, & quaſi corporis vmbilicum hoc loco effingunt. Secedunt poſtea vtrinq3 montes, & latiorem ſitũ edunt in Brixiẽſi agrò ab vna latere, & in Regienſi ab altero, Mantuano agro Cremonenſibus finitimo, ac Brixillo oppido intercedentibus: Ampliatur q3 ſucceſſiuè hæc latitudo per mõtium ſeceſſus in corporis figmentum, vſq3 ad Adriatici Maris ſinũ, vbi elegans, magnaq3 Venetia ab vndis ſurgit, ac ſeſe in altũ ferens, noſtro huic corpori rerum geſtarũ gloria gentiſq3 antiquitate, ac dignitate caput exhu- C bet, humeros q3, & brachia in Foroulienſes, & Iſtros ab vno, & in Romandiolos, ſiue Flamminios ab altero latere extendit, Adriatico mari inter brachiorũ internalla ex parte recepto. Hæc mea deſcriptio eſt ab ipſa natura, vt infra oſtendam, ſumpta, atq3 terra deſcripta, aërem quoque agnoſcere optimum eſt.

De eiuſdem regionis aëre, & proprietate, CAPVT X.

DIVERSO cœli climate Italiam diſcretam eſſe D omnes orbis deſcriptores probant. Liguria enim, & Hetruria partes maritimæ, Latium, Campania, & Neapolitana ora Meridionali ſubſunt, Apulis, & Calabris etiam in Orientem ſpectantibus ſub eodem climate comprehenſis. Quarum quidem partium ſitus medium fermè tenent inter circulum Arcticum, & Tropicum Cancri. A qua Cœli plaga ſiue Zona alia Italiæ partes ſecernuntur, & elonguntur, vt Ligures inter Apenninum, & Padum poſiti, & alii Circumpadani populi, collectis etiam Adriatici maris E accolis plana colentibus. Quæ quidem regiones, etſi per ſitus ſui proſpectum videntur in Meridiem verſæ, vtpote quæ Tranſpadani colles in meridiem vergãt, & eorum ſimiliter aquæ verſus meridiem deſcendant, propriè tamen Meridionales non ſunt, ſicut eſt Genuæ, Romæ, & Neapolis, ſed Cœli, terræq3 ratione à Meridie manifeſtè diſtant, & cùm diſtare a meridie arguantur, pari etiam argumento magis appropinquare Septentrioni probantur, quàm ſupradicta. Nec Septentrionales propterea eſſe videntur, cùm pari ferè F interuallo tanquam in medio poſita, tam a Septentrionalibus terris, quàm à Meridianis diſtare agnoſcantur. Ex qua quidem diſtantiæ proportione, vtrinque habita, oritur illa mirabilis Cœli aëriſq3 clementia, quæ omnium ſcriptorum conſenſu vigere in Circumpadana Italia dicta eſt, ipſo quidem aëre à meridiana regione caloris teporem, & à Septentrionali frigoris acumen ſentiente, atque per vtriuſq3 communicationem coniunctionemq3 temperiem aſſumente, humilioribus locis exceptis, vbi à ſitus natura humiditas temperiem minuit. Et quam etiam temperiem adiuuat, augetq3 montium circuitio ab omni parte præterquàm ab oriente planitiẽ claudens amœnenſq3 ſiue emolliens ventorum vehementiam, ne ſinguli iuxta propriam naturam à Septentrione occidenteq3 ac meridie exeuntes in noſtros campos integris viribus irruant, ac nos ipſos, noſtraq3 ſimul nimia pernicitate ladant, repens enim aëris immutatio nulla ex cauſa fit patius quàm ex ventorum inceſſu ac violentia: Et qua demum aëris clementia minimè æquè potiuntur Picens, & alii populi maris accolæ, montaniq3 ſub eodem climate ſiti, quoniam maiore ventorum impetu agitari eorum regiones neceſſe eſt, tum ex maris vicinitate, ac vaſtitate, quàm ex montium altitudine ventorum furorem aperte recipiente. Atque ab hac naturali temperie, quæ longe diuerſa à Romana, & Neapolitana regionis caliditate eſt, diuerſa ſimiliter inter nos, & illos naſcitur temporum, & rerum proprietas & variatio. Hyems illis lenis, ac tepore immixta eſſe ſolet, qua durante pecora perinde ac ſi ver inciperet virentia paſcua ſaltuſq3 perquirunt, vt ſupra retuli, atq3 ea vagandi licentia efferantur, Bubuliq3 & boues ferarum ritu inſurgunt, & viros aggrediuntur. Nobis contra glaciale frigus plerunq3 aduenit, vritq3 prata pruinis, denſaq3 ſæpe inſequitur nix cuncta operiens, magnisq3 ſæpe circo ſtabulis recepta armenta fœno aluntur, ac humano ferè cultu curantur, eaq3 aſſuetudine bemigna homini ac familiaria efficiuntur & cornupeta bos pro monſtro haberetur, ac caderetur. Et ex diuerſo æſtas nobis ſuauis, atque opportuna laboribus, illis verò contra vehemens, atrox, omnibusq3 moleſta eſſe ſolet: ex qua caloris vehemen- D tia corrumpi Romæ frumenta, vinaq3 exinaniri, & præter annum rarò conſeruari patet, At noſtra vina, frumentaq3 non ſolum alterum annum, ſed biennium quoq3 & triennium expectant, & in naturali bonitate durant, Mantuano, & finitimis vinis exceptis, quæ leuiora habentur. Et quæ quidem conſeruatio, tam ab aëris temperie, quàm à rerum bonitate prouenit. Lina inſuper apud nos, legumina, milium, panicum, aliaq3 trimeſtria grana, nobiliſq3 oriza eadem æſtate ſata, atque collecta affluunt, peregrinisq3 ab immenſa vbertate venum eunt. Apud meridionales non æquè, æſtatis ardore, ac ſiccitate obſiſtente, ſed citrea illis mala, Lauri, Pinus, Cupreſſi, aliaq3 hiberni caloris amica arbores in hortis virent, quæ apud nos riariſſima habentur, vixq3 coaleſcere ſumma accedente cura in vrbanis locis poſſunt; paucis tantùm exceptis oris, in ſolis aprici tatem verſis, minusq3 ventis obnoxiis, veluti in Benaci lacus angulo, & in infima Adriatici ſinus regione. Nam in aliis partibus cognatum humorem, caloremq3 minimè habẽt ipſa arbores ex terra, à qua iuxta earum proprietatem in ſingula anni tempora, tam hiberna, quam æſtiua alantur, vt docet Hippocrates libro Quarto de morbis; Romaq3 ipſa minus quàm Caieta harum arborum vegetationi apta probatur. Quid ipſa humana ſpecie variabilius? Nam plerique meridionales, maris accolæ colore ſunt fuſco, moribus ſeueri, & graues, criſteiq3, diſerta in pleriſq3, & ſuauiloqua vox, & oratio viget; Vafra ingenia, callidaq3, & in omnem occaſionem prona, omnia quæ quis nouit, quæque audiuit in prõptu ha-

Digitized by Google

bet, ac composita voce effatur. Nostri autem ab eis diuersi, aut albi, aut subrufi, pauciq; fului visuntur, facie iucundi, sermone familiares, ac simplices, nihil in verbis seueritatis, nihil ambitionis habent, cute, & corporis habitudine aquè nitent, benefacere magis quàm benedicere student, peregrinis, perinde ac notis sociales se, & officiosos exhibent. Ipsa tibi hospitalitas, à rerum initio, nostris innata hominibus, vt Polybius antiquitatis testis, præsensq; etiam consuetudo probat, satis indicant, quales sese nostrates in rerum commercio vbique locorum habeant. Interroga è conuerso eos, qui remotiora à nobis Italiæ loca sæpe adeunt, quàm à nostris dissimiles, rarique, & immundi hospites, quàm truces, & inexorabiles reperiantur, ita vt inhospitales, potius quam hospites suis moribus arguantur. Tametsi hæc morum diuersitas ab institutis, potius quàm ab origine manare videtur. Neminem enim natura ad actum compellit, neminemque etiam ab actu repellit, agere, & abstinere eiusdem arbitrii est. Diminuitur hæc temperies in Adriatici maris regionibus, vbi ex reciproco maris æstu fit aër infestior, vt infra aperiam.

De Venetia, & Aquilonari Vento.

Caput XI.

EXORDIRI à Venetia in huius partis descriptionis compellor, Iurisconsultorum præcepta secutus, mandantium à dignioribus incohandum, atque cùm præcipua pars humani boni aër sit, vt natura interpres Hippocrates in libro de Flatibus clarissimè docet: Videamus qua aëris puritate, impuritateue, tam Venetia regio, quàm vrbs ipsa in mari posita perfruatur. Relatum enim supra capite tertio ex Plinii sententia à me fuit, æqualem in hac regione vmbra solisq; mensuram sub æquinoctii meridiem esse, à qua æqualitate aëris temperiem gigni clarum est: Regiones itaq; ista à maris turbatione remota aëris puritate potiuntur, vt Histria, Foroiulienſis patria, Patauini campi à stagnis longinqui, & Flaminia pars inter Padum, & Ariminum posita. Quæ verò mari adiacent, minimè omnes æquè salubri aëre potiuntur. Aliaque aliis ex situs diuersitate plus minusue à maritimo aëre læduntur. Sed quoniam in singulis immorari, ac propria quæque disquirere longum est, Venetiam vrbem repeto, cui tria naturæ auxilia aduersus maris impuritatem, ipsius naturæ author Deus tribuisse videtur. Aquilonis venti, Vltramontani vulgò appellati, vicinitatem, ac frequentationem, orientis solis prospectum, & occidui venti lenitatem. Aquilo enim à vicinis Alpium iugis descendens facili, ac celeri meatu, paruaq; aëris trajectione in Vrbem peruolat, pellitq; repentè malitiam à mari exhalantem, & singulos Vrbis vicos ingressu explorat, nec in eis aëris malitiam diuturnam esse sinit. Illa enim ex maritimis riuulis per Vrbis vicos diuisis surgit: ipse verò adueniens surgentem verrit, & quicquid aërei humoris elatũ reperit, sicco flatu dissipat, sparsumq; attenuat, atque eo modo vrbem ab humiditate frequenter purgat, & ad aëris salubritatem retinendam parat. Hoc nobis ita euenire noster Virgilius ipsius venti naturam descripta Georgicorum tertio eleganter innuit his versibus.

Qualis Hyperboreis Aquilo cùm densus ab oris
Incubuit, Scythiæq; hyemes, atq; arida differt
Nubila; tum segetes altæ, campiq; natantes
Lenibus horrescunt flabris, summæq; sonorem
Dant syluæ, longiq; vrgent ad littora fluctus
Ille volat, simul arua fuga, simul æquora verrẽs.

Frigidus enim, & siccus Aquilo tam in Circumpadanam planitiem, quàm in Adriaticum illabitur, & cùm sine subsolani venti commercio perflat, serenitatem aperit, nullamq; circa littora ab Alpium lateribus sita tempestatem (quam fortunam vocant) in mari excitat, sed in opposita littora Flaminiæ, Anconitanaq; ora, & aliorum vicinorum fluctus impellit, turbatq; omnia suo impetu, nauigationem, piscationemq;, & importuosam stationem in vno quoq; portu ad septentrionem spectante suo aduentu parat. Idem etiam superato Apennino in Campaniæ, Latii, Hetruriæ, Liguriæq; maritimis oris facit tranquillam nauigationem ac piscationem, serenum tempus Italicis littoribus præstans, & oppositæ Aphricæ littora passim infestans, atq; perturbans. Contrarium autem molitur Auster (diuersa natura compositus) in eisdem Mediterranei, & Adriatici maris littoribus, sed minus tamen ille caliditatis in Venetos alioſq; populos fundit, ob Apennini transcensum, in quo caliditatem ex parte exuit, nimbis in eius transitu montem operientibus, à quibus nonnihil frigiditatis attrahit, temperatq; caliditatem, atque eo modo temperatiore plerunq; flatu in Flaminiam, & vicinas regiones descendit. Ventorum itaq; vicissitudines natura cœlo, terræ, marique prospiciens in tempora statuit ad animantium commoda, vt hinc, & illinc in suo quaq; genere singula transmigrationi apta suo tempore, suoque ordine, atque opportunitate, transmigrarent, ventis opitulantibus, & propè vehentibus: Rursusq; temporis vicissitudine commutata, conuerso nauigationis actu, volatuue ipsa priora loca repeterent. Ad quam quidem ventorum operationem diuersa molientem in Aphricanis littoribus à Latii oris, allusit aptissimè suo carmine idem Virgilius libro Quarto Aeneidos.

Littora littoribus contraria fluctibus vndas.

De Orientis Solis prospectu.

Caput XII.

QVID Oriens Sol Venetiæ vrbi, ac vniuersæ Circumpadanæ planitiei conferat, in quam ipse nullo interuenisente obiectu, æquinoctiali tempore terris apparens, radios statim immittit, singulaque perlustrat; nihil occultum in huius terræ superficie à suo calore, & lumine esse sinens, doctissimè docet Hippocrates in libro de aëre, & aquis, in hæc verba scribens. Quæ ad orientem solem sitæ sunt, salubriores iis esse constat, quæ ad Septentrionem vergunt, & iis quæ ad calidos ventos sitæ sunt, etiamsi stadium solũ interſit. Primùm enim moderatior est caliditas, ac frigiditas, deïde aquas, quæ ad Solis ortus sunt, omnes splendidas esse necesse est, mollesq; & odoratas amabilesq; oriri, quia emergẽs Sol eas illustrat, corrigitq;. Matutinum enim tempus ipse aër, vt plurimum, semper occupat. Item hominum formæ boni coloris sunt, & quasi aspectu flor-

Digitized by Google

&tu floridæ (nisi aliquis morbus subsit) claraque A voce præditi sunt, & ad iram, & intelligentiam præstantiores Septentrionalibus, & fœminæ ipsæ valdè fœcundæ sunt, & facile pariunt: Verique simile tempus ei inest iuxta caliditatis, & frigiditatis moderationem, morbique pauciores, ac debiliores &c. *Varro quoque de re rustica libro primo à Catone dissentiens approbat. Villarum situs ad æquinoctiales Solis exortus spectantes, potius quàm ad meridiem. Quæ quidem omnia ad vniuersam* B *penè Circumpadanam planitiem montibus vndique præterquàm ab Oriente conclusam pertinere, nodum ad ipsam Venetiam vrbem videntur, quæ præter cæteras Vrbes, & Orienti, & Meridiei in hac regione apertius patet, à terra scilicet continuatione sepositа, & inter marinos fluctus erecta. Oriens enim Sol ipsam quàm primum lumine suo petit, insurgensq; miratur, vicosq;, & tecta ingreditur & altius paulatim conscendens vias, riuulosq; metitur, ambiens Ciuitatis molem à meridie non minus, quàm à matutina ora, plusq; caloris suo ambitu in eam oram infert, etiam hiberno tempore, quàm* C *in Circumpadanas Vrbes: qua ex re siccitas aëris in ipsa augetur, maritimorum riuulorum humiditatem sua contrarietate temperans: & qui quidem riuuli per vrbis vicos diuisi, tum ob insitam aquis à natura salsedinem, incorruptibiliores sunt palustribus aquis, tum etiam ob reciprocum maris æstum, quo fluente mutantur aquæ vnda vndam impellente, alteraq; simul subeunte; adeò vt si qua etiam in aquis per immundiciarum proiectionem colluuio excitetur, illa ipsa pariter ab eisdem* D *refluentibus aquis abluatur, nisi ex inquilinorum ignauia, excrementa in vnum congesta, fluctuationem inhibeant, & aquarum incremento sub caniculares æstus subsidentia, vicorum riuulos minus pertingant: quo casu infestari aërem non natura, sed accidente inquinatis aquis fœtorem emittentibus necesse est. Prudentissimè iccirco Veneti specularibus fenestris vtuntur, quibus lucem excipere suspecto aëre exclusо solent, eoq; claro, ac salubri elucente, illas pandunt, quas vulgari lingua Vitreatas appellant.*

E

De Occidentalis, & Orientalis Ventti flatu.

Cap. XIII.

Mirabili lenitate Occidentalis Ventus in Gallia nimbosus, Alpes traiiciens purificatur, puraque qualitate Circumpadanos perflans in Venetos fertur, repellens nubes ab Subsolano vento contra effusas pluuias q; compescens, quæ interdum Aquilone, & F *Occidentali Vento quiescentibus, adeò infestare Patauinorum regiones solent, vt pluuiæ frequentiam pertesus aliquis, rem in prouerbium verterit, pluit ne ædibus Paduæ? existimans in agro Patauino imbres à natura frequentiores fore. Sed differt annus ab anno, pluuia, ventis, annona, fructibus, salubritate, & statu, atque in pari temperie differt Patauium à Venetia Vrbe circa imbrium subiectionem. Rectius enim, atque apertius verrit Venetiam Occiduus ventus, quàm Patauium, Padо scilicet alnei sui latitudine aditum ad ipsam Vrbem apertius patefaciente, quàm ad Patauii sedem, à maris apricitate, Padique ostio distantem. Quæ ex re minus diuturna, minusq; frequens sit pluuia circa Venetias, quàm circa Patauium, Occiduo Subsolanum facilius arcente, & Aquilone etiam circa Venetias liberius perflante. Subsolanus etiam ex aduersо nubifer in Italia ad Alpium iuga, relictis nubibus, purus similiter in Galliam transuolat, Occidentaliaq; nubila summouens, serenitatem, ac iucunditatem parat, mutuisq; vicissitudinibus Occidens Gallia imbres, & nobis Solem reddit, & Oriens contrà pluuiam nobis, & serenitatem Galliæ tribuit. Retinacula itaque interdum nubium sunt Alpium cacumina Solis ibicibus pernia. Nam super montium dorsо, quo ab Italia in Sabaudiam, vel Allobroges iter facimus, insident procul à nostro itinere, ad aheneі tormēti iactum, immanes, & inaccessibiles rupes, ad quarum summitatem nunquàm ascendêre quadrupedes, minusq; homines, vt ab accolis accepi, nimbusq; æstate sæpe contecta inuisuntur. Nubila autem Occidentalia, & Orientalia, æstate ipsa citra, aut vltra montis iuga, vbi semita frequentatur, plerunq; firmantur. Vidiq; ego ipsо Iulio mense Alpes transcendens, flante Occidentali vento, nubes mihi à tergo in Galliа remanere, atq; hærere Alpibus: Postremò in planitiem euadens, qua per exiguo internallo monti insidet, ac Italiam viatori patefacit, Cæli serenitatem repe[illegible] qua vniuersa Italia communis erat. Agnoscere ergo ex his naturæ occulta licet, quòd eodem anno penuria in Gallia, & vbertas frugum in Italia fieri potest, & è contrario, iuxta imbrium copiam vel inopiam, aut in Italia, aut in Gallia ex Dei nutu contingentem. Interdum etiam in vtraq; prouincia eodem tempore pluuiæ fiunt Austro efflante.*

Quomodo Venetia Transpadanis coniungatur, & de ipsius Populi antiquitate.

Caput XIV.

Si quis meam descriptionem deridendam putauerit, quòd caput Venetias finxerim, à terra continuatione diuisas, dixeritq; me corpus formasse abscisso capite, longèque transpositо: Respondebo: Mare, vbi ipsa Ciuitas emines, Italicum esse; Itaque quod in eius tractu ædificatum est ab accolis, Italicum est, iureq; gentium, ac ditione propinquioribus pertinet, & cùm propinquiores Transpadani sint, iure gentium ipsa Venetia Transpadanis iungitur, sicut etiam ipsius Transpadani generis funiculus est. Et quamuis per terræ superficiem, atque iunctura continenti non cohæreat, eidem tamen potioribus modis, nodisq; à natura editis coniuncta, atque communis est, gentis origine, lingua, ritibus, & aliis naturæ, & generis indiciis. Quis enim nesciat inter Transpadanos populos, Venetos maris accolas antiquissimos fuisse, Romanoq; collabente imperio continentem deseruisse, finitimisq; euocatis præsertim Aquileiensibus ad eustandum alienorum iugum, atq; sæuitiam in propinquas Insulas commigrasse; sedesq; ibi suo iure locasse, Prisca Venetia appellatione retenta, ac propagata: Qua quidem in re si gentis originem, & antiquitatem in ipsa Prouincia habitam, ac continuatam spectare libet, ante Romam

nditam, Venetum viguisse gentem suo iure, & auspi- A
ciis facilè inueniemus: Liuio apertè attestante, libro quinto ab Vrbe condita, ante Romanum Imperium Thuscos emissis coloniis Transpadana loca passim occupasse, Venetorum angulo excepto. Venetis ergo prius quàm alteri genti in Transpadano agro circa sinum Adriaticum statio fuit. qua quidem statione, nuncupationeq; in alterum locum eiusdem Regionis iurisq; translata, eadem manent in gente antiquitatis iura, ac monumenta, tamquam propagine transmissa. Nemini enim terræ summitatem contemplanti vitis palmes, terram B
hîc subiens, alibiq; exurgens à materno stipite traductus, postquàm adoleuerit apparet, propaginis industriam vetustate abolente: sed diuersum esse palmitem à stipite vnusquisq; rei ignarus, imprudensq; existimabit. At si propaginis summissionem naturamq; rescisserit, eiusdem generis esse antiquum stipitem, ac nouum palmitem dixerit, agnoscetq; prudens contemplator eadem esse in vtroq; ligno internodia, similes gemmas, frondes, pampinos, racemos, atq; vuarum speciem, vel qualitatem, loco tantùm in sua regione, & genere mutato. Simili C
etiam ratione Veneti populi Italiæ antiquissimi à Patauio, & finitimis oris in Insulam sui iuris, tractusq; delati, non nouum, sed priscum genus gentis suæ propagatione repræsentant, loco tantum in suamet regione commutato: statumq; præsentem suo iure ad priscam originem, potius quam ad Insulæ incolatum referri [illegible]obantur: maris interpositione situm tantum non ius eorum possessionemq; diuidente, quod iuris argumento probatur. Iure enim diffinitum est, dominum à prædio remotum per colonos suos possidere. Si ergo ius mihi ipsi D
à re mea diuiso possessionem seruat: pari ratione in insula agenti populo per Reipublicæ administratores continentis possessio seruatur. Qua quidem possessione seruata maris interpositio pro nihilo putatur, Iure Ciuili, naturaliq; ad dominii, & possessionis vim potius quam ad loci interpositionem spectante, & ad absentem dominum rerum dominia durante possessione, referente. Minimè ergo ridicula, sed iuridica potius mea descriptio censenda est. Venetorum origine cum continentis dominio, & E
possessione coniuncta, & cui etiam origini, ac possessioni alis postea adiectis, atq; superuenientes populi tanquam accessoria partes adhæsere, in vnumq; populum coaluêre, principalis dominii substantia, ex adiectis partibus aucta, & non immutata, iure enim diffinitum est, accessoria principalis naturam sequi, & imitari, non è contrario, dictaq; accessoria, ex eo quòd accedant alteri principaliori, digniora videntur, ex qua ratione, alia etiam vulgata iuris regula nascitur, dignius ad se trahere, elicere ne minus dignum. digniores enim primi insulæ incolæ posterioribus omni iure censentur: in quam quidem F
dignitatem traxisse alios postea populos publico dominio constituto videntur, antiquitatis, & dominationis communicatione per continuationem diuersa in se tempora coniungente, & communicationis vinculo posteriora prioribus quasi alluuionis adiectione incrementoq; in vnam formam componente: & de quo quidem dominio in republica ordines magistratusq; disposito, multa mihi scribenda superessent, quæ libenter referrem, vt illius clarissimæ Vrbis instituta ritusq; paterent, sed perstorum virorum censuram verius monentium ab ipsius Vrbis patriciis luculentius quàm à me peregrino homine patria iura enarrari posse, subsisto.

De Mantua.

CAPVT XV.

ORDO naturæ, ac rationis poscit, vt quæ prior regio ab hominibus coli, & habitari cœpta sit, priorem etiam locum in historia habeat. Mantua itaque cùm post Patauium citra Adduam prima condita fuerit, primum quoque locum post Patauium, aut Venetos in mea historia habebit. Quæ quidem Ciuitas triplici ornamento sese sufficiens inter Transpadanas Vrbes apertè probat, Gentis origine, situ, & dominii proprietate. Origine gentis, quia ante Vrbis Romæ incrementa condita à Thuscis fuit, qua ex re, & antiquitatem, & nobilitatem simul assumpsit. Sola enim hæc ciuitas ex Transpadanis oppidis, ab ea gente ædificatis à Gallorum impetu inuiolata remansit, Plinio attestante libro tertio & Cap. vndenigesimo his verbis: Mantua Tuscorum trans Padum sola reliqua, innuens tacitè, alia Tuscorum oppida à Gallis Italiam ingressis sub Prisci Tarquinii regno, pulsis colonis occupata fuisse. Quod Liuius summatim retulit libro quinto ab vrbe condita, ita incipiens: Tuscorum opes ante Romanum Imperium longè lateque patuere &c. Quo quidem in loco animaduertendum est, quòd Liuius de antiquissimis Italiæ oppidis, ante transitum Gallorum conditis in Transpadano agro nullam prorsus ibi mentionem fecit, vt de Patauio, Mantua, & Ticino, sed de iis tantùm scripsit, quæ tum à Gallis ædificata fuerunt, tanquam de nouis ea ætate rebus, ab ipsis Gallis in Italia gestis post Romam conditam. Ante verò Romam conditam gesta, in Transpadano agro nusquam complexus est Liuius, minusq; Trogus, Iustinusue in historica autoritate non magnifaciendus ob deprehensam in eius scriptis plurium rerum varietatem. Si quis tamen à Liuii omissione arguendum putauerit, Mantuam eo tempore non fuisse ædificatam, quia de Brixia, & Verona scribens Liuius nihil de Mantua dixerit, in rerum antiquarum ignoratione versabitur, Liuii narratione, ac intentione malè percepta, quis Gallorum sedes in Italia ab initio occupatas, conditasq; stricta oratione perstrinxit, & Transpadana oppida Gallicis Vrbibus antiquiora silentio prætermisit, tanquam ab eius historiæ propositione, ac subiecto ordine, & tempore aliena. Insuper Plinii sententia, quòd Mantua sola ex Tuscorum oppidis trans Padum relicta fuerit, nullo modo aptari, concordarique Liuiana historiæ poterit, nisi fateamur Mantuam ante Gallorum aduentum à Tuscis ædificatam, situsq; opportunitate aduersus eosdem Gallos defensam postea, atq; retentam fuisse. Quo quidem situ nihil in Transpadana planitie probatur tutius. Mintio amne, circa Vrbem lacum stagnumque formante, quo vniuersæ ciuitatis ambitus cingitur, & ab oppugnationis aditu amouetur. Tutissimaq; sit statio, parua militum manu excubante. A qua re Mantua rectissimè dicta videtur, quasi manu tuta, manu hoc est tenta. Idem Mintius

Pado

Pado influens subuehendarum nauium commodum A *præstat, ac piscandi simul voluptatem, & oculis, & gutturi incolentium parat. Addita quoq; natura commodis fossa ingentes sunt, operaria manu erectæ, atq; formatæ, quibus à Mantuano agro actuali lembo in Patauii valles per aquarum riuulos descenditur: rursusq; eisdem in redeundo paruo labore ascenditur, pedite funem puppi annexum humeris trahente. Auget ciuitatis dignitatem dominii proprietas ipsi ciuitati iamdiu indita, ac continuata: potiri enim dominio populus videtur, cum Patricii viri publico iure, & nomine principatus ad-* B *ministratione fungantur. Gonciaca enim familia à populi Concione ab initio dicta, Patricio nomine, ac iure Mantua præest, gens antiqua, bello, & pace, domi, foriscq; conspicua, dominii amplitudinem etiam citrà Padum Marchionali olim, nunc Ducali sceptro protendens, Cardineoq; sæpius insignita, atq; illustrata galero, quam politiori nomine Gonciacam, potius quàm Gonzagam appello, ne tam insignis Ciuitas, vnde Latinitatis lumen prodiit, sine Latinitatis ratione, clarissimam* C *eius familiam, vulgari ruditate conscriptam, in mea historia deprehendat. Atq; cùm inter Mantuæ terminos, & Adduam incertum sit apud probatos scriptores, quæ oppida ante Gallorum aduentum sita essent, vbi nunc Cremona est, ad antiquiora transeo, mox ad Cremonæ initia suo tempore reuersurus.*

Explicit Liber Primus.

D

BERNARDI SACCI TICINENSIS HISTORIÆ Liber Secundus.

De Insubria, aliisq; Circumpadanis partibus, & ipsarum habitatoribus.

CAPVT I.

PRIMA *trans Adduam Regio Insubria est: in qua describenda posteriores scriptores ab antiquis dissenserunt. Priscis enim Insubriam appellant regionem trans Adduam, eiusq; fines in superioribus oris trans Ticinum fluuium extendunt, vbi nunc extat Nouariensis ager, vt Polybius probat libro secundo his verbis:* Consules igitur adueniente vere copiis in Insubres ductis Acetram vrbem quę est inter Padum, & Alpes, obsedêre. *Acerra enim trans Ticinum* F *est, non longè ab ipso fluuio, opinorq; Acerranum oppidum, quod Nouariense est, fuisse Acerram. Liuius etiam libro primo, tertiæ Decadis, Polybium ad verbum in pluribus secutus, ita scribit:* Ponte perfecto, traductus Romanus exercitus in Agrum insubrum fuit. *Agrum trans Ticinum situm in superioribus oris Insubrum fuisse affirmans. Posteriores verò scriptores nulla temporum, & gentium distinctione facta, confinia Insubrum inter Adduam, & Ticinum fuisse tradiderunt, à quibus ego dissentio: sequi enim in antiquis antiquorum attestationes iure compellimur. In altero quoq; errore posteriores deprehenduntur. Insubria ab antiquis superior regio, iuxta vocabuli sonum, appellata fuit, non autem inferior pars circa Ticinum amnem, Pado finitima, vbi flumina ipsa in vnum coeunt. Quæ quidem, inferior pars ab antiquis autoribus, & præsertim à Liuio, Lanis Ligusticis ascripta fuit, libro quinto ab Vrbe condita, referens enim breuiter ipse autor Gallorum trãsitum in Italiam, ait:* Libuos Saluios Alpes transgressos consedisse propè Læuos Ligures (antiquam gentem) incolentes circa Ticinum amnẽ. *Primæua ergo Insubria fuit omnis regio à Gallis occupata in superioribus oris inter Adduam, & Siccidam amnes sita; in inferioris autem ora, ab Addua vsq; ad Lãbrum fluuium, Insubrum pariter ager fuit. A Lambro fluuio vsq; ad Siccidam propè Padum, Lanorum Ligurum antiqua sedes, atq; possessio fuisse probatur. Nulla ibi Tuscis Vmbrisq;, nulla Gallis statio patuit, quòd pluribus argumentis paulò inferius clarè apparebit. Atque hæc regionum, gentiumq; distinctio, ac nominatio, à primo Gallorum aduentu, vsq; ad Gnæi Pompei Strabonis tempora perduranit, vt suo loco referam, antiquis prius ex ordine propositis. A Siccida autem amne vsq; ad Duriam flumen Libui Sallii, quos memorani, incoluêre (Sallii enim, & Saluii ab antiquis scripti fuêre) & à Duria flumine ad Alpium fauces, quas perlustrani oculis, Taurini populi, eodem Liuio referente, tenuêre, vt patet libro primo tertiæ Decadis, priscumq; etiam gentis nomen in Ciuitate Taurinorum Metropoli hac ætate viget. Tres itaq; tantùm Italici nominis populi in Transpadano agro sub Prisci Tarquinii regno, Gallis Italicam planiciem occupantibus, sedes suas retinnere, Lani Ligures, Mantuani, & Venets, inter quos Venetos, Patauiani censentur, Liuio attestante libro decimo ab Vrbe condita. Citra Padum verò Boii, & Senones Galli, pulsis Vmbris, & Tuscis, à Trebia vsq; ad Appẽnini latera Tuscia, & Vmbria finitima omnia occupauêre. Ab ipsa autem Trebia vsq; ad Alpes Ligurum* E *gens rerum dominio potita fuit, nec appropinquantia Gallorum arma perhorruit, stetitq; suo robore, suaque confinia ab alienis gentibus ea ætate inuiolata seruauit, nomenq; ipsi regioni suo iure dedit. Liguria enim omnis ea ora dicta fuit. Qua igitur antiquitatis dignitate, ha gentes inter Italos emineant clarissimè patet, cum eis exceptis reliqua Circumpadana loca Gallorum potestati, tuncupationiq; concesserint, dictaq; propterea tunc Gallia Cisalpina fuerit. Atq; cum de Venetis, & Mantuanis, quæ ad eorum antiquitatem, ac dignitatem pertinent, retulerim: Ligurum similiter gentes, ac dominia hoc loco colligere consequens est, præsertim cum ex Gallorum vicinitate propinquiores inuasionis periculo fuerint, nec tamen eorum imperio, aut armis, quibus tot populi ea ætate cesserunt, ipsi succubuerunt.*

De Ligurum origine, & populis.

CAPVT II.

QVÆ *Ligurum antiquitas fuerit, ignorata à Priscis scriptoribus, gentis origo arguit, præsertim à*

Plinio vetustatis perquisitore. Dionysius quoque Halicarnassæus eorum vetustatem probans libro primo, hæc de Liguribus retulit, quòd longè antiquior gens ipsa fuerit populis Aboriginibus, de quibus M. Cato scripsit: addens, antea quam Italia nomen celebre esset, qua prius Oenotria dicta fuit, Ligusiam notam fuisse poëtis, scripsisseque doea Sophoclem in Triptolemo, qui, Plinii testimonio, floruit centum, & quadraginta quinque annis ante Alexandrum Magnum, anno ab Urbe condita nongesimo supra ducentesimum. Nota itaque Priscis, ac peregrinis scriptoribus suapte fama, & nobilitate Liguria fuit. Sive ergo Ligures à legumiuum satione, ut quidam ait, sive à lingua vel sermonis asperitate, quasi lingua durioris, sive à ligatis utribus, quibus innecti supernatasse aquis diluuio ad Alpium cacumina perhibentur, sive ab alia causa appellati fuerint, ipsa sanè appellatio antiquissima est, nullo vnquam immutata seculo. Nunc ipsius circuitum referam. Liguria à meridie Mari Ligustico appellato, à Septentrione partim Pado, partim Appennini lateribus clauditur, ab Oriente partim Tuscis, quorum fines olim occupauit, partim Placentino agro, qui quondam Boiorum fuit, iungitur, ab occiduo in prouinciam vsque porrigitur. & est tripartita situ, aëre, & populis: Situ quoniam alia pars maritima, alia montana, alia clivosa ex parte, & ex parte plana est: Maritima à finibus Tuscorum Genuam vsque in Meridiem vergit: à Genua autem versus Occasum littora spectant aequinoctialem Orientem, à qua flexione Genua dicta fuit, quasi in genu curuato situ. Atque hac pars circa littora declivia frequens est oppidis, & vicis, montana horrida fermè est tota, altissimis discreta rupibus Apennini latera occupans, atque eius iuga, aut saltibus, aut silvis possidens. Tertia pars Circumpadana, vel Aquilonaris appellari potest, quoniam & Pado ab Aquilone alluitur, & suis collibus Aquilonem spectat, à Meridie iuga Apennini habens. in quo hoc mirabile opus natura edidit, quòd exteriora ipsius montis latera in Meridiem versa, glabra vbique sunt, & scopulosa, præcipitio quam itineri aptiora, sine vepribus, sine fruticibus, ac sine plantarum tegmine destituta. Contraria verò latera in Padum conuersa, opaca sunt, silvis, ac arboribus referta. descendunt in hac parte quasi ab Apennini vtero, aprici ac distincti colles, riuulos per concauas valles in planitiem effundentes, qui demum in vnum coeuntes, torrentes formant, ac citato lapsu in Padum ruunt: Padum fortasse indè dictum; quasi patentem aquarum aditum. Padus verò intumescens aquarum mole ambit Liguriæ oram, promptoque obsequio vicinis Liguribus nauigationis opportunitatem offert, ferens quacunque onera, nullo à Liguribus pro enectione exacto precio, adeò etiam elementa Ligustica regioni sunt propitia. Hæc de situ diximus, & quemadmodum situ inter se Liguriæ partes differunt, ita etiam aëris temperie diuersæ sunt. Maritima est calidior, & propterea vbi sese valles pandunt, adsunt Oleta sive Olueta, Myrtetaque semper virentia, Citrea in istis collibus. Poma maternos incuruant ramos, atque in humum deprimunt: bis in anno olent, odoremque in maris intima fundunt, fluctusque demulcent. Ficus quoque oliteris ora atque ingluuiem implens, ac tumefaciens rarò domini mensam primo tempore occupat, Nebulone fumulo, ac Sycophanta, præcocia quæq; poma fartim decerpente. Montana est gelida, hyeme rigens, æstate grata, qua inualescente æstate, nobiliores viri ex oris maritimis discedentes, montana loca petunt, ut opacas vmbras, ac montium refrigeria excipiant. Rursusque abeunte æstu, ad maritima redeunt, hyememque sæpè tanquàm autumnum in aëris temperie transigunt, iisq; aëris, ac locorum visissitudinibus Ligures longæui fiunt, ac salubres viuunt, & qui in victu frugaliores sunt, senectutem quasi iuuentam sine morbo, sine tussi, sine excreatu degunt. Circumpadana pars in planitie æstuosa est, terraque ipsa sub caniculares dies finditur, & hiatus passim aperit; in collibus autem aër est temperatior, quoniam Aquilonares flatus oppida in alto posita facilius captant, ac refrigerantur, quam loca depressa. Vinea in ipsis collibus sunt feracissima, albi, ac rubri vini aquè copiosæ, ita ut interdum vtriusque anni vindemia exuberante, vasa vinaria dominorum vsui sufficere nequeant: pruinaque mense Aprili plana loca vrente, quod nostra ætas sæpius perpessa fuit, Ligustica vineta salua manent, frigore scilicet à ventis illato ocius ab Alpibus in planiciem descendente quàm in eminentes à plano colles. Sed iam de populis scribere opportunum est; quorum antiquissimi in maritimis sunt Genuenses, olim etiam Genuates, & non Ianuenses dicti, ut quidam somniant, quorum inscitiam probati autores Liuius, & Plinius detegunt. Eorum autem antiquitatem indicat tabula ahenea veneranda vetustatis, olim effossa ad radices Apennini sive ingi, in valle Porcobera, vulgò Porcifera dicta, anno Millesimo quingentesimo septimo, qua collocata inspicitur Genuæ, in Diui Laurentii templo, à me lecta, & descripta. Si quis vocabula, & scriptionem spectauerit facilè agnoscet linguæ rusticitatem eo tempore adhuc in Latinis viguisse, cum tabula ipsa formata fuit, qua continet Genuensium, & aliorum populorum fines, ab arbitris discretos, anno centesimo post initium belli Punici, Nominanturque in ea Langatii, Viturii, Odiates, Declunines, Cauatunines, Mentouines, & alii. Celebres in maritimis fuêre Intemelii, à quibus Intemellium, vulgò Vintimillium, & ab occasu sedes habent: Item Ingauni sive Albingauni Alpibus finitimi. Liuius illam oram Alpinam putat libro Octauo secundi belli Punici. Sauone similiter, sive Sauona ciuitate, vbi Sacca familia insignis est, inter Alpina Oppida relata, trans Alpes etiam sedes habuerunt Ligures Salui, sive Salii, quos celebrant Strabo, & Plinius. Liuius prior vtrosq; Saluios populos, maritimam oram incolnisse inter Sauonam, & Massiliam, refert. Deridendi; profectò sunt ii, qui omisso Sauona nomine, ut scire aliquid videantur, Sabbatia vada scribunt: quasi verò necesse scribenti sit repetere prisca nomina, in desuetudine, & oblivione posita, & antiquata. Vtere quæso notis nominibus, & in vsum deductis, & obsoleta, ac deserta desere; quæ enim antiquata sunt, perierunt, vinereq; tantum illa videntur, quæ frequentantur. Ab

Oriente

Oriente incoluēre Ligusticam eram Apuani Etruria finitimi, & infesti, ut colligit Liuius libro nono belli Macedonici. Item Garuli, Hercates, & Apicini fortasse à montium apicibus, in quibus pagos habuēre dicti. nam Suismontium, & Balistam praaltos montes eos tenuisse, scribit eodem libro Liuius, quod repetit in fragmentis quinta Decadis libro Quinto. Friniates quoq; Ligures coluēre Anginum montem, qui an sit is, qui Augonius hodie dicitur, discere potius vellem quàm affirmare. Sunt & alii plures, quos praetereo, ut nostris Circumpadanis locum statuam, ex quibus memorantur Vagienni, siue Batienni, in quorum finibus Padum intumescere Plinius tradit, Eburiates, & Statielli siue Statielienses, superiorem oram Tanaro finitimam incolentes, usque ad militarem viam, à via autem militari Padum usq; circa Tanarum, Marici populi coluēre, à Plinio celebrati: iuxta Maricos ad Orientalem plagam, Iluates Ligures sedes habuēre, de quibus Liuius verba facit, libro secundo belli Macedonici, quae malè videtur percepisse quidam Topographus in Lombardia describenda. Sed dubium suboritur, an sit corrupta lectio Liuiana, scribiq; Lituates potius conueniat, a Litubio oppido, quod hodie suum statum, ac nomen retinet L. in R. mutata, Ritubium viri periti, populares verò Riturbium vocitant: in cuius finibus tepida aquae ebulliunt, variis languoribus aptae, illis etiam populis alia ascribuntur Oppida, ut Clastidium & Callela, quae hodie dominis Papiensium sunt. Haec de populis attigisse, quae ab antiquis scriptoribus accepimus, satis est. De rebus gestis, & virtute eorum antiquiora referam. Fide, & hospitalitate Circumpadani insignes habiti sunt, eaque ratione, militaris via à Gallia, Hispania, & Anglia Romam tendens, quàm vel militarem vel Romanam, vel magistram vocant, in eorum finibus posita, & frequentata conspicitur. Fide similiter maritimi enituêre, peregrinos, nautas, & mercatores portu excipientes foventesq; à qua regentium diuersarum benevolentiam, amicitiamque iniuêre. Fide montani in socios stabiles, fortesque fuêre, periculis etiam ob eam causam sponte susceptis. Primi enim Apuani suis sociis à Tuscis violatis, arreptis armis Etruriam ingressi sunt, ejectisque colonis, agrum occupauerunt inter Pisas, & Romam, ipsosque Pisanos eorum possessionis reluctantes, intra cinctus sua muros, compulerunt, obsederuntq;, ut Liuius passim enarrat, praecipuè libro quarto, & quinto, de bello Macedonico. Item cum Pisanis opem ferret, Quintus Minutius Consul Romanus, sistere castra in loco, quo obuiam factus est Liguribus, Apuanorum vrgente vi coactus est: comitiisque euocatus nusquam referre pedem Ligurum arma pertimescens ausus fuit. Bononia quoque suorum agrorum vastationem, & Mutina praedam, & eadem fieri intra sua moenia, à Liguribus perpessa sunt. Placentia verò sua etiam tecta incendio conflagrari Ligustica manu sensit, desperatoq; Romanorum auxilio, à suis colonis destituta fuit. Sed longè prudentius Cremona colonia agros suos impunè vastari patiens, muris tuta Ligurum tela eluit. Nec terra solum, sed mari etiam Ligures enituêre, Massilienfibus Romanorum socius classe sepius conculcatis, & in fugam

A B C D E F

uersis. Vnde non immeritò Liuius antiqua eorum in pugnando discrimine spectata virtute, haec scripsit libro octauo belli Macedonici: Is hostis, velut ad continendam in Romanis disciplinam, natus erat, nec vlla prouincia magis militem ad virtutem acuebat. Idem alibi: Hostis leuis, velox, & repentinus, qui nullum vsquàm tempus, nullum locum tutum esse sineret &c. Deficiet calamus manusq; simul, si Martium saltum memorauero, à Romanorum clade nuncupatum, solis Apuanis circumuenientibus, quid si vniuersi Ligures in vnum conuenissent, vnoque consilio, ac duce bella gessissent, nonne inuicti in praeliis visi fuissent? Praeclarè igitur Strabo libro Septimo scribit, solos Ligures in Italia diutissimè Romanis obstitisse, tempora recensens quibus eorum bella viguerunt. Ego verò Strabonis hoc addo, Ligures Romano populo adhaesisse, non tam armis deiectos, quàm pellectos insigni Romanorum lenitate. ac liberalitate, qua Romani vsi sunt in Apuanos Ligures, quos in agrum Samnitum suo sumptu traduxerunt, diuisseruntque in colonias, & quibus etiam dedisse centum quinquaginta millia argenti pondo Romanos ad reficiendas aedes, Liuius notat, libro decimo belli Macedonici. Hac enim tam immensa liberalitate in alios populos, in colonias deducendos, nusquam Romanos vsos fuisse constat, praeter quàm in Ligures. Nec omnino eos fefellit fides habita Liguribus: ipsis enim in agro Samnitico, colonis constitutis, concidit inueterata illa Samnitum contumacia in populum Romanum, Apuanorum fide, ac vicinitate confracta. Quid memorem Genua refectionem, olim Romana Reipublica sumptibus procuratam, ut Ligurum gens, quae armis subigi aegrè poterat, beneficio denuncta conquiesceret, Romanorumq; amicitiam sua sponte susciperet? Nec ingrata illa Romanis fuit, multis in Ingurtino bello à Ligurum cohortibus praclarè gestis, ex quibus quàm maximè memorabilis expugnatio Castelli ad Mulucam fluuium fuit, quod desperatione fractus Marius erat deserturus. sed longè memorabilior Italica pugna fuit, in qua idem Marius contra Cimbros, & Teutones dimicaturus, Ligurum aciem in fronte collocauit, & Germanorum vim antea Romanis formidolosam Ligurum pericula, atque virtute excepit, illamque gentium nubem fregit, fugauitque, ut Plutarchus in Mario refert. Sed quid virorum miramur constantiam, ac magnanimitatem, quando etiam in foemineo sexu, & in Ligustica muliere virtus animis enituit. Nam in educandis, & seruandis in periculo filiis studium vnius Ligaris matris, Cornelius Tacitus admiratur, libro decimo, qua in praesenti vita discrimine posita, nefarios militum cruciatus constanti animo pertulit, ne filium, quem occultauerat, illis proderet: rogataque vbi filius lateret, in ventrem, ait, vnde exierat, redit, perderegq; se ipsam quàm indicare filium improbis militibus maluit. Prodeant hoc loco in medium, suaque maledicta pandant isti, qui Ligures calumniati sunt, & fallaces appellant, ut M. Caso

Porcius,

Porcius, cuius naturæ asperitas, ne dicatur rusticitas, non tam Porcia, quàm Canina deprehensa fuit, atq; improbata, quando etiam Scipionem Africanum ciuem optimum indigno latratu insectatus fuit: suis enim qui maledicere insueuerit, multò magis alienis maledicturus erit, tandemq; si alterum cui maledicat non habuerit, in sese, geniumq; suum maledicta vertat, necesse erit. Noster quoque Virgilius, qui poetica licentia prorupit in ea verba, vane ligur: mox dicacitatem suam retractans, alibi Ligurem, vt virum fortem commendauit, illo carmine in quo Italiæ laudes celebrauit, quasi sine Ligurum fortitudine, clara esse Italia nequierit:

Assuetumq; malo Ligurem, Volscumq; verutũ.

Malo enim ferendo assuescere proprium est virorum, vt ipse Poeta alibi hoc carmine docuit.

O socii. (neq; enim ignari sumus ante malorũ:)
O passi grauiora, dabit Deus iis quoq; finem.

Malo quidem assuescere ignaui, & imbecilles nequeunt, fortitudine, ac patientia opus est, qua animi firmitatẽ mobilitati contrariã probat. Si itaq; Virgilius Ligurẽ virũ fortẽ appellat, quem alibi vanum dixerat, nonne sibi ipsi contradictionem implicauit, & posteriore approbatione priorẽ opinionẽ, vtpotè erroneã, abolenit? Indignè ergo, atq; adeò improbè facit, qui Ligurũ genti volubilitatis notam, aut dicendo, aut scribendo impingit, arguiturq; antiquorum virorũ testimonio ex animi liuore, ac scurrilitate potius, quàm veritatis studio, in maledicta ruere, cũ nusquam apud probatos scriptores pateat, gentem ipsam à fide publica defeciſſe; quod si vnus, aut alter aberrasse, aut casu, aut culpa, visus fuerit; publica semper causa à priuatorum nota discernenda, & segreganda est, non autẽ tota gens paucorũ vitio fœdanda, vt preclarè Rhodiorum legati in Romanos elocuti firmantur, Liuio autore, cuius hæc sunt verba: Nulla vsquàm gens tã modesta, tã morigerata reperta fuit, quæ non aliquando improbos homines ediderit, Romaq; ipsa non vnum, aut alterũ scelestũ ciuẽ, sed nefariorum hominum cateruas in vno quoque ferè seculo à suis laribus emiſit, Nec tamẽ perditorũ numerus bonorum cætum iccirco fœdauit, culpa semper autorem sequitur, & ignominia culpam, innoxius verò minimè notatur. *Ergo si quis Ligur inconstantia lapsus (vt est humana fragilitas in errando prona) & ex lapsu fallax deprehensus sit, non est propterea Liguria ex priuati casu vaniloqua existimanda, publica constante fide, ac autoritate, vt constat. Vnde quæso creuêre parentũ nostrorũ ætate Ligurũ opes, honoresq;, nisi ex eorũ publica fide? quã populatim custodientes, res, terra, mariq; gesſere historia dignas, non sòlũ circa Italiã, sed etiã in Oriente multis subactis populis, & ingenti præda in Italiam adnecta. pacisq; similiter tẽporibus, vbi quæso præclarius mercatorum fides spectata est, quàm in Liguria. sed qd mercatorũ negocia, permutationesq; rerum, ac pecuniæ traiectionem, repræsentatio nemq; consector? quasi in his tantũ popularibus actis eniteat Liguria. Altius sese mea iam tollit oratio. Quot enim clari viri, à Liguria orundi ad summũ Christiani orbis pontificatum electi sunt, fidei, & probitatis ergo? Quis Fliſca gentis vtros, virtutem, & amplitudinẽ neſciat? quis Cibos ignotos habeat longa annorum serie, ſidei præſtantia pontificatu potitos? quis in Italia angulus extat, quò Ruuereia familiæ fama non peruaserit, à Ruuere vel Quercu dicta? qua quidem arbor cum planta proceritate, firmitateq;, & coma amœnitate excellat, ita ipſa gens rerũ gestarũ præſtantia, non ſolũ Ligurią obum brauit, ſed vrbẽ Romã Orbis caput, & alias Italiæ partes implenit gloria, firmauit fide, & ſtructuris decorauit: innato ſcilicet Ligurum animis hoc ſtudio, vt non ſolum ſuas regiones, ſed alienas etiã adficiorum magnificentia exornent, in qua quidem re vnus noſtra ætate Thomas Marinus mirabile opus exorſus fuit. Ille enim Mediolani ciuis aſcitus, cũ domũ non reperiſſet ſibi, ac ſuis ſatis aptã familiaribus in Vrbis medio, diſiectis domibus, ingentem molem erexit, Arci, ac Palatio ſimiliorẽ, quàm domus. Sed dum inſignes, antiquasq; familias mente cõcipio, vt Spinulas, Adurnios, Frigoſios, Auriας, Riarios, Cicadas, Salvios, Saulosue, & alios; illiũ virũ ſilentio inuolvo, qui ignotas priore ſeculo orbis partes, Aphrice à tergo ſitas, prim' vniuerſo extra Priſcos limites circumnoluto pelago adiuit: primus ſermone, ac fide, rerumq; commercio conciliauit, primusq; Chriſtianis regnis aggregauit, & ne ſibi ipſi gloriam tanti laboris, & periculi arrogaret, ſed Deo ſoli tribueret, Chriſtophori Columbi nomine ſubtracto, opera tantum ſua nota fecit. Nec mihi hoc loco Genua omittẽda eſt. Genua inquam olim à genu, nunc autẽ à virorum genere, quaſi genitrix conſpicui generis ſuorũ merito appellanda, illo præcipuè longæuo, atq; inſigni viro Andrea Auria ab ea genito, quę noſtri ſeculi Reges, Imperatores, Pontifices q; admirati in honore habere, & conſulere dignum putarunt. Tu illa Ciuitas es, qua* CAROLI QVINTI *Romani Imperatoris ſuffulta præſidio, atq; fauore per imminentes olim Italiæ procellas euadẽs, priſcam libertatẽ conſequuta es, alienoq; à te ſummoto Imperio, caput Ligurię facta es, atq; inter Italiæ ſex principes Vrbes, minimè tu poſtrema ſedes. Rudẽ olim, & effrenẽ gente, nouis legibus, nouisq; ritibus, in vnum quaſi corpus componens: nec tua ſolum genti, ſed aliena etiam vtendi legem tuo iure pſcribens. At qua me ſententia, qua ratio ab antiquis ad præſentia tempora traxit? lapſus ſum (fateor) Ligurum ſtudio, ad ea qua mei inſtituti non ſunt. Corrigam itaq; me me, ad antiquos Ligures ſcriptionem vertens.*

De Liguribus Ticini accolis. CAP. III.

CIſpadani tractus accola inter Apenninum, & Padum poſiti primi omnium gentium, vt dixi, Ligures fuêre; A quibus Pado cognomen adiectum ſcripſit Polybius libro ſecundo, Plinio in eius ſententiam eunte, libro tertio: quod nomen Bodincum fuiſſo veteres q; tradit, id eſt fluuium fundo carentem. Clarius autem Ligustica lingua Vodinquum, quaſi vadũ inſiquũ dicitur. Hi igitur antiqui populi, vicinitate freti, ac hominum copia, Pado è regione traiecto infudêre ſeſe in Tranſpadanam oram, ſedesq; ſuas citra, & vltra Ticinũ amnem propè Padum poſuerunt, tempore ſcriptoribus incognito. quod libet probare, vt excludantur à ſuis opinionibus illi, qui diuerſa prodiderunt. Primum itaq; dico, quod antequam Gallis nota fieret Italia, iam ab antiquo Ticinenſis ora, à Lauis Liguribus habitata erat: quod clariſſime refert Liuius libro quinto, prima Decadis. Cuius hæc ſunt verba: De tranſitu in Italiam Gallorũ hæc

acce-

accepimus. Prisco Tarquinio Romæ regnãte &c. *Subdens inferius*: Libui cõsidũt, post hos Saluii: *id est post hos, quos retulit in Italiam descendisse Gallos, Libui Saluis consident in Italia, locum indicans Liuius, in quo sedem posuerunt, per hæc verba.* Qui scilicet Saluii petiêre Italiæ loca propè antiquam Gentem Læuos Ligures incolentes circa Ticinum amnẽ &c. *colligendo Liuii sententiam, verborum transpositione in constructionis ordinem redacta, probat Liuius Gallorum transitum in Italiam diuersis temporibus factum, regnante Tarquinio Prisco, qui triginta, & octo annos imperauit. sed quæro, cur antiquam Gentem appellauerit Liuius, Læuos Ligures, incolentes circa Ticinum amnem. Necesse est respondere iuxta Georgii Merulæ viri periti interpretationem positam libro sexto antiquitatis Vicecomitum, vbi de Vercellis, sic inquit*: Hieronymus in quadam Epistola Liguſticam vrbem Vercellas scribit, qui nisi de Læuis Liguribus intellexit, Gente veteri, atque potenti, vt Liuius tradit, & à quibus conditum Ticinum fuit, non video, cur ad Ligures Vercellæ pertineant. *Superior ergo propositio quod antiquior fuerit circa Ticinum amnem propè Padum incolatus Lauorum Ligurum, quàm Gallorum aduentus in Italiam, manet inconcussa, & per consequens cum à Gallis ædificatum fuerit Mediolanum, prior Mediolano, longèq; antiquior, incolatus, & possessio Lauorum Ligurum fuit. Sed videamus secundo loco quidnam significare censeatur illa appositio antiqua Gens. Non enim à tanta eruditionis scriptore, temerè dicta est Gens antiqua Ticini accola. Respondere oportet, quod cum cum Tarquinii Prisci ætate, Liguſtica Gens Ticini accola antiqua habita fuerit ex historici Romani attestatione; certè illa antiquitas ad tria refertur, ad originem Gentis, ad tempus originis, & ad nobilitatem Gentis. Ad originem Gentis, quod non ab externis, sed ab Italicis parentibus enata Gens illa fuerit, tempore videlicet cuius initii memoria nulla extet, antiquitate ipsius Gentis hominum scripta, memoriamque superante, sicut de Aboriginibus Latii scripsit Cato, id est de populis suapte vetustate ignotæ originis. Cui quidem antiquitati, iure & merito, à probatis autoribus nobilitas ascribitur, vt à Virgilio nostro*:

Nos Troia antiqua (si vestras forte per aures
Troiæ nomen &c. *Et alibi.*
Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt,
Terra antiqua potens armis &c. *Quibus quidem in locis, vno ore interpretes antiquam, & ad temporis vetustatem, & ad nobilitatem referunt: atque ista Virgilii, & aliorum scriptorum suffragio, Liuii attestatio suffulta permanet, quod & ad vetustatem Gentis, & ad nobilitatem relata illa appositio fuerit. Videndum insuper est, num à Liuio alii scriptores differant, præcipuè Polybius Italicarum rerum diligens scriptor, & longè antiquior Liuio. Ille enim de populis scribens, qui inter Padum, & Alpes habitant propè Ticinum fluuium, sic inquit libro secundo*: Inter Padum & Alpes habitant Læii : *quos enim Læuos dixit Liuius, interpres Polybii Læos in Latinum vertit, nominis proprietate minimè percepta, atque obseruata, vt infra patebit: quod tamen nomen ad idem tendit. Nam exordiens Polybius à Lauorum habitatione, antiquiores eos Insubribus Italica possessione probat, iuxta Liuii attestationẽ. Strabo quoq; Liuio consentiens libro quinto Geographia inquit*: Transpadanam oram circa Ticinũ amnẽ tum à Liguribus tũ à Gallis habitatã &c. *Ligurũ possessione præmissa iuxta temporis vetustatem, origine tamen habitationis Ligurum pra vetustate non prodita. Vnde si quis curiosior scire cupit annorum numerum, quo diffinitur antiquitas, difficile scitu esse inueniet propter varietatem scriptorum; Iuris enim scriptores antiquum tempus censent spacium vnius seculi, quo longæui hominis vita finiri solet, id est Centũ annos, vel Centum viginti. Historici verò, qui gentis, aut regni, aut Respublica, aut Principatus tempora colligunt, plures annos requirunt ad statuendam antiquitatem Gentis quàm centum: ratio in promptu est, quoniã vniuersitas Gentis antequàm adolescat, atque accrescat ad populi speciem, ac frequentiam tria plerunq; attingit secula, Iudæaq; natio quartum seculum in Ægypto peregit. Nam aut bello à finitimis moto, aut sedione, aut clade diuinitus immissa populo, minuuntur ciues, cum se putant ciuitatis formam assecuti, recidunt q; rursus in plebis modicitatem, donec sequens generatio numerum virorum, ac præstantiam suppleat. Nostris igitur Lauis Liguribus siue ducentorum siue plurium annorum spacium quis tribuerit ante Prisci Tarquinii regnum, clarum est, quod eorum incolatus antiquior bello Punico quingentis annis fuit. Item quod Itali origine, quod plures populi, non vnus populus. Item quod liberi, ac sui iuris, dominiq; fuere, non autem coloni alterius gentis: quæ tria si ignorauit aliquis scriptor, ignoratio ignorantem sequitur, veritas autem è tenebris eruitur, atq; probatur, sed transeamus ad alia.*

De Læuorum nuncupatione, & Ticino condito.

Caput IV.

CVR Læui Ligures appellati Ticini accolæ fuerint, scire oportet, ne quis eos à tribu Læui dictos putet. Nam Læui nuncupati fuere ad differentiam aliorum Ligurum, in Cispadana regione sedes habentium: quoniam ipsi Læui populi iuxta Padum à læua manu relinquuntur, nobis secundo flumine nauigantibus, aliis Liguribus Cispadani tractus ad dexteram dimissis. Læuiq; postremò dicti fuere, Ligurum mentione omissa, vt apud Liuium libro tertio belli Macedonici, quia diuturna eorum possessio, sicut eosdem ab antiquo paterna originis solo, ita ab eius originis nomine abduxit, & in Lauorum nuncupationem transtulit. Hi ergo populi, occupatis citra, & vltra Ticinum campis, proprium sibi ipsis dominium, ac regimen statuerunt, pluribus ædificatis oppidis, a quorum pluritate Læui generali, siue regionali nomine dicti fuere: & inter quæ quidem Oppida Ticinum fuit ipsius regionis caput, non procul a Pado conditum, vt Plinius ait, relatione habita ad antiquum Padi alueum, de quo infra dicetur cuius quidem Ticini ædificatio ab initio magni ambitus non fuit, vt patet ex antiquo curiæ cultu, ruinis pene deformato. Quatuor enim spectantur prisca circuitionis latera, quorum primus angulus

Orientem

defessa, ponderis detractione quiescunt, & recreantur: A ita terra ipsa amota cultura ociosa reficitur. Nouales hinc dicti sunt agri, quia post annorum cessationem, quasi fructificandi nouitate leti seminibus susceptis cultori suo arrident fauentque. Huiusmodi ergo hominum studiis, pecorumque tractionibus creuêre in immensum istorum populorum opes, fructibus scilicet ex locis inuiis sine pecunia erogatione perceptis, & agris, pruisque durante frigore greges & armenta pascentibus. Colles quoque amœni, & fœcundi amplis B intercedentibus vallibus, in hac parte spectantur: in quibus cultura summo studio exercetur. Olearum hîc Sylua perpetuis frondibus albicant, alibi vineæ densis ordinibus distentæ nitent. Surgunt alio loco ante viatoris oculos superba oppida, situ ipso à natura munita, quæ tibi iter facienti propè esse, cùm longè absint, contemplando apparent, defessoq; laborem addunt. Virorum passim robur hîc in opere exercendo frequentiaq; conspicitur: mitior iis in collibus aër, ac lenior, quam in montium iugis clarè deprehenditur, sole regionis declinia melius explorante, & rupium circuitu vim ventorum ab inferioribus monticulis auertente. & propterea nines esse in eis diuturnæ sicut in summis rupibus nequeunt, sed sub Aprilis ingressum liquefactæ abeunt. Læta tum ibi floribusque conspersa terræ facies sese aperit, viget cœli temperies, paulatimq; iucunda æstas apparet. Nundinæ tum passim statis diebus suo quæq; loco ac oppido celebrantur, fiunt sub mercatus nomine populorum conuentus, artes, negocia, & mercimonia in vnum locũ conferuntur, venduntur ista, permutantur illa, pluraq; D emptoris verbo fideiq; creduntur. Incedit palàm Prætor, quem alii Vicarium, quidam verò Capitaneum vocant, tumetq; iuris dicendi potestate, & satellitum comitante turba tribunal ascendit, populisq; ius dicit, volumine secum perlato, in quo oppidorum iura descripta leguntur. Circumstant tum populi, & iudicis verba, moresq; mirantur. Ille verò interdum exlex, vt terribilitatis famam quàm primùm acquirat, spargatque per ora vulgi, insontem hominem criminis suspectum, frequenti foro plecti ac torqueri iubet, vt vnius infortunati supplicio sontes perterreat, & ad fugam, E vel ad aeris solutionem pœna commutata compellat. quod Bartholum Saxoferratæum in primis facti tasse aiunt, maleq; ab instito perpensis legibus, in reum similiter malè animaduertisse, suisq; quæstionibus mandasse iudicibus, vt seipsos populis terrificos exhibeant: At Populis contra huiusmodi, aliisq; interdum vexatis iniuriis, ferre diu inepti hominis imperium nequeunt. Primi itaq; Nursini, Asculaniq; ius dicentem sua ciuitatis iura temnentem à foro, & vrbe, viuum ne, an mortuum nescio, sede vacante exterminarunt. Monti- F regalenses inter Appruti nos noti, commissar.um impudenter se habentem obtruncarunt: Cantalitiis etiam superiore anno Reatinis agricolis vim inferentibus, ipsi Reatini Prætorem suum, cuius iussu arma deposuerant (miserabile visu) è fenestra præcipitarunt. Interamnenses, Perusiniq; Præfectos sæpè eiecerunt. Quid scribam præfectos? immo verò ipsos dominos electos, depulsosq; ab oppidanis, ciuibusq; ob immoderatum regimen audiuimus, vidimusq;. Aspera, & Roccisiniadia Sabinorum Oppida idipsum attestantur, quorum vis dominorum potestati palàm obstitit. Plura possem exempla subiicere, sed satis nota sunt horum populorum ingenia, qui aut modestia pertractandi, aut euitandi sunt; suus cuiq; honos, etiam egeno habendus, suum cuiq; ius, siue bono, siue malo æqua lance librandum est. Plerique enim sunt natura arguti, suspicioſiq;, laboribus, & pericul apti, meritorum, & demeritorum memores, retributoresque, atq; ad audendum non minus quàm ad dicendum prompti. Arx olim Italiæ, tutumq; propugnaculum hæc pars montana fuit, externis populis plana loca inuadentibus, ac depredantibus. Pluraq; in ea extant Castella, iamdiu ab alienorum vi vsq; in hunc diem intacta seruata, quæ situs natura, adeundique difficultate è periculis sepositæ, in summis rupium verticibus consistunt: quæque expugnari nullo modo possunt, nisi ipsorum incolentium proditione, ac dolo, ignauiæ, aut seditione. atque hæc ipsa loca delicias humano generi æstate præbent, corporaq; nimio æstu laborantia innocuo algore iuuant, & recreant: excedercq; ab isdem locis, & Romam, Neapolimue æstate adire perniciosum plerisq;, & mortiferum est, ob repentinam diuersi aëris mutationem, qua natura concutitur. Itaq; Autumni initium in Latium profecturis omnino expectandum est ad agritudinis pericula euitanda.

De Circumpadana Italiæ parte.

Caput IX.

PLANA nobis sese pandit Italiæ pars, nobilissima quæque continens, terram, Aërem, Aquas, Vrbes, Oppida, Populos, Opes, Greges, Armenta, Metalla, omniaque humano vsui à natura apta, atque iucunda: de cuius situ ornatissimè scripsit Polybius libro secundo, ies verbis: Huic lateri, quod Alpibus terminari dicimus &c. Pariq; orationis dignitate eandem complexus est Strabo, libro quinto ita scribens: Ante omnia de subiecta Alpibus regione dicemus. Est autem fœlix admodum campus &c. Indignius vtroq; scripsit Plinius in ea natus exili quodam, ac confracto sermone, & ordine pauca tantum quasi per transennam attingẽs, ac decimo capiti vndecimum anteponens, quod numero nonum est, & Istriæ descriptioni subdens multa ab ea aliena, atq; remota, veluti Mantuam, Veronam, Rhætos, Adduam, & Ticinum, amnes, lacusq; è quibus ipsi amnes superfluentes prodeunt, quod siue scriptorum, vel impressorum incuria, siue ipsius authoris transpositione contigerit, ita esse in libro tertio manifestè apparet. Præclarius sanè ipso Plinio posteriores de ea disseruerunt, quorum opera in maternam linguam versa circumferri, ac lectitari audio. Ego autem eorum omissis vestigiis, alio ordine, ac exemplo mea scripta instituam, huiusq; partis situm, non tam triangulari forma, quàm humano corpori terræ procumbenti, brachiis super caput extentis assimilabo. cuius pedes in Occidentem Alpes sue, caput autem, & brachia in orientem porrigantur, quæ similitudo, tametsi rerum qualitate differt, imaginem tamen similiorem in situ describendo refert. quam triangularis angulus. Atq; ab Alpibus incipiendo, à peranguſto angulo in Orientem verso, vbi oppidum Nebulosa imminet, planities initium sumit, quam humanis pedibus cõparo,

Digitized by Google

paro, sicut etiam incolæ ipsi Pedemontani appellantur. Incrementum q3 ipsa latitudo accipit, montibus hinc inde secedentibus; Ampliatur q3 hæc ipsa latitudo in Ticinensi agro è regione Vicqueria oppidi; ibi enim ab Appennino ad alpium radices Novarensibus proximas latior est planities, quàm in superioribus oris, à qua latitudine latera hîc esse huius imaginarii corporis videbuntur. Restringitur deinde planities in Ticinensi agro ad Stratellam oppidum, ubi Appennini radices Pado appropinquãt, & Alpium pariter brachia ex opposita in Mediolanensium fines magis inferuntur, comprimuntq3 hinc inde quasi ad cinguli speciem ipsius regionis latera, & quasi corporis umbilicum hoc loco effingunt. Secedunt postea utrinq3 montes, & latiorem situ edunt in Brixiẽsi agro ab una latere, & in Regiensi ab altero, Mantuano agro Cremonensibus finitimo, ac Brixillo oppido intercedentibus: Ampliatur q3 successiuè hæc latitudo per mõtium secessus in corporis figmentum, usq3 ad Adriatici Maris sinũ, ubi elegans, magnaq3 Venetia ab undis surgit, ac sese in altũ ferens, nostro huic corpori rerum gestarũ gloria gentisq3 antiquitate, ac dignitate caput exhibet, humeriq3, & brachia in Forciuliensem, & Istros ab vno, & in Romandiolos, siue Flamminios ab altero latere extendit, Adriatico mari inter brachiorũ internalla ex parte recepto. Hæc mea descriptio est ab ipsa natura, vt infra ostendam, sumpta, atq3 terra descripta, aërem quoque agnoscere optimum est.

De eiusdem regionis aëre, & proprietate, CAPVT X.

DIVERSO cœli climate Italiam discretam esse omnes orbis descriptores probant. Liguria enim, & Hetruria partes maritimæ, Latium, Campania, & Neapolitana ora Meridionali subsunt, Apulis, & Calabris etiam in Orientem spectantibus sub eodem climate comprehensis. Quarum quidem partium situs medium fermè tenent inter circulum Articum, & Tropicum Cancri. A qua Cœli plaga siue Zona alia Italiæ partes secernuntur, & elongantur, vt Ligures inter Apenninum, & Padum positi, & alii Circumpadani populi, collectis etiam Adriatici maris accolis plana colentibus. Quæ quidem regiones, etsi per situs sui prospectum videntur in Meridiem versæ, vtpote quia Transpadani colles in meridiem vergãt, & eorum similiter aquæ versus meridiem descendant, propriè tamen Meridionales non sunt, sicut est Genua, Roma, & Neapolis, sed Cœli, terræq3 ratione à Meridie manifestè distant, & cùm distare a meridie arguantur, pari etiam argumento magis appropinquare Septentrioni probantur, quàm supradictæ. Nec Septentrionales propterea esse videntur, cùm pari ferè interuallo tanquam in medio posita, tam a Septentrionalibus terris, quàm à Meridianis distare agnoscantur. Ex qua quidem distantiæ proportione, vtrinque habita, oritur illa mirabilis Cœli aërisq3 clementia, quæ omnium scriptorum consensu vigere in Circumpadana Italia dicta est, ipso quidem aere à meridiana regione caloris teporem, & à Septentrionali frigoris acumen sentiente, atque per vtriusq3 communicationem contunctionemq3 temperiem assumente, humilioribus locis exceptis, vbi à situs natura humiditas temperiem minuit. Et quam etiam temperiem adiuuat, augetq3 montium circuitio ab omni parte præterquàm ab oriente planitiẽ claudens amœnisq3 siue emolliens ventorum vehementiam, ne singuli iuxta propriam naturam à Septentrione occidenteq3 ac meridie exeuntes in nostros campos integris viribus irruant, ac nos ipsos, nostraq3 simul nimia pernicitate ladant, repens enim aëris immutatio nulla ex causa fit potius quàm ex ventorum incessu ac violentia: Et qua demum aëris clementia minimè æquè potiuntur Picени, & alii populi maris accolæ, montaniq3 sub eodem climate siti, quoniam maiore ventorum impetu agitari eorum regiones necesse est, tum ex maris vicinitate, ac vastitate, quàm ex montium altitudine ventorum furorem aperte recipiente. Atque ab hac naturali temperie, quæ longe diuersa à Romana, & Neapolitana regionis caliditate est, diuersa similiter inter nos, & illes nascitur temporum, & rerum proprietas & varietas. Hyemes illis lenes, ac tepore immixta esse solent, qua durante pecora perinde ac si ver incipere virentia pascua saltusq3 perquirunt, vt supra retulimus, atq3 ea vagandi licentia efferantur, Bubulisq3 & bonis ferarum ritu insurgunt, & viros aggrediuntur. Nobis contra glaciale frigus plerunq3 aduenit, vritq3 prata pruinis, densaq3 sæpe insequitur nix cuncta operiens, magnisq3 ecciro stabulis recepta armenta fœno aluntur, ac humano ferè cultu curantur, eaq3 assuetudine benigna homini ac familiaria efficiuntur & cornupeta bos pro monstro habetur, ac cadatur. Et ex diuerso æstas nobis suauis, atque opportuna laboribus, illis verò contra vehemens, atrox, omnibusq3 molesta esse solet: ex qua caloris vehementia corrumpi Romæ frumenta, vinaq3 exinaniri, & præter annum rarò conseruari patet. At nostra vina, frumentaq3 non solum alterum annum, sed biennium quoq3 & triennium expectant, & in naturali bonitate durant, Mantuano, & finitimis vinis exceptis, qua leuiora habentur. Et qua quidem conseruatio, tam ab aëris temperie, quàm a rerum bonitate prouenit. Lina insuper apud nos, legumina, milium, pannicum, aliaq3 trimestria grana, nobilisq3 oriza eadem æstate sata, atque collecta affluunt, peregrinisq3 ab immensa vbertate venum eunt. Apud meridionales non æquè, æstatis ardore, ac siccitate obsistente, sed citrea illis mala, Lauri, Pinus, Cupressi, aliaq3 hiberni caloris amica arbores in hortis virent, quæ apud nos rarissima habentur, vixq3 coalescere summa accedente cura in vrbanis locis possunt; paucis tantùm exceptis oris, in solis apricitatem versis, minusq3 ventis obnoxiis, veluti in Benaci lacus angulo, & in infima Adriatici sinus regione. Nam in aliis partibus cognatum humorem caloremq3 minimè habẽt ipsa arbores ex terra, à qua iuxta earum proprietatem in singula anni tempora, tam hiberna, quam æstiua alantur, vt docet Hippocrates libro Quarto de morbis, Romaq3 ipsa minus quàm Caieta harum arborum vegetationi apta probatur. Quid ipsa humana specie variabilius? Nam plerisq3 meridionales, maris accola colore sunt fusco, morbis seueri, & graues, crustieiq3, diserta in plerisq3, & suauiloqua vox, & oratio viget; Vafra ingenia, callidaq3, & in omnem occasionem prona, omnia quæ quis nouit, quæque audiuit in prõptu habet, ac

bet, ac composita voce effatur. Nostri autem ab eis diuersi, aut albi, aut subrufi, pauciq; fului visuntur, facie iucundi, sermone familiares, ac simplices, nihil in verbis seueritatis, nihil ambitionis habent, cute, & corporis habitudine æquè nitent, benefacere magis quàm benedicere student, peregrinis, perinde ac notis sociales se, & officiosos exhibent. Ipsa tibi hospitalitas, à rerum initio, nostris innata hominibus, vt Polybius antiquitatis testis, præsensq; etiam consuetudo probat, satis indicant, quales sese nostrates in rerum commercio vbique locorum habeant. Interroga è conuerso eos, qui remotiora à nobis Italiæ loca sæpe adeunt, quàm à nostris dissimiles, rariique, & immundi hospites, quàm truces, & inexorabiles reperiantur, ita vt inhospitales, potius quam hospites suis moribus arguantur. Tametsi hec morum diuersitas ab institutis, potius quàm ab origine manare videtur. Neminem enim natura ad actum compellit, neminemque etiam ab actu repellit, agere, & abstinere eiusdem arbitrii est. Diminuitur hac temperies in Adriatici maris regionibus, vbi ex reciproco maris æstu fit aër infestior, vt infra aperiam.

De Venetia, & Aquilonari Vento.

Caput XI.

EXORDIRI à Venetia in huius partis descriptionis compellor, Iurisconsultorum præcepta secutus, mandantium à dignioribus incohandum, atque cùm precipua pars humani boni aër sit, vt natura interpres Hippocrates in libro de Flatibus clarissimè docet: Videamus qua aëris puritate, impuritateue, tam Venetia regio, quàm vrbs ipsa in mari posita perfruatur. Relatum enim supra capite tertio ex Plinii sententia à me fuit, æqualem in hac regione umbra solisq; mensuram sub æquinoctii meridiem esse, à qua æqualitate aëris temperiem gigni clarum est: Regiones itaq; ista à maris turbatione remota aëris puritate potiuntur, vt Histria, Forosiulensis patria, Patauini campi à stagnis longinqui, & Flaminiæ pars inter Padum, & Ariminum posita. Quæ verò mari adiacent, minimè omnes æquè salubri aëre potiuntur. Aliaque aliis ex situs diuersitate plus minusue à maritimo aëre laduntur. Sed quoniam in singulis immorari, ac propria quæque disquirere longum est, Venetiam vrbem repeto, cui tria natura auxilia aduersus maris impuritatem, ipsius naturæ author Deus tribuisse videtur. Aquilonis venti, Vltramontani vulgò appellati, vicinitatem, ac frequentationem, orientis solis prospectum, & occidui venti lenitatem. Aquilo enim à vicinis Alpium iugis descendens facilis, ac celeri meatu, paruaq; aëris trasectione in Vrbem peruolat, pellitq; repentè malitiam à mari exhalantem, & singulos Vrbis vicos ingressu explorat, nec in eis aëris malitiam diuturnam esse sinit. Illa enim ex maritimis riuulis per Vrbis vicos diuisis surgit: ipse verò adueniens surgentem verrit, & quicquid aërei humoris elatũ reperit, sicco flatu dissipat, sparsumq; attenuat, atque eo modo vrbem ab humiditate frequenter purgat, & ad aëris salubritatem retinendam parat. Hoc nobis ita euenire noster Virgilius ipsius venti natura descripta Georgicorum tertio eleganter innuit his versibus.

Qualis Hyperboreis Aquilo cùm densus ab oris
Incubuit, Scythiæq; hyemes, atq; arida differt
Nubila; tum segetes altæ, campiq; natantes
Lenibus horrescunt flabris, summæq; sonorem
Dant syluæ, longiq; vrgent ad littora fluctus.
Ille volat, simul arua fuga, simul æquora verrẽs.

Frigidus enim, & siccus Aquilo tam in Circumpadanam planitiem, quàm in Adriaticum illabitur, & cùm sine subsolani venti commercio perflat, serenitatem aperit, nullamq; circa littora ab Alpium lateribus sita tempestatem (quam fortunam vocant) in mari excitat, sed in oppositа littora Flaminiæ, Anconitanæq; ora, & aliorum vicinorum fluctus impellit, turbatq; omnia suo impetu, nauigationem, piscationemq;, & importuosam stationem in vno quoq; portu ad septentrionem spectante suo aduentu parat. Idem etiam superato Apennino in Campaniæ, Latii, Hetruriæ, Liguriæq; maritimis oris facit tranquillam nauigationem ac piscationem, serenum tempus Italicis littoribus præstans, & oppositа Aphricæ littora passim infestans, atq; perturbans. Contrarium autem molitur Auster (diuersa natura compositus) in eisdem Mediterranei, & Adriatici maris littoribus, sed minus tamen ille caliditatis in Venetos alioſq; populos fundit, ob Apennini transcensum, in quo caliditatem ex parte exuit, nimbis in eius transitu montem operientibus, à quibus nonnihil frigiditatis attrahit, temperieq; caliditatem, atque eo modo temperatiore plerunq; flatu in Flaminiam, & vicinas regiones descendit. Ventorum itaq; vicissitudines natura cœlo, terra, marique prospiciens in tempora statuit ad animantium commoda, vt hinc, & illinc in suo quæq; genere singula transmigrationi apta suo tempore, suoque ordine, atque opportunitate, transmigrarent, ventis opitulantibus, & propè vehentibus: Rursusq; temporis vicissitudine commutata, conuerso nauigationis actu, volatuue ipsa priora loca repeterent. Ad quam quidem ventorum operationem diuersa molientem in Aphricanis littoribus à Latii oris, allusit aptissimè suo carmine idem Virgilius libro Quarto Aeneidos.

Littora littoribus contraria fluctibus vndas.

De Orientis Solis prospectu.

Caput XII.

QVID Oriens Sol Venetiæ vrbi, ac vniuersæ Circumpadanæ planitiei conferat, in quam ipse nullo interueniente obiectu, æquinoctialis tempore terris apparens, radios statim immittit, singulaque perlustrat; nihil occultum in huius terræ superficie à suo calore, & lumine esse sinens, doctissimè docet Hippocrates in libro de aëre, & aquis, in hac verba scribens. Quæ ad orientem solem sitæ sunt, salubriores iis esse constat, quæ ad Septentrionem vergunt, & iis quæ ad calidos ventos sitæ sunt, etiamsi stadium solũ intersit. Primùm enim moderatior est caliditas, ac frigiditas, deĩde aquas, quæ ad Solis ortus sunt, omnes splendidas esse necesse est, mollesq; & odoratas amabilesq; oriri, quia emergẽs Sol eas illustrat, corrigitq;. Matutinum enim tempus ipse aër, vt plurimum, semper occupat. Item hominum formæ boni coloris sunt, & quasi aspectu flor-

&tu floridæ (nisi aliquis morbus subsit) claraque A voce præditi sunt, & ad iram, & intelligentiam præstantiores Septentrionalibus, & fœminæ ipsæ valdè fœcundæ sunt, & facile pariunt: Veriqué simile tempus ei inest iuxta caliditatis, & frigiditatis moderationem, morbique pauciores, ac debiliores &c. *Varro quoque de re rustica libro primo à Catone dissentiens approbat. Villarum situs ad aquinoctiales Solis exortus spectantes, potius quàm ad meridiem. Qua quidem omnia ad vniuersam* penè *Circumpadanam planitiem montibus vndique* B *præterquàm ab Oriente conclusam pertinere, nodum ad ipsam Venetiam vrbem videntur, quæ prater cateras Vrbes, & Orienti, & Meridiei in hac regione apertius patet, à terræ scilicet continuatione seposita, & inter marinos fluctus erecta. Oriens enim Sol ipsam quàm primum lumine suo petit, insurgensq; miratur, vicosq;, & tecta ingreditur & altius paulatim conscendens vias, rivulosq; metitur, ambiens Ciuitatis molem à meridie non minus, quàm à matutina ora, plusq; caloris suo ambitu in eam oram infert, etiam hiberno tempore, quàm* C *in Circumpadanas Vrbes: qua ex re siccitas aëris in ipsa augetur, maritimorum riuulorum humiditatem sua contrarietate temperans: & qui quidem riuuli per vrbis vicos diuisi, tum ob insitam aquis à natura salsedinem, incorruptibiliores sunt paludestribus aquis, tum etiam ob reciprocum maris æstum, quo fluente mutantur aquæ vnda vndam impellente, alteraq; simul subeunte; adeò vt si qua etiam in aquis per immundiciarum proiectionem colluuio excitetur, illa ipsa pariter ab eisdem* D *refluentibus aquis abluatur, nisi ex inquilinorum ignauia, excrementa in vnum congesta, fluctuationem inhibeant, & aquarum incremento sub caniculares æstus subsidentia, vicorum riuulos minus pertingant: quo casu infestari aërem non natura, sed accidente inquinatis aquis fœtorem emittentibus necesse est. Prudentissimè iccirco Veneti specularibus fenestris vtuntur, quibus lucem excipere suspecto aëre excluso solent, eoq; claro, ac salubri elucente, illas pandunt, quas vulgo lingua Vitreatas appellant.*

E

De Occidentalis, & Orientalis Ventti flatu.

CAP. XIII.

MIRABILI lenitate Occidentalis Ventus in Gallia nimbosus, Alpes trasiciens purificatur, peraque qualitate Circumpadanos perflans in Venetos fertur, repellens nubes ab Subsolano vento contra effusas pluuiasq; compescens, qua interdum Aquilone, & F *Occidentali Vento quiescentibus, adeo infestare Patauinorum regiones solent, vt pluuia frequentissima pertæsus aliquis rem in proverbium verterit, pluit ne vbinc Paduæ? existimans in agro Patauino imbres à natura frequentiores fore. Sed differt annus ab anno, pluuia, ventis, annona, fructibus, salubritate, & statu, atque in pari temperie differt Patauium à Venetia Vrbe circa imbrium subiectionem. Rectius enim, atque apertius verrit Venetiam Occiduus ventus, quàm Patauium, Padó scilicet alueiſus latitudine aditum ad ipsum Vrbem apertius patefaciente, quàm ad Patauii sedem, à maris apricitate, Padique ostio distantem. Qua ex re minus diuturna, minusq; frequens fit pluuia circa Venetias, quàm circa Patauium, Occiduo Subsolanum facilius arcente, & Aquilone etiam circa Venetias liberius perflante. Subsolanus etiam ex aduerso nubes fer in Italia ad Alpium iuga, relictis nubibus, purus similiter in Galliam transuolat, Occidentaliaq; nubila summouens, serenitatem, ac iucunditatem parat, mutuisq; vicissitudinibus Occidens Gallia imbres, & nobis Solem reddit, & Oriens contrà pluuiam nobis, & serenitatem Galliæ tribuit. Retinacula itaque interdum nubium sunt Alpium cacumina Solis ibicibus pernia. Nam super montium dorsa, quo ab Italia in Sabaudiam, vel Allobroges iter facimus, insident procul à nostro itinere, ad ahenea termetis iactum, immanes, & inaccessibiles rupes, ad quarum summitatem nusquàm ascendere quadrupedes, minusq; homines, vt ab accolis accepi, nisibusq; æstate sæpe contecta inuisuntur. Nubila autem Occidentalia, & Orientalia, æstate ipsa citra, aut vltra montis iuga, vbi semita frequentatur, plerunq; firmantur. Vidiq; ego ipse Iulio mense Alpes transcendens, flante Occidentali vento, nubes mihi à tergo in Gallia remanere, atq; hærere Alpibus: Postremò in planitiem euadens, qua per exiguo interuallo montis insidet, ac Italiam viatori patefacit, Cœli serenitatem reperi, qua vniuersa Italia communis erat. Agnoscere ergo ex his naturæ occulta licet, quòd eodem anno penuria in Gallia, & vbertas frugum in Italia fieri potest, & è contrario, iuxta imbrium copiam vel inopiam, aut in Italia, aut in Gallia ex Dei nutu contingentem. Interdum etiam in vtraq; prouincia eodem tempore pluuiæ fiunt Austro efflante.*

Quomodo Venetia Transpadanis coniungatur, & de ipsius Populi antiquitate.

CAPVT XIV.

SI quis meam descriptionem deridendam putauerit, quòd caput Venetias finxerim, à terræ continuatione diuisas, dixeritq; me corpus formasse abscisso capite, longèque transposito: Respondebo: Mare, vbi ipsa Ciuitas eminet, Italicum esse; Itaque quod in eius tractu ædificatum est ab accolis, Italicum est, iureq; gentium, ac ditione propinquioribus pertinet, & cùm propinquiores Transpadani sint, iure gentium ipsa Venetia Transpadanis iungitur, sicut etiam ipsius Transpadani generis funiculus est. Et quamuis per terræ superficiem, atque iunctiuram continenti non cohæreat, eidem tamen potioribus modis, nodisq; à natura editis coniuncta, atque communis est, gentis origine, lingua, ritibus, & aliis naturæ, & generis indiciis. Quis enim nesciat inter Transpadanos populos, Venetos maris accolas antiquissimos fuisse, Romanoq; collabente imperio continentem deseruisse, finitimisq; euocatis præsertim Aquileiensibus ad euitandam alienorum iugum, atq; sæuitiam in propinquas Insulas commigrasse; sedesq; ibi suo iure locasse. Prisca Venetia appellatione retenta, ac propagata: Qua quidem in re si gentis originem, & antiquitatem in ipsa Prouincia habitam, ac continuatam spectare libet, ante Romanam

conditam, Venetam viguisse gentem suo iure, & auspiciis facilè inueniemus: Liuio aperte attestante, libro quinto ab Vrbe condita, ante Romanum Imperium Thuscos emissis coloniis Transpadana loca passim occupasse, Venetorum angulo excepto. Venetis ergo prius quàm alteri genti in Transpadano agro circa sinum Adriaticum statio fuit. qua quidem statione, nuncupationeq; in alterum locum eiusdem Regionis iurisq; translata, eadem manent in gente antiquitatis iura, ac monumenta, tamquam propagine transmissa. Nemini enim terra summitatem contemplanti vitis palmes, terram hîc subiens, alibiq; exurgens à materno stipite traductus, postquàm adoleuerit apparet, propaginis industriam vetustate abolente: sed diuersum esse palmitem à stipite vnusquisq; rei ignarus, imprudensq; existimabit. At si propaginis summissionem naturamq; rescisserit, eiusdem generis esse antiquum stipitem, ac nouum palmitem dixerit, agnoscetq; prudens contemplator eadem esse in vtroq; ligno internodia, similes gemmas, frondes, pampinos, racemos, atq; vuarum speciem, vel qualitatem, loco tantùm in sua regione, & genere mutato. Simili etiam ratione Veneti populi Italiæ antiquissimi à Patauio, & finitimis oris in Insulam sui iuris, tractusq; delati, non nouum, sed priscum genus gentis suæ propagatione repræsentant, loco tantum in suamet regione commutato: statumq; præsentem suo iure ad priscam originem, potius quam ad Insulæ incolatum referri oportebant: maris interpositione situm tantum non ius eorum possessionemq; diuidente, quod iuris argumento probatur. Iure enim diffinitum est, dominum à prædio remotum per colonos suos possidere. Si ergo ius mihi ipsi à re mea diuiso possessionem seruat: pari ratione in insula agenti populo per Reipublicæ administratores continentis possessio seruatur. Qua quidem possessione seruata maris interpositio pro nihilo putatur, Iure Ciuili, naturaliq; ad dominii, & possessionis vim potius quam ad loci interpositionem spectante, & ad absentem dominum rerum dominia durante possessione, referente. Minimè ergo ridicula, sed iuridica potius mea descriptio censenda est. Venetorum origine cum continentis dominio, & possessione coniuncta, & cui etiam origini, ac possessioni alis postea adiecti, atq; superuenientes populi tanquam accessoria partes adhæsere, in vnumq; populum coaluêre, principalis dominii substantia, ex adiectis partibus aucta, & non immutata, iure enim diffinitum est, accessoria principalis naturam sequi, & imitari, non è contrario, dictaq; accessoria, ex eo quòd accedant alteri principaliori, digniora q; videntur, ex qua ratione, alia etiam vulgata iuris regula nascitur, dignius ad se trahere, elicereue minus dignum. digniores enim primi insulæ incolæ posterioribus omni iure censentur: in quam quidem dignitatem traxisse alios postea populos publico dominio constituta videntur, antiquitatis, & dominationis communicatione per continuationem diuersa in se tempora coniungente, & communicationis vinculo posteriora prioribus quasi alluuionis adiectione incrementoq; in vnam formam componente: & de quo quidem dominio in republica ordines magistratusq; dispositio, multa mihi scribenda superessent, qua libenter referrem, vt illius clarissimæ Vrbis instituta ritusq; paterent, sed perseverum virorum censuram veritus momentium ab ipsius Vrbis patriciis luculentius quàm à me peregrino homine patria iura enarrari posse, subsisto.

De Mantua.

CAPVT XV.

ORDO natura, ac rationis poscit, vt quæ prior regio ab hominibus coli, & habitari cœpta sit, priorem etiam locum in historia habeat. Mantua itaque cùm post Patauium citra Adduam prima condita fuerit, primum quoque locum post Patauium, aut Venetos in mea historia habebit. Qua quidem Ciuitas triplici ornamento sese suffultum inter Transpadanas Vrbes apertè probat, Gentis origine, situ, & dominii proprietate. Origine gentis, quia ante Vrbis Romæ incrementa condita à Thuscis fuit, qua ex re, & antiquitatem, & nobilitatem simul assumpsit. Sola enim hæc ciuitas ex Transpadanis oppidis, ab ea gente ædificatis à Gallorum impetu inuiolata remansit, Plinio attestante libro tertio & Cap. vndeuigesimo his verbis: Mantua Tuscorum trans Padum sola reliqua, innuens tacitè, alia Tuscorum oppida à Gallis Italiam ingressis sub Prisci Tarquinii regno, pulsis colonis occupata fuisse. Quod Liuius summatim retulit libro quinto ab vrbe condita, ita incipiens: Tuscorum opes ante Romanum Imperium longè lateque patuere &c. Quo quidem in loco animaduertendum est, quòd Liuius de antiquissimis Italiæ oppidis, ante transitum Gallorum conditis in Transpadano agro nullam prorsus ibi mentionem fecit, vt de Patauio, Mantua, & Ticino, sed de iis tantùm scripsit, quæ tum à Gallis ædificata fuerunt, tanquam de nouis ea ætate rebus, ab ipsis Gallis in Italia gestis post Romam conditam. Ante verò Romam conditam gesta, in Transpadano agro nusquam complexus est Liuius, minusq; Trogus, Iustinusue in historica autoritate non magnifaciendus ob deprehensam in eius scriptis plurium rerum varietatem. Si quis tamen à Liuii omissione arguendum putauerit, Mantuam eo tempore non fuisse ædificatam, quia de Brixia, & Verona scribens Liuius nihil de Mantua dixerit, in rerum antiquarum ignoratione versabitur, Liuii narratione, ac intentione malè percepta, qui Gallorum sedes in Italia ab initio occupatas, conditasq; stricta oratione perstrinxit, & Transpadana oppida Gallicis Vrbibus antiquiora silentio prætermisit, tanquam ab eius historia propositione, ac subiecto ordine, & tempore aliena. Insuper Plinii sententia, quòd Mantua sola ex Tuscorum oppidis trans Padum relicta fuerit, nullo modo aptari, concordarique Liuiana historia poterit, nisi fateamur Mantuam ante Gallorum aduentum à Tuscis ædificatam, situsq; opportunitate aduersus eosdem Gallos defensam postea, atq; retentam fuisse. Quo quidem situ nihil in Transpadana planitie probatur tutius. Mintio amne, circa Vrbem lacum stagnumue formante, quo vniuersa ciuitatis ambitus cingitur, & ab oppugnationis aditu amonetur. Tutissimaq; sis statio, parua militum manu excubante. A qua re Mantua rectissimè dicta videtur, quasi manu tuta, manu hoc est tenta. Idem Mintius

Pado

Pado influens subuehendarum nauium commodum A
præstat, ac piscandi simul voluptatem, & oculis, & gu-
stui incolentium parat. Addit a quoq; natura commodis
fossæ ingentes sunt, operaria manu erectæ, atq; formatæ,
quibus à Mantuano agro actuali lembo in Patauii val-
les per aquarum riuulos descenditur: rursusq; eisdem
in redeundo paruo labore ascenditur, pedite funem puppi
annexum humeris trahente. Auget ciuitatis dignita-
tem dominii proprietas ipsi ciuitati iamdiu indita, ac
continuata: potiri enim dominio populus videtur, cum
Patricii viri publico iure, & nomine principatus ad- B
ministratione fungantur. Gonciaca enim familia à po-
puli Concione ab initio dicta, Patricio nomine, ac iure
Mantuæ præest, gens antiqua, bello, & pace, domi, fo-
risq; conspicua, dominii amplitudinem etiam citrà Pa-
dum Marchionali olim, nunc Ducali sceptro protendens, Cardineoq; sæpius insignita, atq; illustrata galero,
quam politiori nomine Gonciacam, potius quàm Gon-
zagam appello, ne tam insignis Ciuitas, vnde Latinita-
tis lumen prodiit, sine Latinitatis ratione, clarissimam
eius familiam, vulgari ruditate conscriptum, in mea hi- C
storia deprehendat. Atq; cùm inter Mantuæ terminos,
& Addnam incertum sit apud probatos scriptores, qua
oppida ante Gallorum aduentum sita essent, vbi nunc
Cremona est, ad antiquiora transeo, mox ad Cremonæ
initia suo tempore reuersurus.

Explicit Liber Primus.

D

BERNARDI SACCI
TICINENSIS HISTORIÆ
Liber Secundus.

De Insubria, aliisq; Circumpadanis partibus, & ipsarum habitatoribus.

CAPVT I.

E

PRIMA trans Addnam Regio Insubria est: in qua describenda posteriores scri-
ptores ab antiquis dissenserunt. Prisci e-
nim Insubriam appellant regionem trans
Addnam, eiusq; fines in superioribus oris
trans Ticinum fluuium extendunt, vbi nunc exac
Nouariensis ager, vt Polybius probat libro secundo his
verbis: Consules igitur aduenientе vere copiis
in Insubres ductis Acerram vrbem quę est inter
Padum, & Alpes, obsedêre. Acerra enim trans Ti- F
cinum est, non longè ab ipso fluuio, opinorq; Acerranum
oppidum, quod Nouariense est, fuisse Acerram. Liuius
etiam libro primo, tertia Decadis, Polybium ad verbum
in pluribus secutus, ita scribit: Ponte perfecto, tradu-
ctus Romanus exercitus in Agrum Insubrum
fuit. Agrum trans Ticinum situm in superioribus oris
Insubrum fuisse affirmans. Posteriores verò scriptores
nulla temporum, & gentium distinctione facta, confinia
Insubrum inter Addnam, & Ticinum fuisse tradide-
runt, à quibus ego dissentio: sequi enim in antiquis anti-
quorum attestationes iure compellimur. In altero quoq;
errore posteriores deprehenduntur. Insubria ab antiquis
superior regio, iuxta vocabuli sonum, appellata fuit, non
autem inferior pars circa Ticinum amnem, Pado finiti-
ma, vbi flumina ipsa in vnum coeunt. Quæ quidem
inferior pars ab antiquis autoribus, & præsertim à Li-
uio, Laeis Ligvribvs ascripta fuit, libro quinto ab Vrbe
condita, referens enim breuiter ipse autor Gallorum trã-
situm in Italiam, ait: Libuos Saluios Alpes trans-
gressos consedisse propè Lævos Ligures (anti-
quam gentem) incolentes circa Ticinum amnẽ.
Primæua ergo Insubria fuit omnis regio à Gallis occupa-
ta in superioribus oris inter Addnam, & Siccidam a-
mnes sita; in inferiori autem ora, ab Addna vsq; ad Lã-
brum fluuium, Insubrum pariter ager fuit. A Lambro
fluuio vsq; ad Siccidam propè Padum, Lævorum Ligu-
rum antiqua sedes, atq; possessio fuisse probatur. Nulla
ibi Tuscis Vmbrisq; nulla Gallis statio patuit, quòd plu-
ribus argumentis paulò inferius clarè apparebit. Atque
hæc regionum, gentiumq; distinctio, ac nominatio, à pri-
mo Gallorum aduentu, vsq; ad Gnei Pompei Strabonis
tempora perduxit, vt suo loco referam, antiquis prius
ex ordine propositis. A Siccida autem amne vsq; ad Du-
riam flumen Libui Sallii, quos memorauì, incoluêre
(Sallii enim, & Saluii ab antiquis scripti fuêre) & à Du
ria flumine ad Alpium fauces, quas perlustrani oculis,
Taurini populi, eodem Liuio referente, tenuêre, vt pa-
tet libro primo tertiæ Decadis, priscumq; etiam gentis
nomen in Ciuitate Taurinorum Metropoli hac ætate
viget. Tres itaq; tantùm Italici nominis populi in
Transpadano agro sub Prisci Tarquinii regno, Gallis
Italicam planiciem occupantibus, sedes suas retinuere,
Laui Ligures, Mantuani, & Veneti, inter quos Vene-
tes, Patauiani censentur, Liuio attestante libro decimo
ab Vrbe condita. Citra Padum verò Boii, & Senones
Galli, pulsis Vmbris, & Tuscis, à Trebia vsq; ad Appẽ-
nini latera Tuscia, & Vmbria finitima omnia occupa-
uêre. Ab ipsa autem Trebia vsq; ad Alpes Ligurum
gens rerum dominio potita fuit, nec appropinquantia
Gallorum arma perhorruit, stetitq; suo robore, suaque
confinia ab alienis gentibus ea ætate inuiolata seruauit,
nomenq; ipsi regioni suo iure dedit. Liguria enim omnis
ea ora dicta fuit. Qua igitur antiquitatis dignitate, ha
gentes inter Italos emineant clarissimè patet, cum eis ex-
ceptis reliqua Circumpadana loca Gallorum potestati,
nuncupationiq; concesserint, dictaq; propterea tunc Gal-
lia Cisalpina fuerit. Atq; cum de Venetis, & Man-
tuanis, quæ ad eorum antiquitatem, ac dignitatem per-
tinent, retulerim: Ligurum similiter gentes, ac dominia
hoc loco colligere consequens est, præsertim cum ex Gal-
lorum vicinitate propinquiores inuasionis periculo fue-
rint, nec tamen eorum imperio, aut armis, quibus tot po-
puli ea ætate cesserunt, ipsi succubuerunt.

De Ligurum origine, & populis.

CAPVT II.

QVÆ Ligurum antiquitas fuerit, ignorata à Pri-
scis scriptoribus, gentis origo arguit, præsertim à

Plinio vetustatis perquisitore. Dionysius quoque Halicarnassens eorum vetustatem probans libro primo, hæc de Liguribus retulit, quòd longè antiquior gens ipsa fuerit populis Aboriginibus, de quibus M. Cato scripsit: addens, antea quam Italia nomen celebre esset, quæ prius Oenotria dicta fuit, Liguriam notam fuisse poëtis, scripsisseque dicta Sophoclem in Triptolemo, qui, Plinii testimonio, floruit centum, & quadraginta quinque annis ante Alexandrum Magnum, anno ab Urbe condita nonagesimo supra ducentesimum. Nota itaque Priscis, ac peregrinis scriptoribus suapte fama, & nobilitate Liguria fuit. Sive ergo Ligures à leguminum satione, vt quidam ait, sive à linguæ vel sermonis asperitate, quasi lingua durioris, sive à ligatis vtribus, quibus innecti supernatasse aquis diluuii ad Alpium cacumina perhibentur, sive ab alia causa appellati fuerint, ipsa sanè appellatio antiquissima est, nullo vnquam immutata sæculo. Nunc ipsius circuitum referam. Liguria à meridie Mari Ligustico appellato, à Septentrione partim Pado, partim Appennini lateribus clauditur, ab Oriente partim Tuscis, quorum fines olim occupauit, partim Placentino agro, qui quondam Boiorum fuit, iungitur, ab occiduo in prouinciam vsque porrigitur. & est tripartita situ, aëre, & populis: Situ quoniam alia pars maritima, alia montana, alia clinosa ex parte, & ex parte plana est: Maritima à finibus Tuscorum Genuam vsque in Meridiem vergit: à Genua autem versus Occasum littora spectant æquinoctialem Orientem, à qua flexione Genua dicta fuit, quasi in genu curuato situ. Atque hæc pars circa littora declinia frequens est oppidis, & vicis, montana horrida fermè est tota, altissimis discreta rupibus Apennini latera occupans, atque eius iuga, aut saltibus, aut siluis possidens. Tertia pars Circumpadana, vel Aquilonaris appellari potest, quoniam & Pado ab Aquilone alluitur, & suis collibus Aquilonem spectat, à Meridie iuga Apennini habens. in quo hoc mirabile opus natura edidit, quòd exteriora ipsius montis latera in Meridiem versa, glabra vbique sunt, & scopulosa, præcipitio quam itineri aptiora, sine vepribus, sine fruticibus, ac sine plantarum tegmine destituta. Contraria verò latera in Padum conuersa, opaca sunt, siluis, ac arboribus referta. descendunt in hac parte quasi ab Apennini vtero, aprici ac distincti colles, riuulos per concauas valles in planitiem effundentes, qui demum in vnum coeuntes, torrentes formant, ac citato lapsu in Padum ruunt: Padum fortassè indè dictum; quasi patentem aquarum aditum. Padus vero intumescens aquarum mole ambit Liguriæ oram, promptoque obsequio vicinis Liguribus nauigationis opportunitatem offert, ferens quæcunque onera, nullo à Liguribus pro enectione exacto precio, adeò etiam elementa Ligustica regioni sunt propitia. Hæc de situ diximus, & quemadmodum situ inter se Liguriæ partes differunt, ita etiam aëris temperie diuersæ sunt. Maritima est calidior, & propterea vbi sese valles pandunt, adsunt Oleta sive Olueta, Myrtetaque semper virentia. Citrea in istis collibus. Poma maternos incuruant ramos, atque in humum deprimunt: flores bis in anno olent, odoremque in maris intima fundunt, fluctusque demulcent. Ficus quoque oleoris ora atque ingluuiem implens, ac tumefaciens rarò domini mensam primo tempore occupat, Nebulone famulo, ac Sycophanta, præcocia quæq; poma furtim decerpente. Montana est gelida, hyeme rigens, æstate grata, qua inualescente æstate, nobiliores viri ex oris maritimis discedentes, montana loca petunt, vt opacas vmbras, ac montium refrigeria excipiant. Rursusque abeunte æstu, ad maritima redeunt, hyememque sæpè tanquàm autumnum in nëris temperie transigunt, iisq; aëris, ac locorum vicissitudinibus Ligures longæui fiunt, ac salubres viuunt, & qui in victu frugaliores sunt, senectutem quasi inuentam sine morbo, sine tussi, sine excreatu degunt. Circumpadana pars in planitie æstuosa est, terraque ipsa sub caniculares dies findituꝛ, & hiatus passim aperit; in collibus autem aër est temperatior, quoniam Aquilonares flatus oppida in alto posita facilius captant, ac refrigerantur, quàm loca depressa. Vineæ in ipsis collibus sunt feracissimæ, albi, ac rubri vini æquè copiosæ, ita vt interdum vtriusque anni vindemia exuberante, vasa vinaria dominorum vsui sufficere nequeant: pruinaque mense Aprili plana loca vrente, quod nostra ætas sæpius perpessa fuit, Ligustica vineta salua manent, frigore scilicet à ventis illato ocius ab Alpibus in planiciem descendente quàm in eminentes à plano colles. Sed iam de populis scribere opportunum est; quorum antiquissimi in maritimis sunt Genuenses, olim etiam Genuates, & non Ianuenses dicti, vt quidam somniant, quorum inscitiam probati autores Liuius, & Plinius detegunt. Eorum autem antiquitatem indicat tabula ahenea venerandæ vetustatis, olim effossa ad radices Apennini sive iugi, in valle Porcobera, vulgò Porcifera dicta, anno Millesimo quingentesimo septimo, quæ collocata inspicitur Genuæ, in Diui Laurentii templo, à me lecta, & descripta. Si quis vocabula, & scriptionem spectauerit facilè agnoscet linguæ rusticitatem eo tempore adhuc in Latinis viguisse, cum tabula ipsa formata fuit, qua continet Genuensium, & aliorum populorum fines, ab arbitris discretos, anno centesimo post initium belli Punici, Nominanturque in ea Langatii, Viturii, Odiates, Dectunines, Cauaturines, Mentouines, & alii. Celebres in maritimis fuêre Intemelii, à quibus Intemelium, vulgò Vintimillium, & ab occasu sedes habent: Item Ingauni sive Albingauni Alpibus finitimi. Liuius illam oram Alpinam putat libro Octauo secundi belli Punici. Sauone similiter, sive Sauona ciuitate, vbi Sacca familia insignis est, inter Alpina Oppida relata, trans Alpes etiam sedes habuerunt Ligures Salluii, sive Salii, quos celebrant Strabo, & Plinius. Liuius prior vtrosq; a Saluios populos, maritimam oram incoluisse inter Sauonam, & Massiliam, refert. Deridendiq; profectò sunt ii, qui omisso Sauonæ nomine, vt scire aliquid videantur, Sabbatia vada scribunt: quasi verò necesse scribenti sit repetere prisca nomina, in desuetudine, & oblitione posita, & antiquata. Vtere quæso notis nominibus, & in vsum deductis, & obsoleta, ac deserta desere; quæ enim antiquata sunt, perierunt, viuereq; tantum illa videntur, quæ frequentantur. Ab

Oriente

Oriente incoluêre Ligusticam eram Apuani Etruria finitimi, & infesti, vt colligit Liuius libro nono belli Macedonici. Item Garuli, Hercates, & Apicini fortasse à montium apicibus, in quibus pagos habuêre dicti. nam Suismontium, & Balistam praaltos montes eos tenuisse, scribit eodem libro Liuius, quod repetit in fragmentis quinta Decadis libro Quinto. Friniates quoq; Ligures coluêre Anginum montem, qui an sit is, qui Augonius hodie dicitur, discere potius vellem quàm affirmare. Sunt & alii plures, quos praetereo, vt nostris Circumpadanis locum statuam, ex quibus memorantur Vagienni, siue Batienni, in quorum finibus Padum intumescere Plinius tradit, Eburiates, & Statiellis siue Statielienses, superiorem oram Tanaro finitimam incolentes, vsque ad militarem viam, à via autem militari Padum vsq; circa Tanarum, Marici populi colnêre, à Plinio celebrati: iuxta Maricos ad Orientalem plagam, Iluates Ligures sedes habuêre, de quibus Liuius verba facit, libro secundo belli Macedonici, quae malè videtur percepisse quidam Topographus in Lombardia describenda. Sed dubium suboritur, an sit corrupta lectio Liuiana, scribig; Lituates potius conueniat, à Litubio oppido, quod hodie suum statum, ac nomen retinet L. in R. mutata, Ritubium viri periti, populares verò Riturbium vocitant: in cuius finibus tepida aqua ebulliunt, variis languoribus aptae, illis etiam populis alia ascribuntur Oppida, vt Clastidium & Callela, quae hodie dominis Papiensium sunt. Haec de populis attigisse, quae ab antiquis scriptoribus accepimus, satis est. De rebus gestis, & virtute eorum antiquiora referam. Fide, & hospitalitate Circumpadani insignes habiti sunt, eaque ratione, militaris via à Gallia, Hispania, & Anglia Romam tendens, quàm vel militarem vel Romanam, vel magistram vocant, in eorum finibus posita, & frequentata conspicitur. Fide similiter maritimi enituêre, peregrinos, nautas, & mercatores portu excipientes fouentesq; à qua re gentium diuersarum benevolentiam, amicitiamque iniuêre. Fide montani in socios stabiles, fortesque fuêre, periculis etiam ob eam causam sponte susceptis. Primi enim Apuani suis sociis à Tuscis violatis, arreptis armis Etruriam ingressi sunt, eiectisque colonis, agrum occupauerunt inter Pisas, & Romam, ipsosque Pisanos eorum possessioni reluctantes, intra cunctatis sua muros, compulerunt, obsederuntq;, vt Liuius passim enarrat, praecipuè libro quarto, & quinto, de bello Macedonico. Item cum Pisanis opem ferres, Quintus Minutius Consul Romanus, sistere castra in loco, quo obuiam factus est Ligusribus, Apuanorum vrgente vi coactus est: comitiisque euocatus nusquam referre pedem Ligurum arma pertimescens ausus fuit. Bononia quoque suorum agrorum vastationem, & Mutina praedam, & eadem fieri intra sua moenia, à Liguribus perpessae sunt. Placentia verò sua etiam tecta incendio conflagrari Ligustica manu sensit, desperatoq; Romanorum auxilio, à suis colonis destituta fuit. Sed longè prudentius Cremona colonia agros suos impunè vastari patiens, muris tuta Ligurum tela euitauit. Nec terra solum, sed mari etiam Ligures enituêre, Massilienfibus Romanorum socius classe sepius concitatis, & in fugam versis. Vnde non immeritò Liuius antiqua eorum in pugnandi discrimine spectata virtute, haec scripsit libro octauo belli Macedonici: Is hostis, velut ad continendam in Romanis disciplinam, natus erat, nec vlla prouincia magis militem ad virtutem acuebat. Idem alibi: Hostis leuis, velox, & repentinus, qui nullum vsquàm tempus, nullum locum tutum esse sineret &c. Deficiet calamus manusq; simul, si Martium saltum memorauero, à Romanorum clade nuncupatum, solis Apuanis circumuenientibus, quid si vniuersi Ligures in vnum conuenissent, vnoque consilio, ac duce bella gessissent, nonne inuicti in praliis vsi fuissent? Praeclarè igitur Strabo libro Septimo scribit, solos Ligures in Italia diutissimè Romanis obstitisse, tempora recensens quibus eorum bella viguerunt. Ego verò Strabonis hoc addo, Ligures Romano populo adhaesisse, non tam armis deuictos, quàm pellectos insigni Romanorum lenitate, ac liberalitate, qua Romani vsi sunt in Apuanos Ligures, quos in agrum Samnitum suo sumptu traduxerunt, diuiseruntque in colonias, & quibus etiam dedisse centum quinquaginta millia argenti pondo Romanos ad reficiendas aedes, Liuius notat, libro decimo belli Macedonici. Hac enim tam immensa liberalitate in alios populos, in colonias deducendos, nusquam Romanos vsos fuisse constat, praeter quàm in Ligures. Nec omnino eos fefellit fides habita Liguribus: ipsis enim in agro Samnitico, colonis constitutis, concidit inueterata illa Samnitum contumacia in populum Romanum, Apuanorum fide, ac vicinitate confracta. Quid memorem Genua refectionem, olim Romana Respublica sumptibus procuratam, vt Ligurum gens, quae armis subigi aegrè poterat, beneficio deuincta conquiesceret, Romanorumq; amicitiam sua sponte susciperet? Nec ingrata illa Romanis fuit, multis in Iugurtino bello à Ligurum cohortibus praeclarè gestis, ex quibus quàm maximè memorabilis expugnatio Castelli ad Mulucam fluuium fuit, quod desperatione fractus Marius erat deserturus. sed longè memorabilior Italica pugna fuit, in qua idem Marius contra Cimbros, & Teutones dimicaturus, Ligurum aciem in fronte collocauit, & Germanorum vim antea Romanis formidolosam Ligurum pericula, atque virtute excepit, illamque gentium nubem fregit, fugauitque, vt Plutarchus in Mario refert. Sed quid virorum miramur constantiam, ac magnanimitatem, quando etiam in foemineo sexu, & in Ligustica mulsere virtus animi enituit. Nam in educandis, & seruandis in periculo filiis studium vnius Ligaris matris, Cornelius Tacitus admiratur, libro decimo, qua in praesenti vitae discrimine posita, nefarios militum cruciatus constanti animo pertulit, ne filium, quem occultauerat, illis proderet: rogataque vbi filius lateret, in ventrem, ait, vnde exierat, redit, perderegq; se ipsam quàm indicare filium improbis militibus maluit. Prodeant hoc loco in medium, suaque maledicta pandant isti, qui Ligures calumniati sunt, & fallaces appellant, vt M. Cato

Porcius,

Porcius, cuius naturæ asperitas, ne dicatur rusticitas, non tam Porcia, quàm Canina deprehensa fuit, atq; improbata, quando etiam Scipionem Africanum ciuem optimum indigno latratu insecutus fuit: suis enim qui maledicere insueuerit, multò magis alienis maledicturus erit, tandemq; si alterum cui maledicat non habuerit, in sese, genium q; suum maledicta vertat, necesse erit. Noster quoque Virgilius, qui poetica licentia prorupit in ea verba, vane ligur: mox dicacitatem suam retractans, alibi Ligurem, vt virum fortem commendauit, illo carmine in quo Italiæ laudes celebrauit, quasi sine Ligurum fortitudine, clara esse Italia nequierit:

Assuetumq; malo Ligurem, Volscumq; verutũ.

Malo enim ferendo assuescere proprium est virorum, vt ipse Poeta alibi hoc carmine docuit.

O socii. (neq; enim ignari sumus ante malorũ:)
O passi grauiora, dabit Deus iis quoq; finem.

Malo quidem assuescere ignaui, & imbecilles nequeunt, fortitudine, ac patientia opus est, qua animi firmitatẽ mobilitati contrariã probat. Si itaq; Virgilius Ligurẽ virũ fortẽ appellat, quem alibi vanum dixerat, nonne sibi ipsi contradictionem implicauit, & posteriore approbatione priorẽ opinionẽ, vtpotè erroneã, abolenit? Indignè ergo, atq; adeò improbè facit, qui Ligurũ gentis volubilitatis notam, aut dicendo, aut scribendo impingit, arguiturq; antiquorum virorũ testimonio ex animi liuore, ac scurrilitate potius, quàm veritatis studio, in maledicta ruere, cũ nusquam apud probatos scriptores pateat, gentem ipsam à fide publica defeciſſe; quòd si vnus, aut alter aberrasse, aut casu, aut culpa, visus fuerit; publica semper causa à priuatorum nota discernenda, & segreganda est, non autẽ tota gens paucorũ vitio fœdanda, vt præclarè Rhodiorum legati in Romanos elocuti fuerunt, Liuio autore, cuius hæc sunt verba: Nulla vsquàm gens tã modesta, tã morigerata reperta fuit, quæ non aliquando improbos homines ediderit, Romaq; ipsa non vnum, aut alterũ scelestũ ciuẽ, sed nefariorum hominum cateruas in vno quoque ferè seculo à suis laribus emiſit, Nec tamẽ perditorũ numerus bonorum cætum iccirco fędauit, culpa semper autorem sequitur, & ignominia culpam, innoxius verò minimè notatur. *Ergo si quis Ligur inconstantia lapsus (vt est humana fragilitas in errando prona) & ex lapsu fallax deprehensus sit, non est propterea Liguria ex priuati casu vaniloqua existimanda, publica constante fide, ac autoritate, vt constat. Vnde quæso creuêre parentũ nostrorũ ætate Ligurũ opes, honores q; nisi ex eorũ publica fide? quã populatim custodientes, res, terra, mariq; gesſere historia dignas, non solũ circa Italiã, sed etiã in Oriente multis subactis populis, & ingenti præda in Italiam aduecta. pacisq; similiter tẽporibus, vbi quæso præclarius mercatorum fides spectata est, quàm in Liguria. sed qd mercatorũ negocia, permutationes q; rerum, ac pecuniæ trasectionem, repræsentationemq; consector? quasi in his tantũ popularibus actis eniteat Liguria. Altius sese mens iam tollit oratio. Quot enim clari viri, à Liguria oriundi ad summũ Christiani orbis pontificatum euecti sunt, fidei, & probitatis ergo? Quis Fliſca gentis virtutem, & amplitudinẽ nesciat? quis Cibos ignotos habeat longa annorum serie, sidei præstantia pontificatu potitos? quis in Italia angulus extat, quò Ruuereæ familiæ fama non peruaserit, à Ruuere vel Quercu dicta? quæ quidem arbor cum planta proceritate, firmitate q;, & coma amœnitate excellat, sua ipsa gens rerũ gestarũ præstantia, non solũ Liguriã obumbrauit, sed vrbẽ Romã Orbis caput, & alias Italiæ partes implenit gloria, firmauit fide, & structuris decorauit: innato scilicet Ligurum animis hoc studio, vt non solum suas regiones, sed alienas etiã ædificiorum magnificentia exornent, in qua quidem re vnus nostra ætate Thomas Marinus mirabile opus exorsus fuit. Ille enim Mediolani ciuis ascitus, cũ domũ non reperisſet sibi, ac suis satis aptã familiaribus in Vrbis medio, disiectis domibus, ingentem molem erexit, Arci, ac Palatio similiorẽ, quàm domui. Sed dum insignes, antiquasq; familias mente cõcipio, vt Spinulas, Adurnios, Frigosios, Aurias, Riarios, Cicadas, Saluios, Saulosue, & alios; vltiũ virũ silentio inuolno, qui ignotas priore seculo orbis partes, Aphrica à tergo sitas, primus vniuerso extra Priscos limites circumnoluto pelago adiuit: primus sermone, ac fide, rerumq; commercio conciliauit, primusq; Christianis regnis aggregauit, & ne sibi ipsi gloriam tanti laboris, & periculi arrogaret, sed Deo sibi tribueret, Christophori Columbi nomine subtracto, opera tantum sua nota fecit. Nec mihi hoc loco Genua omittẽda est. Genua inquam olim à genu, nunc autẽ à virorum genere, quasi genitrix conspicui generis suorũ merito appellanda, illo præcipuè longæuo, atq; insigni viro Andrea Auria ab ea genito, quẽ nostri seculi Reges, Imperatores, Pontifices q; admirati in honore habere, & consulere dignum putarunt. Tu illa Ciuitas es, qua* CAROLI QVINTI *Romani Imperatoris suffulta præsidio, atq; fauore per imminentes olim Italiæ procellas euadẽs, priscam libertatẽ consequuta es, alienoq; à te summoto Imperio, caput Liguriæ facta es, atq; inter Italiæ sex principes Vrbes, minimè tu postrema sedes. Rudẽ olim, & effrenẽ gente, nouis legibus, nouisq; ritibus, in vnum quasi corpus componens: nec tua solum genti, sed alienæ etiam viuendi legem tuo iure pscribens. At quæ me sententia, quæ ratio ab antiquis ad præsentia tempora traxit? lapsus sum (fateor) Ligurum studio, ad ea quæ mei instituti non sunt. Corrigam itaq; me me, ad antiquos Ligures scriptionem vertens.*

De Liguribus Ticini accolis. CAP. III.

Cispadani tractus accolæ inter Apenninum, & Padum positi primi omnium gentium, vt dixi, Ligures fuêre; A quibus Pado cognomen adiectum scripsit Polybius libro secundo, Plinio in eius sententiam eunte, libro tertio: quod nomen Bodincum fuisse vterq; tradit, id est fluuium fundo carentem. Clarius autem Ligustica lingua Vodinquum, quasi vadũ insquũ dicitur. Hi igitur antiqui populi, vicinitate freti, ac hominum copia, Pado è regione traiecto infudêre sese in Transpadanam oram, sedes q; suas citra, & vltra Ticinũ amnem propè Padum posuerunt, tempore scriptoribus incognito. quod libet probare, vt excludantur à suis opinionibus illi, qui diuersa prodiderunt. Primum itaq; dico, quod antequam Gallis nota fieret Italia, iam ab antiquo Ticinensis ora, à Lanis Ligusibus habitata erat: quod clarissime refert Liuius libro quinto, prima Decadis. Cuius hæc sunt verba: De transitu in Italiam Gallorũ hæc acce-

accepimus. Prisco Tarquinio Romæ regnãte &c. *Subdens inferius*: Libui cõsidũt, post hos Saluii: *id est post hos, quos retulit in Italiam descendisse Gallos, Libui Saluii considunt in Italia, locum indicans Liuius, in quo sedem posuerunt, per hæc verba.* Qui scilicet Saluii petiêre Italiæ loca propè antiquam Gentem Læuos Ligures incolentes circa Ticinum amnẽ &c. *colligendo Liuii sententiam, verborum transpositione in constructionis ordinem redacta, probat Liuius Gallorum transitum in Italiam diuersis temporibus factum, regnante Tarquinio Prisco, qui triginta, & octo annos imperauit. Sed quæro, cur antiquam Gentem appellauerit Liuius, Læuos Ligures, incolentes circa Ticinum amnem. Necesse est respondere iuxta Georgii Merulæ viri periti interpretationem positam libro sexto antiquitatis Vicecomitum, vbi de Vercellis, sic inquit*: Hieronymus in quadam Epistola Liguſticam vrbem Vercellas scribit, qui nisi de Læuis Liguribus intellexit, Gente veteri, atque potenti, vt Liuius tradit, & à quibus conditum Ticinum fuit, non video, cur ad Ligures Vercellæ pertineant. *Superior ergo propositio quod antiquior fuerit circa Ticinum amnem propè Padum incolatus Læuorum Ligurum, quàm Gallorum aduentus in Italiam, manet inconcussa, & per consequens cum à Gallis ædificatum fuerit Mediolanum, prior Mediolano, longèq; antiquior, incolatus, & possessio Læuorum Ligurum fuit. Sed videamus secundo loco quidnam significare censeatur illa appositio antiqua Gens. Non enim à tanta eruditionis scriptore, temerè dicta est Gens antiqua Ticini accola. Respondere oportet, quod cum cum Tarquinii Prisci ætate, Liguſtica Gens Ticini accola antiqua habita fuerit ex historici Romani attestatione; certè illa antiquitas ad tria refertur, ad originem Gentis, ad tempus originis, & ad nobilitatem Gentis. Ad originem Gentis, quod non ab externis, sed ab Italicis parentibus enata Gens illa fuerit, tempore videlicet cuius initii memoria nulla extet, antiquitate ipsius Gentis hominum scripta, memoriamque superante, sicut de Aboriginibus Latij scripsit Cato, id est de populis suapte vetustate ignotæ originis. Cui quidem antiquitati, iure & merito, à probatis autoribus nobilitas ascribitur, vt à Virgilio nostro:*

Nos Troia antiqua (si vestras forte per aures
Troiæ nomen &c. *Et alibi.*
Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt,
Terra antiqua potens armis &c. *Quibus quidem in locis, vno ore interpretes antiquam, & ad temporis vetustatem, & ad nobilitatem referunt: atque ita Virgilij, & aliorum scriptorum suffragio, Liuij attestatio suffulta permanet, quod & ad vetustatem Gentis, & ad nobilitatem relata illa appositio fuerit. Videndum insuper est, num à Liuio alij scriptores differant, præcipuè Polybius Italicarum rerum diligens scriptor, & longè antiquior Liuio. Ille enim de populis scribens, qui inter Padum, & Alpes habitant propè Ticinum fluuium, sic inquit libro secundo*: Inter Padum & Alpes habitant Læij : *quos enim Læuos dixit Liuius, interpres Polybij Læos in Latinum vertit, nominis proprietate minimè percepta, atque obseruata, vt infra patebit: quod tamen nomen ad idem tendit. Nam exordiens Polybius à Lauorum habitatione, antiquiores eos Insubribus Italica possessione probat, iuxta Liuij attestationẽ. Strabo quoq; Liuio consentiens libro quinto Geographiæ inquit*: Transpadanam oram circa Ticinũ amnẽ tum à Liguribus tũ à Gallis habitatã &c. *Liguriũ possessione præmissa iuxta temporis vetustatem, origine tamen habitationis Ligurum præ vetustate non prodita. Vnde si quis curiosior scire cupit annorum numerum, quo diffinitur antiquitas, difficile scitu esse inueniet propter varietatem scriptorum; Iuris enim scriptores antiquum tempus censent spacium vnius seculi, quo longæui hominis vita finiri solet, id est Centũ annos, vel Centum viginti. Historici verò, qui gentis, aut regni, aut Reipublicæ, aut Principatus tempora colligunt, plures annos requirunt ad statuendam antiquitatem Gentis quàm centum: ratio in promptu est, quoniã vniuersitas Gentis antequàm adolescat, atque accrescat ad populi speciem, ac frequentiam tria plerunq; attingit sæcula, Indeaq; natio quartum seculum in Aegypto peregit. Nam aut bello à finitimis moto, aut seditione, aut clade diuinitus immissa populo, minuuntur eiues, cum se putant ciuitatis formam assecuti, recidunt q; rursus in plebis modicitatem, donec sequens generatio numerum virorum, ac præstantiam suppleat. Nostris igitur Læuis Liguribus siue ducentorum siue plurium annorum spacium quis tribuerit ante Prisci Tarquinii regnum, clarum est, quod eorum incolatus antiquior bello Punico quingentis annis fuit. Item quod Itali origine, quod plures populi, non vnus populus. Item quod liberi, ac sui iuris, dominiq; fuere, non autem coloni alterius gentis: quæ tria si ignorauit aliquis scriptor, ignoratio ignorantem sequitur, veritas autem è tenebris eruitur, atq; probatur, sed transeamus ad alia.*

De Læuorum nuncupatione, & Ticino condito.

Caput IV.

CVR Læui Ligures appellati Ticini accolæ fuerint, scire oportet, ne quis eos à tribu Læui dictos putet. Nam Læui nuncupati fuere ad differentiam aliorum Ligurum, in Cispadana regione sedes habentium: quoniam ipsi Læui populi iuxta Padum à læua manu relinquuntur, nobis secundo flumine nauigantibus, aliis Liguribus Cispadani tractus ad dexteram dimissis. Læuiq; postremò dicti fuere, Ligurum mentione omissa, vt apud Liuium libro tertio belli Macedonici, quia diuturna eorum possessio, sicut eosdem ab antiquo paterna originis solo, ita ab eius originis nomine abduxit, & in Læuorum nuncupationem transtulit. Hi ergo populi, occupatis citra, & vltra Ticinum campis, proprium sibi ipsis dominium, ac regimen statuerunt, pluribus ædificatis oppidis, à quorum pluritate Læui generalis, siue regionalis nomine dicti fuere: & inter quæ quidem Oppida Ticinum fuit ipsius regionis caput, non procul a Pado conditum, vt Plinius ait, relatione habita ad antiquum Padi alueum, de quo infra dicetur cuius quidem Ticini ædificatio ab initio magni ambitus non fuit, vt patet ex antiquo circuitu, ruinis pene deformato. Quatuor enim spectantur priscæ circuitionis latera, quorum primus angulus

Orientem

Orientem spectans, & etiam in Septentrionem vergens, A
situm habuit iuxta ædes Sancti Olderici, quæ coniunctæ
sunt Collegio Mariliano. Alterius lateris angulus
ab Occidente erat propè Monasterium Sancti Fe-
licis. Inter utrunq; angulum porta extabat iuxta tur-
rim rotundi ambitus, Boëtis nuncupata, ab eius viri
carcere: cuius porta fragmenta superioribus annis dis-
iecta fuêre, vt platea longior fieret ad exercendum equi-
tum spectacula, vbi antiqui muri adhuc monumenta
cernuntur. Alius angulus Occidentalis, flectens eti-
am prospectum in Meridiem, erat super Clino Mo- B
nasterii Sanctæ Agathæ, situ quidem inexpugnabili:
inter quem angulum, & superiorem remansit in sua
prisca ruditate porta Occidentalis, Marica appellata,
de qua alibi dicam. Quartus angulus Meridionalis
Orientalisue extabat non longè à templo Diui Alex-
andri, inter quos duos angulos à Ticino fluuio distantes
ad lapidis iactum, plura supersunt vetustatis monu-
menta, tam circa Diui Theodori ædes, quàm etiam
circa domum publicam, Salariam dictam, à Salis repo-
sitione. Ab huiusmodi angulo Diui Alexandri ad su- C
periorem angulum Sancti Olderici, duæ intercedebant
portæ, quarum altera Quinquiuia appellatur, cuius si-
tus ex parte superest in Orientem, spectans iuxta Mo-
nasterium Sancti Christophori, non longè à Vico Quin
quiuio, à quinque viarum concursu, siue coniunctione
nuncupato. Altera porta est paulo inferius marmorea
mole constructa, olim Portoria, id est porta Orientalis di-
cta: extra quàm portam Diui Laurentii templum situm
est (Templa enim tanquam magis nota memoro) intra
Oppidi ambitum, duo summa vetustatis monumenta in D
tanta temporum, ac rerum euolutione, cernuntur, cloa-
carum ordo, mirabilisq; structura, sub terris abdita, qui
bus ciuitatis excrementa excipiuntur; & aqua pluuia
vicatim ingrediente, ad Ticini amnis fluenta depellun-
tur, ipsis cloacis passim sine humano labore emundatis.
pluuialis enim aquæ impetus, atque decursus pro emun-
datore habetur, cloacarum situ in Ticinum fluuium
prono, atq; pendente, & quod mihi mirabilius in eis vi-
deri solet: est ipsa laterum magnitudo (vniuersæ enim
ex lateritio opere constant) quæ longitudinis est ferè duo E
rum cubitorum, latitudinis vnius cubiti, altitudinis
quatuor digitorum. Alterum nobilius monumentum
est, turrium altitudo ad solam nobilitatis ostentationem
ædificata, Romanorum exemplo, qui in agris quisque
suis, turres erexerunt, vt sui iuris possessionisq; in omne
æuum attestationem facerent. Magna autem turrium
frequentia in antiquo ciuitatis ambitu ab Orientali
tantùm latere comperta, indicat, non eodem, sed diuer-
so tempore Oppidi partes ædificatas fuisse, & Orienta- F
lem partem, Occidentali longè antiquiorem esse, cuius
rei inquisitionem hoc loco omitto, vertoq; animum ad
declarandum cur Plinius scripserit, Ticinum nõ procul
à Pado conditum fuisse.

De Pado, & Ticino fluminibus.

Caput. V.

TICINVS amnis è lacu Verbano effluens, per In-
subrum, & Lauorum agros in padum olim
totus confluebat, sine vlla aquarum diminutione, ac
diuersione. De qua quidem diuersione, à principibus
postea facta, alio loco dicendum erit. Cùm itaq; in vnum
flueret Ticinus amnis, Padus coniungebatur, non procul
ab ipso oppido, vbi nunc extat veteris aluei forma, rupta
populari lingua appellata, quam parua inundatione
tumescens Padus, hac quoque ætate suo iure repetit tur-
batque vndis. quæ quidem forma antiqui aluei ipsius
padi distat à Ciuitate quatuor stadia à Ticino fluuio
incipiens, tendensq; versus Summium vicum (Dimidi-
tur enim Ticinus amnis ex parte alluens Ticinum vr-
bem, & ex altera parte secedens ab Vrbe per quatuor
stadia, vbi Padi erat cum Ticino antiqua copula. cuius
rei ignari nonnulli mirantur illa Plinii verba, Tici-
num conditum non procul à Padó: ad quorum admira-
tionem tollẽdam referre vtriusq; fluminis diuersitatem,
coniunctionemq;, ac secessum institui) Ticinus in primis
clarissimus fluuius raro ex nostris imbribus tumescit,
sed aut liquefacta ab æstu niue, aut assidua Alpibus in-
gruente pluuia augetur aquis, auctusq; minimè cito de-
tumescit Padi exemplo, sed viginti, & amplius dies tu-
midus vagatur, replet valles vndis, vallisumq; lacunas,
prata, & pascua ineunte æstate gelidis aquis inuadit,
vitq; herbas virore absterso, ac diuturna mora arua
emacerat, arida harenula sparsim in recessu suo non do-
no, sed damno demissa. Padus è contrario singula excí-
piens, hinc atq; illinc flumina, torrentesq; siue ab Apen-
nini iugo quisquis humor defluat, siue ab Alpium cacu-
mine vnda decidant, statim turbatur, assurgitq; elatus
aquis, atq; in vicinos agros præceps fertur, suoq; murmu-
re ac impetu, omnibus naufragium minatur. figiunt in-
menta illo insequente, stridentq; nautæ vnda puppim ver-
tente; agri, villæq; merguntur. Ille autem suo more spu-
mans, ac fremens, tecta, templaq; vicina fluctibus im-
punè petit, atque vndarum impulsu, interdum ab imo
subruit, ac præcipitantia vorat, simulque dominos, do-
mumque & collabentia tabulata immani aquarum
vortice quasi hiatu excipit, cunctaque ingurgitat, ac
subuehit, nunquàm nostro apparitura sæculo. In tanto
tamen rerum motu, gentiumque discrimine, ac pauore
vnius diei effulgente luce, ac vnius noctis spatio efflan-
te Occidentali vento, quem nostri accolæ Alpinum vo-
cant, concidit repente ille, suosq; fluctus raptim colligit,
ac euulsas passim arbores dimittit, atque intra riparum
anfractus bidùo desiliens, quasi alienus ab hesterno am-
bitu, ac furore profluit, neq; in recessu hospitam tellurem
sine sua mora indicio relinquit, omnia quippè udo, pin-
guique limo alluens quasi visco illinit, quo quidem hu-
more distantur pascua, herbis feracius indè prosilienti-
bus, sicut ex aduerso à Ticini aquis exuruntur prata,
atque exiles herbæ prodeunt, gelida aquarum vi terram
inficiente. Alio quoque insigni discrimine hæc flumi-
na inter se differunt, quod Ticinus nulla ferè aliarum
aquarum ope adiutus, suapte tantum violentia agitur,
nec repente, sed paulatim terra alluuione congesta alueí
sedem mutat: Padus contra sæpe totus ab alueo prosili-
ens, alium sibi extempio alueum sine fossoribus eruit.
Ea enim huius fluminis natura est, vt, si ab Apenni-
no tantum aquarum copia irruat, fluctus in aduersam
ripam torqueat, si verò ab Alpium latere tantùm a-
quarum impetus fiat, in alteram ripam impellat vn-

das

das, agriq; fine modo, fine mensore, fine precio dominis, A vbinis impetierit adimuntur. quòd si ab vtroq; latere concurrant sub idem tempus aqua, effertur ab alueo vis fluminis, quò minus cogitas infestior ruitura, ventisq; interdum agitur, non minus quam vndis. Mutare itaq; sedes suas Padò, aliaq; vada quærere, ac retinere promptius est, quàm Ticino. Quæ quidem promptitudo, atq; facultas minimè illi perpetua est: hæc enim potentia inest ei ab ostio Tanari, vbi elegans Bassiniana eminet, vsq; ad Mantuani agri Ismitem, vbi Burgifortium iacet, à vulgò Burgiforte dictum, distans, à Bassiniana centum millia passuum. In qua demum regione desinit Padus ripis infestus esse, leniorq; manat, quàm in superioribus oris, aggeribus vtrinq; vallatus, quibus tamen nonnunquam effractis, omnia in agris, villisq; rapit: sed cessante inundatione illæso riparum limite elabitur, ac in Ferrariensem agrum bicipiti cornu inuehitur. Cur autem à Burgifortio infra ripis, aggeribusq; facilius quàm in superioribus oris coherceatur, cum maior aquarum moles inferius colligatur, quàm superius, duplex subest causa: Prima est montiũ, ac collium longinquitas, è quibus B C dilabuntur amnes, torrentesq; Padum efficientes: qua longinquitate, ac distantia interueniente, minus præcipiti lapsu vnda desiunt. Altera est agri planicies longè æquabilior in inferioribus, quàm superioribus oris, cui fit similis fundus alnei; in qua quidem planitie leniùs manant à natura aqua, quàm in pendentis, & cliuoso solo. Hac igitur fluminum potentia, ac dissimilitudine prope Ticinum oppidum coeunte, Padoq; suapte natura sæpius intumescente, euenebat, vt quamuis Ticinus sine alieno aquarum auctu deflueret, Padi tamen tumore, D & vndis sursum versus repelli videretur, eius fluctibus à Pado redundantibus siue retrocedentibus: ex qua quidem redundatione Ticinus intumescens per aquarum effusionem vniuersam eram alluebat, quæ ex aduerso Oppidi ad Meridiem sita est, ab ipsius amnis effusione, vallis Ticini appellata, multò etiam latius inundatio inualescebat Ticino ipsò simul sua vi intumescente. Obnoxia itaq; tum Padi, tum Ticini aquis ob nimiã vicinitatem fluminum omni ferè tempore ea regio erat, solisq; nauigiis, ac piscationibus patebat. Iungi propterea E ponte Ticini ripa propè Oppidum nullo modo poterant, fluminis diuisione, & ambitu tripartito regionem interluente, ac lacunis stagnisq; ab ipsò amne inundante factis, passim intercedentibus, qua quidem aquarum spacia, sicut à Meridie Ticino Oppido magno tum munimento erant, appropinquareq; exercitum ab ea ora vetabant, sta ex aduerso magnum etiam incommodum incolis afferebant, cum omnia hinc indè essent nauium remigatione longo tractu traiicienda. Recedere exinde posterorum ætate à prisco alueo Padus cœpit, subiectam F Apennino planitiem alluens, atq; ad tria passuum millia à Ticino secedens: cuius secessu, ac longinquitate, Ticinus fluuius, qui antea propè Vrbem Pado consumebatur, procul ab ipsa Vrbe coniunctionem transtulit, simulq; destitit oram Vrbi proximam, quibus assueuerat aquarum effusionibus infestare. Subsidere itaq; ea causa aqua, purgariq; lacunæ, & vallis Ticini pascuis, pratisq; latissimis virere cœperunt, fluereq; postea Ticinus eo loco bipartito alueo satis habuit, vt etiam hodie fluxit Insulam inter vtrumq; alueum interpositã: vbi suburbanus Vicus ædificatus est. Altera quoq; regio omnium feracissima trans Ticinum amnem eodem Padi absessu nostris Ticinensibus per alluuionem accessit, Succomaria appellata, ea ratione, quod sicut maria, olim aquarum latitudo ibi pateret. Iis igitur vrbis Ticini patefactis initiis, inquirendum est, quo tempore fuerit ipsa Vrbs à Liguribus condita.

De tempore ædificationis Ticini.

CAPVT VI.

TICINVM à Lanis Liguribus ædificatum fuisse M. Cato tradidit: cuius scripta non habentur, sed à variis scriptoribus membratim referuntur, præcipuè à Plinio libro tertio de Trans Padana Italia, vbi de Catone, & Ticino mentio fit. Tempus autem ipsius ædificationis non exprimitur: attamen ante bellum Punicum conditum Ticinum plura argumenta probant, & in primis Varro libro secundo Rerum rusticæ, scribens, Publium Ticinum Menam ex Sicilia, Romam tensores primum adduxisse, anno post Vrbem conditam quadringentesimo quinquagesimo quarto, cuius Varronis verba, Plinius retulit libro octauo. Ego hoc loco Ticinis cognomen, à Ticino Oppido fluxisse puto, siue ille Publius Ticinis ortus, siue inde oriundus fuerit. Sic itaq; cognomina virorum indè fluxerunt anno quadringentesimo quinquagesimo quarto ab Vrbe condita. ergo Ticinum antea conditum erat. Si quis tamen à Ticino potius quàm à Ticino, Ticinum deductum putauerit, vt est humana mens contentionis auida, respondebo, à Ticio diminutiuè Ticilium, & Ticilinum derivari: A Ticino verò Ticinium, sicut à Rhodo Rhodium, à Corintho Corinthium, & ab Aegipto Aegiptium. Varroq; ille Latinitatis finis maluit Ticinium dicere virum oriundum à Ticino Oppido, ipsius Latinæ linguæ concinnitatem secutus quam Ticinensem, cuius auctoritatem secutus Donatus Aelialeolus vir peritus in Caroli Magni vita describenda, agrum Ticinium dicere quàm Ticinensem maluit. At vno argumento in hac re innitus, & tanquàm sublata anchora vno remige in altum ueho, ex patria mea dignitate minimè esse puto, quare alia sim, geram ad ostendendum Ticinum conditum fuisse ante Prisci Tarquinii regnum. Primum enim constat Lanos Ligures antiquos Ticini accolas fuisse ante aduentum Gallorum, vt supra retulimus tertio capite. Item constat eosdem Lanos Ligures Italos fuisse, natione, lingua, moribus, ritu, & disciplina diuersos ab ipsis Gallis, tum populatim in Italiam irruentibus, à quibus eiecti ab Insubria Tusci fuere. Si ergo diuersi a Gallis Lani. Item si vicini fuerunt, quo nam modo se, suaq; tueri, sine munito oppido potuerunt à tam populosa, validaq; ac vesana nationis impetu, atq; concursu; cui neq; Tusci, Romanique simul, neq; Gracia, atq; Asia populis resistere aliquando armis valuerunt? Nam si longinqua, atq; abdita gentes vi subactæ Gallis cesere, multo sanè magis ipsa Lanorum regio eorum armis cessisset, cum sit vicinior, nisi oppidis simul, ac virorum robore eo tempore firmata fuisset. Nec mea argumenta quis deuicta respondendo: Lanos populos Gallis fortasse amicos, fœderatosq; fuisse, quia replicatur, de fœdere nusquam constare, in-

quêre verò clarè experimentis diuersarum gentium amicitiam diuturnam esse omnino non posse. Sed vt pertinacium qua propria imperitorum est tandem retundamus, fingamus amicitiam intercessisse. Ego rursus ab amicitiæ capite argumentationem retorqueo. Si amici, & federati fuerunt, quanam ratione inirè amicitiam, foedusq; sancire cum Gallis Læui potuerunt sine Vrbe, aut Oppido gentis capite, vbi populares conuentus fierent, statuerentq; quidè re communi esse discernerent? siue igitur amicitia, siue inimicitia fuerint, Oppidum habuisse Læuos eo tempore necesse est dicere: ex cuius quidem Oppidi situ, atque opportunitate digni amicitia, vel inimicitia fuerint, aliter expugnati potius Thuscorum exemplo, à Gallis quàm amici ascisi fuissent. Bicipiti ergo ratione firmata concluso est, Oppidum omnino suæ regionis caput Læuos habuisse ante Gallorum transitum in Italiam, quòd si Oppidum habuerunt, necesse est pariter fateri illud ipsum fuisse, de quo mentio à scriptoribus facta fuerit, potius quam aliud de quo scriptum non sit. Porrò igitur cum à plerisq; antiquis scriptoribus referatur ipsum Ticinum à Læuis conditum, ergo ab initio incolatus eorum conditum fuit. Et magnum profectò est antiquitatis eius argumentum, quod Liuius de Gallorum rebus, ac Insubria occupata, scribens libro quinto, nullum de eo Oppido verbum fecerit, sicut fecit de Mediolano, Brixia, & Verona, tum à Gallis ædificatis, tanquam de nouis ea ætate rebus, quia cum Ticinensis ora Pado vicina, atq; coniuncta, ab Italica gente iam diu habitata esset, nullamq; scriptoribus nouitatem ex possessorum mutatione attulisset, nihil etiam de ea differendum ab historico circa illud tempus fuit, sicut fuit de aliis scribendum, quibus res nouitas contigerat. Pariq; ratione idem Liuius neq; de Patauio, neque de Mantua, Mutinaq; eo loco verba fecit, quæ tamen iamdiu condita erant. Et quamuis Liuius nominatim eo loco de Ticino Oppido mentionem non fecerit; breuiter tamen dixit, Læuos Ligures antiquam Gentem Ticini accolas fuisse. ex quibus quidem verbis maior nobis significatio ingeritur, quàm si Ticinenses dixisset, quia si nominatim Ticinenses scripsisset, cives tantum ipsius oppidi demonstrasset, & ad vnius Oppidi limites, Læuos perstrinxisset: Sed cum scripserit Læuos Ligures, vniuersos regionis incolas, à Pado vsq; ad Insubriam collegit, sub qua vniuersitate Ticinum Oppidum, ac Laumellinus ager, aliaque comprehenduntur, quæ iuris Lauorum erant, & quæ quidem vniuersitate expressa pariis adiectio nusquàm fuit necessaria: quòd nõ sõlum dialectica ratione, sed etiam ipsius Liuii stylo docemur. Ille enim gentes enumerans per quas ab Hispania ad Insubres Annibal iter fecit, omissis ciuitatum nominibus, prouinciales pro ipsa prouincia, & in ea contentis scripsit, vt Illergetes, Bargusios, Ausetanos, Aquitanos, Allobroges, Tricastinos, Vocuntios, Tricorios, Taurinosq;, inter quos expugnatum à Pœnis Ciuitatem, memorat gentis caput, cuius nomen omittit. Nimis quidem ille vir Romanis rebus illustrandis addictus, & ab aliis populis alienus fuit, ideo strictim aliena attigit, quæ non erant res gestæ ratione cum Romanis coniuncta, vt ipse mox profitetur libro tertio belli Macedonici iis verbis: Non operæ est prosequi, vt quæque acta sunt in his locis &c. & paulò post libro quinto ait. Abstulerunt me velut de spacio Græciæ res immixtæ Romanis, non quia eas operæ precium esset perscribere &c. Nulla itaq; mihi insuper aggrauanda argumenta puto, cum non ex Oppidi antiqua structura, sed à virorum virtute quærenda præstantia sit, vt infrà referam.

Cur in Romanorum fuga à Ticino, de Oppido mentio nulla fiat.

CAPVT VII.

RESPONDERE me oportet iis, qui vt videantur scire antiqua, arguunt opinione, non ratione imbuti, atque inquirunt cur de Ticino Oppido mentio nusquàm fiat in fuga P. Cornelii Scipionis, qui Ticino, Padoq; eadem (vt aiunt) nocte traiecto, ad Trebiam perrexit, hincq; suo arbitratu, historia non inspecta, fumunt coniecturam Ticinum nondum fuisse conditum, quoniam vt aiunt, aut vni, aut alteri Duci, atq; exercitui situs sui opportunitate commodo vsui q; fuisset, quæquidem dubitatio à Francisco Filelpho excitata fuit, cuius extat Epistola de ea re Catoni Saccogranissimo Iurisconsulto inscripta, qui fuit frater Rosii Succi ataui mei, floruitq; in Ticinensi Gymnasio anno à partu Virgineo quadringentesimo quinquagesimo præter millesimum. Filelphum etiam secutus est Flauius Blondus, à quibus dissensêre celebres viri, Sabellicus, Georgius Merula, & alii plures, qui de Italiæ situ, Latina maternaque lingua conscripsêre. Insecuti sunt deinde Cremonenses scriptores, qui omnem studiorum suorum vim in hanc quæstionem effuderunt. quibus ex aduerso respondeo, cur fieri mentio debuit si circa Ticinum Oppidum nihil memorabile, & relatu dignum à Romanis eo tempore actum fuit? cur quæso debuit historiæ scriptor infecta referre? Atq; vt hæc insana opinio tandem à vulgi auribus abigatur, particulatim singulas colligam ambiguitates, atq; refellam. Primum enim quòd de ponte dicitur, nihil potuit ineptius proponi, cum nusquam constet sub Annibalis aduentum Ticinum amnem propè Oppidũ ponte iunctum fuisse, vel iungi potuisse, Padi, & Ticini, aquis latè ex aduerso Oppidi regionem olim occupantibus, vt retuli quinto capite, fileant itaq; qui à pontis commodo argumenta sumpserunt; quia pons lapideus, qui hodie spectatur, olim non erat, & à non ente, id est ab eo quod tunc non fuit, inanis est argumentatio. Altera ambiguitas proponitur circa opportunitatem oppidi. Quocirca videamus, quanam in regione Romani traiecerint Ticinum amnem castraq; locauerint, quia Ticinus fluuius aluei longitudine, à lacu Verbano, ad Padũ quinquaginta millia passuum excedit. Cuius quidem longitudinis pars inferior Lauorum, superior autem Insubrum fuit. Polybius, Liuiusq; scripserunt eos traiecisse in agro Insubrum, non ergo Lauorum. Sed quo nam in loco ipsius agri Insubris quæro. Polybius libro tertio, locum expressit iis verbis: Postridie eius diei, vterque Dux per ripam fluminis Ticini ad partem Alpium cum exercitu procedit &c. Notandum est verbum ad partem Alpium, id est versus regionem Alpibus vicinam, quæ Nouariensis est regio, ipsis Alpibus propinqua, & à Ticino vrbe longè sepositа, quæ quidem

Noua-

Nouariensiorum scatur rectâ, & milliaris patuit via, à Taurinis ad Insubres proficiscentibus, vt Annibal ipse tum proficiscebatur, Polybio, Liuioq; testibus, & Cornelius Scipio ex aduerso obuiam prodibat. Quonam igitur ratione digredi Polybius, aut Liuius debuit, ab Insubrum agro, vbi vtraq; castra erant, ad describendum Ticinum oppidum positum in Laeorum angulo, & in inferiori Ticini ora procul à Romanorum castris viginti millia passuum? ad quod quidem Ticinum oppidum, neq; pro Romanis, neq; aduersus eos quicquam tunc gestum, vel tentatum fuit. Amouenda nunc tertia dubitatio est, qua in hoc versatur, cur Romani in fuga ad ipsum potius oppidum sese non receperint, quàm ad Trebiam amnem, vna sanè nocte eo itinere confecto. Hoc loco historiarum ratio, quæ ignota Filelpho, Blondoq; fuit, altius eruenda est. Respondeo igitur, quonam gentium iure vertere ad Ticinum Oppidum iter Romanus exercitus debuit, cum eius oppidi dominus minimè tum Populus Romanus fuerit. euoluite si libet veterum volumina, nusquàm probari vel scripto, vel coniectura potest, Laeos populos sub Romanorum ditione fuisse durante bello Punico, vel Macedonico. amici quidem fuerunt, vt suo loco referam, subiecti verò minimè. vertere ergo iter ad Oppidum, quod Laeorum ditionis erat, nulla ratione Romani debu êr, potuêreue. Nonne omnem belli molem in Laeorum fines conuertissent, si tum instante Annibale, Romani ad Ticinum Oppidum subsitissent? quod minimè ex amicorum officio fieri potuisset, minusq; Laeis ipsi perpessi fuissent. Laeorum igitur agris, ac Ticino oppido ad dexteram dimissis, Romani itineris compendium legentes per Insubrum agros ad ostium Lambri amnis Padum traiecerunt; quod quidem iter breuius decem millibus passuum est, quàm si Ticinum oppidum adiissent, vel in præsenti adeas. Summa autem ratione à Romanis matura traiectio exercitus citra Padum fuit, ne Placentia eorum colonia, tum militari præsidio destituta, ob fugam triumuirorum occupari à Boiis posset, tum ad arma excitatis, vt Liuius refert: qua quidem ex re interclusus editus fuisset Sempronio Consuli, tum ab Arimino aduenienti, ne suas legiones cum Scipionis exercitu coniunxisse, sicut coniunxit: Annibal quoque Ticinum oppidum, vsui non fuit, minusq; esse potuit, duplici ratione; tum quia cum Laeis Romanis amici essent, minimè hostem eorum intra oppidum admisissent, quod eis ipsis longè perniciosius, quàm Romanis fuisset, tum quia ipsi Annibali magis è re militari fore videbatur Romanum exercitum iam ante acta pugna perterritum, ac diffidentem eodemet itinere, quo fugam ceperat, insequi, ac lacessere (vt omnino ad Padum, nondum toto ponte à Romanis soluto, fecit) quàm ad oppugnandum oppidum ab itinere suo sepositum, subsistere, & moram spei suæ facere, quoniam fractis Romanorum viribus, omnia deinde victoris potentiæ, aut vi, aut metu accessura videbantur. Superuacuum autem puto singula Polybii, & Liuii verba ad hanc rem facientia scribere. Hinc confestim Scipio iussis militibus silentio insequi &c. & apud Liuiũ libro primo secundi belli Punici, vbi ita habetur: Hoc primùm cum Annibale prælium fuit, quo facile apparuit campos patentes &c. & quòd vera sint quæ retuli, ecce quòd Pado traiecto Romanus Consul Scipio, Sempronio collega superueniente, minimè intrà Placentiæ mœnia delituit, sed positis ad Trebiam castris, totis viribus dimicatum fuit. Egregium verò facinus edidisse, si vt isti opinati sunt, sese cum exercitu intra Ticini oppidi angustias condidisset: cum intra Placentiam Ticino ampliorem subsistere erubuerit. quare iis qui militaris rei, rationisq; expertes sunt, arguereq; ab ignotis audent, Annibalis responsum aptissimè conuenisset, quò Philosophi de re militari temere disserentis, vaniloquentiam repressit. Neque enim satis esse studioso viro videtur agnoscere ab historia, quid à quo, & quo tempore, ac loco gestum sit, nisi etiam causa, ratioq;, cur illa ita geri contigerit, rectè percipiatur; vt doctissimè Polybius monet. Superest vt respondeam eis, qui post bellũ Punicum, conditum fuisse Ticinum opinati sunt, ita arguens. Quomodo post bellum Punicum edificari oppidũ potuisset propè Placentinorum, & Cremonensium fines à Liguribus, sine Romanorum consensu, & decreto, qui vtriusq; colonia domini erant, de quo quidem Romanorum consensu, vel decreto nusquàm habetur mentio, & quos etiam Romanos post bellum prædictum, ih Insubres Gallos arma mouisse sæpissimè constat. Rursus etiam arguo. Quomodo ædificari Oppidum potuisset in finibus Insubrum post bellum Punicum, si Insubrum nationem ingentem tum fuisse Polybius inquit, quam quidem gentem verisimilius est occupaturam potius fuisse, Ticinos campos, suis contiguos, si possessore vacassent, quàm Liguribus permissuram: quoniam si ferre Romanorum coloniarum vicinitatem Insubres recusabant, atq; ob eam causam in illarum agros, colonosq; irruebant, Romanorum spreta potentia, multò quidem minus nouum Oppidum condi iuxta vicos suos à Liguribus, Romanis longè inferioribus, perpessi fuissent, bellumq; omnino in conditores excitassent, de quo nihil constat. Omnis ergo ratio, omnisq; antiquorum scriptorum approbatio huc refertur, conditum Ticinum fuisse ab initio incolatus Laeorum Ligurum, quos antiquos Ticini accolas fuisse Liuius dixit, dum de Gallorum transitu in Italiam, libro quinto verba fecit.

Antiquitatis dignitatem, à gente statui, potius quam à structura Oppidi.

CAPVT VIII.

NEMO mea scripta legens existimet me rerum, temporumq; argumenta colligere, vt Patria mea nobilitetur, à structura vetustate æstruam. sola enim veritas eruere me antiqua compulit; quibus nunc patefactis, recedere ab hac ipsa ædificationis vetustate libet, atq; alia scriptorum ratione nobilitatis viam inire. Retexo igitur hoc loco omnia, quæ superiori pagina contexui. Abscedat quasò tua antiquitas Papia, Ticini oppidi vetustas fileat, lateant turres, & tanquam tuguria habeantur, portarum illa immobilis, atq; indelebilis antiquitas recondatur, fiantq; noua omnia mœnia, clivus, & structura, sitq; ipsa ciuitas post iuniorem Aphricanum condita, Laeis tamen Liguribus, qui eam condiderunt, nusquàm fraus fiat, illi ipsi surgentis oppidi autores habeantur, quid tum mihi dictura erit Blondi, & Filelphi secta, cui orationem verto, rogoq;, vnde nobilitas

petenda, & ſtatuenda videatur, ab oppidi ne ſtructura A
ac lapidea materia, an verò ab ipſi' materiæ autoribus?
Clarum enim eſt vrbium ædificationes, ab hominibus,
ipſorum hominum cauſa fieri, ideo ab hominibus pariter
nobilitatem ſtatui, non autem ab ipſo oppido, ante Ho-
merum (vt aiunt,) condito, quod de Roma ipſa mones
Cornelius Tacitus ex Othonis perſona, libro decimo ſe-
ptimo his verbis: Quid vos pulcherrimam hanc
vrbem domibus, & tectis ſtare creditis, muta iſta,
& inania intercidere, ac reparari promiſcuè poſ- B
ſunt &c. Sacro etiam volumine, vbi Maccabæorum
fratrum geſta memorantur, teſtatum eſt, locum propter
gentem, non è converſo, Deum elegiſſe: rerumq; ipſarũ
experimento monemur, non à loco ſimpliciter in gen-
tem, ſed a gente in locum etiam humilem decus inferri.
Petamus ab antiquis huius rei documenta: Romanorũ
alter ſub vili tecto inſidens, aurum ſuis oblatum pedibus
renuit, decusq; conſtantia ſubſellio, foculo, tectuloq; com-
municauit, a perſona igitur in locum ignobilem, non à
loco ipſo honor fluxit. Alter in agro agens rudis, atq; im- C
mũdus, nunquam optatam dictaturam iniuit: iniuit au-
tem, immò verò aſſumptus ille potius ab agello ad dicta-
turam, ob virtutem fuit. Ille ergo ager, non ſua fœcundi-
tate, aut ſpecie, ſed ſolius domini præſtantia celeber fuit.
Saulus primus Hebræorum Rex, eiusq; gener, & emu-
lus, ac ſucceſſor Dauid, alter ab aſinarum perquiſitione,
alter à caulis ouium, ad regnũ euectus eſt. Moſes quo-
que à ſalt⁹ penè ignoto, & pecoribus, ad populi regimen,
liberationemq; & ad leges ſanciendas, Dei voce, & im-
perio euocatus eſt. Quid Heliſæus? nonne caluo capite, D
ab aratro ſimiliter ad ſacerdotium vnius Helia nutu
momtus prodiit? Ille ergo ager, ille ſaltus, illi colles, illa
deſerta eremiúe, illaq; etiam pecora honoris famam,
ab illis hominibus, non homines ab eis deduxêre: decus-
que ab ipſis ſummis viris, non ab eorum tugurijs, caſu-
lisq; manauit. Eadem igitur ratione, nobilitas populi ab
ipſa gente, non ab antiqua, vel noua Oppidi ædificatione
ſtatuitur. Locorum enim opportunitas ad homines, non
è contrario homines rerum domini, ad muta loca refe-
runtur. Fuerit igitur Ticinum Oppidum à Lauis Ligu-
ribus, poſt Aphrica (vt dixi) ſubiectionem, conditum, E
non mihi à ſtructura tempore, ſed à Lauorum Ligurum
origine in eadem regione conſtituta, antiquitatis argu-
menta ſumo, qui cum ſint ex antiquiſſimo Italicæ gentis
genere, antiquitatis ius non mutauit per nouam oppido-
rum ædificationem, in ſua regione factam, ſed manet pri
ſtinum naturæ ius immutabile, atq; imminutum, ſicuti
ipſa etiam antiquiſſima Iudæorum gens originis ſuæ ve-
tuſtatem à priſcis parentum natalibus, poſſeſſioneq; non
à Hieroſolyma ædificatione deduxit. Tuſcorum quoque
nobilis, atq; antiqua natio, dicendi ſcribendiq; magiſtra, F
non à Fluentia eorum ornatiſſima Metropoli, hodie
Florentia dicta, ſed à ſuo antiquiſſimo genere Etruria
innato, originis nomen, ac dignitatem habet. ſimili ra-
tione, ac iure Laui Ligures, non à Ticino Oppido, ab eis
condito, ſed Ticinum ab eis, & ipſi à ſuo genere circa
Padum, ac Ticinum enato, originem deduxêre, ac an-
tiquitatis ſuæ iura ſumpſêre, nobisq; eorum poſteris Ti-
cini innatis tribuêre. Tolle igitur a noſtra ciuitate anti-
quæ ſtructuræ fucum, amoue tuo arbitratu ædificationis
annum, manet tamen nobis immota dignitas gentis, ab
antiquiſſimo genere propagata, manet incorrupta poſ-
ſeſſio noſtræ regionis ante Priſci Tarquinii regnum, à
noſtro genere inchoata, & per tot ſecula continuata: qua
quidem antiquitate, atq; continuatione, nulla altera in
Circumpadano tractu gẽs noſtris originariis incolis an-
terior probari poteſt: quod Diuina prouidentia acce-
ptum ferimus. terrarum enim amplitudo æterni Dei eſt.
Dante itaq; illo, aramus, ſerimus, ædificamus, cunctaq;
molimur, eaq; ipſa ad Dei nutum ſub rerum, ac tempo-
rum viciſſitudine retinemus.

De Maricis Populis.

CAPVT IX.

POSTREMA huius libelli pars Maricorum erit, de quibus duo nobis inquirenda videntur, vnde ex-
ierint, & quomodo Lauis ſeſe coniunxerint: Marici à
Plinio memorati libro tertio regione vndecima natura-
lis hiſtoriæ, à quibus & à Lauis conditum fuiſſe Ticinũ
inquit, Ligures fuerunt, Tanari amnis accolæ, quorum
antiquum Oppidum ad Tanarum ſitum, nõ procul ab-
erat à loco vbi nunc eſt Alexandria, inter Tanarum,
& Burmidam amnes, vt atteſtatur Merula libro ſexto
hiſtoriarum, ſcribens eos poſterorum ætate, Maringos
Leguſtica voce dictos: cuius atteſtationem veram puto.
Nec deſunt alia probabilia circa Maricorum gentem,
ſedesq; ad Tanarum habitas, & poſtera ætate in Ale-
xandriam tranlatas. Marico oppido deſtituto: cuius
adhuc extant monumenta, quod etiam probat Blondus
libro quinto ſecundæ Decadis. Sed præter Maricum,
Oppidum deſtitutum, & vetuſtate collapſum, extat et-
iam hodie Caſtellum propè Tanarum in collibus ſitum,
diſtans à Pado, & Baſſinania quatuor millia paſſuum,
vulgò appellatum Petra de Maricis, à peritioribus Pe-
tra Maritig. Quod quidem tam vetuſtate ſitus, quam
nominis continuatione, probat veram eſſe eorum ſen-
tentiam, qui Maricos fuiſſe Tanari accolas ſcripſerunt.
è contrario autem idem Blondus immemor (vt inter-
dum euenit) ſcriptorum ſuorum in Lombardia deſcri-
ptione, inquit Lauos, & Maricos à Plinio memoratos
fuiſſe, Tranſalpinos populos. ergo ex Blondi ſententia, qui
ad Tanari ripas citra Alpes propè Padum habitabant,
diſtantes ab Alpibus quinquaginta millia paſſuum,
Tranſalpini videntur, perbella ſanè annotatio fuit: ſed
danda eſt plura ſcribentibus venia, nam dum multa
colligunt, & diſponunt, aliqua intercidere, & elabi è
manibus facile eſt. Blondus purgatis oculis non perſpexit
Liuii verba à me expoſita, Lauos Ligures circa Ticinũ
amnem incolentes, & cum Lauos ſcripſerint Liuius,
Pliniusq;, Lauios ineptè Blondus dixit, ſuiq; erroris ſuc-
ceſſores Cremonenſes reliquit, merito quidem vel maxi-
me cùm Ioannem Baliſtarium Cremonenſem præce-
ptorem ipſe habuerit, à quo hauſtum errorem gentis iure
eis ipſis legauit. Ligures igitur Germani, Itali, & Ta-
nari accolæ Marici fuêre, nec minuitur fides hiſtoriæ ex
varietate verborum Liuii, & Plinii, quorum alter Lau-
os Ligures, alter Lauos, & Maricos ſcripſit, quia Li-
guribus à Liuio generaliter expreſſis, Marici tanquam
pars ſub genere, vel natione, continentur. Itaq; Marico-
rum adiectio à Plinio facta, & à Liuio omiſſa, hiſtoriæ
fidem

Digitized by Google

fidem non abrogat, quoniam tàm Marici, quàm cæteri Ligures, qui Padum traiecerunt, communi nuncupatione Læui appellati fuerunt. Quomodo autem Marici sese cum aliis Liguribus, qui primi Ticinum condiderunt, aut quo tempore coniunxerint, & in qua Vrbis parte consederint, rei vetustas, ac scriptorum inopia vetuit me scire. Hoc tantum habeo, Maricos indidisse nomen Occidentali portæ Ticini Oppidi, ipsa porta Marica appellata, qua populari lingua regnantibus Longobardis, Marenca fuit apellata, vt notat Paulus Diaconus libro quarto, cap. decimo septimo. Deinde Maringa dicta est, vsq; ad Galeacii Vicecomitis tempora, quod etiam ex statutis Ciuitatis apparet, & quæ demum porta Ciuitate postea amplificata, Priscum nomen, formamq; retinuit. An verò ab iis Maricis oriunda fuerit Marica Nimpha, Regis Latini mater, de qua Virgilius libro Septimo scripsit.

Maius opus moueo: Rex arua Latinus, & Vrbes
Iam senior longa placidas in pace regebat.
Hunc Fauno, & Nimpha genitũ Laurẽte Marica
Accipimus &c. ego minimè asserendum puto.

Explicit Liber Secundus.

BERNARDI SACCI
TICINENSIS HISTORIÆ
Liber Tertius.

De Romæ Principatu Scriptorum variatio.

PRAETERACTA Læuorum origine, ac sede, de dominio eorum videndum est. quæ quidem in re magno nobis adiumento forent Liuii monumenta secunda decadis, si extarent, quibus Romanorum bella Gallis, tum Senonibus, Boiisq;, tum Insubribus illata, amicitiæq; aliorum populorum continebantur: quæ quidem amissa eius viri scripta, suo simul interitu plurimarum rerum notitiam peremerunt. Et quamuis vir peritissimus M. Antonius Sabellicus, summo studio annixus sit, illorum temporum res gestas ordine referre, atq; subtexere collectis undiq; Græcorum, & Latinorum scriptis, ac per tempora diuisis, longè tamen meo iudicio differt, quod circa antiqua petimus ab ipsis antiquis, ab eo, quod à nostris scriptoribus accipimus. Illis enim quò propiores priscis fuerunt, eò certiores facti de antiquorum rebus scripserunt, siue memoria rerum ipsarum per auditionem ab vno ad alium translata, siue etiam plurimorum notulis, libellisq; adiuti. Nostri verò temporis scriptores eo adiumento caruêre, rerum præsertim antiquarum commentariis in Italia vastationibus ad nihilum ferè redactis. Incedimus itaque per ambigua, dum antiqua ab aliis quàm ab ipsis antiquis quærimus: cuius rei sumere clarum documentum ab ipso Sabellico possumus, qui libro vltimo quarta Enneadis scripsit, Romanos Italiæ principes fuisse eo tempore, quo bellum in Siciliam aduersus Carthaginenses translatum fuit, id est anno quadringentesimo, & nonagesimo ab Vrbe condita. Ego autem veteres secutus animaduerto minimè quidem eo tempore Romanos totius Italiæ principes, hoc est dominos fuisse, vt indicant verba Romani fœderis à Polybio relata libro tertio, vbi inita fœdera cum Carthaginensibus, memorantur non Romanorum tantùm nomine, sed etiam sociorum. Si ergo Romani ipsi socios populos se in Italia, atq; adeo in Latio habuisse eo tempore professi sunt, constitutaq; fœdera pro sociis etiam leguntur, profectò socios ipsos subiectos nuncupare, atque existimare valde iniurium est, & à veritate alienum. Principes quidem, id est primos inter socios Romanos fuisse dicerem: Dominos verò sociorum minimè affirmarem. nimis enim differt socius à domino. Sabellici igitur sententia de Romanorum principatu, ab antiquorum attestatione, atque à veritate diuersa est, quod etiam aliis rationibus patet: quia post prædictum tempus plura bella in Italia, præsertim in Liguria viguêre, pluresque amicitiæ à Romanis contracta cum reliquis Italiæ populis fuêre. ex quibus liquet, eos neque vniuersæ Italiæ dominos, neque etiam principes tunc fuisse. Quod etiam libro quinto affirmat Strabo, seriatim referens, quo tempore, & quo Imperatore singula bella suscepta, & confecta fuerint, memorans inter cætera Ligusriam, vsq; ad Cæsaris Augusti tempora, ex parte aduersus Romanorum Imperium reluctatam fuisse, nosterq; Virgilius qui sub eodem Cæsare, Romanos, rerum dominos cecinit, ad sua potius, quam ad Punica tempora alluxit. à quo tamen Poëta historia parcè petenda est, vt de Didone conficta probant. Aut ergo ab antiquis, antiquitatis notitia quærenda est, aut rationibus, & coniecturis insinuanda est veritas. Quare vt sine Italicarum Ciuitatum iniuria, Romanæ dignitatis ratio habeatur, diuisionem subiciam de Italicarum Ciuitatum statu, in qua quidem diuisione Lauorum libertatem, dominiumq; colligam.

De Statu Vrbium, & Populorum.

CAPVT I.

ANTE Romanum Imperium à C. Iulio Cæsare constitutum, Italiæ Ciuitates, aut sui publici iuris, vel domini erant, aut alieni, aut mixtim, partim sui, partim alieni. Sui iuris erant liberi populi, qui quadrupliciter distinguuntur, aut enim erant liberi simpliciter oppidi, vel ciuitatis, & territorii sui tantùm dominium habentes: aut erant liberi, & domini, non solum oppidi, & territorii sui sed etiam aliorum, dominium habentes: aut quasi liberi, & domini: aut quasi liberi simpliciter. Et primo liberi simpliciter fuerunt, Campani antè secundum bellum Punicum, Nolani, Tusculani, Pisani, Cenomani, Veneti, Læui Ligures, & alii quos superuacuum est enumerare. Ii enim suorum oppidorum, &

agrorum dominium habuerunt, aliis autem ciuitatibus non imperarunt. Liberi, & Domini aliis etiam imperantes fuerunt interdum Brutii, qui plures Græcos populos ex Italiæ oppidis eiecerunt, aut suo iurè subegerunt: Item Ligures, qui Transalpinas oras, & Etruriæ partes sæpè inuaserunt, ac per secula retinerunt, & præcipuè regionem vbi nunc Luca nobilis ciuitas extat: quæ Liuio referente libro primo quintæ decadis, fuit Romanorum colonia, deducta in agro de Liguribus capto, qui ante Tuscorum fuerat, detinentq; etiam hac ætate Ligures partem Etruriæ circa Macram suis finibus contiguam, vbi Sergiana ciuitas est. Romani autem non solum in Italia liberi, & domini fuerunt plurium ciuitatum, sed etiam extra eam dominium suum porrexerunt, vt in Sicilia, Sardinia, Hispania, Gallia, Asia, & Græcia, sed num suo tantùm nomine, ac Imperio, an etiam sociorum id effecerint, remotior est quæstio. Quasi liberi, & domini fuerunt populi ex Ciuium Romanorum numero in colonias emissi, quibus ius Vrbis, & suffragii ferendi perpetuum cum Romanis fuit. ii enim tanquam Romani Populi membra, & pars originis suæ iure participes erant libertatis, & vniuersalis dominii ipsius Romani populi. domini tamen vniuersales ipsi planè non remanebant: quia post colonia incolatum tanquam emancipati, & segregati ab Vrbe, & Romano populo, per incolatum videbantur. Quo quidem in Populo Romano vniuersalis dominii, vel Imperii vis, atq; autoritas tanquàm in eorum capite, & parente fixa erant. Animaduertendum autem hoc loco est, non omnibus coloniis ius ciuitatis ferendiq; suffragia perpetuum fuisse, quædam enim defectionis crimine ab eo iure exciderunt, vt apud historicos. Magna tamen autoritatis hæ coloniæ erant ex Romanis ciuibus deductæ, quamuis proprio coloniæ iure liberæ, & domina non essent, vt pleriq; scriptores probant, quia ab ipso Romano Populo exierant, illiq; ipsi sese referebant, ac participes vniuersalis Imperii fiebant: quamuis per incolatum ab ipsa Vrbe emissæ, & quasi filiorum exemplo emancipatæ essent. Differt enim priuatum ius à publico. Priuato enim iure emancipati sui iuris fiunt, publico autem iure emissi in colonias dominium vniuersale emittentis populi non minuunt, imò augent: quia ex vno populo principali, plures fiunt, qui suo numero principali populo dignitatem addunt. Emissorum verò vtilitas in eo versabatur, quòd ipsi coloniæ suæ iurisdictionem, administrationemq;, & agrorum dominium habebant, vniuersali Dominio, vel Imperio ad Romanos tanquàm eorum autores relato. Quasi liberi populi simpliciter erant ii, qui ex gente Latina aliaue in colonias ierant. isti enim vniuersalis dominii populi Romani regulariter participes non erant, quamuis socii essent, quia ius ciuitatis Romæ non habebant, vt probat Liuius libro quarto belli Macedonici iis verbis; Nouum ius eo anno à Ferentinatibus tentatum, vt Latini, qui in coloniam Romanam nomina dedissent, Cives Romani essent. Senatus iudicauit non esse eos Cives Romanos. Ciuitate igitur Romæ Latinis coloniis specialiter non attributa per coloniæ incolatum nullo modo Populi Romani Imperio communicabant, Romanorum ciuium exemplo, vt diximus. hinc falsò asseruisse plures scriptores, & nominatim Cremonenses constat, quòd omnes coloniæ ius ciuitatis Romæ, & ferendi suffragia similiter haberent: quod reprobari à superiore Liuii sententia patet. distingui enim tempora ab aliis scriptoribus debuerant, vt quo referenda eorum sententia esset, clarè pateret. Tempora enim rerum mutationem, ac varietatem continent, afferuntque, vndè humanis rebus inesse vicissitudinem dictum fuit. Differebant itaque Latinæ, & aliæ coloniæ à Romanis, quamuis vulgata nuncupatione Romanorum Coloniæ appellarentur, quod Latinæ coloniæ ius Ciuium Romanorum per incolatum non assequebantur, nisi eis expresè data ciuitas fuisset, sicut nonnullis data fuit, quo casu differre illa à Romanis colonis sola origine, non autem ciuitatis iure, & vniuersalis dominii communicatione videbantur. Alieni iuris, vel dominii vniuersalis erant populi subiecti, quibus inesse dominium vniuersale nulla ratione potuit. quod enim alteri subiectum habes, etsi tuum demonstrationis causa dicatur, quia in tua ciuitate huiusmodi dominium versatur, ciuitatis tamen, vel populi tui proprium illud dominium esse non potest, durante subiectione: repugnat enim subiectio proprietati, ac naturæ vniuersalis dominii; sicut seruitus libertati, suntque inter se directò opposita, libertas, & seruitus, dominatio, & subiectio. quam non immeritò Ezechiel in sacro volumine iugum appellat; ego quasi sarcinam esse censeo gradienti impositam, qua quoquo modo incedas, siue lento, siue accelerato gradu, humerum premit, quo sublata est. Duplici autem modo plerunq; fit subiectio, aut vniuersaliter, aut conditionaliter; vniuersaliter, cum nihil excipitur, vt in deditione, quæ à Collatino populo facta est populo Romano, referturq; à Liuio libro primo ab Vrbe condita illis verbis: Estis ne vos legati? oratoresq; missi à populo Collatino? vt vos populumq; Collatinum dederetis? *respondet:* Sumus. Est ne populus Collatinus in sua potestate? *respondet:* est. Deditis ne vos, populumq; Collatinum Vrbem, Agrum, Terminos, Delubra, Vtensilia Diuina Humanaq; omnia in meam, populiq; Romani ditionem? *respondet:* dedimus. Et ego recipio. Vniuersalis enim hæc subiectio est, in qua nihil exceptum fuit. similisque etiam videtur ea campanorum deditio, quæ Romanorum arbitrio facta fuit, vt Liuius narrat libro sexto belli Punici. nam quod victoris arbitrio subiicitur, nostrum esse non videtur, nisi ex dominantis voluntate: cuius est dimittere, & demere, ac rapere. possetq; huiusmodi subiectio etiam arbitraria appellari, eo quod dominantis arbitrio dedito fiat. Conditionalis subiectio est, in qua non deduntur omnia, sed propositis hinc inde conditionibus, publicaque pactione sanctis, fit deditio. quæ fœderis vim habet: vt Campanorum deditio Annibalis facta, in qua plura excepta, pauca verò seruata fuerunt. Causæ verò subiectionis plerunq; tres esse videtur: Violenta, cum vis imminet: Libera cum sine vi nos Regi, aut Reipublicæ, regendos aliqua ratione credimus, quod ad tollendas interdum populi sectas, factionesq; fieri solet: Impulsiua cum in medio potentiorum constituta ciuitas prouidens vicinitatis periculum, alteri dedit sese, vt tutior ab alterius potentia fiat. Nam qui potentiori hæret inexpugnabilior est eo, qui in sua duntaxat

dunt ex ætatis infirmitate subsistit. Mixti iuris partim sui A partim alieni populi municipes erant, quia suis antiquis patriisq; institutis, ac legibus vtebant, liberius quidem (initio inspecto) quam Romanorum colonia, attamen ea qua ad imperii vniuersalis statum pertinebant, solis ipsi decernere non poterant, sed Romanum populum, in quo tanquàm in capite imperium inerat, consulere necesse habebant, vt Paulus iurisc. libro quinquagesimo digestorum, ad municipales, eisdem verbis: Ea quæ Imperii potius sunt, quàm iurisdictionis, magistra- B tus municipalis facere non potest. Hic ergo status, atq; huiusmodi differentia Italicarum ciuitatum fuit ante secundum bellum Punicum: quo quidem tempore Romani plures populos in Italia socios, & amicos, non autem subiectos habuêre. atq; vt Latinos omittam, socii Romanorum à Liuio referuntur in fine libri secundi tertiæ Decadis his verbis: Quantò autem maior hæc clades &c. Socii etiam Romanorum aduersus Insubres Cenomani fuerunt Brixianorum progenitores, vt auctor est Polybius libro secundo, eorumq; fidem, & con- C stantiam sub idem tempus probat Liuius libro primo belli Punici. Ligures quoq; circumpadani è regione Ticini amnis Laeuorum vicini aduersus Insubres socii Romanorum probantur ab ipso Polybio eodem libro secundo iis verbis: Dum Romani Acerram vrbem Insubrum obsident, Insubres, vt eos ab obsidione auerterent, copiarum parte trans Padum emissa, Clastidium oppidum sociorum populi Romani inuadunt &c. Cuius quidem Polybii verba referens Sabellicus libro nono, quarta Enneadis in fine, sociorum D nomen omisit, ab historica veritate sine ratione excidens: differt enim quòd dicas populi Romani tum fuisse Clastidium, an sociorum. Acerra autem diuersa est ab Acerris, Nolano agro finitimis, opinorq; Acerram in Insubria esse hodie, Aceranum oppidum in Nouariensi agro, vt alibi retuli: Romani igitur (vt diximus) ante secundum bellum Punicum Italiæ principes minimè fuerũt, nec vniuersæ (vt ille ait) Italiæ imperarunt, sed socios in Republica bella, ac pace administranda, plures Italiæ populos, ac etiam peregrinos habuerunt; vt Massilienses E in Gallia, & Saguntinos in Hispania. Secundo postea bello Punico in Italia inualescente, Romani aduersis præliis fracti, nõ solum onerare socios, præcipuè vicinos, coloniasq; capere, sed longinquiores etiam deseruêre, vt Pesellinos, qui ex Brutiis fidissimi amici Romanorum erant, vt narrat Liuius libro tertio belli Punici. Iubendo itaq; sociis vicinioribus, coloniisq;, & imperando, quæ bello necessaria videbantur, potius quã rogando, Romani rempublicam administrare cœperunt. Ex cuius quidẽ imperii, ac iussionis vsu, formula adita fuit, qua vim F perpetui edicti habuit, in qua quid vnaquæq; socia Ciuitas præstare ad bellum limitata esset, sigillatim continebatur, vt aperte scribit Liuius libro secundo tertiæ Decadis iis verbis: Dictator ex autoritate patrum dictus M. Iunius &c. Addens: Item ad socios, Latinumq; nomen ad milites ex formula accipiendos, mittunt, arma, tela, alia parari iubent, & vetera hostium spolia detrahunt templis, porticibusq;. Iubere enim Imperii est, non societatis, vt Iurisconsulti notant libro secundo Digestorum, de Iurisdictione omnium Iudicum, lege quarta. Qua deinde iussa, atq; imperitatio, multorum sociorum animos, Cannensi maximè clade insecuta, ad defectionem prouocauit. Nimis enim grauati socii contemni propè se à Romanis opinati, ac publicè etiam conquesti sunt, vt de Latinis apud Liuium legitur libro septimo tertiæ Decadis iis verbis: Cæterum transportati milites in Siciliam &c. Quodque spreti sæpius à Romanis socii Latini nominis fuerint, plura apud eundem Liuium argumenta extant libro tertio, & septimo eiusdem tertiæ Decadis; vbi de non recipiendis in Senatorium ordinem socijs, nec de consulendis circa Campanorum supplicia agitur. ex quibus probari clarissimè videtur, quòd cum Latini nominis socij publicis consiliis admissi non fuerint, minùs etiam coloni ab eis orsundi adhibiti fuerunt, vt supra retulimus, Cremonensium opinione reiecta, coloniis quoque tàm Romanis, quam Latinis, non dissimilis iussionis formula imperatum fuit, vt apud eundem Liuium dicto libro septimo. Quarum quidem coloniarum pars rennuit imperata facere, audacter respondendo non esse quod daretur, & scriptum à pluribus ità fermè responsum fuisse legitur; desinerent tandem imperare, discerentq; rogare &c. Pars verò imperium pertulit, vt Cremona, inter colonias à Liuio eo loco postrema posita. Immunita igitur eo tempore, siue Romanorum Imperio, siue ipsorum populorum consensu, in multis Italiæ ciuitatibus originalis illa libertas de qua dixi, fuit: quod ne quis veritati reluctando ita esse neget, Liuii verba, interpretationemque subiiciam ad ipsarum coloniarum subiectionem apertius demonstrandam, & Cremonensium retundendam opinionem, qui se populo Romano communicasse in Imperio asseruerunt.

De Coloniarum subiectione.

Cap. II.

Liuii verba hæc sunt: Triginta tum Coloniæ populi Romani erant, ex iis duodecim cùm omnium legationes Romæ essent, negauerunt Consulibus esse, vnde milites, pecuniamq; darent &c. sequitur paulo inferius idem auctor: Consules pertentatis prius aliarũ decẽ & octo coloniarum animis, citauerunt legatos, quęsieruntq; ab iis: Ecquid milites paratos ex formula haberent: pro duo de viginti coloniis, Fregellanus respondit, Et milites ex formula paratos esse, & si pluribus opus esset, plures daturos; & quicquid aliud imperaret, velletq; populus Roman', enixè facturos &c. Colligere hoc loco verborum vim, ac sensum decet: Citauerunt legatos: non enim accersiti, vt socii, vt amici, vt affines, sed citati, vt inferiores, atq; subiecti sunt; quæsierunt, non rogauerunt. at quibus verbis? Ecquid (nihil potuit imperio finis dici) habetis paratos milites ex formula, id est ex iussione vobis indicta? Responsum fuit, se imperata, imperandaque populi Romani arbitrio facturos. Imperium iis verbis in Romanis status, coloniasq; eis subdis palam est. Nec ego propterea improbo, quod factum fuit, sed liberius fieri potuis-

set. requiri enim tanquàm Vrbis Romæ membra, vel so- A
cii ipsi coloni, non tanquàm mancipia vrbanius pote-
rant. Duo autem imperata fuerunt, milites, & pecunia:
quorum alterum personale onus esse, alterum patrimo-
niale constat. addi itaque ad imperii vim nihil maius
potuit, quàm vt milites, & pecuniam darent. Si nume-
rum militum, & genus quæras hoc loco, non inuenies;
Liuius ipse alibi similem iussionem factam fuisse alio
tempore declarat, libro quarto fragmentorum quinta
Decadis, scribens Cremonenses cohortem peditum de-
disse, Placentinos turmam equitum exhibuisse. ergo ea B
etiam ætate ex militiæ genere discreti; prælatiq; Cre-
monensibus Placentini viri Romanorum iudicio fuêre,
cui isti equis, illi pedibus militare iussi essent; quo qui-
dem militiæ genere, nihil esse agrius, molestiusq;, Ludo-
uicus Ariostus celebri carmine suis rythmis cecinit, quẽ
omnes vno ore probant. Et adimere equum militi anti-
qui Romani pro supplicio, vel nota consueuerant, vt a-
pud Liuium libro septimo tertiæ Decadis. Vide igitur
nunquid maior potuerit esse Cremonensium subiectio,
cum etiam militandi facultas illis sine equorum com- C
modo inducta fuerit. Minimè quidem mirum est, si alia
duodecim coloniæ imperium detractarunt, malentes in
sua libertate persistere, etiam Romanis exosa, quàm eo-
rum arbitratus se suaq; submittere. Pro quibus quidem
coloniis hac veritatis studio dicere iure compellor, cur
sequi Romanorum iussa debuerunt, si à ciuitatis iure ar-
cebantur: verbis sane à Romanis filii, & membra, vr-
gente re, appellabantur, sed transacto rei periculo à ciui-
tatis honoribus repellebantur, risu sæpius elusi, vt pleriq;
scriptores testantur. Pristina itaq;, vt dicebam, libertas D
in multis Italiæ populis, qui sese Romanis non subiece-
runt, immutabilis remansit, duraruitq; vsq; ad C. Ma-
rii tempora, de quibus alio loco, & ordine dicendum e-
rit. Aliæ etiam postea coloniæ tum ex Romanis, tum ex
Latinis constitutæ fuêre, vt Mutina, Bononia, Pisau-
rum, Regium, Parma, Aquileia, & cetera, non minus
quàm prædictæ nobilitate insignes, de quibus in præsen-
tia præscribere mei instituti non est, cum de gentis mea
libertate disserendum sit. E

De Læuorum Libertate, ac Dominio.

CAPVT III.

MAXIME populi dignitati conuenit, habere in
se ipso oppidi sui regimen, atq; dominium, cui rei
Itala gens semper à natura prona fuit, nec quidẽ immeri-
tò: quia pars humani boni, & decoris est libertate frui,
quando sine ciuitatis pernicie illa recipi, & retineri po-
test. Quod diuinum munus esse, pleriq; sacrarum lite-
rarum scriptores tradunt. Dei enim prouidentia alieno F
imperio gentes subigi, Deiq; prouidentia erui à subie-
ctionis iugo, sæpius testatum, ac probatum est. Læui igi-
tur à rerum suarum initio liberi fuerunt: quod ipsa na-
tura probat; quia subiectos eos alteri populo fuisse, Ro-
mana stante republica nusquàm patet. Libertas enim
sicut naturalis facultas hominis est, (Ita etiam à natu-
ra hominibus ineſſe præsumitur, vt Iurisconsulti aiunt,
libro primo Digestorum, de statu hominum) seruitus
vero, ac subiectio non sunt à natura, sed à Iure gentium,
contra naturam introducta. Ideo non præsumuntur in-
esse, vt dicitur in lege quarta, & quinta eiusdem tituli,
quia seruitus, & subiectio est quid facti, à natura alieni,
quod factum iure non præsumitur, nisi probetur. Læuo-
rum igitur subiectione non probata, liberi fuisse censen-
tur; censêre enim Latinè, & præsumere Legislatorie
dicitur. Cum itaque liberi fuerint, annexum etiam li-
bertati vniuersale dominium ciuitatis, ac regionis sua
eadem ratione habuerunt. Quod quidem Læuorum do-
minium in Transpadana tantum regione fuisse, Liuius
docet libro tertio belli Macedonici, ita scribens: In Li-
gures deinde traductus Romanus exercitus fuit.
Boii autem negligentius coactum Romanorum
agmen, quia ipsi procul abesse viderentur, im-
prouiso aggressuros rati, per occultos saltus se-
cuti sunt. quibus non compertis, Pado repente
nauibus traiecto, Læuos, Libuosque vastarunt,
redeuntes deinde Ligurum extremo fine cum
agresti præda in Romanum agmen incidunt &c.
Ex his Liuii verbis colligo. Læuorum fines in
Transpadano agro fuisse ê regione Cispadana Liguria,
cum ex sola Padi traiectione referat Liuius, Boios in
eorum agros transisse, & inde etiam rediisse, ac in Li-
gurum extremo fine Romanos obuiam habuisse. Fines
ergo tam Cispadanorum Ligurum, quàm Læuorum
Pado interluente diuidebantur. Dominium igitur ipsê-
rum Læuorum longitudine regionis eo tempore patuisse
videtur, circiter quadraginta millia passuum, incipien-
do à finibus Laumellini agri trans Ticinum positi, vsq;
ad agros Lambro amni finitimos: latitudo autem mi-
nor citra Ticinum, quam trans Ticinum fuit, nam ci-
tra Ticinum duodecim millia passuum à Pado extat
amplitudo, trans Ticinum duplo maior, vt ingens, ad-
huc vallum probat, fossa Ticinensis dicta, quæ Nouarien-
sium oram (olim Insubribus adscriptam) ab agro Ti-
cinensi disterminat. vniuersa autem regio ambitu cir-
citer centum millia passuum circumagitur. Iis scriptis
scio aduersari sententiam Georgii Merulæ Alexan-
drini historici, qui libro sexto affirmauit Læuorum di-
tionem longè ampliorem fuisse, quàm à me perscriptum
sit. Sed ego malo vetusta colligendo modestiæ redargui,
quàm commenticius censeri. recenseo itaq; confinia, qua
ab initio Læuorum erant, non qua postea ampliata fue-
runt, vt temporis ordo cum ipsa scriptione conueniat.
Nunc ad eadem Liuii verba redeam, demonstrare ne-
cesse habeo, qua Læuorum amicitia, fidesq; erga popu-
lum Romanum fuerit.

De Læuorum amicitia cum Romano populo, & Cremonensium captiuitate.

CAPVT IV.

QVÆRERE hoc loco ex Liuii verbis, Academicorum doctorum exemplo institui causam, cur Boii, Romanos non adepti, Padum tra-
iecerunt in Læuorum perniciem: & locum vbi traiece-
rint? In primis traiectionis causa nulla alia fuit, nisi
Romanorum amicitia iam diu cũ Læuis contracta ante
aduentum

aduentum Annibalis, cuius amicitia odio perciti Boi, A *Romanis infensi, eis non repertis è vestigio Lauos, Libuosque Romanorum amicos infestis armis petière: & cuius quidem Romana amicitia, vel societatis initium me nescire fateor, sed rescire videor, Lauos populi Romani amicos repertos fuisse sub Annibalis aduentum, vt hac verba Liuij indicant libro primo belli Punici:* Pœnus opere occupatis hostibus Maharbalem cum ala Numidarum ad depopulandos sociorũ populi Romani agros mittit, Gallis parci quam maximè iubet, Principumq; animos ad defectio B nem solicitare &c. *hinc argua. Quis nam ager tum trans Ticinum erat, vicinus Carthaginensium castris, qui aptè vexari à Pœnis posset, nisi ager Lauorum, Laumellinus nunc appellatus, maximè cum Gallis parcendum esset. sibi quippè Lauij Italici generis in eo tractu extabũt, reliqui verò trans Ticinum agri, aut Gallorum, aut Libuorum populorum erant. Amici ergo Romanorum fuisse Lauos Ligures & Liuij demonstratione probantur: nihilq; referre videtur, quod nominatim expressi non fuerint in dicto primo libro tertia De-* C *cadis, quia certa loci designatio ad gentem indicandam parem expressionem, ac si nominatio fieret, habet. Subnectere hoc loco buccis argumentum libet, ad repellendam multorum scriptorum insciciam super Ticini oppido, & Ticinensium antiquitate, ac dignitate mussitantium, de qua libro secundo, & capite sexto latè scripsimus. Si Lauij populi Romanorum amici sub belli Punici, ac Macedonici tempora reperti sunt, ergo ante ipsorum bellorum initia oportuit amicitiam contractam fuisse; Consequens igitur est, vt ea gens, & oppidorum* D *præsidio, & populi frequentia, opibusq; in eiusmodi statu fuerit ante amicitiam constitutam, ex quo statu digna Romanorum amicitia vsa fuerit: aliter non fuisset in amicitiam recepta, sed potius armis subacta. amicitia enim ciuitatum ex populorum qualitate, ac dignitate, potius quam ex ignobilitate constituuntur. Si itaq; digni Romanorum amicitia visi fuerunt, ergo ciuitatem, & oppida, & opes, libertatem, & dominia progentis nobilitate habuerunt, qua non repentino actu congeri in* E *vnum potuerunt, cum ab Annibalis aduentu, ad sturũ Boiorum traiectionem, vix viginti anni intercesserint. Verte nunc quaso tuo arbitratu argumentum; Noga Lauos populos amicos Romanorum fuisse, ego verò respondebo; Si Romanorum amici non fuerunt, maiore honore digni sunt, quia Insubribus, Boiisq; subactis, ipsi sibi a Romanorum amicitia, & imperio immunes, solutiq; vixêre, atq; ita vtroq; casu dominium, & libertatem sine aliorum ope obtinuêre. usquàm enim constat; quod eo tempore, aut Romanis, aut alijs subiecti fuerint.* F *Superest declarare locum quo Boij Padum traiecerunt: quia dubitari ratione posset, an infra Ticini amnis ostia Padum traiecerint. sed transisse eos supra Ticini ostium, & in agrum Laumellinum irrupisse patet, Ticino amne ad dexteram dimisso, vt Liuij sententia per ea verba indicat:* Læuos, Libuosq; peruastarunt. *Libui enim trans Ticinum amnem agrum tenuerunt Laumellina regionis finitimum. vna itaq; traiectione Boij, vnoq; depopulandi ordine, ac successu Lauorum primo, mox Libuorum agros conterminos deuastarunt, quod facillimè effecerunt. Ager enim Laumellinus eo tempore apertis plerisq; pagis, vicisq; colebatur, satisq; tutus videbatur fluuiorum ambitu, quo tribus ex partibus cingitur. Non solum igitur ex prædictis probata Lauorum amicitia cum populo Romano fuit, sed fides etiam rei experimento explorata est, cum amicitiæ causa agrorum direptionem à Romanorum hostibus perpessi sint. Nam qui amicitiæ gratia rerum detrimento affecti in fide perstant, nullaque animorum alienatione ab amicitia labefactantur, digni amicitiæ nomine, atque honore censentur. Hæc autem direptio agrestis prædæ, vt Liuius scribit, facta à Boiis Gallis fuit in Lauorum, & Libuorum agris, L. Furio Purpurione, & M. Claudio Marcello Consulibus, anno ab Vrbe condita sexta Liuij supputationem, quingentesimo & quadragesimo quinto, præcedente tum Consulatu Cornelij Cethegi, & Q. Minutij Rufi. Quo quidem tempore, Cremonenses, Romanorum coloni, anno ab eorum incolatu vigesimo primo, non solum agrorum depopulationibus affecti fuerant, sed oppressi etiam obsidione, ac plurimorum captiuitate, à Gallis erant. Demq; fusis Romanorum viribus Gallis ipsis, captiuorum Cremonensium turba, vnà cum reliqua præda in Romanorum potestatem venit, perductaq; Romam fuit, vbi Cornelio Consule triumphum pro more agente, Cremonenses illi pileati, post currum traducti in spectaculum per Vrbem fuêre, vt cunctis patêret, eos non sua ope, sed Romanorum virtute, è Gallorum vinculis erepros, & liberatos fuisse. cuius rei causa acta etiam gratia ab ipsis Cremonensibus Consuls fuere, vt idem refert Liuius dicto libro tertio belli Macedonici, his verbis* Gn. Cornelio omnium consensu decretus triumphus, &c. *& paulò post scribit:* Cæterum magis in se conuertit oculos Cremonensium colonorũ turba, qui Pileati secuti sunt currum &c. *Cur autem turbam potius quam multitudinem Liuius scripserit, ambigo. Qua tamen inquisitione reiecta, illud potius expendere dignum puto, cum in idem fere tempus, dempto anno, vtriusque gentis historia incidat, direptione scilicet in Lauorum, & Cremonensium agris, à Gallis pariter facta: quo antiquitatis discrimine rerum inspecto initio, alter populus ab altero differat. Nam Cremonenses scriptores, nullo ascito autoris nomine, temereque improbata Taciti Cornelij autoritate, ac detorta pariter Polybij sententia, astruere sibi ciuitatis antiquitatem ante bellum Punicum exorsi sunt, conuersisque rerum subinde argumentis, vicinos populos, tanquam à Gallis, & Liguribus (vt ipsi aiunt) oriundos, ac contemptibiles, risu fere scriptis inserto, subsannarunt; quod iure an iniuria factum sit, ex historia lege decernere necesse est. Magno enim nuerò labore me leuassent, si sua tantùm primordia culta oratione illustrando, vt decet, in aliena non irrupissent, nec deprimere maledictis conati essent: nam ego similiter, qua mea sunt retulissem, Cremonensium rebus omissis, quibus semper ab ineunte ætate studui. Sed quid historia ratio poscat, videamus.*

De Cre

De Cremonensium colonorum origine.

CAPVT V.

OMNES, qui gentis, aut populi dignitatem explicare student, exponere in primis eius originem ac principia debent, vt quo tempore clari, aut obscuri nominis fuerit, sine fraude pateat. Nam etsi nostra propriè non videntur illa, quæ à nostris maioribus gesta sunt: publico tamen iure, ac successionis ratione ad nos pertinent, cum de publica gentis dignitate agitur: quia populus, vel ciuitas (vt peritiores sentiunt) est hominum vniuersitas, in vnum quasi corpus, collegiumue coacta, cui penitus refertur quicquid tam à nobis, quàm etiam à nostris maioribus publico nomine gestum dicitur: quæ verò priuatim aguntur, minimè semper ad publicam causam porriguntur. Non inepte igitur hoc loco quæritur, quo antiquitatis gradu differre visi fuerint primi Cremona coloni à Lauis populis, à quibus nos ipsi regionem, genusq; nostrum, Deo propitio, per naturæ propagationem, successionemq; recepimus. Quæ quidem in re quatuor præcipua tanquàm historiæ capita spectanda sunt: Primum qua ex gente exierint, ad quam regionem transmigrauerint, quo tempore, & quo titulo, aut iure. Hæc enim videntur esse principia in ciuitate constituenda. Lauis igitur, vt docuimus, à Cispadano tractu oriundi, in Transpadanum commigrarunt: proprio ipsius gentis nomine, tempore scriptoribus ignoto, sed ante Gallorum transitum in Italiam, vt secundo libro docuimus cap. tertio vel sexto. Coloni verò qui Cremonam primum deducti fuerunt, vnde egressi sint dubitatur. Polybius libro tertio ait, oppidanos vndiq; coactos loco non expresso iis verbis: Oppidanis vt intra x x x. dierũ spacium adessent mandatum. Liuius libro primo belli Punici, vel tertia Decadis scribit, immissam fuisse agrestium turbam, cuius verba sequuntur: Itaque Boii armis repentè arreptis in eum ipsum agrum impetu facto tantum terroris, ac tumultus fecerũt, vt non modo agrestis multitudo, sed ipsi Trium uiri, qui ad agrum assignandum venerant, diffisi Placentiæ mœnibus, Mutinam confugerint. Colligi enim ex hac sententia necesse est agrestem multitudinem tum conuenisse ad agrorum diuisionem, quam Triumuiri facturi erant. Cum ergo Polybius oppidanos, Liuiusq; agrestes scripserit, neuter Romanos ciues in Cremonam coloniam emissos fuisse probat. Mos enim Liuii præcipuus fuit, Romanos nominare, cum ex Romanis colonia constituebantur, vt apud eundem libro nono quarta Decadis: Patres illud agitabant vti colonia Aquileia deduceretur, nec satis constabat, vtrum Latinam, an ciuium Romanorum deduci placeret; postremò Latinam potius deducendam censuerunt. Idem ait: eodem anno Mutina, & Parma, coloniæ Romanorum ciuium deductæ sunt. Idem alibi: Saturnia colonia ciuium Romanorum in agrum Caletbranum deducta est. Cum itaq; ex ciuibus Romanis deductam Cremonam colonam nusquàm à probatis autoribus relatum sit, nec etiam à quibus oppidis exierint ipsi coloni, nominatim scriptum fuerit: ius ciuitatis Romæ primi illi coloni non habuerunt, vt supra ex Liuii sententia de Ferentinatibus retuli: quæ scripta est libro quarto belli Macedonici, vel quarta Decadis per ea verba. Nouum ius eo anno &c. Nulla ergo Cremonæ communio, nulla necessitudo, nulla affinitatis species per illos oppidanos cum Romanis esse potuit. Romanorum sanè colonia, id est à Romanis edificata, & constituta, atque in eorum dominio, & ditione posita: minimè tamen ab eis tum habitata ciuitas fuit, nullumq; ius in urbe Roma illi primi coloni habuêre, siue à Sabinis, siue ab Vmbris, siue alibunde illi ipsi prodierint. Nunc de eorum ingressu in Transpadanam regionem videamus: inquirendo prius, quæ gens eum locum tenuerit. Vbi condita à Romanis Cremona fuit. Primi quidem Galli post Thuscos, Vmbrosq; fugatos, à Circumpadana prouincia tenuêre agrum, vbi postea Cremona condita fuit; Ager inquam ille erat, non vicus, aut pagus, vt scripsit ille Cremonensis opinatus est, fusisq; Gallis adempetus à Romano exercitu anno ab Vrbe condita fermè quingentesimo & trigesimo: quo quidẽ anno apud Liuiũ notat L. Florus libro vigesimo Epitomatum, tum primum Romanas acies Padũ traiecisse, captumq; de Gallis agrum citra, & vltra Padum fuisse, in quo Placentia, & Cremona colonia deducta fuêre. & ne curiosi viri Liuii verbis careant, adscribo eius autoris sententiam sumptam ex libro primo tertiæ Decadis: Interim in Italiam nihil vltra quàm Iberum transisse Annibalem à Massiliensium legatis Romam perlatum erat, cum perinde ac si Alpes trãsissent, Boii solicitatis Insubribus defecerunt, non tam ob veteres in populum Romanum iras, quàm quòd nuper circa Padum Placentiam, & Cremonam colonias in agrum Gallicum deductas ægre patiebantur. Collige quæso hæc verba, Colonias nuper in agrum Gallicum deductas: Idem ferè scripserat Polybius libro tertio: Dum Romę milites scribuntur &c. Romani omni studio ad perficiendas colonias incumbunt, quas circa Padum in Gallia nuper inchoauerunt, iam ædificata erant oppida &c. Declarã hoc modo oppida nuper inchoata, iam erant edificata, id est ad finem edificationis perducta, cum coloni ire in colonias iussi sunt. Nouum ergo oppidum, nouaq; colonia in agro Gallico, siue Gallis adempto Cremona fuit, initio secundi belli Punici, in quam deducti auspicio Romanorum Oppidam illi, collocatiq; in oppido, ac tectis fuêre, quæ nuper Romani populi nomine, ac sumptu ædificata fuerant. Esse itaq; hoc tempore Cremonæ nomen ac populus primum cepit, agro, & oppido in Transpadana prouincia à Romanis accepto. Cuius quidem Cremonæ probatis initiis, refelluntur honestissimè singula, quæ per longas ambages contra probatos autores à nonnullis Cremonensibus conficta fuêre: prætendentibus se Romanorum genus, ac sobolem esse, habereque agnationem, gradus, familias, cognomina, linguamque, & alia Romanis propria: cum omnia sint diuersa, & penitus dissona, ac dissimilia. Videamus nunc quo dignitatis discrimine Transpadani populi ab ipsis tum Cremonensibus coloCnis fuerint distinguendi.

De An-

Digitized by Google

De Antiquioribus Populis Transpadanæ Prouinciæ.

CAPVT VI.

TRANSPADANI populi Romana Reipublicæ initio, alio genere Itali fuêre, vt Rhæti Alpium accolæ, Læui Ligures, Mantuani, & Veneti, inter quos Liuius suos Patauinos collocat libro decimo primæ Decadis, Alii Galli partim Taurini, Insubresque, partim Cenomani. Qui cum iam diu Italiam coluissent, adsumptis ciuitatibus, sobolesque suscepta, Italici omnino iuris effecti fuêre, per gentis generationem in ipsa prouincia continuatam. Læui autem ab Alpinis eris, qui Vercellas condidêre, Ligures quidem lingua fuêre, quamuis in Gallia finibus, id est in Monte Salvio, vbi hodie Nicæa est, maiorum suorum sedes fuerit. Hoc itaque modo differre inter se Transpadani probantur: quòd antiquiores populi, vt Patauini, Mantuani, Læui Ligures, & Rhæti sua, & maiorum suorum origine Transpadani erant, Galli verò Cisalpini origine sua duntaxat erant Transpadani, sed ex maiorum suorum perfonis oriundi è Gallia, vnde maiores ipsi exierant videbantur. Omnes tamen vno nomine Transpadani genere, quia geniti in Transpadano tractu fuerant, dicebantur. Qua distinctione admissa quæritur, An Romanorum coloni Cremonenses nuncupati, & in Transpadanum agrum deducti, ex sola deductione, ac inhabitatione Transpadani effecti fuerint. Respondeo, deductio, & habitatio nouum incolatum facit ex sui actus nouitate. Noui itaque, & aduentitii incolæ in agro Transpadano illi coloni erant, non autem originales, vt priores populi. Si itaq; noui, & aduentitii erant, ergo sine dubio indigniores inter Transpadanos fuerunt, ipsorum tantum Transpadanorum statu diligenter inspecto; quia priores populi, sua & patrum suorum origine, ac possessione antiquissima Transpadani erant: Cremonenses autem minimè, quia & ex Transpadanis oriundi non fuerant, & incolatus sui possessione iuris, factique antiquitate carebant, vixque eo tempore ius prouinciale incoabant: q; quidem ius iam in illis prioribus populis perfectum erat. tantum ergo differre prouincia dignitate Cremonenses à dictis populis visi sunt, quantum imperfectum differt à perfecto. Perfectum enim est, quod omnes partes absolutas habet, cui nihil addendum est: Imperfectum verò videtur, quod inchoatum fuit, cuiq; ad perfectionem consequendam substantia pars desit. Perfectio igitur iuris, & tituli (vt ita dicam) prouincialis iamdiu in antiquis Transpadanis erat, cum in Cremonensibus initium habere cœpit: Quo initio habito, perfectio tamen statim non subsequitur, ad quam assequendam longum, & continuatum tempus cum origine, & incolatu requiritur. Cum itaque perfectionis pars in illis colonis defuerit, dicimus partem postea acquisitam nullo modo tollere posse prioritatem, dignitatemq; antiquioris perfectionis iuris, & tituli reliquorum Transpadanorum. Minus ergo digni, minusque præferendi inter Transpadanos Cremonenses videntur, cum de dignitate prouincialium quæritur, quàm Læui Ligures, alique antiquiores: quod iuris etiam definitione probatur libro vltimo Digestorum titulo de Albo scribendo: vbi antiquissimum quemque præferri in gerendis honoribus, tam in municipio, quam in prouincia dicitur. sed quid leges scriptas inquiro? spectare potius naturam decet legibus antiquiorem, firmioremq;. Quæ enim prior ciuitas, aut populi constitutio in rerum natura esse cœpit, prior etiam in Ciuitatis, aut populi nomine effecta, prior in celebratione, priorq; in natura rerum in ea ora fuit, vbi esse cœpit. qua natura prioritas arceri à loco suo ab altero postea populo, in eandem oram commigrante, non potest: quoniam à natura exorta iura, naturæ perpetuitatem imitantur, & tam diu durant, quam diu Populus durat in statu suo. Neminiq; dubium est, quòd ciuitas vel populus ex sua prioritate honorabilior à natura factus, in eodem honoris statu suos ciues continet, quàm diu populus est, tanquam ab eodem gentium genere, & in eiusdem prouincia gremio conceptos. Insurgant hoc loco docti aliqui, arguantque si possunt à nobilitate loci, vndè primi Cremonenses educti fuêre siue illi Sabini, siue Latini fuerint, quos in suis, regionibus antiquitate emituisse scio, attamen respondebo. Antiquitas gentis vel patriæ, à tractu Transpadano longè sepositæ, & diuersæ, nihil Cremonensibus conferre potuit ad insinuandum in ius antiquitatis alterius prouinciæ, quia omnis dignitas ab origine, & incolatu sumpti, tempore & loco, in quo concepta est circumscribitur, transferrique extra limites, intra quos constituta fuit, non permittitur: quoniam quod tibi à tuo genere antiquum in Sabinis fuit, in Sabinis fuit, in Sabinis viget, ac celebre est, vbi genius tuum in lucem venit, & ab antiquo versatum fuit. Sed cum à Sabinis in Transpadanum agrum Romanorum ductu commigraueris, statuenda tibi in Transpadano per incolatum, generationemq; antiquitas erit, ad hoc vt posteri tui origine Transpadani efficiantur: alioquin noui incolæ in Transpadanis, & non antiqui erunt. Populus itaque Cremonensis (vt initia repetamus) fieri per incolatum tunc Transpadanus cœpit, cum collectis vndique oppidanis, vt Polybius notat, & in Transpadanam regionem deductis, colonia Romanorum Cremona constituta fuit: non autem ante, quando oppidani illi, agrestesque homines, vt Liuius refert, in Sabinis, vel Latio sparsi nondum in futuri populi cœtum congregati fuerant, & qua congregatione populi in Transpadanos deducta, ac constituta, Transpadanus factus est, ipse Populus nomine ab incolatu sumpto, & non ab origine. Et quod quidem ius prouincia nostra, cum in eodem Cremonensi populo fuerit postremum tempore, postremum etiam esse ipsum Populum ordine, gradibus, & iuris, accessionibusque clarum est, atque hac quæstione soluta ad quartam propositionem me verto.

De Ticinensium & Cremonensium antiquo Dominio, & Statu.

CAP. VII.

QVO Iure vel titulo Cremonenses coloni in Transpadano agro positi, ab initio fuerint, explicare oportet, sicut à me superiore capite propositum est. Romanos quidem constat iure gentium Transpadanum agrum Gallis ademisse. Cremonamq; ibi

ibi condidisse, & in possessionem colonis postea Cremonensibus nuncupatis tradidisse. Iure gentium igitur Cremonenses coloni per alterius populi acquisitionem, & traditionem, sedes, & agros assecuti fuêre: sed quo dominio id assecuti fuerint, scire cupio: Iure ne dominii universalis liberique, an verò dominii supposititii. differt enim suppositum à libero. Clarè mihi constare videtur, Cremonensium dominium non tam liberum, quàm suppositium fuisse (de universali quidem sentio, in quo consistit ius dominandi) quia ad populum Romanum tanquam eius civitatis autorem, & principem referebatur: quod enim ad alterum tei psò maiorem refertur, illius iuris directi dominium esse probatur. Dominium enim universale civitatis, alteri non obnoxium, est proprièprincipatus populo insitus, qui Imperii speciem representat. Dominium verò obnoxium, Iurisdictionem potius, quàm Imperii speciem in se habet, indignisque probatur. Quo quidem obnoxio dominio prediti Cremonenses, longè meo iudicio abfuisse à Lauorum, vel Ticinensium dignitate inspectis utriusq; populis initiis apertè videntur: quod sigillatim refero. Prima Cremonensium virtus, vel fortuna fuit, quòd in alienum agrum, oppidumq; sine eorum negocio partum, atq; paratum, Romanorum ductu, sumptu, & auspicio, imperioq; deducti, & collocati fuêre: quo quidem in negocio, nulla inesse dignitas potuit, ut apertè visus est sentire Alexander Macedo cognomento Magnus. qui Philippi patris audita victoria multis circumlatantibus sólus ingemuit, atq; in eam vocem erupit: Minimè me ex patris victoria exultare decet, cum nihil ferè mihi mea virtute expugnandum à patre relinquatur. Aegre ferebat magnanimus adolescens, indecorumq; censebat adire, & recipere regna, patris periculo, & non eius ipsius virtute subacta. Quantò ergo preclarius ex illius magni regis sententia nostro sese habuêre Lauorum exordia, qui sua quidem ope, atq; virtute, non autem alieno auspicio, primi nostram regionem adierunt, suisque viculis occuparunt: primi nomina regioni, cui vestigia impresserunt, terrisq; dedêre, primiq; Italica lingua sonum in ea infudêre, atq; ad nos ipsos transmisêre. Laumellina enim regio dicta ab initio, quasi Lauomellina, à Lauorum nostrorum incolatu, & nomine fuit. Laumellum quoque antiquum, atque insigne oppidum, propè Agoniam amnem conditum, non à Romanis, aut Gallis, sed à nostris maioribus formam, nomenque recepit: sive eum à Laumellina, sive Laumellinam ab eo nomen traxisse, quis dixerit, utrunq; enim à Lauis pariter fluxit, quasi Laumellum dictum. Viclauanum similiter à nostris maioribus nomen susceptum, presenti etiam fide inuiolatum seruat, nobisq; representat. Viclanum enim primo, quasi vicus Lauorum appellabatur, postea Viclauanum vulgò nuncupatum fuit, quod celeberrimum oppidũ Laumellinæ, & Ticinensis agri est, atq; ob eius dignitatem assentientibus Ticinensibus, civitas constituta fuit. quare honorẽ nostris civibus addidit, cũ eius mẽbra civica constitutione publico iudicio digna censeantur. Finitimũ Viclauano Campolauum est antiquum, & vrbanum, elegansq; oppidum, sta appellatum, quasi Campus Lauorum, quod hodie corrupta, ut vulgò euenit, antiquitate, pro campo, Gambolauum populariter dicitur. Aulauanum etiam Castellum propè Agoniam fluuium est, vbi sedes gentis nostræ fuit, nobilisq; Aulauana familia inde prodiit. Aulauum ab initio à Priscis dictum, quasi Aula, id est locus Lauorum, Aula enim idem apud nostros antiquos significabat, quod locus, vel insignis statio, scriptumq; etiam in nostris Annalibus legitur, Guidonem Languscium electum fuisse Episcopum ex nobili aula Comitum Laumelli. Ticinũ denique oppidum illis ipsi Laui maiores nostri sua stipe, suoq; opere, condidêre, & incoluêre, atq; posteriorum ætate Lauorum nuncupatione omissa, Ticinenses suo iure, atq; arbitrio appellati fuêre. Nostri itaq; progenitores gentis nostra ductores, auspicesq; in nostris regionibus extitêre, nomina ipsi suis Oppidis, Castellis, Vicisq; indidêre, nihil nobis Latini, Sabiniq; aut Troiani, a suis ut piter fugati sedibus contulêre. dedecus illis amissa Patria habeant: nostri non amissa dignitate gaudeant. Age verò, quantum alter populus ab altero dominii dignitate discrepare videatur, in medium adducamus. Cremonenses sub Romani populi mandatis, iussionibusq; constituti, quasi iugo pressi, imperium, ut supra retulimus, tanquam subiecti pertulêre: militauêre pedibus, aurum, & argentum in annos singulos pro vectigali eorum agro, & oppido pensitauêre. Nostris verò alia honoris ratio, alia viuendi institutio ab origine affuit: dominio illis vniuersali, liberoq; potiti, nulli censum, nulli tributum, nulli vectigal persoluerunt: suis ipsi legibus, atq; dominio, institutisq; vixerunt. A qua quidem libertate, & dominio status propriè ingenuitatem in gente plures existimant: hac maximè freti ratione, quia sicut naturalis libertas, hominem à natura ingenuum facit, & seruitus seruum: simili etiam ratione, publica, & originalis populi libertas, ac dominatio ingenuum, nobilemq; populum ab origine efficit, & subiectio subiectum, & humilem. Qua quidem subiectione populum innadente, inesse illa decora, & clara ingenuitas, nobilitasq; in eo non potest, qua libero populo inest: quia originis, & dominii vniuersalis qualitas dissimilis, ac diuersa in utroq; est, cum publica alter libertate, & dominio potiatur, alter verò ipsam publicam libertatem, vnà cum dominio subiectam habeat. Nobiliores ergo maiores nostri Cremonensibus colonis tam publici dominii dignitate, libertateq;, quam originis, ac possessionis antiquitate, in Transpadana prouincia probati sunt.

De vtriusque Populi Fide.

Cap. VIII.

NVLLA vnquam preclarior virtus vigere, atq; eminere in gente potuit, quam fides: qua non sólum eo modo accipitur, quò fides à me alteri per pollicitationem obligatur, & quam obligationem colligens Cicero in officiis scripsit: Fidem exinde dictam, quod fiat quod dicitur: Sed latiore spacio fides à nobis illa intelligitur, qua sólus etiam natura ratione implenda est. Fides sanè dicta, quòd fiat, quod fieri debet, decetuè. Nedum quod dictum est: paria enim existimo facere quod decet, & facere quod dictum est, decusq; dicto, ac promissioni sæpè anteferendum est. Fides igitur non solum versatur circa officia agnoscenda, implendaque

daq; ad quæ per pollicitationes, aut alio iuris nexu re- A
uemur, & de quibus iuris compositores latè scripserũt:
sed ad alia multa porrigitur, quibus sine verborum e-
nunciatione naturæ ratione obstricti sumus, veluti ad
Dei religionem, & cultum, ad patriæ, & parentum
obseruationem, ad tutelam, ad connubia sobolis causa
contrahenda, ad liberorum, ac puerorum curam, &
institutionem tam nostrorum, quàm alienorum, neces-
situdinis ratione ad nos attinentium, & ad alia plura,
quæ nobis iuris voluminæ patefaciunt, & partim à
iure gentium, partim à ciuili prodierint, vt in Dige- B
storum libris, de Iustitia & iure, & desponsalibus, de ritu
nuptiarum, de liberis agnoscendis, & de Tutelis. In
quibus quidem muneribus agnoscendis, implendisq;
non tam pollicitatio, quàm naturæ ratio valet: & qua
quidem officia à natura manantia iuris conditores in-
stitutæ adscripserint, antiquorum legum rationem secu-
ti, quam Christianæ veritatis consentire puto. Nam a-
gnoscere, quæ tibi à natura incumbunt officia, eaq; me-
ditari, institutum fidei est: facere autem quod agnoueris,
est finis, in quo individuo actu inest iustitia, qua vide- C
tur fidei perfectio. Inseparabiles itaq; inter se sunt fides,
& iustitia, intellectu tantum, notionene distincta, opere
autem coniuncta, ita vt altera sine altera esse nequeat.
nam fides sine iustitia desinet esse fides, atq; euanescet,
quia nuda officij meditatio, ab actu vacans, atq; refu-
giens, abesse potius ab homine fidem, quam inesse pro-
bat, vt prudenter in epistola Iacobus Apostolus e-
narrat, docens, actione, nedum cogitatione fidem exhi-
bendam esse, quia vtraq; virtus eundem ortum, & fi-
nẽ p indiuiduam operationem respicit, colligitq; Quod D
Paulus etiam Apostolus apertè probat in epistola ad
Hebræos, illis verbis repetitis: Iustus autem meus ex
fide viuit: quòd si subtraxerit se, non placebit a-
nimæ meæ. Subtrahit enim se, ille, qui agenda fidei
officia, non perficit actu voluntario, qui actus iustitiæ
est ipsius fidei consũmatio. Si quis igitur ex legum coer-
tione, potius quam ex voluntatis sinceritate operatus iu-
stitiam fuerit, veluti tutela, aut curæ iudicis iussione
susceptæ, torpuisse eum in fide, potius quam
viguisse censebo, actu ipso ad iurisdictionis au- E
toritatem relato. fecit enim quod debuit ex ne-
cessitate, non ex fidei actione, in qua à nobis ipsis, ad ali-
um porrigendam esse iusticiam docet Aristoteles libro
quinto Ethicorum, perfectam eiusmodi virtutem cen-
sens. Et Paulus similiter Euangelicum dogma expla-
nans, quod ad proximi nostri dilectionem pertinet, per
charitatem, id est, voluntario actu, nos operari eporte-
re, in epistola ad Galatas monet. Idemq; Ioannes A-
postolus in prima epistola docet. Ad historiam igitur
sermonem stylumq; vertens, fidem in populo eo tempo- F
re fuisse circa tria quàm maximè animaduerti. Primo
circa diuina religionis cultum, de quo nihil mihi hoc lo-
co scribendum est, quoniam prisca illa ætas rectum fi-
dei lumen nondum acceperat, vt suo loco explicabo. Se-
cundo, circa ciuitatis, quæ nobis patria est, decus, sta-
tumq; tuendum. Tertiò circa aliorũ populorum ami-
citiam, societatemq; seruandã. Quibus quicẽ in rebus
inuiolato studio maiores nostros præstitisse constat. Fi-
de illi in patriam prompti, constantesq; fuêre, tum eius
possessione à rerum Italicarũ initio probè retenta, atq;
administrata, tum etiam ipsa patria nunquã prorsus
destituta, quamuis ea bellis attrita sæpius, atq; exhau-
sta esset. neq; in patriam solum, sed in Italiæ etiam de-
cus eorum fides clarissimè enituit, dum inter feras, &
Transalpinas gentes in Italiam irruentes, soli ipsi Itali
generis in eo tractu sedes suas Italico nomine longuaq;
tenuêre, reliquis Italis à Ticini fluminis oris Gallorum
impetu ejectis, nullo illis Romanorum, aut Latinorum
auxilio, nulla aliena ope, sed suis gentibus, suis se viribus
intra vicules, ac oppidula sua continuêre, eaq; ipsa in-
terdum hostili irruptione incensa, atq; consumpta, sua
industria, ac facultate reficêre: nunquam illis hostis pa-
uore, ac tædio affecti regiones suas deseruêre. Fide eiũ
perpetua, constantiq; populi Romani amicitiam eius
vigente Republica coluêre, vexatiq; assiduis Boiorum,
& Insubrum procellis, nunquã ab amicitia fide defecê-
re. Quid dicam amplius? proprium gentis nostræ est,
fustq;, etiam in extrema rerum attritione, atq; inopia
fidem colere, fidem præstare, fidemq; salutis anteferre,
pro fide dura pati, ac in fidei decorem, vitam cum mor-
te commutare. Nulla nobis historicorum attestatione,
nullis Poëtarum salubus fidei defectio, aut nota inuri,
minusq; obiici potest. Nunc quo se honore, ac gloria ex
maiorum suorum fide Cremona ciuram probet, dissi-
rere opus est. cui certè operi minimè pa- est mea scri-
bendi industria, sed historiam scribenti quoquomodo
veritatem explicare veterum auctoritate permissum
est. Primis itaq; Cremonæ coloni oppido à Romanis pro
patria in fidem accepto, decennioq; possesso, magnum
fidei inducium præbuêre, Romanis auxiliũ, vt iam di-
ximus, promittẽtes. Sed ecce tibi Cremona, quã leuis re-
rũ momẽto populus tuus fidei studia inuertat, distra-
hatq; in diuersa animos, atq; priora merita posterioribus
demeritis palam obruat. Illi qui Romano Imperio sa-
lutem suis viribus promiserunt, patria postea eorũ in-
tra triennium in discrimine posita, patriam iniquam
turpi fuga deseruerunt, Gallorum incursantium pauo-
re, quibus quidem Gallis incursantibus agro cedere, &
in oppidum se recipere, minimè Cremonensib. vitio da-
tũ fuisset. Oppida n. ea ratione condita esse constat, vt ad
illa ipsa opis causa nobis receptus in quocũque casu pa-
teat. Sed deserere oppidũ hoste non aduersante, neque
oppugnare incipiente, summæ imbecillitatis, ac ignomi-
niæ fuisse videtur. cuius quidem desertionis reos tunquã
proditionis culpa pollutos, Romani illa ætate infamiæ no-
tabãt, & maioris ignominiæ causa equis priuabant, vt
in L. Cæcilio Metello, aliisque Liuius notat lib. 7. tertiæ
Decadis. Atque in libro 8. fugã ipsorum Cremonensiũ
enarrat, iis verbis. Mouerãt a. huiusce rei mentio-
nem Placentinorũ, & Cremonensium colonorũ
legati, querentes agrum suum ab accolis Gallis
incursari, ac vastari, magnamq; partem colonorũ
suorum dilapsam esse, & infrequentes se vrbes,
agrum vastum, ac desertum habere. Manlio Præ-
tori mandatũ, vt colonias ab hoste tueretur: Cõ-
sules L. Veturius, & Q. Cæcilius ex Senatusconsulto
edixerunt, vt qui ciues Cremonenses & Placen-
tini essent, ante certã diem in colonias reditrẽt.
hæc Liuius. Quartus decimus fermè annus ageba-tur,

nealatus Cremonensium, cum illud memorabile Senatusconsultum super eorum fuga, & reductione promulgatum fuit. Ex qua quidem promulgatione tum Romæ, tum in prouincia celebrata obstupuêre omnes, inquirentes, nonne ij sunt illi Cremonenses, quos Senatus Romanus populo produci, ac laudari pro concione, imò cum aliis colonis voce Consulis paulò ante iusserat? respondebatur, sunt illi ipsi, qui obices hostium, atque Imperij Romani propugnacula fore sperabantur. Augebatur admiratio, quoniam eo anno nullus hostium instructus exercitus in Transpadano agro extitisse ferebatur. Placentinos verò excusabiles faciebat, tum Cispadanus situs, Liguribus, & Boys ex tribus partibus obnoxius, patensq; ad eos recta, plana, & militaris via: tum etiam precedens Hasdrubalis Carthaginensis transitus, qui priore anno Placentia oppugnata in agros, villasq; conuersus, omnia incendijs, ruinisque contriuerat. His igitur, aliisque rationibus purgatis Placentinis, vna omnium voce vnaque sententia prædicatum per Italiæ ciuitates fuit, ad quas fama edicti deuenerat, Cremonenses illos ex fuga, desertionisque ignominia coloniæ possessione indignos, immeritosque effectos esse, atque a fidei constantia, & honore, in qua se antea tractauerant, excidisse, exprobatum insuper illis (vt fertur) redeuntibus clara voce fuit, cum non sponte sua, sed per Manlij prouincia Prætoris inquisitionem, cohortionemq; reducerentur: Ecquid puderet ne vos vestra colonia, non ciuium ritu, sed potius fugitiuorum seruorum more, militari manu deducendos, & restituendos esse? Omnis denique desertionis ignominia in Cremonenses solos, qui non expectata vi aufugerant, reiecta fuit, illisq; ipsis inhæsit, abigique ab eis nulla ratione potuit. Quò enim rerum euentus, eodem etiam populi sententia suo iure vertitur. Hanc tum infamem patriæ desertionem, reductionemq; incolarum nemo ea, aut postera ætate conspectam in Laudis, siue Ticinensibus fuisse scripsit. vastatos quidem Gallorum direptionibus Lauorum, & Ticinorum agros vt dixi, Liuius retulit, sed deserta oppida, effugatosq; prorsus a sua prouincia viros nusquam dixit. Si quis igitur hac Cremona primordia cum Ticinensium, vel Lauorum initijs conferenda putauerit, a rationis tramite aberrauerit. Nemo enim sanæ mentis inter se prorsus dissimilia comparat, vt hæc ipsa, non solum dissimilia, sed omnino contraria apertissimè probatur: fides, & fuga: constantia, & imbellicitas: item libertas, & captiuitas, dominatio populo insita, & subiectio perpetuata: frequentia virorum in agro, atque in oppido, & in tectis: & solitudo interna vna cum vastitate, ac rerum omnium inopia. Quæ quidem tum Cremonæ mala, si nostrorum maiorum bonis conferas, infernorum luem, horroremque, ac tenebras superna luci ac iocunditati comparabis. Quò circa, nescio, qua animi alienatione nonnulli, qui se se historiarum gnaros putant, prolapsi in hanc opinionem sint, vt præsentem Cremonensem populum existiment, ab illis primis colonis traxisse originem. Quod verum ne, an falsum sit, nihil mea refert. Sed si eorum opinio recipienda est: ergo a fugitiua, & penè infami colonorum turba magnifica ciuitas originem habuisse videbitur. Et vt fictitiam antiquitatem assequatur in illius prisca gentis indignitatem collabetur. Petenda igitur aliunde vestra origo viri Cremonenses est, quàm a vestrorum scriptorum nebulis, atq; commentis, quæ ego, vestræ & veritatis causa, Deo fauente, aperiam, longèq; abesse à vero alio loco ostendam: redire enim me ad institutum opus hoc loco necesse est, & de Insubria statu quod superest referendum.

BERNARDI SACCI TICINENSIS HISTORIÆ

Liber Quartus.

De Insubria in prouinciã redacta. CAP. I.

INSVBRES populi, teste Polybio, nobilitate, & hominum frequentia insignes fuêre, compositisq; post grauia, & diuturna bella rebus cũ populo Romano, in vnam prouinciam cum finitimis suis coiuêre, Gneo Pompeio Strabone Proconsule in Trãspadanis imperium exercente. Cuius prouincia terminis a fronte Padus, a lateribus Addua, & Durias amnes erant, a tergo Alpes. Qua regione in Prouinciã cõstituta, appellati postea Insubres oẽs populi inter prædictos limites contenti, communi nomine fuêre: quamuis origine singuli non essent Insubres, vt Lani Ligures Ticinenses ue, & Laudis Pompeia coloni, Libuique. Nec ab re Insubria appellatio indita prouinciæ fuit, situ eius inspecto, qui latior est agris finitimorum. Et ipsa Laus-Pompeia Latina colonia in Insubrum antiquo agro condita est. Insubria a. caput sub Romanis Consulibus Mediolanũ fuit, vbi & Magistratuum sedes posita, & forum Prouinciale constitutum est: cuius quidẽ prouinciæ habita deinde, quàm maximè ratio a Populo Romano memoratur. Namius Latinarum colonarum, veteribus prouincialibus in primis tributum fuit, vt Asconius Padianus apud Ciceronem notat in oratione pro Pisone: ex quo quidẽ iure pares in Vrbis Romæ muneribus assequendis, obeundisque Insubres Latinis efficiebantur, antequàm ius ciuitatis Romæ Italicis populis indultum fuit. Alterum, in quo honestati Insubres a Romanis sunt, hoc est, quòd sumpti ex Insubribus clari viri sæpè fuêre ad supplendum numerum ordinis Senatorij: vt meminit Cornelius Tacitus libro vndecimo. Desiit postmodum esse Prouincia iure ciuitatis Romæ a populis sumpto, quoniam vnaquæq; ciuitas iure suo, quod Italicum vocabatur ad Vrbis Romæ Imperium, omnibus commune, referebatur. Corruente deinde Romana Republica, prouincialis administratio rursus in viũ rediit, mutatiq; prouinciæ fines, ac nuncupatio fuêre. Nam Valentiniano imperante, Ambrosius Liguriam habuisse prouinciam fertur, in qua Mediolanum erat. Idem etiam sub Theodosio fuit. Qua quidem varietate non perspecta, aliqui de Insubria scribentes in errores inciderunt. Ego igitur de Transpadana tantũ, ac nostra Insubria, siue regione hoc loco scripturus a natura bonis, quæ ei a Deo æterno orbis conditore collata sunt, exordiar, vt illius patefactis donis, ad illius solius gratiam scripta mea contexisse videar.

De In-

De Insubriæ Sitv, & Partibus.

Cap. II.

OMNIA quæ humano generi propagando, tuendoque apta sunt, huic regioni à natura insunt, quæ inter Siccidam, & Adduam amnes continetur, quæque à Meridie Pado, & à Septentrione Alpium iugis clauditur. à quibus quidem Alpibus exorduendo, spectare Italiæ claustra, atq; repagula licet. Illæ enim in cœlum elatæ nobis supereminent, & ab Aquilone circumstant: vt nonnisi per arctas, ac penè inuias semitas euadere quis à nobis, aut nos inuadere quoquo modo queat. Natura enim ipsa, siue potius natura artifex Deus, tum nostra, quam Germana nationis quietis prospiciens, edita locorum præsidia in alto, ac sublimi posuit, quæ vnius egregij viri virtute, & robore parua peditum manu contracta occludi aduersus magni exercitus vim facile possit. Flumina quoq; ipsa circumlabentia nusquam tuto vado omni tempore pateant, ac trauici possint. confluunt plerumque aquarum moles, & impetu turgida vnda, eruuntque ab imo humum, ac profundos, & immanes vertices passim fodiunt, quibus sese inferens audax miles è vestigio labitur, lapsuq; in obliquum vehitur, & fluctibus frustra reluctando in profundum rapitur. Natura itaq; propugnaculis tuta ipsa prouincia esset, nisi incolarum pullulante discordia, externarum gentium vires nostris nominibus in mutuas nostri generis clades excuterentur, atque ad nostram perniciem traducerentur. Concordia enim nobis subsistente, Pax, & humana fœlicitas nobis adest: illa verò à nostris pectoribus exulitante, nostri incolæ sibi ipsis hostes sunt, & alienos ad suorum internecionem accersunt, pereuntque humana bona, virorum amore, ac vnanimitate sublata, quæ heù heù nimium ab Italicis eris abscessit, nostruq; accisi, atque admissi lateribus Christiana religionis hostes, intima Europæ regna deturbarunt, Christianis Principibus illarum successibus ad alterius consternationem conniuentibus. Interfecat fermè medium huius regionis, Ticinus fluuius, Nouariensem à Mediolanensibus dirimens, & Ticinensium agros in duas partes scindens, quarum altera, quæ trans Ticinum est, Laumellina vocatur, altera cis Ticinum posita, Campania dicitur. Nouariensem verò agrum interluit Agonia amnis, claris verticibus fluens, in Laumellinum tractum, vbi captioso, ac fabuloso vado incautum viatorem nõnunquam fallit, dum ille aquarum claritate inspecta pedem arena temerè figit, ruitq; in profundum fabulo ipso hominis vestigium non firmante, passimq; pedum impressioni cedente. Discè ergo prius vada tentare, quàm te ipsum ignoto fundo, aquisque committere. Oritur Agonia in Nouariensi ora ad radicem Montis Sancti Francisci, è regione occidentalis, inter lacum Hortæ vulgò Sancti Iulij, appellatum, & lacum Verbanum, non longè à lacu Horta ad Vemeniam pagum. Fluitq; inter Siccidam amnem, & Nouariam procul à ciuitate mille passus, descendit q; in Ticinensium fines ad Necorum Vicum, atq; in plures deducta, & diuisa riuos, æstatis tempore accolarum usibus ab eius alueo septorum repagulo extrahitur, exili enim alueo fluctus Padum petente. Hyeme verò fractis repagulis furibundi ruunt, Padoque non sine vicinorum detrimento, arborumque fragore, & ruina tota immergitur, procul à Sancto Nazario pago, mille passus. Ab altero autem latere eiusdem Montis Sancti Francisci, ab Orientali plaga exiguus fons ebullit, Deturbio amnis, torrentiq; initium prebens, iuxta oppidulum Verallis Plumbulæ, descendenique à collibus humor Deturbium format, impelliq; in Nouaria planitiem procul à ciuitate mille passus in Orientalis latere. In medio itaque Deturbij, & Agoniæ, sita in cliuo Nouaria patet, situ quidem amœna, at longè amœnior, clarorq; virorum nobilitate, qui ex Tornella, Cacciaque, & Casalia, Portea, Catuneaque gente, aliisque effloruerunt, hodieque etiam in honore sunt. Plures proprietates inesse huic regioni clarum est, inter quas hæ sunt præcipuæ. Nucũ, & Castanearum vberitas, ac excellentia, siue magnitudinem, siue bonitatem quæras: nam annona nunquam plebis expectationem in messe eludente, cibum ex his pauperculi petunt, ac castaneis saturi vina tuiò hauriunt. vineta apertissima humili, ac denso ordine in collibus consita, optimum vinum emittentia. Pisces, ac claris lacus tractis crassioribus refertissimi, ex quibus lacus Hortæ sit celeber, egregia insula, & arce centrum eius tenente. Cannabis copia immensa, optimaque, ex qua tela, funes, laqueique formantur, ac in finitimos distribuuntur. Prata, & pascua, quibus immissa pecudes casei formellas sapidissimas edunt, quarum gloriam Villanoua in superiore tractu, & Rodobium Oppidum inferioris regionis obtinet. Dulcaq; propterea materna lingua Robiola fiere. Ingreditur Ticinensem seu Laumellinum agrum Deturbius fluuius propè Calaueniam, fumosoq; amnis labens per humiliora loca, collegit fontes Campolani, & ad Tromellium flectitur, irrigans vrgente æstu vicinorum fœnum prata, & hyeme tantum Padum patens, ab vndarum turbulentia, Deturbius nuncupatus. congeries enim fluctuum viarena tumulat, eosque mox rapit, dissipatq; per alueum, rarecq; alueo legem seruat, ann tuto vado trajci, dum tumescat ab equite potest. denique etiam cum tuto trayci posse videatur si moram feceris, sensim descendere equum in profundum fabulo cedente agnoscas. Cingitur verò Nouariensis regio, ab oriente, lacu Verbano, Ticinoq; ab occidente Siccida amne, cuius etiam dominium Nouariense in suo tractu habent, à Septentrione Alpibus, ad quarum radices egregij colles, & amœna loca habent extrinsecus, & alnus consita: a Meridie verò Laumellina, de qua scribere particulatim aggrediar.

De Læumellinæ situ, & qopulis

Cap. III.

LAEVMELLINA regio Ticinensium dictionis est, à Lanis olim populis, & melio dicta, quod caninum collare est contra luporum morsus, à priscis Millium, postea à Varrone Melium appellatis. quasi enim cingulo, ita fluminum ambitu ipsa regio à tribus lateribus circuitur. Laurum igitur circuitionem propriè Laumellina significat, vt libro tertio, & capite septimo retuli. Et quæ quidem regio, ab

Oriente Ticinum, à Meridie Padum, ab Occidente partim eundem Padum, partim Siccidam habens, agris Nouariensibus à Septentrione iungitur, ingenti fossa Papiensi appellata confinia indicante. Oppida prope Siccidam, & Padum ad Occasum posita, hac sunt quàm maximè populosa; Rodobium, Confluentia, Rosascum, Castronouum, Cocium, Candida, Validum, Bremium, Sartirana, oppidum situ, & amplo interlabente riuo amœnum, ex quo pertissimi viri prodierunt, Ioanne Maria Simonetta instituente, qui nunc Prepositura fungitur. In inferiore regione Burgofrãcum Pado adiacet, ac suorum oppidanorum nobilitate cum Sartirana certat, & Antonio Papiensi cognominato vrbis Romæ protophysico gentem suam illustrante. omitto pagos veluti Sparouariam, Campobeatum, Castellarium, & alios minimè tamen omisso Friscareolo tribus castellis insignito, vbi noster Iacobus Bireta prædia cultu conspicua, sed domini fama celebriora habet, illo viro in Ticinensi gymnasio legum, & Iuris semina latè spargente. Infra Burgofrancum ad Padi regionem nulla extant oppida, sed egregij, ac populosi pagi, castellis etiam muniti, vt Camporanea, vulgò Gãbarana dicta, ex qua clara familia prodyit, quæ ab eius castelli, pagiq; domino, Comitis nomen, ac insignia habet. Huic vicinum est Carium, vbi populi diuisio facta est: alij enim nobiles, alij homines, qui humiliores sunt appellantur, Domini verò pagi castelliq; Isimbardi Ticinenses patricij sunt. Plebs Carij riuulo interlabente proxima est, ita vulgò appellata à vicinitate Carij. Pagus is est ferè vrbanus, magno castello, atq; conspicuo ornatus, celeberque Leonis Medicis Decimi Pontificis liberatione. de qua alibi. Distat ab Agonia Plebs Carij (qua Beccaria familia dominio subest) duo millia passuum. Cui est vicinum Turturellum Curtia familia, & Grumellum. Surgit deinde vrbi similis hominum frequentia Meda, quasi in medio Insubriæ (vt aiunt) regionis posita, agro fœcunda, & à Meda iuxta Agoniam vertens iter videre Laumellum licet, olim multorum oppidorum caput, nihil fermè à ciuitate differens, cui Languscæ antiqua gens diù imperauit, Comesque Lumelli nuncupata ab eius ditione fuit. Nunc autem Cribella familia nobilitate conspicua eius dominio potitur, Durno etiam adiecto. Non longè à Laumello Saluiana olim, nunc Saminiana patet, situ, pratisq;, & riuulis iocunda, à Sallijs, vt aiunt, condita, cui vicinum est Castellum sancti Angeli, atque paulò ante propè Agoniam tendens, Cerretum adire, ac mirari necesse est, in ipsius amnis ripa altius locatum, vbi Georgia familia sedes est, in militari disciplina clarissima: propè Cerretum citra Agoniam, Mortarium inuenies amplum, patens, & insigne oppidum, cui propinquum est Castrum Agoniæ, deinde Aulauanum, de quo supra libro tertio capite septimo. A quo Aulauano quinque millia passuum abest Castellum sancti Georgij, & Cernachus pagus. Adest à Meridie Vicobianum nobilissima gẽtis Biraga oppidum, eleganter conditum, viridarijsq;, ac hortulis circumseptum, & Albonea aquis, cõmodoq; amœnum, à qua primò nomen habuit, dictumq; à prisci Albonea vicus, & postea Vicobianum fuit. Cui vicina est infausta Feraria villa magni nominis & nullius rei, agris ipsis ad dominos, & non ad colonos spectantibus, & Albonea riuulo naufragium interdum campis minitante, quo quidem secuto naufragia rapere vicinorum segetes Feraria villicos nocturno aditu, at labore necesse est. dictaq; exinde Feraria pessimplex r à ferendo fuit. Ferariaq; à tergo relicta patet ad Meredem pagus nobilissimus portis, vallisq;, & aggeribus circumseptus sancti Nazarij nimine, festoq; celeberrimus, in quo quadringentæ, & amplius familia degunt. Gens vrbana, iocunda, atq; hospitalis, vicis ampli, recti, mundi, frequentesq;, forum, patens, cãpi latissimi, apertissimiq;, ac vberrimi, ornata vineæ filis ad longum prospectum distentis, sylua opportuna volueribus, ferisq; gratissima, à quibus phasianorum cantus facilè audiuntur, lacus, stagnaq; innocua. Persici pisces, & anguillarum vinaria. Occupat is pagus supercilium vallis Padi mille ferè passus ab eo distans. Hinc oriunda fuit nobilis Sanazaria familia olim Vicecomitũ æmula, quæ p orbem dispersa propemodum euanuit, paucaq; hoc in loco nobilitatis monumenta retinuit tanquam testimonia prima originis, sedisq;, vt castellum, molendina, piscationes, riuum Albonea tẽpliq; patronatum in plures diuisum. Hic etiam Antonius Fregosus dominium loci habens senectutis suæ amores materno carmine celebrauit, quòd deinde dominium inclarissimas Malaspinas fratres Franciscum, & Octauianum transtulit. A sancto Nazario ad Orientem pergenti, præsto egregia villa Plebs Albeneola, distans à Deturbio torrente mille passus: Cuius quidẽ alueus ambages aduerso flumine sequens Caldisolum Castellum à sinistra manu spectat, quod olim nobilissimæ gentis Pica Mirandulæ sedes fuit, posteaq; dotis, siue successioni Tadeæ Picæ Iacobo Malaspinæ nuptæ cessit, recidens successionis iure in eosdem Franciscũ, & Octauianum fratres, ex quibus me hæc scribente Octauianus, superest prole conspicuus, Padi etiã traiectionem dominij iure habens. Paulò antè Turris eminet egregium tibi Oppidum suæ mole, altitudineq; promittẽs, vbi verò appropinquaueris infamis Alagnia apparet, à Languore appellata. Languent quippe incolæ ex vinearum defectu, puteumq; potus causa frequentius adeunt, quam torcular, aut vasa vinaria. oritur enim in Alagniæ finibus ineunte æstate à tellure edax eruca, volitansq; vites inuadit, depascitq; folia, quib. ablatis arescunt iam exiles, & immaturi racemi, sine vmbra relicti. Desinente postea æstate eruca rursus tellurem ingressa fœtus edit, & recondit, deinde vertitur in vermiculum ãi vlari digito minorem, quem aratrum agentes bubulci sæpè detegunt, ac perimunt. at minimè tamen fœtus disquirere ac perimere possunt: nam æstate adueniente renascuntur iterum eruca, alataq; in turmas edito stridore prodeunt, infestantq; Alagniæ fines ac etiam in Valgij ditionem ruunt, coguntq; incolas sine vinearum ornatu, ac commodo vitam ducere. Compertum autem mea ætate experimento fuit: quòd omissa telluris cultura eruca simul periit, quia omissa cultura, durescit terra in superficie, qua durante duritie eruca generatio vetatur. Sed ipsa deinde terra ad culturam reducta resurgit, à natura sibi hac vinearum pestis. Cur autem in hac regione potius quã alibi eruca vigeat ducã. Viges sanè alibi

Digitized by Google

uè alibi, sed non tam perpetuo ordine, ac copia. Tellu-
tis superficies hoc loco vrgente gelu parum permittur,
quia humiditatem nõ habet, subest enim arenula, qua
humiditatem fugit. qua humiditate consũpta, crustula
tantum terrà modicà crassitudinis gelu corripitur. In-
ter quam crustulam, & arenam condit suos fœtus Er-
uca in elaborato solo, atq; ab hyemis rigore saluos facit.
In pinguioribus verò agris maior inest humor, ma-
iorque insequitur crassior q; à gelu glebarũ correptio,
& per consequens fœtus erucarum in superficie minis
tè tuta est, quia quicquid in ea est, gelu durescit una
cum solo, & constipatur. Perditio autem erucarum
est sturnorum copia: illi enim vtiarum cupidi, gulo-
sique turmam erucarum vnis perniciosam agnoscen-
tes, coacto agmine, in eas connolant, rostrisq; exen-
terant, sibiq;, & dominis vites ab earum iniuria vẽ-
dicant. Est autem eruca in Laumellino agro similis
Cantharidi rutilantibus alis, & corpusculo crassiore,
à vulgo materna lingua Garuua siue Garuola à gar-
ritu, quem volitando edit, dicta, quæ Cantharidum
ferè species existimatur. Ad quas à vitibus arcen-
das Plinij remedia vana probantur. Ad Alagniæ la-
tus patet Valgium turrium ambitu circumseptum,
quod à Sanazaria gente ædificatum in Albonesios, po-
stremo in Arcimboldos clarissimos viros translatum,
mirificèque ornatum fuit. Et in quo etiam Picus Mi-
randula olim sua studia exercuit. Ambiunt Valgiũ
iocunda nemora modico intercedente spacio, vbi fera-
rum sedes, atq; deambulatio inspicitur. Hinc abest
ad tria millia passuum Trumellum vulgò, Latinè verò
Trimellium appellatum, ex eo quòd tria recta itinera
intra oppidi circuitum coeant, siue Medsolanum, si-
ue Vercellas, siue Papiam pergas. cuius oppidani à na-
turâ sapiunt, & ideo ad opus rurale plerique litteras
edocti prodeunt atramentario, libelloq; secum allato,
& si quid scribendum contigerit, in agro scriptitant,
in agro alter alteri causam narrat, arguunt ad par-
tes, scisciantur sententiam, ac tanquam iudices silen-
tio bubulcis indicto, per sementiosa verba sensa sua ex-
plicant. à qua re Trumellini iudices nuncupantur.
Sursum versus propè Nouariensium fines, Vasta Tur-
ratia patet, domino quam agro nobilior. Julius enim
Salerna vir peritissimus hanc possidet. Inter Deturbi-
um, & Ticinum amnem, Nouariensi agro finitimè
Parona apparet, deinde pulchra nobis Calauenia ar-
ridet quasi à Cœlo veniens, aspectu grata, sed incolarũ
moribus, & vrbanitate gratior. Abea recedentes
Viclauanum petimus, cuius situs varietatem mirari
licet. Nam suo ambitu clusum, & planiciem occu-
pat, patens forum in medio habet, ornatum portici-
bus. Ædes regia in clino eminent. Arx munitissima
in promptu est, populus pacis studiosus mercaturam
passim exercet. lanificio celeber, & ædificiorum appa-
ratu longè celebrior. Viridarium in Episcopali domo
elegantissimum habet, fonte seu piscina in centro eius
per aqueductum manante, fructibusq; insigni ordine
consitis, Galeatij Petræ Ticinensis patricij studio, qui
primus illius Ecclesiæ Episcopus præfectus fuit, & vitæ
diuturnitate, ac salubritate omnibus æqualibus ante-
cessit. Riuuli verò aquarum à Ticino deducti, oppidũ
ambiunt, ac iocunditate, & commodo Viclauanen-

A ses exornant. A Viclauano versus meridiem, vt ca-
pi pergens, regio ipsa in cunei formam, diametrumq;
protenditur, nam hoc loco parum distat. Deturbius à
Ticini valle: in meridiem verò pergenti latior extat
regio. Ecce tibi ad dexteram Campolauinum patet, à quo
Campolauini oppidani vafri, arguti, ingenio, ac viri-
bus præditi, militia, agricultura, mercaturæ, vena-
tionis, piscationis, aucupij, fraudisque periti, decipi
ab eis, quàm eos decipere in caueis facilius est, à qua
re prouerbium manauit: Campolauinus non erit, qui
B de alieno suum non fecerit. Si tamen cum eis liberali-
ter egeris, liberaliores eos diceris. Vinci in bono, aut
malo, nullo modo volunt. Ad sinistram in supercilio
vallis Ticini Sfortiaca adest, latissima prata riuulis
aquarum irrigabilia pandens. Vicinus Sfortiacæ est
Burgus sancti Syri, vini optimi fama notus, cuius bo-
nitas in septimum durat annum, magisque perficitur.
Ad dexteram rursus prospiciens Carlassium oppidũ
habes, vbi mirabilis mulierum solicitudo viget. Exe-
untes enim ad opus campestre, taternatim incedunt,
C vnaquæque colum defert, pergensq; fuso deducit fila,
& deducta colligit, nodoq; cuspidi circumnexo alia vi-
cissim deducit, nullum sine opera dum iter facit tempus
omittens. Caternam puella insequitur, aperaria instru-
menta deferens, vt lagenes, rastros, cistulas, peram, pa-
nes, cantharum, & alia eis necessaria. relicto Carla-
sio, Durnum ad eandem dexteram spectas. Asparagi serendi, ac colligendi promptitudine notum, vbi
ilignea septa Deturbium excipiens spectanda est, mire
fabrefacta opere Albonesia familia sumptibus. Septa
D hæc transuersum alueum claudit, pluribus instructa
portis: quæ omnes panduntur hyeme, aquis liberè di-
missis, æstate verò claudantur, diuertunturq; aquæ ab
alueo, & in prædia immittuntur. A Durno distat
Grupellum tria millia passuum, quod in crepidine val-
lis Ticini situm est. Rupellum potius à rupe dictum,
clarissimorum Vicecomitum Castellum, rubri vini
præstantia notum, à quo vallis Ticini villæ prospiciun-
tur, vt Caselle, Sancta Sophia, Limes, & Parasaccus
vicus, Carbonaria, & alia loca. Ab eodem etiam
E Durno oppido, ad Padi vallem tendens, ante oculos
habes Zinascum vicum longo tectorum ordine edifica-
tum, Seranumque, & Summium à Summitate dic-
tum, vbi finem Laumellina habet. Qui quidem
pagi alto prospectu Padum mirantur, mirantur au-
tem sæpè verò verentur, ne volubilis vndarum rapin
Montionelleris exemplo petuntur ac subruantur. Is e-
nim nobilis pagus trecentis, & quinquaginta quinq;
transactis annis Jordanæ gentis patrimonialis erat,
Padoque irruente collisus fundusque ab vndis fuit. est au-
F tem Iordana gens, familia hodie Eustachia dicta, ab
Eustachio Petri filio viro clarissimo, vnde mihi genus
maternum est. Minimeque familiæ suæ decori Blanca
mater mea defuit, vita honestate, ac rerum familiarũ
cura, quæ me Romæ agente, defunctis longa ætate cor-
poris viribus (nam nonagenaria erat) è nobili pecto-
re nobiliorem emisit animam, meq; ipsum sæpius in
humanis casibus, rerumq; discrimine versantem va-
lere iussit. His igitur Laumellinæ oppidis, pagisq; de-
scriptis, superest referre fructuum præstantium, ab ip-
sa Campania prouenientem.

DE LAEVMELLINAE FRVCTIBVS. CAP. III.

De Asparago.

INCIPIT ab Asparago huius Campaniæ fructus ineunte vere, cuius quidem Asparagi culturam priſci Romani diligenter exercuêre, vt Cato docet in libro de re Ruſtica: poſteri verò, Rauennatibus exceptis, deſpexêre, vt fatetur Varro de lingua Latina libro quarto, ita ſcribens: Aſparagique ex aſperis virgultis leguntur &c. Noſtri ergo Laumellinates Aſparagi ſationem á ſiluis, & ſaltibus ad hortulorum formam, & elegantiam ſummo ſtudio tranſtulêre, undique conquiſitis poſt autumnũ eius radicibus, tenuiq; ſulco diſpoſitis, ac ſimo equino terræ ſummitate conſperſa, eademque tellure deſinente hyeme raſtris leuiter atrita, & emundata, ne alienæ herbæ, ac præſertim gramina ſimul cum Aſparago terra coaleſcant. Compertumque experimento fuit Laumellinum fundum inter Ticinum, & Agoniam Aſparago aptiſſimum eſſe, vliginoſa arena multò promptius ſolis tepores veris initio percipiente, quam fœcundum, ac denſum ſolum: promptius itaq; etiam, ac maturius proſilire a Laumellina humo Aſparagi hac ratione ſolent, quam a Ciſpadanis hortis. Celebreſque in hac re ſunt in primis Celaueny, Campolemini, Tromely, Durini, alyque Deturbio vicini, vbi tempeſtiui Aſparagi ſucciſio præcipua viget. Nec ſolum horti, vineæ, & campi referti Aſparagis ys in locis circumſpiciuntur, qui aſcendente aurora ſub veris initium è terra prodeunt, ac per myriades manè ſuccreſcunt, craſſique, ac ſublimes in horas fiunt, & niſi eadem die ſuccidantur in ſemen deſiliunt, atque obdureſcunt. Quare non ſolum nobis, noſtriſque veſci hoc olere: ſed finitimis etiam tranſmittere compoſitos in ciſtulis faſciculos amicitiæ gratia neceſſe eſt, nimia exuberante copia. Surgit verò apud nos biennali induſtria virens ferè totus, tumensque eſtiã ex ſucci copia, & ſuperbe nitens, mollis tactu, guſtuq; ſuauis, vt interdum crudus edatur, leuiq; coctione cõficitur. probi autem nutrimenti eſt, tum quia naturæ vires temperata caliditate fouet, tum etiam quoniam meatus aperit, ſomnumq; conciliat, & cienda vrinæ aptus eſt, maximè ſi ante cibum edatur. atque ſi generationis ſtudio ſubminiſtrare rei venereæ materiã libet, copioſè ede, & in tempore age.

De Fungis.

CAP. V.

TRVDITVR eodem tempore à terra in Laumellina tractu ſaluberrimus fungus, ſpongiæ ſimilitudine, ſpongiolus, ſiue ſpongiculus vulgo appellatus, qui in paſcuis, ac ſaltibus minimè paluſtribus naſcitur, & ad pugilli magnitudinem nocte creſcit, manèque tollitur, & modica coctione purgatus, farinaque reſperſus frixorio aſſatur, ac ſine noxa editur. Diſſimiles ab ys ſpongiculis ſunt fungi æſtiui, autumnalesq; ſiue boleti, ſiue pratenſes ſint, & quorum copiam vel maximam Laumellina habet: atque autumnales præbans, eos ſolos legit, nec ſtatim coquit, vt Plinius docet libro vigeſimo ſecundo, ſed ebullitione defecatos, atq; emollitos tactu ſecernit, & purgato humore ſale in vaſibus condit, ſeruatque ad alia tempora. Fungos verò æſtiuos tanquam pernicioſos odit. Cur autem æſtiui mali, & autumnales innocui habeantur, referam. Minus plerunque excrementicij humoris terra autumno initio habet, quia ex præcedente æſtu omnis ferè ſuperfluitas in terræ ſuperficie cõſumpta, qua cõſũpta minus eſtà ex terræ malitia attrahere in ortu ſuo fungum neceſſe eſt, & per conſequẽs minus ledere veſcẽtes ſolet. Contra æſtate apparẽtes fungi, pleriq; ab opacis locis, nondũ æſtus diuturnitate purgatis, atq; exſiccatis prodeũt, inſitamque propterea terræ malitiã ſuperfluitatem habent, qua ſtomacho recepta obruit naturæ vires, ac niſi ociùs euomatur, hominem ſuffocat intercepto meatu, quo ſpiritus emittitur. Hac ipſa etiam ratione æſtiui fungi, boletiue, in montibus, collibuſq; nati, ſæpè innocui eſſe probantur, quia minus humoris lubricitas collis minuſq; excrementitiæ malitiæ à natura propter decliuitatem recipit, quam ipſa planicies. Ex fungis autem autũnalibus minus ſuperfluitatis habere Laumellinates in ſyluis, ac ſaltibus perceptos clarum eſt, quia ſyluæ, ſaltuſq; in ipſa regione in locis aridioribus ſunt, minus culturæ aptis, & cum ab arido ſolo gignãtur, minus excrementiciæ materiæ contrahunt, quam ij qui in fœcundis campis concipiuntur.

De Moris, & Bombycibus.

CAP. VI.

INCALESCENTE tempore alius ſeſe nobis offert fructus ab eſu alienus, ſed natura conſpicuus, quem tibi patula Morus affert, diſtinctis ordinib. in Laumellina conſita. Alba enim apud nos arbor, quã Romani Celſum vocant, in vſu eſt, quia citius adoleſcit. Hanc aſcendens villicus adoleſcens rapida manu defrondet, virentia folia ſacco ingerens ac feſtino gradu domum properans, vt reptantibus per tabulas bombycibus, ſiue bombylibus, caputq; fame attollentibus pabulum ſuggerat, quo pleniore aluo albeſcens quiſq; vermiculus, ſericeum globulum præſtantius cõponat, ſeſeq; in eo texat, ac recondat, mox operis ſui precio interiturus: globulis ipſis ad Solis ardorem expoſitis, paucis tantum ſobolis cauſa in vmbra dimiſſis: ex quibus contracto corpuſculo bombyces papilionis formæ exeunt alatique coeunt, ſtrepuntq;, denſiq; emiſſis ouis, atomis ſimilibus euaneſcunt. Collecta ouicula mulier inuoluit lineo panno, ſeruatque procul à calore ad inſequentis veris initium: quo appropinquante, viſaque ſimul Morus arboris pullulatione, oua ſinu excipit, foueretque calore, quo biduo animata repunt, auctiſque paulatim eſca eorpuſculis ſomnum capiunt, ætateque a nigro colore, quo ab initio præditi erant, in bombyceum tranſeunt, ac nobis operantur. Mirabilis quidem naturæ vis, ſolo Dei nutu inſtituta. Semen eſt quaſi pulus, à quo ſerpit ab initio pene inuiſibile animal, & Regum, ac Principum indumenta tantillo tempore, ac labore molitur. Paſcunt bombyces, ſiue

bombycas

bombyces in Latio, & Orientali Italia frondibus ni-
A gra morus, vt etiam in Hispania, quia hæc in calidio-
ribus locis tempestiuè adolescunt. Nostra verò regio,
cum algore magis vigeat, quam æstu, nigras morus
tantùm in hortis, & viridariis, fructus & deliciarum
causa habet, vt potè serò crescentes, & sero etiam mo-
ra emittentes. Probatæ autem maximè ad sericeum
vellus planta Laumellinates sunt ex locorum aprici-
B tate, & siccitate. Superat enim Laumellina planicies
fitus sui altitudine, omnes ferè Circumpadanos tractus,
patensq; est tum ad Solis tepores, quam ad ventorum
flatus recipiendos. Item quod est eius præcipuum, si
terram infra vlnam effoderis, sabulum passim inueni-
es, à quo humor inferior naturali ariditate deficcatur.
Hinc est quod planta ad arenosum fundũ radices pro-
mittentes, minus humiditatis contrahunt, foliaque
propterea tum duriora, tum etiam angustiora, & i-
deo præstantiora faciunt. reprobant enim serifices lata,
& mollia folia, asuntq; ob eorum esu vermiculos tu-
mescere, ac perlucere, & ex nimia humectatione pu-
C trescere: & è contrario à siccis, & durioribus foliis be-
nè nutriri, ac operosiores formari: quod verum esse pa-
tet. Plura me de ijs scribere duo clari Viri vetant,
Iacobus Sanazarius, & Hieronymus Vidius, quorũ
alter candidam Morum lepidissimo Carmine celebra-
uit, alter pleniore tuba Morum, & Bombycem, Seri-
cumque cecinit. Monere autem lectores libet: Bom-
bices ab initio dictos fuisse vermiculos a Bombicis inuẽ-
tione, quod refert Plinius libro Vndecimo de Bombici-
bus, Bombicinam vestem ex huiusmodi vellere con-
textam asserens. Nostra verò ac maiorum ætate clarũ
D est Bombicem, vel Bombacem prodire ex minuto se-
mine, quod sub autumnum terræ mandatur, & vere
colligitur, Costonumq; à Calabris appellatur, apud quos
huius seminis satio, & perceptio in vsu est, præcipue in
territorio Bissimani, & Castrinelluri, orsturque ex
hoc semine frutex ad cubitalem altitudinem, baccam
vel coccum in summitate ferens, ad auellanæ nucis mag-
nitudinem, intra quam baccam, bombax, ac grana
seminis enascuntur, & maturitate aduemente pandũ-
tur. Idem etiam in Hispaniæ regione, quæ Batica o-
E lim, & hodie Granata dicitur, nasci patet. Quo
autem modo apud antiquos sericum in vsum, & arte
deductum fuerit, vermiculisne operantibus, an ar-
boribus vellera à se ferentibus, disceptant Neoterici a-
pud Virgilium libro secundo Georgicorum ita scribẽ-
tem:

Quid nemora Aethiopũ molli canẽtia lana
Velleraque vt foliis depectant tenuia Seres?

F Quæ verba nullam indicant vermiculorum operatio-
nem, sed arborum tantùm lanificium, vt etiam Plini-
us memorat libro sexto, vbi de Scytharum gente scri-
bit: inter quos eosdem Seres populos syluarum lanificio
celebres refert: idemque Plinius postea libro vndecimo
de Bombyce Coa scribens, apud Græcos vermiculorum
earam, & lanificium in vsu fuisse testatur. Incerta si-
mque inquisitio videtur.

De Fragis, & Serpillo.

Cap. VII.

DVM curant bombyces, fo liaque legunt pue-
ri, fraga illis iuxta sepes, & in campestribus, in-
cultisque locis sub foliculis rubent, quibus conspectis
accurrunt ad eas illi promptius quam ad morus folia,
proniq; alter alterum deiuciens in terram ruunt, socio-
que resecto, fraga manipulatim præripiunt: quibus
demum absumptis, Serpillum legunt, quod passim in
agris, vbi intermissa cultura est a natura serpit, ter-
raque summitatem sparsis radicib. continet, nec ad in-
feriora tendit, ac sole viret, soleque languet, & virore
amisso sole rursus recreatur ac nitet. Lectum serpillũ
sparguit per tabulas, vt odore Bombyces excitentur,
atque abigatur fœtor ex incluso ære, & eorum ster-
core prouenientes. Si verò etiam agre acescenti vino ad-
dere acrimoniam tibi cura est, contusum serpillum,
vasi immittito, atque obturato, & septima die acetũ
habeto.

De Fœni diuersitate.

Cap. VIII.

NVSQVAM maiore studio, quàm in Lau-
mellina fœnificia fiunt, tripartito semper fœni
genere, vsuque. Quod enim mense Maio in pratis e-
minentibus resecatur, bobus labori assuetis reponi-
tur, & Maiale vocatur: quod verò ab humilioribus
locis colligitur, vbi asperior tactu herba insurgit, equis
vnatoribus destinatur, quibus innocuum esse dignoscitur
(nam militares equi paleis potius quam fœno aluntur)
Bobus autem noxium tale fœnum est, quia ventres
eorum lubriciores facit, quæ ex re lassati viribus agrè,
ac perniciose laboris subiciuntur. Augustanum acin-
de, siue Augustale fœnum dictum ab Augusto mense,
in quo secari solet, iuuencis, vaccisque seruatur: &
quod equino generi, vt dixi, ex Augustano aptum est,
equisto reponitur. Nullas ipsa regio pecudes, nullasq;
capras alere solet, sed armentis tantum quibus maxi-
mè excellunt incolæ delectantur. Bobus quoque alia
pabula, suo quaque tempore præbent, vt Viciam ad-
huc virentem, dum tenera grana thecis insunt, vt a-
uenas: & Septembrio aduentante cum seminandis la-
bor propè est, Panicum ab imo succisum fasciculatim
exhibent. Asellos autem vix centum in vniuersa ora
reperies? abstinent enim ab alendis asinis ob Luporũ,
quibus abundant, insidias. Exurgunt illis caternatim
ex syluis aselli ruditu audito, & bipartito agmine in-
cautos excipiunt, ac indefessum animal fugaque in-
eptum in diuersa lacerant, sæpeque occurrenti puero
districtis dentibus obuiam ruunt, prædamque
horrido visu, ac ore tuentur.

De Messis varietate, & copia.

Cap. IX.

SVBIIT iam me scribentẽ operosa Messis, cuius mi-
rari varietatem, ac vbertatem æquũ est. Hordea se
se primò messoribus parant, quæ nisi cito metas, tactu-
ram postea in metendo facies, quia maturitas nimia

spica leui motu franguntur, passimq; grana decidunt, A
sibiq; non ausibus pereunt. Siligo insequitur alba, al-
taq; arista eminens, tutoq; maturitatem ferens, nec
falcis ictu lenta grana dimittens. Instant tertio loco
frumenta alba, & ruffa sine lolio coalescentia, quæ im-
matura potius quàm prematura secanda sunt: ne in-
ualescente simul vento, astuq; grana è spicis sæpe agita-
tis decidant. Alba granis numerosiora, & speciosiora
sunt: ruffa turgent spicis hispidioribus: quæ ex re ne-
bulæ, siue caligini æstate insurgenti minus sunt obnoxia,
sed granis non sunt æquè præstantia, nam singula ruffæ B
spicæ pauciora grana, quàm albæ reddunt. Item sin-
gula quæq; grana ruffa mola subacta minus farinæ, &
plus furfuris quàm alba edunt. Cura tamen utriusq; pa-
riter est adhibenda: quoniam non semper utriusq;, sed
sæpius alterutri tantum anni ratio fauere, & alteri in-
festa esse solet. Succedunt farra nomine, spica, & pro-
prietate diuersa, alia in siccioribus aruis, alia in hu-
midioribus ad frugem prouenientia. quæ ex siccioribus
metunt, Farra dicuntur, molaq; confracta potius quã
pistillo liquidis edulibus destinantur, quibus etiam ueteri C
febricitantibus Physicorum consensu permissum est.
Quæ verò ex humidioribus campis colliguntur, equo-
rum cibo aptiora sunt. Tertium far antiqui candidũ,
nostri candilium, & corrupto vocabulo Scandelea,
Reatini verò Arga appellauere, quod quidem far litte-
re spica coalescit. Quarta Farris species trimestris à
Columella scripta nostris est ignota colonis, quibus tria
tantum usui sunt trimestria, imò verius quadrime-
stria semina: Hordeum quòd à Martio mense, quo se-
minatur, Martiolum dicitur: Siligo similiter Mar- D
tiola, ac etiam auena, omitto uiciam, & reliqua, quæ
paleis non coalescunt. Iis igitur Messis generibus in u-
num coactis, ac in prælongam pyram compositis, incipit
trituræ labor: Ibi nullus iumentis, nullus equis, aut
bobus tritandi locus est, agendum hominum, ac muli-
erum ualiditate, & cura est: omnia hic humana sunt
terenda, atq; uersanda manu. Priscis olim colonis, scri-
ptoribusq;, ut Catoni, Varroni, Virgilio, & Columel-
læ, ac Palladio, & Plinio ignota hæc ratio fuit, quam
nostra exercent gentes ad industriæ apicem suo ingenio E
euectæ. Accinguntur ij nostrates operi reiectis indu-
mentis, & explicatis aristarum manipulis, soleq; lu-
stratis, arreptisq; fustibus in aream facto agmine pro-
deunt, ineuntq; laborem, & tanquam aduersa acie dis-
positi sensim in latus incedunt terendo, atq; uersando.
Terunt autem sublatis in altum fustibus, ictuq; demis-
sis stridentium in descensu uirga humano robore actæ,
resonant ordine ac tempore geminati ictus: sequun-
tur ictus rurales voces sese alternatim ad opus incitan-
tes: franguntur passim aristæ, granaq; prosiliunt, tan- F
demq; exinanitæ spicæ, fessisq; labore, & calore area-
toribus tritura perficitur. Areatores enim ab arearum
industria ij uiri, mulieresq;, siue viragines appellãtur.
est autem virga, instrumentum ex binis fustibus cõ-
pactum, & volubili nodo coniunctum, quod ad incuti-
endum ictus utraq; manu adhibita aptissimè circum-
aguntur, atq; demittuntur: ex quibus quidem fustibus, al-
ter manibus continendus est longior, leuiorq;, alter ue-
rò quo triticum caditur, est grauior, & brevior. Nul-
laq; gens in Europa uti longioribus virgis visa est, quã
Circumpadana. An autem Tribula, & Virga idem sit,
non contendo, quamuis à terendo quasi teribula dicta à
Virgilio uideatur, Seruio aliter sentiente, cui credo.
Excussis probè spicis amouentur ab areis palea, longoq;
ordine in pinnam componuntur, ne corrumpãtur ab
imbribus. occupant autem huiusmodi palearia extre-
mas partes curtis, à ueteribus Chortus dictæ, ut incen-
dii periculis minus pateãt. Surgunt q; in medio areæ tũ
immensi frumentorum acerui, atq; ab areis in horrea
referuntur, ab horreis quippe semina exierant, redire
itaq; eorum germina ad horrea decet: relata in horreũ
longè lateq; panduntur ne concernata caleant, ac cor-
rumpantur. Abigenda insuper frequenti amotione
papiliolæ sunt, ne super eis coeant, germinentq;: hæ enim
insectæ anicula coeuntes super granis una minuta ara-
neo filo herentia pariunt, è quibus tinea calore perce-
pto nascitur tritico perniciosa. A loco igitur frumentis
sæpe mutatis, papilionica generatio inhibetur. At si
pluuiosa æstas aristarum manipulos frequentius made-
fecerit, coloni diligentia æquè non proderit. Gigni enim
intra granum corruptionem farinæ, & ab eius humo-
re, & calore vermiculum enasci etiam in paleis clarũ
est. Orandã itaq; est, ut Deus omnipotens tempora no-
bis opportuna tribuat, ne simul cum labore res ipsa per-
eat, atq; ut oratio Deo placeat, uita integritas præ-
standa est. Ex huiusmodi igitur tritici, frugumq; uber-
tate, ac diuersitate, copia ferè semper in nostris agris ad-
est. Falleti enim Siligini, aut Hordeo, aut Auenæ, Fru-
menta, Farraq; plerumq; supplent, & è conuerso, raroq;
utraq; messis colonum fraudat, & alterutra sine exi-
utraq; parte reddente, Milio, & Pannico largius in
semina emisso, agricola sese adiuuant, pelliuntq; pe-
nuriam. Quæ denum industria, ac cœli soliq; largitate nõ
solum ipsis agricolis, dominisq;, ac cæteris incolis, sed fi-
nitimis etiam nostra regio alimenta suppeditat, ut El-
uetiis, ac Ligurib. quibus antiquæ societatis iure nostra
area, nostraq; horrea in ubertate patent. Cæius autem
præstantia frumenta Laumellina sint, accipe. Mediola-
nensis populus in foro triticario, viros publica auto-
ritate præficere solet, qui Laumellinea frumenta uenũ
importata, oblato precio ad pistrinum panis albi dedu-
cant, nec cuipiam priuatim uendi sinant. est autem
pistrinum furnus publicus in medio urbis constitutus,
ubi optimus panis semper in magna copia populo ve-
nalis patet. & quia ex Laumellinati frumento panis
candidior, ac etiam venustior confitur, præferri in
comparandi optione ipsius pistrini conductorem publi-
ca auctoritate placuit. Itaq; ex Mediolanensium iudi-
cio, illa frumenta cæteris anteferenda esse probantur,
quod autem frumenta inter se differant, clarum est,
ut peritissimus vir in libro de affectionibus, Hippocra-
tis ascripto, docet ijs verbis: Frumentum, &
vinum differunt inter se ipsa ex
natura. &c.

De

LINA eius regionis optima esse in primis Ligures probant, qui ea in comparatione cæteris præferunt, maiore etiam adiecto precio, & Ligurum iudicium probans Plinius libro decimonono, de Lino, hæc ipsa lina inter præstantiora refert, minimè quidē nominatim Laumellinum scribens, sed descriptione hoc ipsum colligens per hæc verba: Inter Padum, Ticinumque amnes. Plinium deinde secutus Blondus in descriptione Italiæ hæc lina celebrat, pro Laumellina Laumellinam, vitio impressorum potius quàm proprio errore scribens. Quorum virorum sententia vera est. Sunt enim hæc Lina subtilissimo, ac firmissimo filo, telaque ex eo contexta durabiliores sunt cæteris: quāuis sint tenuissima. sed quemadmodum lini præstantia ager Laumellinus celebratur, ita etiam lini copia ager Brixianus, Cremonensis, Laudensisq; omnibus Italicis regionibus antefertur, quorum lina telaq; non solum iumentis, sed curribus, ac nauibus abducuntur. Egregium autem est utriusq; lini differentiam agnoscere, quam explicabo. Postrema ferè Martij mensis hebdoma de Laumellinates lini semina terra mandāt: Sartirana, & eius finitimis exceptis, qui exeunte Februario seminant. Crescit itaq; Linum æstuo calore, ac imbre, & iccirco tam à solis natura, quàm à cœli temporisq; proprietate fit linum, planta foliosque gracile & firmum, & deficiente imbre deficit linum, semine tantum superstite: nam nisi ad ulna, seu pedis altitudinem adoleuerit, inutile habetur. Brixiani verò, & eorum finitimi tempestiuius semen lini serunt, quia eorum regio ab oceanis Alpibus, & à pruinarū irruptionibus longè est remotior, quàm ager Laumellinus. Crescit itaq; maturius linum in Brixiano agro tum veris imbribus, tum etiam aeris tempore. Insuper etiam siccitate urgente addunt fluuiales aquas, omniaque undis rigant, quibus ex rebus mollis planta, crassaq; adolescit ut pote terra cœlisq; tēperie, & aquarum fluuialium pinguedine educata antequàm æstus aduenias. Qua quidem natura varietate euenit, ut ipsa quoque Brixianorum, & finitimorum lina molliora sint, ac per consequens laboratu faciliora quàm Laumellinea, & ideo ab eorum fœminis alta voce canentibus ac labore, & amore lætantibus elaborantur. At Laumellinea lina, cū duriora sint filoq; siccioreà natura producta, à valentibus tantum viris (ut etiam scripsit Plinius) die noctuq; laborantibus, ac magna vi tum lignea, tum ferrea scutula, vulgo spatula lina concutientibus, versantibusq; agre fiunt, à quo labore nouem habent. Linarij enim operatores, à nostris insolis excussores, & populariter scussereoli ab excussionis industria, & arte appellantur: & inter Italiæ operatores Laumellinates palmam obtinent. Plinio etiam annuente, qui lini artem diligenter expressit, hac tantum parte omissa, quam addo, non ut doctissimi viri scriptis serta appendam, sed ut nostratium artem, laboremq; in hac re aperiam. Semine à lino excusso immergitur linum in fasciculos dispartitum aquis tepentibus, triduoque sub aquis pondere imposito continetur, à quibus extractum statim in acervum componitur, ut coacervatione eius calefiat. madidum itaq; calet, saltem biduo, qua calefactio appellatur maceratio, vel

A populari verbo mollitie: conficit enim ea res planta durities, ac separabiliora ipsa fila ab alterutris facit, quam si omiseris maius tibi opus frustra paraueris. Se-
• si postea exiccandum terna fermè die, solutis fasciculis manipulatim explicatur, exiccatum fasciculatim religatur, ac reponitur: contusio deinde sub aquinoctium ligneo malleo perficitur, atq; interiectis diebus sequitur utriusq; spatula lignea, ferreaq; concussio, qua duo sunt inter se diuersa re, opere, & tempore: postremo additur expectinatio, qua fit lino ipso ferreo pectine,
B vltro citroq; deducto, probeq; depexo. sed cum lini præstantiam perceperis, agnoscenda est etiam, si placet, ipsius seminis vis.

De Lini Semine, & eius Oleo.

CAP. XI.

LINI Semen à Laumellinatibus ad tripartitum
C vsum destinatur, aut semini, aut oleo faciendo, aut Draconis herbæ generationi. Semini, cùm ad linum germinandum sine autumno, ut in Flaminia, & Cispadanis agris, sine vere seritur. Draconis herbæ generationi, cum raphano inclusum terræ plantatur, sed huius oleris copia adeò inolenit, ut ex propagine tantum plantæ fiant, & interdum etiam eius frustula terræ commissa sponte coalescant. Est autem Draco herba à peritis viris Pyrrethrum dicta, esu gratissima, caliditate stomacho vim addens & appetitiuam virtutē ex-
D citans, habens folicula, lino similia, & nullum semen ferens: quæ æstate tantum vsq; ad solstitium vrget, postea obdurescit, hyeme vero virorem amittit, radice superuiuente, verisq; tempore germinante. A lini autē semine fit oleum eius primo granulis mola subactis, deinde torcularis machinæ suppressioni suppositis, fluit enim ex prælo purum primo oleum, postremo impurum, lucernæ potius quàm cibo aptum. Puris sine primarij olei virtus mirabilis est ad vermes, sine lumbricos perimendos. Concisum enim in partes panem, & leuiter aspersum matres poculo imponunt, superinfuso hoc oleo, &
E cum panis oleum ebiberit, vinum album pueris spectātibus addunt, blandisq; verbis, ac materno lenocinio ad panem ieiuno stomacho edendum etiam exhibito. Hoc enim cibo lumbrici à ventre pueri ad secessum repelluntur. A trox enim lumbricus tam genitis, quàm ex corruptione gignendis hoc oleum præ omnibus est, quod ex manifesto, ac populari experimento patet. vngunt enim caseari hoc oleo ingētes caseiformas ad corruptionem euitandam, vetaturq; eius contactu à carnibus corruptio, parsq; etiam incuria tabefacta eodem oleo illinitur, probeq; curatur. Pueris autem lubrici sunt infesti, ac nonnunquàm interneciosi vsque ad septennium, quo exacto, remotiores à corruptionibus, & firmiores fiunt, ut docet Hippocrates in libro de Carnibus, vbi magnam naturæ vim insitam esse septēnio innuit, & septimo figurarum numero contingi notitiā hominibus à natura probat, libro primo de Diæta. Idemq; libro quarto de Morbis, nasci etiā in vtero
F pueruli, dū materno alno includitur, lumbricos docet.

Lineum

Animalia autem notat, etiam ex dentium emissione corripi dolore infantulos, ac vermibus subinde infestari. Ego verò etiam ex diuersi aëris mutatione idipsum accidere animaduerti. Deniq; sine illi nimis dulcia edant, sine horarios fructus, quos cupidè & furtim rapiunt, immoderatè comedant, sine etiam tristitia, aut improuiso pauore perculsi, in languores incidant, facilsimè à lumbricis, nisi prauideas, torquẽtur. Adolet autem virtutes rediens, impetiginem à capite frequenti unctione prohibet. Hastas quoq; & tabulas opportunè illinitas à vetustate seruat. Vtinam similiter posset ab hominibus vetustatem auertere: plures enim ungi se ab imo ad summum circunquaq; paterentur. Expresso oleo remanent in torculari reliquiæ oleosa materia, quas nostri Paneolos vocant, sine quòd quasi panes oleosi videantur, sine quòd à pannis, quibus obuoluti erant in olei expressione extrahantur. Hos igitur Paneolos, sine Panillos tollunt, seruantq; donec exiccentur, siccos autem autumno exacto frangunt, & tritant, ac pingue faciendis iumentis furfuri commixto pro bestiarum edulio proponunt. Tumescit pinguedine bos eiusmodi esca saginatus, carnisq; mole excrescente, penè immobilis efficitur. Inualescente gelu, Decembrio exeunte, in publicum educitur. Dominorum hæc gloria est, præcipuè macellariorum: nam qui pinguiores boues pro macelli usu ad publicum decorem mactauerit, honorificentior est ceteris. Bobus in publicum deductis, inclamant admiratione iuuenes singulorum magnitudine conspecta. Illi pinguedine onusti, artubus q; trementes egrè attollunt pedes, ac testudineo incessu lenti, grauesque pergunt, hedera ornatis cornibus, ac famulis hinc inde circumsistentibus, ne gelu lubricitate prolabantur, ac corruant. A quo spectaculo boues Papienses per Italiæ vrbes tanquam mirabiles fama celebrati sunt, uno præcipuè ex his, & eo quidẽ spectatissimo, à nostris oris Ferrariam naui aduecto, cuius causa bos Papia Ferrariensibus, tanquam aliquid usu mirabile, hodie etiam in proverbio est. Et Attestij insuper Duces viri Illustrissimi locatis sæpè Comacli lacubus, Stagnisue Papiensibus, bouem etiam Papiensem saginatum mense Decembrio importari Ferrariam præter locationis precium pacti sunt.

De Vitibus, & Labrusca, Vinoque.

Cap. XII.

AD VITES conuersus, dubito quid magis probem, Vites ne quadrato ordine, ac spacio in agminis speciem dispositas palisq; subnixas? aut opulis, vt Varro ait, coniugatas? an viles, & in syluis abditas, neglectasque Labruscas? Vites enim sicut fructu longè excellunt, ita etiam magni impendij, & in Laumellina fallaces sunt, triplici vexatæ malo, aut pruina, aut vredine aut grandine. & à pruina incipiens, illa alienis mensibus scilicet æstatis initio, Laumellinæ faciem operit: Apennino maximè niuibus onusto, ac cœli serenitate insecuta, ventoque noctis initio increbrescente. Qua quidem effusa pruina infœlices pampini gelu torridi è palmitibus pẽdent, solèque inualescente arent, enanescit q; spes vindemiæ. Pruina etiam transacto periculo, vredo à nimijs mentibus æstate timetur, qua vento spirante frigore acinos perstringit, inficitq;, nec sinit ad maturitatem veri. itaque cum Vuas cernas, frustra vindemiam expectas. an verò ita etiam gignatur vredo, vt Plinius notat libro XVIII. Cap. XXVIII. dubito, vario temporis casu acinos afficiente. Nam & à maritimis oris interdum vredinem effluxisse Laumellinatæ obseruarunt. Quid horribilius grandine? oritur ob Aquilone sæpius cœli obtenebratio, fragor insequitur, coruscant fulgura, increbrescunt tonitrua, adsunt iam iam capiti imminent, malumque minantur, tandem ruit sine imbribus ingens grando, ac præcipiti casu vites petens fructum excutit, antequam in fructu sit, sternitque in vineis omnia, racemos, frondes, pampinosque, ac palmites etiam ictibus comminuit. Rarò tamen vniuersam regionem conterit sicut pruina, qua interdũ quicquid vitiũ in Laumellina dorso patet, totũ verrit, perimitque futuros fructus. His igitur cœli casibus subiecta Laumellina vites, incertum fructum dominis promittunt. Contra verò labrusca sine vllius cura, aut labore, tuta in syluis latet, expers pruinæ à terra humilitate arborum adminiculo, ac proceritate elata, spernit tonitrua, ac gradinis ictus eludit arborum frondibus, ramisq; contecta, vredinem non sentit munita situ. quoniam vel ab Aquilone, vel ab Occasu Aquiloni proximo, frequentius vredo Laumellinam aggreditur: quo quidem in latere rarò labrusca adolescit, sed aut ab Oriente, aut à Meridie in altum surgit, syluaq; complexa demissis palmites, vuarum põdere depressos quos Oppidani vinearum fructu amisso populatim spoliant, lectosque botros pedibus calcant, & premunt prælo, soliq; labruscæ vindemiæ nomen honorem, laudesque canunt. Oh ingrati Viri, cui non eidem culturam, putationes, aliaq; opera impenditis, vt gratior, ac vberior fructus vobis à natura fiat? Minimè ergo despicienda labrusca est, cum fructus ab ea certior quam à vite prodeat. Attamen si vini præstantiam spectas, non est quod Laumellinæ vites, etiam tot casibus obnoxias, cum labruscæ ruditate conferas. Excellunt quippè Laumellinæ vina, alba, rubraque, claritate, odore, sapore, , ac statu, omnibus finitimis, & Circumpadanis vinis (Mediolanense semper excipio, approbante Varrone, quod alio loco à me fortasse commodius referetur) Ipsius autẽ Vini præcipuè gloriã habent vineæ in Laumellina summitate sitæ iuxta vallem Ticini, inter Grupelium, & Burgum sancti Syri, vbi leuis, ac fabulosa tellus in superficie patet, sub qua extat iocunda, vdaque arena, tactu mollis, ac vliginosa, vitibus alendis, ac probo vino ferendo apta. Hic neque assidua pluuia obesse vitibus possunt, arena siccitate superfluum humorem sensim adimente: neque vrgente æstu tellus ipsa durescit, cum sit suapte natura resoluta ac leuis. Prodeuntque ex huiusmodi solo vites ligno subruffo gemmis densis, breuibusque internodijs, ac foliis penè angustis. Vuæ autem ipsæ graciles sunt, ac duriusculæ, quibus nihil ferè aquei humoris, sed vinolentus liquor inest, tactu ipso quasi applicabilis: vinumq; ab hoc liquore confluit, præstantia, ac diuturnitate præcipuum, de quo

scribere

scribere mihi nolit operæ precium puto. Quod album est, Vernaculum appellatur, & in septennium auctu postea quàdam diminuta bonitate durat. Septimi enim anni vinum Vernaculum, mirabilis potentia deliberare mihi allatũ ex cella vinaria Xenodochij Diui Matthæi, quod vulgò Hospitale infirmorum, Papienses vocant: rogatusq; à me Præfectus Hospitalis, cuinam esset vinum à Burgo sancti Syri respondit, seruariq; pro infirmis nimio morbo languentibus, ad nares, & pulsus medicamentis, & sensus excitandos, irruente syncope, id est defectu animi, Vernaculumq; opinor appellari hac ratione, quod verno tantum tempore bibere eo liceat, nam si æstate beberetur, aqua non infusa, præcordia sanè nimio calore incenderet. Rubrum autem vinum eiusdem loci ad triennium tantum seruari accepi. Post Burgum Diui Syri, Grupellumq;, non mediocre vini rubri laudem, Plebs Albonesia, & Caldisidium, ac Vicebianum habent, quorum coloni summa diligentia curant suorum dominorum vineta, in amœnis, ac lato solo elegantissimè consita. Hæc ea potissimum causa retuli, vt multorum insciam detegerem, qui Laumellinam regionem despiciendam ex solis (vt aiunt) ariditate putant. Ego verò è conuerso nullam terræ partem parui faciendam censeo, vbi enim frumenti, farraque ad frugem peruenire non poterunt, ibi auenas, & milia serere apsumerit: vinea etiam plantari, moriq; poterunt, atque inter vitium ordines addi asparagos visum erit. Postremo, si mq; tibi res rustica perusa, neque facultas supperit, sine quaso ieiunũ agrum in saltum, syluamque conuerti, omissa cultura: quercus enim se sponte vestit, ac passim ornat Laumellinus ager, ferisq;, & anubus nidos, & latebras breui apparat: aquarę, venationis, & aucupij oblectatio, regio viro digna in eo exercetur, de qua mihi scribendum est.

De Venatione, & Aucupio.

Cap. XIII.

NVLLA in Europa aptior est aucupijs, ac venationibus, quàm Laumellina tractus inter Ticinum, & Agoniam positus. Syluæ enim hic spatiosæ, atque antiquæ sunt, apricis campis finitimæ, quas etiam sub hyemem pluuia ingruente, sicco vestigio adire licet, æstate verò vmbris opacæ, & gratæ, tam viatori, quàm villico esse solent. Quercus hic ingẽtes intactis à ferro ramis brachia tendunt, simulq; implicantur, ac solis radios frondibus excipiunt, Lustraque ferarum hìc adsunt, quæ temerè interdum quærens imprudens venator intima syluæ petit, & amissa semita, errabundus per obliquos calles hùc, & illùc se trudit, ratusque interdum se viam inire, alio pergit, longiusq; aberrat, & frustra tandem errore cognito, cornu ora lacessit, vt dispersos canes reuocet, & in cœtum cogat, comitesq; conuersi itineris habeat. Alter verò peritior capturæ sagax, circumspicit in primis syluarum aditus, ferarumq; vestigia dum terra adhuc rore madet catulis, oculisq; perlustrans indagat: vbi autem earum latebras perscrutatus fuerit, abdita quæq; & suspecta loca pertentat, ac infestis catulis latentes feras ab occultis, A sedibus depellit. Illa in apertum acta fugam tentant, insequitur venator, celeresq; canes, quos leueres appellant, dimittit, dimissi cursu certant, fera lacessitur circumcursans hùc, atq; illùc, ac refugium quærens, instant ardentius canes, dominiq; circumstant, cursu, clamore, minisque prorumpitur, tandem illa morsibus sternitur, dilaniandaq; catulis. Superueniens autem cursu lassus, & vix anhelans puer feram semilacerã tollit, canes voce magistra increpans, eamq; exenterat, viscera canibus pro præda lenocinio diuidens. B Caussarijs omnibus villicus operator, insidias molitur feris, fraudeque agere, non virtute cogitat. Prona enim ad fraudem plerumque est rusticitas. solicitus ergo syluam petit, aditus explorat, vbi plagas funibus intextas, laqueosque suspendat, suspensos obseruet, fugiens opus facere, paululumque à tenaculis secedens noctem expectat, præstolaturque sera casum, qua vlus se se dolis ignara præcipitem in fauces dederit, rapitur extẽplo villici manu, ac premitur ne vocem edat, atque dolum detegat, frustraque reluctans, ac pedes iactitans, C retibus obuoluitur, & fortissimo gradu illius boni vectis humeris, quasi vehiculo, nocte exportatur (nox quidem ipsa villici facinoris hora est, tenebras illas adesse suis rapinis cupiunt, votisque precantur.) Atque hoc fraudis genere non solum innocua Cerui, ac Damæ, Capreoli, Herinaces, Lepores, ac Cuniculi, quorum copiam Laumellina vel magnam habet: sed etiam Vulpes decipere assuetæ, decipiuntur, ac pereunt, nihilque eis callidi tas à natura tributa prodesse ad eludendas vafri villici artes prodest. superat ille ingenio D vulpes, & earum pellibus, sibi pro gloria indumentum sust, defertque hyeme, & suis gloriatur artibus. Alio etiam deceptionis genere ferociora animantia, vt Lupum, & Aprum, sine periculo captare Laumellinates solent. funibus enim hi nostri retia texunt in sacculi formam, ac longitudinem, orique vincula circumponunt, bursamque à facilitate claudendi, atq; aperiendi hoc rete vocant, Aptatur huiusmodi bursa funicularis in syluarũ egressib. Lupis ferisq; peruys, aptamq; tegitur frondibus, ne à fera discernatur, procul deinde E insidiator insidiatur, attendit q; fera ingressum. vbi enim illa priores pedes intulerit, leui motu vincula contrahuntur, ipsaq; irretita manet. casum agnoscens nititur euadere, & dum retia tentat à dorso excutere, vincula arctius comprimuntur, ac tenent, tum ferro agendum est, promptaque manu necandum inclusum animal, ne mora interueniente, dente aut agitatione funes conterat, atque euadat. Scrobem etiam altiorẽ alij fodiunt, angusti oris & latioris fundi, atque egestam terram longius exportant, ne Lupus dolum rescisF cat. os scrobis leuiter tegunt stramentis, aut frondibus: cui ignobilem catulum, aut anserem constrictis nodo pedibus superponunt, querulam ille vocem emitẽs excitat ad prædam Lupos, Vulpesque. Lupus quidẽ, natura auidior, voracitate periculi, inuadit ocius catulũ, ruitq; in profundũ vnà cum stramentis & catulo, tũ catulo omisso periculũ agnoscit, & circũagitur suspiciens an pateat refugium. Accurrit è vestigio strenuus venator, atque ab alto immanem voratorem canea deprehensum ludens, venabulo interimit:

Raro

Rarò huiusmodi arte Vulpes fallitur, canes illa sibi ab expoſito de induſtria cibo, fraudemque ſubeſſe ſuſpicatur: vidos, vt ille ait, & abſtinet, vertitque predandi ſtudium ad animantia, quæ ſua ſponte vagari, non autem noſtra arte compererit, Cuniculosque temerè à ſuea egreſſos, longiusque aberrantes, ac colludentes, ipſa vepribus latens obſeruat, expectans locum, temporisque inſultandi, & vbi eos abeſſe à ſuis latibulis perſpicit, prodit ex inſidijs ſtatum, ac intercepto ſouearum aditu imbecilliores rapit. Lepuſculos quoque, aut cubantes herbarum ceſpitibus, aut ſolis radios excipientes, ſimili dolo circumuenit. Faſianos etiam, ac Perdices adſe ſpectare ſua calliditate probat: dum enim oua pariũt, dum incubant, & dum implumes pullos, ſemipennaſque per prata, ſaltusque clocitando deducunt, Vulpium dolis, ac rapinis patent. Quid quod etiam ipſos parentes Faſianos interdum dolo rapit, illi quidem rore madidi è ſyluis ſæpe in apertum locum prodeunt, & ad Solis radios humi iacentes alas extendunt, & ſenſim calorem percipientes pennas deſiccant, pulueremque vnguibus, ac roſtro è terra excitant, ac ſeſe volutando pennis conuerſo ordine erectis quatiunt. Vulpes autem à tergo iocum ſpectans gradus gradatim mouet, ventre terræ tenus inclinato, & ſæpe etiam gradum ſiſtit, & inſidioſa latet, tandemq; vicinitatem adepta incautum opprimit, prædam ferens catulis, quos è latebris agnita voce euocat, & alitem expennare docet, ſuisque gnatos imbuit dolis. At ſi prædaonuſta, Vulpes Lupum fortaſſe obuiam exire aſpexerit, dimittit illico helluoni prædam, ac volucri greſſu fugam parat: ille verò ieiuni ventris cauſa per fas & nefas, demiſſam rapit, eſcamque quam non meruerat, improbè deglutit, atque Vulpem interdum imitatus per ſepes & ſaltus cubantes Ceruulos perquirit, vt morſu tantum, nõ autem curſu opus perficiat, dumque vaſto corpore, ac graui inceſſu ſtationes explorat, ſtrepitu catulos à ſomno excitat, & in fugam vertit: atque irrita captura incaſſũ errat, caudaque laſſitudine demiſſa turpi inedia actus fœtida morticinia ad amnis ripas petit, voratq; Quid innumera volucrum genera referam, in quibus aucupia diuerſis ſtudijs exercentur. Ille Bubonem volatu colludere docet, eiusq; ſpectaculo retibus in altum explicatis, garrulas Corniculas, Gracculosq; decipit. Falco etiam, Accipiterq; eadem deceptionis irretitur, & vterq; hominis conſuetudine, ac blandimento poſtea familiaris factus, à nobis euolare, rurſuq; reuolare ad nos inſtituitur. Neq; nobis tantum, ſed etiam noſtris catulis obſequitur, à quibus excitatæ è terra aues in prædam Accipitri, dominoq; ſumuntur. Falco autem alsa magnanimitate fretus domini manu in altum commiſſus, alarum remigio ad cœlum tendit, atq; ab alto deſpiciens in emergentem ab aquis alitem extemplo ruit, contractis in Vmbonem ad percutiendum alis, præcipitemq; anſerem, ſiue anatem ictu alarum in imum deijcit, qua terram morſibunda verſans apertis alis, edoctis catulis ore excipitur. Quid mirabilius, iocundiusq; Gruum captura? petunt illa agmine facto medios campos, atq; à viarum frequentia, & à ſyluis procul inſident, quib. appropinquare ſagittarius ſtudens, inſtructo ad fallendũm equo in campum exit, latensq; ab equis latere, equum obiter per circuitum ad Grues impellit: quæ equum ſine inſeſſore ſpectantes nihil ſuſpicata perſtant, paſcuntq; per agrum. vbi verò is ſatis ſe vicinum agnoſcit, ſiſtit equũ, ac emiſſis è baliſta iaculis incautas ſternit, ſimiliq; dolo, & arte anſeres, & olores excipit. Inuenitu, & diſquire, an pſſint pennata animantia ab hominis aſtu vſquam tuta fore. Iis alijsq; maiores noſtri captis oblectationibus Præfectum aucupijs, ac venationibus in Laumellino conſtituerunt, qui venatui locum, tempus, legemq; præſcribit, veteſq; pedicas, ac laqueos in mitiores feras tendi. Vulpes autem, & Lupos, vtpote dolo agentes pariter decipi fraude, ac dolis ſinit. Is itaq; Præfectus, vulgò Capitaneus appellatus, cuſtodes paſſim disponit, & prohibitoria edicta oppidis affigit, curamq; agit ne venatoria legi fraus fiat, deprehenſumq; tranſgreſſorem indudum pœnas ſubit. Qua quidem ex re creuit in immenſum apud noſtrates aucupij, & venationis gloria, eiusq; oblectationis ſtudio maiorum noſtrorum memoria Reges maximi Laumellinam inuiſere, ſuaq; manu venari, atq; aucupium exercere, Cyri exemplo, Regium putarunt. Franciſcus Galliarum Rex, Inſubria armis recepta, in Laumellinæ agris admirabilem venatorem ſeſe prabuit. CAROLVS QVINTVS Imperator Mediolano ſoluens, curis oppreſſus Laumellinam petiit, ibiq; captus Falconum volatu, atque aerea cum Gruibus pugna, ſecluſit à mente curas, atque hilaritate, quæ rariſſima ei eſt, perfudit animum, inſtitque fines præſcribi, intra quos venatio Regum, ac Principum voluptati ſeruaretur. Huc, ſi tu ſine catulorum caterua tardo greſſu conceſſeris, ſpectabis in ſyluarum limine cuniculorum agmina ſolem demiſſis auriculis captantia: qui vbi te te aduentare ſentient, aſurgent conſiſtim, atq; alternis pedibus ſuſplodent, periculum adeſſe gregi ſuo indicantes. Longè verò ſecurius quieſcunt ſub ſyluarum vmbra Ceruorum armenta, teque venientem ad teli iactum expectant, mirantur nec timent: atque ſi iuxta eos tendens iter aliorſum perrexeris, te abeunte Ceruuli poſt terga gement, & humano aſpectu ſeſe oblectari muta voce cient. Candida hic Cerua Antonio Fregoſio apparuit, Sertorij Cerua non inferior. at longè quidem fœlicior Cerua Marcelli Ceruini, quæ me hæc ſcribente, heu iam inanes depaſcit ariſtas, eius domino tertia exacta hebdomada in Pontificia ſede expirante menſe Aprili, anno à partu virgineo quinquageſimo quinto, ſupra milleſimum & quingenteſimum. Age nunc tu futurorum ſcrutator, & Marcelli exemplo prædictionibus, quibus illa mentem imbuerat, crede. Ego verò ſyluas repetens præſentia ſequar. Non ſolùm voluptatem nobis ſylua afferunt, ſed etiam fructus noſtris villicis multiplices publico ferè iure tribuunt. Arida inprimis ligna è ſylua cedere, glandes legere, fungosque, ac labruſcas populatim licet, nihil ſibi ex his ſyluarum domini arrogant. Romanosque derident, qui tanti glandem fecerint, vt edictum de glande legẽda propoſuerint, ac antiquis legibus inſeruerint. Nimis ſanè rerum curioſa illa ætas fuit, quæ ad glandis perquiſitionem oculos adiecit. Noſtri autem liberaliùs agentes, huiusmodi omnia ſinunt eſſe communia, glandem,

dem, spicilegia, racemationes, nuces deciduas, arida ligna, stipulam, & alia plura, quibus ali pauperiores æquum est.

De fatali aquarum illuuie. Cap. XIIII.

OCCVLTVM natura opus referre hoc loco necesse est. Surgit in Laumellinæ dorso (mirabile visu) ingens interdum aquarum illuuies, non solum ab imbrium assiduitate, sed etiam ab aquarum scaturigine, quæ præcipuè fit in locis sabulosis, veluti circa Tromellum, & alibi: fit inquam certis tantum annis, tempore à Deo naturæ domino constituto, ut septimo quoq; anno, interdum nono, interdum alio: & quæ quidem scaturigo aquarum, ob eius vehementiam in plurali numero prolata à nostris maioribus fuit. Voragines enim prius dicta, postea Vargine, vel Bargine à popularibus nuncupata hæ aquarum ebullitiones fuêre. Videre enim tum licet flumina quaq; ac riuulos, & fontes aquarum copiam enomere, suosq; alueos passim euadere, & per uarum longitudinem desinêre, vallesq; inundare. & sublimes sæpe occupare agros. Item quod est mirabilius, cessante pluuia, terra tamen madet, cedítq; iumentorum vestigijs, ueraq; incautum equitẽ, ipso equo vsq; ad ilium, terra; ac latenti aqua simul immerso. Item in sabuloso loco, ubi nulla extat in superficie aqua, madet q; tantum terra humore, si eodem loco infixeris hastam, vix fundi duritiẽ attinges; aqua statim prosiliente ex foramine terræ, vbi hastam fixeris. merito igitur voragines dicta sunt à vorando, quia deuorantur aquarum hiatu iumenta in locis; in quib. illo transacto anno, quamuis altius terram effodias, nulla tamen ibi aderit aqua gutta. nec solum campis, aut vallibus infesta hæc moles aquarum est, sed etiam domibus. Nam me puero Castellum quod Maricierũ erat, situm in extrema parte pagi sancti Nazarij, irruente huiusmodi aquarũ illuuie, familia vix effugiente, disiectum à cluio fuit, lapidea materia nusquã reperta, paulog; post Marticia familia, quæ ãtiquissima erat, deficiente sobole, finem habuit: finemq; ego similiter meo libello faciens, ad pinguiora arua describenda, relicta à tergo Laumellina, descendo.

BERNARDI SACCI TICINENSIS HISTORIÆ Liber Quintus.

De Sicomario tractu. Cap. I.

INTER Laumellinæ rupem, & Ticini oppidi cluium humilis iacet planicies, Sicomaria appellata, vt retuli libro secundo capite quinto. Quæ quidem planicies sicut Padi secessu amplificata fuit, ita eo etiam retrocedente, & priora, vt solet, interdum repetente coartatur, & langues, abducíq; vi fluminis tecta, ac viridaria vides. Allabitur huic regioni Padus à meridie, sed cum flexuoso, ac vasto ambitu ruat, sede sæpe mutata cœli regionem sua mobilitate non seruat: hodieq; tuo prædio ab Oriente vicinus erit, & uno, aut altero intercedente anno, à meridie tibi aderit. Ticinus verò à Septentrione Sicomarium pertingens, Pado hoc loco coniungitur, discretis ab initio mirabiliter alterutrius aquis. In hoc itaq; tractu frequentes adsunt vicinæ villæ, subus luna rura regio fere ornatu condita, de quibus nihil scribendum puto, adea, quæ natura propria & potiora sunt, orationem vertens. Est enim ipsa regio situ humili inter Laumellinæ, & Ticinensis agri altitudinem abdita, atq; depressa, neq; Aquilonari neq; Occidentali vento prorsus exposita. Nam ipsum Aquilonem Ticinensis campania, & Occidentem Laumellina excipit, Sicomaria valle innoxia plerunque seruata. qua ex re pomis ferendis aptissima videtur. venti enim florentes arbores sæpe in apricis Laumellinæ locis, aut flatus violentia, aut pruinis infestant, fructuumq; genituram vexant: quo periculo ac detrimẽto Sicomarium abest, dicitq; Pomarium à pomorum vbertate, ac varietate potius quam Sicomarium deberet. Tellus etiam eius insulana (vt incolarum vtar vocabulo) prorsus est ex argilla, & limo constans per antiquum Padi recessum. Cuius quidem terræ pinguedine breui euo adolescunt arbores, ac mira, & incredibilis copia fructificant. Cingitur aggeribus ex parte, vbi situs est paulo humilior, ad Padi inundationes coercendas: consitaq; est passim aut vitibus, aut pomiferis arboribus. de vitibus pauciferum vinum elicitur, Mantuano, ac Ferrariensi, & Rauennati simillimum. Si quis igitur valetudinarius Galeno annuens vinum pauciferum appetat, ex Sicomario bibat, nec ebrietatis periculum pertimescat, sed tempestiuè potius à bibendo minetur eat. insitus enim huic terræ succus plus humiditatis vitibus infert quam oportet: ex qua superfluitate fit mollis, & crassa vua, & ab ea aquosum vinum, cuius euanescere sub caniculares æstus, nisi prouideatur, facile est. Ipsa autem humiditas Sicomario solo ineſt a natura tribus ex causis, primo a situs humilitate: item à planicie: tertio à circumlabentibus fluminibus. Fatalis igitur siccitate ab anno contingente vinum ipsum minus aquosum percipitur, ac probè seruatur. Vinum itaq;, & vini huius regionis mentione omissa, referam quæ soli vbertas in alys fructibus ferendis videatur. Incipiamque ab ijs quæ à semine in herbas, deinde in fructus prodeunt. Primũ hic tibi adest æstatis initio gratum sua immaturitate Eruilium, a nostratibus Herbilium nuncupatum, à Varrone autem Eruilia fœminini generis, cuius non solum grana edere, sed thecas etiam sugere libet. Comes Eruilia succedit, ac præferri vellet Faba; quæ dum tenella est, coctione non eget, & cuius mira videtur proprietas. floret enim vno & altero mense, sed non omnes flores fructus ferunt. flores enim tantum fructus fiunt, qui sub vna, & eadem luna concurrunt, id est, florẽt, & fructificant. flores verò sub vna luna emissi, veluti circa finem eius, sub altera subsequenti luna non vertuntur in fructus, quamuis tenues thecas assumant, sed euanescunt. nisi itaque sub eadem luna floruerit, fructificauerit que faba, spes eius annona irrita est. quod

ab anni tempore, quæ sub diuina prouidentia posita est, euenire necesse est. Qua ratione vel obseruitione recepta, apparet fabam sub vna, & altera luna florere, ac alios fructus ferre posse, si sub vniuscuiusq; lunæ euolutione florum, & fructuum generatio simul contingat, & cõiungatur, nec ad insequentis lunæ tẽpus ipsa generatio reiciatur. Subsequiturtriplici colore cicer, album, ruffum, nigrumq;, quòd dulce est dum vires, gratum adolescentibus, sed scabiosis gratius ex rore salso, in quo nuda valutari corpora ad vlcera emundanda ridiculum est visu, sed dictu mirabile. Aiunt enim post æstiui solsticij noctem ex cicerei roris madefactione scabiem depelli, quã quidem noctẽ Beatissimi Ioannis Baptistæ natali ascribunt, quod siue diuini illius viri numine, maiora emeriti, siue naturali operatione euenirat, quia ros ciceribus eo tempore salsior per occultam solstitij vim inesse soleat, atq; ipsa salsedo matutino algore acrius impellente, morbum excutaneum penitus comprimat, perimatq;, doctioribus iudicandum relinquo. Clarè quidem constat ab ea fœditate plures emundari. fœditatem enim potiusquàm morbum scabiem appellari doctissimo viro placuit, qui de affectionibus librum cõscripsit inter Hippocratis opera relatum: & rectè sanè sensit, nam scabies plerumq; immundo, & pigro corpori haret, suoq; pruritu domino exercitationem præbet, & dum ille putat scabendo, & scalpendo pruriginem tollere, materiam auget, ac maius sibi ipsi negocium vnguibus facescit. Ruffum verò cicer caloris, ac salubritati pennatorum animantium aptissimum est, qua ex causa pascere ciceribus gallinas oua fœtentes villicæ solent, idem etiã cicer equo vescendũ datur ad tollendam oris inflãmationem in superiori parte natum, quam à palato, palatinam vocant. Æquari ciceribus vellet impudens Cicercula, quam Sicomarij cultores è suis præsidijs eiecerunt, qua ciceris nomine assumpto ab eodem abhorret; & dum viret, nullam edulij iocunditatem habet, at lentibus contra duplicem honorem tribuunt: ruffam hic, albam illis seminant, & vtramque nascentem, mulierculæ manibus, lenibusque sarculis, siue ligonibus terra admota, curant. Ridiculus sese in medium effert Fasellus, de quo scribere non audeo, ne me Cremonẽses præripuisse eis sui leguminis præconium putent, à quo inter Transpadanos vno ore celebrantur, q; Fasellos cum pipere edere abundè soleant. habeant itaq; ipsi eius describendi curam: qui & voluptatem, & satietatem ab illius esu querunt. Adest nobis post solstitium ingens Melo humo incumbens, latisq; opertus folijs, aspectu gratus, sed bonitate sæpe fallax: hunc enim nisi in tempore tollas, actum est, aut immaturè sublatus cucumerino subolebit odore, aut mora maturitati facta, aquosus, & insipidus fiet. agendum ergo non solum in tempore, sed etiam in temporis momento, interdum est, ne præter temporis detrimentum, operam simul, fructumq; perdas, terræ nouitatem ipse Melo, ac subuernationem quam maximè appetit: est autem noua tellus, quæ vel ex saltu, aut prato, vel ex sylua, vel ex Padi adiectione in campum vertitur. Subuernatio verò fit, cum terra ante hyemale tempus aratro scinditur, aut dolabra eruitur, subigiturque: impinguari enim solum huiusmodi euersione hyeme subeunte constat. Suauis est autem ante cibum melo, corporiq; æstu oppresso refrigerium triducit, ac succulento humore sitim sedat, & leue nutrimentum præbet, vrinam ciens. si verò post cibum edatur, natat in stomacho, & vomitum excitat. Duo sunt Melonum genera, album, & rubrum interius. Albi Melones forma rotundiori sunt, & muscati siue muscatuli à nostris appellantur. Rubri verò sunt oblongiores, ac crassiores, & sæpe finduntur, tum maturescunt, & in cibo solidiores, & gratiores sunt si à planta ad prandium transferantur. Prosper Columna Vir belli peritia clarissimus, dũ in Insubria ageret, melonum maturitate adueniente, Ticinum adire consueuerat, vt huius fructus bonitate opportunè frueretur laudemq; rubro statuebat. Iason etiam Maynus Iureconsultus, rubro melone optimi saporis delibato, quẽ Sicomarius detulerat, dixit: Si in Terrestri Paradiso essem, ac vesci melone prohiberer, in discrimen fortasse transgressionis Adæ exemplo deducerer. Habet etiam in Sicomario suas partes Cucurbita, cuius similiter duæ sunt genera: Æstiua, & Autumnalis. Æstiua duas species fert alteram longam, & alteram orbicularem, vtraq; vnius est alimenti, frigefacit, & humectat, atq; præcedere in cibo debet, somnum conciliat, & ventrem exonerat per secessum. ex orbiculari autem cucurbita transacta maturitatis, ventris siliquas extrahunt, & ventre interius purgato, ac exiccato Cãtharum formant, quo vinum operatores deferunt. ipsa itaq; Sicomaria Cucurbita ligni duritiem maturitatis diuturnitate suapte natura assequitur, quòd proprium esse cucumeris tantum Plinius existimauit libro Decimo nono cap. quarto, de hortorum cura. Autumnalis Cucurbitæ tres sunt species, Alba, Crocea, & Viridula in nigrum tendens: quæ omnes frigore maturescere, ac etiã sub frigoris diuturnitate seruari solent. Legenda postremò est terrulẽta rapa tenui subnixa radice, quam elegantissima villica molli manu euellit, atque emundant, seruantq; à gelu illæsam: à quibus sanè rapis, illudentes Romani Plinio assentiente, nos Transpadanos Rapiphagos vocãt. At tu Roma neq; in tuo agro eiusmodi rapas, finitimis exceptis, neq; rapilegas mulieres habes. Herrẽt enim vrgente æstu agri tui, sulphureoq; putore ab Oriente infestantur, qua ex molestia cultores afflicti sæpè tabescunt: & nisi à planicie ad montiũ umbracula confugiant, æstu & siti conficiũtur, ac languẽt. Nostra ergo non est spernẽda, sed probanda Rapa, nostra præsertim coctione adhibita, qua adiectis salsamentorũ fiustulis fieri debet, & vt rapæ nobilitatẽ teneas, accipe quæ Physici de ea scribunt. Aperit illa probè cocta meatus corporis ex insita penetrandi vi, & vrinam prouocat, ac summo virtutẽ addit, & præcordia calefacit simul, & humectat, ac melancholia aduersatur, conaturq; eã ab intimis sedibus euellere. Ideo quartanarijs propinatur: generationi etiã non est inepta. quid tibi plura referã? fama apud populares est, Etiam cum à Paradiso pelleretur, humo inclinatam, rapam raptim rapuisse, rapamq; dictam exinde, potiusquàm à ruapa, vt Varro scribit, fuisse. Est præterea ipsa Sicomaria Regio diuisa in pradia: singula autem pradia suas domos, sua vinea suaque pomaria discreta

ferra habent. Pomaria verò duplicia, sunt vinaria quæ vocant alia, & alia consita. Vinarium appellant locum in quo mollia planta & præsertim syluestres dēsq; ordine posita curantur, & grandiuscula facta secum terrā seruntur, deinde biennio saltem exacto alio trāsferuntur: atque summa istic viget circa huiusmodi planteria constituenda, vt venales plantæ in singulos annos adeuntibus Vere, vel Autumno pateant. Consitum pomarium est, vbi pomifera arbores speciosō ordine dispositæ, generatimq; discretæ agros perpetuitatem continentur. quod capaci intervallo fieri solet, ne B planta plantæ alimentum rapiat, neue alterutra umbra officiat. Et nusquam isthoc arbores, quæ alterius generis sunt, in alterum filo ordineue collocantur, velut inter Prunos, Persica, vel inter Cerasos Pirus, sed singula genera singulis ordinibus dispositæ conspiciūtur: de quorum arborum fructibus alio loco, & tempore scribendum erit, satis enim trans Ticinum eram versatus sum: opportunumq; videtur me circa Ticinum, quæ scribenda sunt colligere, capitulatimq; referre:

De planicie inter Ticinum, & Adduā sita. C

Cap. II.

ELEGANS sese hoc loco aperit, atque aprica planicies intra Ticinum, & Adduam sita, quæ quadrata fermè positione patet, à Ticino enim ad Adduam, & à collibus Insubriæ ad Padum, quadraginta ferè millia passuum intercedunt. Qua vniuersō ambitu centum sexaginta millia passuum colligunt, à collium verò prædictorum initio ad Alpium inga, & terminos, olim Insubriæ proprios, Heluetijs finitimos D triginta ad summum millia passuum intersunt, quæ omnia in vnum collecta, Ducenta, & viginti millia passuum, aut paulo amplius suo circuitu perficiunt. In superioribus utriq; oris lacus amplissimi pelago similimi in alto à natura locati, ab vtroq; latere regionis superciliū tenent, pluribus quidem minoribus lacubus, & riuis, inter vtrumq; lacum interiacentibus. ex quibus quidem duobus lacubus is qui ab Orientale ora patet, Larius olim, nunc Comensis dictus est, à Como insigni Vrbe, ciuium, & incolarum nobi- E litate clara, quæ illis ipsi insidet, ac antiquo, patrioq; iure dominatur. Excens à montibus Addua hunc lacum irrumpit, ac præterlabitur, celeri, ac leui meatu alueum sibi formans, & inferiora petens, allitq; aquarum copia Landis Pompeiæ fines, eius amœnitatem augens: deinde in Cremonensium agros imperiosa fluit, tumescq; irrita aquarum hospitio, ac inferiora loca, viasque sæpè infesta occupat, Padumque tandem petit, Placentinorum agris simul contactis. Alter Lacus ab occasu eminens Verbanus olim, nunc Maior appella- F tus est, ex quo elabens quoquomodo Ticinus aquarum vbertate fiorit, ac citatis fluctibus Mediolanensium fines ingreditur, Nouariensibus ab altero latere relictis. Mediolanensemq; ingressus agrum Ticinus non suapte natura, sed humana arte diuiditur, antiquo à Turrianis olim Mediolani principib. effosso, atq; firmato alueo, quo tertia ferè aquarum pars, à vetusto Ticini vtero extrahitur, ac per aggeres, & repagula egregiè communita, campisq; superemineūtia muro ordine Mediolanum perducitur. Quem quidem Ticini derivationem, Nauigium à nauigandi vsu, incolæ vocant, scriptores verò Emissarium appellant. Circuit hoc nauigium ex parte Mediolani ambitum, onerarias naues à superioribus oris in ciuitatem ferens. Effunditurq; postea ab Vrbis fossa in partes, quarum altera gradatim descendens per portarum obices, passim in aqueductus locatos, Ticino rursus restituitur, vt subeundis ab ipso amne nauibus ab inferioribus oris, ac Mediolanū traducendis deseruiat. Altera pars per riuulos accolarum vsibus distribuitur, hortos suburbanos, reuicenda pinguedine irrigās. Deinde per prata agrosq; dilabēs, omnia finitima vrgēte æstu humectat. Altera vmaior Ticini pars antiquo contiguato alueo, à Mediolanensium, & Nouariensium finibus in Ticinenses properat, Padoq; illapsa claritatem turbiditati sociat, & passim etiam a Padi aquis suos fluctus segregat, datq; clarum potum nautis Padoinsito. Inter hæc nobilissima flumina, egregy amnes a lacubus, & fontibus formantur, atq; è collibus, (diuisis à natura spacys) in planum elabuntur, speciosamq; suo statu regionem, speciosiorem faciunt. Ex quibus quidem amnibus, ij celeberrimi sunt, Olona, Lambrus, & Martisamnis. Olona ex Mediolanensibus collibus, vallisbusq; dilapsa Circiatum, ac Castaneatum petens, ipsis primum Mediolanensibus vsui est, quibus potu exhibito, Ticinensem oram magnis circuitibus ambit, rigatq; vndiq;, tandemq; Padum petit inter vicum Spissum, & Diuum Zenonis, longè à Ticino vrbe decem millia passuū. Cui quidem Olonæ publico iure Præfectus est ius dicens, qui curare amnis aquas habet, vt suo quiq; tempore, ac loco, modoq; sine alterius iniuria, ac damno aquarū quantum in suum traducat. Maior Olona est Lamber, siue Lambrus amnis, ortum habens ex fonte ab antro manante, quod ad Pedeplumbei Montis radices patet, & sub Plebis Alcim collibus præterfluit, Bubeæ aquarecepta, à qua paulo post diuiditur. Ipsa quidem Bubea in Eupilim Lacum descendente, quem hodie Menguti, siue montis acuti Lacum vocant, & Lambro amne ad Modoetiam oppidum elabente, quam Mōtisum vulgus appellat. quæ fortasse Montia, quasi mōtium unitas astringens dicta fuit. Illabitur deinde Lambrus Mediolanum versus, aquarum parte ciuitati transmissa ad naues ferendas, refrendasq; apissima: & reliquis vndis Landenses, & Ticinenses allust, Padoq; se immergens propè Cimeolum pagum, vbi nobiles Cusani insignem arcem, ac dicionem habent. Scio hæc scribendo me dissentire a à nonnullis scriptoribus, qui Lambrum, Vmbronem inaudito nomine appellauere, ortu ei alter attributo: sed qui situs norunt, minimè à me dissentient. Martisamnis quoq; descendens ex Mediolanensium, Comensiumue collibus, Landensis agri totius efficitur, tenuisque, & exilis uno in Padum æstate illabitur, vniuersō penè humore in terrarum irrigatione absumpto, hyeme verò collectis in vnum aquis tumidè, ac superbè confluit, vnaeribus nonnunquam infestus. distatque Martisamnis ab Addua circiter decem millia passuum, vulgòque Martisana dicitur, cui fluuio sicut Olona præfectus iudex publica lege ius, vt nostris constitutionibus patet.

De Irrigationis commodo.

CAP. III.

HIS igitur fluminibus distincta Insubria, humiliora quaeque loca subiecit aquis, deductis per pradia riuulis, ex quibus saliunt per villici curam aqua, demissis passim stato loco, ac tempore per inculia portis, quibus inhibentur vnda, letoq; spectaculo in arua truducuntur. Virentia hic patent sub astiuum solstitium prata, pascuaq; per qua effusa versicolores iuuenca latè vagantur: rubent illa igneo colore, B alia fulua apparent, coruscant sparso candore alia, variasque ostentant in vasto corpore maculas, replentur omnes virenti pabulo post Solis ortum, saturaque demum tardiore gressu in turmas coëunt, mugiuntque vicissim, ac sole in meridiem vergente, riuulos, & vmbras petunt, procumbuntque per herbas, & vt noster cecinit Virgilius, opaca frigora captant, aut lento vndis immergunt ventres, astusq; depellunt. Vitulorum ex ijs copia nobis superfluit, quorum carnibus, tum ignobiles, quàm nobiles parua stipe saturi fiunt. C Quod si alantur ad opus vituli, ingentes, validique boues post triennium fiunt, binisq; iugis trahunt immensa plaustra, binique etiam instructa aratra voluunt, telluremq; ab imo altius versant. Lac tibi hanostrates non solum ad mensuram, sed preter mensuram effundant, redundantq; spumantia vasa. Lacte leni mulctra ab vbere exuliente, moraq; noctis secuta, insurgunt sedula villica, ac panacem lenta manu ex lactis summitate legunt, formantq; butyrum, quod olei vicem in pluribus obtinet, longeq; substantialius est, ac D educandis infantibus aptissimum. Post butyrum verò caseo formando accinguntur, componuntq; ingentes formas, à quibus Formacei nomen proprie noster caseus sumpsit, tanquàm forma magnitudine, alijs potior, atq; praestantior: cuius bonitatem admirantes Romani idem in suis pascuis facere conati, nostris abductis armentis, sapius à natura eluси sunt. Natura enim hoc proprium nostris Circumpadanis tribuit, ex quibus Insubres palmã obtinent, & ex Insubribus Laudenses, quibus maiorem lactis, quam vini copiam suppeditare probatum, ac in prouerbium versum est. Brixiani secundum locum haberent, nisi à formis ad formulas declinarent. Parmenses copia, Placentini cura gloriantur, quae nisi assidua adhibeatur, malè cum caseo etiam ritè formato agitur. Tumescunt enim intimis vescis forme, atq; in insuauem saporem, ac male olentem recidunt, suaq; improbitatis causa à casearia sede reiecta conficienao glutino relegantur. Atque omissis pratis, pascuisque, pullulat hic similiter ab aquis campo diffusis, virenti calamo oriza, pedali aggere circumsepta, quae vno sanè tempore natat aquis, terriſq; coalescit: Et post maturitatem ad areas delata, occupat aristarum cumulis terram & triturat autumno. Attritaq; ab areis ad pistrinum transuecta rursus pistillo aquarum casu sublato, demissoq; contunditur, donec rudi excussa theca, granis niteat. Tu demum subacta pilo, atque contusa, mundatur cribro eduliysque seruatur. Principium itaque, & medium finemque huius olim peregrini grani habetur ab aquis, A quas si interdum libeat à fossa diuertere, nudoq; pede fundum premere, & pisciculos disquirere, aderit tibi in limo latens, ac se se torquens, retorquensq; lampetra forma exigua, sed chymi bonitate magna, qualè gè probabilior in cibo est Romanis lampetris, anguillisq; suapte viscositate, ac superfluitate stomacho infestis. Multa simul aderunt pisciculorum genera in aquarum reliquijs destituta, quae manu capere tuo arbitrio sine nassa, & excipulo poteris. Aderit etiam in tempore, aut rubens, aut nigrescens cancer, rubet sane priore exuuio tergore, ac veris initio renouato, mox nigrescit, vastusq; nunc in nostrorum riuorum secessibus latet, nunc obliquis gressibus apparet, natatq; sub aquis quarum diuersione agnita, obstupet, & festinus regreditur, quaritq; riparum foramina, quibus se se obstruat, atq; recondat. Illisq; non compertis haret virgultis, & fugam parat, apprehensusq; manu reluctatur, & conuersis in viri manu chelis quasi forcipibus certat, & fuga ineptus effugium tentat. Coaxo quoquè vt ille ait, Rana siue Ranarum chorus hic infestis vocibus aderit, quae subductis aquis, è fossa prosilient, herbisq; latentes ignaro pede prementur, nimia earum in pratis exuberante copia. quarum magnitudine pellectus Camillus Borromaus Mediolanensis patricius, vt admirationem rei adderet, in Ticinensi agro viuaria ranis ingenti vallo, tanquàm Ranipiscinam muniuit, ac pullorum more aluit, veruq; assari, & condi tanquàm auiculas, atq; in ciborum elegantiam referri voluit: easq; Alphonso Aualo Viro splendidissimo in cœna apponi iussit, vt ex re antea ingloria communique, primus ipse sibi in epulis gloriam exciret, vt omnino exciuit. Sed in tanta fontium, amniumque varietate, & frequentia, nulla palus, nulla infesta stagna patent, aut aërem inficiunt, sed fluunt suis riuis aqua iucunda, tenues, clara, ac temperata, quae neque facile gelu rigent, neq; feruent astu: temperies in aquis non minus quam in terris, & aere passim inest, cuius quidem temperiei causam aperio.

De salubritate Regionis.

CAP. IIII.

TENET fermè medium hac planicies inter Adriaticum mare, & Alpium fauces Galliae finitimas. Itaq; siue ab Oriente, & Mari exeant venti, quos nubiferos esse libro primo retuli, siue ab Occidente, & niuosis Alpibus descendant, leuiore impetu nostram regionem perflant, quam vicinos maris Adriatici tractus, aut subiectos Alpibus Taurinos populos. ex quae fieri in ipsa regione aërem temperatiorem, docet F Hippocrates libro secundo, De victus ratione, vel dicta. Quoniam spirantes è mari vel montibus venti nequeant è vestigio in ipsum orã infracto impetu irruere, sicut in vicinores solent: cuius sententia vera est. Quemadmodum enim ferrea pila ictum ab aheneo tormento, siue bombarda emissa, loci distantia infirmiorem facit: ita ingruentem à quoque loco ventorum turbinem, ipsa longinquitas suo interuallo emollit, & inualidiorem facit, quod primo libro attigimus. Exemplum vtrinque manifestum habes.

exurgens

ex urgens ab Adriatico Subsolanus ventus imbribus, ac procellis inferiores agros Adriatico vicinos infestat. At minimè eadem imbrium continuatio nostram regionem occupat. Item flantes ab Occiduis Alpibus venti, Pedemontanos sæpe gelu, & pruinis perstringunt, at minimè eadem vis frigoris, agros cis Ticinū sitos corripit, rarumq; nostra vinea, moresque decoquit. Distans enim medium ab extremis, temperamentum iuxta internalis proportionem consequitur, quod quidem temperamentum paulo minus abest ab æstu quàm à frigore. plura tibi possem exempla referre, sed uno, aut altero proposito ad alia conuertar. Quercus arbor septem diebus ante frondet cis Ticinum amnem, quam in Laumellina dorso. Item flauescunt aristæ maturius inter Lambrum, & Ollonam amnes in campis superioribus, quàm alibi. Vnde quæso hæc varietas? ab aere, & situ: quoniam ij campi in pari situs altitudine positi, propinquiores Orienti sunt, & mitius ab Occidentali vento attinguntur, quam Laumellinates, & ideo plus caloris ab Oriente, & minus frigoris ab Occiduo sentiunt, citiusq; propterea siccãtur, arantur, seminantur, & maturitatem naturæ & culturæ suo ordine assequuntur. Minimè tamen eadem maturitate, ac promptitudine Placentini, Parmenses, & sua frumenta metunt, minusq; Mantuani, & Ferrarienses Orientis vicinores, quia scilicet eorum campi sint sunt inferiores, & per consequens longè ex aqua humidiores, ad quam humiditatem exsiccandam maior, ac diuturnior Solis decoctio requiritur, quàm ad altiores agros. Et ideo eorum frumenta tardius quam nostratia Solis potentiam ad maturitatem assequendam expectant, sunt humilitate ob nimium humorem segnius Orientem Solem percipiente. Hinc enim euenit, vt vrgente siccitate, ipsi inferiores campi diutiores remaneant quam superiores, eorum humore, sata vberius nutriente, & in superioribus campis humore ipso, ob minorem quantitatem, minus etiam æstus resistente. Clarius quoq; discernitur ætatis differentia inter Laumellinum, & cis Ticinum agrum, ex Ficos, & Mala granata planta, vt alia omittantur: vtraque enim arbor probè cis Ticinum fructificat, in Laumellina verò ægrè, tardèq; adolescit, & male fructificat, fructusq; exiles, & insanes parit, frigore scilicet maiore vi Laumellinam corripiente. Sed quò frigidior Laumellina est cis Ticinensi, eò calidior probatur nobilis regio citra Addua in superioribus oris sita, Glarea Addua appellata, vbi Crema Oppidum munitissimum, & insigne Charonagium, claris referta viris, superbè eminent, ac suo tantum honore fulgent, pluribus ciuitatibus earum dignitate, ac fama nostra inuidentibus. Hacq; ipsa ratione vigent olea vberrima in Brixiensi colle, præcipuè circa lacum Benacum: quæ in nostris collibus Mediolano finitimis, pari facilitate coalescere nequeunt, maiore videlicet æstu circa Benacum montibus occlusum, quàm in Insubribus vigente. Spectare tibi in hac planitie elegans naturæ opus licet: surgit enim prope Lambrum amnem in Laudensium, & Ticinensium finibus egregius cumulus, vitium, & ficuum vbertate, & prætantia amœnus, longitudinis quinque millia passuum, & latitudinis trium milliarium, cui ab Oriente Sancti Columbani insigne Oppidum adiacet, & ab Occidente Muradolium coheret: ita porrò appellatum à Mora boborum, quibus vina infundantur magnitudine. Vina enim præcipua vetustatis experta, Moscatula vulgo dicta, ex eo colle percipiuntur, quæ ob magnam copiam, magnumque vasibus seruos circa commutatis, vocitantur. quo quidem excepto tumulo, reliqua omnia flumerum, alueos omissis, plana videntur. Flumina enim interlabentia aquarum latitudine magna spacia occupant, quæ quidem spacia valles appellantur. In medio istorum fluminum Mediolanium situm est planicie centrum, quasi corporis umbelicum occupans, paruq; fermè interuallo viginti milliarium a Ticino, & Adua, Padoq; distans, à qua re nomen accepisse arguitur. nam a medio amnium ad Mediolanum translatum nomen dicitur. Quam quidem magnificentissimam vrbem, nonnulli Astrorum contemplatores Mirabilem esse scribũt, à quibus dissentio: existimans potius eam Orientalem videri, cum ex situ aprutudine hyberno, æstuoq; Solis exortus apertissimè pateat, portaque ipsius vrbis Orientalis appellata nullum obiectum habeat, ad Solis ortum excipiendum. Item quia plures aquarum riuuli, à ciuitatis regione in Laudensium eram desluentes, eo Orientem pergunt, & Clarenallis prata, deinde Vicoboldem connalla suis vndis alluunt. Laus quoq; Pompeia in vallis Addua crepidine sita, Orientalis videtur, quæ distat a Mediolano viginti millia passuũ, & in Orientem elegantissimè vergit. Dissimulo a Mediolano, & Laude est Ticinus situs, qui nunc ampliscata ciuitate cernitur, de quo quidem situ capitulatim scribam. Sed dum a Mediolani amplitudine ad Ticinum verto, abstrahit me ab itinere non longè à ciuitate, noua rerum moles, cogitq; admirari Carthusina tecta in cœlum vsq; porrigenda. Quorum altitudinem, atque structuræ elegantiam suspiciens, rogito: Cuius hæc mirifica statio erit? Principis ne, an summus alicuius Antistitis? Responsum fuit solius Dei, cuius honori, quicquid hîc cernis dicatũ est, & cuius summi Dei Maiestas, atq; potentia, sicuti æterna est, ita hæc ampla sedes eius perpetuo est instauranda, ac renouanda decore, ne vnquam vetustatem sentiat, nunquàque similiter finem habeat. Viri autem religiosi in ea degentes sacris incumbunt studijs, ac parentum opibus, honoribusque reiectis in solitudine vitam agunt, vno cuncta moderante Præsule, sine Priore. Damiani illius olim magni Viri, qui postea Generalis fuit, successore. Perge nunc, quo cœperas itinere, ac Ticinum tuo arbitrio pete.

De Ticini Vrbis situ, & amœnitate.

CAP. V.

PORRIGITVR ad Ticinum amnem non longè à Pado mollis, ac fermè semirotundus elinus extra planitiem in Meridiem procurrens, super quo Vrbs Ticinum ab antiquo condita fuit: quæ quidem clinata ex parte in Orientem spectat, & pendet, velut à sanctis Olderici ædibus, vsque ad hortos inferiores sub Dui Epiphanij monasterio in valle posi-

Idem verò clivus à Foro Linario, vbi Hieronymi Sacci, olim viri clarissimi antiquior domus extat, Ticinum fluvium versus in Meridiem declivis est, nihil ferè Aquilonares flatus sentiens, qua ex re, ficus, & mala punica mirabiliter in ijs hortulis adolescunt, fructificantq; Item à Templo Sancti Georgij in monte Falcone Occidentem versus, paululum etiam in Occiduum civitas vergit. Ab eodem autem Foro Linario (q. Mercatum vocant) Septentrionem versus, vbi Arx vel Castellum eminet, plana est Civitas, & Aquilonari vento apertissimè patet. Ex qua quidem situs varietate in omnem oram versa, tenuitatem aeris Vrbs ipsa à natura assequitur longè praestantiorem, quàm si tota plana esset. Perflantur enim facilius vici, & domus à circumambiente aere ob situs acclivitatem atq; apricitatem, quàm si vniversa Vrbs aequalis esset: quia pars plana altior est situ, quàm partes declives, ex qua altitudine liberius ab aere explorantur. Quos itaq; sanos recipit nostra Vrbs, sanos plerunq; servat, nisi ipsi sese, aut fatali casu, aut suo arbitrio ventri indulgentes, ante naturae diem atterant, atq; conficiant, aut summus Deus nostra non ferens crimina, temporum rationem convertat, atq; confundat. Quos verò minus bene habentes suscipit, solo aëris intuitu, habituq; saepe recreat, infirmaq;, ac prostrata natura, si ullo aeris cõmodo vsquam erigenda est in Italia, nostro sinatur aëre, nostrisq; attollatur oris. Rarò hic obesa nostrorum hominum corpora conspicimus, raroq; podagrosi sumus. Inest enim aeri puritas, à qua excitatur etiam ad prudentiam ingenia ipsa, puritate ad cerebrum permeante, docet Hippocrates in libro de Flatibus. Hinc animi promptitudinem vigere ait; facilitusq; adiecto studio, homines sapientiam consequi, quàm in diverso aëre, assitu. Senectus quoq; non ingrata, neq; morbosa, sed sine dolore subire, ac finem afferre per annorum seriem solet, adiunctq; quam maximè puritatem aeris ipsa tellus, quà non solum in civitate, sed etiam foris, praecipuè ab Oriente vsque ad quintum lapidem fabulosa est, Vineis potius, quam nonalibus à natura apta, ob innatam siccitatem, quam notat Plinius libro decimo septimo, capite quarto, de qualitate regionum, scribens, fabulum album in Ticinensi agro esse infœcundum. Cuius sententiae applaudens, dico huius partis infœcunditatem, aëris salubritati aptissimam esse, quia assidua ingruente pluvia, ventisque ab hac ora afflantibus, neque nubila nobis valdè efficere, neque caliginosa tenebra diu increbrescere possunt, arida humo confestim pluviam sugente, nullumque humorem à se emittente, quod si foecunda tellus esset, modica humiditate suscepta, lutulenta, atque cœnosa fieret, limoque putrescente emitteret, oriente Sole nubeculas, quarum vi censu matutinus aër caliginosus fieret, turbaretque suapte impuritate, aëris sinceritatem, & morbiferam vim accolis inferret. Prospexit igitur natura nobis longè accuratius per solis aviditatem, quam prospexisset, si foecundum campum civitati propius adiecisset. Nec propterea nobis suburbana prata aestate irrigua, atque elegantes & spacios horti deficiunt, quibus undique cinguntur, praeterquam à Meridie, vbi Ticinus labitur. Vicit nostrorũ virorum ingenium, solscitudoque terra infœcunditatẽ, atque ipsius terra naturam cura & cultura perdomuit, vertitque in solum lasum, singulis ferè glebis equino fimo impinguatis, grauique ligone sapius eversis, atque subactis. Qua ex re sapidissima olera passim succrescunt, onerantque dominorum mensas nouis atque ineo emptis dapibus. Primùm hìc tibi lactuca foliys conferta adest, qua vernante in mensa semine perpetua aestate datur, atque deliciosa sapit, non solum Galeni scripris, sed Gordiani quoque Imperatoris celebrata praconio, & qua quidem lactuca praestantior caeteris in Ticinensi solo finitimorum testimonio probatur. Alia quoque semina hic primum in horti pullulant, promptiusque maturant, oleraque non solùm nostratibus, sed etiam alienis indies, at in hortis suppeditant, & bonitatis famam inter vicinos populos publico consensu captant. Quos demum si spectaveris hortos, Maronis tibi, & Columellae musa praeretum varietate, atque admiratione posthabenda videbitur. Nam etiam frigore vrgẽte, ac nivium appropinquante casu, spectare licet eximiam olitorum curam. ramis enim terrae faciem vbi olera vigent, operiunt, superstrata palea, duraq; frigora arcent, foliculis ea industria sub nivis tegmine virentibus, qua resecta nive, appares tibi Ver adesse in hortis, cum longè absit, nerq; iamdudum gelu horreat. Quid quod etiam in pratis nongente cœlo, villici nivem prohibent, immittunt illi altius in prata aquarum rivulos, claudunt q; meatus, ne alior sim aqua defluat. cadens autem nix in aquis liquescit. vbi verò ningere desijt, dimittuntur subinde à pratis aqua, rivuliq; in suos alveos avertuntur, patent tum mire prospectu nuda prata caeteris omnibus circum nive, ac gelu albicantibus. Trudit sese huc sereno meridie laeta iuventus, curisq; soluta suos ludos ciet, monetq; risu, ac voluptate plena rerum certamina. Aestate etiam in eis subeunte sole, iucunda nobis deambulatio patet, sessioq; gratissima est, molli te recipiente herba. Somnia in istis pratis saepe lassus viator capit, stertitq; sub umbra, mox refectis sopore artubus resurgit ocius, ac iter suum repetit, promptiusq; graditur. Nulla tibi in his locis insista animantia quietem impediunt, aut interturbant, sive noctu, sive interdiu aestate recumbas, soporq; etiam sub aere urgente aestivo videtur innocuus. absunt ab his locis exosa Cicindelae, à nostris Cintisula dicta. Tarantala nusquam in his terris visa fuit. Silet infelix Cicada, timetq; sibi, ne stridulo clangore prodita, rostratis auib. praeda fiat. Musca etiam infrequens est, Alpinis saepe eiecta flatibus, insurgunt passim modulatae avium voces, passimq; compositi à natura concentus audiuntur, strepunt aëra cantu, volatuq;. Age verò si libet, secede aliquando ab Vrbe, & suburbanis praedys, nostraq; flumina pete.

De Fluminibus CAP. VI.

HIc tibi aquarum puritas alto gurgite patet, editaq; leuia murmura, & ad moram invitat, allicitq; morantem, atq; allectum oblectat, & plura naturae commoda vno in loco ostentat. Triplici hìc sese meatu nostra flumina pandunt, triviq; aditu, tam peregrinis, quàm nostratibus nauigationem aperiunt. nam sive Adriatico mari soluens adverso Pado Insubriam, aut Ligusiam petas, sive à Taurinis oris recedens secundo

tumido Pado delatus Insubrem adiit, siue Ticino emissus ad Eluesies pergas, aut ab eorum angustijs exiens in Padum descendas, Ticinensis tibi omnino attingēda regio est. Triuium tibi iter, sua ditione claudit, aperisque Ticinum, aquis ipsis ex diuersis effluentibus eris, & in Ticinensi regione tanquam pelago currimantibus, & in Orientem postea decurrentibus. Cuius rei causa, scribens de Insubrum dominio, & urbibus, Georgius Merula libro primo Historiarum in fine, Ticinum vrbem inter labentium fluuiorum dominam appellat, vt omnino suo iure domina est, ac antiquæ dominij iure nauigationis præfecturam, & tribunal obtinet, de quo alio loco scribendum erit. Primus itaq; Ticinus fluuius magnis potitur naturæ bonis. Claritate in primis eximia, qua colludentes pisces, etiam in imo fundo cernimus, hamoq; captamus, quos quidem pisces ea ratione salubérrimos esse, ac nulla humiditate noxia superfluxisse constat, præcipuè Tenculum, Lucium, & Strigulas, Occellaq; summa notissimos, temperie anni vicissitudini aptissima. Hyeme enim numquam ad rigorem alget, numquam etiam gelu corripitur, vt Padus, sed sontium passim manantium natura adiutus fumantibus plerumq; vndis præfluit: æstate verò gratissima frigiditate viget. Qua quidem frigiditate pellecti, equi, boues q; immissi fluuio diu subsistunt, sucundamq; frigus post potum ab aquis hauriunt. Item purgatione, & curatione: soluuntur enim tumores circa ventrem, & iumentorum enati, assidua aquarum lotione, ac mora. Item legumina natura duriore ysdem aquis impósita emolliuntur, ac tectibus lota fiunt. Tela etiam, ac lanea flamina eadem aqua purgata adeò albescunt, vt nobili videatur candidum: vnde candidatrix mulier lanificij cura assiduo vacans dicta fuit, qua quidem mulier, & si candida raro conspicitur, Sole faciem exurente, nitore tamen, ac mundicia ita fulget, vt amore digna habeatur. Petrarum quoque genere celaber est Ticinus, nam cum nulla à montibus speciosa saxa, solus euoluit vndis, nullo q; alio operante in Ticinensem eorum deduxit, sistitq; ripis. Qua quidem saxa, vitrearij artifices colligunt, nausbusq; excepta Venetias important, vasaq; ex eorum materia igne soluta celeberrima conflant, auro circumlinita, & variis respersa coloribus, quæ ob eorum elegantiam Regibus vsui, ac in deliciis sunt. Merito quidem, vt humani regni instrumentum vitreo, aut chrystallino calici similem esse ob rerū vicissitudinem, mobilis atemq; agnoscant: quod plerique minimè cogitant: deinde vrgente fato animis æstuant. Iungè etiam celebrior est aurifera arena, quam seminudus operator sub Solis feruore perquirit, confertq; in acernos, ac vimínea crate secernit, reiectis ab arena lapillis, & qua demum arena rudi panno lenitur iniecta colluent, panno hærentia aurea minuta, visu quidem vix conspicabilia. Vide quò se obruat studio hominum cupiditas, qua interdum auro inhians, aurum pro auro captat, & in cassum laborat. Padus autem ipse Ismosus, turbidusq; fluens per Ligurum, & Taurinorum oras in Septentrionalem plagam Orientis proximam fluctus suos vertit. vbi verò Ticinenses campos intuit, tum sinuoso anfractu fluctus in Orientē torquet Ticino recepto, indignum fermè sese Orientali

A prospectu sua turbulentia infestans, sine Ticini amnis claritate & copula. Adeò etiam flumina edere aliquid memoratu dignum in nostra regione à natura cogantur, vt à natura actu ipsa etiam illustrior fiat. Syluis quoq; & arboribus circumseptus est Ticinus amnis, surgunt enim sua sponte hinc inde densissima syluæ, quercusq; ingentes alto cacumine in cœlum tendunt, ex quib. lignorum strues nostris, atq; alienis suppetit, siue quis fornacibus flammas subdere, siue materiam fabro lignario, aut arcbitecto parare velit, succisio hic facilis est, faciliq; similiter extractio Ticino nauigationem apte ferente. Ferraria insignis ciuitas testis est: qua cum Padi ripas eminentis ponte, me puero, iungere vellet, ex Ticinensi syluæ trabes euexit, elegantissimumq; pontem construxit. Atq; ex eadem materia currus & alueos aheneis tormentis subiecit, quibus ipsa ciuitas Principum suorum cura munitissima est. Omissisq; syluis, vbi ferarum, ac venatorum statio & exercitatio est, adest tibi ad Ticini ripas flexibilis buxus foliis hyeme virentibus, viridariorum magistra suapte flexibilitate gratior quàm villicis. Adest Tamarix grata apibus, & aquinoctiumq; suis floribus indicans, exornansq; Mirices etiam dicta, cuius raritas in Italia nota est, notiorque virtus, præsertim splenéticis, qui poculis ex eo ligno subrefactis bibunt, tempescuntq; tumorem. Surgit paulo altius ad Ticini fluenta spinosa potius quàm frondosa iuniperus, hyeme quàm æstate gratior, prabens cubum turdis, qui eius semine saturi fontes circumuolant, & in aciem dispositi simul colludunt, colludendoque in occultes laqueos incidunt. Hoc lignum maiores nostri Deo optimo sacrū esse voluerunt, tum quoniam neque tarietm, vel vetustatem sentiat, tum quod gratum odorem eius incendio emittat. Appropinquante que solemni die Natiuitatis Domini nostri IESV CHRISTI, adium postes buxo Hedera que exornantur: penetralia vero maioris honoris gratia iunipero operiuntur. Nullum enim apud nos lignum aptius explicat Diuina mysteria, quàm iuniperus. Nam virore perpetuo æternitatem indicat Domini nostri IESV CHRISTI. spinarum autem acumine, qua idem Deus, & Homo passus fuerit, representat, præcipuè cùm spinea corona elusus, pro rege fuerit ab iis, à quibus pro Deo coli debuerat: odoris emissione admirabilem resurrectionem eius testatur. Sicut enim ex ignito ligno odor manat, ipso paulatim conflagrante ligno, ita per interitum Domini nostri secuta est gloria resurrectionis eius, qua cœlum, terramque, & tartara Diuinitatis Maiestate eius humanitati sociata implenit, atque cōcussit. Sed ad Ticinum redeo: Augent ipsius fluminis vndas duo vicini amnes ab Oriente, & Occidente ciuitatem ad telis iactum ambientes. à Nauigio Mediolanensi riuo defluentes, aqua, aliis coniuncta riuis, fontibusque, Nauigij, siue Nauilis nuncupationem retinent, & ab Occidente suburbana prædia alluunt, magnaque septa repagulo, atque munimine Caronatis insignem riuum in ciuitatem transmittunt. Carona autem quam ab autore aliqui Cadroniam vocāt, vrbis fossum per fistulam transgressa, manat per vicos, plura parās, præstāsque ciuibus commoda. Nam

rotarum machinas suis undis impellens, molendina passim exercet. Fullo quoq; & Coriarius, aliiq; opifices eisdem aquis intra tecta deriuatis singuli operi suo incumbunt, laboremq; labori addunt. Contra garrula ancilla ripas circumstant, & pro rerum ablutione, nugas serunt, ac dominas supplantant, amatoribusq; locum, & tempus voluptati aptum condicunt. Reliqua verò Nauilij partes præcipiti lapsu, ac fragore ab alta, & præcipiti septa ruentes, antiquum alueum replent, aliisq; excepta septis, atq; obicibus alia opera mouent. Ingentes hic mallei rotarum furore in altum elati, demissiq; duris ictibus stridunt, teruntq; ferrum, atque contundunt. Alibi autem dispari sonitu, ac penè tremore fremunt ligneæ claua vnius trabis circumuolutione summota, pinsuntq; liquorem, ex quo molli adhibito glutino papirus componitur. decidunt deinde ab alto aqua, & sinuoso anfractu prata Sancti Saluatoris adeunt, vbi in Orbem deriuata duo iucunda spectacula parant, egregiam piscinam, ex qua per vertebri ora captare pisces sine negotio licet, quod quidem vertebrum rete longiusculum est, à quo egredi pisces semel ingressi nequeunt, funiculis conuerso ordine extrum impedientibus: Piscina autem insulam suo circuitu formar, in qua tuta statione cuniculorum greges degunt, aquis circumuallati, sta vt neq; subterraneo meatu euadere, neq; à feris sicco vestigio inuadi possint. Subdolus hic sæpe catus circumstat torquens oculorum aciem ad cuniculorum gressus, atq; aquarum fluctus fallere salutem tentat, ac frustra tandem insidiatum seiunto ore predam inhiat. Minore aquarum impetu Vernaslua amnis ab Oriente labitur speciosam vallem ambiens, in qua molendina passim firmata strepunt: quo vigente strepitu, molendinarij surreptioni student, nullaq; lege arceri à fraudibus possunt. Imminent huic valli humiles tumuli, vineis undiq; amicti, ex quibus clarissima vina, matreq; fragrantia rubra, atq; cerulea percipi solent, quæ hausta ex vasibus splendent in poculis, salsiunq;, teq; inuitum ad potum alliciunt, epotaq; hærent stomacho, & leniter permeant, fouentq; naturæ vires, & pituitam extenuant, nullos illa capiti vapores, aut oris fluctus, nullum ventri tumorem, aut vesicæ impressionem faciunt, sed cibo sese commiscentia facile conquiescunt, absterguntq; mordaces curas humanis mentibus infestas, ac mollia inducũt somnia agris aptissima. Hoc gustato vino Boethium Seuerinum Romanũ Patricium carceri inclusum, ac seminecem, respuisse aiunt, succlamasseq; oh fœlicia huius regiõs vina, quæ labantem mœrore animum, curisq; depressum modico haustu erigũt, firmantq; nutantem. Atq; his dictis ad scribendum de consolatione librum viribus instauratis conuersus est. Cuius rei fama multi ea vina mirãtur. Sed ad aquas rediens, quæ in suburbãis pradijs circa Ticinum defluunt: proditum à maioribus nostris memoriæ fuit, easdem aquas frequenti ablutione impetiginem in pecudum corporibus compescere, eaq; mundare, & rutilantes pilos iumentis circumenatis plerunq; inducere.

De Fontibus Cap. VII.

Absimilis à riuulis, amnibusq; comperta est fontium, & puteorum aqua tam vrbana quàm suburbana. Alio enim loco oritur æqua potu salubertima à natura coctionem nacta, præcipuè illa, quæ ex fonte celeberrimo manat, qui intra hortos Monasterij Diuæ MARIÆ scatet, vbi Longobardorum Regum olim venatio esse consueuerat, cuius adhuc nuncupatio durat. Contra autem alibi adest aqua ab ea diuersa, nimioq; algore iumentis perniciosa: quæ quidem epota, iumenta confestim horrescunt villis, ac rigore torpent, ideoq; ab ea arcentur, propriecq; ad indurandum vis & natura eius prona esse discernitur, præsertim in duobus, videlicet in ferri acie perstringenda, & in sale obdurando, dealbandoq;. Candens enim siue ignitum ferrum his aquis immersum fit durius, & acie penè irrefragabilis, quod agnoscentes fabriferrarij apud nos magno studio cultellos excudunt, quos huiusmodi aqua, alijs commixta liquoribus feruentes iteratò imbuunt, eaq; (vt aiunt) temperatione, acutiores, ac durabiliores reddunt. Sua quoq; industria nostri Salinarij, salem nigerrimum, ac turpem liquefaciunt, purgantq; aquis liquefactum deinde lento igne desiccant, formantq; ex eo pyras, seu pinnas, quas vulgo Panes vocant. Quibus edoctus pictor nobiliorum insignia leui manu imprimere, donoq; eos Principibus transmittere egregium putat, illoq; munere suam ostentans artem compositi salis gloriam, albedinemq; Ticinensibus aquis tribuit.

Disquire nunc tuo arbitratu prudens lector, num altera in Circumpadanis ciuitas suo situ tot elementorum commoda tam facili, ac copioso aditu incolis præbeat, aeris (vt dixi) clementiam, terræ benignitatem à rebus alienam, aurum etiam perquisitoribus offerentem, aquas cibum in piscibus, fructus in irrigatione, commodum in nauigationibus, industriam in decursu, ac voluptatem solo intuitu exhibentes? Quid memorem opaca frigora vrgente æstu sub canicularem dies ab ipsis aquis manantia? instauratur animi, & corporis vires tepido gradu Ticini ripas adeunte. Ignis quoque materia ad manum est posita caduis sylvis hinc passim sua loca occupantibus, succisaq; ligna triennio, aut quadriennio reponentibus. Deus has maioribus nostris sedes, hac natura bona, atq; eiusmodi opportunitatis commoda summa benignitate comulsit, præsidens (vt existimo) hanc vrbem religionis stationem aliquando futuram. Nec Diuinam mentem fefellit rei euentus. Prima enim ex Circumpadanis Christianam religionem stabili fide suscepit, prima sibi Episcopum suo iure ascisuit: prima Ecclesiam, id est, populis conuentum Christiano nomine adunauit: prima delubra, ac templa eo sure statuit: prima denig; regiones, siue tribus, sine Diœcesessin vnum quasi Collegium composuit, sibiq; communxit: quod infra aperiam. Atq; hoc modo à situ scribendo, ad incolarum dignitatem, atq; ad Diuina Sacramenta explicanda ascendam.

BER-

BERNARDI SACCIA TICINENSIS HISTORIAE Liber Sextus.

De Syri aduentu & concione. CAP. I.

ADVERSANTE vbiq; gentium Christiano nomini Romano Imperio, inlabenteq; ue Diuina Fides, iam promulgata latius serperet: inceſſit DEI religio Ticinenſium animos, uno apud eos sermocinante Syro Aquileiensi, qui Ticinum ingreſſus anno ab ortu D. IESV CHRISTI fermè quinquageſimo, Petro Apoſtolo Romæ agente, ſpectanſq; populum idolorũ cultum priſco more ſectantem, palam illicò concionari, cùm ignotus, & peregrinus eſſet, noluit: ciuium deinde aliquorum notitiam aſſecutus, de fide Chriſtiana diſſerere cœpit. Nulla tum ciuitas in eo tractu Chriſtianam Religionem nouerat. Primus igitur Syrus in ipſam Insubrum gentemq; delatus, Euangelicam inſtitutionem aperuit, poſuitq; apud nos fundamenta fidei, nullo vnquàm interitura ſeculo. Familiarium ille conuentu habito, hæc dixit:

Quò queſo amici vos traduxit is error, vt ſimulacra pro Diis colatis, quæ ſine ſenſu, & poteſtate ſunt? Qua demum ratione ſigna iſta manu facta Deos vobis repræſentare exiſtimatis? Erratis certè, & DEI cognitionem non habetis, quàm nuper vobis aliqui præclari viri ab Oriente Romam deuecti aperuêre. Vnus eſt Deus, vnaq; ſumma, inuiſibiliſq; maieſtas, Cœlo, Mundo, & Inferno imperans, cui omnia parent. Luminaria Cœli, ac Stellæ ſtato ab illa ordine mouentur, ſtatuè: nubes euocata ad illius nutum prodeunt, terramq; obumbrant. Excita tonitrua illa inbente inſurgunt, fragoreq; edito terreſtria tremefaciunt: eademq; permittente conquieſcunt, ac ſua receptacula repetunt. Illa verò ipſa Diuinitas, quæ ſuo nutu cuncta commouere poteſt, immota, & ſempiterna eſt, cœloq;, & non in iſtis veſtris iligneis, fictilibusq; ſtatuis inſidet. omnia ſub oculis, ſiue præſentia, ſiue futura ſint habet, omnes rerum euentus præuidet. Regna vbi regni nomen ſpesue non erat, conſtituit, auget, diuidit, atque cùm vult, aera mutat, vetat imbres, terræ faciem igne vi exurit, arefacit plantas, & animantia perimit. Illius ergo Dei quærenda nobis, & expetenda notitia: atque Religio eſſet, quæ non auro & argento, ſed fidei virtute quæritur, ac propagatur. Ille quidem ſummus Deus fidem habenti, atque habituro ſit obuius, credentemq; ſpiritu occupat ipſe prior, atq; illuſtrat. Non credituros autem præceptis ruere in perditionem ſinit, ſui arbitrij poteſtate vnicuique permiſſa: ad quem Deum agnoſcendum, ſi vobis mentes erigere atq; excitare libet, omnis mihi ſubeundus eſt labor, vt vobis compotes vos efficiam. Annuêre Syri dictis Ticinenſes, dieq; ac loco ſtatuto, aliis accitis ciuib. concionanti enim audiuere, cuius hæc fermè oratio fuit.

Syri Aquileiensis oratio, De Deitate. CAP. II.

QVI viſibilem rerum magnitudinem, varietatẽq; mirantur, vnum eſſe Deum tot mirabilium autorem, compoſitoremque teſtantur, vna maximè nos ratione monente. Quis enim tam excors eſt? quis tàm iudicij expers, vt cùm cœlum, eiusque luminaria videat, ſimul etiam non intelligat ſupernam omninò vnam extare, ac regnare potentiam, quæ ſidera ſuo imperio & ordine regat, diſponat, & in tempore lucem emittere, ac tempore etiam abdere, & occultare, rurſusque reſurgere faciat? Quis porrò Ticinenſes viri, Solis & Lunæ ambitus, aſcenſus, deſcenſus, terminos, ſolſtitia, æquinoctia, defectuſque in ſupernis illis conſtituiſſet, niſi vna ſumma poteſtas (vt dixi) Cœlo ſupereſſet, ipſiſque cœleſtibus ſignis ordinem, atque ſucceſſum præfixiſſet? Si ergo maiorem extare poteſtatem in Solis, ac Lunæ motore, & domino, quàm in ipſis, & alijs ſideribus agnoſcitis, cur non potius illam ſuperiorem poteſtatem, quàm iſtas inferiores cœli virtutes ipſius Diuinitatis famulas excolitis? Seruo cùm honorem impendẽs multò impenſius cognito domino tribuere dignitatem debet. Sic etiam cœleſtia contẽplantes, multò accuratius ſupercœleſtia mirari, & perſcrutari debent, quæ maiora iſtis quæ cernuntur, exiſtimanda videntur. Cùm itaque agnoſcenda nobis ſuperna poteſtas ſit, ſcire nos oportet vnum eſſe Deum tantæ poteſtatis autorem, dominum, ac poſſeſſorem, qui Deus ab æterno eſt, neque principium habens, neque finẽ habiturus, quique principium iis, quæ principio conſtãt, ipſe dediſſe probatur: cuius quidem Dei cœleſtis do tam eximia, tam præpotẽs eſt, vt elementorum omnium, atque cœleſtium naturam ſuperet, propriamque ſibi naturam ſtatuat, hoc quo referam ordine. Deus ab æterno ex ſe Verbum ſuũ gignens, idem Verbum ſibi ipſi conſubſtantiale, atque æquale facit. Deum de Deo genitum, quod Verbũ propriè cenſetur eſſe Dei conceptus, diſtans ſignificatu ab eo Dei verbo, quod proeloquio, ac ſermocinatione ad priſcos Hebræos facta per vocem dicitur, vt innuere videtur ipſorum Hebræorum pſalmus centeſimus, & decimus octauus, per illa verba: In æternum domine verbum tuum permanet. *&c. Permanet videlicet, vt ens, & ſubſtantia ipſi Deo coæterna, & inſeparabilis: A qua quidem vna ſubſtantia Dei genitoris, & Dei à Deo geniti, procedit ab æterno vnus Spiritus Sanctus, genitori, & genito Deo conſubſtantialis, coæqualis, & coæternus Deus: nominatione tantum, & ſignificatione diſcretus, ſed Diuinitate vnitus, & inſeparabilis. Deus igitur eſt genitor, Deus eſt Verbum genitum, Deus eſt Spiritus ſanctus, in vna & eadem Deitatis ſubſtantia, & æqualitate conſiſtentes. Cuius vnitatis ratione Deum appellare vnum, & trinum poſſumus, vnum quidem ratione vnius, & eiusdẽ ſubſtãtiæ, in qua Deitas à ſeſe conſiſtit, trinum autem ratione trium nominum, ac perſonarũ, quib. eandem Deitatem ſignificamus. quod Dauid Hebræorum Rex doctiſſimè fecit Pſalmo trigeſimo ſecundo, his verbis trinitatem in vnitate conſiſtere clarè oſtendens.*

Verbo

Verbo Domini Cœli firmati sunt,
Et spiritu oris eius omnis virtus illorum.
Congregans sicut in vtre aquas maris &c.

Tribus enim velut personis, nominibusue Deo ascriptis videlicet Domino, Verbo, & Spiritu, singularem numerum eis adsecit, dicendo, Congregans, vt per singularitatem numeri vnitatem substantiæ in trinitate demonstraret. Quod & in formatis à natura rebus ferè similiter cernimus. Trifolium herba notissima, suapte natura tria folicula inter se pediculis coniuncta ex tenui caule emittit, eaq; tria folicula, non Trifolia, sed Trifolium, vt vnum ens, vsus appellauit. Linum quoque vnicam plantam è terra diuulsam, plures in se habentem fibras, vel filula, vsus hominum singulari numero ab vnius substantiæ causa dixit, fibrarum pluritate non attenta. Si ergo in minimis discernimus vnam substantiam discretas res in se à natura habere, quanto amplius in Deo natura opifice trinitatem personarum esse probabimus, æternitatis maximè etymologiam spectantes: qua æternitas cùm soli Deo iure tribuatur, solutis ab alterutra vnaquaque vocali, ac syllaba, trinam vnitatem Deum esse attestabitur. hoc modo, A, & E. diphthongo diuisò per A, Alpha dicitur, id est principium, quod est Deus, per E, est, per Ter, terna, per nitas, vnitas, qua colligendo discimus, Deus est terna, vel trina vnitas, indeq; fluxit æternitas. Plura me de Deitatis vnitate in trinitate personarum distincta disserere tempus non patitur. Referam nunc à quibus gentibus habita Dei notitia, & celebrata, & nobis etiam tradita fuerit. Diuiniam Maiestatem primi omnium coluêre antiqui Hebræi, cuius rei gratia aliquis eorum Deum suis oculis cernere, eloquium audire, leges viuendi ab eo capere, aliq; tibum, & potũ indies sine labore sumere, multaq; mirabilia facere, Diuina eis opitulante potentia dignisfuêre. Promissaq; iccirco eis fuit Diuini regis generatio exstirpe Dauid, minimeq; vana illa promissio fuit (vt quanti faciat Deus gentis religionem Ticinenses agnoscatis: discatisque hoc exemplo huic vni Deo honorem impendere) pluribus post dictam promissionem euolutis seculis, orta est virgo Hebræa MARIA nomine patre Ioachimo, & matre Anna, Augusto Cæsare imperante: qua quidem puella illa ipsa est, qua illius Diuini regis mater fieri meruit. Descendit quippe in illius virgineum vterum ordine naturæ ignoto, Verbum Dei, vt dixi, ex Deo gentium, ipsa virgine humili assensu tanti conceptus annunciationem per Angelum suscipiente, conceptumq; sine virili semine Dei Verbum, virgo permanens in tempore peperit. qua pariente, Cœli Regis sui ortum reuerentes, nouam, ac mirabilem stellam edidêre, annuntiauêreq; extremis mundi nationibus, sidera obseruantibus, vnum enatum hominem, qui in Cœlo imperium haberet, nonaq; naturæ omnium naturarum dignitatem transcederet, natusque sub postrema Cæsaris Augusti tempora est. Iste igitur MARIÆ Virginis Filius Deus, & Homo natus est, duas substantias in se habens, Diuinã, & Humanã. Diuinam quam Deo patri consubstantialem ante secula habet: Humanam quàm à matre humanitus assumpsit. Quæ quidem naturarum, substantiarumque diuersitas, viriri in vno corpore à nullo prater quam à Deo potuisses, nasciq ab ea Virgine & educari voluit, quam non solum Iudæorum parentes, sed Italicæ etiam Sibyllæ parituram Regem Orbis terrarum prædicauêre: nosterque Virgilius, siue eas secutus, siue vaticinio prater hominis captum scribendo infusus, propè esse hoc carmine est attestatus:

Iam noua progenies cœlo demittitur alto:

Demitti enim è Cœlo in terras noua progenies, si humana tantùm esset nullo modo potuisset. Diuinam igitur naturam è Cœlo descensuram, ac humanitatem assumpturam, nouamq; progeniem ex illa vnitate affuturam Virgilius prædixit, spiritu quidem, qui à Deo agitur post se futura complectens. Atque hoc tanto Rege enato Iudæa sceptri dejectionem inæster suspicata expauit, molitaque insidias in puerulum fuit, quas prudens Ioseph eo in Ægyptum delato euitauit. Iudæa verò furens omnes illius ætatis infantes perdidit. IESVS igitur vocatus nomine, ac gentilitio ritu circunciſus, creuit mirabiliter, & in Iudæam reuersus plura edidit miracula à natura aliena, quibus se Dei filium in humana specie constitutum probauit: cæcis visum, mutis sermocinationem, claudis rectitudinem, vesanis emundationem, suis verbi potestate contulit, defunctos etiam fœtente carne ad pristina vita statum reuocauit. Idem in elementa conuersus imperium in eis exertuit, aqua in vinum commutata, ingressq; mare ficco pede aquarum vertices pertransiuit, & fluctuantes vndas suis discipulis infestas increpauit, ventosq; silere iussit. illis verò siluêre, procellaque in auram commutata lœti eius iussioni acquieuêre. Neque sibi sola maris fremitum, vastitatemque subegit, sed vni etiam Petro, olim rudi, & ignaro viro, dum fideret, stabiliter super aquas præbuit, & idem Petro mox dubitanti stabilitatem ademit, & dubitationem tanquam fidei labem increpauit. Idem postremò (ne singula enarrem) ad Diuinam sui ipsius figuram Petro, aliisq; amicioribus patefaciendam, secessit in montem, vbi magno fragore intonante cœlo facie humana transfigurata Diuinus illuxit, rursusq; ad suam humanitatis speciem rediit. Hoc ergo Domino IESV Deo per multa argumenta, & hominum peritorum testimonia cõprobato, ac vobis ipsis Ticinenses per me denunciato, euigilandum, & animaduertendum est, ne iste vester error colendis pro Dijs signa, quæ Deitate carent, fiat inextusabilis, tanti Dei ira in vos tanquã Diuinitatis contumaces excitetur. Ante enim quàm ego vobis veritatem aperirem, subesse excusatio vestræ ignorationi videbatur, quòd colebatis ea quæ parentes vestri coluêre: nunc verò parentum nube à vestris depulsa oculis excusatio cessat: qua cessante quæro à vobis, quis honore, ac cultu dignior est, Sol ne, aut Luna, Venusue superna Maiestatis famula, an Deus ipse, à quo terra firmamentum, aqua motum, ignis vim, aer puritatem, cœli virtutes, tempora vicissitudines receperunt? a quo homines formam, corporisque lineamenta, ingenij aciem, mentis vim, animaque immortalitatem susceperunt? At quid dixi immortalitatem? corrigendum est verbum: immortalis sane anima constituta fuit, vt Deum hunc ipsius auctorem agnoscat,

rem agnosceret, suamq; immortalitatẽ eius Diuinitati applicaret, eoq; actu compos Diuini boni fieret. Sed si in contrarium anima perrexerit, & Dei agnitionem auersata tenebras pro luce specularis maluerit, nihil ei immortalitas proderit, imò oberit, quoniam aeterna damnationis rea facta anima, in tartara ruet, & pro immortalitatis dono immortales cruciatus recipiet. Agnoscere ergo nos Deum, illiq; honorem impendere, ano ab immortalitatis bono nobis oblato excidere, & in malum decidere, si illum non agnouerimus, necesse est.

Stetêre immotis oculis Ticinenses, Syro cõtescente, miratiq; hominis grauitatem, nouitatem religionis, ac eius sermonis vim, haesitanter quid illi responderent: seniorum tandem consilio magnas gratias agere Syro, lautiore hospitio suscepto, rogareq; vt altera die grauem non censeret, referre quo ritu, quo instituo hac nona religio accipienda esset, quod condicto tempore Syrus, vt exponam, effecit.

De Christianae religionis primordiis Syri Oratio, CAP. III.

DIVINAE Maiestatis gratiam, agnitionemq; habituros primùm fidem, ac reuerentiam erga Deum habere mundo corde oportet, quoniam arcana Dei iis, qui ab illo alieni sunt, grata, & intelligibilia esse nequeunt, Deo ipso malos, ac pertinaces, incorrigibilesq; homines auersante. Fides autem nostra, est virtus credendi ea, quae Dominus IESVS docuit, ac suis discipulis edocenda docuit, mandauit, quaq; suis scriptis vnusquisq; Apostolorum ac sociorum collegit. quorum omnium principium est Baptismus, qui Latinè intinctio, siue ablutio appellatur, & ab vnoquoq; Christiano futuro Trinitatis nomine suscipitur. In quo suscipiendo duo actus eodem momento efficiuntur. In primis homo Deum se agnoscere, & Dominum summum eum esse confitetur: ex quo actu fides, & confessio nostra in Dei honorem extollitur, alterq; hoc cernens nostro exemplo ad eundem Deum honorificandum commonetur. Item homo eo actu: offerre Deo sui ipsius sponsionem videtur, qui actus iustitiae pars vel maxima est, implens mandatum Domini IESV, edicentis: Quisme confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, quasi dixerit: honorificantes me honorificabo, quod per Baptismi Sacramentum fieri decet. Nam si olim Romana militia ascribendis nomen edere, & militare Sacramentum subire mos erat, vt Catonem scripsisse Cicero monet, quanto praestantius Deo militaturos decet Baptismo se insignire, simulq; Deo nomen suum edere, ac vouere, Deo ipso hoc deposcente: Nisi quis renatus fuerit ex Aqua & Spiritu sancto (inquit) non ascendet in regnum DEI. Denique sicut priscis Iudais circumcisio mandata fuit, vt scirent se tali ritu discretos ab aliis gentibus esse, ac propterea DEO gratiores: ita Dominus IESVS ad suos populos secernendos ab alienis, sibiq; foederandos pro circumcisione Baptismum sanciuit, seq; illo insigniri voluit, vt tanto excellentior Baptismus eius approbatione fieret, quanto ipse maior Abraham primo circumcisore erat. Circumcisio enim, vt Paulus Apostolus suis Epistolis notat, perfectione carebat, & Iudaeorum maribus tantùm adhibita, foeminas eorum relinquebat intactas. At noster Baptismus Diuina aequitate constitutus, vtriq; sexui adhibendus est, ad vtrumque similiter sexum Spiritus Sancti virtute purificandũ, Deoq; acceptabilem faciendum, à cuius gratia vterq; simul decciderat. Exciderat enim vt sciatis, humanũ genus ab aeterni Dei gratia suapte lubricitate, & fallacia, suoq; lapsu sese infecit, posterosq; similiter carnis suae contagione ex carnis copula concipiendos labefecit, originalis delicti macula, pregnantis matris, aliquidq; concupiscentis more in nos transmissa: à qua labe emundatur homo, foeminaq; Baptismi virtute, Diuina scilicet gratia, in humana anima operante, & corpore tantùm ipso sub vetusti ponderis grauitate versante, à qua leuari, eximiq; non potest, nisi valida, constantiq; virtute carne subacta. Hoc fermè modo, anima nostra corporis consors, post receptam Baptismi gratiam fit habilis, & idonea ad erigendum, & inuandum corpus contra carnis suae depressionem, & ad recuperandam originalem innocentiam, quae ante Adae lapsum generi nostro inhaerat. Diuina prouidentia, sta nobis prosperiente, vt quod primi parentes resupino actu in corpore amiserunt, nos contrarijs successibus, id est, virtute non solum anima, sed etiam corporis recuperemus: corpusq; ipsum quasi spirituale, vt Paulus innuit, efficiamus, ac reformemus. Quo quidem innocentia bono corpore nostro recuperante, fit homo in vita tanquam beatus, ac pene Angelicus, carne sua subacta, & ab omnibus vitijs secluso. Adstus igitur ad innocentiam, introitusq;, & ab innocentia ad excellentiam humanitatis nostra ex Dei indulgentia consequendam Baptismus est, fidei virtute in eo spiritualiter operante, à quo initiari vnumquemq; Christianum futurum oportet. Et quamuis Cornelius Centurio Italus genere, & alij eius amici in Caesarea Palestina Spiritu sancto afflati ante Baptismum fuerint, minimè tamen alij tanti se facere debent, vt sua opinione elati Baptismum respuant, quando eundem Cornelium, amicosq; suos constet de Petri Apostoli manu postmodum Baptismum sumpsisse, & in omni virtutis actione, arrogatio siue arrogantia vitanda sit. Atq; vt ad Baptismi virtutem maiorem gratiam, & dignitatem Dominus IESVS adiceret, per sacerdotes suos Baptismum conferri voluit. Primusq; Ioannes Baptista nuncupatus istius Sacramenti annuntiator à Deo emissus, & postea minister fuit, qui Dominum IESVM ad se Baptismi gratia venientem, à longè aspiciens exclamauit: Ecce Agnus Dei, aliaq; mirabilia dixit, tam Diuinitatis quàm Humanitatis eius amplum testimonium perhibens. Post quem Ioannem Dominus IESVS Baptismi potestatem multò amplierem, gratioremq; discipulis tribuit, misitque eos in regionem gentium, ad gratiam suam credituris impartiendam, & à IESV CHRISTI discipulis successiuè plures viri sacris initiati, emissi sunt ad Baptismum praedicandum, & praedicatum conferendum. Ego etiam indignus minister ad huiusmodi opus obeundum institutus ab Hermagora Marci Euangelistae socio fui.

Nemo

Nemo itaq; Baptismum tribuere cuiquam potest, (necessitatis caussa excepta) nisi sit Christianus sacerdos. Sed videte quaso quanta sit Domini IESV clementia in nos ipsos: agnoscite q; nos, non tam nostris meritis, quàm eius gratia, & miseratione saluandos fore. Prauidens enim ipse, quod homo licet Baptismi fide purificatus, facilis tamen suapte imbecillitate ad relabendum in desideria carnis futurus esset, adhibere etiam nostris erroribus veniae remedium, atq; solamen per Sacerdotum manus dignatus est. Oh nimis pie, nimisq; nostri generis curiose Pater, & Domine, qui ut nos saluos faceres, nobis ignota sacramenta aperuisti. Quisquis igitur post Baptismum in errorem humana fragilitate inciderit, resurgere ab erroris macula, atq; emundari poterit, pœnitentia in primis animum subeunte, cui bene viuendi in posterum coniuncta voluntas adsit. Ab hac enim mentis excitatione humana vita correctio, atque emendatio initium sumit, cui Dominus IESV Sadiumentum addidit, non solum ipsam emendationem perficiens; sed etiam restituens eundem hominem pœnitentem ad priorem innocentiam, gratiamq; Baptismi. Quod quidem adiumentum est spontanea confessio sacerdoti facta, erroris q; deprecatio ad Dei Maiestatem, clementiamq; relata. Quo humili actu præmisso, sacerdos Diuina potestate, in eius verbis operante, pœnitentem à confessi erroris noxa soluit, pœnitentia nomine adiecto onere toties supplicandi, vel alterius operis in Dei gloriã efficiendi: qua absolutione secuta, ac pœnitentia peracto negotio, in Diuina gratia statum, à quo aberrauerat, homo restituitur. Christiana itaque religionis primordia, quæ exquiritis Ticinenses, hæc sunt quæ dixi, quæq; summatim colligo. Fidem DEO æterno in vnitate, ac trinitate consistenti ex corde habere, eiusque trinitatis nomine Baptismi signaculum, strenuis militis more, suscipere, ac innocenter viuere, quod ex fidei lege præstandum est: si verò nostra infirmitate prolapsi ab innocentia excidérimus, ad eandem innocentiam, pœnitentia duce, redire, ac per confessionis sacramentum receptum habere debemus. Ad quæ quidem Religionis sacramenta tria vos enocant, tria vos hortantur, ac monent: ratio, necessitas, & gloria, siue dignitas. Ratio enim humana menti insita est, quæ vera sunt quærere, quæsita sectari, consecuta seruare. Dei ergo omnipotentiam iam patefactam, religionemque, & quærere vos, & sectari, & consequi, & obseruare, ac reuereri ius est. Necessitas quoque, vt ita faciatis, vrget, quoniam cum vnam omnino supernam, ac supercœlestem potestatem adorare nos oporteat, nec sine vnius Deitatis numine tetare genus humanum, & orbis regimen queat, quemnam Deum esse existimabimus, si illum excelsum Deum omnium constitutorem, rectoremque non adorauerimus? Aut quem demum alium in nostris angustijs, ac perturbationibus, quæ huic seculo imminent, implorabimus, si illum quem Deum esse cœlestia, terrestriaque contestantur, non inuocauerimus? Dignitas præterea vestra mouere animos, atque impellere ad hoc videtur, quæ nullo alio actu acquiri, retineri, aut augeri potest, quàm Christiana religione, siue gloriam quærere, siue beatitudinem aliquis maluerit. Gloria enim homini est, Christianum se, id est, Domini IESV CHRISTI Dei, & hominis sectatorem, ac militem profiteri, cuius imperium æternum erit, & ista quæ cernitis imperia, illi aduersantia, sua potestate delebit, ignotis pene gentibus ab extremis mundi partibus excitis, ac in Italiã (quod prædicare tædet) traductis. Beatitudo autem, quam aliqui fœlicitatem appellant, summa est, statuere sibi ipsi gratiam apud Deum æternum. Cuius merito soluta à corpore anima, Diuini boni composs fiat, quod huius Religionis susceptione, ac obseruatione fieri demonstratur, quæ sola virtutibus aspirans, vitia respuit, fugat odia, pietatem colit, seruat concordiam, concupiscentiam frænat, fouet modestiam, & in omni actione, ac ritu, humanæ societatis ius custodit, & auget. Quare si rationem sequi, si suæ saluti prouidere, si dignitatem quærere, si gloriam sibi adijcere, si denique æternã beatitudinis fruitionem assequi hominis proprium esse existimatis, huc animum inter dite, ad hanc Religionem properate, in qua inesse hæc omnia aperte cernitis: mihique antequam ad alia Sacramenta edocenda conuertar, voluntates vestras patefacite.

De Ticinensium conuersione.

CAP. IIII.

DISSIDENT hoc loco scriptores: aliquis enim affirmat populum post Syri orationem in vniuerso ad Christianam religionem fuisse conuersũ. Alter verò magis probatus scriptor, qui sine nominis editione, antiquorum patrum vitas collegit, ait, partẽ populi Syro assensisse, ac fidem habuisse. Ille igitur in credentes conuersus: O felices inquit animas, quas non mea oratio, sed diuina ad se pellexit gratia. Plebs erit tu singularis, ac præcipua, in qua fides candor eluceſcet. Cuius quidem fidei documenta, quæ scire in præsentia vos oportet summatim attingam. Disseruit subinde Syrus perstricto, summissoque sermone, quomodo Dominus noster IESVS CHRISTVS, per Iudæorum sectam reprobatus, trãditusque morti fuerit, cœna prius cum suis celebrata, in qua corpus suum, & sanguinem, eisdem sub cibi, & potus figura communicauit, & qua ratione ille ipse sese Iudæis deridendum, & crucifigendum permiserit, cum posset sola voluntate supplicium eustare, & omnia illorum cõsilia, vires que subuertere. Quomodo deinde ad eorum impietatem contestandam, & eludendam irritis naturæ legibus suapte potentia resurrexerit, corpore alter apparens, & vescens cum discipulis suis, mandansque præcepta seruari, ne quis per passionis eius mysterium solutam esse viuendi rationem legibus præscriptam existimaret. Quomodo etiam eisdem discipulis resurrectionis gloriam ad sui ipsius imitationem, omnibusque fidelibus suis promiserit; cæteris verò à fide auersis horrescendum iudicium interminatus sit. Quomodo demum firmatis in mutua benevolentia, & fidei vnitate, amicis suis, illis videntibus Cœlum conscenderit, & decimo posthæc die Spiritus sancti gratiam,

bram, & vinum eis effuderit. Vnde repens illa, atque mirabilis tot linguarum peritia, ac varietas momentaneo dogmate discipulorum pectora imbuit: qua freti egressi è Iudaeorum finibus vniuersum orbem perlustrarunt, Deique notitiam singulis nationibus, ad quas patere aditus videbatur, annunciarunt, vt ab Idolorum errore cauere gentes possent, veramque Deitatē ex Apostolorum verbis, atque miraculis agnoscerent. Et quomodo inter apostolos, vnus Petrus ex verbo Dei sedem Romae fixerit, ac primatum in eā statuerit, firmataque apostolica potestas in terris fuerit, ad quā se se humana diuinis immixta verterēt, atque referrēt, Petrusque pro Deo in terris esset, clauesque in signū cœlestis, nedū terrena auctoritatis in manu haberet. Declarauitque quid sit claues in manu habere, hoc est, se ipsum in primis, deinde alios sibi creditos ad clauium rectitudinem, & regulā componere nihilque decernere, quod ab eorum ordine, & circumferentia aberret: quoniā diuina lege illa ipse claues demissa Petro fuerunt. Quibus omnibus explicatis, Baptismate singulis nominatim accedentibus collato, fidei Christiana lucē Ticinus exit, constituumque à fidelibus locus in ciuitate fiat, in quo simulā cōuenirent, & concionātem Syrū de fidei preceptis, ac sacramentis audirent: quem locum Atrium Dini Syri post eius obitum cines appellarunt. Cines autē qui ab initio Christiana religioni non acquieuerūt, visis aliorum operibus prorsus in virtutē declinantibus, ac miraculis à Syro editis, multorū languoribus solo Dei verbo, nomineque curatis, tandem veritate adhaeserūt, Syroque Episcopo constituto paruerunt. Decipitur hoc loco quidā scriptor narrans Syrum post Ticinensium conuersionē Gennam profectum fuisse, cuius errorem corrige. Gennenses ab alio Syro; non autē ab hoc nostro Pontifice, multis post annis, Christianam doctrinam audierunt, vt in antiquorum patrum vitis, distinctè scriptū legimus, quem librum mihi sæpè Diui Michaelis canonici (honorabilis vir) exhibuerunt. Compositis igitur Ticinensibus in Christiana religione Syrus, domum tamē ipse in ciuitate non habuit, sed in suburbio extra Maricā portum, qua Occidentalis est: sacra autē fecit eo in loco, vbi templum vetustate collapsum hodie cernitur; quod domū vocant; cui postea crescēte religione, & populo, ac persequutione sublata, adiecta pars templi longè maior apparet, quæ turri coniungitur. Excitataque in Syrū à Magistratibus, qui Romani Imperij nomine Mediolani præsidebant, inquisitio fiat, quanā ratione, atque auctoritate religionem introduxisset à Romano cultu, rituque diuersam? ille respondit, veritatis causa, multaque luculenter dixit, ac scripsit, quibus Domini nostri Iesu Christi diuinitatē, humanitatemque probauit. dimissus itaque fuit, publicè tantū concionandi, ac sacra faciēdi potestate sublata. Ille ergo (vt poterat) in priuatis, abditisque sacellis sacris incumbens, populum continebat, eruditebatque. Firmatosque cernens in religione cives, secessit in Ligures, quibus ea qua potuit cura per sermocinationes Christi religionem aperuit, vt enarrabo.

Contra Suetonii in Christianos dicacitatem.

CAP. V.

NERONE *Imperatore Christianorum carnifice Roma extincto, mitior in Christianos sæuitia viguit, non tam Romanorum principum, ac magistratuum pietate, quam necessitate; tribus videlicet Imperatoribus post Neronem citra biennū mutatis, Galba, Othone, & Vitellio. Cui successit Vespasianus. Dum enim principes imperio acquirendo vires intendebant, & dū prouinciales magistratus mutationes pertimescerent, Christiani minus periculis ab illis circa alia occupatis sentiebant, suaque religioni liberius incumbebant. Nec veneficia exercebant, vt notat Suetonius Tranquillus in Neronis vita his verbis: Afflicti supplicijs Christiani genus hominum superstitionis nouæ, ac maleficæ. Cui respondetur: scribenti historiā genus maleficy, in quo versari Christianos audiuit, enarrandum fuit: quo omisso calumniantis, ac mentientis est opus, non historici. Nec omnino ipse sedus homo ob adulteryi suspicionem ab Adriani Imperatoris aula summotus, benè sentire de nostra Religione poterat. Sin moribus corruptus Sabinæ Imperatoris vxoris inire thorum (vt modestè scribam) fas putauit, quod merito leges detestātur, illi legum obseruatores Christianos maleficos scripsit, maleficum existimans, facinus suum adulterium Christianorum continentia improbatum iri. mali quippè viri contrarios mores sibique dissimiles improbant: sic etiam Suetonius suo ingenio malus bonos improbauit. Quòd verò nouæ superstitionis homines dixit indoctius fuit. Nouam sanè religionem non profitemur, cum Deum æternum, quo nihil est prius, confiteamur: cuius Vnigeniti incarnatio, si cuiquam noua res visa est, minimè tamen nouum est. Vnigenitum à Deo esse genitum ante ōnia secula. Neque similiter nouum erat, Sibyllas Italicas illius vnigeniti conceptionem, natiuitatemque verbo scriptisque prænunciasse. Quibus quidem Sibyllis, si in minimo quoque rerum tumultu, ac discrimine fidem habuerunt, multò equidem aquius in tanta re credere, ac veritatem incarnationis perscrutari magistratus debuerunt, vt certiores fierent, superstitionē an veritas tot hominum millia ad Christianum nomen conuertisset. quod cum omiserint imprudenter illis, prudētissimèque Christiani veram religionē insecuti sunt: illi maledicendo, nostri colendo. Genus præterea hominū Christianos appellat Suetonius, quasi gentem ab aliis gentibus diuersam: rectè sanè: genus quidem hominum Christiani sunt, sed boni, & humiles, non autem turpes: à quorum moribus, ac virtutibus dignitateque ipse longè abfuit. sed ne videar cum mortuo larnarum more luctari, eius reiecto iudicio, ad Syrum redeo.*

De Ligusticorum Oppidorū conuersione.

CAP. VI.

ANNO *igitur ab ortu Domini Iesu Christi fermè septuagesimo tertio, Neronis, vt dixi, prostrata tyrannide, Syrus in Ligures profectus, Tanari amnis accolas primum adiuit, ratus gentem ipsam*

antiqua consuetudine Ticinensibus coniunctum, facile ad Ticinensium imitationem fidem suscepturam : initiumq; prædicandi in oppido Basignana fuit. Est autem Basignana (vt vulgato verbo vtar) antiqua, nobilisq; colonia, quam Georgius Merula libro sexto Historiarum inquit, Augustam Batiennorum olim nuncupatam. sed si Plinij lectio vera est libro tertio capite quinto Vagiennorum, & non Batiennorum legendum est. Quomodo autem ab Augusta ad Basignanam translata nuncupatio fuerit, neq; ipse Merula aperte narrat, neque Blondus in Italia B descriptione regione septima satis memorat. Passinauia quidem olim appellata fuit à passu nauis eo in loco perpetuo ordine destinata, ad Padum trayciendum, vbi commodissimè traycitur, ita vt interdum etiam vrgente diuturno æstu, tuto vado transiri equitando possit : quod tamen rarò contingit. Ponte deinde ligneo Pado superædificato de quo, & Blondus, & Merula, & acta Episcopi Papiensis mentionem faciunt, nauis opus cessauit, & Passinauia nominatio in Bassinauiã pertransiuit, cui vulgus g interposito Bassignana no- C men tribuit. Mihi tamen Bassinaniam scribere Latinè placuit. Isthúc ergo delatus Syrus non se oppidum, sed ciuitatem intueri dixit. Aderant viri ætate, aspectu, moribusque conspicui, iuuenis frequens, ac permodesta, matrona ornata, artifices seduli, ac curiosi : qui vbi adesse Syrum Ticinensium Episcopum conspexerunt, populatim accurrunt, hominem hospitio recepturi, nam si hospitalitas in vllo viget loco, isthic viget, famamque munificentiæ Bassinanitæ habent. Ille hospitio lautè receptus, ad- D uentus sui causam enarrat. auditur semel atq; iterum tandemq; pro parente, ac institutore suscipitur. Opportuna autem maximè ea profectio Syro fuit, Vespasiano mitissimo principe imperium ineunte, minusque ad Christianorum perniciem studente : vsusq; temporis commodo diu circa Padi accolas Tanaro amnis finitimos ad fidẽ vertendos moratus est, nullo q; se opponẽte magistratu perfecit opus, & triangularem regionem quam Padus à Septentrione allauit, ab Oriente Tanarus, à Meridie verò Statielenses campi attingunt, E. ad Christianã religionem traduxit, & sub istius sanctæ fidei vinculo cũ Ticino coniunxit : omniaq; illa oppida, & pagi, vsq; in præsens tempus Syri religionẽ, ac nomẽ celebrant, & Ticinensis dioeceseis se esse asseuerant, vt Valentia olim Valentium insigne oppidum, Pizetum, Ticinetum, Pomarium, Mugaronium, Moscastellius, Riparonium, Petra Maritia, Pauonium, & alia. Fama autem illius viri latius diffusa, impulit Ligusticos populos citrà Tanarum positos ad eum audiendũ, & vt commodius audirent accersendũ, primosque Properanos ferunt fortasse à pio opere tunc effecto postea nuncupatos (ante enim Marcorũ pagus erat) Syrũ accersitum studiose audiuisse, coluisseq;, & fidei dogmata tenuisse. Quid memorẽ Saleum nobile oppidũ, cuius viri, mulieresq; accedenti Syro obuiã prodiêre, reuereriq; illũ sunt, solo hominis aspectu, ac grauitate commoti? vbi verò eum audierunt docto consesti omnes assenserunt. Est autem Saleum frequens oppidum situ A suo munitum inter Padum, & Fraschetum positum. Fraschetum autem, siue Fraschelia dicta ex eo est, quòd humiles arbuscula è terra, qua arida, & sabulosa est, insurgunt, solis tantum frondis aptæ, quæ sola Ligustice fraschæ dicuntur. Et quoniã cubitales, aut paulò longiores arbuscula manent, soli ariditate idoneum humorem non habente ad proceritatem formandã : ideo Fraschetia appellata est campania recõdendis lepusculis grata, sed venatoribus hyeme gratissima. Durum n. est solum, minutis lapillis obductum, solidum iter sine luto prabens. Excurrere itaque per eam sicco vestigio, & venatores, & catuli hyeme solent, nec lepores similiter ad fugam ineundam signum expectant. Lento primum cursu densiora virgulta petunt, eurrentes paululum, mox flectentes gradus in latera diuertunt, & euadunt. Videre tum licet insanum venatorem, ob lepusculum saluum factum socios, canes, arbustaq; increpantem. Quod si ille imprudens lepusculum cepisset, quasi de Leonis, aut Vrsi captura gloriatus esset. cum igitur ex captura periculo vacante gloria quæratur, nimirum eusmodi venatio apetissima ocioſis videtur. Habet autem ipsa campania sub æquinoctium pastionem pecudineo gregi salubérrimam, salsedine quadam herbis innata, qua & humoris superfluitatem in herbis corrigi, & gratiorem pastũ pecudibus fieri dicitur. Et quoniam Saleum illius campaniæ partem suo territorio colligit, à salsedine pascui nomen inditũ regioni, deinde oppido plures arguunt : inter quã regionem, & Padum humiliores agri, sed longe fertiliores iacent, glasto ferendo apti. Est autem herba, vulgò Gualdũ à nostratibus, ab Ethruscis Gua appellata, orta ex tenui grano in subacto solo, pinguiq; veris tristo sato : quæ herba quinquies æstate decerpitur, decerpta in acerũ congeritur, congesta calescit, calescens putrefit, putrefacta mola subigitur, subacta colligitur, soliq; exponitur, & in pilas ad manũ rotunditatem componitur, molestum passim emittens fœtorem. Pilæ supervimineæ crate collocatæ ad solis aspectum desiccantur, desiccatæ in puluerẽ soluuntur. Soluta igitur hoc ordine herba in puluerem, tinctorio operi, fullonicoúe in- precio est : de quo Glasto parcè veteres rei rusticæ scriptores verba fecerunt, cum tamen Flaminia, siue Romandiola, Piceni, & Ethrusci, aliiq; Italici in eo grano serendo studium habuerint, quod fortasse apud veteres munus viguit. Sed ad Syrum redeo, qui ratus illius temporis tranquillitatem Christianis diuturnam non fore, regressus ad pagos, & oppida in quibus fidei nostræ disciplinam seminauerat, populos in religione firmauit, diuq; Bassinaniæ sedens circumuicinos populos in religione continuit. Quorum tamen omnium religionẽ Bassinania superauit, non solum in ipso Syro, dum in humanis fuit, liberaliter recipiendo, ac obseruando, sed illo etiam mortuo in bonis suis eius Ecclesia consirendis, eademq; bona Ticinensi Ecclesiæ supponendo, ac censualia constituendo. cuius religionis causa Deus Omnipotens ipsius Ecclesiæ princeps, quàm religio in populo viguit, tandiu ei rerum suarum successum, ac quietem tribuit, floruitq; Bassinania viris, quos neq; Roma in suis Magistratibus,

neque

neque Apostolica sedes designata fuit. quos quidem si recensuero viros, scientia, ac religione conspicuos, praesens historia Bassiniana fiet, ipsorum numero volumen occupante. Tu tamen Gerardia familia scriptorum meorum turditatem non aufugies, Gerardia planè dicta quasi gerens ardua, & qua nobis, potiusquam tibi ipsi praestantes ingenio, & eruditione viros saepè effudisti: ex quibus adhuc eminet in cunctorum oculis, atque observatur Ioannes Michael Gerardinus, qui toga assumpta inter Ticinenses patricios, atque Iuris peritos sedem obtinet. Dum itaque Syrus rerum eventu usus Christianam religionem praedicat, repetit, ac firmat, exacta sunt Vespasiani, & Titi tempora, Imperiumque Romanum ad Domitianum transyt, sub quo quid euenerit referam.

De Christianorum persecutione, sub Domitiano facta, & Syri Episcopi obitu.

Cap. VII.

COMPOSITIS in Ligustico tractu rebus, ac Sacerdotibus pro oppidorum oppertunitate in locis dispositis, dum Syrus longius ire, & Euangelica praecepta patefacere in mente haberet, continere se in sua dioecesi, ac Ticinum regredi necesse habuit. Insaluerat enim atrox Christianorum inquisitio ex Domitiani Imperatoris iussu anno eius Imperij tertio, & Natalis Domini Octogesimo sexto, maiorque in annes singulos illo nefario viuente futura videbatur: quare tueri quod quaesierat noster Episcopus sua praesentia, suisq; monitis, atque constantia statuit potius, quam latius ea durante procella euagari: quam persecutionem perpetuò fermè duraſſe omnes scriptores tradunt vsq; ad ipsius Imperatoris interitum, cubicularij sui insidijs interēptum, anno ferè salutis nostrae Nonagesimo octauo, & Imperij sui quintodecimo. in quo tēporis internallo Syrus grauis annis, curisque grauior excessit ab humanis, Cleto Pontifice (ut pleriq; scribunt) Roma viuente. Fleuit Syri obitum Ticinen, sis populus, fleuēre Campaniae incolae, Laumellinatesq;, & ipsa Circumpadana Liguria patrem suum ingemuit. Diuina (aiebant omnes) bona amisimus, hoc uno viro summi Dei nuncio, ac deprecatore amisso. Compescuit populi luctum, Iubentius, siue Iuuentius Syri sacerdos, & comes aptis oratione, demonstrans tria praecipuè homini praestanta esse: Primum est patienter ferre ea quae nostrae infirmitatis, & subiectionis sunt, de quib. sentiens Dominus noster dixit: Abnega temetipsum, ideſt affectus tuos comprime, & tolle crucem tuam, ideſt omnis vita tua, & sequere me, ideſt mea vestigia, mea praecepta atq; instituta. Alterum est mors, qua mors finis, & solutio corporeae compaginis est, nullum in ipsa anima imperium habens, sed ea tantum soluens, quae à natura sunt separabilia. Morti subsequitur iudicium, ut Paulus in Epistola ad Hebraeos affirmat iis verbis. Et quemadmodum hominibus statutum est semel mori, & post hoc iudicium &c. Nisi enim morti iudicium appositum fuisset, nobisq; immineret, à recto transire plerique demurarent, ac naturae illecebras secuti animum à bonis moribus, & virtutibus diuerterent. Retinacula itaq; humani ingenij, humanaq; ambitionis sunt mors, & iudicium: quibus demptis natura inficeretur, ac in se se perniciosa ruerent. Perstare insuper in hoc seculo omnes homines impossibile esset, si nasci, & non mori à natura contingeret: quia incapax esset orbis terra tot gentiū, ac populorum multitudine, quae iam diù infinita, & innumerabilis effecta esset. ideoque sicut in diuersorio abeuntes illi, istis aduenientibus locū cedunt: ita nos ipsos in hoc orbis hospitio cōmoratos has sedes, oli ab aliis nos acceptas, alijs demittere aequum est, ut aequa remaneat priorum, posteriorumq; conditio. Atq; eo ordine, & tempore quo in naturā venimus, ac adolemus, similiter ordine, & tempore à natura praescripto, minuimur viribus sensimq; deficere necesse est, corpusq; hoc nostrum, quod elementorum virtute, & temperamento compactum constat, iisdem elementis à compagine secedentibus, & in suam naturam abeuntibus dissolui naturale est: & quicquid demiq; ex rerum accessu natum ex corruptione apparet, in corruptionem redire ex earundem rerum decessu oportet, qua corruptio mors ipsa est. Nemo igitur vestrum Syri patris praesentiā appetat, nemo affectus suos Diuina naturaliq; legi praferat, sed necessitati acquiescat. Discedēdum Patri nostro à corpore iam diù infirmo, & languente fuit, ut langueri finem faceret, & corporea mole soluta ipse deinde spiritu in aeternum viueret, nobisq; fauēret, nostrasque supplicationes Deo offerret. Cuius rei gratia si vobis consultum ira vultis, omittite confestim lachrymas, ac virilis prudentia luctum cohibete, Deoq; aeterno mecum simul gratias agite, quòd nullo ante hac vobis cognito viro in coeli fastigia receptus, hodie Syrus noster illuc euectus sit, nobis semper pater, patronusq; futurus, nostrasq; aliquando peccatorum sordes suis precibus diluturus, atque ante Dei thronum pro nobis astiturus. Dixit longè ornatius ille sacerdos quàm à me scriptum sit, populusq; verborum vi ac ratione à luctu auertis, & in fide, constantiaque firmauit. Curare tum Syri funus magno honoris ambitu ciuitas aggressa est, iustitio per triduū indicto, atque ut tanti viri memoria à posteris pro vita eius dignitate celebraretur, tria publica consensu edicta fuere. Primo ut nona dies Decembris, su qua ipse obijt, sancta, ac festa in perpetuum esset, qua hodie etiā colitur. Secundo, ut aheneа statua Episcopali habitu paludata in templo cathedrali erigeretur, qua elegantissimè conflata, & in eodem templo postea statuta fuit. Tertium ut singuli ciuitatis ordines cereum hominis staturа longuorem conficerent, & pro Syri memoria Deo offerrent caternatim omnes diuisis ordinibus incedentes, & cereum suum in sede erectum in templum deferentes octaua die eiusdem mensis: ut altera die festa singuli ceres in alto collocati, incensiq; lumen ederēt, sacrisq; faciendis honorem adderent. Quam Cereorum delationem, non solum summo studio Ticinenses hodie faciunt, sed nisi prohibeantur, addunt pugnorum certamen. Nobilioribus enim ordinibus praecedentibus, subsequuntur artifices. qui dum properato gradu praecedere alij alijs conantur, per mutuas impulsiones

pulsionum in cœtus sanctorum agmina ruunt atq; è loco alij alios trudunt, tandemq; pugnis pugnam ineunt, cedunt q; infirmiores, & victores in pugna cereum victis pro præmio auferunt, suoq; cereo in templum prius delato cereum denicti ordinis cupiam ignominiæ causa pignori tradunt, deludunt q; denictos. Augetur spectaculum, si lutum in vijs ineſſe ex diuturnis imbribus contingat: nam ſine diſcrimine in luto figentes veſtigia pugnant, decidensq; aliquis luto obuoluitur, ac fœdatur, aſſurgens q; reſperſus limo, turbam adriſum excitat. nemo tamen cadentem cadit, cadere enim cadentem nefas putant, quia ludicra pugna eſt, in qua ad perditionem non certatur: ſed ſatis eſt pugilis dececiſſe pugilem, nullumq; ex hac pugna odium oboritur. Obijt autem Syrus in ſuburbanis ædibus propè ciuitatem, ſitis, vbi ſacellum Diuis fratribus Protaſio & Geruaſio occulto dicauerat, ad quos quidem fratres ſibi amicos antequam Mediolani paterentur, dum in vinculis eſſent, in memorata Domitiani perſecutione Iuuentium ſuum deſtinauerat, vt eius hiſtoria probat. Sedata deinde poſt multos annos Chriſtianorum procella, translatum Syri funus ab eo ſacello intra ciuitatem fuit, & in Cathedrali templo egregiè collocatũ, ſacellumque illud in ampliorem formã inſtauratum, receptum eſt intra Ciuitatis ambitum in poſtrema eius amplificatione, Geruaſij & Protaſij nuncupatione perdurante, Syriq; imago in fornice templi porta ſuperfixa ob eius rei monumentum, etiam in præſenti cernitur, & translationis dies à Papienſibus profeſto habetur.

De Ticinenſibus Epiſcopis poſt Syrũ conſtitutis. CAP. VIII.

PROCVRATO Syri funere Ticinenſes abſtinendum tantiſper ab Epiſcopi electiõe cenſuêre, donec Domitiani Imperatoris furor deferbuiſſet: dimiſſiq; ea ratione Lemellinatibus, ac Laguribus, ciuitas ſine Epiſcopo quieuit vſque ad Domitiani interitum, cui ſuccedens in Imperio Nerua anno (vt dixi) nonageſimo octauo, nullo odio Chriſtianos inſectatus eſt. Securitate igitur ſub huius imperio Chriſtianis oblata, creatus à Ticinenſibus Epiſcopus Pompeius fuit, cui non opes, aut genus ſed probati mores, populi ſuffragiũ conciliauerant. Is anno ſalutis humanæ centeſimo & quarto ſacerdotibus aſſumptis, vniuerſam Dioeceſim peragrauit, adiecitq; Ticinenſi Eccleſiæ alia Liguriæ caſtella, quæ poſt Aſtam ciuitatem conditam in eius finibus comprehenſa fuêre, ſed Ticinenſis interim Dioeceſis, iuriſq; remanſêre, vt Coſtileola in qua hodie Aſinaria familia antiqua nobilitate dominatur, Cortaſonium vbi Pelleta gentis ſplendor viguit, Tegulæ etiam eiuſdem iuris ſed amplioris dignitatis ſunt, vt ſuo loco patebit, in quibus inſignis claraq; Montaphia familia magnificam ſedem habet. Omitto alia in quibus ditionem tantum (vt aiunt) ſpiritualem Ticinenſis Eccleſia exercet, creuitq; in immenſum ea ætate Chriſtiana religio. Quod quidem incrementum nonnullũ poſtea Chriſtianis detrimentum attulit, ſuſpicione ſub Traiano, Nerua ſucceſſore oborta, ne quid ipſi per ſectæ conſpirationem aduerſus Romani Imperij maieſtatẽ molirentur. Qua inualeſcente ſuſpicione, tertia edicta fuit Traiani iuſſu Chriſtianorũ clades, in qua Anacletus Romanus Pontifex ſupplicio affectus interijt. Compeſcuit deinde Chriſtianorũ eadem Traianus lege lata, ne Chriſtiani ex ſolius Iudicis imperio inquirerentur, ſed ab accuſatore delati, aut Dijs ſacrificare Chriſti religione reiecta, aut capitis pœnã ſubire cogerentur. Moderatior aduerſus Chriſtianos Adrianus Imperator Traiano ſucceſſit, permiſitq; vt accuſati Chriſtiani, conuictiq; duntaxat caputis rei eſſent, nullo alio adhibito ſupplicij genere, quo antea interdũ vſi ad impietatẽ cruciabantur. Nec deſtitêre propterea mali viri Romanos Pontifices religionis crimine reos facere, quaſi religio ipſa crimen eſſet, traditiq; morti ſuno ſub Adriano Euariſtus, & Alexander Romani Pontifices. Diuerſa apud Ticinenſes ratio fuit, nemine Chriſtianum dogma impugnante, neminem q; etiã religionis cultores deferente: quod quidẽ delatoris nomen, ac munus in quacunq; cauſa, infame apud Ticinenſes habetur. Curata igitur ſua Dioeceſi Pompeius, ab humanis exceſſit anno à partu Virginis Centeſimo & decimo ſeptimo, cui ſucceſſit in Eccleſia moderanda Iuuentius (de quo diximus) doctrina conſpicuus: eoq; ſacra curante inferior Liguria pars Placentino agro finitima ab Arena Oppido vſq; Ruuiscallã in Apennini latere ſitam vnà cum pluribus vicis, caſtellisq; Chriſti fidem ſuſcepit, ac Ticinenſi Eccleſiæ, & ditioni ſe coniunxit. Eſt autem Arena oppidum iuxta Padum infra Ticinenſium, vbi Padi trajiciendi opportunitas ſumma adeſt, ferunt que aduerſus Iuuentium in Ticinenſibus oppidis erudiendis occupatum, Porphyrium ducem cũ militum manu prodijſſe, vt Epiſcopum è medio tolleret, ne ipſa religio latius ſerperet. Exiuit Iuuentius obuiam aduenienti duci, molliq; oratione allocutus hominem, animi ferociam primo congreſſu deliniuit; mox dixit ſe non ſua ſed Dei præcepta edocere. Porphyrius autem viri modeſtia, ac innocentia longo ſermone perſpecta, Epiſcopum ſine iniuria dimiſit, interdixitque tantum ne in poſterum ad populos (vt iam cœperat) concionabundus prodiret. Veritus igitur Epiſcopus, ne per eius prædicationem perſecutio, & cædes in populos excitaretur, abſtinuit concionibus, & familiari tantum ſermone in in abditis locis bonos in fide continuit. Secutiq; eius veſtigia ſunt alij Ticinenſes Epiſcopi ſucceſſiue creati poſt annum Centeſimum & quinquageſimum quartum, quo deceſſiſſe Iuuentius ſcribitur, nullo alio confecto negocio, niſi populis in ſuſcepta fide & religione firmatis: quibus quidem temporibus ſæpe Imperatorum iuſſu Roma, & alibi in Chriſtianos ſæuitum eſt, præcipuè Seuero imperante: circa cuius imperium Criſpus Niger Ticinenſis Epiſcopus conſtitutus fuit: qui aperte concionari veritus, alio labore, ac ſtudio Ticinenſes ſouit. Nam rerum publicarum adminiſtrationem complexus, populũ ad ciuitatis ornamentum excitauit, ſuæſitq; in primis oportunum fore vias Ciuitatis lapide ſternere, fluminis ripas infixis altiuis palis munire, ne facilis incremento, ac raptu euadere ab aluco effractis ripis poſſet, docuitque iuxta

fluminis

fluminis latera in locis humilioribus aggere firmari, tellure in altum congesta, vt intra aggeres concluſa, prædia tuta eſſent, fluuio inundante, ac preciosiora fierent. Pontem inſuper Ticinum eminus iungendum eſſe ad ciuitatis decus, & commodum dixit: atque dicto populus audiens fuit, & opus perfecit, vt ſequenti capite referam.

De Ponte Ticino impoſito.

Cap. IX.

CRISPO Epiſcopo huius nominis primo hortante: populus Ticinenſis lapideum pōtem in Ticino fluuio edificauit, circa annum Ducenteſimum à Natali Domini. Diſtabant eo tempore muri ciuitatis à ponte, & à fluminis ripa ad iactum lapidis, extantq; ipſius antiqui muri monumenta in domo Salaria, & apud ædes Diui Theodori, & Diuæ Agathæ diſtantiam quam ſcribo atteſtantia. Addere etiam ad rei confirmationem libet, quòd Gothis Ticinum occupantibus Belliſary milites Ticini fluminis pontem ab vrbe ſeparatum tranſierunt, Felice Mediolanenſi equite eorum ductore à tergo relicto: quem poſtea ſubſecutum Gothi ab vrbe, egreſſi citra pontem, ideſt, inter fluuium, & vrbem interfecerunt: quod omnes Gothica hiſtoria ſcriptores referunt. Quæſitum hoc loco à peritis hiſtoriarum fuit circa pontis ſtructuram, derivata ne Ticini aqua in alterum alueum, quē vulgus Granalonum vocat, prius fuerint, ad maiorem operis facilitatem, an vero in ipſis aquis locata pontis fundamenta ſint. Reſpondeo ex ijs quæ mea ætate vidi: Deriuari, auertiq; Ticini aquam ab antiquo & vrbano alueo in ſuburbanum alueum Granalonum dictum prorſus nequeunt, quod tentatum magnificentiſſimo apparatu à Franciſco Gallorum Rege, anno milleſimo quingenteſimo & vigeſimo quinto fuit, hyeme Ticini aquas eo tempore quam maxime cogente (ſerena enim hyeme Ticinus à natura anguſtior fluit) Ille igitur ſummus Rex deſperata ciuitatis expugnatione, vrbem obſidione cinxit, nauiculari ponte fluuio ſupra vrbis ſitum propè Sanctum Saluatorem compoſito, vt commeare hinc inde milites poſſent, biniſq; deinde exactis menſibus ciuitateq; obſidionem conſtāter ferente, aggreſſus eſt Rex fluminis diuerſionem, ratus auerſo flumine facilius ſibi ab eo latere expugnationem patere, vbi muri in plano ſiti, nullius foſſæ munimine præcinguntur: ſtamuris poſtratis, armati Equites inuadere Vrbem per ruinas poſſe videbantur. Innumero itaq; columnarum numero triplici ordine deſixo, atque fricato, vrbanum fluminis alueum obſtruxit telis lineis, cānabeisque liquefacta cera imbutis in ſingulis columnarum ordinibus, mirabili arte diſpoſitis, atque coniunctis. Auerſus quidem illo opere curſus fluminis in alterum alueum fuit, veruntamen non ſunt exiti: anita aqua ab vrbano alueo: redierunt ſcilicet aqua ab inferiori parte, vbi vterq; alueus ante ciuitatem in vnum coit, redierunt inquam, & redundarunt in vrbanum alueum, & durante ciuitatis longitudine, & amplius alui fundum operuerunt, ita vt ad ciuita-

A tem expugnandam ab eo latere hoſtium Rex, vt opinatus fuerat, patuerit aditus aquārū altitudine aggreſſuram impediente. Aquarum igitur exinanitio in ponte conſtruēdo fieri ab antiquis non potuit, alui fundo ſuapte æqualitate ab inferiori ora aquas reſumente. Alia itaq; ratione, alioq; opere quàm per deſiccationē alui pilarum fundamenta locata fuere, quàm quidem rationem, artemq; à peritis ſcriptoribus perquiſitam, & non agnitam aperio. Acuūntur in cuſpidem ab vno capite alta, rectaq; columna, & ab eodem capite terrentur igni, vt durior cuſpis fiat, ſingulis deinde B columnis in duobus lateribus per longitudinem inſecatur ſcalpro rectiſſima inciſura ad tabulas, ſiue aſſeres recipiendos apta. Figuntur poſtea hæ columnæ ſuo ordine tabularum menſura quam maxime obſeruata, ita vt inter ſingulas duas columnas tabulæ commiſti in lateralis columnarum inſectione poſſint, figunturq; columnæ manuali machina adhibita, in qua ingēs malleus, Hircus vocatus fuit deductus, demiſſusq; figendi opus perfecit. Inter fixas columnas compinguntur tabulæ C ſuo quæq; ordine, & loco in lateribus, vbi inciſuræ fabrefactæ ſunt. tabulæq; à ſummitate columnarum per incīſuras demiſſæ infra impelluntur: quibus tabulis ſub aquas deſcēdentib. alia ſuper imponitur, qua malleo aut clauſa adacta inferiores tabulas ſeriatim inferius detrudunt, & ad fluminis fundum comprimunt, atque diſtringunt, vno videlicet, & eodem ictu ſuperiori tabula admoto ſingulas tabulas per compagines cōtinente. Atque hoc modo à quatuor lateribus peritiſſimi fabri caſtellum ex trabibus, & tabulis in flumine cōD ponunt, eo in loco, vbi pilæ pro pontis fundamento locandæ ſunt. Quo caſtello compoſito terram poſtea intrò conijciunt iuxta tabulatum ad obſtruendum interuallum ſi quod extaret inter fundum fluminis, & infimas tabulas, quod euenire poſſet ex fundi inæqualitate. Hoc opere perfecto plures tubas ſiue fiſtulas ad extrahendum aquas in caſtello collocant, quæ tuba eſt inſtrumentum ex quatuor tabulis quadratò comiūctis compactum, cui immittitur tabella haſtæ confixa, quæ per impulſionem, & deductionem prompta manu fiE ctam educit aquas ex caſtello per tubæ meatum ab imo ſurſum, perinde ac ſi quis aquam ex vaſe per ſufflatorium extraheret. ſufflatorium, vel conflatorium appello inſtrumentum longiuſculum in cuſpidē deſinens ex electro fabrefactum, deductile lignum continens: cuius quidem ligni deductione aqua per cuſpidis foramē ſiue fiſtulā ab imo ſurſum trahitur per ſpiritus obſtructionem. Hæc tuba ſiue fiſtula aquæ immiſſa ex parte, & ex parte ſuper aquā inclinata p immiſſilis tabellæ tranſductionem cuiuſlibet excepta interius aquam, F aliamq; recipiunt ſtatim emouendam, vſque ad caſtelli exinanitionem. Intra quod caſtellum aſtare viros oportet breui cimba inſidentes, qui aquis exeuntibus explorent iuncturas tabularum, & vbi penetrare aquam per rimas deprehenderint, ſtupa, aliaue materia remis immiſſa obturare meatus neceſſe habent, vt aquarum exinanitio intra Caſtellū fiat. ſed Angelus Taliata Mirandulanus mihi in eo oppido agenti formas parietalium tuborum oſtendit, quibus putabat fieri poſſe, vt ſpiritu tantum attraherentur aquæ, atq;

desinerent, hominis manus semoti tantum operante. quod an perfecerit ignoro, nota enim, visaq; scribo. Exinanito castello si humus altius egerenda fuerit, erit architecti indicium: sed nostrates palos præacutos, igneque ambustos in fundo figunt, & solo æquãt, postremo superedificant quadrato marmore, aut saxo superlocato: opereque Castelli summitatem superante, intervallum implent humo, intervallum videlicet, quod est inter castellum & pilam, ne excrescente flumine, aquisque castellum superantibus muri iunctura detrimentum ante obductionis tempus sentiant. quò enim diutius castellum circa pilam duraverit, & pertingi abundis pilas prohibuerit, eò durabilior muri compago erit. Hæc est ratio ædificandi in flumine, in qua Antonius Gallus Ticinensis, me puero, quàm maximè excelluit. Minimè tamen pons Ticini, quem hodie videmus, ille ipse est, qui ædificatus sub Crispino Episcopo fuit: sed diuersus ab eo tempore, & autoribus. Nunc redeo ad ea quæ fidei firmamenta sunt.

De inuicta Christianorum fide
Cap. X.

MAIOR semper Christianorum Fides, atque cõstãtia quàm clades, & perturbatio in vnoquoque seculo probata est, præcipuè in hoc de quo scripsimus tempore, quod à Seueri Imperio, ad Flauium Claudium fluxit, quem constat Imperatorem factum anno ab ortu Domini ducentesimo & septuagesimo primo, Maximo Episcopo viro innocentissimo, & eximio Ticinensibus præsidente. In hoc enim septuaginta annorum interuallo, à tribus Imperatoribus Christiana Ecclesia, siue congregatio acerrimè exagitata fuit, aliis Imperatoribus Alexandro, Gordiano, & vtroque Philippo minus acerbè in Christianos sæuientibus. Primum enim post nefarias Seueri, & filiorum leges in Christianos latas, tetrum illud eximit Decij Imperatoris edictum, mandans Christianos vbiq; gentium sine Iudicis decreto impunè tolli, atque aboleri: Valeriani deinde impietas in Christianos excitata multa virorum millia funeri dedit, ceciditque postremò ipse in Persarum manus ex diuina vltione, vt ab Imperij maiestate, & fastigio corruens, captiuitatis probrum, dedecusq; subiret. Galieno quoque Valeriani filio improbè imperante, nusquam extra Romam, Mediolanumq;, & alias Metropoles Vrbes tuta sedes Christianis patuit. Rapti passim ad supplicia miseri, & innocentes fuêre, vno proposito liberationis remedio, vt Deũ abnegarent fide, ac religione reiecta. Illi contra in tot constituti angustijs, per mortis aditum, atq; contemptum, fidem ac religionem obseruare, & in fidei confessione occumbere maluêre. Quorum constantiam admirata posteritas didicit in fide stare, tormentisq; resistere: non quidem corporis viribus reluctando, sed patientia, animiq; magnitudine, quam Paulus merito longanimitatẽ appellat, supplicia perferendo. Claudio deinde Imperium administrante, minus atrocitas in Christianos cœpit, creuitq; maior credentiũ numerus quam antea in persecutione decreuerat. siue quod morte præuentus Claudius sæuire in Christianos nequiverit, siue ex alia causa Christianorum perturbatio cessauerit. Constat enim Dionysium Pontificem sub Claudio Roma diẽ suum obiisse, nec antecessorum suorum exemplo neci affectum fuisse. Duravit autem tantis per credentium incrementum, etiam sub Aureliano Claudij successore, quoad ille bellis occupatus ab Vrbe abfuit. Ex quibus quidem bellis, quod in Italia tantum circa Padum gessit, referam. Aurelianus in Germania aduersus Suenos, & Sarmatas bello occupato, Marcomanni quorum longè à Danubio sedes habuêre, quiq; Marco Antonino imperante, excitis finitimis Pannoniam infestauerant, repulsiq; ab eo intra suos limites conquieuerant, coacto in vnum agmine per Heluetiorum fines Insubriam petiêre, & vsq; in Flaminiam euagati, Aurelianum à Germania in Italiam euocauêre. Qui triplici congressu eos fregit, fugauitq;. Primo ad Metaurum fluuium: altero ad Placentiam, tertio in Ticinensi agro: belloq; in Germanos cõfecto Aurelianus, & capta in Asia Palmyra Vrbe Zenobiaq; eius regina in triumphũ deducta ex prospero rerũ successu elatus, ad ecium, & ad Christianorum eadem conuersus est, Felicẽq; Romanum Pontificẽ Dionysij successorem, & alios interimi iussit. Minor deinde impietas in Aureliani successoribus fuit vsq; ad Diocletiani imperiũ, qui omnem animi atrocitatẽ in Christianos fudit, nam Imperator factus circa annum octogesimum septimũ supra ducentesimũ colipro Deo volunt: à quare cum Christiani refugerẽt per viginti fermè annos eos cladibus affecit, templa solo æquauit, libros cremari, & incendijs perimi iussit, fideiq; monumenta labefactare, atque abolere conatus fuit. obstitit tamen eius furori, atq; nequitiæ bonorum virtus, qui ab illa clade euadentes ab hominũ cœtu exularunt, dispersiq; per solitudines, & horrida loca hùc, atq; illùc intrusi, reconditiq;, vitã morti similimam traduxerunt. Quo quidẽ in discrimine recẽsendo, meditandoq; dissentio prorsus abijs, qui scripserũt ex diuina vltione eã cladem Christianis illatam ob tyrannidis ambitũ, qua sacerdotes eo tempore laborabant. Ego verò contra respondeo: Quisnã ambitus, quanam Tyrannis fingi in sacerdotio potuit, in quo appetẽdo, & exercendo apertũ vitæ discrimẽ plurimorũ exẽplo versabatur? Ità quid peccarũt delubra, quid libris quid sacerdotij expertes homines, quid demiq; imbecilles fœminæ ad supplicia abstractæ? Sed heu nimis à pietate aberrarũt Platina, & alij, qui hæc temerè scripta retulerunt! Dissimilitudo morũ non autem Christianorũ ambitio in causa fuit, viguit sciliceſ in illius temporis Principibus impietas, ambitioque diuini nominis sibi ipsis arrogandi. Nam adorari, & pro diuis vocari etiã viuentes voluêre, eaq; de causa diuinos honores Christo Deo, & Homini deferri vetuêre, Christianosq; ideirco nefaria iussa abnuentes necauêre. Qui enim Dei cultum, & religionem odit, odisse etiã bonos tanquam sui dissimiles suapte immanitate solet, præcipitiq; arbitrio bonorum perditioni studet. Talis Diocletianus, vnusq; & alter eius successor fuit: sed ne singulorũ improbitatem efferam, ad alia tempora properabo. Persecutionis licentiã, impunitatemq; compescuit lex lata à Maximino Imperatore Christianorũ carnifice, qui morbo correptus, corruptusq; desperata salute statuit

Chri-

Christianis liceret in posterum suis ritibus, suisq; institutis impunè vivere. Centulis securitatem legi, Christianisq; Constantinus Helena filius Imperio potitus anno (vt quidam aiunt) trecentesimo & trigesimo nono, patior a scriptores notant, trecentesimo & quarto decimo, Syluestro in Petri sede, mopsoq; versante. quo quidem anno quieuere à supplicijs Christiani viri, ac fidei confessione in sua quisq; prouincia extulere. Flectuant igitur Christiana classis, non pelago procellis, aut fluctibus, sed humano, id est suo sape fœdata, ac demersa cruore, annis ducentis ferme & octoginta à Domini nostri IESV CHRISTI obitu, vsq; ad Constantini Imperium: ex quib. quidem annis postremi Christianis super humanas vires exitiales fuere, omnibus penè huius nominis viris, ac mulieribus ab oppidis, & vrbibus procul exulantibus. Latuere tum etiam Ticinenses Episcopi, Sacerdotes q;, ac populares, deterritiq; supplicioru genere, atq; atrocitate, pars Alpium iuga Comensibus finitima petijt, pars in Apennini lateribus è regione vbi Scaffina amnis, Staphora vulgo dicta, fluit, abditas mansiunculas posiit: extat q; hodie ingens lucus montis superciliu, ab Oriente, & ab occidente tegens, sub quo est specus vasta amplitudinis, mira diuerticula, ac latebras continens, vbi latitasse Ticinenses Sacerdotes, aliosq; montani perhibent, qui Cacimani vocantur. Veni tandem Romanorum Imperatorum sanctiam, ac potestatem Christiana virtus, atq; per patientia diuturnitatem fides sua vexillum in alto statuit, Deoq; æterno religionis trophæum confractis idolis erexit. Templa tum maxime sublimia Dei imperium, ac gloriam attestantia, Romæ, & in vniuersa Europa & Asia edificata fuere, in quibus crux olim probro habita, conuerso dedecore diuinis honoris gratia locata fuit, vt memoria Domini nostri, qui in ea pependit, in sacris ædibus conspectior haberetur. Illis insuper summis viris, qui per diuersa supplicia antea vitam duxerant, egregium honorem rependere posteritas non destitit, eorum patientiam, atq; constantiam, tum picturis, tum etiam literarum monumentis recensendo, ac representando: firmataq; tandem tam longa temporum serie, totq; virorum angustijs, ac cladibus, Dei optimi religio in orbe fuit, Italia ipsa, Romaq; præcipuè persecutionum acerbitatem quam maxime subeunte. Lætare igitur Europa, quoniam æterni Dei sedes atrium, atq; delubrum tuorum virorum præstantia effecta es. Luge tu Iudæa, atq; Ægypte, quæ Diuinitate non agnita eiecisti Regem apud te natum, atq; versatum, Regiq; ipsi insignem latronem prætulisti. Lugeant, fremantq; Tartara, quoniam nostra fide, atq; constantia conculcata iam diu sunt idola, & summi Dei maiestas mortalibus patefacta. Qua quidem in re animaduertendū tibi ipsi Europa est, ne temere aliquando amissas, quod tanto nostrorum maiorum studio, & labore, ac etiam sanguine paratum habes.

De Ecclesiæ fluctuatione, post Constantinum. CAP. XI.

QVIEVIT Christianum genus, cremiq; in immensum annis triginta, quibus Constantinus imperauit, quo quidem tempore extulit sese extra bonorum cætum Arius sacerdos Alexandrinus, turbatoque Ecclesiæ statu post Constantinum in Romanum Pontificem, aliosq; cum eo bene sentientes irrupit: negans Dominum IESVM CHRISTVM Deo patri consubstantialem in Diuinitate esse. Eoq; errore imbutis, commotisq; pene vniuersis Orientalib. dissensione inter Christianos fecit Ariana secta in Græcia, & Asia constituta, quo quidem Ario miserabiliter defuncto, secta tamen suscitata manauit, eoq; progressa est, vt super triginta annos partim sub Constantio, partim sub Iuliano Imperatore, Christianos variis cladibus affecerit, Felice secundo Romano Pontifice in exilium misso, mox interfecto. Diuisa itaq; illo errore Christiana Ecclesia fuit, aliiq; Ariani dicti sunt, alij Orthodoxi, id est, Rectiscy (longe enim præstantius appellari Rectiscyum quis rectè sentiens potest, quam Orthodoxum: Doxa enim opinio est, qua differt à scientia, vt notat Hippocrates de arte, iis verbis: Duo sunt, scientia, & opinio, quorum altera scire facit, altera ignorare) Duraui hæc miserrima temporum, ac religionis calamitas vsq; ad Valentinianum Imperatorem, qui Rectiscyus fuit, & vndecim annis imperauit. Valente deinde fratre solo imperante Ariana opinione infecto repullulauit eius fauore excita eadem hæresis, diffusaq; per Græciam, & Asiæ partem, & Italiam, Mediolanum etiam tabefecit: qua demum lamus serpente hæresi, nullo tum principe tantam erroris labem compescente, alia quoq; hæreticorum secta insurrexere, bonisq; reiectis, ac in exilium depulsis, Christianum gregem deterritis pastoribus, id est, Episcopis inuasere, Gothis etiam in eum errorem traductis, Athanarico eorum Rege bonis aduersante, mortemq; ex ea causa suis inferente. Illa igitur tempestate afflicti plures egregij, ac clari viri, atq; peremptis fuere: alij delapsi ab vrbibus solitudines petiere, solis Hæreticis in Ecclesia dominantibus, & sacra profanis suo arbitrio commiscentibus. Medium huic Hæreticorum licentia, atque furori attulit eiusdem Valentis Imperatoris pœnitentia, paxore potius quam religione inducta, qui Gothis in Thraciā tum irruentibus occurrit rus Orthodoxæ fidei viros ab exilio reuocauit. Eoque deinde Valente in eadem Thracia Gothica pugna occiso, fugatoque exercitu, & Græcia à Gothis direpta, simul etiam Hæreticorum fauor, vna cum Græcorum opibus desit, restitutaque rectè sentiendi, ac dicendi libertas religiosis fuit (Hæreticis tamen in suis sedibus, moribusque manentibus) anno à partu virginis octogesimo primo supra trecentesimū, Gratiano in occidente Imperium administrāte, cuius mater Iustina Græca fœmina pro viribus suis Arianos non destitit (vide quò adigatur Orientalis dominatio, quando Græca fœmina Ecclesiam Dei infestat, atque deturbat) Arianis igitur, & religiosis hominibus sub Christiano nomine diuersa sentientibus, & in eisdem vrbibus confusè versantibus, exorta est nobis tandem Valentiniano imperante humana lux tenebras repellens, ac ignorationis caliginem à credentium mentibus, oculisque detergens, Ambrosius

Mediolanensi Antistes, à quo depulsa primum in Occidente Arriana doctrina, atq; contrita fuit, illeq; tanti operis ergo, aliisq; meritis clarus non solum inter Diuos, sed etiam inter quatuor Catholicæ, id est; vniuersæ Ecclesiæ Doctores relatus est. In Oriente quoq; plura lumina ea ætate enituerunt, vt Gregorius Nazianzenus, & Epiphanius Cypriæ Salamine Episcopus, aliiq; qui Hæreticorum nebulas, & docendo, & scribendo pluribus in locis dissipauêre quidem, minimè tamen Ambrosij exemplo funditus eradicauêre, Orientalibus multis in fidei rectitudine titubantibus. Ad vnitatem itaque Christiana Ecclesia reducta in Italia tantum ea ætate fuit magnorum virorum laboribus, atque periculis, anno ferme nonagesimo supra trecentesimum Theodosio imperante, ac Christianam fidem optime colente, cum antea ferè quinquaginta annos in fluctuatione, dissensione q; iactata fuisset. Meminerint qui hæc norunt Antistites antiquorum patrum exemplo, religionis nomini, vitæ integritatem, & literarum peritiam addere. Nihil enim efficacius adhiberi ad errantium correctionem, conuersionemq; potest, quàm magni viri perspecta probitas cum doctrina coniuncta, inepteq; ad alterum emundandum composito sermone accedat, quisquis moribus immundus fuerit.

De Mediolanensis Ecclesiæ dignitate.

Cap. xii.

NEMO Mediolanensibus maiorem dignitatem attulit, quàm Ambrosius ex Proconsule Antistes constitutus. Quamuis enim vrbs ipsa populi nobilitate, ac frequentia, & rerum ferè omnium copia, & varietate insignis esset, sedesq; Proconsulis, & interdum Imperatoris fuisset: ea tamen omnia sæpe humanis casibus comminuta, & funditus etiam euersa fuere, ipsa semper Ecclesia tam in maximo quàm in minimo ciuium suorum cœtu, ad nominis sui amplitudinem repullulante, ac aliis finitimarum ciuitatum Ecclesijs præsidente, vna tantum excepta Ticinensi Ecclesia, in qua Mediolanensis Antistes nullã autoritatem habet. Cætera itaq; finitima Ecclesia, cum Mediolanensem superiorem haberent, iuraq; plurima, & præcipuè appellationes ad eam referrent, certoq; limite Apostolica lege præscripto, eius Antistitem quam maximè obseruarent: polluto tamen Arriano errore Mediolanensi Antistite, vna cum pleriq; nobilioribus valde ab antiqua existimatione Ecclesia ipsa prolapsa est, iacuitq; infirma languente capite vsq; ad Ambrosij electionem. Quo demum viro in Arrianos (vt retuli) insurgente, errorem q; à ciuium mentibus discutiente, restituta in pristinum illius virtute, ac doctrina dignitas Ecclesiæ fuit, ac etiam in maius creuit. Ille enim summus vir horas canonicas ad æterni Dei gloriam indies recensendam hymnis, & cantionis interpositis, ac sacrosanctum matutinum sacrificium, quod Missam vulgus nuncupat, tam religioso ritu, ac ordine instituit, vt nullus Romanus Pontifex eius instituta abrogare, aut commutare tentauerit, cum omnes alia Cathedrales, & Metropolitanæ Ecclesiæ celebrandi morem postea à Romana Ecclesia traditum passim susceperint, solo Mediolanensi Clero in Ambrosiano ritu permanente. Ab Ambrosio igitur in Mediolanenses hæc gloria, ac dignitas Ecclesiæ emanauit, quæ mille & centũ quinquaginta annos vsq; ad præsentem diem in vsu fuit. Quibus quidem seculis clarissimi viri antiqui generis, atq; splendoris ipsi Ecclesiæ præfuerũt, præcipuè ex Turriana ac Vicecomite familia: quarũ altera videlicet Turriana triginta fermè annos Mediolani dominio ex populi assensu posita fuit: eoq; deinde per aliquorum proditionem amisso à Patria profuga in Venetos, & Forosulienses domicilium transtulit, vbi nunc etiam prisca nobilitate pollet. Vicecomes autem quomodo ab Archiepiscopatu per Othonem administrato circa annum millesimum ducentesimum & octogesimum ad vrbis dominationem irrepserit, & quibus initijs, atq; artibus coniunctum, tunc tum Ecclesiæ dominatum ab ea separauerit, atque in Ducatus nuncupationem transtulerit, repetito Romani Imperij nomine, atq; suffragio, ea ætate apud plurimos Italiæ populos in oblitionem verso, & ipsa Ecclesia à dominatu ciuitatis deiecta, longa est historia, in aliud tempus, locumq; reijcienda. Sed omnium priorum Pontificum tempora vna Atestina gens, vulgo Estensis dicta, Ferrariæ domina transgressa fuit, Archiepiscopalis dignitate supra septuaginta annos, ab vtroq; Hyppolyto perpetuata. Iis igitur amplitudinibus illustrata Mediolanensis Ecclesia, tanquam principum sedes effecta est, recenseriq; inter clarissimos Principes, Mediolanensis Præsul suapte honorificentia solet. Cur verò eiusmodi dignitate præditus ipse Præsul in Ticinensib. ius non habeat quemadmodum in pleriq; aliis finitimis Ecclesijs explicabo.

De Mediolanensis & Ticinensis Ecclesiæ, siue Præsulis contentione.

Cap. xiii.

ELATI Ambrosij dignitate nonnulli Mediolanenses Antistites ab Ambrosij moribus longè dissimiles, subijcere sibi Ticinensem Præsulem, gregemq; constituere existimantes, ea ratione qua alia finitima Ecclesiæ Mediolano suberant, similiter etiam nostram Ecclesiam gregario iure subigendam esse. quorum conatibus restitit Ticinensis Episcopus, req; in litem traducta coram summo Pontifice Mediolanensi Archiepiscopo in hanc fermè sententiam responsum fuit, quod mihi Jacobus pater ciuilium rerum curiosus lectitasse se in antiquis patriæ libris ante Gallicam depopulationem retulit, repetensq; senilis more sæpius, quæ mihi adolescenti iam edixerat, omnia ferme ea verba memoriæ meæ impressit: Si Mediolani dignitas, atq; amplitudo, rerumq; opulentia spectanda est, non solum Ticinensis populus, Ecclesiaue, sed quicquid inter Apenninum, & Alpium iuga cœlo subest Mediolanensium nobilitati adijciendum est. Verum enimuero cum Ticinensium religio in Dei gloriam, & Romanæ Ecclesiæ decus

decus prior enituerit, priorq; suis oppidis lucem dederit, ac per omnes fortunæ casus, rerumq; angustias fidei constantiam exhibuerit: nulla vnquam pollutæ hæresi, fallacijsq; seductæ deijci à loco, & sede sua Ticinensis Ecclesia non debet, ob immensam postea Mediolano superadditam dignitatem: cuius temporis ordo, ac natura legem præscripsit, vt ad futura, & non ad præterita porrigi, & extendi dignitas eius Ecclesiæ postea attributa possit. Porrò igitur, cum Ticinenses Romanam Ecclesiam ab origine religionis suæ pro capite, & principe habuerint solo ciuitatis suæ Episcopo intermediato, cur nunc quæso Mediolanensem Antistitem interponi sibi, seseq; ab Ecclesia Romana suo gradu amoueri sine causa patiantur? quod minimè quidem passuri sunt: quia quod eius Ecclesia per antiquissimi temporis continuationem publico iure adhæsit, euelli ab ea repentino motu ad alterius dignitatem amplificandã, nulla ratione decet, & quod fieri non decet, à Pontificio actu quàm maximè abesse oportet. Quare aut Ticinensibus ius Ecclesiæ seruandum in eo statu est, sola Romana Ecclesia ei præsidente, aut retexere ab instituto suis populum, atq; à religione & fide reuocare necesse est, quam ergo sacrosanctam Petri sedem hactenus habuit: vt vni tantum Mediolanensi Præsuli mos geratur, qui si forte antecessorum suorum exemplo in hæresim relaberetur, polluere omninò Ticinenses, vtpote viciniores eadem ambitione conaretur. Quod quam indignum dictu, audituq; futurum videatur, ipsa Romana Ecclesia iudicare dignetur. Commotus ijs rationibus Constantinus Romanus Pontifex Cardinalium annuente collegio, Mediolanensem Antistitem curare, quæ sui iuris erant, censuit: Ticinenses porrò subesse tantum suo Episcopo, ac sedis Apostolicæ iure suo permisit. Quo quidem iure sedis Romanæ adeunde absque alicuius Metropolitani interpositione hodie etiam Ticinenses vtuntur, tam in suo quàm in Ligustico tractu eis coniuncto, alijs finitimis ciuitatibus vnà cum Cremonensi Ecclesia Metropolitano subiacentibus. Atque hæc sanè in re sit ciuitatis dignitas, cuius est Ecclesia, ad Romanam sedem relata spectanda est, dignior omninò ipsa ciuitas probatur, quæ sui tantum Episcopi interuentu Romano Pontifici iungitur, quàm illa quæ præter proprium Episcopum etiam Metropolitanum superiorem patitur, distans a summo Pontifice per alterius interpositionem. Finis hic nostræ contentionis fiat, de quæ alibi. Nunc quæ quinto sæculo secuta sunt, id est, post annum quadringentesimum quo Romanum Imperium in Italia corruit, referenda sunt.

BERNARDI SACCI
TICINENSIS HISTORIAE
Liber Septimus.

De Italiæ Excidio.

CAP. I.

IVGVBRIS mihi oratio ineunda esset, flebilique stylo repetendum Italiæ excidium, quod non tàm humano consilio, aut casu, quàm diuina prouidentia hoc sæculo patratum fuit, Italicis iamdiu animis, moribusq; ocio, luxuque corruptis, nimiisq; iccirco, nimis in religione, & virtute labantibus. Sed cum diuina à nobis pro dignitate ornari nequeant, meaq; scribendi facultas humilitati assueta humi tantum serpat, commodius existimauimus nudo, patrioq; sermone rem aggredi, tria ab alijs scriptoribus parum scitè explorata inquirendo. Primum, qua ex causa, quoue maiorum nostrorum tanto scelere ira Dei in Italiæ exitium adeò exarserit, vt vniuersa fermè, paucis exceptis locis, tradita hostili ferro, aut fuerit fuerit? Alterum, quibus nam modis Italia ipsa, olim potentissima, eo tempore viribus hebetata, & denudata, ad ea mala patienda ita suo statu parata fuerit, vt ignobilis vnius cuiusq; gentis iniurijs, direptionibusq; patuerit? Tertium, cur ignoti penè populi, ab extremis oris commoti ad eam inuadendam sese effuderint, potiusquam illustres Reges, ac nationes, antiquarum rerum gloria longè celebriores? A primo itaq; exordiendo, animaduerto vnum præcipuum præceptum humano generi à natura ascriptũ esse, quod est, VTERE tibi ipsi insita ratione. Ratio autem est mentis rectitudo, bonum, malumq; discernens, quo quidem bono agnito, aut hærere illi, aut ab eo declinare, nostri arbitrij, & potestatis est. Suadet quidem ipsa natura bonum rationem proponens: Dissuadet contra nostra mortalitas, sine infirmitas, carnis onere depressa, ipsum bonum, vel laborem pertæsa, vel concupiscentia illecebris, ac voluptatibus seducta. In huiusmodi igitur natura, & carnis colluctatione, ac dissensione positus homo, propriæ voluntatis arbiter, & moderator, si ratione vsus fuerit, bono adhærens, humanæ naturæ munus fasq; implebit, consummanitq; fidei, & iustitiæ actum. Quæ quidem iustitia fidei coniuncta, dicta à Iuris scriptoribus fuit constans, perpetuaq; hominis voluntas tribuendi vnicuiq; quod suum est. In quam sententiam Paulus etiam Romanis scribens, idem præcipit ijs verbis: Reddite ergo omnibus debitum, cui tributum, tributum, cui timorem, timorem, cui honorem, honorem. Quisquis igitur alteri ius suum tribuerit, vsus rationem erit. Porro autem cum humana natura à diuina formam, statum, atq; elementorum communicationem sumpserit, ergo Diuinitati referre honorem & gratiam status sui debet. Rectè sanè debet, sed quis quæso honor? Quæ demum digna gratia haberi, redditq; à mortali viro, Deo æterno vniuersorum Domino poterit? vnus scilicet supremus adorationis honos, vnaq; Diuinæ maiestatis reuerentia, atq; confessio: quã antiqui Iuris scriptores Religionem vocant, & Iuris gentium, id est, ipsorum hominum propriam esse, probant in libro primo Digestorum, De Iustitia & iure, lege secunda. Cum itaque Dei religionis honos, ac reuerentia humanæ naturæ iuris, vinculoque debeatur, videamus an hæc religio ab Italicis populis præstita D E O fuerit. Respon-

Respondeo, quam minima quidem in eis fuit, quod ex temporum ratione probabo: Quadringenti exacti erant anni ab ortu Domini nostri IESV CHRISTI, cum imperare Arcadius, & Honorius, defuncto Theodosio, cœperunt. Qui quidem anni à Petri, Pauliq3, & Ioannis aduentu in Italiam, trecenti, & quinquaginta erant, quibus patefactum palam Dei verbum, atq3 Apostolica tuba populis annunciatum fuerat, vt omnes homines prisca ignoratione omissa, scirẽt vnum esse Deum, tam Christianorum attestatione, quàm etiam suis miraculis clarum. In his igitur trecentis, & quinquaginta annis, si tempora recenseris, quibus habitus in Italia publico cultu Deo honor fuit, vix sexaginta annis viguisse religionem diuersis collectis temporibus inuenies. Reliquis seculorum partibus publico contemptu in Dei dedecus, ac detestationem versis, bonisq3 omnibus, qui aspirare religioni deprehensi fuerant, in exilium, aut in vincula coniectis. Non solum itaque boni, maliq3 mensura impar erat, pregrauante malo: sed longè etiam dispar, triploq3 maior populorum iniquitas, in tanto annorum spacio succreuerat. Atq3, quod est detestabilius, adorationis honor, qui soli Deo impendendus erat, nefario Principũ ac populorum assensu, ipsis Principibus attributus fuit, Diuiq3 illi non solum post fata, sed etiam dum in scelerum feditate viuerent, appellati sunt, Deo ipso palam posthabito. Quam quidem transgressionem nequaquã excusabilem facit, ipsa olim Imperatorum potestas, ac dominatio in terris habita: quoniam cum populis, militibusue collibuit, vel leui ex causa plures Imperatores, aut veneno, aut ferro perempti sunt: velut Nero, Domitianus, Ælius Verus, Commodus, Ælius Pertinax, uterq3 Antoninus Seueri filius, Alexander, Maximinus, Gordianus, uterq3 Philippus, Galienus improbitate notus, & alij: qui ferè omnes pari astu, aut casu excipi, & mactari tuendæ religionis causa iure & meritò potuissent, si religio populis cordi fuisset. Ingrata igitur Deo illa tempora, ingratiq3 populi, ingrati Duces, & milites, ac religionem pertesi claris rationibus probantur. Quibus plura adiycere argumenta possem eandem impietatem, ac irreligionem attestantia. Sed ne in re clara superflua conferam, duo tantum attingo exempla ab aliis scriptoribus relata. Cum sub Honorio, ludi gladiatorij Romæ fierent, Thelematius Monachus, rei feritatem à Christiana pietate abhorrere cernens, admonere populum spectaculo intentiorem cœpit, increpatione etiam religionis causa adiecta: quã agrè ferens populus uno impetu hominem contrusit, nemine quidem in tanta turba ab integra uita uiro periculum arcente. Contra Symmachus insignis Rhetor in Christianam fidem temerè insurgens, publicè concionari in populo ausus fuit, nostram omninò religionem tollendam, & idololatriam repetendã, pluribus etiam editis epistolis: cuius uesania à Romanis magistratibus impunè perlata fuit. Addo etiam aliud à scriptoribus relatum, præsertim à Paulo Diacono libro tertio rerum Romanarum: audita Rome Gothorum in Italiam irruptione infremuisse in Deum turbas, horribili uoce ipsum execrantes, & à CHRISTI cultu ad mania simulacra abeuntes. Quem quidem à religione in idolatriam relapsum longè grauiorem Beatus Petrus existimat, quàm si quis prorsus ab initio Deum non agnouisset, iis uerbis in secunda Epistola scribens: Si enim refugientes mundi inquinamenta per cognitionem Domini nostri, iis rursus implicati succumbunt, facta sunt in eis posteriora deteriora prioribus. Melius sanè erat illis non agnoscere uiam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti. Paulus quoq3 ad Romanos scribens, inexcusabiles probat esse gentes circa Dei agnitionem, dicens: quod cum cognouissent Deum, nõ sicut Deum eum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis. Hæc ergo à Deo promissa in Italia publica religionis reiectione, iure ille quidem ac merito succensuit nostris maioribus, triaq3 eis bona, in quibus excelluerant, lenta manu, ac potestate ademit, atque hæc ipsa tria externis gentibus in nostrum improperium contulit: Virilis prolis multiplicationem, atque præstantiam: Imperij sedem ac potestatem: & Principum prudentiam, ac magnanimitatem. Quibus quidem tribus subtractis bonis, simul etiam gentis decus concidere necesse est. Et in primis virilis prolis defectus sub Marco Imperatore usus fuit, dum Marcomannis tumultuantibus militum delectus in Italia habitus esset, frustraq3 Imperator Italos milites conquisiuisset: cuius causa seruitia, & gladiatores armare, & extra Italiam milites conscribere necesse habuit: transferriq3 paulatim ex uirorum inopia belli gerendi ratio, & exercitatio in peregrinos Duces, & milites cœpit: denudataq3 eo modo suis auxilijs, suoq3 antiquo robore, ac militari disciplina Italia fuit. Et sicut olim ante patefactum mortalibus Christiane fidei lumen, Italicum genus innumerabiliter creuit, pluresq3 colonias, & urbes condidit, atq3 replenit Deo ipso antiquorũ simplicitati, ignorationiq3 nõ aduersante, sed potius errantiũ infantiũ more paterna ratione miserante (Nisi enim nostri erroris misertus fuisset, quomodo à nobis ipsius erroris caliginem abstulisset?) ita ex aduerso postea fides, sinceritate agnita, eademq3 reiecta uirorũ multiplicatio, atq3 præstantia destitit, Italiaq3 ab incremento in declinationem uersa, diuino numine irritato, procubuit, magni fluminis exemplo: quod arefacta cœlesti indignatione terra facie fontibusq3 aquarum ubertate exinanitis, in exiguum cogitur, ripisq3 relictis per medium alueum exilis unda elabitur, nomenq3 tantum sine aquarum copia habet. Et quod olim iumenta à uado, & transitu fluctuum uiolentia arcere assueuerat, nunc durante ariditate pecudibus etiam tutum ingressum, atq3 egressum pacatis fluctibus præstat, ac sine murmure silet. Similiter ferè Italia ceruice deflexa ab antiquo honore ex uirorum inopia cecidit. Alteram deinde plagam ab Imperij sede mutata accepit. Dum enim Imperatorũ statio Romæ fuit, magistratus, præfecturæ exercituũ, aliiq3 honores, aut Italicis uiris, aut iis qui omninò Italici iuris erant, deferebantur. Hinc rerum publicarum peritia: hinc potestas, dignitasq3: hinc imperij maiestas, ac firmamentum in ipsa Italia erat, tueriq3 sese Imperator in Imperio nulla ratione poterat, nisi Italia simul eius armis in tuto posita. Quo quidem

postea

postea Imperatore in Orientem sedem transferente, exterris illis honoribus, illisq; præsidijs infelix Roma fuit: illaq; olim Senatoria amplitudo, multiplexq; virorum numero equestris ordo. Item Tribunitia potestas, insignisq; Iurisprudentissimæ præfectura, & vtrunq; demiq; fori auctoritas, atq; frequentia quasi exauctorata iacuit, atq; elanguit, & prorogatio, & exercitationes, turpe ocium, atq; desidia forum, vrbem, maritimaq;, ac mediterranea passim occupauit. Nullus tum in Italia tutus locus: nullum fortitudini relictum præmium: nullum virtutis incitamentum patuit, creditaq; sæpe Roma vni, aut alteri Duci, siue Præfecto, tanquam prouincialis vrbs, quæ prouinciarum domina erat, temerè ab Imperatoribus fuit. Quam quidem translationem minimè ille inconstans animi, viteq; Constantinus fecisset, si suos Roma Fabios, Metellos, Cornelios, Scipiones, Marcellos, Gracchos, Catones, Claudios, Brutos, Cassios, aliosq; similes in vita, statuq; habuisset. Sed diuino hac numine (vt dixi) Imperij administratio, sedesq; Italia adempta fuit. Atq; vt ipsa translatio nobis etiam infelicior foret: nec omnino Assyrij Regis somnium in somnium, recideret secuta post translationem eiusdem Imperij diuisio fuit. Quam olim Iulia prudens mater Bassiano, & Geta filys lachrymis eloquia interturbauit, Occidentalisq; Italica pars appellata fuit, sola nuncupatione finem Italico domino minitans, atq; portendens, quasi ad Occasum veris, atque destrudi indicaret, quicquid Italia commodi esset, & ex qua demum diuisione contigit, vt vtraq; pars infirmior facta, concuti etiam facilius, labefactariq; potuerit, quam si vtraq; pars in antiqua rerum suarum mole, ac vnitate constitisset, vt antea inuicta constiterat. Caruitq; nihilominus Roma post eam diuisionem plerunq; sui Imperatoris præsentia, & cum Occidentalis Imperij caput esset, ipsius Imperatoris sessione rarò potita est. Supremum tertio loco bonum in malum commutatum ad Italiæ profligationem refero, Principum solertiam in imprudentiam, ac socordiam versa. Quam quidem imprudentiam, si explicauero, longè fortasse imprudentior ero, cum plura pateant de ea re volsegnina. Sed colligam tantummodo rei euentum. Residebant post Theodosium in Imperio Arcadius & Honorius vterq; impubes, vterq; rerum expers, atq; ætatis lubrico suis Ducibus, atq; Præfectis contemptibilis, longè ab Italia, atq; à prouincijs, in quibus rebellandi periculum versabatur agentes. Octauo igitur anno eorum imperij Gothi, olim Visigothi nuncupati, Romani Imperij stipendiarij stipendio eis temere subtracto, necessitate acti in Thraciam rebellarunt, & nonnullis Imperatorum Ducibus è medio sublatis Alaricum sibi Regem constituerunt: Pannoniamq; ingressi nullo Duce, nulloq; exercitu obuiam facto Danubium flumen trayciunt, & per Noricum iter, ac prædam facientes Illyricum petunt. Iamq; Italiam sine sanguine & puluere manu tenent, atq; hospitio premunt: Padoq; traiecto circa Rauennam consistunt. Quid referam hoc loco immissum postea in Italiam Stiliconem, infido exercitu longè perfidiorem: qui fraudibus struens remorando, potius quam præliando in triennium bellum distulit, vt Italiæ exitio potius quam auxilio esset. vna sententia singula perstringam, nihil in tempore, nihil maturè ab Imperatore actum fuit. At opportunè quidem Gothi sibipsis, & opportunè nobis profligato Imperatoris exercitu, Italiaq; potiti, Romam semel atq; iterum diripuerunt, anno ab ortu Domini IESV CHRISTI quadringentesimo, & duodecimo. Romanorum ergo potentia mille centum & septuaginta annorum diuturnitate in tanta rerum amplitudine constituta, vnius anni spacio Gothis succubuit. Magno quidem aterno Dei consilio, vt nostri illi maiores diuum numinis contemptores, contemptibilibus olim gentibus, sinisq; stipendiarijs subijcerentur: & qui diuina fides, ac iustitia legem a natura sancitam detrectauerant, mercenariorum hominum iussa, & direptiones, iugumq; subirent. Mirabilisq; illa Italiæ subactio Gothico tumultu perpetrata, visa fuit, quam si præclari, atque antiqui nominis Reges Romani Imperij sceptrum deiecissent: quoniam humana fortasse potentia, & arte, prosperoq; belli euentu deuictam Italiam ab extimis Regibus vnusquisq; censuisset. quæ quidem opinio in Gotherum gente, victoriaq; cessauit, illius inopia, atque vanitate perspecta. Ignoti quippe illi, immanesq; extra suas regiones, circa Caij Iulij Cæsaris Imperium fuere: ignotaq; similiter antiquis scriptoribus causa fuit, cur aut quo tempore Gothi ipsi, siue Daci, siue Getæ fuerint appellati sint, quod quidem verbum Germanicè bonos significat. Primaq; eorum celebritas fuit post Christianam fidem promulgatam: quam ij maximè qui Visigothi nuncupati sunt, ab initio egregie tenuere, rerumq; tandem successibus, & virorum numero, ex robore freti suis egressi finibus, varijs casibus, & stipendia (vt dixi) & alimenta ab Imperatoribus recepere. Electis igitur illi veri, immissiq; fatalis numine ad Romanorum consternationem fuere, vt vnde minus ab initio pertimescendum fuerat, inde postea exorta vis diuina prouidentia nutu, concussa Romanus vires ab infirmioribus, præter naturæ ordinem comprobaret, & deiecti Imperij gloria DEO ipsi potius quam Gothorum impia caderet, vt omnino cessit. Et nisi aliquãdo Romanorum imperitatio concidisset, sceptri quidem æternitatem sibi soli Roma, & non diuina potestati arrogasset. Duravit autem in Italia Gotherum euagatio, atq; licentia circa triennium, deinde pactione cum Constantio Honorij Duce facta, Italica præda emissis in Galliam abiere.

De Hunnorum, aliorumq; in Italiam eruptione, & Venetiæ vrbis initiis.

CAP. II.

STVDEANT qui prouinciis præsunt, externos arma circumferentes a suis finibus procul arcere, ne intra terminos admissi incolis detrimentum ferant: neue etiam exauctorata prouincia abeuntes, aliis finitimis audendi suo exemplo, ac diripiendi facultatem præbeant. Quo quidem exemplo incitari quam maximè prædæ inhiantes constat, quod

quod nobis Gothorum recessus ab Italia probat. Quorum depopulationibus fama pervulgatis erexêre sese in diripiendi studiũ eorum exemplo Hunni, qui circa ea tempora numeroso diuersarum gentium exercitu in unum coacto Galliam invaserant. Aetiq3 Imperatorij Ducis virtute repulsi in Pannonia fractis viribus constiterant. Anno itaq3 trigesimo quinto postquam Gothi Italia excesserant. Attila, siue Atilius Rex Hunnorum contractis undiq3 Ostrogothorum, Herulorum, Gepidarum, & aliarum Septentrionalium gentium auxilijs, Italiam Duce, ac milite destitutam, invasit, Valentiniano Imperatore tunc Roma trepidante: primoq3 impetu Forojulienses populos dissipat, Aquileia longa obsidione capta, atq3 prostrata, & omni Circumpadana regione direptionib. exhausta. Quæ quidem secunda Italiæ plaga contigit circiter annum quadringentesimum & quinquagesimum, duravitq3 supra triennium, gentibus illis etiam in Ethruriam impetum vertentibus. Sed compescuit Attila feritatem Leo Pontifex humilis oratione ac prece elatum Regis animum demulcens, ac religioni summittens. relicta igitur in vastitate, & luctu Circũpadana Italia, illi gentium nimbi incruenta victoria, predaq3 potiti in Pannoniam ab eorum incolatu Vngariam dictam redière. Sub idem tempus, quo Hunni, aliiq3 Septentrionales in Italiam sese effuderunt, Venetia vrbis initia Blondus Foroliuiensis reponit, in libro singulari de origine ipsius vrbis, à quo dissentit Sabellicus libro primo octauæ Enneadis, scribens eius vrbis initia fuisse sub annum quadri gentesimum, & vigesimum primum. quæ quidem quæstio leuissima est: cũ Vrbis structura ad gentem, gens verò ad originem in ipsa regione habitam apertissimè referatur, vt secundo libro explicaui. Nec Venetes solum, aliiq3 finitimi Adriatico, eam vrbem amplificarunt, sed etiam Vicentini, Veronenses, Mantuani, Brixiani, Mediolanenses, & Ticinenses, vt idem Blondus enarrat, nulla Cremonensium mentione facta: cuius viri fidem secutus hoc tantum attingo. Magno honori illis omnibus ciuitatibus asscribendum esse, quod eorum ciues tãtæ vrbis ac Reipublicæ incrementa vna cum Venetis populis exercrint: Italia enim libertatem quantum in eis fuit, decusq3 & amplitudinem antiqua virtute, atq3 autoritate Deo propitio firmasse, non solum in terra, sed in ipsius maris superficie mirabiliter videntur. Indicium quoq3 ea res & idem scriptor facit, eos populos inter Circumpadanos nobilitate, & virtute quam maxime fuisse conspicuos, cum recepti à Venetis eo tẽpore in ipsius Vrbis communionem fuerint: cuius quidem honoris nulla Cremona pars competit, quæ subdita diu Venetis, dominij autem particeps nunquam fuit. Atq3 ad historiam redeuns, Leo Pontifex Romam reuersus haud diuturna vrbis tranquillitate potitus est. Nam hæreses in primis plures in clero, deinde nobilium dissensiones in populis Romæ, & Rauennæ, quæ se Romanæ Ecclesiæ aquandam existimabat, pullulauêre. Quibus innalescentibus Valentinianus Rauennæ, vbi stationem firmauerat, occisus fuit, Maximo eius cædis impulsore subinde Romanam ditionem occupante: & quod inhumanum fuit, violentis nuptijs Eudoxiam Valentiniani vxorem sibi coniungente. Quo quidem homine fœdè imperante, longè fœdior à Vandalis consecuta plaga fuit.

De Vandalorum rapinis.

Cap. III.

VANDALI Germanici generis viri innumerabili multitudine Galliam ingressi, in Hispaniam etiam penetrâuêre. Deinde magno rerum successu sub Genserico Rege Ariano dogmate infecto, in Aphricam traiecêre, Romaniq3 imperij prouincias tum ferro, & obsidione, tum etiam dolo & fraude, atque perfidia subegêre: acceptisq3 sub hoc tempus nuncijs de Maximi tyrannide, in Italia occupanda, & de violẽtis Eudoxiæ Regiæ matronæ nuptijs, ac Italorum inter se Principum æmulatione, magna rerum celeritate Vandali classe delati in Italiam ruunt, Leone Pontifice nequicquam illis, Genserico q3 illorum Regi obuiam eunte. Spreuit impius Rex Summi Pontificis cõgressum, atq3 imparatam vrbem aggrediens omnia diripuit, sacra profanis miscens, inuoluensq3, & captiues ciues non solùm ex vrbe, sed ex Latio, & Campania, excisa Capua, populatim abducens, ipso i primis Maximo in Tyberim deiecto, quem Vrsetus Romanus in eo tumultu occiderat. adeo sine Italorum consilio, aut manu raro Italia excidium patitur. Tanta igitur, ac insigni præda onusti Vandali, Roma desolata in Aphricam redeunt. Tertia autem hæc Italiæ illatæ plaga fuit circa annum CCCC. & LVI. à partu virginis. Quæ quidem in re mirari licet, quibus rerum vicissitudinibus Italiæ opes consumptæ fuerint. Attila enim Circumpadanos depopulatus; Romanis, aliisq3 eorum finitimis pepercit, vnius Leonis oratione commotus: Genserico contra, Leone reiecto, Romanos, finitimosq3 laceravit: & Circumpadanos, quos Attila spoliauerat, intactos reliquit. Et ita alternis depopulationibus, atq3 excidijs infelix Italia fatali ordine per partes lacerata, & deformata fuit. tanta adeo eius opes erant, vt à pluribus nationibus diripi eas semel atq3 iterum eodem seculo oporteret.

De Alanis ab Italia depulsis, & Richimeri facinore.

Cap. IIII.

AMISSIS sub idem fermè tempus plerisque Occidentalibus prouincijs, Romani Imperij pars Occidentalis dicta, à rerum amplitudine, & frequentia ad angustiam, & solitudinem redacta fuit. Minimeq3 eot attrita malis, Italia requieuit. Sed Vandalis abeuntibus in Alanorum manus, qui Biorgum Regem secuti per Athesis fluminis anfractus, & vallium fauces in Italiam euaserant, recidit: adeo vni inflictæ plagæ altera confestim adiecta fuit. Hi autem gentes in Transpadanis regionibus inter Abduam, & Histriæ fines agros populantes sedis diuturnitate caruêre

ro, Richimere Ducetum Seueriani Imperatoris exercitu obuiam facto, ac prælio circa Benacum lacum commisso: in quo Rege amisso, Alani vnà cum auxiliaribus copijs dissipati effugere circa annum Domini nostri sexagesimum supra quadringentesimum. Quiescente{q3} tum Italia ab externorum insultibus, tumultuari suorum Principum, ac Ducum dissidijs in Romano Imperio cœptum est, Richimere Circumpadanorum Præfecto in Anthemium Romanum Imperatorem eius socerum arma mouente: quorum Principũ motus Epiphanius Ticinensis Episcopus morum præstantia insignis, utrique{q3} gratus pacis studens in pacis fœdera conciliauit. Nec tamen ea pax diuturna fuit, Richimere regnandi ambitione pellecto, affinitate posthabita, bellum exinde aduersus eundem mouente, in quo victor, socerum iam abdicato Imperio, priuatam vitam Romæ agentem necì dedit, ac deinde ipse morbo correptus, parricidij pœnas diuina vltione pertulit. Perpende hoc loco rerum successus, breuique{q3} sententia singula in vnum collige. Repulsi Alanos Richimer, vt Romam liberam ab externis gentibus, ipse deinde soceri sui sanguine fœdaret, ac postrema eius impietas fraterna neci, Vrbis initio patratæ, sceleris immanitate responderet, alinsque{q3} etiam in eum illud Satyricum aptissimè verteret:

Paterno extremi maduerunt, sanguine muri
Cum patris loco socer habendus erat.

De Italico tumultu ab Epiphanio Episcopo sedato.

Cap. V.

PRÆCIPITI hoc tempore lapsu Romana res ad interitum declinauit, diuisione in Italia circa Imperatorem eligendum inter populos exorta. Rauẽna enim Exarchatus titulo magnificata pluribus finitimis excitis in Roma dignitatem cornua impulit, inuitisque{q3} Romanis Lucerium, siue Glycerium, olim Senatorem suum Imperatorem edixit, Gundibare, siue Cunthibaro Italici exercitus Duce eis fauente. Quod indignè ferens Leo Constantinopolis Imperator per Nepotem Patricium Romanos tuentem, Glycerium ab Imperio deiectum, ad Sacerdotium detrusit: qua re commotus Cunthibarus pro Rauennatibus aduersus Romanos copias eduxit. stetit ex aduerso Nepos Romanis fretus. Succensi ira vtrinque{q3}, Itali arma parant, atque{q3} ad sua excidia satagunt. Quod audiens Epiphanius Ticini agens iis verbis ingemuit: O nimium tui oblita, & futuris nescia Itala natio, qua de Imperio breui tempore abolendo, contendis, & in arma ruis. Exurgens{q3} extemplo naui delatus Arimini{q3} petit, deinde ad locum in Flaminiæ finibus, vbi castra erant, adueniens ab vtroque{q3} Duce precibus impetrauit, vt statuto loco ac tempore pacifici ad eum audiendum pro communi re, & dignitate adesse vellent. Quibus condicto die vnà cum proceribus suis conuenientibus, Epiphanius omnibus prius salutatis ità effatus dicitur.

Epiphanii Oratio.

NVNQVAM magis alieno tempore, aut casu oriri in Italia contentio, ac bellis prouocatio potuit, quam in præsenti, Principes clarissimi, Italia ipsa recenti adhuc strage languente, ac hominum, & rerũ inopia laborante. Quo quidem in malo curando, atque{q3} leniendo, cum magna recreationis spes in vestra virtute, ac prudentia sita esset, nunc vobis Principibus dissidentibus, vestrisque{q3} exercitibus ad mutuam perniciem irruentibus, omnis nostra spes euanuit, recedereque{q3} a nostris vrbib. illa optata recreatio visa fuit: contraque{q3} prospe, desperatio: pro hominum salute, perditio: & pro rerum nostrarum instauratione suprema astructio, atque{q3} calamitas pertimescitur. quoniam tã ex vestra vtriusque{q3} Ducis, gentisque{q3} præstantia, quàm ex incerto belli euentu exploratum est, neutrum aduersus alterum sine suorum cæde confligere, & neutrum omnino incruenta victoria potiri posse. Quod quidem malum à vobis, vestrisque{q3} gentibus amoliri DEO propitio cupiens, supplex ego vtrique{q3} amicus ad vos veni, supplexque{q3} vtrumque{q3} oro, per Italiæ salutem, qua vestro consilio, & non dissidio credita fuit, per vestrorũ parentum coniugum, & natorum lachrymas, qui in vos solos spectant, elatisque ad cœlum palmis pacem implorant, & suis fletibus desolationem ex futura pugna reformidant: denique per summi, atque æterni Dei iussionem pacem mandantis, vos compello, simul obsecroque, vt vestra corpora, & bona, à ferro, & vt seruetis intacta, viribusque{q3}, & armis omissis, quicquid inter vos statuendum est, ex iure & æquo statuatis. Communis enim hæc causa est, ex qua contentio circa Imperatorem eligendum oritur. In qua quidem communi causa communem pariter & æquam esse oportet populorum conditionem, quibus ferendi suffragij ius est. Neque ergo Romanis in Imperatore eligendo aliarum ciuitatum suffragia per earum oratores delata repellere, neque{q3} etiam Rauennatibus sibi ipsis Romanorum iura arrogare permissum est. Quæ quidẽ Romanorum iura sunt, vt Roma, & non Rauenna electio fiat. Ius enim, & æquitas suadet, vt communia populorum iura eo in loco in communione habeantur, in quo à partium quota vel discrimine in vnum coaluerunt. Qui locus Roma est. Nulla itaque ratione, nullo genium iure euelli ab vrbe Roma Imperatoris electio, & Rauennam transferri solo Rauennatum arbitrio debet, si iam probata atque antiqua consuetudinis lex seruanda est: quoniam Roma, & non Rauenna communis omnium patria constituta est. Quam quidem patriæ communionẽ si dissolueritis, aut ab aliis Italicis populis separaueritis, heu mihi, dimidiati antea per priorum Imperatorum diuisionem, Romani Imperij partem in alias rursus particulas dissecabitis, Romaque Romani, & Rauenna Rauennates electionem facere, Italiamque diuidere contendent, fietque Italiæ partis sectio. Quæ quidem sectio, & bipartitio quam perniciosa omnibus populis futura sit, præterita tempora ac bella probant. Nam si vniuersi Imperij amplitudo in duas tantum partes diuisa, magna ex parte communita externorum insultibus, & in angustum coacta

cernitur, quanto facilius si ad minutiores partes redacta fuerit, ab alienis labefactabitur? Qui quidem alieni, si liberè affari licet, nimis auidè, nimisq; impiè nos circumspectant, lynceoq; intuitu nostros tumultus obseruant, atq; expectant, & reliquiarum nostrarum direptioni leonina feritate inhiant, vt oblata occasione repente nos inuadant, obruantq;. Et quorum denique externorum insidijs vna vobis Italia Proceres via obstruenda est, vnusq; precludendus aditus videlicet, vt seditio à vobis absit, & vnio, atq; consilium subsit. Hac ergo tam clara, ac manifesta salutis vestra ratione in pace, atq; vnione consistente, & multorum malorum cumulo ex vestra dissensione oriturо flectere vos animos ab odio ad amicitiam, à contentione ad concordiam, & a virium nostrarum separatione ad vnionem opportunum est, ne contraria sectando tot oblata bona communi culpa amittatis, & simul etiam in vitæ salutisq; discrimen incidatis. Quod si neq; salus vestra, Italiaq;, neq; mea oratio, atq; deprecatio auertere vos à ferri violentia, manibusq; conserendis potest, ferrumq; distringere, ac vires experiri in humana corpora decretum est: vnum saltem corpus offerri vobis pro omnibus finite. Ecce me ipsum, vertite in me tela Itali, me me inquam ferro petite, atq; perimite, vosq; omnes saluos facite, vt vnius amici vestri funere, vna tantum familia lugeat, & non tota Italia vestro sanguine funesta fiat. Dixit postrema verba Epiphanius lachrymas fermè emittens, & in vtrunq; Ducem honoris gratia caput summittens. quo conticente stetere immoti omnes, silentiumq; tenuere. Tandem Cunthibarus in Epiphanium versus, sicut prior arma miserat, prior etiam Epiphanio assensit, pacemq; cum Nepote, & Romanis iniuit. Acta subinde gratia á Ducibus & militibus Epiphanio fuere, vnoq; ore celebrare eius pietatem atq; eloquentiam, vna voce laudare officium, ac eius præsentiam reuereri, admirariq; quod duobus exercitibus ad mutuam cædem paratis, & in conspectu positis, ille solo sermone arma è manibus vtrisq; excussérit. Diuina ziebant potius, quàm humana vis in eius verbis fuit, ita nos à bellis sententia ad pacem repentè deduxit. Hæc de Epiphanio exilis, ac perfricto stylo scripsit Paulus Diaconus libro sexto, primo & secundo capite, quæ seriosius retulit Flauius Blondus libro secundo prima Decadis: Sabellicus quoq; ne suas Enneades inanes huius viri celebritate esse sineret, eadem probat libro secundo octaua Enneadis. Sed nulla tam præclara vnquam virtutis actio in homine enituit, quæ inuidiæ, odijq; aculeos euitare potuerit, ita malum bono humana malitia suo sæpe consilio infundit. Pro pace enim odium Epiphanius in patriam retulit, vt infra aperiam.

De Rauennatum simultate in Epiphanium.

CAP. VI.

CVM omnes Italiæ ciuitates circa Adriaticum, & Padum sita pace recepta Epiphanium commendarent, sola Rauenna pacis causam agrè ferre visa fuit, aliquorum suasionibus imbuta: quod si Epiphanij officium non intercessisset, eligendi Imperatoris ius ab vrbe Roma omnino abstulisset. Hoc igitur sermone ab vno ad alterum perlato, vulgus sibi opinionem formauit, inclinasse Epiphanium in Romanos potius, quàm in Rauennates, pacemq; felicitasse: quoniam superiores in bello Rauennates futuri videbantur. Addebant sermoni alij in foro ocioso: quid mirum si Romanis amicior quàm nobis in pace suadenda fuit? Ticinensis genere est, cuius patria, neq; nostro principatui vnquam adhæsit, neq; Archiepiscopo Mediolani, cui finitima est, coniungi potuit: sed sola esse, solaq; videri sui iuris semper studuit. Increbuit rumor iste inter Rauennates ab ætate in ætatem, tandemq; non solum Epiphanium edisse, sed omnes Ticinenses eius causa cœpere, odio etiam in posteros transmisso. Itaque pro pace Rauennatibus parta, Epiphanius eorum simultatem in Ticinenses detulit, merstoque in hanc sententiam arguens aliquis scripsit: In vanum plerunq; laborat, qui aliena ciuitati obsequium præstat.

De Odoacris aduentu, & Romano Imperio sublato.

CAP. VII.

POST conciliatos ab Epiphanio Italiæ populos pax triennium fermè duraui, Cunthibaroque ab Italia recedente, Nepos audita Leonis Imperatoris morte, & Zenonis cum Basilisco circa Orientis Imperium contentione, Romanis fauentibus Imperator factus est: studensq; illis Galliæ prouincijs prospicere, quarum partes in Romani Imperij fide perstiterant, Orestem exercitui ad eam expeditionem comparato, præfecit, instructumq; dimisit. Orestes Rauennam ingressus, pertentatis ciuium animis, ab Exarchatu ad Imperium aspirantibus copias sistit. Augustuloq; filio Rauennatum tumultu Imperatore declarato, Nepotem inermem, improuisumq; repentina defectione inuadit, fugatq; ab Italia, & Imperij sedem Rauennæ figit, Vandalis a quibus metuebat fœdere coniunctis. Quæ quidem sedis mutatio nouitatis perturbatione, tanquam ignis scintilla in incendium creuit: & Italici imperij perdendi origo ex parte fuit. Romani enim ab Imperatoris electione, ac sede ab Oreste, & Rauennatibus eluſi, occulto consilio nuncios ad Nepotem in Dalmatiam mittunt, renunciantes se indignè ferre, Rauennates sibi ab Oreste prælatos, & seipsos contemptui habitos esse. Rogare igitur vt quoquomodo suam, & eorum iniuriam simul vlciſci studeat: ei rei se minimè defuturos. Nepos nihil spei in Orientalibus Principibus inter se dissidentibus esse cernens, ad Septentrionalium vires in Italiam pronas, promptasq; animum vertit, atq; eosdem nuncios Ciues Romanos, vt Blondus innuit, in Pannoniam ad Odoacrem Herulorum Ducem fama conspicuū, ire iubet, eadēq; illi renunciare suo nomine mandat, quæ sibipsi retulerant: addens etiam literas, ac præ-

preces, ne Romanorum postulata abnuat, neve po-
testatis Imperij occasionem intentatam relinquat: cum
puero Imperatore, Duceq; predatore, Italie imuso;
non tam bello, quam itineris, atque aduentus celeri-
tate dimicandum esse. Odoacer cum in adolescētia apud
Athilā militaret, nota Italia fuerat, nuncijs benignè
receptis, auditisq; in Imperij spem erectus est. Solici-
tatisq; Heruli, ac Turingis apud quos auctoritate pol-
lebat, in Pannonia finibus magnas copias parat, ac
se se Ducē ad intrudendam Italiam illis gentibus pre-
fectat. Iter in Germaniā nemine obsistente, deinde in
Italiam per Aquileiæ fines irruit. Panduntur Trā-
spadanarū Vrbium portæ Herulis, ab Aquileia iā-
dudum destitutæ, muris usq; ad Addua amnem, omniaq;
eorum rapinis sine contradictione, aut incolarū murmure patent. Illis longo agmine Addua in Landensi
agro traijciunt, audito; Oreſtis aduentu propè Lam-
brum amnem castra ponunt. Imprudens Oreſtes, qui
aut Herulis ad Addua ripas obuiam ire, aut subsistere
citrà Padū, hostemq; in transitu prohibere debuit, te-
merè se se Odoacri in Ticinensium finibus cum nouo
exercitu obuiat, non longè à collibus Diui Columbani
hodie occupatis. Odoacer ex aduersō Lambrū amnē in
superioris regione vado traiciēs, copiam dimicandi ex-
plicato exercitu Oreſti fecit, & immisso equitatu ad pu-
gnam prouocauit. Ille militum numero, & exercita-
tione inferior, suosque patere hostiū multitudinem, &
equitatum sentiens, castris se continuit, quibus insecu-
ta nocte relictis, intra Ticinum oppidum tumultuoſō
incessu sese recepit, magna copiarum parte in diuersa
dilapsa. Sub lucem Heruli vacua Italorum castra in-
uadunt, atq; euertunt, à qua re nomen incolæ indi-
derunt, campum Ruinatum, agreſti sermone, regio-
nem, vbi castra fuerant, appellantes, deinde circa
Ticinum vrbem excurrentes Heruli, oppidū, quod à
flumine tunc ad telis iactum distabat, corona cingunt,
atq; quadrangulata die ſō labore, ac certamine oppugnāt.
Itali consumptis missilibus telis, muros tuēri non de-
stitēre. Tum Odoacer incendio crematis portis, scalis
muros conscendere pedites iubet, equitesq; portas in-
uadere, singulis turmis phaleratis equitibus præmissis.
hoc igitur ordine, atq; impetu pugnam ineunt. repel-
luntur à muris Heruli, sed in portis pugnant atrocius
aquitas, ingeminatoq; prælio Odoacer multitudine fre-
tus, ac mistum vicissitudine suos recreat, pedites que
equitatui immixto ciuitatis portas in Septentrionem
versus, quæ latiores erant, ingredi tentat, pugnaq;
usq; ad noctem perdurāte reiectis ab equitatu ex por-
tarum limine Italis, Ticinum capitur, diripitur, at-
que incenditur, anno septuagesimo supra quadringē-
tesimum, Oreſte simul capto, atq; ad necē abstracto.
Hac Blondus, & Platina, & Sabellicus, alyq; pro-
bāt, ab Aretino Procopij traductore dissentientes. Cu-
ius autē momenti Ticini expugnatio, atq; excidium
fuerit accipe: Omnes Italiæ Vrbes, Venetia excepta,
terrore concussæ, Odoacris aduentu non expectato le-
gatos ad eū, & munera vltrò dedition facta emiserūt:
& Augustulus infamis Imperator abiecta tunica
delituit, Rauennatibus eius Imperij fautoribus non
expectato nuncio Odoacri se submittentibus. Roma
verò vltionis quam sollicitauerat compos facta, gratu-
labunda venientem Odoacrem excepit, regemq; Ita-
liæ coronā in Capitolio ornatum appellauit, Romani
Imperij nomine eo ætate abrogato, atq; sublato. Populus
itaq; Romanus, qui pullulante olim Patriciorū vir-
tute regnādi nomen in suis ciuibus inuisum habuit, at-
que abolenit, vt popularē sibi regimen constitue-
ret: nunc mutato studio, eademque virtute torpente, idem nomen in Herulo Duce instaurauit: at-
que hoc modo Roma ipsa Italiæ Imperij erigendi, ac e-
tiam permendi ergo fuit, Rauennatum irritata in-
iurijs. Tuq; infelix Italia, tuarum ciuitatum ambi-
tione demissa, antiquo honore amisso, alienū iugum sū-
bis, ac tu te perdendam, ac deuorandam externis gē-
tibus scieus, videnſq; tradis. Quanto autē satius fuit ce,
aut Romanæ, aut Rauennam sorte, vel aliorū popula-
rium suffragio Imperiū retinuisse, potius quam vtrā-
que simul libertatē, ac dominium amisisse. Quæ qui-
dem Imperij amissio, atq; abolitio Odoacris aduen-
tu patrata, malorum malorum seriem in posterum
Italiæ adnexit. Nam neque Heruli postea sine Ge-
thorum armis, neq; Goth, sine Longobardorum vi-
ribus euelli ab Italia, depelliq; potuere: adeò pede sē-
mel illato Septētrionalis vigor sedem sibi in nostris Vr-
bibus communierat. Disce ergo Italia, præteritis edo-
cta cāsibus, futura mala præuidere, & si potes euitare.

De Italico tributo, & Ticinensium restitutione.

CAP. VIII.

SVBACTIS plerisq; Italiæ populis Odoacer
Regio iure imperauit, vt tertiam fructuum in
nos singulos Herulis pro alimentis penderent, Ro-
manis exceptis. Quo promulgato edicto, Ticinenſes,
qui Vrbis suæ excidio superfuerant, conuocato nobi-
lium concilio Epiphanio suadente, de mittendis ad
Odoacrem legatis vnà cum ipſo Epiphanio statuerunt,
vt scirent an ille quem in expugnationis ardore inexo-
rabilem senserant, nunc ne restinctis ira incendijs pla-
tabilior post victoriæ gloriam effectus esset. Adeunt i-
taq; Odoacrem Regem tunc Rauennæ agentem Tici-
nenſes atq; Epiphanio verba faciente, hoc fermè mo-
do alloquuntur. Illa infelix Ciuitas, olim Ticinum
dicta, quæ desinit esse Ciuitas eximie Rex, vt per eius
excidium tuipſe Italiæ Rex fieres, has ad te Populi sui
reliquias, atq; hos suos mœrore attonitos vtres misit,
vt te Regem (aluteres, supplexq; oraret, quod cum tibi
fata tua virtutis meritò victoriam, Regnum, pacemq;
contulerint, tu quoque victoriæ meminisse velis: cu-
ius lex est, capta seruare, munimēq; eos perdere, qui-
bus belli fortuna pepercit: sacet adhuc nostra Vrbs (ut
scias) in eadem tectorum ruina, quæ te spectante fa-
cta fuit, nemo refectionem aggredi, nemo sua curare
usq; in præsentem diē tuam veritus indignationem tē-
tauit. Nunc verò cum Italiæ Rex sis, nostraq; omnia
cum nobis ipſis, tua dicionis subsint, præclarum tibi
futurum est vnius Vrbis instaurata, quam euersa do-
minium habere. Quod enim militaris manus demo-

lita fuit, nostræ calamitati, & tuorum fortitudini ascribetur: quod autem in posterum te permittente instaurabitur tuum dicetur, tuæque gloriæ, atque animi magnitudini attribuetur, quod in Regni solio constitutus instaurare Vrbem, quam deleuerat tuapte pietate insseris. Oramus itaque vt placeat clementiæ tuæ nos nostra excisa tecta sarcire, domusq; in quibus nati sumus repetere, atque Ciuitati nostræ formam, nomenq; restituere. Ad quod opus faciendum altera etiam à munificentia tua nobis indulgenda est gratia, vt ab Italico tributo tantis per immunes simus, quo ad nostræ Vrbis reflectionem ad statum perduxerimus. Dixit Epiphanius, cæteris ciuibus eodem actu in Regem honoris causa terra tenus genua inclinantibus. Surgere iussis Odoacer respondit: Permittitur vobis vestræ ciuitatis reflectio vnà cum publicarũ, ac priuatarum rerum cura, immunitas quoq; in quinquennium tribuitur, vt ciuitatis instaurationi commodius impendatur. Ite lati, & res vestras bono auspicio curate. Habuit gratiam Odoacri Epiphanius ciuium suorum nomine, soluensq; Rauenna Rauennatibus inuisus propè Ticinum redyt, congregatisq; Ticinensium reliquijs in diuersa dispersis, publica supplicatione peracta sacrificium celebrauit, ac diem condixit, quo populatim omnes conuenirent, ac patriæ suæ ruinas reuiderent. Dies fuit vigesimus quartus mensis Aprilis anni Septuagesimi secundi supra quadringentesimum, post Christũ natum, quando Epiphanius exili populo comite in Patriam suam rursus, ac situ deformem redyt, templumq; pollutum in primis purgare, ac reconciliare sacris rite peractis aggressus est, Deo holocaustum offerens in testimonium maiestatis eius, ac infirmitatis nostræ. Sua deinde singulos tecta ruderibus mundare, & reficere, vicinosq; iuuare edixit. Opere inchoato fama in finitimos euolauit, Ticinum refici, ciuesq; immunitate potiri: tum Padi accolæ in Ticinensium finibus prædia habentes, magno concursu affuêre vltrò operas suas subnectis nauibus præstare, succisam in siluis materiã importare, oppidiq; instaurationi incumbere non destitêre, plures etiam ex populi consensu destituta loca, & sine domino, aut hæde relicta occupauêre, refectaq; tertio anno pars ciuitatis, atque habitata fuit. Sed sub Odoacris Regno instauraritota ciuitas non potuit, Epiphanio finitimos ad incolatum euocante, quod alio loco aptius demonstrabitur.

A

B

C

D

E

De Ticini nomine in Papiam commutato.

Cap. IX.

FERVENTE instauranda Vrbis opere, rumor increbuit Ciuitatis nomen ob ipsius instaurationis memoriam mutari debere: satis diu (quis dixit) Ticini nomen nostra Vrbs mille iam diu exactis annis habuit, in quo meditando nimis rudes, ignariq; maiores nostri fuisse arguuntur: qui à prælabente amne nomen mutuati sunt, quasi illis rerum vocabula defuerint. Me si audieritis nomen inueniemus, quod nostra pietatis officia in Patriam restituendam paucis syllabis, posteritati attestabitur, & Ticini nomen aquis restituetur. Dic sedes nomen, alter. respondit ille Papia piorũ virorum patria, siue pia ipsa, id est religionis studiosa, patria elegantiorẽ demonstrationẽ refert, quam Ticinum: atq; hoc nomen antiquo honore refertũ est. fuit euĩ olim (vt audiui) à Romanis conditæ lex Papia. Renuntiat alter alteri inuentũ nomen aptissimũ, quo ciuitas in posterum nuncupari debeat? referunt significatũ Epiphanio, patribusq; aduenientibus. illi rei nouitate attoniti, nec assensere prorsus iunioribus, quibus labore oppressis morem gerere in re communi æquũ putabant, nec etiam aperte. Iuniores autem rati patres tacitè eis acquiescere, cum aperte nõ contradicerent, vno tempore voce sublata, Papia ciuitas nostra est vocanda exclamant. subdidit Epiphanius: cum vestro labore ciuitas ruinis vindicata formã assumat, vestro etiam arbitrio hoc nomen, Deo propitio in futurũ habeat, appellataq; exinde Papia à ciuibus, ab externis verò, finitimisq; dicta promiscuè & Ticinum, & Papia fuit. difficile enim est in populis vetus nomen, longo vsu mentis impressum repente abolere. Dubitat hoc loco Cremõensis scriptor, idẽ ne sit Papia, & Ticinum, addens nullam extare huius rei probatum scriptorẽ. sed ne istius dubitatio lucem veritati adimat, scriptores addo, perlege Flauiũ Blondum in tertio libro Decadis 1. scribentem, Symmachum, & Boethium Papiã relegatos fuisse, circa Gothorum tempus, ac Regnum ciuitatis nostræ nuncupationem commutatã ostendens: & Leonardus Aretinus Blondo lõgè antiquior, libro secundo idẽ sensit per hæc verba: Hi vt amici Gothorum Ticinum amnem apud Papiam &c. Ineptè igitur ille scriptor, ne dicam insciè Ticini commutationem à Longobardis factam innuit. Sabellicus similiter libro secundo quintæ Enneadis inquit: Est Ticinus maximus omnium fluuiorum, qui Padum influunt, deditque olim vicinæ Vrbi nomen, quam nunc mutata voce Papiam nominant. Idem libro septimo, Enneadis septimæ ait: Quidam ad Placentiam postremo dimicatum ferunt, alij ad Ticinum, quæ nunc Papia est. Tertia autem ciuitas fuit, quæ in plana Italia nomen commutauit. Bononia olim Felsina dicta: deinde Padua olim Patauium: tertia Papia. quæ quidem nominis mutatio in ciuitate liberi iuris est, vt inquiunt Iuris interpretes libro vltimo Codicis, de mutatione nominis.

F

De Theodorici aduentu, & Regno, & Papiæ amplificatione.

Cap. X.

PERTVLIT Italia Odoacris Regis iugum annos quatuordecim, in quibus militaris disciplina longa desuetudine in Italis exoleuit: quod etiam ipsi Odoacri postea detrimentum attulit. Perlata enim eius Regni fama in Orientis oras circa fines Pannoniæ, vbi Gothi ab Ostrogothia oriundi, sedes habebant, solicitatus Theodoricus eorum Rex Theodimeri filius,

Digitized by Google

tius, spectatæ virtutis vir, Gothorum vocibus, de
A inuadenda Italia consilium iniit, accedensq; ad Zenonem tum Orientis Imperatorem magnis precibus impetrauit Italiam sibi, suisq; Gothis in Regnum designari. Declaratus igitur Italiæ Rex Theodoricus fractis Gepidarum, & aliorum populorum iter impedientium obstaculis, in Italiam magnis instructus copijs euasit, Odoacremque vno, atque altero prælio ex Transpadano agro fugauit. Datur hoc loco à plerisq; scriptoribus vitio Italis militibus, qui à Circumpadano tractu Ostiliæ finitimo sub Odoacre militabant, quod
B in secundi prælij ardore, in Veronensi agro Herulos deseruerint: quorum desertionem nequaquam probans, addo Odoacrem nota dignum fuisse, qui tyronem militem, ex vicina domo repente eductum, nulla præmissa militari exercitatione, in aciem statuerit aduersus Gothorũ copias diuturna militia, ac itineris longinquitate, recentique victoria animatas. Si itaque ipse Dux imprudentia lapsus, sine belli ratione decertandum importunè putauit, Ducis errorem tyronẽ fuga auxisse consentaneum eius imprudentiæ fuit. Odoacre Cispadanam regionem suis præsidijs circa Padum tuente,
C Theodoricus Transpadanis Vrbibus receptis in Insubria cum exercitu hyemauit: spectatoq; Ticini Vrbis situ, ad propugnaculum constituendum aptissimo, ac ciuium animo in Herulos ob Vrbis suæ excidium infenso, & propterea sibi ipsi tanquam Herulorum hosti propitio, Vrbẽ nouis munitionibus firmauit, matre, & sorore vnà cum Gothorũ familijs, ac rebus in ea collocatis. quæ res amplificandæ duobus lateribus, ac instaurandæ ciuitatis subsidium fuit. Ticinensibusq; insuper perpetuam agri sui immunitatem tribuit. Epiphanio Episcopo in Regis amicitiã, familiaritatemque recepto, omnia procurante, vt omnes scriptores probãt.
D Ecce autem, Theodorico in Transpadanis circa Ticinum, Odoacre in Cispadanis circa Flaminiam se continente: Condibaldus Burgundiæ Rex à plerisq; scriptoribus, Gundobaldus dictus, cum exercitu per Heluetiorum confinia Italiæ finitima in Insubriam descendit, ratus inter duorum Regum, gentiumq; contentiones se opportunè prædam facturum, quod impunè fecit. Nam Theodorico inferiora oppida suis præsidijs muniente, cauenteq; ne ab Odoacre eo tempore mutari
E fierent, Condibaldus superiora Insubriæ loca præsidijs vacua, ab Addua amne vsq; ad Ticinum, sine discrimine diripiens, hominum, pecorũ, ac rerum prædam exto gressu in Burgundiam abegit. Liber igitur à Condibaldi suspicione Theodoricus, sciensq; Romanos ab Odoacre iam abalienatos esse, solosq; Rauẽnates vnà cum finitimis in eius fide stare, in Odoacrem arma
F vertere, ac belli euentum experiri statuit. Transpadanis itaq; populis in fide firmatis, instructo exercitu Padum traiecit, omnibusq; vrbibus à Placentia vsq; ad Bononiam per deditionem receptis, circa Rauennã vbi Odoacer aderat, castra posuit. Quo demum Odoacre & dimicationibus, & triennali obsidione fracto, ac Rauẽnam sub pactionibus dominij diuidũdi dedente, Theodoricus rerum potius est anno fermè octogesimo octauo post Christum natum præter quadringẽsesimum: Odoacremq; Regni æmulum, ne quid mo-
A liri in futurum posset, irritis pactionibus, vna tum suis proceribus e medio abstulit. Herulorum turba seruata, ac supra Taurinorum fines circa Alpium fauces relegata. A quib. post attritas Gothorum vires, conditum in planicie oppidum Herulencũ, hodie Verulenghum fertur. Colligo quæso lector rerum euentus: Orestes, qui Nepotem exercitu ab eo in fide accepto prodiderat, in Odoacris manus incidit: Odoacer verò qui Orestẽ captiuũ præter ius gẽtium Placentiæ occiderat, pariterè impiatate præter fides legem à
B Gothis occisus est. Adeo malis attributio, similis interdũ fato, in suum authorem regredi, alienæ etiam manus, scilicet, facinoris q; euentus, & vicissitudo, aptissimè in ipsos malos plerunque reflectitur. Illud quoque hoc loco memorabile est. Italiam Gothis, ex Visigothia Occidentalis parte oriundis, anno duodecimo post quadringentesimum succubuisse: eandemq; Italiam anno duodecimo ante quingentesimum, Gothorum iugo, ab Ostrogothia, Orientalis parte translato, colla subdidisse, suoque fato in exitiale nomen gentis, stempusq; recidisse, vt suis omnino stipendiarijs Romana maiestas subiaceret, ac subiectionis dedecore spreta religionis pœnas rependeret.

De Italiæ statu sub Theodorico, & diuina Vrbis Romæ electione.

Cap. XI.

QVÆ bene gesta sub Theodorici Regno fuerunt, rerum scriptores latè, & diserè retulerunt; atque orationis gratia illius Regis acta exaquarunt: qua verò minus perbelle perpetrata sunt, modis, paucisq; verbis perstringunt, rati longè præclarius esse cõmendanda commendare, quàm abhorrenda in memoriam reuocare. At mea diuersa est sententia: bonũ enim, & malum aqua lance in historia perpendo, plurimiq; facio, vt mala ipsa nostri maioribus illata pateſiant, simulq; etiam eorum causæ appareant, ne illiusmodi erroris deceptione capta posteritas præceps ruat. Nam malorum causas scire, & earum quasi antecessiones mente colligere, summa prudentiæ est: monemur enim aliorum periculo illa nobis præcauẽda fore, quæ præteritorum malorum initia, & fomenta fuerunt, quæq; antessores nostros in rerum detrimẽta pepulerunt. Potitus igitur Regno Italico Theodoricus, Roma quàm maximè applaudente, Rauennam sedem Regni elegit, ipsa munitissimè quidem spretæ antè externæ tu: quod latissimè Aretinus, & Blondus explicant, quos secutus Sabellicus mutatis verbis volumen confecit. Quærunt hoc loco Scriptores, cur Rauẽna Roma in Regia statuenda à Theodorico prælata fuerit? quorum sententijs adscribens meam quoq; addere historiæ aptum puto: Fato potiusquam humana ratione Theodoricum impellente Rauenna electa fuit, vt Italicum Regnum non ad externos translatum à Roma secederet, eiusq; secessu Roma ipsa liberior, vt ita dicam, aptiorq; paulatim fieret ad diuinum, humanumq; imperium in Petri Apostoli sede, ac Pontificatu conuingendum, stabiliendumque, quod quidem

Pontificale Imperium nunquam in eam autoritatis magnitudinem se se extulisset, si Italici Reges Roma cõsedissent. Diuina enim tantum, & non humana potestas Pontifici permissa fuisset, vt preteritorum temporum, & Principum historia probat. Dominus igitur Iesus Deus omnipotens, qui olim fugientẽ Petrũ ab vrbe Roma suis verbis Romam redire compulit, indicans illis verbis illoq; actu Romam sub Vicario sedem futuram, Italiæ Reges spiritus sui virtute à Roma abalienauit, vt ipsa tandem Vrbs, quæ dignitate aliis antecesserat; sacerdotalis Imperij tribunal aliquãdo fieret, vt facta est. Regia Rauenna collocata Theodoricus agrorum diuisionẽ, quàm Odoacer in multis Italiæ regionibus fecerat, & suis Herulis pro tertia parte fructuũ in possessionem tradiderat, Gothis veteranis viritim distribuit: cuius rei autor est Procopius libro primo, quẽ Aretinus sequitur. Quibus autẽ in regionibus huiusmodi agrorũ ademptio, Italicis populis ab Odoacre facta fuerit, aut quo seruato ordine minimè patet. Vnum tantum monumentum in Cispadano agro iuxta Ticinensiũ fines superest, Castronouũ oppidũ a Gothis conditum in ijs agris, qui Gothis post Herulos designati fuerant, vt eorũ cultura commodius vacarent. Qui quidem Castronouenses agri inter Cispadanos optimi sunt, & Ticinensium fines à Dertonensibus diuidunt. Non solum itaq; vniuersali dominio, quod Regno continetur, sed etiam particulari; quod in proprietate consistit, Italiæ populi ex parte priuati sunt. Militũ quoq; hospicio, atq; oneré planam Ligyriam idem Rex exhausit, cui deinde pro damni restitutione immunitatem indulsit. Armorum insuper vsũ Italis omnibus summo studio interdixit, telis è domibus ablatis, quod post Blondũ notat Sabellicus, vt militiæ desuetudine Itali prorsus imbelles fierent, ac imbecillitate torpentes Gothicũ iugum patientius ferrent, minimèq; ad Imperium aspirarent. Nullus itaq; sub eo Italus miles, nullus armiger militauit, & bellica re cogẽte Gepidarum copijs Gothorum phalanges adiuuit, Hilbæ Duce vsus. Item Italiæ fines, Alpibus viciniores, suis proceribus in possessionem dedit, clausitq; Italiæ aditus, oppidis etiã communitis præcipue Tridento: sta vt neq; vicinitas Italis cum externis gentibus, neq; familiaritas constitui posset. Quos præterea viros, aut ingenio, aut potentia suspectos habuit, aut ex suis ciuitatibus in remotiora loca releganit, aut carcerib. inclusa causa, aut etiã morti destinauit, Symmacho, & Boethio Seuerino Romanis Patricijs, ac Consularibus è medio sublatis: de quo Boëthio alibi scribam. Nunc quæ bona de eodem emanauerint referam.

De Italarum Ciuitatum instauratione.

Cap XII.

STVDVIT ciuitatum instaurationi Theodoricus variis artibus. Primum armato milite Italiam in pace continens, sine quo milite tuta esse Regio rarissimè potest. Item finitimos Reges, & Principes, à quibus moueri bellum facilè potuisset, suarum matronarum nuptijs sibi coniungens, & præcipuè Clodium Francorum Regem, quem posteriores scriptores Gallicam vocem secuti Clodoueum vocant, Galli enim Clodo Claudium materna lingua appellant. Franci autem nobilissimi Galliæ populi sunt à Germania oriundi, tenentes mediam Galliæ partem, in qua Parisium Regia Vrbs, amplissima, ac populosissima eminet, nullis hac ætate Ciuitatis opibus, atq; hominum, & rerum copia inferior. Refectione quoq; collapsorum ædificiorũ non solum Romam, Spoletum, Rauennam, & alias nobiles Vrbes ornauit, sed noua structura plura condidit & præcipuè arcem munitissimam in vrbe Papia propè Ticini ripam in eo loco, vbi nunc domus publica est Salaria dicta, à salis repositione. extant enim ibi adhuc vestigia, ac monumenta ipsius arcis, à qua flumen, & pons flumini impositus facilè prospiciebatur, arce ipsa cliuo mediocri, qui versus flumen porrigitur insidente: ita vt & ad securitatem, & ad nauigationis commodum, & ad amœnitatem status ipsa opportuna esset. Ciuium quoq;, & oppidanorum perquisitione, ac reductione, Insubriam, ac Taurinos populos quam maximè iuuit, non solum ijs qui in villis, & pagis vitam suo arbitrio agebant, à ruribus in vrbes euocatis, & hyemare iussis, ne ciuitates prorsus deserererentur: sed alio quoq; ordine, longè munificentiore regiones repleni, quod vno ore ab omnibus scriptoribus relatum est. Rogauit enim Epiphanium Papiæ Episcopum, sanctitatis fama conspicuum, vt nomine suo Condibaldum Burgundiæ Regem pro captiuorum, quos ab Italia abduxerat redemptione adiret, auro eidem ad legationem perficiendam pro captiuorum numero, quorum notitiam habuerat, tradito, quod quidem legationis munus quam prudenter, ac potius admirabiliter obierit, sequens caput indicabit.

De Epiphanii legatione, ad Regem Burgundiæ.

Cap. XIII.

PROFECTVS in Galliam Epiphanius etate, ac via longitudine lassus triduũ Lugduni quieuit, quæ ciuitas distat à Papia quadringenta Italica miliaria, atq; à porta Occidentali vno aditu, plura itinera aperit, quorum medium in Franciam tendit, proximum à dextera in Burgundiam, alterũ in Germaniam. arrepto igitur suo itinere Epiphanius in Burgundiam perrexit. Quæ fœcundissima, atq; amplissima pars Galliæ est, vt Cæsar in Commentarijs docet, à Gallis Heduis, & Sequanis habitata: deinde à Burgundionibus ex Germania oriundis, qui bellicæ virtute eã prouinciam Gallis ademerunt, & incolatus diuturnitate se ad Gallicos ritus, ac sermonem conformarunt, Gallique effecti sunt. Natura enim hoc effecit, vt vnaquæque regio proprium sermonem effingat, ad quem omnino declinare peregrinos viros eam incolentes temporis tractu necesse est. Quod in Rhætis populis euenisse Liuius præclarè notat, scribens libro Quinto eos Alpium

Alpium incolatu. Tuscum sermonem efferasse. Constitit autem ad Condibaldi Regis conspectum Epiphanius in Diuione Oppido, Gallicè Digione dicto, expositaq; summatim Regis aduentus sui causa, mandatum negotium Regis quæstoris fuit, vt accepta pecunia, quam virilim captiui Itali pro libertate pependerant, singuli dimitterentur. Captiuorum itaq; numero, & pactionibus in summam relatis, pecuniaq; ab Epiphanio Thesaurario numerata, compertum est, alios extare in captiuitate Italos plerosq; Insubres, quorum notitia Theodoricus nullam habuerat. liberatis igitur iis, pro quibus pecuniam attulerat, de aliis etiam liberandis cogitare cœpit: impium ferè faciundo censens Italorum partem redempta, aliam partem in captiuitate relinquere: conuersusq; ad Quæstorem precibus obtinuit iterum a Rege audiri. Ad quem in atrio cum suis Primoribus sedentem, statuto tempore, Latinè in hanc sententiam locutus est.

Epiphanii Oratio ad Regem pro captiuis Italis gratis dimittendis.

MAGNO Dei aterni consilio euenisse puto, Rex amplissime, quod longè maior captiuorum numerus repertus apud te sit, quam pecunia à me delata, ad eos redimendos satis fuerit: vt deficiente in me redimendi facultate, vna tantum spes captiuis superesset, quæ in una sola animi magnitudine posita esset. Quam quidem animi tui magnitudinem si ad eos liberandos conuertes, maior tibi gloria futura est, quàm fuerit, aut esse possit eorum captiuitas, atq; detentio. capti enim isti dicuntur fuisse fortunæ casibus, ac militum tuorum manibus: quæ gloria, & si magna videtur, minimè tamen solius Regis est, sed Regis & militum, atq; ipsius fati communis censetur, quæ tria in bello gerendo ita coniuncta sunt, vt diuidi nequeant. liberare verò eos quos sub tua manu habes, neq; fati, neq; exercitus tui, sed virtutis tantum tuæ opus est. Quod quidem opus si nunc effeceris, gloriam præclarissimi facinoris solus obtinebis: eos etenim viros liberabis, à quorum atauis, siue maioribus olim hæc nobilis prouincia, & libertatem, & honorem assecuta fuit. Florentibus enim Italicis rebus, ac Romano Imperio Gallia dominante, Burgundia ius Italicum, ac etiam immunitatem agri sui ab Italis impetrauit, vt in Digestorum legibus, titulo de censibus, pro rei attestatione scriptum fuit, quæ Italorum in vestram gentem beneficentia nullo casu, aut merito aptius reperiri, quàm istorum dimissione potest. Diuulgabitur scilicet in omnes Gallia, Italiæq; regiones, tua ad maiestatem uno actu, unoq; verbo exæquasse vniuersa Italiæ merita, in tuam gentem antiquitus collata. Et quo antiquior Italorum beneficentia fuit, & quasi obliuioni tradita, eo potior ac gloriosior tua remuneratio vel rememoratio existimabitur: cum uetusta etiam officia, perinde, ac si recentia essent, præsenti animo, ac liberalitate excipias, atq; rependas. Nullaq; unquam ætas, aut rerum mutatio hanc tibi immensam benignitatis gloriam adimere, aut à Burgundia nomine diuidere poterit: sed quemadmodum Pyrrhus Rex captiuos Romanis gratis remisisse Ennij Poetæ, & Marci Tullij scriptis celebratur: tu quoq; papiliorum præconio, ac uocibus Insubres patrijs laribus restituisse tuæ libertatis dicaris, atq; huiusmodi pietate superiores nostræ ætatis Reges animi magnitudine excelluisse uideberis. Egoq; indignus Sacerdos non desinam pro mea humana infirmitate tuum hoc munus inter Italiæ Principes, & Gothorum Duces magnificare, & vt par est meis verbis, scriptisq; extollere: futurumq; eandem reor, vt præstans beneficio Insubribus indulto Deus Omnipotens Burgundiæ generi longè maiores honores in Italia post nostra sæcula aliquando tribuat. Extare enim Sanctorum hominum vaticinia audio, dominaturum in Italia per annorum diuturnitatem Regium genus, nomenq;, quod à Burgundia oriundum erit, Imperiumq; non solius Italiæ limite, sed Oceano etiam mari, aliisq; finibus terminabit, ac linguarum varietatem sub unius sceptri regimine, non vi, & armis sed æquitatis moderamine continebit. Quare ne tanto tibi, Regnoque, aut generi tuo futuro honori impedimentum fata interponant, flecte obsecrò Rex extremæ fata ipsa pietatis opere, nostrosq; Italos gratis Deo dimitte, vt Deus ipse supremus Rex pro Insubrium liberatione maiora tibi, aut posteris tuis dominium tribuat, tuamq; gratiam sua diuinitatis potentia in tuum genus cumulatius referat, atq; reflectat. Grata fuit Regi Epiphanij Oratio, & quamuis ferus à natura Rex esset, ac quamuis tamen Epiphanij uotis, omnibus captiuis eidem dona traditis. Et quib. demum liberatis, Epiphanium familiariter rogauit, vt aliquid memorabile pro sui nominis recordatione eo in loco ederet, se scire eum Deo acceptum esse. Respondit Epiphanius, una tantum mihi superest facultas, in qua Deo, & non mihi memoriale. statuam, quod per sacrificij oblationem te astante crastina die faciam.

De Sacrosancta Eucharistia in Diuionis templo ab Epiphanio collocata.

CAP. XIIII.

ALTERA die celebrauit Epiphanius in Diuionis templo sacrificium, quod Missam uocant, Rege, & populo spectante, ac iis captiuis, qui gratis dimissi fuerant, nudis pedibus incedentibus, consecrauitq; duas Eucharistias, una in communicatione sumpta, & altera seruata. Finito Sacrificio, Sacrosanctum Eucharistiam dextera manu sustulit, conuersusq; ad Regem, & populum hæc dixit: Hanc immaculatam Hostiam, sub qua diuina potentia latet corpus Domini nostri IESV CHRISTI, ego vobis Rex optime, ac Principes Illustrissimi, & Diuionenses uiri relinquo ob memoriam pietatis Regiæ, qua in Italos gratis dimittendos Rex hic præsens uti, sua benignitate dignatus est. Et sicut pietatis opus ad Deum pietatis fontem referri debet, ita ego in diuino Sacramento Deo ipsi huius rei memoriam statuo: quod sacramentum perpetuum erit, amoueriq; à Burgundiæ finibus nunquam impune poterit. Atq; iis dictis Eucharistiam in tabernaculum super altari collocatum, reposuit, atq; dimisit.

Quam Eucharistiam hodie etiam in Diuione oppido extra templum, Sancta Capella nuncupatum, Diuionenses habent, & incorruptam ostendunt in die Natalitio Domini nostri IESV CHRISTI. Post repositum Eucharistiam, Regè, ac Proceribus salutatis Epiphanius collecta captiuorum turba, quæ quindecim millia capitum fuit, Lugdunum rediit: vigesimoq; exinde die omnes suis regionibus restituit, anno nostræ Salutis octogesimo nono supra quadringentesimū. Quæ quidem de Epiphanio scripta à pluribus autoribus approbata legimus, & in primis à Paulo Diacono libro sexto, & à Blondo libro tertio, breuius à Platina in vita Gelasij Pontificis, latius à Sabellico libro secundo octaua Enneadis, religiosius à Burgundys, apud quos versatus in Gallia, dixi quæ retuli.

A

De Epiphanii Episcopi obitu.

CAP. XV.

SVPREMVS ille labor nostro Epiphanio fuit, qui Rauennam profectus, ac legationis successu Theodorico relato, vtrumq; Regem in amicitiam conciliauit, reuersusq; in patriam Epiphanius consumpta etate expirauit. Tum vexata ciuitas tanti viri iactura publico mœrore, & luctu funus extulit. In quo efferendo increbuêre ex tectis matronarum voces lachrymis immixtæ: Oh tetra nimis, nimisq; infesta dies, quæ te à nobis abstrahat optime Pater, ac Domine, cui quaso nos infelices in tanta rerum nouitate relinquis? cui committis hanc turbam, per teipsum intra hæc semicollapsa mœnia traductam? Oh verè luctuosam patriam tam præclaro, atq; amabili amisso Patricio, parêteq;! Siccine demum vno Epiphanio autore instaurata fuisti, vt eo nunc decedente tu simul concideres? Siccine tibi priscum nomen illo annuente mutatum fuit, non vt omnino insignior fores, sed vt tandem tanto Patricio, patreq; sublato, tu quoq; simul decus, specimenq; tui nominis exueres? Luge igitur nobiscum antiqua tellus, tuo à te auulso colono: lugete turres, tectaq; refecta, vestro nunc instauratore defuncto: lugete nobiscum Padi, & Ticini accolæ, quoniam qui vestra quieti, ac saluti studuit, atq; prospexit, nunc vos sine Duce, & prætectore relinquit. Finem luctui funeris depositio vix attulit, Ciuium corda publico mœrore altius premente. Conditum autem sepulcrum, Epiphanio fuit in Diui Vincentij templo, quod abinde citra à Papiensibus sub Epiphanij nuncupatione celebratum fuit, Gelasio Romano Pontifice eo tempore sedente. Nullas Epiphanius opes, nulla alia prædia, nisi quæ à Mario patre acceperat, sororibus reliquit. Ex quibus quidem sororibus Honorata religione, & moribus celeberrima fuit: cuius ossa in sacello Monasterij veteris, vulgò Historiarum appellatum, collocata sunt. Cumq; ab eo loco exportari tentatum esset, vt in eminentiore delubro conderentur, amoueri nulla humana industria exinde potuêre. Scio scriptis meis in hac parte aduersari Blondi opinionem, existimantis Epiphanium Aquileiensem fuisse, quod minimè verum esse, omnes alij scriptores, & Episcoporum annales probant, decipiq; facilsimè Blondus potuit Syri primi Episcopi origine, qui Aquileiensis fuit: post cuius Syri tempora ante Epiphanium Aquileia destructio insequuta est, ita vt esse Aquileiensis Epiphanius nullo modo potuerit, ipsa ciuitate iam antea solo æquata, & nondum sub Epiphanij ortum instaurata.

B

C

D

E

F

De Burgundiæ Regis amicitia cum Theodorico.

CAP. XVI.

POST Epiphanij obitum, viguit summa beneuolentia inter Condibaldum Regem Burgundia, & Theodoricum, quæ etiam affinitate firmata fuit, ornatissimis inter eosdem muneribus transmissis, ex quibus spectatissima fuêre duo horologia mirabili artificio Romæ fabricata, Boëthio Seuerino autore, ad quem extat ipsius Theodorici Regis Epistola à Cassiodoro relata, cuius verba in parte refero.

Boethio Illustri Patricio Theodoricus Rex.

BVRGVNDIORVM Dominus à nobis magnoperè postulauit, vt horologium, quod aquis sub modulo defluentibus, & quod Solis comprehensa illuminatione distinguitur, cum magistris rerum ei trũsmitteremus: quasi ei miraculum esse videatur, quod quotidianum apud nos esse ex legatorum suorum relationibus intellexit. Hoc te multa eruditione praditũ ita noscere didicimus, vt artes quas vulgo literarum ignari exercent, tu in ipso disciplinarum fonte potaueris. Quare cum vos ornet mirabilium rerum notitia, horologia nobis publicis expensis sine vestro dispendio destinate. Primum sit, vbi stylus diei index per vmbrã exiguam horas distinguat. Secundum sit, vbi præter Solis radios hora dignoscatur, noctes in partes diuidens. Prædicta horologia nobis quãto ocius transmittere maturabis, vt exteræ gentes tales nos habere nobiles autores, quales leguntur agnoscant: minimeq; audeant se nobis æquales esse existimare, cum tales sapientes apud nos esse, taliaq; mirabilia scire excogitare cognouerint. Subsequitur altera Epistola, ex qua patet Boëthium opus egregiè curasse, ac ipsa horologia gratissima Theodorico fuisse, moxq; ab eodem Theodorico ad Burgundiæ Regem destinata fuisse.

Condibaldo Regi Burgundiorum Theodoricus Rex.

AMPLECTENDA videntur munera, quæ expetita fuisse probantur, vt per preciosa opera cupientis animus expleatur. Quapropter salutantes vos gratia consueta per harum latores præsentia vestra duo delectabilia horologia cum suis dispositionibus destinamus. Vnum in quo humana solertia, artesq; colligẽtur,

Digitized by Google

tur, quicquid totius cœli spacijs noscitur pernagari: Alterum vbi Solis meatus sine ipso Sole cognoscitur, & aquarum guttis horarum spatia terminantur. Habeatis itaq; in vestra patria quod aliquando vidistis in vrbe Roma: dignum est enim, vt his bonis vestra gratia perfruatur, qua in nobis etiam affinitate coniungitur.

De Horologijs.

CAP. XVII.

NON abrit erit referre hoc loco, Horologia quib. hodie vtimur, ignota fuisse antiquioribus, vt indicant scripta à Plinio libro secundo capite septuagesimo sexto, & libro septimo capitulo vltimo naturalis historia, vbi de Horologio fit mentio. Dignusq; propterea celebritate Boethius fuit, qui primus illa memoranda Horologia Roma componi curauit. post cuius viri interitum diu Italia eiusmodi opificio caruit. Dominante deinde in Transpadanis Ioanne Galeatio Vicecomite fabricatum fertur eiusmodi Horologium, non solum horarum, sed etiam siderum expressis notis, atq; temporibus, ac Solis, Lunaq; meatibus, cuius operis autor ignoratur, collocatumq; illud Horologium in arce, vel Castello Papiæ fuit: vbi defuncto Principe tam mirabile opus despectum iacuit circulis etiam à suo loco sublatis. Exacto postea sæculo anni milleſimi & quingenteſimi, circa annum vigesimum nonum, quo CAROLVS QVINTVS Bononiæ Imperialem Coronam suscepit, allatum eidem Imperatori illud Horologium incompositum (vt erat) situ, ac rubigine fœdatum fuit, quo conspecto, machinam admiratus, curari tanti operis instaurationem fabris vndique euocatis iussit: quibus circa opificij restitutionem frustra laborantibus, vnus accessit Ioannes Cremonensis, cognomento Ianellus, aspectu informis, sed ingenio clarus, qui tantum opus speculatus refici posse machinam dixit. sed nequicquam profuturam ferris rubigine attritis, exesisq;, nisi nouum instrumentum ad illius vetustæ similitudinem, ac symmetriam componatur. aggressusq; opus, siue priorem artificem imitando, atq; æmulando, siue exæquando diuturno labore opificium absolut, quod deferri in Hispaniam Imperator voluit, magistro Ianello simul deducto. Mirari igitur nostra ætas non minus quam antiqua suos artifices potest, profiteriq; Hispania licet, quod sicut olim Burgundiæ Regi, ita etiam suo Regi, à Burgundia auita genus trahenti, affuere artifices Italici, cœlum fermè intra Horologij mœnia effingentes. Nec omittendus hoc loco est vir bonæ capitoſior Bernardinus Carnagius oculis emissitijs, ore exporrecto, linguaq; blæsus, qui Horologicam artem Papiæ discens, mirabilia fecit: inter quæ illud memorabile fuit, quod vt Andreæ Alciato eximio Iurisconsulto morem gereret, Horologium compoſuit: in quo per æris sonitum, quam quisq; statuisset horam exaudiebat, atq; eodem ictu ignis scintilla ab inserto silice in subiectum sulphur excussa inflammam ibat. quæ repente ardentis sulphuris ministerio, ac continuatione accendebat appoſita lucerna fila, lucemque reddebat: ita vt compoſito Horologio, ad quam dominus destinasset noctis horam, & à somno excuari, & lumine iuuari ſolutis Horologij ope vnusquisq; accubãs posset. quæ simul ter Horologij compactio per æris crepitum pulſans, ac notans horas, Plinij temporibus in vſu non fuit.

De Boethio Seuerino.

CAP. XVIII.

PRÆTERMITTENDVS minimè à me est tanti viri casus: qui cum summa auctoritatis, & existimationis apud Theodoricum esset, vt plures eius epiſtola ab Aurelio Caſſiodoro relata declarant, mox ab eiusdem Regis gratia decidens in præceps ruit, ex ſola ſuſpicione, quod patriæ libertatem affectaret. Relegatus itaq; Papiam turri inclusus diu retentus est, quæ turris ſita est prope Monasterium Beatæ Annunciationis ducatum: nomenq; à Boethio ſumptum hoc tempore ſeruat, vulgò Turris Boethij nuncupata. Quo denique viro Theodorici iuſſu interempto, conditum eius corpus honeſtiſſimè à Papienſibus fuit in templo Sancti Petri in Cœlo aureo, quod nunc Diui Auguſtini dicitur, eiusq; ſepulchrum ornatis versibus inſcriptum aſpicitur, quis & defuncti viri præſtantiam, casumq;, & Theodorici iniuſtitiam atteſtantur. Caueant igitur, qui magnorum Principum aura elati honoribus funguntur, ne leui rerum motu aura in procellam verſa, è ſedibus deijciantur, quod meo ætate Romæ, & Parisijs pluribus contigiſſe memini, qui vtriq; curiæ aliquando imperantes, tandem in curialis calamitatis caſu demerſi ſunt.

De Burgundiæ Regno digreſſio.

MAGNI intereſſe puto Burgundiæ Dominos, qui nunc Archiducis titulis funguntur, olim Regum ſtemmate fuiſſe celebriores: quoniam Regno etiam excuſo, Regiam fuiſſe prouinciam honorabile eſt. Cur autem titulus fuerit immutatus, non ſatis teneo. Sed in coniecturam eo, quod quandiu Burgundia vno dominio continebatur, nec alterum ſuperiorem agnoſcebat, tandiu Regio nomine inſignis fuit. Dominio deinde ipſius prouinciæ in partes diuiſo, quod poſt Gondibaldi tempora primum contigit, Claudij Francorum Regis filijs materno iure, ac iuſſu Burgundiam inuadentibus, ac pro parte ad Crothochildis matris nutum ſibi ipſis adjicientibus, imminuta prouinciæ poteſtas, ſimulq; Maieſtas fuit, ac temporis tractu Regia nominatio in alium titulum tranſmiſſa.

BERNAR-

BERNARDI SACCI TICINENSIS HISTORIAE

Liber Octauus.

De Aennodio Episcopo Ticinensi ad hæreticum Imperatorem misso.

CAP. I.

ALTERA lux post Epiphanium in Italia decus, ac Romana Ecclesia propugnaculum à Papiensibus tumulis emersit, Aennodius Iuuenalis genere inter Ticinenses clarus, atq; antiquo, sed rerum peritia, ac dicendi acumine ipse præclarior. Is patriæ Episcopus constitutus tanquã biceps gladius, aut quasi coluber in Orientales Principes hæresi pollutos insurrexit: destinatusq; legatus ab Hormisda Romano Pontifice ad Anastasium Constantinopolitanum Imperatorem in hæresim collapsum, una cum Fortunato, Venantio, & Vitali, audacter, constanterq; Pontificis iussa Imperatorem increpando executus est, vt refert Paulus Diaconus libro septimo, & Platina in vita Hormisdæ. Iratus itaq; Imperator eos viros puppi, naufragio faciendo aptissima collocari, ac sine veli, clauiq; regimine maris periculo cõmitti iussit: adiecto interdicto, ne Græcia littora attingerent. Sed maior Dei virtus, ac bonorum virorũ fortuna, quàm Anastasii impietas fuit. nauicula enim miraculo seruata in portum omnes euasêre. Cuius viri merita studens Romanus Pontifex omnibus testata facere, Ticinensi Pontifici plura indulsit priuilegia, quibus nihil ferè ab Archiepiscopi dignitate differret. Insuper etiam primum sessionis locum illis ipsi, à sinistra Romani Pontificis, certis casibus inter alios Episcopos tribuit. Vixit in Episcopo Aennodius annos circiter viginti sex, ab anno quadringentesimo & nonagesimo, vsq; ad annum quingentesimum & sextũ decimum. In quo tempore colligendo accuratus fuit Paulus Diaconus: contra autem quidam meus ciuis temporibus minus ritè collectis, apertos errores scriptis suis inseruit. Notant hoc loco scriptores, primam hanc animaduersionem fuisse, quam Romanus Pontifex in aberrantem Imperatorem exercuerit, cum lenitate verborũ potius, quàm anathematis potestate anteacti Pontifices vsi in Principes fuissent: in qua potestate exercenda cum Aennodius, eiusque collega inermes, Imperatorem furore, ac telis armatum adierint, & Romanæ Ecclesiæ nomine corripuerint, præclarum facinus, longeq; memorabilius ediderunt, quam si armata manu in hostilis acie conflixissent: quoniam ad certũ penè vitæ discrimẽ sola animi virtute freti in alienas vires sese coniecerunt, nullis ipsi viribus dimicaturi, sed ratione tantum Christianam religionem aduersus Imperatoris furorem asserturi, qua quidem animi virtus maior quam humana, riteq; diuina visa fuit. Prohibet me plura de Aennodio scribere eius sepulchri inscriptio, quæ in Diui Michaelis templo Papiæ inspicitur literarum figuris fermè vetustate exesis: quod templum ante Gothorum incolatum ædificatum fuisse constat. ipsius autem sepulchri carmina subscripsi:

Aennodius vates lucis rediturus in ortum,
Hoc posuit tumulo corporis exuuias.
Clarus prole quidem, generosior ipse propinquis,
Quos functus laudum iussit habere diẽ.
Reddidit hos cœlo viuacibus ille figuris;
Cum fecit famæ viuere colloquijs.
Quid mirum si morte caret post busta superstes,
Qui consanguineos restituit superis?
Quãtus ille foret mundi celebratur in oris:
Nec filet occidui cardinis oceanus.
Schismata coniunxit dudũ discordia legi,
Atq; fidem Petri reddidit Ecclesiis.
Pollens eloqtiio, doctrinæ nobilis arte,
Restituit CHRISTO innũeros populos.
Largus, vel sapiens, dispẽsatorq; benignus,
Diuitias credens, quas dedit ipse suas.
Templa Deo faciens hymnis decorauit, & auro
Et paries functi dogmata nunc loquitur.

Depositus sub D. XVI Kal. Augustas
Valerio V. Consule,
Anno 516.

Monere Lectorem libet me scripsisse verba emissa priscæ sculpturæ ruditate, in qua b pro u veluti exubias pro exuuias scriptum est, & s pro e vt vatis, & superstis pro vates, & superstes, & alia quæ indicant viguisse in nostris regionibus ea ætate ruditatem priscorum populorum. Familia autem Iuuenalis ipsa fuit, à qua fuit ædificatus pagus non longè à Carthusio Monasterio Papiensi celeberrimo, Iuuentianus appellatus. Quæ quidem nobilis familia centum fermè ab his annis desiit esse in humanis, Iuuentiano pago, vulgo Giuenzano, in diuersos distracto. An autem Iuuenalis familia à Latio, Sabinisq;, & finitimis oriunda, consuncta nostris Ticinensibus agnatione fuerit, diuinare potius quã scire possem. Agnoui enim Romæ Latinum Iuuenalem virum præstantem, quare illis omissis ad meum opus redeo.

De Pontificia Imperatoris coronatione, & vnione.

CAP. II.

MAGNA hoc tempore accessio Christianæ Religionis in ipso rerum humanarum turbine facta est.

est, Anastasio in primis Orientali Imperatore, pessimo homine fulgure interempto: cuius loco succedens Iustinus modestus Princeps in hæreticos insurrexit. In Occidente quoque Claudius Francorum Rex qui Crothochildis genere Burgundia nuptijs, & religione ad Christi fidem deuenerat in hæreticos ea ætate Gothos, Gallia partem Pyrenæis finitimam ineolenter, arma exercuit, atq; intra Vasconia terminos magnis cladibus compulit. In meridie pariter Hildericus à Vandalis oriundus, & in Aphrica natus, omnes Christianos ex anteacta parentum suorum persecutione ab Aphrica profugos in sua restituit, & hæreticos confestim à suis finibus fugauit. At non similis tibi successus infelix Italia fuit: Theodoricus enim Rex a recto tramite fidei torquem oculos, fouere hæreticos contra Iustini Imperatoris institutum aggressus est. itaq; Ioannem Romanum Pontificem, aliosq; claros viros, ad se euocatos, minisq; terrefactos Constantinopolim pergere iussit, vt Iustinum Imperatorem qui hæreticos ab Ecclesijs eijcere cœperat, ac incepto reuocarẽt. Perrexit mitissimus Pontifex, ac sua dignitate posthabita Italica salutis causa legatus Constantinopolim iuit, ne hæreticorum gratia in suam perculsus Theodoricus, aduersus Italos (quod iam minabatur,) insæuiret Sed fregit ipsius Regis rabiem fatorum series, atque potentia, & quo maior Pontificis summissio fuit, eo dignior effecta est legatio, atq; profecto. Iustinus enim Pontifice, & Comitibus honorificentissimè receptis, eius monita secutus hæreticos ad tempus ferre minus malum censuit, quam Italiam Theodorico subiectam eius furori prodere, ac furenem magis irritare. rectè quidem, veluti, si quis inuadente incendio tecta, partẽ in qua furit ignis demoliatur, ac separet, vt quod corrumpi cœptum est tantum pereat, reliqua parte seruata: sic tolerare eo tempore malos, bonosq; eodem actu à pernicie seruare prudentius fuit, quàm hæreticos expellendo, Italos simul perditioni dedere. Sed aliud longe maius decus, aliudq; excelsius honoris culmen in ea profectione Romanæ Ecclesiæ, Deoq; æterno nostro Principi adiectum fuit. Primus in Pontificis maiestatem Imperator Imperij Coronam solemni pompa, & reuerentia de manu eius sumere, ac gestare dignum putauit. O felix faustumq; regnum, quod non impia, aut inquinata manus, sed Diuina maiestas in terris sanxit, suiq; Vicarij auctoritate firmauit! vt alter ab altero Princeps firmamentum sumeret, ac religionis dignitatem socia potestate custodiret. Ioannes enim Pontifex tanquam summus Dei Sacerdos Imperatoris consensu, ipsi Imperatori eo actu prælatus est: Iustinus vero Imperator, tanquam eiusdem sacerdotis, sacerdotijq; miles, & Christiani gregis custos, ac propugnator Apostolico stemmate insignitus, & approbatus est. Coniuncta itaq; diuinitus, ac connexa inter se hæc munera sunt: quæ si quis diuiserit, aut Christiano cuilq; periculum, aut sibi ipsi labem contraxerit. Verũenimuerò illa tanta dignitas non sine ipsius Pontificis modestia acquiri Romanæ Ecclesiæ potuit. adeo honoris magnitudini appositæ plerunq; hominum inuidia, & obtrectatio est. Audita enim huiusmodi coronatione Theodoricus, expauit, & mutatis, sine præcipitatis moribus in sacrilegium ruit, Ioanne Pontifice vnà cũ socijs à legatione reuersis, carceribus inclusis: vbi dum male habiti (impium dictu) defecerunt, tertioque exacto mense Theodoricus, diuina vltione ex pauore in longorum versus, illorum virorum funus secutus est.

De Gothici Regni variatione.

CAP. III.

DEclinare mortuo Theodorico Gothicum genus in Italia, & Regnum cœpit, quod ab eius aduentu circiter septem, & triginta annos durauerat. Primaq; Gothis plaga illata à Gallis fuit, Prouincia, quæ iuris Italici erat, Athalarico Regi puero ab ipsis Gallis adempta. Quo puero mortuo Amalisuntha matre, prudenti Regina superstite, & Theodato in Regni administratione ascito, recuperata postea eadem Prouincia à Gothis fuit, Italis militibus eo primum tempore aduersus Theodebertum Metensium Regem conscriptis, ipsisq; Gothis in bello gerendo coniunctis: stetitq; tantisper in Principum existimatione hoc Regnum quoad ipsa Amalisuntha Theodorici filia illud rexit qua sublata Theodati consilio atq; facinore, labare simul Regni auctoritas eius detectis flagitijs cœpit, inter quæ Arianam perfidiam, ingratitudinem, auaritiam, & ebrietatem, sine vnoleentiam ei præcipua fuisse omnes scriptores tradunt. Contemptibilis itaque morum suorum vitio Theodatus effectus, contemptibile simulster Regnum suum Principibus fecit. Irritauitq; valde Iustiniani Imperatoris animum, qui Iustino auunculo in Orientali Imperio successerat, hoc maximè facinore, quod Agapeto Romano Pontifice defuncto, Theodatus spreto antiquo ritu, Siluerium Summũ Pontificem electo sine Imperatoris approbatione iussit. excanduit tũ in Gothos Iustinianus, bellumq; dissimulato apparatu, quasi in Aphricã classem trãsmissurus, Gothis in Sicilia insulis, qua subacta Sicilia, Belisarius Iustiniani Dux in Italiam copias traiecit, ac Neapolim, & Campaniã simul subegit. Sed dũ facile putat eodem molitum apparatu Theodatum imbellem hominem, ac suis odibilem è Regno pellere, eoq; consilio Belisarius in Latium tenderet, Gothi è cõtrario Vitigio Rege constituto, & Theodato occiso, omnem belli rationẽ mutant, atque in quinquennium sub ipso Vitigue aduersus Belisariũ varios rerum euentu belliũ gerunt. Quo quidem in quinquennio plura Italis populis, quã Gothis illata detrimenta fuere, præcipuè Neapoli, Roma, & Mediolano, dũ nobiles ciuitates, aut vnam alteri parti adhærere studẽt, ac sub eiusdẽ partis præsidio se tutiores futuras opinãtur, mox destituta, ab eo, cui se se dederãt sub alterius sibi insensi gentis potestatem reciduntur, ac direptionibus lacerantur. quod omnino malum, sine numia Belisarij audacia, cuncta præter vires suas aggredientis, sine affectata populorum credulitate, sine fato euenerat, satis superque constat, plures populos tã à Iustiniani Ducibus, quam à Gothis consumptos fuisse. Quinto anno Belisarius sæpe, & virtute & dolis præcipuè sub inducia-

inducíarum tempus vſus, Vitigium Regem intra Ra-
uennam obſeſſum, variis promiſſionibus ad deditionem
traduxit: quo Rege recepto, claſſeq; cum theſauro im-
poſito tanquam victoriæ compos Conſtantinopolim ad
Iuſtinianum nauigauit, Italia ſuis Ducibus, militi-
buſq; commendata. Illi autem Græca, ac militari ra-
pina imbuti, poſt Beliſarij receſſum ad perniciem Ita-
lorũ populorum intenti ſolis exactionibus, ac tribu-
tis animum adiecerunt: quod Iuſtiniani etiam iuſſu,
iam ad auaritiam declinantis, factũ fuiſſe omnes ſcri-
ptores aiunt, & in primis Procopius in principio terti
libri: Leonardo Aretino tertio ſimiliter libro idẽ ſcri-
bente. Blondus quoq; libro quinto prima Decadis idem
ait, Sabellico, & Merula, aliiq; aſſentientibus. Bellũ
itaq;, quod ad delendum in Italia Gothicum Regnum
à Iuſtiniano ſuſceptum initio fuerat, verſum poſtremò
ad Italiæ expilationem eius iuſſu manifeſto apparuit.
Gothi itaq; in hac Orientalium præfectorum, ac mili-
tum auaritia, & ſegnitie excitati, reſumptis animis,
viribuſq;, plures Italiæ populos præſertim Tranſpada-
nos, à Græcis auerſos, ſibi coniunxerunt, creatoq; Il-
doualdo Rege, & exercitu contracto Orientales Duces
a Circumpadana Italia eiecere. Atq; eo modo Gothi-
cum Regnum quod penè interierat ante biennium,
gentis virtute, & Orientalium incuria, & auaritia
inſtauratum fuit, circa annum ſalutis noſtræ quadra-
geſimum ſecundum præter quingenteſimum.

De Regia ſede Papiæ conſtituta.

CAP. IIII.

INSTAVRATO in Italia Tranſpadanorum
ope Gothico Regno, Iuſtinianiq; militibus in inferio-
ra circa Flaminiam depulſis, ſedes ipſius Regni Pa-
pia omnium aſſenſu conſtituta fuit. Cur autem in ea
potiusquam in alia ciuitate locata Regia fuerit, varia
eſt ſcriptorum ſententia, alio aliam cauſam recenſen-
te. Blondus in Italiæ deſcriptione regione ſeptima, ſitus
amœnitatẽ, & aëris ſalubritati hoc tribuit. Merula lib.
primo Hiſtoriarum alias plures cauſas refert. In
primis quod ciuitas ſit fluuiorum præterlabentium
domina: Item quod illis interſecta fluminibus regio ipſa
ſit munitior, & per conſequens vrbs ipſa, & ad expu-
gnandum, & ad obſidendum difficilior, fluuiorum
ſcilicet tripartitione caſtrametationis diuiſionem ne-
ceſſariò exigente, cuius rei impendio omnes Principes
æquè non ſufficiunt, vrbe ipſa ſi ab vna tantum parte
oppugnata, vel obſeſſa ſit, ab altera ſine diſcrimine
auxilium recipiente, hoſtemq; remorante, Item quod
fructuoſis (vt ait) campis, & præcipuè frumentarijs
circummunita ſit, quorũ annona & populi, & exer-
citus copioſè alipoſſunt, ipſis fluminibus commodorem,
ac promptiorem importationẽ facientibus, maximè cũ
tripliciter, vt ſuperius retuli, in vnũ flumina coeant
ab Occidente, ac Oriente, & Septentrione: Siccida e-
tiam, & Tanaro carinas à Liguria, & Laumellina
finibus in Padum deferentibus. clarumque Papienſis
annonæ, ac vbertatis documentum ad huius rei ap-
probationem ſumere ex eodem Blondo licet, libro tertio
prima Decadis, vbi notat, ſub Theodati regimine
tributa fuiſſe Liguribus, & Æmilienſibus populis
alimenta ex Papienſi, & Derthonenſi horreo, Italia
tum in ſumma penuria conſtituta. Magna igitur
Deo natura domino habenda à nobis Ticinenſes gratia
eſt, quod eiuſmodi facultatem veſtris agris, coloniſq;
tribuerit, vt aliorum ſubleuare egeſtatem in publi-
ca Italiæ inopia veſtra annona licuerit, quod & alijs
temporibus contigiſſe Scriptores memorant, & mea
ætate euenisſe anno illo inſuetæ penuriæ Milleſimi quin-
genteſimi & quadrageſimi, memorabile fuit, in
quo mille, & amplius colonorum familiæ, collectis ſar-
cinulis, famem fugientes à Bononienſi, Mutinenſi, &
finitimis agris in Papienſe ſolum, frugibus refertum,
commigrarunt, exemptaq; apud nos fame, & rerum
penuria fugata, noſtrates effecti ſunt, ac ſoluti inopiæ
curis noſtris imperant aruis, & frumenti aceruos ſuo
labore in noſtra rura conferunt, alienisq; nedum no-
ſtris incolis victum tribuunt, quaſi in noſtri territorij
copia, vel inopia fatalis aliorum etiam Populorum ſa-
turitas, vel indigentia ſita ſit. Quod autem ad Regiæ
ſedis conſtitutionem pertinet, ſiue aëris puritas, &
clementia, ſiue ſitus munimen, atq; aptitudo, ſiue an-
nonæ varietas, vbertasq;, ſiue perſpecta ex præteritis
rerum periculis, & caſibus Ciuium fides, ac integri-
tas, ſiue potius, vt ego arbitror, Dei prouidentia Pa-
pienſiũ religioni, tunc maximè vigenti fauens in cauſa
fuerit, ſatis mihi eſt dicere, Vrbem, ac Populum di-
gnum illa ætate exiſtimatum fuiſſe, apud quem ſedem
ſuam locarent illi ipſi Principes, qui Italiæ imperita-
bant. Qua quidem ex re, & ſi Regij nominis honor in
Papienſibus tunc conſtitutus non fuit, Regia tamen
familiaritatis, ſeſſionisq; compos, ac digna effecta Ciui-
tas ipſa eo actu fuit. Et qui demum honor quanti fa-
ciendus ſit, Regno etiam abolito alibi patebit. Nunc ad
Gothos redeo.

De ſupremo Gothorum bello, & Longobardorum dimiſſione.

CAP. V.

GOTHICI Regni ſede Papiæ locata, ac Totila vi-
ro pugnaciſſimo Rege conſtituto, creuêre mirum in
modum Gothorum vires. Ille enim ex Duce Rex effe-
ctus, redeuntem è Thracia Beliſarium militari virtute
deterruit, Roma ipſa in eius propè conſpectu, & in Iu-
ſtiniani Imperatoris contemptum excidio tradita.
Quo demum Gothorum inualeſcente robore, & Gre-
corum ſiue Orientalium flacceſcente vigore, ac Beliſa-
rio intra quinquennium nihil in Italia præclarè gerẽte,
Iuſtinianus ſiue rebus ſuis timens, ſiue verecundia mo-
tus, Italico bello conficiendo animum adiecit. Renocato
itaq; Beliſario, Narſeum Ducem, ab alijs Narſetem
appellatum, cum magnis, variisq; copijs gentium a-
pertis illi Græcia theſauris ad exercitum inducendũ,
in Italiam deſtinauit. Quo quidem Narſeo impigrè,
ac prudenter res gerente Gothicũ Regnum quatuor fer-
mè certaminibus egregiè commiſſis deletum fuit.

Primum

Digitized by Google

Primum certamen nauale fuit apud Anconam urbem in Adriatico mari, Narseo nondum Italiam ingresso, vbi triginta septem naues ex Gothica classe periêre. Alterum terrestre fuit ad Brixillum Oppidũ Pado finitimum, quo in loco Totila Rex prælio incũbens à Longobardis equitibus, qui in Iustiniani auxilium ad quinq; millia è Pannonia venerant, interfectus fuit, Narseo tum in Flaminia agente: quod quidẽ prelium subobscurè Aretinus libro quarto, Procopium minimè hac in re secutus enarrat, Blondus autem latè explicat libro septimo. In cuius sententiam B concessere reliqui scriptores præsertim Platina in vita Pelagij, & Sabellicus libro quarto Enneadis octauæ: ita vt Procopij historia in libro tertio à nullo videatur approbata. Addendo ex Pauli Diaconi, & aliorum attestationibus Longobardos equites post Brixillianam victoriam magnis muneribus ornatos à Narseo confestim dimissos fuisse: cuius repentinæ dimissionis causam, Gothico adhuc vigente bello, Sabellicus paulo infra ex Teia Gothici Regis oratione aperit his verbis. Enimuerò Longobardi post Brixillianam pugnam, quia C suspecta erat illorum fides, tanquam sibi potius vellẽt vincere quàm Græcis, continuò ex Italia dimissi sunt, docens veritum fuisse Narseum, ne Longobardorum manus nimis in eo bello inualesceret, quandoquidem in primo campestri certamine tam feliciter Totilam virum acerrimum cum suo exercitu superassent, Cuius Narsei suspitionem subsecutus postea Longobardorũ in Italiam aduentus apertissimè comprobauit. Totila igitur Rege cum exercitu à Longobardis cæso, nono Regni sui anno, fracta Gothorum vires secundo loco fuere. Insurgens tamen Teias vir genere Gothus in Italia natus, Regno suscepto, Gallos sibi fœdere iunxit, ac instaurato in Transpadanis vrbibus exercitu bellũ renouauit, & Narsei victoriam variorum euentu prater biennium remoratus fuit. Deniq; in Nucerinis montibus Brundusina proditione amissa classe, quæ eius exercitui victum suppeditabat, Narseo congressus ipse Teias fortissimè dimicando occubuit, pugna scilicet inter vtrumq; exercitum vsq; ad noctem protracta, qua quidem pugna tertio loco commissa memorabilis fuit Gothis Rege amisso, & commeatu deficiente nusquam pedem referentibus. Luce insecuta supremum sine Rege Gothi certamen renouant, aut mortẽ, aut pacem ferro assecuturi. Pugnatur vtrinq; acerrimè, stant inuicti animis, corporibus media, prælioque defessis: deniq; Gothorum constantiã admiratus Narseus, pacis potius conditiones admittere, quam suos in incerto praly euentu, atq; discrimine periclitari statuit, signoq; edito pacis ineundæ suos à cruento certamine retraxit. Paxq; inita fuit, Gothici Regni mentione ab Italia sublata, & Gothis ipsis sine Romani Imperij subiectione, pristina libertate retenta, cum suis rebus ab Italia recedere permissis. Pace confecta anno septuagesimo secundo, quo Gothi in Italia regnare cœperant, & anno quinquagesimo quarto supra quingentesimum à partu virgineo, Narseus Romam rediens religionis causa, vt bene institutum virum decuit, supplicationes publico ordine, ac concentu Deo soluit ob Gothicã victoriã vt memorat iãe Platina in Pelagij vita: quod post Theodosiũ Imperatorem rarò factum obseruauimus, adeo diuinis nominis honor illis Ducibus, ac Regibus parum cordi fuit. Recedentibus amẽ ab Italia ijs Gothis, qui, vt dixi, apud Nuceriam pacem pepigerant, minimè quiuere ab armis alia Gothorum reliquia per Italiam dispersa: sed coniunctis eis Gallorum copijs suis turmis varios tumultus excitauere, quos partim Narseus, partim Dagoberthus compescuere, Italia ipsa ab externorum dominatu liberata, & Orientali Imperio restituta. Finem Gothici regni, belliq; in Italia fuit. In quo inscribendo omnes autores vno consensu Gothorum gentem in bello gerendo, & viribus, & disciplina extitisse tradunt. Præcipuè Aretinus in fine operis sui, & Blondus libro septimo, Sabellicusq;, cuius hæc sunt verba: Necdeleri poterant Gothi, cum animum morti despondissent, sine insigni cæde eorum, qui victores futuri essent. In qua quidem gentis commendatione, tot clarorum scriptorum testimonio approbata, vnus p mille annos Rhetor repertus fuit, qui in Gothorum ossa, & cineres conuitia iusserit, latrones eos, ac prædones inscribens, & Papiam vrbem non Principum Regiam & sedem, sed illarum belluarum infame lustrum, ac latrocinij haram, & receptaculum fuisse, minimèq; Gothis Regem habere licuisse, ac subsequẽter etiam nullam Ciuitati, quæ illius gentis Regia fuerit, dignitatis memoriam impendi oportere: cum seruis potius alienorum, quam Regia statio visa fuerit. Addens idem scriptor Ostrogothorum genitẽ, Longobardorum nue irrupisse in Italiam anno à partu virginis D Quingentesimo sexagesimo octauo, Iustino secundo imperante: cuius viri scripta cum Ostrogothorum ad uentũ Longobardis immiscerant, satis superq; indicãt parum scitè eum scripsisse, qui eas nugas effudit, cum diuersi inter se Gothi, siue Ostrogothi, & Longobardi fuerint gente, lingua, regno, atq; aduentus tempore: octoginta q; & sex annis intercesserint inter vtrumq; Regni initia, vt Italia habita. Neq; tam impudẽs declamatio notæ insignia impingat, atq; inuret illis ipsis, qui notæ expertes, & a calumnia mundi sunt, E huius declamatoris scripta abesse à veritate ostendam.

Abolitio notæ in regiam Papiæ sedem conficta.

CAP. VII.

OMnes sui iuris gentes, Regem sibi constituere posse iure naturæ, quod etiam gentium dicitur, receptum esse patet, in lege quinta libro primo Digestorum, de Iustitia & Iure his verbis: Ex hoc iure Gentium fuerũt discretæ gentes, regna condita, omnia distincta, bellaque introducta &c. Quã constituendi Regis potestas permissa in primis à Deo est, vt Samuelis historia probat libro primo Regum, octauo capite, vbi ad populi postulationem vnctum Samuel regium ius sancire, ac contestari Dei monitu iussus est. Idemq; alijs gentibus tributum Diuina permissione Isaias Propheta in Cyri Regis persona notat, ca-

pito quadragesimo quinto. Paulus insuper gentiũ Doctor passim in suis Epistolis Regiũ ius prædicat, atq; observat. Cum itaq; vnaquæq; gens alteri non subiecta Regem sibi asciscere queat: ergo etiam Gothi, suis iuris effecti, Orientalis Imperatoris dominio, stipendioq; reiecto, Regem sibi statuere gentium iure potuêre. Item cum habere Regem suo iure potuerint, eodem simul gentiũ Iure bellum indicere, atq; inferre aliarum nationum ritu, & exemplo potuêre. Etenim si Assyrij, Persæ, Medi, Scythæ, Parthi, Galli, Macedones, Aphri, Romani, & alij suis egressi finibus aliena regna euertere, bellaq; de imperij dignitate gerere, præclarum existimarunt, laudemq; in ea re assecuti sunt, quis planè dubitet, hoc itidem alijs nationibus, siue Gothis, siue Longobardis aduersus illos populos, quibuscum imperij cõtentio extiterit, licuisse? quis inquam bellum gentibus, ex causa inferre, referreue, vicesq; fato rependere, ac iucterem olim populum sibi virtute subigere, lege naturæ inhiberi dixerit? cum in priuatorum etiam contentionibus idẽ fermè Romano iure constitutum sit, vt q; quisq; iuris in alium statuerit, ipse eodem iure vtatur: legeq; etiam diuina caueatur, eadem mensura remetiendum vnicuiq; fore, qua ipse aliquando mensus fuerit? Naturæ igitur ratione probatũ est, vt quod vnaquæq; gens sibi licuisse, in alteram censuerit, illi alteri similiter idem in sese sam licere casu euenente consentiat. Si itaq; dominari, atq; imperare Gothis Romanis Imperatoribus interdum licuit, pari ratione Gothis Italiam suo dominio adijcere fato permissum fuit: fatoq; omnino, ac diuino ordine huiusmodi humanarum rerum, & regnorum volubilitas, ac vicissitudo constituta videtur, ne à nobis ipsis stare, ac perdurare in sceptris semper dignitate existimaremur, sed vt standi, & cadendi, resurgendiq; causam ad summi Dei prouidentiam referre cogeremur. Nullaq; meo iudicio facilior, aut aptior causa ad mortalium mentes, moresq; in religionis officio continendos introducta fuit, quam regnorum diuersitas atq; æmulatio, vt vnaquæq; gens in imperio constituta perspiceret, ab alterius gentis Rege, vel regno periculũ sibi oriri à vicinitate, & æmulatione posse, eoq; periculo edocta sciret, vnum esse Deum omnium regnorum compositorem, eundemq; destructorem, à quo potestas vni adimi, & alteri accrescit, vnus erigi, & alter è solio deijci ad ipsius Dei votum, nutumq; possit. Clarumq; nobis huius rei experimentum Hebræa gens per Prophetarum suorum historias præbet, & præcipuè per Zachariam 2. cap. ita disserentem: Ecce ego leuo manum meam super eos, & erunt prædæ illis qui seruiebant eis. Apertius etiam cap. 7. ait: Et dispersi eos per Regna quæ nescierunt. & qua demum Hebræa gens, quamuis à Deo electa fuisset, attamen in Regni dignitate posita post Salomonem sæpe Regum suorũ errores secuta à Dei cultu auersa est, Regnoq; deiecta, interdum resipuit. Inflant heu nimis humanas mentes perpetui honores, & à religionis tramite seducunt, nisi manus Dei continuò nobis adsit, abigatq; ambitionis nubẽ, aut per deiectionis depressionisq; pudorem nos cohibeat, & ad officij legẽ, ac rectitudinẽ redigat. Quisquis ergo vni tantũ genti ius Regni constituendi ex Imperatorum scitis, ac constitutionibus suis scriptis asseruit, nimis sanè ab humani & diuini Iuris agnitione recessit: quoniam quod iure gentium constitutum fuit, multò firmius est, quàm quod Imperatorum promulgationibus edicitur, qua mutari vnà cum Imperatoribus, vsuq; abrogari sæpe contigit. Ius v. gentiũ minimè eo modo mutabile est, sed omniũ gentium consensu perpetuatur, ac durat. Ex quibus quidem gentibus cũ Gothi, & Longobardi fuerint, iure etiam gentium potitos illos fuisse: eodemque Iure, & Regẽ, & Regiam habuisse suo arbitrio, suaque potestate clarum est. Ridiculus iccirco magis quàm argutus ille scriptor probatur, qui transacta seculis, silentioque sepulta Gotherũ iura, in Regibus olim constituendis hac ætate retexere vertereque rerorsum aggressus est: longeque ridiculosior eius comitiatio in mortuos iactata videtur, qui dũ latrones Gothos appellat, latrones Patria sua in primis imperasse affirmat. Cuius ego honori vicinitatis causa impensius studens Reges fuisse in Italia Gothos legitimis titulis præter id quod dixi, Gentium Ius, ostendo. Primum Imperiali concessione à Zenone Theodorico facta, quàm Procopius, Paulus Diaconus, Aretinus, Blondus, & alij referunt. Secũdo Iure possessionis: Neque enim Gothi Italia Regnũ per Italorum iniuriam, aut priuationem adepti sunt, sed per Odoacris Herulũ Regis deiectionẽ, à quo Italia occupata fuerat. Tertio populorum admissione, & consensu: constat enim Odoacrem ab Vrbe Roma exclusum fuisse, Theodorico subinde sponte recepto, & Italia Rege salutato. Si itaque Roma & Italia Gothicum regnum sibi constituit, minimè igitur latrones Gothi, sed Italiæ Reges, Ducesque fuêre: neque Papia latronum, vt ille mentitur hara, sed Regia sedes, fidaque Regum Italia statio fuit. Verumenimuero vt hac etiam in re, in qua ille disertus scriptor sese iactitat, suasque sine causa, & ratione ostentat maledicendi vires, vt in hoc ipso pateat, quam procul ille ipse à ratione secesserit, ac in sese, suosque maiores ignominiæ labem verterit, fingamus, quæso, veritate semper excepta, Gothos sicarios, ac inimães viros, Neronesque fuisse. Quid tum turpius, quid ignominiosius obijci vniuersa Italia ab hoc scriptore potuit, quam q; hac nobilissima Regio per annorum spacia latronibus subiecerit? Non ne potius cogente fato honestis, clarisque viris subiecisse, quã per nostrum dedecus, & ignominiam ignobilibus seruitutem præstitisse dicendum esset? Non ne nos ipsi subiectionem nostram eo turpiorẽ facimus, ac confitemur, quò improbiores atque indigniores fuisse nostros Principes attestamur? Latronibus porrò Gothis nuncupatis, in Italos, qui eos pro Regibus receperunt, conuitium transmittitur: in primisque illa Italiæ pars conuitio afficitur, quæ prior ipsos Gothos aduenientes excepit. qua quidem pars illa ipsa fuit, quæ inter Adduam amnem, & Aquileienses campos sita est, vbi fugatis Herulis primum consedisse Gothos palàm est, Ticino vrbe, Papiaque eo tempore ab Heruliano excidio, quod perpessa fuerat, caput vix attollente, & in suis adhuc ruinis ægre versante. Si itaque inuida culpa, notaque vlla Italicis populis ob Gothicum inguen (vt ille ait indignè perlatum) potest, ipsa certè Papia ab ea nota quam maximè abest, quoniam excusabilem languentis vrbis deditionem recens populi clades, atque calamitas

calamitas ficis, quam quidem excusationem minimè in Ciſaddanis ciuitatibus temporis, & belli ratio aquè admittit, quas antea à depopulationibus, & ruinis intactas fuiſſe conſtat, & integras repugnandi opes ſub Gothorũ aduentum verſimiliter habuiſſe patet. Aut ergo Gothos Dominos, Principesq; in Italia fuiſſe noſtris progenitoribus turpe fuit, quo quidem caſu omnis turpitudinis labes in eos recedit, quis Gothorum dominio primùm Papienſes aſſenſere, (Quos quidem Papienſes poſtremo tempore, & loco Gothis adhaeſiſſe itineris ratio, omniſq; hiſtoria probat, cum omnia iamdudum Tranſpadana, quæ inter Addvam amnem, & Liburniam iacent, eorum armis ceſſiſſent) Aut Gothos Italico Regno potitos fuiſſe, Italis turpe non fuit: cum fato, potius quam caſu, huiuſmodi rerum commutatio eueniat, quo quidem caſu nimis ſanè ineptæ, nimiſq; inſolens illius Rhetoris conuiciatio fiat, qui rabidi canis ritu in Regum ſepulchra infremuit, ſedaque ſimul oratione proauos, & maiores ſuos, olim Gothorũ receptores, & ſubditos, eodem impetu memordit: quos tueri potius, quam prodere, rebus iam obliuioni traditis, rationis officio omnino debuerat: Indignius quoq; eſt, quod obijcitur, ſeruam alienorum ex Regia ſedis cõſtitutione Papiam fuiſſe. cui reſpondeo, quænam ciuitas Italia, una excepta maritima, Gothis ea ætate non ſubiacuit? imo verò ſi ſuppoſita Gothis Papia fuit, ſubiectiſſima prior eiſdem huius ſcriptoris gens, & patria fuit: longeq; illis ipſi ciuitati inhoneſtius fuit Gothorum miniſtris, ſeruisq; ſubeſſe, quam Papienſibus, ipſorum Gothorum Reges, & Duces hoſpitio recipere: cum nobiliorum familiaritas, ac præſentia honori, ignobiliorũ verò contubernium oneri, & moleſtiæ eſſe ſoleat. Item quæ porrò ciuitas regia intra Italiæ fines ſita eſt, quæ ſemper gentis ſuæ Reges, aut Principes in ſolio habuerit, ipſa nobis Roma rerum olim domina teſtis ſit. Quoties enim illa Aphros, Græcos, Hiſpanos, alioſq; externos ſibi imperantes etiam inuita ſenſit? Quoties nefarios, & infames homines, ne dicã turpia paſſos, in Imperio perculſit? Quoties immites, ſacrilegioſq; viros pro Dictatoribus, Imperatoribusq; ſalutauit, atq; in Italia exitium recepit? qui non ſolùm Italiæ partes, & membra, ſed vrbem ipſam proſcriptionibus, incendijs, cædibusq; fœdarunt. Si igitur alieni generis virum Principem recipere, ſi immite imperium perferre indignum fuit, noſtram indignitatem ſuo exemplo Roma honeſtiorem facit: quæ non ſolùm alienos pro Imperatoribus, ſed ſuos etiam longe turpiores diu ſuſtinuit, & quam demum Romam iſte ſcriptor pro ſua gentis genitrice obſeruat, ſimul notatq;, ac ſibi ipſi contradictionem parat. Vt ergo noſtra digreſſio finem habeat, vna ſententia ſingula perſtringam. Si Italia eiectis (vt dixi) Herulis, Gothos pro Regibus recepit, habuitq; ergo vrbes ipſæ regia conſtituta ſub Gothorum dominio, Italico iure regia fuêre, cum Italicum ius Gothis Regibus tributum fuiſſe manifeſtum ſit. Et quamuis poſtea humanarum rerum more Regnum illud euanuerit, ipſas tamen ciuitates regali ſede potitas fuiſſe, honorabile eſt: Conſulis atq; Prætoris exemplo, qui finito Magiſtratu, Cõſularis, vel Prætorius dicitur, & à præterita dignitatis functione honoris elogium in ciuitate, vel prouincia, vbi magiſtratum geſſit, perpetuum habet, quamuis

A ſine magiſtratu poſtea vitam ducat. A qua ſimilitudine ſequitur, quod ſi quis ciuitatem, vel prouinciam regali ſede olim ornatam, nullo honore dignam duxerit, quoniam regnũ eius finierit, perinde verſari in honoris diſtinguendi ignoratione videbitur, ac ſi Conſularem, vel Prætorium virum geſta dignitatis nomen retinere nullo modo arbitretur, quod retineri palam eſt. Conſularis enim à Conſulatu præterito, & Prætorius à Prætura dimiſſa dicitur. Sicq; etiam Regalis ciuitas à regia ſede habita appellatur. Et quẽadmodũ vnusquiſq;

B ciuis Conſulari, vel Prætorio viro æquari honoris ratione non poteſt, niſi par dignitate functus ſit: ita vnaquæq; ciuitas æquari Regali Ciuitati in dignitatis exiſtimatione non debet, niſi in æquali honoris gradu aliquando fuerit, vel libertatem aſſecuta ſit, quo caſu anteferenda etiam erit. Differunt quæ inter ſe hæc ipſa, ciuitatem regiam olim fuiſſe, & aliam ciuitatem hodie Regiam fieri poſſe: ſicut differt actus à potentia, & conſtitutus à conſtituendo. Actus enim eſt, quicquid fuit aut eſt: potentia verò in

C ſpe, aut in expectatione actus futuri eſt, ad quem ſanè actum ſemper non deducitur, ſed interdum impeditur. Dici itaq; Regia vrbs ex ſolo ſtatu, quod apta Regno videatur qualibet ciuitas nulla ratione poteſt, regia ſede nondum in ea locata. Et cum exiſtimari Regia antequam fiat, nequeat, Regali pariter ciuitati æquari nequit, quamuis ipſa Regalis vrbs functa regio honore iamdudum arguatur: quoniam regni ſubſiſtentia finita, minimè tamen videtur finita memoria dignitatis habita, quam vigere, & honorem poſt functi-

D onem exhibere demonſtramus. Nec conuenit hoc loco, obiecta ſimilitudo de Rege ſumpta, qui regno electus in alieno ſolo ſine dignitate verſatur, vt ſuo etiam argumento Cremonenſis ſcriptor refellatur. Nam cum Rex diademate amiſſo profugus vagatur, peregrinq; & hoſpes eſt in alieno ſolo. Itaq; cum peregrinus ſit, nullum ius ciuitatis, aut prouinciæ vbi moratur, habet: quia externus eſt. Quare neq; Patricijs, aut decurionib. neq; aliis prouincię, aut ciuitatis magiſtratibus præferri ea ratione, q; Rex olim in Libya, aut Scythia fuerit, poteſt:

E quoniã nullũ ius patrium in eo loco habet, nullaq; dignitatis inſignia poſſidet, ex quibus honorem ſibi ipſe æqualem prouincialibus eo in loco ſuo iure aſſumat. Sed diuerſa ratio eſt in ciuitate olim regia exiſtente, nunc verò regia eſſe deſinente, quia ſtat ſuo loco ciuium vniuerſitas, quamuis regali ſolio careat, priſcaq; dignitatis memoriam in eodem loco quoquomodo ſuo ſtatu repræſentat. Stãt Arces, Prætoria, Atria, Sepulchra, Inſignia, & alia plura monumenta, & ſcripta regni ſedẽ atteſtãtia, quæ nuſquã in altera ciuitate, vbi re-

F gni ſtatio nunquã fuerit, viſuntur. Et quæ quidẽ ôia argument, quicquid honoris ciuium vniuerſitati contigerit, in eiuſdẽ ſemper vniuerſitatis decus, nomẽq; referri, quia perpetua vniuerſitas eſt, ſuoq; loco perſtat, nec mortis caſum vnius regis more ſubire poteſt, cum prò ſua ciuitas ſeſe muniat, atq; decedenti alteri, alterum in vniuerſitate repræſentanda ſufficiat: quod clarè iuris ſcriptor Modeſtinus explicat, dicens: tam diu Ciuitatis ius durare, quãdiu ipſa permaneat. Dig. quib. mod. vſusfr. amittatur. l. ſi vſusfructus ciuitati &c.

De Iustiniano Imperatore, & Romanæ Ecclesiæ iure.

Cap. VII.

INDIGNE facere viderer, si Iustiniani acta memoratu digna, mihi ante oculos posita praetermitterem. De quo illud praecipuè commemorare decet: Quod ab initio Imperij sui Romanæ Ecclesiæ, atque eius Pontificis quàm maximè studiosus fuit; promulgata constitutione, in qua ipse Imperator declarat Romanam Ecclesiam esse Matrem, & Principem, caputque omnium aliarum Ecclesiarum, tàm Orientalium, quàm Occidentalium, & Romanum iccirco Pontificem omnibus praesse: Summittens idem Imperator Romano Pontifici dictæ constitutionis suæ decretum: qui Pontifex, Ioannes nomine, recepta Iustiniani epistola, auditisq; Hippatio, & Demetrio eius legatis: respondit vt infrà.

Gloriosissimo & Clementissimo filio Iustiniano, Ioannes Episcopus vrbis Romæ Sal. dicit.

INTER claras sapientiæ, & mansuetudinis vestræ laudes Christianissime Principum puriore luce tanquam sydus irradiat, quod amore fidei, & charitatis studio edocti, Ecclesiasticis disciplinis Romanæ sedis reuerentiam conseruatis, & ei cuncta subiicitis. *Cetera collige ex ipsa epistola relata quarto loco, libro primo Codicis. De summa Trinitate, & fide Catholica. In qua epistola inserta est Iustiniani constitutio in hec verba:* Nos reddentes honorem Apostolicæ sedi, & vestræ sanctitati &c. *Cui deinde adiecta est approbatio Romani Pontificis per huiusmodi verba:* liquet igitur gloriosissime Imperator, vt lectionis tenor, & legatorum vestrorum relatio patefacit, vos Apostolicis cõditionibus studete, *& reliqua. Quæ quidem omnia in vnum collecta probant Iustinianum pluris fecisse Romanam Ecclesiam, quam sui ipsius Imperiũ: quandoquidem non sit ausus edere legem a se conditã, circa fidei nostræ praedicamenta, nisi impetrato prius Romani Pontificis, quem patrem appellat, decreto: aperte consentiens Romanum Pontificem Petri vices, Petrum verò Domini IESV CHRISTI potestatem in terris repræsentasse, vt etiam hoc tempore repræsentat. Is autem Ioannes Pontifex secundus huius nominis fuit, Romanus genere, de quo Platina & alij breuiusculè scripsêre praedicta historia omissa: quæ mihi pluris facienda visa est, quam declaratio multis post annis à Phoca Imperatore edita, in Romanæ Ecclesiæ honorem, quoniam dum Iustinianus Pontificis decretum per suos Legatos circa legem suam firmandam petit, superiorem Imperio in ea re sedem Apostolicam facit, qua superiore extante, Phoca declaratio parum necessaria fuit, cum diuina, & non Imperatoria potestate Sedes ipsa statuta in terris sit, à qua qui aberrarunt, Deum illius autorem, & Dominum vindicem habebit. Duravit autem hec Iustiniani religio vsque ad Agapeti Pontificis tempora: deinde refrigere cœpit ipso Imperatore in fidei rectitudine sæpe titubante: lege Platinam, & alios: quæ quidem animi inconstantia etiam in ferendis legibus, latisq; abrogandis vsus est, vt à plerisq; notatur. Nec illa istris compositio, quam alsqui mirantur, & celebrant, digna commendatione est. Ordo enim rerum omissus in componendis legibus fuit. Realia passim cum Personalibus, Ciuilia Iura cum ijs, quæ Iuris gentium sunt, Prætoria cum alijs; & è contrario immiscentur. De acquirendo rerum Dominio, & possessione, quæ sunt prima hominum Iura; in extremis fermè digestorum partibus translata leguntur: De rerum diuisione titulo præposito, longeq; collocato. Item quod vni titulo, siue inscriptioni subijciendum erat, procul ab eo alibi refertur. Pacta quæ contractibus interponuntur, ante contractuum notitiam, ac traditionem collocantur. Publica Iura veluti de Iure Fisci, de re Militari, de Decurionibus, & alia priuatorum obligationibus postponuntur, quæ multo aptius coniungenda videbantur; cum iuribus ad publicas personas referendis, vbi tractatur de Senatoribus, de Officio Cõsulis, Prefecti vrbis, Quæstorum, Prætoris, & aliorum Magistratuum. Deniq; vt agnoscas inconditum, atq; inordinatum opus in ipso Digestorum limine, inspicere licet Titulum primum, de Origine Iuris, §. Iuris Ciuilis scientiam. vbi cum proponuntur enumerandi Iuris Scriptores, quinquaginta viri omittuntur, à quibus maior Digestorum pars confecta fuit. Quos quidem hic recenseo:*

Aristo	Octauenus
Arianus	Priscus Iabolenus
Archadius	Priscus Neratius
Aphricanus	Priscus Marcellus
Aurelius Maximus	Priscus Fulcinius
Celsus Iulius	Papinianus Aemilius
Celsus Iubentius	Puteolanus
Celsus Marcellus	Paternus Valerius
Claudius Herm/nianus	Paternus Terentius
Cocceius Campanus	Rutilius
Caius Flaccus	Ruffinus
Callistratus	Sextus Pedius
Flauius Mella	Sextus Pomponius
Florentius	Scævola
Furius	Saturninus Claudius
Haburnius Valens	Saturninus Mutius
Hermogenes	Saturninus Venuleius
Herennius Modestinus	Triphonius
Iulianus	Tertullius
Iunius Gratianus	Terentianus
Iustus Papirius	Valerius Seuerus
Iulius Paulus	Vindius
Iulius Tertullianus	Volusius Mætianus
Mauritianus	Vrseius
Martianus	Vlpianus
Marcus Blandua	Valentinianus
Macer	Et alii.

Horum enim virorum mentio habenda in illa enarratione fuerat, vt eorum industria, ac disciplina ratio exige-

exigebat. Plura alia referre possem ad indicandum operis Iustinianici incompositionem. Aqua demum effectum est, ut fuerit necessaria posterorum cura, utq; sedulitas in coniungendis Codicis, & Authenticorum innouationibus cum Digestorum Iuribus, in multis abrogatis, & in distinguendo casus, sine propositione, aut similitudine pares, aut ex parte dissimiles. & in iis conciliandis, in quibus vis contradictionis inesse apparuit. Quo quidem in negocio Actius Beneventanus, vulgò Azo dictus, diligens scriptor fuit, & sese Tribuniano, & alijs collegis eius doctiorem in eo munere obeundo probauit. Sed heu infelix nimis seculorum status iuris scripturibus fuit. Mille enim, vel paulo minus annis intercesserunt a Iustiniani Imperio ad Carolum Quintum Imperatorem, in quibus vix quisquam ex Imperatoribus in Iuris communis volumina detergendi tetulos vertit, sed suo quisq; arbitrio in subiectis promptis legis tulit Iuri communi aduersantes. Hinc Scripturarum copia creuit, creuitq; simul dissensio, casuum etiam varietas, ac multitudo excreuit. Rerum deinde, & personarum, Principatuum, ac Regnorum immutatio subsecuta multa ademit, vertitq; in diuersum. Pontificum quoque Romanorum scita, canones, interdictaq; plura subuerterunt, aliasq; immensa introduxêre volumina. Populorum denique Iura, quæ municipalia vocant, suam similiter copiam, ac variationem effuderũt. Quæ quidem omnia Iuris peritiam in opinionum certamina deduxerunt. Vnde communis opinio, docta illa est, quæ numero, non quæ sensu præstantior apparet. Hinc eriã consilia peti, scribi, ediq; necesse fuit. Tandemq; Iuris facultas, atq; peritia ab artis simplicitudine, in dissimilitudinem, ac difficultatem tradicta est. Dolere itaq; vicem istius confusæ artis non solum Iustiniani causa, sed etiam successorum possumus, qui expurgandis desuetis, antiquatisq; iuribus peritos Viros sua quisq; ætate non adhibuerunt. sed Imperatorum culpam leniorem facit Pontificum incuria, qui suum Ius Pontificium in similis fere rerum comixtione passi sunt versari. Nemo tamen hac legens, deterreatur a Iuris facultate agnoscenda, quoniam ingenio preditis, studiumq; adhibentibus scientia, etiam confusa, in lucem vertuntur, & quamuis plurima circumferantur Iura Regnorum, & Populorum, Iuri communi aduersantia, attamen ad istius Iuris fontes peritia causa descendere oportet. Ab eo enim rerũ, & personarum, obligationũ, actionum, exceptionumq; capita, siue argumenta elicimus. Ab eo petimus regulas contractuũ, successionum, substitutionum, legatorum, dotium, alimentorum, & cætera ad impuberes spectantia. Ab eo divisiones bonorũ facere, seruitutes constituere, & communionem inter socios nectere discimus. Quisquis igitur istius facultatis penetralia adire optat, minime difficultates a me enarratas pertimescat, subeat laborẽ virtute duce: labor enim virorum est, quem sequitur præstantia animi, qua quis honorificentia dignus efficitur: cum vnius peritia plura scire videatur, quã vniuersa ciuitas, illum vnum omnes adeunt, consulũt, audiuntque. Ludouicus olim me puero Galliarum Rex, & Mediolani Dux, Iasonis Maynis summa cum motus Papiæ mentem fecit, vt tantus virum Iuris oraculum audiret. Ingressusq; auditorium manu silentium indixit, vetuitq; scholasticos iuuenes loco cedere. Sedit itaq; Rex quasi vnus ex illis, centum illic astantibus nobilissimis Proceribus. Auditum deinde Iasonẽ commendauit, socumq; sibi adesse a latere aperto capite in egressu honoris causa cõgit: Togaq; aurata, ideſt aureo filo contexta, munere ipsum honestauit. Videtur quid vnius viri præstantia in orbe possit, quando Reges Francorum in Italia Iuris peritum audire secundum sit. Commodo quoq; Iuris facultas adhibito ordine percipi poterit, scribendi cura adiecta, de qua alibi fortasse apertius. Reuocat nunc me ad historiam prosequẽdam Longobardorum genus, cuius originem Paulus Diaconus, qui Longobardus fuit, & Sigebertus ad Vinnulos refert: quod ridiculum, & fabulosum puto, præsertim, quod de Gambara muliere fertur. Longè quidem antiquior Longobarda gens est, quam censeant necessarij, siue posteriores scriptores: quod apertissime probat Cornelius Tacitus Langobardos eos appellans, cuius Cornely autoritatem sequens, referam sequentis capite, quæ ad eosdem attinent, Cornely verbis similiter recitatis.

De Longobardis, & eorum reditu in Hungariam.

Cap. VIII.

Reuersi in Hũgariam Longobardi, qui Brixillienſi victoria insignes, a Narseo dimissi fuerant, Regi, & proceribus, ac suis quisq; suis iuribus referre, quæ regio Italia sit, quæ planicies, quæ flumina, quæ oppida, vrbes, opesq; illius sint: qui victus, qui mores, qua hominum ingenia, aliaq; explicare, & in populis cœtum sæpe enarrare rogati sunt. Vicis tamen omnium relationes vnius Landuiphi Ducis oratio, Albouino Regi, & Proceribus, Italiæ situm in Circumpadano tractu describentis. Ampla aut planities est illa pars Italiæ, quam perlustrauimus, montium corona ab omni latere præterquam ab Oriente circumclusa, à quo Oriente Adriatici maris sinu regio circumuoluitur. Medium fermè planicie latissimus fluuius intersecat, ab alijs fluminibus aquarum incrementa sumẽs, & ab ipsò montium Occidentalium limite in Adriaticum Mare diuisis partibus fluens. Padus is dicitur, quasi omnia sibi finitima aliquando pandens, vndisq; subyciens. Vtraq; regio Cispadana, & Transpadana fluminibus, & riuulis aptissime discreta, ac referta est, quibus facilis aquarum meatu humiliora loca irrigantur. passimque ex ia molendina euoluuntur. Patẽt ibi ad prospectum disposita suo ordine arbores, aquarumq; ductus circumstant, & virentia prata in medio excipiunt. hæc autem prata durante æstate alternis mensib. secantur, & ipsa denique abeunte æstate pascuntur. longa nimis oratio erit si referam campos, vineta, pascua, saltus, colles, nemora, venationes, aucupia hyberna, æstiuaq;, lacus, piscationes, nauigationes, & alia commoda. quid dicam mauis? Aurum, & vitrum flumina, olei materiam innumera

arbores, fruticaq; ferunt. Salem quoque, & ferrum, montes, incolis inquirentibus pluribus in locis eruunt. Adeo omnia in rerum opulentiam à natura veniunt. Incolæ ipsi benigni, & hospitales sunt, & agrorum cultura quàm maximè incumbunt, gregesq; & armenta per caterua sine numero alunt: sed equitio parum delectantur, cuius rei causam inquirens à senioribus accepi, ex herbarum luxuria à plano solo cœliq; clementia proueniente, equorum artus molles, & enerues fieri, paruoque labore, & estupleroſq; lassari, quamuis quàm diu pulli sint, probè adolescant, & corporis habitudine conspicuo euadant. ideoq; Circumpadani ipsi, aut ex propinquis montibus, aut ex aridis, & lapidosis saltibus equos petunt. Celebrari igitur eo tempore, & Longobardis in desiderio esse tum primum Italia cœpit. Annunciatur deinde bellum Gothicum in Italia finitum esse, parte eorum ab Italia dimissa, & parte in Italicum nomen, moresque recepta: fertur eodem fermè tempore Iustinianus Imperator vita functus, Iustino secundo Imperij successore relicto. cuius ingratitudo in Narseum Ducē insignis fuit, Sophia maximè insolentissima fœmina consilia suggerente, & quem demum Narseum ab Italica præfectura amotum, per epistolas, & internuncios temerè insectata fœmina fuit. Ille igitur iniuriarum impatiens audito Longini Italiæ præfecti aduentu, Roma secedens Neapoli se continuit, fataliq; indignatione percitus, Longobardos ad Italiam inuadendam excitauit, literis ac nuncijs ad Alboinum Regem sibi amicissimū emissis, quibus adesse tempus aiebat, quo sedem sibi aptissimam, ac ornatissimam suis viribus comparare possent, nullo tum idoneo Duce, nulloq; valido exercitu Italiam custodiente. Auderent itaq; in tempore facinus memorabile, aggrederenturq; regionis dominium vltro eis quasi fato oblatum. Animati igitur Lōgobardi ad Italiam occupandam profectionem parant. Nunc quæ gens ea fuerit aperiam.

De Longobardoum origine.

Cap. IX.

OMnes qui de Longobardorum origine hactenus scripsere, à Scandinauia, vt aiunt, insula oriundos, in Pannoniam commigrosse tradidere: Nihilque aliud de Scandinauia, quam Pliuij verba referunt, posita in libro quarto capite XI. de insulis Pōti. Ego verò ab eis dissentiens puto Longobardos habuisse originem à peninsula, quæ inter Saxoniam, & Scandinauiam sita, vtrique proxima est, hodie Langland nuncupata, cuius peninsulæ sinus à Plinio Lagnus dicitur, & in Orientem vergens mare pertingit, Cimbrorum promontorium ab altero latere habens. in illo itaque Lagno sinu, continenti fermè applicato, istius gentis origo fuit. Primumq; Lagnoandri, idest viri à Lagno, postea composito vocabulo Langobardi, quam diu patrias tenuēre sedes Romana voce appellati sunt, vt peritissimus vir Cornelius Tacitus memorat libro vndecimo, referens Italium Flauium à Romano Imperatore Regem datum Cheruscis Germaniæ populis, eorum deinceps factionibus Regno pulsum, Lantoharderumq; postea opibus refectum, res Cheruscas bello afflixisse. Quæ quidem Cornelij verba apertissimè probant antiquam Gentem eam fuisse, & opibus instructam. cum Regem Regno à quo pulsus erat, restituerint. Arguuntur autem ineptiæ illi, qui à barbis longiusculis, vel à Bardis denominatum gentem scripsitarunt: quasi ipsi soli barbati fuerint. quid quasi Lango, cum longo, quid Bardi cum Barbis similitudinis habeant? Esto ista ita quod Longobardæ inuenta ab eis, & vsu habita sit: Attamen illud teligentes rationabilium à suis auctoribus nomen sumpsisse videtur, quam ipsi ab illo: cum inuentor nomen rei imponat, potius quam inuenta res ipsi inuentori. Sed danda est priscis historicis venia, quæ Cornelij libros postremos, nuper tantum repertos, & in lucem emissos, videre non potuerunt. Mediolani n. me puero reperti sunt. Excedentes itaque suis finibus Langobardi post Rugilæ vastitatem, dein ab eis possessas, Pannoniam occupauēre, sine à Iustiniano Imperatore asciti, fœdereque coniuncti, vt Procopius innuit libro tertio, sine alio modo: Gepidasq; populos, in ipsa Pānonia Regni nomen, ac potestatem habentes, funditus deleuere, vt Blondus narrat libro quarto. Gepidarum exciso Regno, gens Langobarda in Italiam pedes inferre, in Italia postremas figere sedes optabat. Tandemq; profectæ sequuntur, Saxonum adscitis copijs, quibus tum & priscæ vicinitate, & societate coniuncti erant, viri mulieres, nati, armenta, gregesq; longo itinere Italiam petunt, anno à partu virginis Quingentesimo & sexagesimo octauo. Sed quis fuerit Italiæ status aperiam.

De Italiæ statu sub Iustino Secundo.

Cap. X.

NVllo fere anteacto Romani Imperij tempore versata magis in regiminis discrimine Italia fuit, quam sub postremos Iustini secundi Imperatoris annos: in quibus electis Narseo, & Dagistheo Ducibus, Longinum infausti nominis virum Italia præfecit, ipse in primis Imperator, à recto religionis calle ad hæreticam mentem vertens: auaritia etiam, atq; inscitia animū imbuerat, sine idoneo Duce, & exercitu Italia relicta. Item ne singulis Italiæ regionibus pronunciarum more suos magistratus constituere necesse haberet, ad eustandum impedia, vnum tantum Longinum Exarchum Italiæ, idest Summum Magistratum fecit, à quo Exarcho singulæ ciuitates Prætores acciperent, Roma excepta, cui Præsidem dedit. Nullus itaq; Lōgino administrante Senatorius ordo, nullaq; prouincialis præfectura, aut in Vmbria, Hetruriaue, aut in Liguria, Neapolitue, aut alibi in Italia, vt assueuerat fuit: ad quam maiorem rerum pondus, quod à Iusdicentibus explicari nequit, referri posset: ipse deinceps Longinus Italici regiminis expers, neque vbi de Magistratu prouidendum, neque vnde amouenda potestas esset, satis nouerat: neq; si nouisset

solus omnium, vt homo erat, tanto oneri sufficisset. ex qua quidem fatali Imperatoris, ac Praefecti imprudentia, rerumque nouitate euenit, vt recedente ab Italia Dagisthaeo, qui Transpadanis praefuerat, plures ciuitates Exarchatus insolentiam exosa, magistratu à Longino petere neglexerint, suosq; sibi Rectores, ac Iudices populi autoritate cõstituerint: praecipuè Mediolanum, Papia, Brixia, Verona, Vicentia, & Tarui sium, quod eorum Blondus retulit libro octauo primae Decadis. Inhac igitur gubernaculorum nouitate, collabante Italia, appropinquant Aquileiensibus cãpis Longobardorum agmina, sedemq; in planitie figere statuũt. praemissoq; equitatu cõiuges suas, familiasq; & aruẽta, longo, & diuturno itinere à Pannonia traducta in Italia explicant, & instaurant, Deoque pro aduentu vota suo ritu solemni. Et explorato demum ab accolis ciuitatum statu, per superiora loca deducunt copias, Tarui sio, Vicentia, Verona, Brixiaq; receptis, in quibus magna familiarum parte locata, cũ reliqua turba instructo exercitu Mediolanum petunt, subductoq; commeatu populum fame laborantem ad deditionem compellunt, ac diripiunt, implentq; sua gente vrbem, regionemq; veteribus incolis Longobardo furori manus dedentibus. Hoc successu audacis breui tempore Longobardorum rebus, Longinus Rauenna pauens, multum praesidia in ciuitates interius iuxta fluuiorum situs immisit, Papiamq;, Cremonã, Mantuam, & Patauium, in Transpadanis quam maximè munimunt. Diuisa itaq; Transpadana Regio erat, pleraq; superiora loca, Como, & Vulturnia exceptis, tenentibus barbaris, & inferiores vrbes tuentibus Italis: nullo tamen cãpestri exercitu tanto temporis spacio, quo Longobardorũ profectio durauerat, in Italia comparato, quam quodẽ profectionem triennium duraſſe scriptores affirmant. Longobardis refectis militibus, omnẽ regionem inter Adduam, & Ticinum situm primũ sibi subijcere parant, & Papia vrbis opportunitatem speculate in ipsam ciuitatem bellicosam vertunt, rati, è Mediolani casu perterritos Papienses statim deditionem facturos. Contra Papienses praeuisa iam antea Longobardorũ aduentu, impetuq;, praeter praesidiarios Longini milites, duo millia hominum ex Ligustico tractu cum ingenti commeatu in vrbem deducunt, & propugnacula munium. Adeunt Longobardi infestis signis, & vocibus vrbem, insultant moenibus, ac subire tentant: minantur incendia, ac repetita saepius oppugnatione clamore, & vlulatu, ciuium & militũ animos, vireq; pertentant. Illi verò telis ab alto coniectis euentur vrbem, arcentq; à portis, & moenibus hostes, atq; ignitas faces, sulphure, piceq; illinitas, in aciem torquent. Exarsit tum iracundia Alboinus Longobardorum Rex, ac ciuitatis alta voce excidium, ac euersionem est comminatus: cernensq; frustra oppugnatum iri oppidum situ, ac virorum robore, fideq; firmatum, obsidere vrbem aggressus est.

De Papiæ obsidione, & deditione.

Cap. XI.

TRiennalem fuisse Papiæ obsidionem apud omnes scriptores constat, Platina etiam hoc attestante in vita Ioannis tertij, Alboino Rege cum exercitus parte vrbem acerrimè premente, ac die noctuq; infestante, & ne de ciuitate liberanda cogitare Longinus, aut Imperator posset, alteram exercitus partem Alboinus Padum trajcere, & in Æmilienses, & Tuscos populos arma vertere iussit. vno itaq; tempore, vnaq; gente extinctus tribus in regionibus Italiæ fuit, nullo Duce, atque exercitu Longobardico furori castra opponente. Papienses igitur longa obsidione exhausti, nullaque futuro auxilij spe freti, de deditione faciẽda regios nuncios audire compelluntur. Erat in ciuitate Dalmatius Sagaus insignis sacerdos, qui ciuium nomine ad Regem ire, ac redire pro deditione curauit, ac deditionis pactiones sub hunc modo legibus composuit. Primũ quod omnibus tam ciuibus quam peregrinis, militibusque corpora, & bona tuta, & libera essent, siue in vrbe consistere, siue abire maluissent. Item quod Papienses suis institutis, & ritibus viuere sub Regis dominatu impune liceret, sicut olim sub Romano Imperio, ac Gothico Regno vixerant, fide tantũ Regi circa Regni potestatem seruata. Tertium quod Ligusticæ oppida à Placentino agro, vsq; ad Tanari colles sita, olimq; à Gothis regibus Papiensibus adscripta, Papiensia censerentur, & forent. Postremum erat quod Regi tantum, eiusque consilio, vel Ducibus, & non alterius ciuitatis magistratus, subiecta Papiæ esset. Delatis in vrbem pactionum tabulis à Rege subsignatis, Dalmatius altera die cum senioribus populi Regẽ recepturus, vt conuixerat, constitit in porta Orientali, supplexq; aduenienti Regi omnes seniores obuios pia oratione obtulit. ille truculenta facie ciues miratus hostilem animum patefecit, simulatasque perfidia pactiones ad vrbis perditionem detexit, torno scilicet vultu immitem animum apertè prodente. concidit tum repente in ipsius portæ limine Alboini equus Regẽ insidente, quem erigere conati astantes fato deiectũ vtrumque censuere, casumque admirati, Regem mouere, vt iram quam in Papienses delendos occulto fouebat, ab animo dimitteret, vrbemque seruare constituere. Inuasit illico perpetrandi sceleris pœnitentia Regis animum, mutataque sententia sensit simul fata commutari, huiusmodiq; emissa voce: salua sint ciuitatis iura, & qua spondes fiant, eodem actu quo vocem emisit Rex, surrexit sine impulsore equus. Rex igitur læta fronte ciuitatem ingressus, qua pepigerat præstitit, diuinitusq; profecto editum in Rege miraculum fuit, ne Dalmatij viri optimi fides in ludibrium cederet, vt omnino cessisset, si in irritum pactiones ab eo cum Rege compositæ fuissent: quod quidem miraculum à claris scriptoribus celebratum legimus, & in primis à Paulo Diacono libro secundo de Longobardorum gestis, & à Blondo libro octauo primæ Decadis: quem sequitur Sabellicus libro quinto octauæ Enneadis. Hac tum nobilium Scriptorum autoritate suffultus, vertere in Cremonensem oratorem sermonem coger, cuius verba excipio, & rejro:

Ticinenses post paucorum dierum obsidionem

facilè se hostibus dedidere, Italiæ libertate prodita, pro qua oportebat nō solum muros, sed etiam corpora apponere. &c. Quasi verò sola murorum immobilitas arcere subeuntes hostes potuerit sine virorum tutela, Ciuitate maximè in planicie posita. Item quasi etiam Ticinenses non subuenerint salutis suæ periculum. Disce igitur rectius belli iura, quæ fortasse olim claustro assuetus non percepisti: quisquis aduenienti exercitui Oppidi postes obiecerit, siue populus, siue Rex, Iure militari hoste ingrediente salutis discrimen, vel saltem libertatis subit. Non solum itaque Ticinenses portarum prohibitione, sed obsidionis expectatione in periculum salutis inciderant, nullo postea eis transmisso subsidio, nisi optimi Dei nutu salui facti fuissent, ut enarrauit. Cur ergo quæsō tā petulanter in mortuos insiluisti, dicens oportuisse eos subire pericula, &c. si subiisse eosdem proprium pene exitium omnes historiæ luculenter probant? Sed videre exactè oportet, quam probè omnis huius hominis sententia à veritate dissentiat, vertiq; ad veritatem eius os nullo modo queat. Primo trium annorum obsidionem paucorum dierum appellat: cuius opinioni plura aduersantur. Nam decem dies, in publicis iudicijs, sub modici temporis limitatione enumerantur. Triennium verò cum mille & amplius dies colligat, quantum à modico differat etiam pueris patet. Triennium insuper tamquā longum tempus Ius Ciuile mobilium vsucapioni præscripsit. Triennium idem Ius Ciuile Iudicijs finiendis, tanquam magnum internallum præfixit: à quo triennalis instantia dicta fuit. Triennium Romana Ecclesia prædijs suis locandis, tanquam diuturnum tempus limitauit. Triennium denique infantulo ablactando, & ad incessum firmando, ac equino pullo domando natura constituit. Iste verò homo tanquam à natura, & ab Ecclesia profugus, modicum tempus esse scripsit, trienny obsidionem: quam nunquam fortasse per mensem publici honoris causa passus fuit. cuius sententia non solum corruit, sed in eius ingeny labem recidit, cum temporis discrimina (etiam imperitis nota) ipse magnus scriptor non nouerit. Excutio alterum quod scripsit, Ticinenses facile se dedidère. facilè fieri id videtur, quod sine labore, aut mora, aut molestiâ fit. Sed obsidionem diu, ac durater, atq; periculosè perpeti, nunquid sine labore, ac indigentia? nunquid sine maxima molestia fieri potuit? Sicut igitur primo loco modicum esse triennium censuit, similiter secundo loco facilè fieri, quod facilitati contrarium est, putauit: vitioris more, qui deuians ab itinere, quantò promptius graditur, tanto longinquius à viæ rectitudine fertur. Tertium addit sophisma de Italiæ libertate prodita. Va Ticinensibus, si iste Iudex eorum aliquando ascitus fuisset. vrget sanè huiusmodi accusatio, quam vno verbo elido: nego Italiam libertatem tunc habuisse. Tu qui Italiæ libertatem sub illud infelix tempus collocas, ac prædicas, proba quod dicis, autoresq; deprome. Videamus insuper quid sit proditionem facere. nam qui nulla vi, vel necessitate vrgente, creditam sibi ciuitatem hosti tradit, proditionē committit: a cuius nota abest, qui per diuturnitatem obsessus, auxilijs expers deditionem facit, vt eo casu Ticinenses fecere, nequicquam iam in tertium annum à

A socijs, vicinisq; ciuitatibus, & præcipuè à Cremona exspectato subsidio: dedidèreq; Ticinenses suam ciuitatem, & non alienam, vt iste insulsus scriptor commentitia oratione ait: cuius suppositio si vera fuisset, videlicet q; in Ticinensium subsistentia constituta tunc Italiæ libertas esset, redarguendæ omnes Italiæ ciuitates fuissent, quæ Longobardorum non premebantur Imperio, quod in tam diuturno spatio pro Italiæ salute Ticinensibus nullam opem tulissent, minusq; ferre tentassent: inter quas longè culpabilior ex vicinitate Cremona esset: cō-
B mendandaq; ex aduerso Papia est, quod suo penè, vt dixi, excidio tam constanter pro vniuersa Italiæ obsidionem patiens, Regis potentissimi victoriam remorata fuisset. Cuius quidem obsidionis impedimentum, si non interceßisset, Alboinius Rex integro exercitu in Flaminiā, Vmbriā, Etruriā, Romamq; irruisset, profligataq; Italia eo tempore militum deuastata. Longobardorū armis facilius fuisset, Longino Exarcho in Rauenna stagnis, latebrisq; delitescente: qui non solum Longini infaustum nomen, sed detrimentum, ac perniciem Italiæ intulit. Videergo, & agnosce lector, quo ingenio, quo
C iudicio, qua mente iste Cremonensis scriptor imbutus sit: quando in ijs, in quibus Ticinensium virtus omnium virorum approbatione quam maximè enituit, in ijs ipsis labem meditari, & componere non erubuerit, atq; alijs probra, infamiamq; astruit, ipse sese mendacē, falsumq; prodit, ac in se, suosq; eadē probra retrudit.

De Papiensium iure sub Longobardis.

D

CAP. XII.

PAPIA à Longobardis in potestatem redacta, nulla vi affecti cives fuere, publicumq; regimen à Rege constitutum fuit, qui & Papiensib. iuxta Romanas leges, & eorum instituta, & Longobardis secundum ipsorum ritus ius diceretur. A quo quidem iuris dicendi discrimine introducta distinctio fuit, vt in obligationibus, vel contractibus à tabellione scribendis, vnusquisq; profiteretur, cuius gentis, cuiusq; Legis, aut
E Iuris esset, hoc modo: Iulius Ritsus, qui profitetur se viuere lege Romana, & Clotharius Astulphus, qui profitetur se viuere lege Longobarda, fecerunt inter se infrascriptas obligationes &c. Has enim obligationum formulas in membranis descriptas legere licet in Archiuo Episcopatus Papiæ, à quo ciuitate bello flagrante pleraq; monumenta exportata fuerant, pace q; secuta anno millesimo quingentesimo & trigesimo, omnia, quæ à me conquiri, & recuperari potuerunt, suo loco restituta fuerunt, sub Hieronymo Rubeo insigni viro ipsius
F ciuitatis Episcopo. Ex qua quidem formulæ obligationum planè discernitur, Romanas leges Papienses. sub Longobardo Rege vsui permissas fuisse, non solum cum inter Papienses ex vtraq; parte contrahebatur, sed etiā cum inter Papiensē, & Longobardorum obligatio constituebatur. Cur verò illæ obligationum formulæ à Notario, vel Tabellione Episcopo conscriberentur, patet, quam ab altero, ratio patet, quoniam omnia monumenta, quæ in Archiuo Episcopatus relata comperiūtur edi ab Episcopi tabellione, vel scriba in publicam

formam

Digitized by Google

seruam ob Archivi autoritatem, & dignitatem possint, editaq; fidem habent: quod perpetuo vsu, ac iure obseruatum fuit. Et qua demum autoritate ceteri Notarij, & Scriptores in ipsa ciuitate equè non potiuntur, ciuitatis, siue Decurionum scriba excepto, à quo publica acta describuntur, sideque digna habentur.

De Iuramento Papiensium, & Longobardorum successu.

Cap. XIII.

Conuenisse Papienses coram Alboino Rege in Palatio olim a Theodorico Rege constructo, deditionemq; iuramento firmasse apud scriptores constat. Quo autem in loco situm illud Palatium esset, minus patet. Ego veriores puto scriptores affirmantes huiusmodi Palatium fuisse Domum, ex qua postea nouum Monasterium constructum est: vbi Diui Bonifortij sacellum adest, à quo Palatio Palatina primum, deinde vulgari verbo Palacensis fuerat appellata ciuitatis porta, in Laudensem oram versa: supersuntq; adhuc in ipso Monasterio duæ Turres antiqui Palatij monumenta, quarum altera ingens hedera ab imo ad summum vestit, à Septentrionali parte, suo fermè virore loci nobilitatem attestans, exornansq;, cum ex regia domo religiosarum virginum statio ibi effecta sit. Propè ipsum Palatium, vt obiter antiquà attingamus, aderat ab Orientis ora forum magnum, nobilium olim Gotherum conuentus patens, cuius adhuc mentio in scripturis reperitur. Nã sancti Iacobini in foro magno hodie etiam Parochia nuncupatur. Alterum præterea extabat ea ætate Palatium inter viam prædictam, & forum Linarium vulgo appellatum communis Papiæ, eo quod ciuium Papiensium negotia in ipso gererentur. In quo quidem Palatio Carolo Magno Imperatore Schola publicæ constitutæ fuêre, quæ deinde sub Sforcianis in locum, vbi nunc sunt, translata cernũtur. Verumtamen illa Palatia tam speciosa non erant, vt celebrari scriptis à me debeant. Turres quoq; frequentiores, quæ eandem ciuitatis partem occupant, apertè arguunt, nobiliores viros ipsam partem incoluisse, vbi aër purissimus est, & solum eminens, ac declive, in qua declivitate passim exurgunt fontes conspicui, gratiq;, præcipuè in ædibus infra quinquagesimum situs, ac etiam in aula, & antiqua domo Rogerij Sacci aui mei. Alboinus igitur verbis suis, atq; opportunitate circũspecta tam ad belli casus, quam ad pacis otia, ac negocia aptissima, dimittere procerum suorum partem in ea statuit, vt propugnaculum in Circumpadanis haberet. Quæ quidem procerum suorum dimissio, ac collocatio initium, ac firmamentum fuit Regni postea in ipsa ciuitate constituendi, vt alibi patebit. Reuersus deinde Veronam, vbi Rosimundam coniugem natione Gepidam reliquerat Alboinus, triennium regnauit Etruria, & Flaminia, ac Æmilia regionibus magna ex parte suorum armis, direptionibusq; subactis. Quo exacto triennio per coniugis insidias impudicè paratas à duobus familiaribus occisus est, coniuge ipsa, & interfectoribus Rauennam profugientibus, vbi suo vita per veneni poculum, tam adultera, quam adulter vno momento receperunt. omnia seriosè in vnum collecta elegantius quam ceteri retulit Sabellicus libro quinto octauæ Enneadis: tum vt addere eius scriptis hoc loco superfluum videatur. Non destitêre Longobardi ex Albeinis viteritu in reliquas Italiæ partes, præsidio munus firmatas, arma vertere, Clephinum Regem secuti: quẽ Papiæ conuentu habito Regem sibi constituerant: eoq; Rege vsq; sanissimo intra biennium à suis occiso sub ducibus Longobardicum regimen per decẽnium fuit, in quo tempore atrocius quam antea sæuitũ in Italiam est, Roma ipsa, post Neapolis direptionem, ad pactiones compulsa. Quarum summa fuit, vt quicquid eorum armis cessisset, ipsorum Longobardorum dominij essent, & quicquid eo tempore illis non cessisset, in futurũ etiam liberum, tutumq; ab ipsorum armis fores. Dissidet hoc loco Platina ab alijs scriptoribus, ducum regimen viginti annos duraſſe affirmans, in Pelagij secundi vita, cuius sententia minus probatur. Compositis igitur Italicis rebus Longobardi duces confestim in Gallos, Italiam ingressos ad Hipporediam, quam hodie Ivream vocant, impetum fecisse, propellunt-que eos ab Italia, & direptionibus etiam semel atque iterum infestata Gallia in sua reuersi quieuêre. Nunc quo imperio, quo ve regimine vsi sint referam.

De Longobardorum regimine.

Cap. XIIII.

Quod plerique Scriptores circa Longobardorum regimen membratim referunt, ego in vnum colligo, vt appareat fortuna ne, vel casu (vt vulgus ait) an cura, & regimine, introductum in Italia regnum illius gentis fuerit. Primum omnium societas inter eos penè inuiolabilis fuit ab initio, vt ijs verbis attestatur Paulus Diaconus libro tertio capite septimo: Erat sanè hoc mirabile in regno eorum, quod nullæ fiebant violentiæ, nullæ structebantur insidiæ, non audiebantur furta, aut latrocinia, tuta quæque vnicuique erant, siue in suo stare, siue alio proficisci volebat. cuius Viri sententia ad Longobardos tantum, & ad eos, quibus cum pacificè degebant referenda est: nam in alios immites eos fuisse atrocesq; idem autor testatur, præcipuè in Romanos, & eorum finitimos: quos sibi tributarios, ac penè colonos effecisse refert, tertia parte frugum singulis annis ab eis exacta. Assentiriq; Pauli Diaconi verbis videtur, Pelagij Secundi Pontificis epistola Gregorio scripta, quam Blondus ad verbum retulit libro octauo prima Decadis, Longobardorum in se, Romanosq; atrocitatem, ac perfidiam enarrans. Hac ergo feritate in alienos, & fide, ac societate in suos vsi Longobardi, antiquorum Hebræorum exemplo, regnum sibi constituerunt, ex communi concordia Regem eligendo, electumq; etiam si [illegible]us iuste imperasset reprobando, ac occidendo, vt Cleph[illegible]ium de quo supra, & ad triginta postea Ducum regimen ipsius Regni firmamẽ conuexendo, rursusq; ad Regis electionem Ducum regimen pertæsi,

Digitized by Google

pertasi, rodiumdo, qua variatio gentis libertatẽ, feritatemq; , ac concordiam indicat, stareque omnino in Italiâ illi diu nequiuisset, ipsa Italia nutante, & Gallis ex alio latere infestantibus, ac Imperatore Tyberio Mauritioq; successore bellum apparantibus, nisi concordia, ac societatis vinculum, illos in rerum periculis vnanimes eo tempore, stabilisq; fecisset: à qua demum concordia, & societate oriri consilium, à consilio regiminis actus, & obedientia solent, quatria firmamenta videntur regni erigendi, tuendiq; : quoniam concordia à mutuo amore initium sumens, cogitare qua ad mutuum commodum spectant, vnumquẽq; impellit, qua cogitationis vis, erui intima vniuscuiusq; negocij à nobis gerendi, vel reijciendi, concordia itaque gentis, recti regiminis, regnique constituendi pari potissima est, diuina semper potestate prelata. Alterũ in quo cura illorum viguit, fuit in alendo equitatu: greges enim prestantissimarum equarum habuisse eos, atque ab Hungaria in Italiam traduxisse pracr boum armenta constat, vt scribunt Blondus libro septimo prima Decadis, & Paulus Diaconus libro secundo capite septimo in fine, Cuius quidem equitatus copia, atque prestantia, celeritateq; , plura confecisse eos vnius anni spacio bellica negocia in Italia quam credsbile sit, Sabellicus notat libro quinto octaua Enneadis. Equitatu itaque illis suppeditante equitum copiam, atque exercitationem, simulq; equestris disciplina peritiam in eis fuisse necesse est, qua maximè Regno tuendo aptissima probantur. quemadmodum è contrario cum alsũdè petendi equi elegantes sunt, precia eorum, ac traductionis impendia nobis plurimum obstant, coguntq; plerumq; militem à voto desistere, aut equo minus idoneo ad bellandum se se committere, animo fortasse ad predandum, quam ad praliandum promptiore, quod hac etate frequentissimè euenisse perspeximus. Loca autem precipua, in quibus equarum armenta collocata primum à Longobardis perhibentur, Aquileienses, siue Foroiulienses saltus fuisse accepimus: equique illius tractus, ac etiam Hipporediensis inter Transpadanos hodie etiam valdè probantur, tanquam agiliores, durabilioresq; . Tertium in quo belli gerendi impendia consistebant, fuit tributorum quota, equa lance ab omnibus Ducibus regi persoluta, dimidium enim eris sui vnusquisq; Regi pependit. Quartum est quod nusquam in Italia post dimissos Saxones, quos malo euentu dissipatos fuisse constat, alio milite quã Longobardo initio rerum suarũ usi sunt, habuisseq; equitatum viginti millia virorũ, & septuaginta millia peditũ sæpe referuntur. Primosq; eos cõposuisse ferreas series ex orbiculis consertas, quas maculas, & materna lingua, malias vocant, aliquis putat, ex quibus tegi pectus, ac brachia nostrates hodie tutissimum, & ornatissimũ putant. De Longobarda etiam immani telo, postea in Alabardam redacto, autores feruntur Longobardi. Sed iam ad Regni continuationem, mea se se vertit oratio.

De Authari, & Agilul[f]o Regno. CAP. XV.

ANno ab humani generis redemptore octogesimo septimo supra quingentesimum; & ab aduentu Longobardorum decimo nono, gens Longobarda sentiens in Gallia exercitum parari, & à Constantinopoli Smaragdum Ducem à Mauritio Imperatore in Italiam cum copijs destinari, Papiæ cõuentu habito, Autharum Clephy olim Regis filium, Regem elegit, quo arma mouente, Smaragdi vis Rauenna compressa est, pactaque inter eos inducia, Brixillo prius oppido ab Authario recepto, & exesis mœnibus destituto. Galli autem tunc per legationes ab Italia auersi, paucis post annis repetita semel & iterum Italia, vario euẽtu cum Longobardis bella gesiêre, preda tantum abacta, & nulla Italiæ parte subacta, atq; retenta. Continuit enim se Rex Autharis intra Ticinum in postrema Gallorum irruptione, subductis ab agris, villisque omnibus ad victum pertinentibus, & intra oppida, vbi presidia firmauerat, collocatis. Gallis itaq; inanem prouinciam perquirentes, & fame, & æstu afflicti captiuos villicos abducentes, Italiã deserere coacti sunt, imminente etiam metu, quod Longobardi milites, qui in maritimis Neapoli, & Calabria, Campaniaq; , atq; Vmbria oris erant, maturare reditum ad Regem ferebantur. Theodelindam Rex ipse vxorem duxit ex prole regia, sed moribus longè regioribq; , religiosioribusuè: qua ipso Authario septimo anno Regni suì vita functo, ex procerum autoritate nupsit Agilulpho Ducis strenuissimo, in Laumello Ticinensi Oppido nuptijs celebratis. de qua Theodelinda natione Bauara, eiusq; patre Garibaldo, à Gallis è Bauaria Regno pulso, deinde restituto, nihil hoc loco mihi scribendũ superest, Blõdo curiosè singula recensente libro octauo prima Decadis, & Pauli Diaconi scripta repetente. Creuit sub Agilulpho Rege Longobardorum Ducum numerus, tumultuisq; eorum qui iam antea viuente Authario ab eius Regno dissidere cœperant: creuêre simul Italiæ mala, detrimẽtaq; , non sẽlũ ab hominibus, sed etiã ab elementis, diuina vltione in nostrũ genus concitata. Primum Romana Ecclesia à Constantinopolitano Antistite, quem Patriarcham vocant, vexata est, illo scilicet sibi ipsi Oecumenici nomen arrogare conãte, & Mauritio Imperatore eius conatui aduersus Romanũ Pontificẽ aperte opitulante: quibus tamen restitit Gregorius primus, Romana Ecclesia prælatione seruata, à qua re Mauritij Imperatoris indignatio aduersus Romam, Romanumque Pontificẽ succensa est. cernens enim suos conatus in irritum cessisse, copias militũ, quas in Vrbis præsidium aduersus Longobardorum insultus continuerat, subduxit, Roma prorsus destituta, ac in Longobardorum excursiones, quas ab Etruria in Romanorum agrum exercebant, dimissa. Quam quidem partem historiæ à Paulo Diacono prætermissam, exactè collegit Blondus libro octauo prima Decadis, subdens huiusmodi verba: At Mauritius Imperator non solum rei Romanæ, aut Italiæ nullam curam suscepit, sed Gregorio Pontificiſupra vires prouidenti aduersabatur &c. Concors Blondo est Platina in Gregorij vita his verbis scribens. Nequaquam verò ijs malis contentus Mauritius &c. Vtrumque scriptorem sequitur Sabellicus dicta octaua Enneadis libro quinto, vbi hæc ad-

hæc adsunt verba: Noui enim belli causa inde orta est, quod Ioannes Cõstantinopolitanus Antistes &c. Roma igitur vna cum finitimis, & aliis Italiæ partibus, à Mauritio Imperatore derelictis, ac in externarum gentium direptionem coniectis, qua Romani Imperij maiestas, qua reipublicæ ratio in eo fuerit, quodq; Imperij ius sibi in iis quæ à se se abiecit vrbibus retinuerit, agnoscendum est: quod alio loco commodius exquiretur. Rauenna similiter, & Aquileia Antistites ea ætate in Romanam Ecclesiam cornua vertere ausi sunt, pluribus suscitatis Episcopis à Paulo Diacono nominatim relatis libro tertio capite duodecimo. Qui demum omnes Romanæ Ecclesiæ oppugnatores, vna cum eorum sectis euanuerunt, Petri nauicula per pelagi profunda super undarum vertices enatante. Ducum quoq; Longobardorum seditiones, atq; defectiones ab Agilulpho partim conciliatione, partim ferro suppressæ sunt. Inualuit etiam eo tempore semel & iterum fames in Italia ex frugum penuria, inualuêre atri imbres, atq; aquarum profluuia, terras vrbesq; inundatia. Inualuit denique lues mortalium saeuissima, pestilentia suborta. De cœlo quoq; signa Italiæ mala comminantia visa sunt, nec fulgura solum vivos necantia, ædesq; subruentia, sed stella crinita sæpius, & ignita in cœli fastigio hasta nocte vibrari à diuina vltione prospecta sunt: quæ longa series per diuersa capita, retulit idem Paulus Diaconus libro tertio & quarto ab omnibus approbatus. Inter hæc autẽ mala nonnulla etiam bona euenisse scriptores aiunt. Gens Longobarda hoc primum tempore in rectam religionem, fidemq; prospexit Agilulphi Regis conuersionem secuta, quem à Theodelinda vxore retractum ab impietate ad meliorem vitam scribunt. Theodelindã vero à Gregorio Pontifice fidei firmitatem edoctam ferunt, ad quam extant eiusdem Gregorij scripta, atq; ab huiusmodi conuersionis tẽpore restitutos fuisse multos Episcopos in sua loca, bonaq; eisdem permissa fuisse omnes scriptores tradunt. quod mecum cogitans exclamare compellor: O incomprensibilis Dei sublimitas! ô excelsum iudicium! quando Constantinopolitanus Patriarcha, atq; Imperator, in Dei Ecclesiam, seruumque eius Gregorium conspirauêre, quando Rauennates, Aquileienses q; ab eadem Ecclesia defecêre, quando cœlum, terra, aer, aqua, fulgura q; omnem vim in miserrimam Italiam effudêre, Deus mortalium insciam, fragilitatemq; misertus, barbarorum feritatẽ demulcens, aberrantem gregem in viam salutis vertit, alterisq; gregis sui vnius matronæ opera, monitisq; copulauit, infirmiorem videlicet sexum eligens ad firmandam fidem infirmioribus. Nec tamen propterea destitêre Longobardi post receptam fidem ab incursionibus. Roma cum exercitu repetita, ac per annum fermè obsessa, Gregorio, Romanisq; suis se viribus ægrè tuentibus. Bello enim assueti viri, & si religionem teneant, quicquid tamen ex vsu belli esse spectant, licere etiã sibi iure naturæ iudicant, eaq; imbuti opinione, debellandi facultatem tentant, & diuinitus fere sibi permissam rerum euersionem sæpe autumant, à qua re perpetranda cum sponte abstinere debeant, vim tamen suam repelli expectant. Ita Longobardi Roma obsidionem, imbrium assiduitate retecti, soluere coacti sunt. Mauritius similiter Imperator occisus à Phoca militibus finem persecutionum suarum recepit anno Christi ortu sexcentesimo & tertio, quem Platina opinatus est, fuisse sexcentesimum & trigesimum tertium, à quo alij dissentiunt. Roma itaque dimissa, Longobardi in Transpadanos Orientali Imperio suppositos acie vertunt.

De Patauii & Cremonæ excidio. CAP. XVI.

AGilulphus Rex cernens tres munitas ciuitates in Transpadanis Rauennæ Exarcho coniunctas esse, vnamquamque in suã potestatẽ redigere conatus est. Exercitus itaq; Patauij muris appropinquante sub diminutionis specie ignitas faces coniici in ciuitatis tecta, & tabulata iussit. Nobilissimaq; tandem Vrbe conflagrata, penè in Rauennatum & Exarchi oculis, adiecto sibi Slauorum agmine, recto itinere Cremonam petit, ac repentino aduentu imparatos Cremonæ præsidiarios occupat. Fama n. erat Mantuam prius, vtpote Patauio vicinorem, expugnandam fore, quam Cremonam: qua opinio incautiores Cremonenses, atq; Exarchi milites in periculo præsidendo effecit. Cingitur ergo ab Oriente hostium castris Cremona, frustra emissis ad Exarchum nuncijs pro auxilio impetrando, oppugnatur Ciuitas, Slauis etiam ab alijs lateribus mœnia circumeuntibus. stat illa in fide tam suis suæ tuentibus, quàm etiam Græcis militibus ab initio egregiè pugnantibus. vbi verò viginti dierum spacium exactum fuit, nulla auxilij spe subsecuta, & infesto, ac truculento hoste assiduè vrgente, concidit ex parte defensorum animus, atq; agrius tueri mœnia vinadente hoste cœptum est. Trigesimo tandem aduenientẽ die Agilulphum euocatis circumquaque ab vrbibus Longobardis militibus, auctoexercitu, & instructis ante sõlis ortum copijs Cremonensibus, nisi dedition ẽ faciant, minatur excidium, nullaq; interiecente mora à tribus lateribus vrbem aggreditur. Pugnatur acerrimè, Græcis tamen in certaminis periculo non nihil labãtibus. Tum alio loco Longobardi equites, ab equis desilientes, vrbẽ subeunt paucis obsistentibus, atq; admotis scalis conscendunt muros, terroreq; ciuitatẽ replẽt, vna voce passim effusa, hostes ingressos. turbantur milites Cremonenses q; suorum fuga, ac trepidatione, cedunt loco, hostibus ex aduerso ferocius insultantibus. Tum clamor insurgit barbaris cõflatus vocibus: capta est ciuitas. Irruunt itaq; in Vrbẽ hostiles feritate Slauj suapte natura immites, Longobardiq; diripiũt sine discrimine bona omnia, obuios ciues inermes compertos capiunt, armatos verò occidunt. nec tamen per cædis, & captiuitatis vltionẽ deponunt iras: sed submisso etiam incendio vrbem absumunt, vrbem inquã, quæ ea ætate nulla erat in Padanis oris elegantior. Excisa miserabiliter Cremona, Longobardi summa celeritate in Mantuanos tela vertunt. Illi verò vicinorũ casibus deterriti per vrbis suæ deditionem, Agilulphum Regem intra mœnia receperunt, parueruntq; Lõgobardis Ducibus. Anno igitur quinto super sexcentesimũ Transpadana

spadana planicie Longobardorum possessioni, ac dominatui cessit, Longino infausti nominis Exarcho longè à periculo agente, nihilq; aduersus Agilulphi motus in Transpadanis moliente; imò turpiter oppida, quæ in fide steterant, per destitutionem prodente.

Digressionis Excusatio.

VEXARE me hoc loco rursus Cremonensis Scriptor non desinit dicens, Ticinenses ad Cremonæ expugnationem tela, & alia bellica instrumenta Longobardis subministrasse: cui respondere necesse est. Tu cum Cremonensis sis, in causa tua ciuitatis pro re, tempore, & actu à te minimè viso, audito, vel lecto testimonium dicere nulla ratione potes, omniscq; tua assertio, relata ad tempus, in quo nondum in rerum natura eras, vera existimari non potest, nisi probati autoris sententia firmata sit: quæ hac in re prorsus deficit, Platina præcipuè, qui Cremonensior ipso, ac prior fuit, de huiusmodi subministratione nullum verbum faciente. Sed fingamus subministrasse, nè tua oratio inanis fiat. Apte quidem, & opportunè nobiscum agitur. Tu enim in omni orationis tuæ angulo istud tentas, ac conaris, vt Ticinenses pauperes, egenos, miserabiles, pannosos, ac mendicos à seculo effingas. Si ergo tales fuerunt, quomodo tela, & arma idonea ad exercitum instruendum comparare, aut seruare gens inops, & mendica potuit, præsertim ad expugnandam vrbem in Padi ripa sitam, cui fluminis altitudo tutissimum est propugnaculum, saltem à meridie? Nonne potius ad egestatem suam (quam repetis) sublenandam Papienses triticum emisserunt, quàm arma bellica? Emisserunt profectò, si laborassent inopia. Si itaq; Longobardorum copias equestres, pedestresq;, vt fateris, armarũt Papienses, ergo inopes non fuerunt, vt tuis scriptis declamasti. Si verò egentissimi sine re, sine spe, vt ais, fuerũt, arma habere apta exercitui instruendo non potuerũt, atq; hoc modo dum labem aliis vis impingere, te ipsum contradictionis labe inficis, ac fallacem prodis. Quantũ autem dedeceat peritum hominem in contrarietatem labi, tu magis scire potes, præcipuè cum te solum dignũ censeas ad scribendum res nostra ætate gestas, tam à CAROLO QUINTO Romanorum Imperatore domino nostro aduersus Turcas, quam alibi. in qua quidem re minus fortasse fides scriptio tua habitura esset, iis de quibus verba feci, fallacijs detecta, quam si vera de Papiensibus aliorum autorum exemplo retulisses. Nihil enim historiæ aptius est, quam veritas, nihilq; è contrario alienius quam exquisita; ac commẽticia dicacitas, quæ in tuis scriptis passim comperta, & reprobata fuit. Sed neq; illud longe abesse a dicacitate hoc loco probandum est. Gloriaris enim plures habuisse Cremonam milites, quam habuerit Papia ciues. Ego verò animaduerto vestram militum multitudinem multò minus commodi, atq; honoris ciuitati vestræ attulisse in Longobardorum obsidione, quam Papia intulerit suorum ciuium paucitas. Trigenta enim dies Cremona oppugnationem, & obsidionem sustinuit, succubuitq; miserrimum excidium perpessa: trigenta & sex menses, nedum dies, aut hebdomadas, Papia oppugnationem, & obsidionem pertulit, & suorum ciuium virtute, cui Deus Optimus quàm maximè fauit, salua fuit. Non ergo in militum, ciuiumque turba salus ciuitatis, sed in virorum præstantia posita est. Gloriarisq; propterea in militia vestra, quæ nunquã saluti hactenus, sed perditioni patriæ suæ fuit, inanis potius iactantia est, quam militaris virtus. Nam ad regni, vel ciuitatum tutelam comparata militia est, atque honori habita: quæ quidem non suscepta postea, præstitaq; tutela, dedecus, & detrimentum sequis illos militeres necesse est. Neminitaq; in solo militum nomine, ac numero gloriari licet, nisi etiam rerum bene gestarum fides, atq; attestatio simul adsit, in qua quidem re sine Dei nutu gloria omnino diuturna esse nequit. Sed ad rem redeo, Cremona casum misertus, de cuius instauratione suo loco scribam.

BERNARDI SACCI TICINENSIS HISTORIAE

Liber Nonus.

De Romana Ecclesia sui Iuris effecta.

CAP. I.

ROMA, Romanaq; similiter Ecclesia, Imperatore, vt retuli, vtriusq; deserẽte, ac ferme prodente, libera effecta fuit. Deserens enim regionem, vel oppidum iure gentium in re destituta dominiũ habere facto suo desinit, quoniam desertio pro expropriatione habetur. quod verius etiam probatur, quando ea deseruntur, quæ minimè sunt propria eorum, à quibus derelinquuntur, sed in fidem, vel protectionem recepta. Qualitas quoq; desertionis, in qua sit perfidia, & non necessitas, multo magis indignum dominio rei desertorem facit, quoniam æquarì proditioni huiusmodi facinus rectissimè potest. Mauritius ergo Imperator, cuius proprium erat Romam tueri, cum eam deseruerit, atq; præsidio denudatam, Longobardis propemodum in prædam obiecerit, illis simul ad eam inuadendam suis literis incitatis, proditionem, desertionemq; perpetrasse, Romaq; Imperium amisisse, Iure gentium cõuictus est. Quo quidem amisso Imperio, suo Iuri, suaq; libertati restituta Roma eodem gentium iure fuit. (Nam liberam fuisse Romam per annorum centurias ante L. Sylla dictaturam constat, oppressaq; demum Imperatorum armis, ac dominatu, sicut libertate caruit, sta dominatu amoto, ad antiquam libertatem rediit) Liberaq; effecta Roma suo iure applicari, ac coniungi suæ Ecclesiæ, atq; Pontifici potuit. Nam Deum ipsum implorasse sibiq; Principem adsciuisse existimanda est, cum Gregorium Domini nostri IESV CHRISTI Vicarium pro Principe suo elegit. Quo electo diuulsa à Dei Ecclesia, quod ei coniunctum, copulatumq; fuit, nulla ratione potest: quoniam

Digitized by Google

quoniam ipsius Ecclesia caput Deus est, irruereq; in eius honores, iuraque videretur, qui violare huiusmodi connexionem quoquo modo auderet. Si igitur Romana Ecclesia nullum prorsus ius, ac dictionem in Roma, Latio, & aliis finitimis antea habuisset, certè hoc quod ex Romani Populi consensu Mauritio deferente assecuta videtur, magni momenti existimandum fuisset. Verum tamen cum tanta autoritatis Gregorius esset, vt arrogare sibi Roma Imperium posset, prospicere quidem Roma, perinde ac si Imperium habuisset, curauit: retinere verò dominatum Mauritio extincto recusauit. Phocaq; Imperatori humanissimas literas dedit, quibus illum ad Italiæ protectionem, liberationemq; inuitauit; quam tamen ille ipse Imperator minimè suscepit, hocq; solo actu memorabilis erga Romanam Ecclesiam fuit, quod eam Oecumenicam, matremq; (vt ita dicam) omnium Ecclesiarum promulgata constitutione declarauit, quod Romæ similiter in fronte porticus Lateranensis Templi sculptum legitur. longè tamen probabilior fuit Iustiniani declaratio, relata à me octauo libro, capitulo octauo; quoniam declarasse eo loco Imperator videtur statum Ecclesiæ iuxta ipsius Dei constitutionem, quæ potior est Imperatoria promulgatione: quid enim Dei potestati in terris posita addat Imperator, qui & Deo, & eius vicario inferior est? Dignior enim à minus digno autoritatem non recipit, sed consensum. cuius rei claram attestationem habes, quod primus Iustinus Imperator, vt suo loco enarrauimus, coronari à Romano Pontifice tanquam à digniore maluit. Concessisse etiam, Phocas memoratur, Bonifacio Pontifici huius nominis quarto Pantheon, quod hodie templum rotundum Roma nuncupatur. a qua re apertissimè coniicitur, nihil sibi ea ætate adscribere noluisse Pontifices in dominio Vrbis, quamuis semoti ab Itali, & fere exautorati, Italico dominatu Imperatores essent. Nec tàm aspirasse illi ad Constantini donationem, quàm ad Christianam institutionem visi sunt. fœlix quidem, ac præclara modestia, Petri successore digna, quod enim iure gentium sumere potuit, impetrare maluit, vt impetrandi humilitas ambitionis notam ab actione depelleret; ob digni contemplatione mores à nostra ætate dissimiles. Pantheon ille Populo Romano sacrauit, aperuitq;, & in eò ipse Pontifex sacra peregit. Contra, me Roma agente, Pantheon despectum, ac propè destitutum visum fuit. Sed parua fortasse hæc censentur inspectis aliis longè horridioribus, quæ nollem heu, nollem inquam spectasse oculis, ea quæ miserrima vidi. Staret quidem Beatæ Virginis Mariæ templum ad portam Populi, suis ornatum, atque instructum ædibus, starent in via lata recti vici, suis referti familiis, starent in propinquis collibus altæ, & elegantissima tecta, quæ omnia vnius, aut alterius diei spatio eruis à culmine, impioq; fragore perimi vidimus, anno salutiferi partus Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, Paulo Quarto Pontifice sedente. Nec discedendum tamen a Romana Ecclesia institutione huiusmodi ex causa est; prædixit enim nobis Dominus IESVS futura scandala, eorumq; autoribus comminatus, nos crucem tollere monuit. Cuius sequentes præcepta, sequi similiter rectos ipsius Ecclesiæ calles, tramitesque necesse est, eundemque Dominum exorare, vt Pastorem nobis tribuat, qui nos, ouibus similes, spiritalis esca pascat, & non ex nostro adipe, vel vellere se, suosq; depascat, reficiatue. Patent quippe Maiestati tuæ Optime Deus nostra vlcera, patet nostra infirmitas, atque ignoratio, dum sapientes nobis ipsis esse videmur, insipientes efficimur, & nostra ambitione seducimur, atque confundimur: nostraq; inbecillitate ab vtero aberrauimus, hoc est, à tua institutione, in qua enati sumus, omnisq; fermè lingua perperam in te autorem, & Dominum fremuit. Sed pœnitet nos malè peracti, & consumpti ocii, negocii, studii, erroris q; redire in viam cupimus. Iccirco quæ Ducem siue Pastorem quærimus, humanoque destituti auxilio, ad te confugimus, tuamq; celsitudinem imploramus, vt respicias Europæ populos, olim tuæ fidei firmamenta, & scopulos, tuoque ad hunc nomine insignitos; pastoremque eis tribuas, Gregorio similem, qui morum integritate fulgeat; qui Gregi tuo prauius lupos, vulpesq; procul arceat, atque dispergat: qui bonos accersat, & ad tuas aras admoneat; qui tua illa ampla Vrbis templa diuturno situ, & solitudine squallentia, ac ferè sordida, tandem circumspiciat, nec diutius tectorum excidio, ac ingruentibus imbribus labefactari sinat: qui versari inter sacra, sacrisque incumbentes viros studeat; quique etiam morum cohertioni, ac rectitudini animum intendat: quibus quidem morbis in religionem versis obmutescere insanos, scriptaq; multorum euanescere necesse est; eiusmodi q; aliquando nobis constituto pastore, aut nos eius exemplo, atque autoritate resipiscere, aut à diuinitatis tuæ indulgentia nostris demeritis, ac pertinacia excidere oporteat, quanquam si nostra spectas merita; si denique humani generis nunc vigentis opera vis perpendere, nihil agis. Perimus scilicet, votisque excludimur, nullo nobis subsistente actu, nulloq; à nobis tentato opere, quod tibi pro tua in nos gratia rependi possit, aut æstimatione dignum sit, tua nos semper obruente, nimisque excedente natura. Quare aut ea, qua tu maiores nostros euocasti à gentilitio gratia respicere nos, ac misereri decet: aut si non misereberis, heu infelix genus, perdis Domine humanum opus, perdis inquam nos, tuis ab initio manibus tanta arte compositos, tuoque spiritu in tanta gentium varietate, ac multitudine constitutos. Destrues denique tuipse speciem humani generis, quod nie aboleatur, tua solius Diuinitatis, & gloria interest. At quò me insulsum, impurumq; hominem prouexit oratio, quò me impulit ipsa cogitatio. Vertere in Deum mea scripta audeo, perito quidem indigna viro, Deo autem indignissima. Errauimiser, pœnitensq; audacia veniam imploro, ac conticesco.

De Heraclii Imperatoris præstantia, & mutatione.

CAPVT II.

PHOCA Imperatore occiso, Heraclius Imperium assecutus mirabilis Princeps fuit. Conuersus enim in Persas eos fudit, fregitq;, religiosè semper bello confecto, in quo Crucem Domini receptam, Hierosolimamque delatam, ipse nudis pedibus in Caluarium montem pertulit; Imperatorium propriè munus

existimans tam insigne onus subire, ac baiulare. Qui quidem vir fœlix profectò fuisset, si sè in eo religionis statu continuisset, nec ab initiis mentem auertisset. Ecce autem quomodo è conuerso mutato studio, sese turpi ocio, lenocinio, auaritiaque corruperit; omissoque militia decore, ac rerum gerendarum cura, in socordia & dedecore contabuerit. Ecce quomodo Isacio in Italia Exarcho constituto, per illius profanas manus Lateranensis templi penetralia reseruauerit, aureaq3, & argentea vasa, cruces, calices, candelabra, & alia Deo dicata vi publica arripuerit, verteritq3 in profanos vsus. Ecce quomodo ille obcæcata mente in neptis sua incestum turpissimè exarserit, atq3 à malo in malum delatus, in hæresim quoque prolapsus sit. Itaq3 sicut antea Deum colens in magnorum euentu, atq3 amplitudine versatus est: ita postea à Deo auersus, aduerso similiter rerum successu consenuit, & interiit. Sed quo mortis genere, pudet referre, quamuis circa morbum dissentiant scriptores. Pomponius Lætus, & Egnatius, obscœno morbo; Sabellicus, intercutaneo defunctum tradunt; Platina ut dispar esset contentio in Theodati vita, quem Deus dedit, inscripsit, à Sarracenis oppressum ait, trigesimo & altero imperii sui anno. Sed qui sint Sarraceni, nonnulla contradictio est.

A

B

C

De Sarracenis.

Caput III.

Recentiores quos memorani scriptores, Sarracenorum tumultum, Maumethiq3 artes, & sectam sub postrema Heraclii tempora collocant post Scenitarum equitum seditionem; qui ab Heraclio secedentes ob stipendia non soluta, Orientales prouincias excitato aliorum tumultu inuaserunt: & illi ipsi nostri scriptores sub Sarracenorum nuncupatione tria nomina colligunt, Scenitas, de quibus Plinius, Agarenos, & Ismahelitas, tanquam iidem populi esse videantur. Sed an ita sit, dubito propter priorum historicorum autoritatem. Nam Flauius Vopiscus in Aureliani, & Trebellius Pollio in Zenobia vita, & Ammianus Marcellinus libro quarto decimo, vbi plura etiam ridicula de Sarracenis recensuit, nusquam eos vel Scenitas, vel Agarenos appellatos fuisse aiunt, vt Pomponius Lætus, & Sabellicus, Egnatiusq3 scripserunt, quos etiam viros redarguunt posteriores Topographi, siue regionum descriptores, diuidentes in Arabia circuitu Sarracenos à Scenitis, & vtranq3 gentem in Arabia ponentes citra sinum Persicum; qui sinus Persicus postea Sarracenis cessit, Persarum nomine in Sarracenos abeunte. Improbat præterea opinionem eorum, qui Agarenos dici posse Sarracenos putant, liber Paralipomenon (de Agarenis à suis sedibus interdum pulsis Iudæa gente vrgente) mentionem faciens, & Psalmus etiam octogesimus secundus, Deus quis similis erit tibi &c. in quo de Moabitis, & Agarenis mentio incidit. Si itaq3 antiquissimi Agareni fuêre, Sarraceni verò Marci Antonini Imperatoris principatu citra celebrati tantum sunt, quomodo iidem Populi esse videri possunt, præsertim cum Diuo Hieronymo in Palæstina agente Agarenis nomen suum retinerent Sarracenis tum etiam satis superq3 notis? Attamen ne temerè illorum peritissimorum scripta videar redarguere, posthabitis iis, mihi ipsi nihil arrogans, eruditiores consulendos censeo.

D

E

F

De Maumethi secta.

Caput IV.

Admirari periti aliqui scriptores videntur, quod Maumethi secta, à Sarracenis aucta, tantum inualuerit. Ego verò minimè hoc mirum esse censeo. Si enim Constantinopolitani Imperatores, Antistites, Duces, Milites, Præfecti Vrbium, Populique (vt iam legimus) plerique Deum, & eius mandata, gentiumq3 iura, ac humanam societatem exosi, vno & altero seculo ruere in hæresim, in sacrilegia, violatis Pontificibus, sacrisq3 delubris, pulcrum putarunt: si vno consensu in huiusmodi, & alia scelera conspirarunt: si perpetrandi facineris ansam priores posterioribus tradiderunt; si sibi subiectas gentes per nefarias administrationes, per auaritiæ opera exhaurire, expilare, deglubere non destiterunt: si leges venales, venalesq3 iudicia, ac etiam ipsa sacerdotia habuerunt: Item si tum Christiani Principes, qui insurgere in eos debuerant, eorum abominationibus, & iniquitatibus acquieuerunt: nonne oportuit Deum totius Orbis Dominum hæc vlcisci? Sarracenosq3, & Turcas olim seculo ignotos, à terræ visceribus eruere, erigere, & ad abolenda istorum Dominia, Regna, Imperiasq3 excitare. meritoq3 illi pseudoChristiani Principes, Antistitesq3 deiecti à suis sedibus, Cathedrisq3 fuêre, Maumethanorum vi, & armis, vt omnes intelligerent, odibiliores eos Deo fore, qui Deum norunt, & non nolunt, quam illos, qui Deum non colunt quia ignorant.

De Theodelindæ Regno.

Cap. V.

Pvdeat Græcos viros malè administrati Imperii, neglectaq3 religionis, ac suscepta hæresis, quando vnà inter Longobardos mulier in regno suo, pace & religione firmando, præstantior orientalibus Imperatoribus comperta fuit. Nemoque miretur si prostratis Imperii Romani fascibus externa gens erecta ad Italicum Regnum aliquando fuit, illis olim nostratibus principibus regno ipso indignis; Hæc autem clarissima mulier Theodelinda fuit, primum Diui Gregorii monitis, scriptisq3 imbuta, deinde vsu, & exercitatione in Christiana institutione firmata; qua sui nominis significatione Deum, & delinire indicat, quasi Dei delinita spiritu. Hæc igitur ipsa, Agilulpho marito defuncto, post vigesimum quintum regni sui annum confirmata in regno fuit; Aldoualdo filio adhuc impubere, & regni curis inepto. Pace itaq3 cum finitimis firmata, ad Dei religionem augendam animum adiecit, magnificaque templa passim ædificauit, & instruxit opibus, præcipuumq3 honorem Diuo Ioanni Baptistæ impendit, his fermè verbis muneribus inscriptis. Sancto Ioanni patrono suo offert Theodelinda Regina cum Aldoualdo Rege filio suo pro se, & cunctis Longobardis Italiensibus. Italienses scripsit suorum idioma secuta: Italiens enim materna lingua Germani, & Galli Italum appellant, dixitq3 Italienses eos pro

eos pro quibus templa voverat, quoniam nati in Italia A
erant (quinquaginta enim & amplius anni exacti erant ab Alboini aduentu ad Theodelinda regnum postremò susceptum) Furit hoc loco quidam scriptor egrè, ac molestè ferens, Longobardos Reges Italicos, Papienseśq; appellari. Sed cur insaniat in re iamdiu transacta, & irrenocabili non video: Iure enim gentium, scriptisq; legibus patet, quod sola origo ciuem facit, etiam si quis in Gallico, vel Germanico vtero conceptus fuisset. Si itaque post Agilulphum plerique Reges Longobardi, nati in Italia sunt, nonne ab origine Italicam naturam B
assumpserunt, aliiq; Papienses, & aliqui etiam Mediolanenses fuerunt. Agnoscenda igitur illis scriptoris prius erant Iura naturae, antequam inania verba eo modo effunderet, dicendo; si Longobardi Reges, nunquid Papienses Reges? cui Respondetur, Reges Papianos, Papienses, & origine, & natura fuisse, quamuis Longobardi à gentis suae stirpe, & cognomine nuncuparentur. Papiamque patriam plurimorum Longobardorum Regum hac ratione fuisse; regnumque honorem suorum ciuium origine obtinuisse: superfluo itaq; C
labore iste consumitur, qui hodie reuocare se posse putat, quod iam diu iure naturae quasi in iudicatum transmissum, & approbatum fuit. Differt enim originarius ab oriundo, vt periti Grammatici notant: quos sequentes dicere possumus Reges praedictos oriundos quidem a Longobardo genere, originarios autem Italos fuisse, quam differentiam etiam pueri norunt. Sed ad Historiam redeo; Theodelinda igitur adiacentis pro ciuitatum, & oppidorum commodo, instructisque templis, idoneos, probatosque moribus, & peritia viros sacris faciendis D
adhibuit. Nobilibus etiam praefectis, qui curam haberent, ne quid diuino cultui deesset, summum ipsa studium semper in diuinis posuit, rata & regia institutis populos facilius imitaturos, & ex imitatione gratiores Deo futuros, atque ex ea gratia maiorem amplitudinem, ac tranquillitatem in Regno habituros. in qua quidem sententia Cyrus olim Persarum Rex apud Xenophontem libro octauo Padiae fuit, constituisseq; Magos eius lingua sacra facientes in diuinum honorem hoc ordine dicitur, vt simul atq; dies illuceseret, diuina confestim E
laudes concinerentur; perpetuatoq; ordine diei initium pariter, & finis, medium q; diuinos semper honores referrent; diemque transactum insequens etiam nox humanis canticis similiter exciperet. quod nulla alia ratione ille gentilitius Rex instituisse scribitur, nisi quod feliciores populos fore perspexerit, qui ad diuinos honores propensiores essent: quod & priscos Hebraeos obseruasse, & nostros etiam sacerdotes obseruare oportere constat. Nec Theodelindae spem, fidemque Deo habitam fefellit casus: stetit enim tamdiu gentis regnum, atque F
libertas, quamuis molesti sepe finitimis Longobardi essent, quamdiu religio, ac sacrorum celebratio eisdem cura fuit. Vbi verò post longa tempora flaccescere in illis diuini cultus honorificentia coepit: vbi denique in templis, sanctisque delubris pro frequentia populorum, solitudo, & pro sacrorum cura, negligentia introducta fuit, simul etiam desolatio eos afflixit; quam Dominus IESVS CHRISTVS discipulis suis olim iis verbis praedixit: Cum videritis abominationem stantem (hoc est duramen) in loco sancto, id est Deo dicato &c. Tunc qui legit intelligat propè esse manum Dei: testimoniumque perhibet Paulus Diaconus, habere coepisse Longobardorum regnum, eorumq; libertatem subactam sua aetate fuisse, quo tempore neglecta religio a populis, creditaq; improbis, ac scelestis sacrorum cura fuit. Vae igitur illis populis, vbi huiusmodi negligentia iam diu constituta, vsuque firmata sit, nisi aliquis bonorum grex, & aliquis benè precantium numerus deprecari diuinam iracundiam ab illis studeat, ac mereatur.

De Cremonae instauratione, atque incremento.

CAPVT VI.

FLORENTIBVS igitur pace, ac religione Longobardorum rebus, Theodelinda, Cremonensium casus miserata, quos maritis iussu, atque imperio vrbis exutos multatosque nouerat, conquiri eos, accersirique curauit, eisque verbis allocuta fuit: Si mihi Agilulpho Rege marito meo viuente licuisset, calamitatem vestram libenter sublenassem. Sed cum mihi sexus vitio, & maritis voluntas, & imperium (quae semper maximi feci) impedimento essent, distuli hunc animum facere, quod a principio facturam fuissem. Nunc ergo quod gentis nostra arma vobis olim luctuoso casu abstulerunt, ego simul q; gens nostra vobis restituere melius fato aggrediemur: Ite igitur, curate vestra tecta, vrbem emundate, colite vestra rura, lares repetite, & ego publicos sumptus ad ciuitatis vestrae rejectionem suppeditare studebo. Ciuibus itaque, qui vrbis excidio superfuerant in sua iura restitutis, confluere ad Cremonae vastitatem curandam certatim populus coepit. Longobardis simul vicinas sedes eorum, quos belli casus aboleuerat iure suo occupantibus. inuitabat etiam vicinos populos ad ciuitatem incolendam opportunitas situs, qui Pado aptissimè imminet, ac firmè insidet. Et quod denique flumen coactis in vnum diuersorum amnium aquis, ciuitatem à meridie circumambit, & aquarum amplitudine, ac profunditate penè immensa onustissimas, maximasque naues ab Adriatico sinu recipit commodè, commodiusque remittit. Cuius importationis facilitate mercium externarum copia ciuitas affluit: à qua fortasse prisum nomen deduxit. Crema enim materna lingua Sabini copiam indicant: Nec agri Cremonensis proprietas inferior vrbis situ existimari potest. Nam latitudine sua ab Ollio amne ad Padum, & a Pado ad praedia Appia via (quam Romanam vocant) finitima porrigitur, cuius rei causa pagi, & Oppida illustrium Pallauicinorum hodie etiam, Cremonensis diocesis nuncupantur, vt Buxetum, Lilibellum, vulgo Zalellum, Vstalentium, & alia Cremonensibus posterorum aetate adempta, longitudine etiam erat insignis ager, ab Addua amne vsq; ad Mantuae territorium tendens in Transpadano tractu, vbi est terra ferax, felixq;. Nam siue aestu laborante solo, siue influente pluuia, tellus Cremonensis paruo negotio arari, seriq; vnius noctis serenitate seles, terrarum glebis leni tactu aratro, rastroue cedentibus, & sese in lutum, vel puluerem soluentibus. Hacq; sibi innata qualitate laetis

ager Cremonensis quanto frequentius subigitur, tanto A uberior videtur, receptoque semine sulcos autumno segete aperit, & appetente solstitio iam iam flauet aristis, comamque demittit, ac pollicetur copiam auaris, qui horreis includere frumenta inhiant, vt plus quam humana necessitas posset, vrgente re, mutuum in duplum credant, vnoque aut altero (quod meminerim) tantum anno Cremonenses exili percepta à suis pradiis annona, triticum alibunde expetierunt, precipue anno quinquagesimo nono supra millesimum & quingentesimum, quo Paulus Carapha Pontifex B Quartus, à luce subtractus inanem sedem dimisit, quo quidem anno valida vigente penuria Laumellina tritici copiam Cremonensibus, diuina largiente manu, impartita fuit. Vinearum quoque ordine conspicua regio ipsa est amplo intercedente spatio cultura aptissimo, & vini copia dominum, colonumque obruente: ita vt interdum recondi vasis mustum nequeat, nisi veteris vini pars quoquo modo effundatur, & cum pruinis vri Insubria Vineta aestatis initio interdum contingat, Cremonenses vinea, tanquam C sub tepidiore cœli parte posita, & à Gallia Alpibus magis remota minus infestantur. Adde verò quòd nulla meo iudicio Ciuitas Pado adiacet, quæ facilior instauratu quàm Cremona sit, creta siue argilla circa ciuitatẽ sita, quæ tam ad laterũ cõparandũ formãdumque, quàm ad murorum compaginem aptissima est. Quibus quidem instructa, atque firmata bonis ciuitas, plures finitimos nobilitate conspicuos ad se incolendam, ornandamque pellexit, magnoque postea rerum incremento, ac virorum præstantia sub Longo- D bardis enituit. Si quis autem hæsituerit hoc loco, vnde oriunda censeatur Cremonensium nobilitas nostra ætate insignis, atque conspicua, à Longobardisne, qui post veteris vrbis excidium, eam incoluerunt instauratis ædibus, an verò ab antiquorum ciuium reliquiis, ciuitatis exitio superstitibus: Ego huius rei inquisitionem curiosis puto relinquendam. Victos enim in victoris transire potestatem, atque coloniam iure gentium constitutum est. Qui verò ex victis originem posteritati prabuerint, & an maior vel mi- E nor copia Longobardorum, vel antiquorum Cremonensium fuerit in populo, propagando aliis definendã remitto. Hæc vna sententia tantum probata: Quod Cremona instaurata, habitata, & ad incrementa virorum, & opum perducta à Longobardis fuit, Romani Imperij viribus in Italia hebetatis, & ad contemptum redactis. Si quis potiora nouit, referat, & relata probet scriptorum autoritate deprompta.

De Theodelindæ successoribus, & Legibus Longobardorum. F

CAPVT VII.

DECENNIO in Regno transacto Theodelinda annosa obiit, Aldoualdo ignauo filio è regno electo: cui Arioualdus successit, qui duodecim annos in pace regnauit. Suscepit deinde regnum Rotharus à suis Rothareis dictus, à quo primum leges gentis suæ, quæ memoria tantum tenebantur, in scriptis redactæ sunt, anno, vt ipse notauit, septuagesimo septimo, ex quo in Italiam venerant, compositio autem ipsarum legum partim Latinis verbis, partim maternis, vt camera, & casa, & partim Longobardicis, partim etiam mixtis facta, vel potius consarcinata fuit. Extatque liber nuper editus legum Longobardorum, in quo illud passim seruatum animaduerto, Langobardos nusquam sese in Italia, sed Longobardos conscripsisse: licet ab initio, teste Cornelio Tacito, Langobardi appellati fuissent: quæ ego similiter secutus Longobardos in Italio postea vocaui. Gentis autem ipsius feritas in causa fuit, vt posthabitis omnium nationum legibus, propria sibi Iura ipsi per consuetudinem sancinerint, atque à consuetudine ad Regum, Ducum, & Iudicum memoriam transtulerint: inter quas quidem leges consuetudine, ac memoria celebratas, Monomachiæ vsus continebatur, de qua capitulatim verba facere æquum est:

De Monomachia, vel Duello.

CAPVT VIII.

CVR Monomachiæ vsus introductus inter Longobardos per consuetudinem fuerit, triplex mihi videtur causa. Primum ex legum suarum defectu, quibus omnes ambigui, & contentiosi casus non colligebantur, & cum neque ad Romanas, neque etiam à principio ad diuinas leges se referre vellent, in pendenti controuersia consistebat: ad quam tollendam, illud quod hodie etiam vulgò dicitur eueniebat: Si non sufficiunt iura, veniamus ad arma. Secunda causa fuit militaris conseruatio, atque licentia. Impossibile quasi erat, armatam gentem, quæ quinquaginta circiter annos euagata ab originali solo in Rutilandiam, Pannoniamque fuerat, ferroque in Italiam postea viam fecerat, adeo compescere, vt interdum alter in alterum ex re, vel causa aliqua non excandesceret, iraque concepta insurgeret, ac manum conserere vellet. quo casu turpe, ac perniciosum alteri videbatur, aut insultum perpeti, aut gradum referre; decorumque potius ex aduerso, ac militare censebatur, insurgentem armis repellere, & quod natura cuncta animantia docet, insultantem retundere, ac summouere. Ad frenandam itaque aliquo modo digladiandi promptitudinem, ac licentiam, & ex parte etiam ad euomendum, exalandumque vtriusque affectum hostiliter conceptum, quem euellere à militari animo durũ est, nisi manus conserant, decertatio certa consuetudine, ac norma admissa fuit. Tertia causa à secunda apertè prouenit. Irritati enim ad controuersiam, odiumque viri, agnatorum, & amicorum caterua ciebant in sui fauorem, & aduersarii consternationem: ex quare contentione virorum numero in mutuam perniciem augebantur, & pro duobus hominibus decem, & plures agitabantur. Quapropter ad comprimendum, & extenuandum plurium periculum, permissa Monomachia fuit, cunctis existimantibus, minus perniciosè fore, in duorum, quam in plurium decertatione, de discri-

Digitized by Google

discrimine: Constituta igitur in certis casibus per consuetudinem Monomachia, Rotharus Rex, vel Rotharius gentis suæ consuetudines scriptis colligens, hanc etiam Monomachiæ pestem legibus inserere necesse habuit, quod etiam invitum se fecisse inquit. Monomachia itaque introductione enarrata, videndum est quibus in casibus admissa ex lege fuerit.

De Monomachiæ casibus.

Cap. IX.

TRIBVS in casibus permissa à lege olim decertatio singulorum fuit, aut pro salute, & fama: aut pro re: aut pro fama tantum sua, vel alterius obtinenda, vel euincenda. Pro salute, & fama, veluti si quis reus factus fuisset, quod contra Regem molitus esset, solo accusatore hoc attestante, ad se se liberandum reus singulari pugna decertare aduersus delatorem ex lege poterat: in titulo de scandalo commisso. Insignior est is, qui sequitur casus, à Paulo Diacono relatus libro quarto capite decimosexto. Gondiberga Regina vxor Rodoaldi Regis, qui Rothari filius fuit, & Theodelinda filia, adulterii rea facta, quod cum Charello familiari Regis se commiscuisse, carceri mancipata fuit: quod aegre ferens, Beato Ioanni Baptistæ innocentiam suam supplex commendauit. Charellus autem in vinculis positus Regem exeranit, vt quod lege permissum alios erat, sibi quoque Regia clementia permitteretur, videlicet singulari pugna salutem suam, famamque, & Reginæ decus, ac dignitatem tueri: extat enim lex titulo de crimine adulterii. Annuit Rex Charelli supplicationi, pugnaque papia Rege, ac populo spectante admittitur, in qua accusator occiditur, Charello securitatem recipiente. Regina verò voti compos, Regique conciliata ob rei monimentum templum ædificauit, instruxitque epibus, quod Sancti Ioannis Donnarum in sexus sui honorem nuncupauit, vbi corpusculum eiusdem Reginæ loculo conditum cernitur. Quod quidem templum Platina Terracinæ fuisse ædificatum in Ioannis quarti vita scripsit: quem sequitur Sabellicus, & vt in prouerbio est: Cæcus cæcum ducens, vterque simul errat. Quid enim cum Terracina commune habuit Regina ipsa in Transpadanis viuens à Terracina remotissima, & qua demum Terracina Romanis tunc coniuncta Principibus erat? Sed redeo ad historiam. Lex erat, vt si quis puellam formicatam, aut mulierem in adulterio deprehensam proposuisset, pugnandi pro ea, aut criminis complex, aut pater, aut frater mulieris contra accusatorem posset, in titulo de iniuriis mulierum. Simili etiam modo si mulier de mariti interitu accusata fuisset, patri, vel fratri permissum erat, per singulare certamen filiam, vel sororem à iudicis pœna liberare accusatore prostrato: in titulo de muliere maritum occidente. Quod si pugnans pro mulsere succubuisset, ipsa criminis rea remanebat, perinde ac si iudicio damnata fuisset. Pro rebus quoque vel bonis permissa decertatio erat, veluti pro Principatu. Exemplumque impietatis fraternæ ponit Paulus Diaconus libro quarto, capite quinto: Vbi duo Farualdi Ducis filii certamine inter se decreto, quis dignior principatu esset, Theodelapium fratrem superauit. Nostra quoque ætate inter fratres ex leuiori causa quam Principatus inferri letalia vulnera audiuimus, Item si de ambigua duorum possessione incertitudo in iudicio resultasset, posterior possessor possessionem suam tueri singulari certamine propositio ex lege poterat: in titulo de emptionibus, & præscriptionibus. Filius etiam post mortem patris si pro paterno debito conueniretur in iudicio fuisset, ambiguitate super debiti veritate exorta, solutione fortasse sine vllo teste à patre facta, pugnæ discrimen probationis loco offerre creditori, vel actori ex lege poterat: in titulo de debitis patris mortui. Pro fama tantum hoc casu, & ordine pugnam permitti legimus: Si quis alterum Arga appellasset, adest, ignauiæ, aut mentiri in iudicio per sacramentum cogebatur, his verbis. Iuro me per furorem ita dixisse, & talem eum non cognouisse, solutis statim pœnæ nomine solidis duodecim. Quod si reuocare quod dixerat nolebat, turpe fortasse ducens sibi ipsi contradicere, singulari decertationi se se committere ex lege cogebatur. possem alios annumerare casus à præditis parum dissimiles, vt de Actu ad pugnam compellato, in quibus pugnæ probationis loco actori permissa erat, sed satis puto retulisse prædictos. Cæterum si quis ad pugnandum idoneus non fuisset, quærere pugilem iubebatur, quem Campionem à campo appellare consueuerat, qui se pro altero in discrimen committebat. quibus quidem a me relatis constat, quod ad duellum committendum quatuor principalia requirebantur: Causa contentione digna: Iudicialis necessitas & auctoritas: probationis, vel reprobationis impossibilitas: Vltimò consuetudinis, vel legis permissio, extra quas leges nemini licebat imperioso actu, atque citra iudicis auctoritatem (vt nunc fit) alterum ad certamen prouocare. quod doctissimè improbat Antonius Massa Galesius plura congerens secum præclara; quæ si sequi vellent ii, qui certamina ad alterutrius viri internecionem, perditionemq; proponunt, laudabile opus facerent. sed cum iniustis legibus, Regibusq; plures sua opinione inflati, ruant in fata, impediri sororum fata perstrepentium argumentis nequeunt. Itaq; cum Duelli causas, quæ frequentiores erant exposuerim, ordinem etiam pugnæ referre consequens est.

De ordine Pugnæ.

Cap. X.

CERTAMINE à Iudice decreto, Rex statuere tempus, & locum pugnandi vtriq; consueuerat, qui locus Campus vocabatur, vndique tabulis circumseptus, quibus aditus tantùm, & non prospectus astantium impediebatur, Campoque custodiendo milites præficiebantur. Arma pugnaturi paria afferebant videlicet gladium, & scutum in ea forma, qua vti in bello mos erat, & si qua alia ferre vtrique tela collibuisset, ferebantur. Prodeuntibus ad pugnæ locum socii aderant, qui certandi peritis monita suo quisque pugili repetebant, quo actu se tueri, quo actu inimicum ledere, se saluo posset; qui socius Parentis nomen ac officio obtinebat, hodieque etiam Patrinus dicitur, aderat etiam alter socius, vel comes arma ferens, qui Collibertus appellabatur. Perueniensibus ad locum certaminis, si

suspicio contigisset alterutrum maleficis artibus instructum esse, inquisitio ad iudicem Campi spectabat: in Titulo de Campionibus, cuius verba refero: Nullus Campio aduersus alterum pugnaturus audeat super se habere herbas, nec res ad maleficia pertinentes, nisi tantum arma sua, quæ conueniunt, & si suspicio fuerit, quod eas occultè habeat, inquiratur per iudicem, & si inuentæ fuerint, proiiciantur. Post quam iuquisitionem extendat manum suam ipse in manu parentis, aut Colliberti sui ante Iudicem, dicens: se nullam rem talē super se habere, deinde ad certamen prodeat. *Cuius quidem certaminis finis frequenter erat vulnus alterius, sine mortis casu arbitrio Iudicis, vt Lythprandi posteriores leges indicant in Titulo de Monomachiis. Hæc à me relata sunt, vt pateat quàm immaniter nostra ætate decertandi cupidi in sese seuiant, cum alter ad interitum alterius tendat, illaq; etiam inuenta nouitate videlicet, quod pugil veritate fortasse agnita, qui manum dedat, alterius pugilis captiuus fiat. quod neq; Longobardi in vsu habuêre, neque vlla ratione statuu inter priuatos posse video: manum enim dedere, est victorem alterū esse, & se ipsum victū declarare. quæ declaratio propriè pertinet ad confirmandam intentionē, vel sententiam vincentis in confusionem ipsius victi, non autem ad mutandum eiusdem statum, vt per illam declarationem ex libero seruus fiat; cum super libertate non sit commissa pugna, nec quæstio proposita. sed transeamus ad potiora.*

De Monomachiæ desuetudine.

Caput XI.

Cvm Rotharius gentis suæ consuetudinem scriptis legibus collegisset, Monomachia similiter comprehensa, ad ipsam Monomachiam abolendam, vel saltem restringendam animum adiecit, Titulo legibus inserto: Quibus de causis pugna vitatur. In quo Titulo expositis casibus, in quibus pugna propositio fieri ab Actore, vel Reo potuisset dirimi per iuramentum controuersias iubet, censens apertissimè iniustè Monomachiam in priuatis iudiciis admitti, vsus his verbis: Iniustum videtur, vt quæ libet causa sub vno scuto committatur *&c. Apertius autem Monomachiam improbauit Lytprandus Rex, qui secundus à Rotharo post Grimoaldum leges edidit, titulo nonagesimo primo de Monomachiis:* Incerti sumus de iudicio Dei, & multos audiuimus per pugnam sine iusta causa perdere causā suam: attamen propter consuetudinem gentis nostræ impiam legem vitare non possumus. *Si itaq; Reges ipsi huiusmodi dignadis actum tam clarè improbarunt, cum eorum leges in vsu essent, nemo sanæ mentis hoc tempore, in quo antiquatæ illæ leges sunt probare actum, ab eius Auctoribus improbatum, & à nobis detestandum nouæ rationi poterit, vt quidam est aggressus facere. & quamuis multi ferino ritu in pugnam ruant, minimè tamen illi suis nefariis ausibus legem statuere aduersus Diuina & humana iura possunt: sed seipsos tantum suis legibus, quas Duellares vocant, inficiunt, ac perdunt.*

De Rotharii Regno.

Cap. XII.

Erant tunc sub Longobardis plures Prouincæ, & in primis Transpadana planicies, Ligures quoque maritimi, qui à Monte Saluio vsque ad Lunæ portum subacti à Rege Rothario memorantur, Viæ Æmiliæ oppida, pars Flaminiæ, & Etruriæ, Item plerique Vmbri Piceni, & Samnites sub Beneuenti Ducatu comprehensi, ac etiam Campani, & Sipontini. legibus itaque à Rege promulgatis, omnes illi populi iisdem legibus viuere iussi sunt, eis tantùm exceptis, quibus Romano iure vti antea indultum fuerat, vt Papiensibus. Illa igitur promulgatio magnam cladem attulit iuris scientiæ, quæ quasi contemptui habita fuit, plerisque ex necessitate illa iura sectantibus, quæ tum in promptu magis, & in vsu erant, agrèque studium Romanis legibus impendentibus, Romano Imperio iamdiu à Maiestate Italica declinante: sine qua legum obseruatio esse nequit. Altera etiā deterior labes populos infecit. Nam Rege ipso Ariana secta adhærente, dissensio in vnaquaq; ciuitate, & Ecclesia exorta est, Catholicis suis institutis, Arianis verò suis ritibus, à nobis alienis viuentibus: qua dissensione infestati, iactatique Ticinenses Anastasio eorum Episcopo Ariano effecto, conuentu habito resipuêre, & conuerso Episcopo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ acquieuêre. Mortuo tandem Rothario anno sui regni sexto decimo, Ariana hæresis Regis fomento destituta euanuit. à quo tamen Rege constructum fuisse constat Templum Diui Ioannis Baptistæ in Ticini suburbio, quod postea in ciuitatis amplificatione vnitum eis fuit, vbi Rex ipse condstus dicitur, ita vt penitus Arianus fide censeri ex vitæ ratione non potuerit, miraculo etiam quodam in eius commendationem à pluribus relato, quod omitto. Monere lectorem cogor, Platinam in Ioannis quarti Vita, Rotharii regnum, & obitum conscripsisse. Deinde eiusdem Regis bella in Romanos, Rauennates, & Theodorum Exarchum gesta retulisse sub Martini Pontificatum; qui Martinus sexto anno à Ioanne prædicto sedit. Quonam quaso ordine geri bellum sub posteriore Pontifice potuit à Rege premortuo? corrigenda ergo lectio est, ne in errorem lapsum Platinam temerè existimemus. Mortuo Rothario successit Rodoaldus eius filius, & Gondiberga, de qua scripsi, maritus: qui inter suos malè, & impudicè versatus occisus fuit quinto regni sui anno, Gondiberga vxore in vita sanctitate mirabiliter degente: de qua plura extant scripta, quæ tanquàm trita, & populariaprætermitto. Rodoaldi siue Rodoualdi regnum subsequitur Aripertus, qui religione clarior, quàm armis fuit, vt sequens pagina declarabit, tributumque diuinitus videtur, vt huius nominis familia, Mediolano oriunda clara ad huc habeatur, Ariperta dicta, siue illa à Rege, siue à regio nomine cognomen sumpserit,

De Ariperti Regis Religione.

Caput XIII.

Aripertvs insignis vir, Regnum suum probitate rexit, siue Theodelinda nepos, ex Condualdo fratre, qui Vxorem Longobardam acceperat, siue

alius

alius fuerit. Pacis autem, & iustitiæ cultor factus ædificauit Diui Saluatoris templum, procul à Papia quingentos ferme passus extra portam Maricam, quam Paulus Diaconus Longobardicam vocem scribendo reddens, populari nomine Marencam scripsitat libro quarto cap. decimo septimo. clausus enim conspicuus isthic eminet, & extra ciuitatem angulum faciens duplicem prospectum exhibet: vnum à Meridie, qua Ticinus amnis allabitur, alterum ab Occidente, vbi amœna vallis patet, pratis operta, quam intersecat amnis, cui Nauilium, siue Nauigium nomen est. constructum in isto est sublime & decorum templum, vineta, ac viridaria regio ornatu consita, ab Oriente versus ciuitatem habens; inter quod templum, & vallem ipsam extant ædes eleganter compositæ, & opportunis porticibus circumsepta, in quibus degunt religiosi viri ordinis beati Benedicti. Moram me hoc loco facere in scribendo necesse est, & ad lectorem orationem vertere, siue quis templum isthic, templique cultores, & ornamenta siue mores, institutionesque conspicatus fueris, mirabitur loci, hominumque dignitatem; mirabitur cenacula, cellulas, & alia suo quaque ordine distincta, mirabitur lauticiam rerum sacrarum, quas sese spectandas latissime exhibent, ac diuinum honorem conspecta augent; spectantemque in spectaculo detinent, prohibentque discessum. Si quis etiam ingeniosior, aut sermocinationes inire, aut lectionibus lactare animum concupierit, aderunt isthic graues, & periti viri, qui minimè te inanem, otiosumque relinquent; Inter quos vnus Honoratus Exorciensis olim primam sedem, primumque nomen eruditionis habuit. Deinde Romam petens insulana Ecclesiæ Antistes factus fuit. Adest etiam luculenta Bibliotheca, praclaris & antiquis referta codicibus, quibus & legendo oblectare mentem, & meditando sapientiam haurire, & curas interdum excludere, pectusque exhilarare poteris Quid referam errantium egenorum, peregrinorumque solamen, qui statuis diebus caternatim isthuc se conferunt languidi, claudi, cœci, seminudi, tremulique, ac moribundi, postibusque contactis funiculo æra concitant, sonitusque flebilem eiulatum addunt, & panem implorant. Mox intra exterioris curia claustros, septaue recepti, pane & vino, edulioque saturi fiunt, & luridæ fugatis oris macie Deo benedicentes exinde abeunt. Hæc tam præclara opera ab Ariperto Rege instituta anno à partu virginis sexcentesimo & sexagesimo, in præsenti etiam perstant, Rege similiter ipso isthic ossa sua habente, vt cui honorem vnus impenderat, mortuus etiam fidem per ossa ipsa repræsentaret; mortuusque fertur post nonũ regni sui annũ: De quo Rege scribens Sabellic' libro sexto octauæ Enneadis in manifestũ errorẽ lapsus est his verbis. Fuit Aripertus Romanæ Ecclesiæ obseruantissimus, cui etiam Coccias Alpes, & Ligusticę oræ tractum attribuit, iustitięq; adeo studiosus fuit, vt ignoto interdum habitu per Regni sui oppida vagaretur, sciscitando, exploranduque ecquid de se se, suisque iudicibus populi sentirent. Hæc enim non de isto primo, sed de altero Ariperto, Aribertoue scribenda fuerunt, de quo Paulus Diaconus libro sexte cap. X. & XII. Sed quantò laudabilior Ariperti religio in Deum fuit, quantòque præclarior liberalitas, tantò crimino sior, atque iniquior Cremonensis inuectiua in Longobardorum memoriam agnoscitur, qui tribus criminibus omnes eorum Reges, Principes, Ducesque notat. Primò quod Romano Pontifici semper infesti fuerunt: Secundo quod Ariana hæresi adhæserunt: Tertiò quod Romano Imperio contemptus habito Italicas vrbes olim Imperio connectas occuparunt. Ad quæ tria vno verbo tollenda, quæro; Quis es tu, qui Ecclesia, & Imperij nomene, in quibus tuis non habes, controuersiam in defunctos excitas? quam si fortasse, vt delator proponis, nihil stultius dici aut excogitari potuit; quia de statu defunctorum quinquennio exacto queri non licet: qua Iuris sententia hanc vim habet, vt qui Rex, vel Princeps in suo Principatu decesserit, Regis, vel Principis dignitate functus censeatur, retractarique eius status nequeat; quod si exacto quinquennio retractari alterius dignitas non debet, multò quidem minus post octingentos annos Regum Longobardorum titulos, diademata, sceptraque in controuersiam renocare iste orator suo arbitratu potest. eoque actu se iuris humani expertem, imprudentemque probat: sed longè imprudentius est, eum qui de Imperio, atque de Pontificatu illorum temporum verba facit, ea quæ illius temporis fuerunt ignorare. Nonne ea ætate Martinus Romanus Pontifex iniectis vinculis detentus Romæ fuit, atque in Græciam latronis more abstractus iussu Constantis hæretici Imperatoris, quem Constantem Egnatius nominat? Vbi ipse infelix Pontifex vitam miserrimè finiuit, vt omnes scriptores attestantur. Tunc igitur hæretici Imperatoris, ac Pontificis parricida, Romanaque Ecclesia, & Vrbis spoliatoris hoc tempore causam tueri, illique honorem Italici Regni, quod in Longobardis erat decernere, atque ascribere conaris? Sed minimè quidem mirum, probare enim Imperium in hæretico, & Pastoris paricida, Romaque sicario, quid est aliud quàm à iure natura, atque ab Ecclesia Romana recedere, & hæretico facinori, ac parricidio assentiri, teque ipsum consensus, applaususque tui reum prodere? Quod verò Italicas ciuitates sub dominio suo ducentis & amplius annis inuitis Orientalibus Imperatoribus, Longobardi possederint, Longobardorum id decus, & virtus Deo fauente fuit, Orientalium verò dedecus, & improbitas, qui Imperij Romani maiestate indigniores successiuè facti, tandem Turcarum furitate eiecti à sede sunt, Deo ipso istorum barbariem æquius ferente, quàm illarum flagitia: Vides ne igitur, vt tua oratio ad deteriora flnat, quoniam dum Imperatores Orientales Italicis Longobardis anteferre studes, Pontificum Romanorum carnifices, & Italiæ, ac Siciliæ expilatores à seculo infames, in memoriam reuocas, nobisque repræsentas; in quibus quidem sceleratissimis Orientalibus Imperatoribus seriatim recensendis doctissimus Egnatius in hac verba prorupit: Nunquam maior impietas Principium, maiorue socordia &c. Idem alibi, obscuritatem generis cum aliis sceleribus, tũ verò impietate in Deum &c. potuit-

ne quid deterius de Imperatore scribi? Adde aliud; Impio patri scelestissima proles successit &c. Item alibi: Non Imperii solum, sed paterni sceleris hæres successit Leo &c. alibi quoque: Piget planè, ac pariter me pudet tot portentis verius quàm principibus referendis immorari &c. Hi sunt illi impuri, & flagitiosi homines, quos Italia maluisset dominari Cremonensis scriptor, quàm Pontificum, aut Longobardorum ordines, in quos quidem scelestissimos Principes omnino Italia incidisset, nisi Longobarda virtus illos nefarios, iam Romam exuentes eiecisset, vt tibi subsequens historia Grimoaldi Regis enarrabit, quàm Saluatoris capiti subiiciam.

De Saluatoris Nomine.
Cap. XIV.

CONTENDVNT plerique lingua Latina scriptores Seruatorem dici potius quàm Saluatorem oportere, à quorum sententia summa ratione abhorreo, Saluatoremque scribi Latinè, ideſt salutis autorem puto, ipsius nominis vi altius excussa, differt enim Seruator à Saluatore; seruator videtur esse cuiusuis rei diligens custos, vel repositor; quod nomen minimè conuenire amplitudini summi Dei potest; quoniam hoc nomen seruator representans suapte significatione hac quæ inferiora sunt, nulla proportione referre nobis superna, & diuina potest, propter diuersitatem rerum, quod explicare libet, seruamus quidem ea, quæ iam suum esse habent, veluti mulier anulum, vel speculum, miles capitium, à quo actu seruum nuncupatum iuris consulti putant; qui quidem seruationis actus non est formator essentia illius speculi, vel serui. Iam enim erat vtrunque corpus in sua forma constitutũ, in qua seruatum est. At longè dissimilior est actus nostri Saluatoris in salute nobis tribuenda, quoniam omnium hominum animæ ante agnitionem Dei æternæ salutis expertes sunt, salutisque aditum, & principium per Baptismi gratiam, & fidem assequuntur. Salutis ergo formam animæ, & non seruationem à Deo accipiunt, quoniam ante agnitionem eius nullam, vt dixi, salutis formam, aut essentiam habuerant, sicut seruus, & anulus habebant. Itaque qui Deũ Seruatorem dixerit (veritate inspecta) inferiorem à Saluatore, ideſt salutis autore eundem fecerit. Absurdum præterea est, vt mediator Dei & hominum IESVS CHRISTVS communi, ac populari Seruatoris nomine nuncupetur, qui suapte natura omnem significationem humanæ conditionis excessit, & ad vocabuli nouitatem formandam ex dignitatis suæ maiestate per necessitatem nos traxit. Prudenter igitur Cicero in humanis agens ante virginis conceptum, componere Saluatoris nomen erubuit, scilicet nondum tanto enato homine, cui nomen ipsum suo iure ascribi posset: CHRISTO verò post Ciceronem ex virgine orto, natura & vsus fractis meritò Grammaticorum compedibus, Saluatorem dixit, quemadmodum antea audax Gracia, teste Cicerone, soterem scripsit, in qua quidem sententia non solum Augustinus, sed etiam Hieronymus, Ambrosius, & Leo exactus scriptor, aliiq; fuere, Sabellicus quoq; Ariperti historiam referens Saluatorem scribere, quam seruatorem doctius putauit, fidei proprietatem sequi, quàm Grammaticorum opinionem malens. Quorũ ego virorum autoritatem recipiens; Saluatorem similiter à nostra salutis formatione, ac constitutione scribere æquum, & Latinum censui, siue quasi salutis autorem, siue quod nos saluos faciat. His meis scriptis addidit Beltramus Culeus Vir Græcè, Latinèque peritus suauius sonare, magisque aures implere Saluator, quàm seruator: dulciusque etiam, & longè iucundius in animo sentiri, cum seruator nescio quid asperius, & inclementius præ se ferat, quòd verũ est, imo illud serui, rebeat duritiem verbi, sal, autem iucunditatem. Nemoque etiam in amicorum salutatione dicturus est loquendo, vel scribendo seruationem pro salute, vt Cicero Curioni seruationẽ dicit, quod esset ridiculum sed in salutatione salutis nomine vtimur tanquàm aptiore, ac maiorem significationem habente. Vndè elici argumentum decet ampliora, digniora que nomina ad Deum potius esse transferenda, quàm indigniora, angustioraque. Vt ipsius nominis proprietas, aptitudinem, & proportionem habeat ad nominati essentiam, atque naturam, popularia vocabula suapte magnitudine respuentem. Acquiescant igitur periti viri Sacrarum literarum studiosis, discãtq; nouis vti vocabulis exempla maiorum sequentes in his, quæ minimè prisca ætas nouit.

De Grimoaldi Regno.
Cap. XV.

ARIPERTO patri successerunt Condibertus, & Partharitus discordes in Regno administrando fratres, quibus se se obtulit ad odium fouendum Garibaldus Taurinorum Dux, ad proditionis artes à natura imbutus, excitatoq; à Beneuento Grimoaldo Duce, belli perito cum suis, & amicorum copiis in Parthariti exitiũ, eundem Grimoaldum Ticinũ ingressum, in Condiberti necem per vtriusq; fallaciam suis artibus impulit. quo Condiberto Ticini occiso, regnoq; à Grimoaldo occupato Partharitus Mediolano diffisus in exilium abiit. Garibaldus verò Taurini occubuit, alieni serui ferro in domini vltionem percussus, qua quidẽ à me breuiuscule relata, seriosè narrat Paulus Diaconus libro quinto, primo, secundo, & aliis capitibus, Sabellico ei suscribente libro sexto octauæ Enneadis: ab isto famoso Garipaldi nomine fluxisse vocabulũ puto, obliquo ferro impositũ, ex cuius versione reserari adulterino actu clausura solent, quod ferrum vulgò Gariboldellum dicitur, Aribaldusq; etiã populariter nuncupatur aliquis scelestus, siue hæc nomina ab illius sceleribus, siue aliter vsus nostratium formauerit. Rex itaq; constitutus Grimoaldus bello aptior quã religioni, pacique fuit. Nam Gallos in primis à Claudio secundo Francorum Rege in Italiam missos ad Riuulum Oppidum inter Taurinum, & Alpes fregit, deleuitque; quo quidem in loco quasi tumulis circumsepta elegans patet planities. Alterum longè præclarius bellum confecit aduersus Constantium, vel Constantem Imperatorem, qui Italiam direptionibus, ac latrociniis vexans Beneuentum obsidere aggressus erat. Vbi Romoaldus Grimoaldi filius Dux cum præsidio aderat, qui patre aduentante soluentes obsidionem Græcos valido exercito insequutus contriuit, Roma, & Italia ab eorum depredationibus liberata, quas enarrare non est opera

est operæ pretium, Blondo libro nono primæ Decadis, & Sabellico libro sexto octauæ Enneadis recensetib', & Imperatorem ipsum nefarium, ac sordidissimũ appellantibus. Platina quoq; in Vitaliani Pontificis vita, inter istius Constãtii detestanda facinora, illud dictu horrendum refert, filios ex materno gremio abstractos pignoris nomine fuisse ad exolutendum tributum, Italicis ciuitatibus quæ sub Imperio erant, impositum. Surge tu hoc loco, surge Cremonensis scriptor, & dissere quis tibi Italiæ apter, quis dominio dignior visus sit, Orientalione iste Imperator hæreticus, parricida, sacrilegusq;, an Longobardus, quem tu Regulum vocas? At si Transpadanus Regulus Orientalem Imperatorem in fugam vertere, & ab Italia pellere a scriptoribus probatus est, probatur ergo ille noster Regulus tuo Imperatore fuit, præstantiorque, qui fugat alterum, quam qui fugatur omnino est. Reliqua Grimoaldi gesta in Forciuliensi, Romandiolosque, colligè à Paulo, Sabellico, Blondo, cæteriq;. Mortuus est nono Regni sui anno, sepultusque Papiæ in templo Diui Ambrosii ab eo antea ædificato.

De Partharitì Regis restitutione.

Cap. XVI.

MAIORne in isto Rege virtus, an rerum euentus fuerit dubitari potest, profugus enim semel & iterum à patria, primo Germaniam petiit, deinde in fidem à Grimoaldo receptus, cognita eius perfidia, ne decipereturfugit in Galliam, mox in Britanniam, siue Angliam pergens, ignota voce ad patriam, Regnumque reuocatur: quod Regnum post Grimoaldi obitum, non armis, sed populorum benevolentia, consensuque recepit. memorque periculi quod euitauerat, cum Grimoaldi infestas manus elusit, monasterium Diuæ Agathæ in ciuitatis clivo, vbi Ticini mœnia antiquissima extant, ædificauit, quod scilicet ab eo loco per funem demissus, in die festo illius beatæ virginis subeunte nocte, discrimini euasisset, vt in posterum Deo æterno beneficii monumentum constitueret: vixitque in Regno decem & octo annos sanctior quam regalior, pace semper cum finitimis seruata, populisq; subiectis benignitate præstita, quod latè explicant Paulus Diaconus libro quinto, Blondus libro nono, Sabellicus sexto (vt iam dixi) octauæ Enneadis, & Platina in Donni Pontificis vita, Partharitum eundem Regem appellans, quos quidem Autores referre libet, vt pateat me veritatem potius quam assentationem sequi: & eos qui diuersa scripserunt impudenter mentitos esse, nulla eisdem opitulante historia. Concors etiam mariti votis Rodelinda Regina fuit, honorabili templo ædificato, quod Beatissimæ Virgini MARIÆ dicauit, quod quidem templum ea ætate extra Ticini mœnia ad iactum lapidis situm erat, hodie verò in ciuitatis ambitu Septentrionem versus continetur, Pertica nuncupatione retenta; vbi pia posteritas collectis circumquaque defunctorum ossibus, quibus pertica affixa aderant inscriptos titulos ipsorum defunctorum habentes struem congessit, amplo loco ad contegenda ossa super ædificato. Decedens ab humanis Partharis, vel Partharitus, Gunipertum filium in regno reliquit, cuius vitam enarrat Paulus Diaconus libro quinto capite decimo quarto, & sequentibus, regnauitque annis duodecim, habitans in Palatio olim Theodorici Regis, iuxta templum Diui Romani, vbi hodie extat monasterium, de quo alibi verba fecimus à quo Palatio palacensem portam potius dictam illam puto, quæ Orientem spectat, quàm eam quæ olim in Septentrionem vergebat, vbi emi nent Turris Boetii.

De Damiano Ticinensi Episcopo.

Caput XVII.

INTERCIDENDA mihi regum continuatio est, vt Damiano Ticinensi Episcopo, cui aliquando cessere Reges, locum, statuam: Floruit isto seculo vir ille pari religione, atque eruditione insignis, sub Partharitì Regnum Episcopus constitutus, cui Partharito, filioque Gumperto superstes fuit, duoque secula attigit, annum videlicet sexcentesimum & nonagesimum, & subsecutum seculum anni septingentesimi, in quibus quidem supputandis nonnulli scriptores decepti sunt Blondus, & Platina ab eis dissentientibus, in Agathonis Pontificis vita, quos sequitur Sabellicus, singula quæque in suum volumen conferens. Inualuerat autem Damiani ætate Orientalis Monothelitarum hæresis; ad quam sedandam sæpe accincti Romani Pontifices, nequicquam operati fuerant, siue ipsis Imperatoribus eadem labe contactis, siue Constantinopolitano Antistite, vel Patriarcha nimium prepollente, siue gente illa suo ingenio ad ea prona, quæ Romanæ Ecclesiæ, siue Occidentali directò aduersantur, & quæ demum Occidentalis Ecclesia, diuino semper numine erecta fidei veritatem vsque in præsens tempus secuta est: In illa igitur Orientalium fluctuatione Agatho Romanus Pontifex religiosus Concilium indixit; quod Constantinopoli celebratum fuit Constantino Constantis, siue Constantis filio imperante, ac ipsi Concilio assistente: ad quod quidem Concilium cum omnes Occidentales Antistites pergere non possent, aliis ætate, aliis morbo, itineriisque difficultate deterritis. Mansuetus Mediolanensis Archiepiscopus pluribus conuentis finitimarum ciuitatum Episcopis, scribere ad Concilium excusationis causas, simulque etiam quid ipsi Insubres sentirent de articulo proponendo aquum censuit, vno tantum Episcopo Constantinopolim epistolam perferente. Curam itaque componendæ epistolæ Archiepiscopi, & ipsius conuentus nomine Damianus Ticinensis vir peritissimus suscepit, præstititque. Qua quidem lecta epistola Concilium eius sententiæ acquiescens damnauit Monotheliturum sectam: adeo ille argutè docuit quod in Domino IESV CHRISTO, sicut duæ extant naturæ, Diuina à Deo Patre ab æterno genita, & Humana à Beata virgine in seculo sumpta, simili ter etiam duæ extent Voluntates. Verba Epistolæ ad articulum facientia re-

tulit

tulit Paulus Diaconus libro sexto capite secundo: latius Platina in vita Agathonis scribens: plurimum valuêre literæ Damiani Ticinensis &c. quem sequitur Sabellicus more suo paucis mutatis libro sexto octauæ Enneadis. exemplum quo manifestè patet in Domino id ita fiasse eodem tempore, demonstro Sanctorum Doctorum scripta secutus. *In Domino enim* IESV CHRISTO *duæ voluntates vno tempore extitêre cum dixit*, Pater transfer à me Calicē &c. *Hæc enim verba humanæ voluntatis mortem perhorrescentis fuêre, subsequuntur verba Diuinæ voluntatis ipsi humanitati imperantis hoc modo*: Attamen non mea voluntas, sed tua fiat. *Diuina enim natura diuinam voluntatem extollens, humanam voluntatem suppressit. Subdiditque diuinæ voluntati, dedens sese passioni, quam humanitas eius perhorrescebat, quod vno factum est momento. Commodius tamen mea sententia Christiani sibi, aliisque prospicerent, si iis omissis perscrutationibus in Dei honorem, & mandata seruanda sese verterent, scire Dei essentiam, naturam, & operationem volunt, facere autem illius voluntatem, quam nouerunt minimè eo modo volunt. Insuper disceptare super Ecclesiæ institutis non desistunt: operari verò quod rectum sit subsistunt. Sed ad Damianum redeo, qui vixit in Episcopatu annos triginta, multaque doctissimè conscripsit, quæ ab historicis, vel ignorata, vel prætermissa fuerunt. Dabit ergo mihi veniam Longobardæ nobilitas, si eius intermissis Regibus, sceptrisq; aliquid hoc loco de Damiano scribam.*

De Morte, & Resurrectione Domini IESV CHRISTI Damiani Sententia.

CAPVT XVIII.

ARGVENTI *cuidam fortasse Hebræo, non fuisse ex Dei dignitate mortem subire Dominum* IESVM CHRISTVM, *Damianus audaciam hominis admiratus in huiusmodi sententiam respondisse dicitur. Potior ad fidem in suis Discipulis probandam, atque firmandam Domini mors, & resurrectio quàm vita fuit. Item potior ad contestandam Iudaicam impietatem, irreligionemque Domini permissio, Crucisque patientia fuit, quàm tanti probri euitatio esse potuisset, quoniam viuere & mori singulorum hominum est, reuiuiscere autem post mortem suapte potentia superhumanum esse necesse est, id est solius Dei in humana natura se nobis offerentis, tantum enim opus solius Deus & homo operari potuit, quod ipse prius fuerat de se ipso attestatus his verbis. Potestatem habeo ponendi animam meam, & resumendi. Consequens igitur & dictis, & naturæ suæ, & gentis eius impietati conuincenda fuit, quòd Dominus* IESVS *corporis sui excruciandi potestatem illis faceret, mortemque subiret, vt subinde post mortem reuiuiscendo eosdem eluderet, & eo modo gloriam suam in diuina potestate exercenda omnibus patefaceret, suos quidem firmando, alienos autem a fide miraculi magnitudine conuertendo, aut si reprobi esse maluissent, refellendo, & confundendo; quæ quidem operationes sine mortis permissione esse nullo modo potuissent, quia reuiuiscere nemo potest nisi moriatur. Item committendum morti corpus suum Domino nostro fuit, potius quam per fugæ, aut disparitionis refugium, tam modico dierum interuallo viuendum, duplici ratione, tum quia omnino nouerat ipse se esse resurrecturum, tum etiam vt irreprobabili argumento nobis contestaretur, suos mores, institutiones, ac disciplinam mortis ipsius atrocitate neglecta a fide dignis recipienda esse, moriensque ille apertissime in doctrina sua confirmationem, posteris omnibus immobilitatem mandatorum suorum suo sanguine, suaque nece sanciuit; quoniam si ipse legis autor pro lege sua sustinenda, quam Iudæa improbabat, mortem oppetere non perhorruit, certè legis obseruationem ipse primus præstitisse, & suo exemplo cæteris esse præstandum manifestè probauit. Decora igitur, & salutifera patientia, & mors Domini nostri fuit, cum pro sua, & suorum fide, & religione fundanda susceptа fuerit, modico temporis spatio abolenda: vt omnino aboleuit perre surrectionis actum, cuius dignitas, & amplitudo æterna est, suaque gloria momentanea mortis probrum obumbrauit, elusitque. Quòd si mortis declinationem Dominus noster per fugam, aut disparitionem quæsuisset; primò humanam imbecillitatem tantùm, & non diuinam constantiam præ se tulisset; item legis sua dignitatem, ac existimationem turpitudine fugæ exinanisset: tertiò resurrectionis admirationem non excitasset; quæ potissima probatio diuinitatis eius fuit humanitati coniuncta. Plura alia Damianus & voce, & scriptis documenta Ticinensibus suis præbuit præsertim vitæ suæ innocentia, sed eius scripta temporum, & hominum incuria è medio abstulit, viri tantùm virtute, ac memoria superstite; ad quam celebrandam si parem Damiani dignitati scriptionem non adhibeo, nec adhibere queo, parata mihi optima iustificatio est tanti viri præstantia, & amplitudine mea scriptionis tenuitatem obruente. solis enim fulgori obiecta lucerna quamuis eluceat, luce carere clariore circumfusa lumine facile videtur.*

Explicit Liber Nonus.

BERNARDI SACCI TICINENSIS HISTORIÆ Libri Decimi.

PRÆFATIO.

VARIA, *atque mirabilis rerum mutatio circa finem seculi sexcentesimi anni fuit. Pontifex in primis Romanus Domini* IESV CHRISTI *in terris Vicarius, olim à Græco Imperatore, vel eius Exarcho confir-*

confirmari fuisse, mutata lege solutum, ab Orientalium A
suppositione fuit; non solum sanctione à Constantino Imperatore lata, quod Pontifex Romanus à Clero, populoq; Romano eligendus esset, sine ulla Constantinopolitani Principis approbatione, sed ipsius etiam Imperatoris auctoritate, ab Italia postea reiecta. Prima itaq; Pontificis electio post illam sanctionem fuit Benedicti secundi Romani Pontificis. Respexit enim Deus humilitatem gregis, suis amotaq; potestate alienorum, Pastores suos suis uteris, suiq; moderaminis esse voluit. Gratia ergo diuina B
clementiæ ab occiduis nationibus habenda est, ac vocis præconio extollenda, quod dominus noster IESVS CHRISTVS in Oriente natus, Patriam, prouinciamq; humanitatis suæ propriam post habuerit, vt nostras regiones Vicario suo sedes construeret, O eximia nimis Dei dignatio. ò præstans, excelsaq; benignitas! Gentis tuæ loca deseruisti, in quibus antiquorum parentum, ac Prophetarum virtus enituit, in quibus ossa iacent eorum, vnde caro tua, genitricisq; tuæ orunda est, vt nostra tecta, ac latebras Petro, ac successoribus præligeres, atq; firmares? C
At quid ego imprudens dixi nostra (mentior nostra esse aliqua) cum tua, tuaq; sint vrbs, tecta, & elementa, singulaq; ex eis composita. Hæc ita esse circa Romanum Pontificem eligendum narrat Blondus libro nono Decadum suarum; affirmat Platina in Benedicti secundi vita, quem Sabellicus sequitur, & laudat libro sexto octauæ Enneadis. Altera mutatio est quod collabente sensim, atque ruente Orientalis Imperio, perfidia, atque impietate polluto, contra in Occidente prodiit ab Austria generosa proles Pipinna, religione, atq; armis clara, quæ à Francorum Regis, & Regni rebus administrandis, virtute, ac iure ad Regni dignitatem euecta fuit. Denique Romanum assecuta Imperium Aquileas alas longè, lateq; tetendit. De qua gente, gentisq; viri- D
utibus, ac gestis alta patent volumina Antonini Archiepiscopi Florentini, Blondi libro decimo, Platinæ, atque Sabellici libro septimo, à quibus tertia quoque rerum fluctuatio relata est: Quod Sarraceni Græciam, Africam, & Hispaniam inuadentes, adeo populos afflixerunt gentis suæ copia, ac præliis, vt in aliquibus prouinciis Christianum genus ferro prorsus conciderit. E
Longobardi etiam Duces in suos Reges conuersi, & è contrario Reges in rebelles insurgentes, mutuis detrimentis sese, prouinciasq; suas confecerunt, Slauis quoque è Dalmatia in Italiam irruentibus prælio concisis. Sustulitq; tandem caput inter Longobardos Aripertus huius nominis secundus, de quo Paulus Diaconus libro sexto scribit capite sexto, septimo, & decimo b. pro p. posito. Et quem Aripertum Regni gubernacula sedulo moderantem, deiecit è Regno Asprandius; cui intra trimestre morienti, successit Lytprandus filius ante annum F
septingentesimum literarum quidem adeò ignarus, vt suum nomen scribens, ita scriberet Lytprand; Germanam rudistatem prisca lingua sua sequens. Qui minimè tamen in ea rudistate Regni sui amplitudini, ac decori defuit. De quo tum exactè Paulus Diaconus scripsit in postrema parte sexti libri, vt magnam suis successoribus, historiam colligentibus facultatem præripuerit. Blondo præcipuè eadem clarius distinguente libro decimo. post Lytprandum secuta Regni declinatio, ac demùm perditio est. Meus ergo labor erit in iis explicandis, quæ minus aperta videbuntur, ne ab aliis relata transcribe re frustra versatus esse in historia censear, atq; temporis ordinem (quod ad fieri poterit) sequar.

De Ticinensis, & Mediolanensis Antistitis contentione sublata.

CAP. I.

ANtequam ad Regum acta progrediar, meminisse me contentionis oportet, quæ inter Mediolanensem Archiepiscopum, & Ticinensem Præsulem diu viguit. De qua verba fecis libro sexto capite vltimo huius voluminis. Illa igitur contentio ante Lytprandi Regnum finem habuit Constantino Summo Pontifice sedente, vt Platina in eius vita colligis, causam inducas omittens, quam refert Paulus Diaconus libro sexto capite decimo. Quoniam, inquit, Ticinenses Episcopi à priscis vsq; temporibus à Romana tantùm Ecclesia fuerunt consecrati, æquum ergo non est visum Pontifici, quod Papiensis Ecclesia, quæ septem secula transegerat in antiquitatis suæ iure, ac possessione, tum deiicienda esset ob Archiepiscopi dignitatem augendam. Quis autem eo tempore Papiensis esset Episcopus quæro, & ambigo, & nisi Ammentanus fuerit, hæsito quis esset. Quisquis tamen ille fuerit, & Ecclesiæ suæ, in qua populus est, & Dei æterni honorem quæsiit, quoniam nostro exiguo populo olim è gentilitio euocato, priusquam Mediolanenses nostram religionem agnoscerent; humilitatem nostrum maiorum præligisse Deum, atq; in euocationis tempore, ac ordine præluisse Mediolanensium multitudini constat, qua quidem omnis honor in Deum euocantem redundat, & non in nos euocatos, qui gratis, & nihil emerentes euocati fuimus. Humanæ igitur gloriæ, fuco à tergo relecto, dignitatis nostra honorem Deo impendamus. Caueamusq; ne gratiam, quam gratis consecuti sumus, ingrati amittamus, à recto scilicet itinere auersi, atque ab alienati; quoniam sicut olim parentes nostri in humilitate viuentes euocati fuerunt, ita nos ipsi fortasse ab eorum statu renouabimur, deficiemurq; si ab ipsorum humilitate defecerimus

De Lytprando Regno, & Diui Augustini translatione.

CAPVT II.

LYTPRANDI Regnum quàm maximè conspicuum, ac memorabile fecit Diui Augustini corporis translatio à Sardinia Papiam. Nam omissa Augustini, quod Episcopus fuerit, honorificentia; Quis nam post Apostolorum, & Martyrum tempora fuit, cui æque debeat nostra gens, atq; æque. Ille enim ab Aphrica ad nos delatus nostram linguam sua præsulit, se seq; nostris literis exercens, CHRISTI Domini nostri doctrinam suis vigiliis propagauit; ille quasi succrescens fermentum ab Italia, in qua profecit, egressus, in Orientem, ac Meridiem sua eruditionis vela expandit, purgauitq; vtranq; oram, hæreticorum labe

Digitized by Google

labe infectam. Ille denique quasi Aquilo in Austrum perflans errorum nubes depulit, suique ingenii vires ab Aphrica in Europam fudit. Rursus ab Europa in Aphricam resudit. Admirata est prisca vetustas Alexandrum Philippi filium, orbis latitudinem animi sui magnitudini augustam visam. Nostri quoque mirentur homines vnius Augustini peritiã Aphricam, Europam, Asiamq; occupasse; Nec terram solum, sed maria, cœlum, ac cœli firmamenta, ad limbiq; claustra peruasisse. Tanti igitur viri corpus Italia habes, claudisque nostra ciuitatis ambitu, illius Lytprandi Regis munificentia, cuius memoria hec mea scripta, et si inania sunt, impendo. Sed quò maior nostri Longobardi, Italiciq; Regis deuotio in diuini hominis ossa fuit, eò immanior Leonis Imperatoris truculentia in Gracia efferbuit: qui tolli, qui aboleri, qui disperdi sanctorum figuras, simulacra, atque etiam ossa nefario iussu conatus fuit, cuius imperium Italia non pertulit; sed eius iussa reiiciens antiqua instituta secuta fuit, ratione & religione freta. Tollere enim Sanctorum imagines, nihil aliud est, quàm abolere memoriam illorum, qui de religione nostra benemeriti sunt. Et quorum denique sanctorum patientiam, virtutemq; facilius, ac promptius vnicuiq; etiam imperito pictura representat, quam series scriptorum; quoniam picturam quilibet visu colligit, miratur, mouetur exemplo, atque si rei peracte ordinem nescit, peritiores rogat, audit, mentem imbuit aliorum suspiciens virtutes. quæ omnia tam facilè ex historia perspici nequeunt; cum plures sint literarum expertes quam periti. Vesana ergo, & profana figurarum abolitio est, tacitoq; actu, ac subdolo ad deturbandam Dei religionem finem suum dirigit. Et sub velamine adorationis corrigendæ ipsius adorationis initia, atque incitamenta perimit. Quoniam Diui (exempli gratia) Augustini simulachro inspecto, cogito qui vir fuerit, quibus moribus, qua vita continentia, moueorq; ad eius sectanda vestigia, atq; hoc modo ad religionem incendor, qui omnino segnior forem alterius præeuntis non camperto vestigio. omnes enim in quacunq; re gerenda exemplis præcedentium fidentiores simus, qui fortasse si exempla non extarent, diffidentiores essemus, & quorum exemplorum speciem ipsa viri sancti imago representat. Sed dicere de iis plura desino; de quibus alibi.

De Diui Augustini Tumulo.

Caput III.

Consequens Augustini translationi est scribere, quo in loco conditum corpus eius fuerit. Ædiscauerat Lytprandus Rex insigne templum, quod Diuo Petro dicauerat, monasterio adiecto, vt Paulus Diaconus narrat libro sexto, capite decimo septimo, quem locum ab aeris salubritate appellauit sanctum Petrum in Cœlo aureo, non autem in Cellula aurea, vt scribit Blondus: quod monasterium, ea ætate situm extra Papiæ mœnia erat: hodie autem intra ciuitatem receptum. Is enim locus eminet situ, in Aquilonarem aram vergens ex parte, atque ex parte æstuos solis ortus excipiens. Itaq; vrgente æstu Septentrionis auras captat, sumitq; aeris temperiem; hyeme autem porticibus circumfusus imbres arcet, ac specularibus fenestris ventorum vi reiecta à cœnaculis, & cubiculis frigora excludit. Adsunt præterea æstate aquarum riuuli per fistulas in vrbem ac monasterium traducti, viridaria, hortosq; irriganes, ac terra sata plantasq; latificantes, ita vt solo virore, atq; plantarum ordine regium tibi opus representetur, sacra statutis horis hodie duplici sacerdotum agmine in templo fiunt. Hic Canonici regulares ordine, tempereq; priores: ibi eremitani fratres lata corrigia pcincti sedes habent. Diuersi habitu, facie, & opibus. concordes verò canticis, ac cæremoniis. Duo itaq; hodie monasteria vno ambitu continentur. Pro alendis autem Regularibus Canonicis, & sacerdotibus latos agros Rex legauit procul à ciuitate quinq; millia passuum iuxta Ollonam amnem ab Orientali plaga, vbi Regia Domus siue Palatium extat Lardiragum vulgò nuncupatum, quod antiqui Latiagrum ab agrorum latitudine olim appellarunt. quæ quidem regia domus me puero ruinis, ac situ deformis diu iacuit. Postea verò ab Hectore Rubeo viro insigni ipsius Monasterii siue Abbatiæ Commendatario, pristino ornatui, atq; decori restituta fuit, cui successit Federicus ex fratre nepos nobilitate ac eruditione conspicuus. In templo itaq; Diui Petri à Lytprando edificato conditum Augustini corpus fuit, & ne facile resciri posset, quo loco corpus esset, ferunt Lytprandum tribus locis effossis, structisq; sepulcris, alibi deinde nocte paucis operi adhibitis iussisse corpus condi, omnibus simul sepulchris eadem nocte occlusis, vt certa corporis sede ignorata difficilior in æuum fieret occasio eius perquirendi, rapiendiq;. Constructum deinde alio seculo sacellum Diuo Augustino fuit iuxta templum Diui Petri, in quo sacello arca illa marmorea, ac celebris composita est Augustini sepulcrum representans.

De Petro Ticinensi Episcopo.

Caput IV.

Ab Augustino Episcopo nostræq; religionis Doctore, vertere scriptionem ad Petrum Ticinensem Episcopum regii sanguinis virum, qui translationem Augustini summo studio curauit, æquum est. Is olim Ariperto secundo Regio ob nobilitatem, Asprandiq; affinitatem suspectus, relegatus in Etruriam fuit, vbi patientia, ac fide insignis calibem iuuentutem agens, in Aretino agro quam maximè versatus est, studensque solitudini, quæ socia religionis est, Diui Sabini adem in monticulo sitam, frequentauit; quo in loco hodie oppidulum extat fama conspicuum, Mons Sancti Sabini vulgò nuncupatus, à quo Antonius Monteus Cardinalis deinde Io. Maria similiter Cardinalis, postremo etiam Pontifex Iulius tertius prodiêre, vna cum pluribus aliis peritis viris: inter quos meus Franciscus Contrinus a Transpadanis oriundus, locum obtinet: Ab exilio igitur, vel relegatione liber Petrus, Lytprando regnante Ticinensis Episcopus constituitur. Regia enim ciuitati Regii sanguinis Episcopum decerni aptissimum fuit, Memor itaq; Episcopus religionis in Etruria habitæ Diuo Sabino in Orientali ciuitatis suburbio fanum construxit, quod mea deinde ætate (o infelices dies) bello Gallico inualescente disiectum, & solo æquatum fuit, vnà cum propinquo Sancti Apol-

Apolinaris Monasterio. Sed an Sanctus Sabinus ille ipse fuerit, cui Roma iuxta Montem Auentinum ad portam via Ostiensis, Sancti Pauli nuncupatam, edificatum templum, ac monasterium sint sub Diui Sabæ nomine, vt quidam opinantur, ego non affirmo, sed diuersum existimo. Petri igitur Episcopi nostri humilitatem, ac vitæ specimen plurimum commendant ciuitatis annales, traduntque eius monitu, atq; exemplo Lytprandum Regem constitutum fuisse ad Summum Pontificis obseruantiam. Accedente maximè eo tempore ipsius Romani Pontificis religione cunctis perspecta. Nam si minimus quisque sacerdos probatis moribus, sit ex vitæ integritate inter suos conspicuus, amabilisque; quantò esse honorabilior eum Summum Pontificem decet, vita integritatẽ suis moribus præferentẽ. Bonis enim moribus adiecta dignitas tanti viri reuerentiam augeat necesse est. Quemadmodum à contrario malis hominis actiones, ne ipsam dignitatem polluant, ac pene contemptibilem faciant verendum est; Cuius rei periculum sæpe legimus, atque agentibus: Iulius enim secundus, dum bello in Venetos mouendo, atque amouendo, & in alios retorquendo, plus quam religioni animum intenderet, Gallica in sese arma excitauit; olim Romana Ecclesia propria, aliquotque etiam Cardinales aduersari iussionibus suis sensit; Leo Medicæus epulis, canticenibus, ac voluptatibus immersus, plura suscitauit murmura, quæ in scandalum progressa Romani Pontificis honorificentiam, & decorem communuerunt. Sed ista ab instituto meo aliena sunt. Illud ego affirmare nullo modo desinam, magnorum Antistitum vitam sine labe traductam, maximo adiumento esse regum consiliariis, atque aulicis ad Regem impellendum, vt ipsos Antistites in honore habeat, studeatq; eorũ religioni, ac bonis institutis & ritibus obtemperare, & è contrario improbata vita, improbatos etiam eos faciet qui in solio sedent, tam apud Reges quàm apud populos; quoniam veritas ipsa omnia in tempore aperit, & altaria nudat, vt in prouerbio est, & bonis benedicere, malisque maledicere vsus obtinet, qui vsus famam auget, fama opinionem, opinio cogitationem hominis, cogitatio decretum animi, siue deliberationem, à qua actio oritur, vel contemnendi, vel existimandi, & in honore habendi Episcopum iuxta famam eius bonam, aut malam; & ita mala Antistitis fama serpit tanquam virus inficiens Regum, & populorum mentes, & ab ipsius Antistitis obseruantia procul auertens. Atque hoc modo illi qui corrigi, & reformari bonis exemplis deberent, ab alienantur mala ipsius Antistitis vita, ac fama hominum affectus perimente. Quis autem eo tempore Roma summus Pontifex esset, ambigitur, scriptoribus inter se nimium dissentientibus, alii Stephanum, secundum, alii Gregorium similiter secundum perhibent. De qua dissensione alibi verba faciã, vterq; tamẽ Gregorius, ac Stephanus moribus & religione enituisse pariter celebrantur:

De Lytprandi humilitate in legibus promulgandis. Cap. V.

Non videtur alienum ab opere nostro referre qua animi modestia, qua in Deum reuerentia, Rex iste leges suas tulerit, cuius hæc præfatio est. Leges quas Christianus, & Catholicus princeps instituere disponit, non sua prudentia, sed Dei nutu, & inspiratione animo concipit, mente pertractat, & salubriter opere complet, quia cor Regis in manu Dei est, attestante sapientissimo Salomone, qui ait *&c. Idem in fine præfationis sic scribit:* ob hoc in dei omnipotentis nomine Ego Lytprand Christianus, & catholicus Rex dilectę gentis Lõgobarborum, Anno Regni mei primo Deo protegente, die calen. Martii, indictione xi. vnà cum iudicibus tam de Austriæ, & Neustriæ partibus, quam de Tusciæ finibus, & cum reliquis fidelibus meis Longobardis, & cuncto populo assistente, hæc communi consilio iuxta Dei timorem, atque amorem adscribenda censui. *Deinde sequitur edictum;* In Nomine Domini Dei, & Saluatoris nostri, incipit edictum gentis Longobardorũ, quod adiunxit Dominus Lytprand Rex tempore suo &c. *Possem alias etiam addere præfatione quibus ipse Rex humilis semper sermone Deo inuocato scriptiones legum suarum instituit. Diuersas penitus a Iustiniani iactatione, cuius dicendi vanitatem imperiti admirantur eo loco, Imperatoriam Maiestatem &c. Et se Gothicum. Alanicum, & cætera inscribens in suis ipsius glorificatione euanuit. Huiusmodi igitur religione imbutus Lytprandus tam in ferendis legibus, de suorum Procerum, Ducumque cohibendis excessibus, quam etiam in Romano Pontifice obseruando, eique monenti obtemperando Regni sui fines auxit, quod Blondus accurate colligit libro decimo Decadis primæ.*

De Exarcho fugato, & Rauenna capta, & Equestri Statua. Cap. VI.

Aquo capta Rauenna fuerit, fugatusque ab Italia Exarchus, varia est scriptorum sententia. Blondus primo Astulphi Regis anno captum narrat libro decimo. Platina in Gregorii Secundi vita refert à Lytprando Rege obsessam, captamq; ciuitatem: Deinde in Stephani Secundi vita aut fuisse expugnatam ab Astulpho Rege. Sabellicus longas ambages serens de Venetorum gestis circa Rauennam libro septimo in fine, & libro octauo Enneadis octauæ, tandem à Ducibus Longobardis vi captam, & direptam Vrbem refert, & Exarchum ab Italia exterminatum. Imperii ergo Romani potestas Longobardorum armis eiecta ab Italia fuit, & Rauenna subacta. Quod cum ita esse pateat: ergo Rauennates, & eorum finitimi, ac etiam Orientales Duces impares virtute, & militari præstantia Longobardis fuerunt. Victus enim victori palmam cedat necesse est. Hac igitur præcipua gloria insignes Longobardi effecti sunt: quod Rauenna olim Roma æmula, & Exarchi sedes summissa eorum iugo fuit, depulsique ab Italia Orientales Duces. Hinc-que arguere apertissimè licet, impudenter nonnullos ex Romanensibus facere, qui Longobardis obtrectare non desinunt: suum enim dedecus repetunt, ac produnt, dum Longobardorum nomini, ac gloriæ detrahunt, quibus

maiores eorum suppositi fuerunt, quoniam in subiectionis casibus minus improbabilis videtur subiectio eorum, qui claris Regibus, aut Ducibus succubuerunt, quàm illorum, qui obscuris gentibus manus dederunt, Itaque dum Longobardorum honorem suis maledictis extenuant, praterita subiectionis notam turpiorem faciunt, sibiq; ipsis ignominiæ successionem impingunt: quoniam ex eorum genere sunt, qui Longobardis seruierunt, & à qua quidem seruitute licet postea liberati fuerint, nulla tamen eos gloria liberationis sequitur, quoniam non sua virtute, sed Francorum armis Romandiola erepta, à seruitute Longobardorum in seruitutem Romanæ Ecclesiæ coniecta fuit, quo casu Carolo Magno Francorum Regi, & non ipsis subiectis liberationis honor, & meritum cessit. Quod vero de Regisolio olim ab Vrbe Roma Rauennam translato Regis Theodorici iussu scripsit Platina, non dissentio ab eo, facilis enim fuit translatio, quoniam equestris statua composita est per partes, quæ solui ab alterutris possunt, reseratis clauiculis, qui vermiculato opere volubiles sunt, & forcipe circumaguntur, ipsisque clauiculis singuli artus equi in vnum corpus coaptati firmantur elegantissimè, ita vt compactum totum corpus vno opere videatur. Sed quod ipsa statua cũ insessore exportata à Rauenna Papiam fuerit in dicta expugnatione Longobardiaca, non assentior Platinæ, nec aliis referentibus Caroli Magni iussu, cui statua mirabilis visa fuit, ablatam fuisse. Nam omnes decipiuntur, quoniam post Caroli Magni tempora contentione exorta inter Papienses, & Rauennates exportata à Papiensibus Rauennam ingressis statua fuit, & è conuerso à Rauennatibus sublata fuerunt clathra ærea Portæ Pallacensis Papiæ, quæ olim Partharis Rex fabrefieri miro opere curauerat: neutra tamen ciuitate in ea contentione ciuium bona inuadente, sed publici honoris causa publica tantum arripiente, de qua quidem re leguntur adhuc Papiæ insculpta carmina infrascripta.

Milite cum quondam terrestri freta Rauenna
Ticinum irrueret, populus Papiensis in hostem,
Classe armatus adit, belloq; illabitur vndis;
Aduentare hostes (sic sors tulit) insscius alter
Alterius fidens animis inimica petebat
Mœnia; Regalem valuis insignibus Vrbem
Ille hanc expoliat, mirandus Regisol inde
Huc aufertur Eques: sic victor victus abiuit.

Statua autem fuit Antonini Pii, vt peritiores sentiunt, quàm Rauennates Mirasolem nonnulli, alii vero Regisolem appellabant; quoniam Orientem versus faciem conuersam habebat: contra Papienses faciem Equitis vertentes in Septentrionem, & terga in Meridiem, Statuam Regisolium, id est solium, vel sedem Regis appellarunt, dixeruntque Regium potius esse cauere à Septentrione, vnde Hunni, Gothi, Heruli, Alani, aliique erupêre in Italiam, quàm in Meridiem, vel Orientem respicere, vbi Italia mari cingitur, & nisi magno classis apparatu, petatur suo situ tutissima est. Sed ad historiam rede amus.

De Lytprandi Obitu.
Cap. VII.

QVO Anno Lytprandus ab humanis decesserit vix scribere audeo ob autorũ varietatem; Blondus qui Romæ mortuus est sub PII secundi Pontificatu post annum M CCCCLX. scribit libro decimo Lytprandũ Zachariæ Pontifice sedente obiisse, Zachariæ Pontificatum ponens ante Gregorium tertium. Quod si ita fuisset, Lytprandus mortuus esset anno quinquagesimo post septingẽtesimũ, vel circiter. Platina verò qui eodem PIO sedente Romæ versatus est, potuitq; & Blondum, & eius scripta videre si eum cura tetigit, collocat Gregorium tertium ante Zachariam, Blondi historia tacitè reiecta, si tamen eam vidit. Quod si ita esset, Lytprandus vixisset prater sexagesimum annum supra septingentesimum ab ortu Domini IESV CHRISTI quod supputatis temporibus probabile non videtur. Sacellicus autem existimat Blondum deceptum, & platinam sequitur, à quo tamen sæpe variatum fuit. Nam Lytprandi profectionem ad Vrbẽ Romam, & Vaticanum, & alia etiam Lytprandi gesta collocat sub Gregorio secundo. Quæ similiter repetit sub Zacharia Pontifice, duplicans acta, semel tantum facta. Ex ipsius autem Regis sepulchro probatur defunctus Anno DCCXXII. Mortuo itaq; Lytprando, qui triginta & altero regnauerat anno, successit Inglorius nepos vix semestri Regno potitus, cui successit Rachis, siue Rachisius Dux prius eximiæ fortitudinis nomine celebratus, præcipuè à Paulo, Blondo, & Sabellico. Quo Rachisio ad religionem transeunte Regno fratri relicto, anno septimo pluribus ante piis operibus præstitis præsertim in Ecclesiis, Monasteriisque adificandis, quorum maximè memorabile est monasterium Sanctæ Mariæ ad Cacias, Astulphus frater regnum tenuit, de quo infra.

De Astulphi Regno.
Cap. VIII.

LABARE sub Astulpho Rege res, ac gens Longobarda cepit. Nam à priorum Regum fide, & religione declinans, initio Regni sui Astulphus fregit fœdera, bella intulit finitimis, Pontificem, ac populum Romanum iniustè lacessiuit, diripuit agros, & oppida Romani iuris, sacra loca spoliauit, vnoque verbo Romanum Pontificem ad rerum desperationem adactum eò compulit, vt Francorum implorato auxilio ab Italia excesserit, ac Pipino Francorum Regi sese, & Ecclesia Romana res supplex commendauerit. Recepit summa vsus humilitate Pipinus Pontificem, siue ille Gregorius tertius, vt Blondus scripsit, siue Stephanus secundus fuerit, vt plerique sentiunt, & Romana etiam notat historia. Susceptum fouit opibus, atq; exercitu contracto in Italiam descendens fregit Longobardorum vires (longa est historia à pluribus repetita) denique Astulphum Regem ad restitutionem prouinciarum compulit, quæ iuris populi Romani, & eius Ecclesiæ antea fuerant. In qua quidẽ restitutione Rauenna olim tumens erat imperatorum fauore, ac sede sub Romanam ditionem, atque Ecclesiam, in quam calcitrauerat redijt. Instabat magnopere Romanus Pontifex, vt simul etiam restituerentur Sanctorum corpora, atq; reliquiæ, ab oppidis Populi Romani Longobardorum manu exportata; cuius petitioni finem fecit ornatus ipsis Sanctorum corporibus, & reliquiis Papiæ adhibitus cum magna populi veneratione, templo etiam Diui Marini vnà cum Monasterio

Digitized by Google

sterio à Rege ipso ad maiorem aliquarum reliquiarum honorificentiam in Vrbis medio eleganter construëto. Quare perspecta Pontifex Ticinensium religionem restitutioni pratulit. Piè posthac, & sanctè Astulphus vixit, Theodoro Papiensi Episcopo viro summa religionis quàm maximè addictus. Vide Platinam in Pauli Primi Pontificis vita, eius Regni finem, ac moderationem approbantem, regnauitq; annis septem.

De Dominii libertate Romanis restituta.

CAP. VIII.

MVLTA sciens cogor omittere, ne singula quaque colligens rerũ series impediar referre ea quæ potiora videntur. Deus humani generis autor & rector, ex bellorum turbine, ac rapinis, à Longobardis in Italia editis, duo summa bona nobis elicere, ac parare visus est. Primum fuit quod Exarchus Rauenna, & Ducatus Romæ, qui duo Magistratus Orientalis Imperatoris fuerant annis centum septuaginta quinque: Item qui sæpius in Pontificium Romanorum, ac sacrarum ædium violationes, ac prophanationes ad Imperatoris nutum conuersi fuerant, uterque ab Italia Longobarda vi, ac manu disterminatus est. Quoniam Rauenna capta eiusque Exarcho fugato, siue occiso, vt aliquis notat, Dux ille simul, qui ab Exarcho Roma præficiebatur euanuit, Romaque iuris suo restituta fuit. Quo itaque iuris ordine, vel actu, Graci Imperatores Romani Imperii dignitatem arripuerunt, eodem iuris vinculo soluto, atque ab Italia summoto, Imperii ius amiserunt; iure ipso ad Italicos populos suapte natura redeunte: & quæ demum Imperii amissio non solum manu militari, sed iure optimo etiam perpetrata aduersus Orientales fuit, Summi Pontifices, ac vniuersa Romana Ecclesia anathemate in ipsos Orientales Imperatores sæpe prolato, ob spretam nimis apertè Christianam religionem, & hæresi labem illis insitam. Addo etiam ipsorum segnitiem in tuendis prouinciis Italicis ab alienorum vi. Et quibus quidem prouinciis destitutis, aut reueris dominium ad prouincia populos necesse est, natura quod summ fiut resumente; aut transire ad eos, quibus sese populi suo consensu dedunt. Peropportune igitur Italicum ius, & dominium; quod primus Constantinus Bizantium transtulit anno ab ortu Domini tricentesimo & quadragesimo sexto, vel nono, eiusdem nominis altero imperante amissum fuit post annum septingentesimum, Longobardorum virtute Orientalium vires superante. Alterum bonum est, quod Longobardis plura oppida, quæ olim Orientalis Imperii fuerant, suis armis capta, detinentibus, atque Pipino Rege suis similiter armis eadem iure gentium vendicante, restitutio à Longobardis facta est Pontifici, populoque Romano Orientalis Imperatoris postulatione reiecta, qui nimis impudenter petierat sibi à Pipino restitui Italicas prouincias, quas iam pridem sua indignitate, suaque incuria amiserat. cui sapientissimè ab eodem Pipino responsum dicitur: Arma ego sem el atque iterum pro Summo Pontifice, Ecclesiaque, & Populo Romano cepi, vt meo, meorumque labore, atque periculo hoc obsequium Deo æterno Domino nostro impenderem. Quo nam igitur iure conferre in Constantium Imperatorem debeo, quod Dei, & Pontificis nomine gero? Desistamne ego ab incepto Imperatoris verbis, ac desinam Deo, & eius Ecclesia dicare, quod meum est, videlicet bellis apparatum, euentumque mihi in manu positum? minimè quidem faciam: valeat potius Imperator, & quod sub manu habet, rectius custodiat. Dimissis itaque Græcis legatis, restitutio facta est Pontifici, populoque Romano, in qua restitutione non solum capta ab Astulpo, sed etiam ab eius antecessoribus dimissa fuerunt. Quæ omnia Blondus libro primo secunda Decadis descripsit, Petrum, vt ipse ait, Lateranensem Bibliothecarium secutus, & cui Blondo concors est Sabellicus libro octauo Enneadis octaua. In quo inquam Blondo corrupta passim lectio est, præcipuè vbi scribitur Castellum Sancti Martini, legendum est Marini, & non Martini. Quod quidem Castellum hodie etiam suam libertatem seruat in arduo situm; finitimi eius Pinnas Sancti Marini apicem montis, vbi ædificatum est ab altitudine appellant. Nec defuerunt Itali milites, qui sub Paulo tertio insidias incolis tendere, ac inhiare oppidanorum rebus conati sunt, frustra semper eorum rapiditate cedente. Nam a Septentrione planiciem Ariminensis finitimam spectat; ab aliis lateribus valles profundas in circuitu habet, iungiturque Apennino, montis pinna vtrumque copulante. A quacunque igitur petatur, siue adeatur parte, prandeatur viator a longe necesse est. Vbi vero appropinquauerit, locum non habet in quo lateat, sacereque quieti gratia queat, angusta tantum eum recipiente via.

De Dominio Romanæ Ecclesiæ.

CAPVT IX.

DELETO in Italia Exarcho, reiectoque simul iugo Orientalis Imperatoris in scelera ruentis, Longobardo Pipino compellente prouincias Romani Imperii, quas annis prioribus ceperant, Pontifici Populoque Romano restituerunt. Ex quo quidem restitutionis actu, non solum antiqua Populi Romani iura resurgunt, sed longè maiora fiunt quàm antea ex Pontificis interuentu. Qui cum Petri successor sit, & Domini IESV CHRISTI in terris vicarius, sumens restitutionem de Longobardorum manu Ecclesiæ Romanæ nomine, & ipsius populi, cuius est caput, sine dubio dominium & possessionem Ecclesiæ acquisiuit, in qua Ecclesia populus Romanus continetur. Nemo enim dicturus est Deo acquiri ius prouinciarum, cum sit dominus omnium cui nihil addi potest: sed dicimus Ecclesiæ acquiri, quam congregatio fidelium representat; & quæ ad Dei cultum, & sacerdotum alimenta ex rerum necessitate temporanea bona dispensat. Hac ergo acquisitione dominii, & possessionis ab Ecclesia coniunctim facta, vnà cum populo Romano, per Pontificis interuentum dominum prouinciarum, quod olim humani iuris erat, siue iuris gentium, ex Ecclesia adiectione sine interpositione factum esse videtur iuris diuini, inspecto nexu, quo sancta mater Ecclesia Domino IESV CHRISTO per sacrosancta misteria copulata est. Coniunctio enim facti, iuris coniunctionem parit, ita vt dominium, quod simpliciter an-

ziquo iure ad populum Romanum reuersurum videbatur, si soli populo restitutio facta fuisset, ad eundem Populum redieus, Romana Ecclesia ipsius dominii consorte facta dignius per Ecclesiæ coniunctionem omnino factum sit, diuinique iuris esse videatur. Creuit insuper istius dominii amplitudo ex multitudine gentium, sanctam Ecclesiam Catholicam constituentium, quæ non solum ex populo Romano, qui est principalis in ipsa Ecclesia, sed ex omnibus gentibus Ecclesiæ credentibus fit, Deoque coniungitur. Quæcunque enim natio Christianum fidem tenens, Romanæ Ecclesiæ pars est, indeque Catholica, idest vniuersalis Ecclesia, siue congregatio dicta est. Prudentissimè igitur Pipinus restitutionẽ in Pontificẽ Populumque Romanũ coniunctũ contulit, vt Ecclesia vnà cum Populo Romano domina constituta, ipse similiter Rex Francorum, & posteri eius tanquam Ecclesiæ filii illius dominii participes essent, cuius constituendi autores extitissent. Plura fortasse dicenda essent pro dignitate Ecclesiæ, illorum præcipuè rerepita memoria, qui eam suo sanguine dedicarunt, sed mea me aliorsum vela, puppisque ferunt.

De Bononia, & Ferraria.

Caput XI.

Romana Ecclesia per Exarchi deiectionem, & Longobardorum coertionem ad Imperium euecta, Rauennatum quam maximè res diminuta sunt, tum ob acceptam paulo ante à Longobardis cladem hominum, opumque, tum ob iugum Romanæ ditionis suis ceruicibus repositum, quibus etiam aliud accessit detrimentum, aquarum secessus: ex quo licet tellus acquisita sit, maius tamen detrimentum populo nauigatio ac vrbe summota attulit, quàm tellus fructum. Contra autem Bononia insignis Ciuitas inter Aemeliam, & Flaminiam, siue Romandiolam posita, ac Etruria finitima florere coepit, tribus præcipuè subnixa commodis. Primo fertilissimorum collium propinquitate, quos vrbe egressus à meridie in promptu habes, vbi pinguis, crassaque oliua adest, antiquo ignota sæculo, nostrisque tantum celebris facta temporibus. Bononiensem enim oleam apud veteres nusquam legimus. Carabilia quoq; Pyra, rubigineo conspersa colore adsunt, quæ siue à saporis gratitudine chara sint habita, siue à pretio, in quo habentur, fuerint cara dicta, suauissima sunt. Nux etiam ipsa, atque castanea tanta magnitudinis hic extant, vt præ magnitudine vtraque nomen mutauerit. à Nuce enim Nucones, & à Castanea Marones, qui grandiusculi fructus sunt, vulgò appellantur. Vuarum proceritas, & copia palmites pondere suo premens, terram passim lsbat, sustinerique nisi furcillas supponas onus à palo nequit. Quid irriguos hortos referam, piscinas, prædiola, prata, lacunas, molendina, ac fullonica, & alia plura suburbana commoda? Spectanda magis atque magis ciuitas est artificum instructa serie, flumineque per septa, & aggeres intra vrbem deducto, cuius ope lanificia exercentur, quotidiano quæstu plebem replentia. Tertium istius vrbis commodum est viarum comitio, siue concursus in ciuitatis ferè medio, conueniens à diuersis oris, viasque ipsas similiter in diuersa dispartiens, cuius rei causa fessus sæpe viator Bononiam petere lasso etiam equo festinat, vrbis pellectus hospitio, atque lautitia. Crescente igitur indies Romanæ Ecclesiæ nomine, ex optimorum Pontificum virtute, ac maiestate, creuit simul multitudo virorum religionis gratia Romam euntium, indeque redeuntiũ præcipuè ex Gallia, Germaniaque, Galliæ finitima, quibus iter facientibus Bononia semper patuit, atq; hospita fuit. Tis itaq; aucta Bononia bonis, ut bona Bononia appellari meruit, tanquam suis, alienisq; bona sua pandens, prabensq;. Ferraria quoq; non à ferro dicta, creuit sub idem tempus, quo à Rauennatum subiectione ad Romanæ Ecclesiæ moderationem traiecta formam habere Ciuitatis, mores, & regimen cepit: vnde ferè aurea ab ornata appellata Ferraria fuit. Auctaque ipsa similiter viris, & opibus Pado imperare suo iure ausa est, ponte constructo, quo vtraque Padi ripa circumplexa, iugum ferre flumen coëgit. Ille igitur Padus potens, veraxque fluuius, qui onera sæpe nauium, ac iumenta, viros, domos, & villas suis fluctibus excutere atq; deiicere consueuit, ille ipse vnius ligneipontis opificio pati currus, equosque, ac pecudes, & catulos, pullosque super se ambulantes hoc loco cogitur, & quamuis interdum fremat, spumans minarum plenus, atque intumescat, pontemque elidere undarum impulsu tentet, ac tremefaciat, solers tamen Ferraria perstat, trabesq; supponit, vt adeptum sua industria fluminis imperium, eadem industria sustineat. Has itaque rerum, ac temporum vicissitudine, decrescente Rauennatum autoritate, excreuêre contra nicinia ciuitates, Romana præcipuè Ecclesia ditionem mitioribus legibus exercente.

De Bedæ sanctitate,

Cap. XII.

Florvit hoc seculo sanctorum virorum copia, ex quibus Beda natione Anglus, multis nominibus celeber est: nam vitæ modestia, ac grauitate, studio literarum, & scribendi peritia, deniq; viuendi diuturnitate super omnes illius seculi homines insignis fuit, à grauitate enim morum, & modestia venerabilis nuncupationem, à peritia scriptorum suorum approbationem consecutus fuit. Ætatis longitudinem, à Deo vita autore obtinuit. Venit in Italiam ille vir, cuius contemplatus miseriusque fluctuationes, ac bellorum turbines preces Deo pro Italiæ pace die noctuque fudit. Deus autem optimus nostra perspiciens opera, & vota, pace indigna, & à mutua charitate, pietateque aliena, Bedæ, vt aiunt, soporoso, somniantique, vocem cordi infudit, has verba referentem, ò Beda tace, tace, Italia diu non erit in pace, minimèque mentitam eam vocem fuisse, insecuta Longobardorum Regum peruersio, aliaq; rerum euersio comprobauit.

De Desiderii Regno, & exitu.

Caput XIII.

Turbavit Italiæ quietem Astulphi obitus, Desiderio Etruria Duce, qui copiis præuertit Regnum inuadente, & Rachisio olim Rege ad fratris successionem, posthabito religionis habitu, contra etisque militibus ex aduerso aspirante. Sustulit belli vlterius gerendi causam Romanus Pontifex Rachisio ab armis

Digitized by Google

ab armis euocato, religioniq; restituto. Atque ita Deo sideriius, fauente Romano Pontifice, qui eius fidem, ac iusirandum erga Romanam Ecclesiam receperat, regnum ita assecutus; in quo tamdiu quieuit, quamdiu Pipinus Rex Francorum, quem Romana Ecclesia studiosum, atque deuotum nouerat, in humanis fuit: Pipino autem defuncto, quem sub Pontificatu Pauli primi autores obiisse semo confectum scribunt, Desiderius inbiare regno augendo iuris iurandi religione neglecta cœpit. Secutaque Pauli Pontificis mõrte, quo tempore sedes pontificia vacabat (nam vacauit preter annum) illico inuasit Oppida, & Ciuitates, quæ annis superioribus ab Astulpho Romanæ Ecclesiæ, populoque restituta fuerant, plura cupiens, prædamque hostiliter agens, quasi Ecclesia sine Pontifice futura. Creatur in hoc rerum tumultu Stephanus III. qui per legatos a Desiderio restitutionem captorum locorum poposcens, verbis in spe positus, re autem delusus est, bello interea tantum omisso. Iis etiam aliud addere facinus Desiderius cogitabat, perhorrescens enim Caroli Regis Francorum potentiam, ac fidem, qui Pipino patri, non solum in Regia maiestate, sed multo magis in virtute, ac integritate successerat, variis artibus referre in Italiam Constantini Orientalis Imperatoris vires, dominatumque tentauit, factiosis passim hominibus precipue in vrbe suscitatis, ratus Constantini viribus sibi coniunctis, ac in Italiam restitutis, tutiora omnia regno suo futura, quàm si suis tantum opibus, & copijs subsistisset, Francorum Rege Romana Ecclesia apertissimè fauente: quo quidem facinoroso commercio, atque consilio imbutus Desiderius, ruere indies a malo in peius cepit, adeò a religione abalienatus, vt nulla eius extent monumenta, ex quibus suorum antecessorum exemplo se Christianũ fuisse, atque vixisse indicauerit. Stephano igitur tertio Pontifice defuncto, creatur Adrianus, diuino numine in Desiderii exitium tandem prospiciente. quid moror rei euentum? Pontifex Desiderii perfidiam, ac rapinam perspectam habens nihil eius verbis credere, sed sibi & Ecclesiæ rebus cauere cupiens, Carolum Regem precibus & legatione exorat, vt in Italiam oculos vertat. Ille magnanimus, pius que Rex pramissis semel atque iterum precatoribus, qui Desiderium a proposito vexandæ Romanæ Ecclesiæ auerterent, auro etiam obiato, re tandem ad belli necessitatem redacta, Italiam instructo exercitu petit, fregitque Desiderii apparatus, homine ipso intra Ticini munimenta circumsepto. Vide igitur quibus se vltiscatur modis diuina potestas, quibusque plectantur angustijs transgressores fidei: Longobardorum Reges, qui Orientalis Imperij Duces, atq; exercitus, ab Italia eiecerunt, floruerunt in Regno, Iste verò Desiderius, sine potius Desinerius contraria operatus, neque omnino quod conabatur effecit, neque Regno diu potitus fuit. Accingitur Papiæ oppugnationi Carolus, subeunt fortissimi viri Ciuitatis muros, tentant conscendere, postes impellunt, trabibus, vocibusque intonant, quasi cœlum suo impetu capturi. Attamen illa tanta Francorum vis, ille Gallicus impetus, illa omnis terribilitas in irritum cessit, vna victorem ac Regem remorante Papia, virosque, & vires a muris summouente. Cuius quidẽ ciuitatis expugnatione desperata, Carolus in obsidionis remedia oppugnationem vertit. Nemo igitur tam amplo præconio commendare Francorum vires poterit, quin etiam Papia, quod suum fuit, tribuat: quæ sola ea ætate sustinere ingentem Caroli exercitum, & a muris repellere, & longa expectatione frustrari tamdiu valuit, quam diu cibariorum copiam intus habuit. Deus in mediocri Ciuitate hoc operatus fuit, vt loci angustia commemorata, peractæ rei famam autori adiuceret.

De Romanæ ditionis incremento ex Longobardorum fide, & deditione.

Cap. XII.

DESIDERIO Rege Papiam se recipiente Longobardi Duces, qui ex suis quisque prouinciis euocati in auxilium regis iuerant, copijs collectis ad suas regiones reuersi sunt, & concilio indicto consulunt quid facto opus sit, bellone an paci hæreant? Duces qui ex antecta Lyprandi, & Rachisij disciplina Romanum Pontificem reuereri assueuerant, improbare Desiderij in religionem, qui spreto iureiurando Romanæ Ecclesiæ infestus fuisset, & pacem turbasset, in Concilio coguntur: conuenuntque in hanc sententiam, eundum omnino communi nomine ad Pontificem, supplicisque eratione agendum, vt Sanctæ Romanæ Ecclesiæ gremio recipiantur. Itur ergo ad Pontificem, supplicatur, impetraturque, vt omnes à Longobardis orundi, Pecins, Vmbri, siue Splesini, Beneuentani, Sammnites nè, & Reatini, Thuscique Romanæ Ecclesiæ in posterum filij, deditique sint, & in suis oppidis, regionibusque & possessionis iuribus permaneant, suprema ditione, siue Imperio sibi Romanæ Ecclesiæ competente, cui sese Longobardi sua sponte dedidere. non est operæ pretiũ singula quaque referre à Blondo, Platina, cæterisque repetita, de Vaticani regione Longobardis pro incolatu ascripta, & de Aldiprãdo Duce Longobardorũ nobilissimo, Spoleti, & alibi constituto, quem Hildebrandum aliquis scripsit, hoc ego tantum repeto, Romanæ ditionis incrementum ab ea Longobardorum deditione emanasse, antea quàm Carolus ad Pontificẽ iter faceret. Illi ergò rerum ignari, qui vigintì librorum reuolutione inflati latrant in Longobardos, Barbaros eos, feros, impiosque scriptitantes, sua sese ignoratione produnt, dum ignorasse illa probantur, quæ retulit serioso ordine Blondus lib. primo secũda Decadis iis verbis; Eã deditionem in hanc formam inuenio factam &c. Platina similiter in Adriani vita sic notat: At Spoletini, Reatini, ac Longobardi omnes &c. Sabellicus quoq; libro octauo Enneadis octauæ hæc refert: Spoletini primi omnium, Reatinique &c. Vnde ergo barbaries in illis argui, qui in Italia nati erant, potuit? vnde quæso feritas dici potuit illorum virorum, qui ad sancta Romana Ecclesiæ pedes, vel lumina supplices iuerunt ac sese ei dedidernnt, ? Vnde tandem impietas fingi in illis, atque impingi potuit, qui Italicarum prouinciarum domina, Ducatusque ducentos annos possessa, sponte in Romanam Ecclesiam contulerunt? Garrula ergo, atque inanis istorum scriniariorum latratio, atque obtrectatio est, cani ad Lunæ cornua vlulantis fermè assimilanda. vlulant quidem illi ipsi, vt audiantur, potius quàm

us quam vt dixisse, scripsisseve aliquid ratione intelli- A
antur. Aldebrandi etiam Longobardi Ducis constitutio ab Adriano facta, tam amplo, latoq; Ducatu eidem attributo, quid aliud indicat, quàm gentis fidem, ac probitatem Pontifici notam? Vaticani item regio genti designata, nunquid indignitatem Longobardorum arguit? an verò dignos eos fuisse Vrbis incolatu probat. Inepte igitur quidam scriptor Caco latroni Regnum Longobardorum, imò Italicum comparat, sola garrulitate contendens: sed multò aptius ipse Cerbero assimilandus B
est, Stygio ore rictus, & latratus fundens in vmbras defunctorum, à quibus oriundus est, vno actu simul & ingratum animum, & à veritate prorsus auersum, suopte ingenio, moribusque pandens:

De Caroli Regis profectione ad Pontificem, & reditu,

CAPVT. XV.

CAROLVS Rex, dispositis circa Papiam obsidendam gentibus, Veronam cum copiarum parte profectus in deditionem recepit, nepotibus exfratre sese eidem credentibus. Receptaque ferè omni Transpadana regione, C
Romam petit, atque ad Pontificis pedes procumbens, Christiano ritu Sedem Apostolicam in honorem Dei quàm maximè veneratus fuit: iureiurando etiam sese fronte sua adigens, quòd Romanæ Ecclesiæ defensor Regni sui nomine futurus esset. quod mirabili virtute, ac constantia præstitit: vnde & magni cognomentum nomini suo adiicere solus ipse inter Christianos meruit, & successoribus suis Francorum Regibus Christianissimi epitheti coronæ affixit. Quod D
Christianissimi vocabulum effingere voce sua materna Franci nesciunt, nequeunt ue, sed pro eo Transchristianum, siue Traschristien dicunt. Trans enim præpositio positiuo nomini adiecta superlatiuum Gallicè elegantissimè ac breuissimè formar: sic etiam Trebien, siue Transbene, pro optime Francia loquitur. Omitto hoc loco ea repetere, quæ à cæteris scriptoribus ter quaterque relata sunt: peracta scilicet inter Adrianum Pontificem, & Carolum Regem de Ecclesiæ dominio. Reuersus ad Ticini Castra Carolus Desiderio per internuntium significat, non esse vnde sibi auxilium ferri vlterius expectet; E
Veronam ab Aldigisio filio suo destitutam, vnà cum plerisque Transpadanis vrbibus in sua potestate esse: Forojulianos auersos, iam pridem ab eo ad Pontificem respicere: cæteros Italicos Longobardos res suas composuisse, eo intra Papiæ angustias derelicto, prospicerent itaque sibi, & quandoquidem de Regno actum esse cernerent, saluti saltem suæ, & Ciuitatis consulerent. Hoc etiã adiecto, si in septimum vsque diem deditionẽ distulisset, omnẽ se licentiã ac firitatẽ exercitui suo in obsessos permissurũ. Iussit subinde vnacũ internũtio Veronensẽ F
Ciuẽ genere Longobardũ subire muros, coramq; referre rerũ ipsarum seriem, vt certo nuntio commotus Desiderius promptior ad deditionem fieret. Nuntio igitur accepto Desiderius præstolari responsum nuntium iubet, abstractumque ab eius aspectu Veronensem rogat, quis sit rerum publicarum status? quæ sorum fortuna? quæ spes subesse possit? Vbi vero dilectas opes, amicitiasque solutas, & filium profugum ab Italia accepit, vehementer ingemuit. Heu quò me mea depulit concupiscentia: Dux eram in Etruria, Regnum volui, & habui: viuebam in pace, ac maiestate, solus in Italia Rex eram, solusque regnassem, nisi ego ipse ambitione elatus fractis legibus Dei Ecclesiam lacessissem: rogabar olim & dedignabar, nunc verò circumseptus hostium globis, regnum, quod augere putaueram, cogor dimittere; mea simul libertate, vnà cum regno hostili arbitrio summittenda. Oh saltem mihi vilis serui conditio hoc tempore adesset, qua fugam tentare, ac filii mei exilium subsequi liceret. Quid agam? immo eo redactus sum, vt nihil agam, mea iam potestate subacta. dedam igitur me, dedam hoc infelix atque infaustum Regnum, quod in me Regnum esse desinet: dedam hanc Vrbem, quàm nec ferro, aut igne hostis capere, nec iam sexto exacto mense obsessam frangere sua mora potest. Dedam certe omnia omnibus mihi hoc tempore aduersantibus, & penè à regia deiicientibus. Euocato deinde nuntio, ait: Renuntiate Carolo Regi crastina die me rectores Ciuitatis ad eum emissurum, qui meo nomine transigenda component, velit propterea dum huiusmodi tractanda sunt ab iniuria, & vi milites suos continere, quod ego similiter faciam. Dimissoque vtroq; nuncio edici iussit, ne à muris missilia in hostes torquerentur, Carolo similiter à Ciuitatis accessu, & lasione suos prohibente.

De Desiderii Regis deditione.

CAP. XVI.

SI vlla vnquam nox infesta Desiderio in vita fuit, hæc ipsa omnino molesta ei visa est, quàm inops consilii Rex insomnis exegit, ortaque luce adeuntibus ciuitatis rectoribus, qui pridie moniti fuerant, assut, atque hoc sermone eos alloquitur est, Ego satis cerno, me in rerum nostrarum desperatione ad Carolum Regem vos emittere, vt ab eo potius conditio accipiatur, quam transigatur. Attamen si nos rerum desperatio, ac pestilentia, qua vt videtis tam serpit vehementius, vrgent, Carolum quoque Regem torquent mora obsidendi, sumptus, belli incommoditas, & periculum regni sui à finitimis inuadendi. Itaque in dispari rerum euentu nos & ille constituti, singuli tamen tædio, & incommodo affecti sumus. Ite igitur fidentes animis, & nobis uobisque consulite, dissimulate mala, in quibus versamur: sed nihil tamen statuite, nisi meipso præmonito. vnus vestrum redeat aliis interim in Castris præstolantibus. Itur ad Carolum Regem, in Saluatoris Monasterio, sine Monachorum molestia hospitium habentem: recipiuntur humaniter, audiuntur, impetrantur petita, vnà tantum propositione reiecta. Dimitti enim se Desiderius postulauerat: contra Carolus aiebat regium ius esse personale, & ideo qui Regem in manu habet, & dimittit, Regnum periculo subiicit: quod ipse Carolus euitare cupiens Regem penes se habere, non in vinculis, sed in honore, ac commodo omnino velle. Accipit conditionem, conditione cogente Desiderius deditione facta, mense septimo inchoato ab obsidionis die, & pestilentia tunc obsessos infestante, vt notat Sigebertus in Caroli gestis anni DCCLXXV. *Is igitur finis Italici belli, & Longobardi Regni in ipsa gente fuit, anno vt plerique notant septingentesimo, & septuagesimo quinto ab ortu Domini, & ab aduentu Longobardorum ducentesimo & quinto. quæ tamen in re variatur à scriptoribus, quibus-*

Digitized by Google

quibusdam Papia deditionem factam affirmantibus post annum octogesimum supra septingentesimum. Qua deditione secuta, Papiaque sub Caroli Regis potestate constituta, Longobarda leges reiectæ fuerunt. Regni enim potestate amissa, transferri legũ potestatem ad victoris arbitrium necesse fuit: illisq; ex desuetudine abrogatis, redière Italici populi, alii ad Romana iura, iis tantum non receptis, quæ Iustiniani inconstantia male considerat: alii Pontificũ decreta pro legibus susceperunt, quæ in volumine congesta decretales postea appellarunt. Alii sua sibi iura componentes, statuta ediderunt, iuri communi publica auctoritate derogantia: quibus quidem statutis Italica ciuitates in Circumpadanis utuntur, illis nonnunquam suo iure reformatis. Nec tamen propterea omnes Longobardos Italicos Carolus subegit, nam Forouliensēs. & alios finitimos in statu suo intactos dimisit. In Galliamque profecturus, peditum, & equitum Longobardorum agmina exercitui suo adiecit, quorum opera in Hispanico bello, & Saxonico strenuè vsus fuit, vt Blondus, & Sabellicus referunt. Prudentissimus autem Carolus Rex, rei bellicæ peritissimus, robur Longobardorum militum ab Italia deduxit, ne ipso discedente vel acres viri in Italia dimissi, & gentis suæ imperio assueti, tumultus cierent, & ad amissum regni decus resticirent. Atq; hoc ordine, & tẽpore bello confecto, pacataque Italia prælectisq; prouinciis Italicis, quæ sub Desiderio erant suis Ducibus, Carolus in Galliam est reuersus.

De scriptorum ambiguitatibus.
Caput XVII.

MVLTA circa Papiæ deditionem, & finem Longobardi Regni congerunt scriptores, quæ ambigua videntur. Sabellicus inprimis Venetæ honoris studiosus, viginti naues Venetas affuisse Caroli præsidio notat: secutus, vt ait, quendam Iustinianum, cui respondeo, onerarias naues cibaria inuexisse Caroli exercitui clarum est, sed nauibus oppugnatam fuisse ciuitatem à vero abest, moenibus ipsis a flumine ea ætate procul sitis: ita vt nauali pugna peti muri, nequic quam possent, ciuitate procul a Ticino ad tela vel lapidis iactum in alto sita, & alueo fluminis in imo posito. Fingant ergo decus Venetis aliunde scriptores quam ex Longobardi Regni exitu, qui solius Caroli virtute cessit. Alter popularis scriptor Desiderium religiosum fuisse asserit, templaque construxisse, ac pro Christiana Republica multa confecisse bella, quæ omnia sine probato auctore referens, inania facit, & se circulatoris similiorem esse quàm scriptori demonstrat. Probabilior autem videtur Pauli Diaconi Longobardi historici attestatio, scripta ab eodem libro quinto de gestis Longobardorum capite quarto, vbi narrat præclationem religiosi viri communitantis excidium Regni tempore, quo Dei honorificentia deserto ritu gentis esset, subdens hæc verba: quod nos ita esse probauimus, qui ante Longobardorum perditionem, eandem Beati Ioannis Baptistæ Basilicam per viles personas gubernari conspeximus, ita vt indignis, & adulteris, non pro vitæ merito, sed pro datione præmiorũ idem venerabilis locus tribueretur. Et quem Paulum Desiderii familiarem fuisse, & in Galliam vnà profectum, Platina refert in vita Adriani, vtri probitatem, ac literaturam probans his verbis: Paulum quoq; Longobardum &c. Spreta ergo Dei reuerentia, non solum à Rege Desiderio, sed etiam à gente fiat, cum Caroli Regis potentia in ipsum gentem conuersa est. Hacq; fortasse causa Paulus Diaconus gentis suæ historiam texens vsq; ad Lyprandi tempus perueniens, omisit subsecuta tempora Astulphi, & Desiderii, ne vtriusq; Regis facinora à Christiana fidei institutis declinantia in gentis suæ dedecus referret; strictè tantum de Astulpho scribens libro vigesimo secundo de gestis Romanorum, quod non destiterit Pontificem Romanum vi oppimere per hæc verba: Inter hæc autem Stephanus Papa Romanus multa mala ab Astulpho Rege perpessus ad Francos confugit; sub Pipino &c. Et paulo infra ait, prædictus namq; Papa Stephãus vi pressus, & crudelitate coactus Astulphi in Franciam iuit &. Sileãt ergo populariũ virorum scripta, quæ religionẽ viguisse in Desiderio narrãt, & alia pro fabulis habenda: sterq; hac sententia immutabilis, spreta Dei maiestas tandẽ in contemptorẽ vertitur. Tertia sequitur ambiguitas de filiis Desiderii, quos duos fuisse idem scriptor commentitius retulit. Ego vnum tantum Adelgisium natum à Desiderio accepi, non autem duos, qui Verona relicta ad Constantinopolitanũ imperatorem confugit, vt notant Paulus Diacõus libro vigesimo tertio in fine de gestis Rom. & Sigebertus, quos Blondus, & Platina secuti sunt. Idemque Adelgisius in Siciliam trauiciens cum Græcis Ducibus Longobardæ matoris Regẽ sese inscribens, bellum infeliciter mouit, & occisus est, vt ipse Paulus scribit libro vigesimo tertio, his verbis. Anno nono Imperii sui Irenem &c. & paulo infra: interea irene misit Ioannem &c. Extincta hoc modo Desiderii proles masculina fuit, à qua originem Vice comitum fluxisse nonnulli temerè, ac ineptè arguunt, nullo prorsus argumẽto ab aliquo probato autore deducto, vt in tanta re decuit. Quarta dubitatio versatur circa Diui Theodori Papiensis Episcopi tempus, quẽ virũ nonnulli ciues mei scribunt vixisse sub Desiderio, & à Leone tertio Pontifice sacra suscepisse: quod non probo hac ratione. Nam Petrus Episcopus Longobardus Lyprandi consanguineus vixit in Episcopatu annos quatuordecim, decessitq; ab humanis superstite Lyprando, cui Petro succedens Theodorus qui vixit annos quatuordecim, nullo modo pertenuisse ad Desiderii tempora potuit, in quibus obsessa Papia fuit: quoniam post Lyprandum regnauit Rachis, siue Rachisius annos septem, deinde Astulphus frater alios septem, quibus si addas annos duos, vel vnum, quo creatus Episcopus Theodor° sub Lyprando fuit, necesse est fateri ipsum sanctum virum à vita emigrasse ante Desiderii obsessionem factam anno decimo septimo regni eius. Et quod nostri narrant sanctum virum precibus suis hostium acies auertisse à portis ciuitatis, Deo illi fauente, probo quidem euenisse sub Astulphi Regno, quando ciuitas Pipini Regis agmina propinquari sensit. Item quod de Leone Pontifice dicitur, vixisse Theodorum sub eius Pontificatu non abnuo, sed electum prius Episcopum puto. Verumtamen meam sententiam tanti non facio, vt nisi hac in re contentione velim.

Digitized by Google

Scribens enim antiqua, minime à me visa, tàm decipi possum ego, quam priores, qui similiter non usa prodiderunt. Scribuntur alia plura à veritate semota, quæ omitti à me decet, ne reprobando potius quàm scribendo studium adhibuisse censear.

De Regni Italici mutatione, & Longobardorum gloria, Pontificaliq; dominio

Caput XVIII.

QVI Italicarum rerum euentus à prima Gothorum irruptione vsque ad Caroli Magni aduentum contemplatus fuerit, mirari multorum exemplo, & dubitare poterit, cur in trecentorum & sexaginta quinque annorum interuallo, exterarum fere semper gentium regna, vel imperia Italicis prouinciis dominata fuerint, nemoque ex nostra gente in lucem venerit, qui dominia ab alienis eripere, sibique vendicare ausus sit, cum prioribus, vt accepimus, seculis floruerint in Italia viri, non solum sua, sed aliarum etiam nationũ libertatis vindices, & assertores? Dixerit hoc loco aliquis, diuina voluntas fuit, cuius sunt regna, & imperia. Respondeo, sunt omnino Dei regnorum potestates: sed ego quæro, cur dominia olim in Italia potestate constituta, ablataque postea, nunquam Italia restituta fuerint ab anno quadringentesimo & decimo ab ortu Domini, vsque ad annum (vt dixi) septingentesimum, & septuagesimum quintum? Illa enim superna voluntas, cui iustitia ab æterno ineſt, nullo modo abolere regna, sine Regum, vel Populorum demerito, atque excessu solet. Cuius quidem Iustitiæ causam quærito. Dicere ergo ingenuè, ac humaniter necesse est, indignam dominio, ac libertate, quibus olim potita fuit, Italiam tunc Deo æterno visam: causam autem indignitatis inquirere hoc tempore difficile est, tot iam transactis seculis in magno scriptorum silentio, qui referre rerum successus, potius quam causas studuerunt. Duplicem iamen esse causam regni mutandi plerunq; reperio, vnam humanam, alteram diuinam. Humana causa Regna mutantur, à gente in gentẽ propter vnius gẽtis iniustitias, longo tempore sine impunitate, ac sine pœnitentia perpetratas, quæ, vt dicitur, fatent in conspectu Dei, eiusque iram excitant in transgressores, alterius gentis manu è Regno deiciendos, quæ quidem humana causa pendet à diuina. Diuina verò causa multiplex est, & incõprehensibilis propter altitudinẽ diuinæ mẽtis, ac sapiẽtiæ, diuinique iudicij, q; nostræ infirmitati inscrutabile est: nã si terrena quæ miramur vix tenem⁹, quomodo diuina, à nobis remota, immò abscõdita percipiemus? Verũtamen visum interdum est diuinæ potestati, per seruos suos causas euentuum, ac mutationum populis indicare, antequam fiant, vt corrigantur, aut postquam facta sunt, vt cæteri intelligentes absterreantur. Causam ergo Italici dominii ad exteros transferendi modestè agendo, dicemus fuisse diuinæ mentis arbitrium, vt vno actu duos effectus operaretur: primum, quod Italia, quæ olim in Imperii tantũ glorificatiõe exultauerat, per illius amissionẽ desineret in sese gloriari, ac aliis simili modo populis (vt ipsa imperauerat) obtẽperaret, & pro antiqua ambitiõe nostra umilitate susciperet, atq; per humiliationem Deum imperii dominum, & non seipsam esse agnosceret: alterũ, quod alia nationes ex eo actu intelligerẽt, vno tam sublimi Romão Imperio deiecto, quo nullum maius vnquàm in terris fuit, sua similiter Regna, eodem iubente Deo, alterius gentis manu fore dissoluenda, erigerentque iccirco animos in Deum, tanquàm Regnorum Principem agnoscendum, colendum, & solum Dominum existimandum. Quod quidem Deo à quauis gente pro Domino habito, & glorificato, gentẽ simul ipsam gloriam à Deo recipere, siue per Regnum, siue alio decore necesse est, ita nobis antiquo Propheta eius nomine attestante libro primo Regum capite secundo: Quicunque honorificauerit me, glorificabo eũ, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Et alibi idẽ ferè à Samuele dictum fuit, capite decimo octauo eiusdem libri: Si timueritis Deum &c. Et ne humana mentes, quæ nodum sæpe in scirpo quærunt, & à veritatis luce recedunt, existimarent Romanũ Imperiũ casu, aut natura collapsum, annunciatorem, & vatem mille, & amplius annis antè præmisit Deus nostræ perditionis iudicẽ, qui prospiciens ab alto Iudææ turmas, & castrametationem, coactus spiritu in hæc verba prorupit. Heu heu quis victurus cò vsque erit, quãdo ista faciet Deus? venient in triremibus de Italia, qui superabunt Assyrios, vastabuntq; Hæbræos, & ad extremum etiam ipsi peribunt. quæ verba habentur in libro Numeri, capite vigesimo primo, in fine, & quæ demũ prædictio facta est quingentis & amplius annis ante Romam conditam, quo tempore nondũ Itala militia in honore, & fama apud externas gentes esse poterat. Adimpletaq; tandẽ fuit Romanis sub Vespasiano, & Tito, Iudæam vnà cum finitimis subigẽtibus, & Herulis deinde, Gothisq;, & Longobardis Italos & Græcos superantibus. Dixitque ille longeuus vates, Deum illa omnia esse facturum, vt ostenderet regnorum potestates in manu Dei esse, quamuis humanis viribus constituantur, pariterq; euertantur, quæ hominum operatio Dei voluntati famulatur. Nam quemadmodum faber in officina fabrilia suo arbitratu collocat, amouetq;, & malleo, ac cote gladium formar, acuitque, deinde acutum retundit ac infirmat; multò quidem maiore potestate, ac sapientia Deus hominum opera pro sui arbitrii instrumento vtitur aduersos alios homines sibi infestos, Regna hìc figens (vbi non erant) & illinc refigens vbi olim conspicua erant. Hinc gentes olim ignobiles in tempore à Deo constituto multiplicari legimus, nasciique ex eis viros animis, viribusque conspicuos, & ad bella gerenda suapte natura pronos, qui diuino infusi, impulsiuè iudicio irruerunt in alios populos, Regnaque euerterunt, ac suis nominibus dominia constituerunt, vt Gothi, Hunni, Alani, Vandalique fecêre; quorum instia vix memoratu digna videntur. Hinc etiam eodem iubente Deo, defecisse postea in illis gentibus multiplicationem virorum, & præstantiam, ac fermè in nihilum recidisse accepimus, alia insurgente gente, & quasi malleo Dei priorem contundente, vt hoc loco etiam omnis patefacit historia. Nam Longobardi Italia potiti, ab ea sæpe Gallos repulerunt, Græcos eiecerunt, & Orientalis Imperii dominium, immò Romanum (vt vocabatur) in Italia extinxerunt,

Auares,

Auares, siue Bauaros, Sclauos, siue Dalmatas, item Saracenos Italiam ingressos telis confecerunt: nulliusque in Europa gladius intra ducentos annos præstantior atque validior, quàm Longobardus fuit. Ecce autem Deo ab eis faciem auertente, languere, ac deficere ipsorum fortitudo, contraque innalescere Francorum robur, ac præstantia visa sunt, Longobardo Regno incrementa victoria confracto, sibique subiecto. quibus quidem mutationibus circumspectis, nihil aliud esse Regnum, vel Imperium existimare possumus, quam humanam potestatem, hominum opera à Deo in terris positam, & ad eius pariter nutum deponendam; & qua demum potestate à Longobardis in Francos lelata, quicquid honoris, decorisque Francis accessit, ex Dei prouidentia illis operantibus accessit (operari enim homines, ac labores, & pericula adire in rebus eximiis necesse est, etiam Deo eis fauente) & quicquid ex aduerso dedecoris, ac indignitatis Longobardis accessit, illis similiter aduersante Deo contigit. Tuque infelix Italia particeps illius indignitatis effecta es, quoniam Italicum illud Regnum erat, tum quia in Italia, tum quia in gente Italica positum erat quamuis antiqua agnatione Longobarda esses. Quo quidem Italico Regno ate in Galliam, Franciamue translato, indignam Regno Italiam, dignam verò Franciam Deus illa translatione fecit, nec per Italorum manus, ne vlla honoris pars eis contingeret, sed per alienigenas ipsam mutationem fecit, vt ipsis tantum Francis deiecti Regni famam tribueret, Italiamque penitus Regia honorificentia exueret. Ademit itaq; Carolus Italiæ Regni honorem, eundemque tanquam eximium, clarissimumque sibi ascripsit, vt postea vsus titulis: Carolus Francorũ, & Longobardorum Rex &c. Quæ inscriptio in eius legibus præposita legitur. Nec propterea gentem Longobardam Carolus victoriam consequutus despectui, sed honori habuit: nam Longobardiam contracto nomine, tam ipse quàm Romanus Pontifex, & Populus appellauit omnem Circumpadanam oram inter Alpes, & Apenninum sitam: quàm appellationem secuta est posteritas, Romandiola tantum Romanæ Ecclesiæ aggregata. Vicum etiam in Vaticano pro Longobardorum incolatu Roma cessit, quem vicum posteri commutarunt, sedibus intra Vrbem propè viam latam sibi statutis, Lombardie nomine vico impositio in antiqua gentis honorem; Extatq; etiam Bononiæ vetus agnatio Lombarda appellata. Nullum denique discrimen viguisse inter Italos, & Longobardos ea ætate omnes scriptores tradunt origine scilicet ab vtrisque pariter ab Italia deducta, quamuis aliqua cognomina suapte enunciatione Lõgobardos referreni, velut Eolpertos, Landulphos, Grimoaldos (hodie Grimaldos) Oldoinos, Caripertos, Chuslerios, similesque vocis sono ab Itala lingua dissonos. Nec in Italia solum dignos honorificentia Longobardos Carolus existimauit, publico omnium scientiarum Gymnasio Papiæ constituto, vt Sabellicus notat, quod hodie etiam celebre est, & à prouincialibus frequentatur, nostratibus in eo Doctoribus primas sedes obtinentibus: sed in Francia etiam eidem gentis magnũ honorem, & commodum impendere Regia maiestas curauit, insigni, & amplo collegio Parisiis constructo, & Longobardorum nuncupato, quod hodie etiam tanquam celeberrimum vsum à me in Gallia versante fuit. Petrus quoque Lombardus vir peritissimus in gentis suæ decus à Francorum Rege olim Parisiorum Antistes electus à Sede similiter Apostolica approbatus est, peritiæque causa Magister Sententiarum appellari meruit, eius scriptis, à Catholica, sanctaque Romana Ecclesia publicè receptis, & in Academiis palam lectis, ac recitatis. His ergo honoribus decorata gens Longobarda post amissum Regnum, Pontificum, Regum, ac illustrium nationum iudicio, semper in existimatione fuit: ex qua quidẽ re, vanuloqui, atq; dicaces arguũtur singuli, qui eos obtrectare insano sermone ausi sunt. Regno eorum tam ex diuturnitate approbato, quàm ex Caroli susceptione, qui si latronum Regnum esse illud perspexisset, vt quidam falso atque insulsè scripsit, ac etiam Senatus Consulto reprobatus fuit, abolevisset potius Regni nomen Carolus, quã erexisset eius titulo assumpto. Nec omnino cuiusquam dicacitas tollere à Longobardis honorem extincti Orientalis Imperii, & erecta Romana Ecclesia ditionis in ipsa Vrbe, Latio, Campania, Etruriaque poterit, quam constat, non à Constantini primi donatione, quæ in irritum cessit, sed ab Exarchi electione Longobarda manu facta initium habuisse. antea enim Romanus Pontifex nullam ditionem in Vrbe, minusq; in Italia exercuit, iis exceptis regionibus, quas Platina, & Sabellicus donasse Aripertum, & alios Reges Longobardos Romanæ Ecclesiæ scribunt: nec etiam ipse Pontifex, satis liber sub illis cælestis Orientalibus Roma imperantibus esse potuit. Piget ad hoc demonstrandum transacta repetere. Quoties Romanis Pontificibus Imperatorum iussu vincula iniecta fuisse legimus? Quoties violenta manu interitum illatum accepimus, aut exilium indictum? Quoties retractata, renocataque electio Pontificum fuit, ac diuina iura nefario ausu temerata? Haccine igitur Ecclesia libertas, aut donationis auctoritas ad actum possessionis perducta fuit? Haccine dutio Romanæ Ecclesiæ, an subiectio, simulatioque censenda erat? Omnis ergo origo Romani dominii in Ecclesia constituti, ab Exarchi electione initium habuit: Exarchi autem electio à Longobardis: ergo Longobarda manus viam, aditumque ad dominium consequendum Romana Ecclesia aperuit, potius quam Constantini largitio, quem quidem aditum Pipinus Rex perfecit, Carolusque filius amplificauit. At si Orientalis potestas electa ab Italia Longobarda manu non fuisset, nullo modo Francorũ Rex in Italiã descendisset, subiectaq; Exarcho Romana iurisdictio, & minimè in Pontifices collata fuisset. Is ergo aditus Romanæ ditionis à Longobardis patefactus, paratusque necessario Longobardorum virtuti ac viribus referendus est, Dei semper prælata honorificentia. Istuaque Romani Pontificis Imperium in Italia constitutum, quod miramur, constitutum nunquam fuisset, si Orientale venenum expugnatum, ac fugatum à nostris aris non esset. Gratiam igitur habeamus diuino numini, quod amisso Longobardo Regno, ac in Carolum translato aliud nobis Regnum Pontificale contulit, quod Romano Imperio eò præstantius est, quò animi dignitas corporea mole magis præstat. Romanum enim Imperium prouincialibus suis di-

ius dicere, atque imperare tam diù potuit, quàm diù in eos potestatem habuit, qua amissa potestate, Imperium simul euanuit. Pontificalis autem autoritas tam diu in honore, atq; obseruantia erit, quam diù Christiana religionis fides, & Pontificum sanctitas in orbe duraverit. qua duo summa bona fecit Omnipotens Deus, vt in perpetuum vigeant, coniunctaque maneant, ne vno labante, aut titubante, alterum comminuatur, comminutumque temnatur.

De rerum discrimine.

CAP. XIX.

SI MEI instituti fuisset ad Caroli Magni tempora scriptionem extendere, de Francia, & eius Prouinciis, & Regno aliqua memoratu digna, à me cognita, retulissem, qua cogor omitere: quoniam ea tantum hoc volumine colligenda censui, qua Italicis rebus coniuncta erant, ac probare poterant Romani Imperij potestatem in Occidente prorsus eo tempore Longobarda manu fuisse deiectam, vigintique, & amplius annis eius nomen inter Occidentales conticuisse, vno tantum Adriano Romano Pontifice, ac Leone tertio post Adrianum ditionem moderante. Cuius quidem Imperij interitus in Occidente, quid operatus fuerit, in posteriore Imperij potestate à Pontifice erecta, alio loco excutiendum esset: cum dissimile posterius à priore Imperio in pluribus discernatur, præcipuè in electione, constitutione, ac imperitatione. quâ diuersitate attenta, diuersum esse istud nostri temporis Imperium diuersique iuris à priore Romano Imperio dubitari ratiõe potest: qua tamen omissa dubitatione, consummare opusculum meum hoc loco statui, Imitatus q; eos qui longum iter emensi respiciunt montes, oppida, & flumina à tergo relicta: ita ego respectans Regna olim deiecta, prostrata Imperia, perditas ciuitates, prouinciarum mutata nomina, gentesque funditus deletas, in me me versus cogito; ô insensati, qui tot ac tanta ad Dei nutum euersa, confracta, atque extincta legimus, ac etiam vidimus, quid miramur nostra? quid cupimus? quid expetimus, si ea qua habere videmur, vix habemus, alienis in nostra bona sepe irruentibus. Quicquid congeritur, quicquid in terris acquiritur, quicquid nostris viribus firmatur, amissionis discrimini subiicitur, atque à nobis aliquando auellitur, conferturque in barbarum (vt ille notat) militem, immò potius accipitrem, siue raptorem: nullo ergo modo fidere humano consilio, humanisque rebus tutum est, singula suo nutu versante Deo, periit Romanum Imperium olim in Italia, periit etiam patrum nostrorum memoria in Gracia; periit similiter in Francia, alibiq; vbi quondam in admiratione, atq; amplitudine visum fuit. Nec tamen in tanti dominij interitu satis dignè, maturèq; expergiscimur, ac meditamur, quò nostra consilia, actusque dirigamus. Ille CAROLVM QVINTVM composito ad gratiam verborum plausu, rebusque malè gestis silentio inuolutis, viuens viuentem celebras. Alter in faciem Romanum Pontificem beatissimum appellat: à quo tandem nihil consecutus, secedens à nostris oris ruit in dicteria, eundemque virum quem suis scritis probauerat, mox lacerat maledictis, atque ingratum appellat. quidam alius Regem Francorum, suis carminibus in cœlo collocat, diuisq; comparat: mox ab eo semotus contraria fatur, hostique blanditur, versipellisque in moribus, in habitu, ac in dicendo efficitur. At quanto præclarius esset Deum Regum Dominum celebrare, à quo quicquid ad nos manat, longè stabilius est, quàm quod manat à Principe, humanis casibus obnoxio? Nostra ergo consilia, nostraque actiones in huiusmodi rerum humanarum turbine, ad Dei æterni venerationem essent dirigenda, quod minimè facimus. Sicut itaque nos à terrestri potestate potius quam à Deo nostra acta auspicamur; ita nostra acta vnà cum mortali Principe collapsa sæpè miramur, ad deploramus ipsõ nos eludente Deo, nostraque vota contrario euentu sepissimè fluctuante. A quo quidem errore si mihi abesse mea imbecillitate licuerit, nescio (sum enim homo sicut ceteri, altiusque fortasse ceteris infixus limo) si tamen ab eo errore me procul esse contigerit, quod cupio, gaudebo audacter Deum me potius inuocasse, quam Reges terra, atque ita ad ipsius Dei glorificationem labores meos referens finem Ticinensi historiæ impono.

IACOBI

IACOBI BRACELII
GENVENSIS
AD BLONDVM FLAVIVM APOSTOLICVM SECRETARIVM

Oræ Ligusticæ descriptio.

REVERSVS in patriam clarissimus vir Andreas Bartholomæus Imperialis ab ea legatione, qua apud Romanum pontificẽ aliquandiu moratus est, cum multa de te non sine magna tui laude sæpius loqueretur; in sermonem aliquando incidit eius historia, quam tu magno labore, nec minore omnium expectatione scribere aggressus es. Inter quæ ait, cupere te, vt Liguriã cum suis populis quispiam regionis eius peritus exactè describat: ab eo haud contemnenda laboris portiuncula te lenatum iri, modo is esses, qui quod tibi præstari optabas, posses implere: meq; multa oratione, qua plurimũ valet, hortatus est, negotiũ vt susciperem. Ego cum scirem huic regioni latissimos aliquando terminos fuisse, quippe cum Pisas in Liguribus conditas, & Apuanos Ligures, quos agri Pisani populos esse cõstat, à probatis auctoribus traditũ legamus, quodq; longe plus admirationis habet, Massiliã Pompeius Trogus, inter Ligures, & feras Gallorum gentes, positam dixerit, operis difficultate deterritus pedem retuli. Neq; enim quempiam seculis nostri quantuncunq; doctissimũ virum satis idoneum putaui, qui vetustissimas illas orbis diuisiones iam prorsus abolitas vel (vt ita dixerim) sepultas, ita possit eruere, vt ex illa vetustatis caligine in lucem proferat, quinã fuerint Liguriæ constituti fines tunc, cũ Apuanus, & Massiliensis inter Ligures annumerabantur. Verùm posteaquam ex eo cognoui satis fore tibi, si ora Liguriæ, quã Plinius, & qui eam diuisionẽ orbis secuti sunt, Varo, & Macia terminari voluerunt, accuratius describatur, haud inuitus laborẽ suscepi: quippe qui à te & rectè fieri, & æquum postulari arbitrer: quòd vnius cuiusque regionis vrbes, populos, flumina, cæteraq; memoratu digna, malis ab indigena, quàm ab externo cognoscere. Erit aliquod præterea operæ pretium: si in ea ora, quæ vt fertilitate plurimis, ita salubritate, amœnitate neque paucis admodũ cedit, pleraq; inuenias, quæ tibi res Italicas dicere aggresso sine laude præterire non liceat. Illud verò ante omnia mihi concedas velim: ne si diligentius omnia scrutatus fuero, minima persequi, paruisq; nimium immorari arguar. Aliud enim terrarũ orbem dicturo proponitur, longe alia lex eius est, quem vnius tantum prouinciæ labor fatigat. In quo tamen si rationem, logẽq; excesserò; dum me ornandæ patriæ cupiditas longius rapit, scio huic facile amori meo veniam dabis.

A Prouincia igitur Narbonensi Italiam petituro, Liguriæ primus limen aperit Varus fluuius ab Alpibus effusus, haud procul ab vrbe Nicæa mari se infundes, nulla re notior, quàm quòd Braccatam Galliam ab Italia dispterminat. Occurrit mox Nicæa oppidum à Massiliensibus in littore conditum, Alpes dorso contingens. Deinde portus Herculis Monœci quondam, nunc Villa Franca. Post hæc Monichus portus, vt Ptolemæo placet: nunc Monacus, Genuensis Imperii terminus. Hũc enim vel collem, vel scopulum, cũ esset incultus, Cæsar Genuẽsi populo ad condenda mania concessit, annis iam quinquaginta supra ducentos euolutis, Imminent Monicho Trophæa Augusti, duo propè millia passuum à littore recedentia, in edito iugo posita: nunc ignobile Castellũ Terbia nomine sola viarum asperitate memorabile. Sequitur Mentonum, & Rochabruna, primum ipso in littore, alterum haud procul à mari castellum positum: vtraque sterilis soli, & præter ipsum nomẽ nihil, quod referas, habentia. Deinde Album timilliũ vrbs quondam populo, & latis finib' valida: nũc vel dẽptis, vel mutatis paucis literis Vintimilium. Huius latus, qua parte ad orientem solem vergit, Rucuba flumine abluitur: quod nunc Rodoriã vocant. Vix mille passus ab oppido collis attollitur, cui Apio nomen est: & in colle arx sita, ex qua prima nascentis Apennini iuga haud procul aspiciuntur. Ab Rucubi decem passuum abest municipium, quod Sancti Romuli nominant, citri ferax, frequentibusq; palmis: quam arborem circumiecta omnis regio nescit, Romanis etiam pontificibus haud incognitum. Inde quinq; millia passuum emenso obuia fit Tabia, duo millia recedens à mari, exiguum oppidum, sed vtis generositate iam non obscurũ: quippe qua vini nobilitate, quod Muscatũ vocãt, tantũ sibi nomen parauerit, vt non Cypriis, nõ Cretensibus, nõ Falernis montibus inferior putetur. Decem passuũ millia ad Mauriciũ portum numerantur: portũ nomine verius, quàm re. Hinc quoniã vicini populi iura petunt, fama locum celebriorẽ facit. Sequitur Vnelia vallis aliquot introrsus vicis habitata. Mox oppidum Dianæ, nunc Dianum, duo propè passuum millia littus effugiens: olea, vitiq; pariter latum. Post hæc ipso in littore Ceruñ. Dehinc Andoria ex edito vicinũ mare despiciens, vitiferis collibus vndiq; cingitur. Andorianos fines paruis admodum vici excipiunt. Hos Albuminganunum vrbs opib', ac vetustate nobilis, nũc Albingana, cuius Merula flumẽ latus verberat: vulgus Centã nominat, q; centenis torrentibus augeatur. Hanc vrbem in plano positã vix quingẽtos passus ab ora distantẽ cũ validissimi exercitu Philippi Medolanẽsium ducis arcta obsidione cinxissẽt,

quatuor q;

quatuorque perpetuos menses oppugnatam cuncta bella mala ferre coegissent, constantia tandem, ac fortitudine populis perterritus hostis more fugientis ac victi obsidionem soluit. Occurrit posthac Petra castellum in littore positum. Deinde Finarium oppidum, ac cœli salubritate nominatum: abest à mari duo propè passuum millia, angustias vallis claudens in cuius faucibus situm est. Est & in littore Naulum, vrbs portu ac turribus inclyta. Est & Vadorum portus. Hinc septem passuum millibus Sauona distat, vrbs multorum populorum commercio nobilis: nunc disiecta mole, qua fluctibus opposita, portum efficiebat; manca, & trunco corpori similis relicta. Hanc Liuius Magonis aduentum referens Sauonam nominauit: idque nomen cum ad etatem vsq; nostram perduret, non est facile rationem reddere, cur Plinius Sabatium, Pomponius Sabatiam appellare maluerit. Albisollam, Cellasque vicos ignobiles haud procul inde in littore cernimus. Deinde Viraginem oppidum: quod quidam Vicum virginis dixere. Succedit vulturum vicus, quem Cheruſa paruus amnis interfluit. Porcifera dehinc vt maior, ita violentior amnis: qui amœnissima valli nomen dedit. Tum vastum, & ingenti mole fluctibus obiecta memorabilem portum, frontemque ad Africum versam Genua pandit: vrbs vetustate præclara, verùm rebus gestis longe clarissima: vt quæ Corsicam, Cyprum, Asiam, Thraciam, Scythiam, magnamque orientis partem, aut deductis colonijs, aut victoriis suis illustrauerit: negotio tamen, quàm otio felicior. Cum antiquitatis suæ multa sint argumenta, non illud in vltimis habendum puto, quod auctorem eius nemo satis affirmare ausus est. Ita ex illius temporibus vetustate propè abolitis, varias de conditore opiniones exortas videmus. Quarum illa plurimum habere auctoritatis putatur, Phaethontem classe in Ligusticum sinum ex Aegypto profectum, indeque Apennini iuga trangressum, haud procul à Pado flumine consedisse: relictis in littore nauibus cum Genuo quodam classis præfecto, huc ibi oppidum condidisse, & de suo nomine Genuam appellasse. verùm quid de vrbis initio homines sentiant, cum cuiusque iudicio liberum sit, excidia certe in obscuro non sunt. Semel à Magone Hamilcaris filio capta, ac excisa est, iussuque Romani populi à Lucretio restaurata. Rursus sexto supra quingentos nunc anno, iterum à Pœnis capta, ac prope euersa est. Sed maximis posthec incrementis Dei munere caput attollens, illis sæpe terrori fuit, & nunc formidini est, quorum insidijs concidit: prænalida nunc viribus ac mari plurimum pollens, principem nacta omnium moderatissimum Thomam Campofregosum: cuius cum maxima laudes nullius præconio indigeant, nec eas in præsentia referre animus est: & si sit, operis magnitudine deterreri queam. Vrbis orientale latus Feriar amnis præterfluit: quem nunc Besamnem appellamus. Nec tamen vetusti nominis vsquequaque facta videtur oblitus. Namque amnem mimorem è proximis montibus præcipitatum; quis se maiori violentius immiscet, Ferixanum dicimus: Hic si flumen quondam, vt coniecturis creditur, nomen dedit, ex Feriore in Ferixanum versus, quatuor priores antiqui nominis literas adhuc seruat. Inde paruus admodum in littore vicus Neruium, Buliaseum, Saulum, & his omnibus maior Rechum, postea Camulium. Verum ab amne Cheruſa, quæ supra memorauimus adusque Camulium: hoc est quatuor, & viginti millia passuum, non plana modo, & qua mari proxima sunt, verum valles, collesque longos positi, omnia demum magnificis ædibus decora sunt: adeo frequentibus, vt qui ex alto terras petunt, vnam à se vrbem aspici putent. A Camulio sinuari promontorium incipit, quod diuo Fructoso sacrum est: eius templum in intimo recessu positum magna veneratione à vicinis populis frequentatur. Id illis promontorium Caput montium vocant: arduum, ac saxosum in mare procurrit, sinistroque latere irrumpentes vndas angustis faucibus admittens, Delphini portum efficit: qui ab incolis dempta prima syllaba, quasi à bonitate nominandus potius sit, Portus sinus appellatur. Sequitur & alius ab oriente sinus, quem Rapali nominant. Id valli nomen est qua intra montuosa haud sterilis, citrique ac olea plurimum ferax, vicum eiusdem nominis haud obscurum habet in littore. Quinq; passuum millia Clauarum abest, oppidum ob alia magis, quàm vetustate clarum: quippe quod ante centum, & quinquaginta annos nondum mœnibus cinctum fuisset. Huc maritimi, huc montani populi plurimi iuris dicendi gratia conueniunt. Haud procul inde fluuius Entalla mari illabitur, quem nostri Lauaniam vocant: cuius in vltiore ripa Lauania vicus est, quem clarissima eorum familia, qui se Lauaniæ comites dici voluerunt, maxime illustrem dedit. Ab ostio Entellæ vix quatuor passuum millia Segestum aspicimus: quam qui Ptolomæi dimensiones sequuntur, Tiguliam putant, incolæ Sigestrum nominant. vicus est ipso in littore: cui obiicitur insula tenuis admodũ riuulo à continẽte anulsa: ea præruptis vndiq; rupibus quasi muro tuta ab omni terra, marisq; incursione securos incolas habet, gemino portu, dextra, lenaq; accessibilis. quanquam qui ad portum vergit, tutior, vterior que portus est. Huic contermina sunt Monilia, quã nostri Moneliam dicere maluerunt, in duos vicos diuisa: nihil quod referas præter vitiferos colles habent. Monilianis finibus Framula occurrit, quam ob lapidosos, & asperos calles, quasi Ferramulam dictam puto: ea in aliquot paruos vicos distincta vineis vndique ambitur. Hinc paruo interuallo Leuantũ abest, municipium nobile magis, quàm vetustum, irriguis vallibus, & apricis collibus amœnum. Inde in ora castella quinque paribus prope interuallis inter se distantia, Mons ruber, Vulnetia, quam nunc Vernatiam vulgus nominat, Cornelia, Manarola, Rinus maior, non in Italia tantum, sed apud Gallos, Brutannosq; ob vini nobilitatẽ celebria. Res spectaculo digna, videre montes non declues modo, sed adeò precipites, vt aues quoq; transuolando fatigent, saxosos, nihil humoris retinentes, stratos palmite adeo ieiuno, & gracili, vt hedera, quàm viti similior videatur: hinc exprimi vindemiã, qua mensas regias instruamus. Rinum maiorem transgressos excipit Portus Luna, à scriptoribus quidem, sed parcius quàm decuit celebratus: vastis faucibus sese pandenti, multisq; reflexibus tortuoso insulã natura obiecit, qua illum ex Austro, & Africo tutum præstat. In qua templum est diuo Venerio sacrum: à quo vetusto nomine abolito Portus Veneris, vel vt plures

iusto nomine abolito Portus Veneri, vel, vt plures loquuntur, Veneris appellatus est. Fugiunt introrsus terra quinq; passuum millia: quam longitudinem portus latitudo quoq; adequat. In occidentali promontorio oppidum est à portus nomine dictum, Genuensis populi colonia, idemq; imperij quondam terminus: cuius in aduerso Ilex est castellum, vel ex hoc celebrius, quòd vt illud Genuenses, ita hoc Pisanos quondam fines terminabat. Recessus interior Spediam habet: nouum oppidum, citra LX. annos muro circundatum: ea præsidis sedes constituta est, ad quem quicquid litium exoritur, à remotioribus etiam populis defertur. Promontorio Lunensi ab oriente portus claudituꝛ: quod præterlabitur Macra fluuius amœnus, piscosus, & quod Ligyriam ab Hetruria secernit, haud ignobilis. Vt Liguria, ita operis nostri finis. Nam populorum, vrbiumq; longius abeo recedentium, illis descriptionem relinquendam putaui, quibus vel eas terras incolere, vel aliquando peragrare contigit. Tres omnino id mare insulas habet scopulo, quàm insulæ similiores: vnam Albingauno aduersam, qua præsidas sæpius naues à clade seruauit: aliam Nanlo: tertiam Lunensis portus occidentali promontorio propè annexam. Ligustica ora longitudinem à Varo ad ostia Macræ cum undecim supra ducenta millia passuum veteres prodiderint, non vltra centum, & octoginta à nostris traditur.

DE CLARIS GENVENSIBVS

AD REVERENDISS. PATREM LVDOVICVM PISANVM ORDINIS PRAEDICATORII.

IACOBI BRACELLII Genuensis Libellus.

PETISTI à me, reuerendissime pater Ludouice, vt eos Genuenses: quos vel ob insignem aliquam virtutem, vel ob egregium aliquod facinus memoria dignos putauero, posteritati commendem, præterquam sane viuentes: ne amoris, odij, alijue affectus aliquid forsitan tribuisse viderer. Facile erat parere præcepto tuo, si scriptoribus rerum nostrarum paulo diligentius cura fuisset ea posteris tradere, quæ lex etiam historici postulabat. Sed cum illis solum fuisse studium videamus nudam veritatem sequi, & simplici quodam dicendi genere bellorum, aliarumq; rerum exitus mandare memoriæ, (omnia enim in laudem reipublicæ contulerunt: nec in enarranda gestorum serie, aut ijs exornandis, qui ea feliciter gesserant, vlla ex parte laborarunt) nullum mihi in euoluendis annalibus nostris auxilium positum esse putaui. Quam ob causam, eorum tantum nomina, quos vel aliarum gentium scriptores laudibus efferunt, vel frequens hominum sermo adhuc admiratur & prædicat, quantum vna lucubratione consequi potui, in vnum corpus redegi. Nolo tamen de populo meo male id suspiceris: quia clarorum virorum exiguus tibi numerus oblatus sit. Ille quidē ingens, maximusq; deprehenderetur: si diligenti, & ocioso homini prouinciam delegasses. Incipiam igitur, vnde æquissimum est, a pietate & innocentia: in quibus omnis vera virtutis columen, ac stabilimentum positum est.

Romulum, Felicem, Syrum, & Genuenses fuisse, & Genuensis vrbis episcopos, liquet: qui præter vitæ sanctitatem, singulares q; virtutes, his etiam prodigijs claruere, vt intra beatorum agmina, & cœlestis aulæ principes, digne annumerati sint.

Desiderius quoq; natione Genuensis diuina dispensatione ex indocto agricola mox Lingonensis episcopus factus, & pro salute populi sui martyrium passus, tanta sanctitatis fama apud Lingones Galliarum populum, ex his, quos nunc Burgundiones appellamus, tamq; manifestis miraculis celebratur, vt par ferè Apostolis habeatur.

Multos singulæ sæpe virtutes claros vrbi rediddere. In Sinibaldum Fliscum, eum, qui Innocentius IIII. postea dictus est, ita omnes virtutes natura congessisse videtur, vt neq; omnes enumerare, neq; quid illi defuerit, inuenire facile sit. Singularis tamen prudentia, consiliaq; humanum ingenium transcendentia, viam illi non ad Pontificatum modo, sed ad gloriam quoq; parauerunt. Nam cum Federicus II. æstu simul, ac viribus formidabilis, implacabili odio ecclesiam Dei persequeretur, defuncto q; Pontifice Maximo nemo inueniretur, quem infestissimo hosti digne opponerent, & ob id Romana sedes aliquamdiu vacasset: admirabiles in homine virtutes effecerunt, vt omnium consensu Pontifex crearetur. Is cum animaduerteret, omnes sibi exitus præclusos, Petriq; nauiculam maximis periculis obiectam esse, truces vigenti iam Genua paratas curauit: qua classe Tyberim ingressa, ab Roma Genuam peruectus est, inde Lugdunum petens: atque ibi conuentu totius occidentis habito, quo etiam regum quidam accessere, damnatum Federicum abdicauit imperio, plurimum illi virium subtrahens: tantaque prudentia rebus consuluit, vt Pontificatu ad solitam amplitudinem restituto, ipse velut profligus Gallias peteret, velut triumphans in Italiam rediret.

Nec doctrina, bonarumq; artium studia Genuensibus defuere. Nam & Ioannes Balbus ordinis tui, inter cætera ab eo præclarè scripta, laboriosum opus, quod Catholicon vocari voluit, non sine laude perfecit. Et Simon Monachus ex Arabica lingua in Latinum sermonem multa conuertit: adeò quidem docte, & eleganter, vt si eum tollas, magna sane medicinæ pars suis velut instrumentis exarmari putetur. Vrsus quoq; haud inepto carmine pleraq; cecinit. Andalonem, quem de Nigro vocant, multiplex certe doctrina, sed

mathematicarum præcipuè artium cognitio adeo commendat, vt haud ignobilis poeta Boccatius, nunc venerabilem, nunc præceptorem suum nominare non erubuerit. Horum tamen nemo innocentium aquauit: qui eo quidem acumine scripsit, vt qui legunt, cœleste potius illis fuisse ingenium prædicent, quàm humanum.

Bellica rei laude, marítimisq; triumphis plurimi celebrantur: è quibus Obertus Aurius, prater hoc quòd ciuitati sanctè, ac iustè præfuit, Pisanam classem, qui populus gloria rei bellicæ terra, mariq; pollebat, mira felicitate superauit. Aurius Lamba in sinu Illyrico bellum gerens deuicta iam prope Venetorum classe, cum nũciatum ei esset filium fortiter dimicantem cæsum fuisse: vndis (inquit) eum commendate: nobilissima enim ipsi sepultura cõtinget: quod pro patria strenuè pugnantem, & iam victorem maria seruabunt. Paganus & ipse quoq; Aurius eo memorabilior, quòd eum Græcorum, Aragonensium, Venetorumq; vires in vnum contractas, haud procul à Chalcedone magna cæde fudisset, interiecto posteà tempore eosdem Venetos sine cæde, ac sanguine mari expugnauit, ac cœpit. Nec Lucianus Aurius silentio prætereundus est, qui sinum Illyricum diu populatus, cum turpi nihilominus egestate omnis exercitus maceraretur, quotcunq; illi erant, argentea pocula egentibus dedit. Postremo cum remigem fame laborantem, & ob id opem miserabilius petentem obuium habuisset, fibulam singulis præcidit, & inopi dedit. Quibus artibus, & audientem imperio exercitum habuit, & pari triremium numero cum hoste congressus egregia victoria potitus est.

Nicolai Spinulæ facinus eo clarius fuit, quòd qui impar hosti viribus erat, pro viribus artem reperit, qua superior fieret. Nam cum cerneret classem Venetam numero triremium longe præstare, suis in vnum contractis iussit multarum transtra conuelli: hisque inter sese colligatis effecit, vt area, campiq; versus quàm multitudo nauium videretur. Illas deinde in fronte collocans ad hostium impetus excipiendos, & fugam simulans, venientes sine ordine Venetos, & paucitatem illam Nicolai contemnentes, ita elusit, vt priores ante expugnauerit, quàm posteriores opem suis ferre potuerint. Hac igitur arte profligatis hostibus, & supra viginti triremibus captis, parua admodum suorum cæde nobilem victoriam consecutus est.

Sed horum omnium gloria (& reliqua mortalium opera) paulatim conseneſcet. Guilelmi Embriaci nomẽ sacra paropsis aboleri non sinet. Fuit vir iste non animi tantum magnitudine, sed quadam insuper expugnandarum vrbium peritia apprimè præditus. Itaq; cum exercitus Christiani Palæstinam peruagarentur, & oppugnare Cæsaream vrbem tunc munitissimam statuissent, Guilelmus, aut Genuensi classi præerat, primus omnium mœnia conscendit, intraq; vrbem primus penetrauit. Quamobrem capta ciuitate, optio prædiorum vt fortissimo ipsi delata est. Ille vasculum Smaragdinum, quod nunc in diui Laurentij sacrario magna veneratione seruamus, omnibus spolijs antepositum, nobilisq; victoriæ monumentum Genuã pertulit.

A Scio equidem robur, ac prænalidas vires inter bona corporis, non inter virtutes annumerari: quam ob causam nulla mihi cura fuit eos referre, qui hac ratione famam sibi pepererunt. Duo tamen exempla ideo subijciam: quia non tantum corporis robur, sed & animũ quoq; respiciunt. Cum Francorum Rex Carolus secundus aduersus Philippum Artauellum, Flandriæq; rebellantem arma sumpsisset, comparato validissimo exercitu ad id flumen peruenit, quod fines regni, Flandriamq; distermmat. Tenebat vlteriorem ripam B Philippus instructa acie ostentans: cui satis erat à transitu fluminis regem arcere. Cum vterq; exercitus aliquandiu immotus suas, hostisq; vires conspicatus fuisset, nec inueniretur, qui superare flumen auderet: Nicolaus Ianus, vt inuicti roboris, ita interriti animi inuenis, tribus tantum sagittarijs adsumptis, primus omnium flumen traiecit. Qua hominis fiducia terrefactus Philippus sensim pedem retulit: ac traiciendi exercitus regi facultatem dedit. Hoc Nicolao longe robustior fuisse perhibetur Paulus Syluester, vt vulgus loquitur, Saluaticus, qui rege indice equo egregio magnitudine virium prælatus est. Nam cum Petrus vlterioris C Hispaniæ Rex, inter custodes corporis Paulum haberet, memoriæ proditum est, regem ad rapidi fluminis ripas deuenisse, equoq; fluuium intrare non ausum desiluisse, Pauliq; humeris, quàm sonipedis dorso deportari maluisse. Mira hominis fiducia, qui nobilissimum regem gestans, non extimuerit periculo se, atq; illum simul obijcere: cui deuitando ne iumenti quidem vires satis esse putabantur.

D Magnam maioribus nostris iustitiæ curam fuisse, cum multa alia declarant, tum Pera, Caphaq; ignobilia quondam tuguria, nunc opulentarum vrbium claritatem æquantes, testimonio sunt: quæ profectò nunq; ad id amplitudinis contendissent, nisi instum illis imperium contigisset. Neq; ego nunc enumerando; puto singulos præsides, qui cum his aliisq; vrbibus præfuissent, singulare aliquod iustitiæ documentum edidere. Paucis etenim memoratis reliquorum licebit innocentiam, integritatemq; cognoscere. Simõn Vignosius, cum perE domita insula Chium vrbem obsideret, edixerat, vt si quis in vineis, aut pomarijs inuito domino deprehenderetur, virgis cæderetur. Cum agrestes ignari quisnam esset, Franciscum filium eius adolescentem in vinea inuentum patri obtulissent, nullis precibus exorari potuit, quin natum vuis à collo pendentibus, flagris cædi iusserit. Idem moriens testamento legauit aureos quingentos inter egenas virgines Chias, viro tradendas, indotis auxilium distribuendos: tanti magistratus ea damna, quæ indigne agrestibus intulisset. Maluit vir ille patriæ charitatis oblitus, se iustum imperatorem, quam indulgentem patrem videri.

F Matthæus Maruffius belli, pacisq; artibus æquè memorabilis, cum præses Famaugustæ designatus esset, audierat eam ciuitatem furtis, rapinisq; patere: vrbẽ ingressus omnia deteriore etiam loco posita comperit. Igitur nec præfecto vigilum, nec alijs satis credens, ipse noctu obire ciuitatẽ cœpit, eo quidem cultu, vt agnosci nõ posset: tũ, vt quenq; obuiũ habuerat, percõtari, quo iter intenderet, quanę causa inepto tẽpore circũuagaretur.

Suspecto

Suspectos cruciatus, conuictos supplicium sequebatur. Pauculis diebus adeo valuit seueritas regentis, vt plenæ pretiosis mercibus stationes sine vllo custode etiam noctu relinquerentur. Purgata hoc modo ciuitate, vnus supererat fur insignis ex eorum numero, qui nocturnas excubias in mœnibus agebant. In eum cum sæpenumero insidias, artesq; parasset, & ille innoxias manus seruãs omnes eiusmodi dolos cautus falleret: Matthæus postremo haud ignobile pallium penes eum dormientem abiecit, ratus fore, vt ille excitatus pallium asportaret. At ille somno excusso, vt ante pedes suos abiectum vestem conspexit, paulisper dubius abundus, ac deliberantis similis, exclamauit: Quid me toties Matthæe tentas? ac pallium suo loco reliquit.

Illud quoq; mulierum sermonibus celebratum fuit: & dum mercator quidã Persa Caphæ venisset, sericum, gemmas, aliasq; pretiosas merces secum afferens, incautoq; omnia fraude sublata fuissent: ille insano simulis vrbem obire, exclamare, Deum, atq; hominum fidem inuocare, omnia fletu, querelisq; replere. At Hieronymus Iustinianus Consul id crimen non sine sui dedecore latere posse ratus, adhibita rebus diligentia, furtum detexit: & vocato ad se in prætorium Persa omnia cum fide reddidit. Tum ille ad domum reuersus, ex lectissimis mercibus ingentia dona ferens, osculari pedes, gratias agere, eumq; iustissimum prædicare. vt verò Consulem aspernantem munera vidit, seq; non sine magna mercede à Genuæ Caphæ vsq; missum esse affirmantem, vt eum, reliquosq; ab iniuria tueretur, tam demum in admirationem hominis conuersus, exclamare, eam verè vrbem templum esse iustitiæ, & qui eam regerent, verè dignos, qui orbi imperarent. Nam si quid in patria tale sibi accidisset, plus in dominum ex recuperato furto, quam in se perueniturum fuisse.

Nec matronalis pudicitia curam illi vnquam populo maiorem fuisse crediderim: cuius rei certissimum argumentum habeo, quod nulla vnquam vrbes, quantumuis iniusta ac odiosa, expugnata à Genuensibus inueniũtur, in quibus pudicitia muliebris summo studio conseruata non sit. Duo tantùm eius rei, longe tamẽ diuersa exempla subijciam. Salagrus à Nigro, non is, quem ætas nostra vidit, sed ille antiquior maritimarũ rerum gloria insignis, cum decem triremibus præesset, quatuorq; Aragonensium onerarias naues expugnaret, & æstu, ac labore fessi socij sitirent se, ac sitire clamarent, respondit mea quidem, neq; aquam iam sibi superesse: iussisse enim, vt hac omnia in mare abijcerentur. Itaq; si famem, sitimq; explere velint, expugnandas esse hostium naues, quarum omnium copia referta essent. Tantumq; valuit seueritas, ac pertinacia ducis, vt naues summa obstinatione defensa, quæ multos proceres cum liberis, & coniugibus domum repetentes vehebant, capta tamen sint. Parta victoria, primum omnium edixit, vt mulieres omnes inuiolatæ seruarentur: maiusq; ipsi tuendi pudoris, quam prædæ studium fuit. Contractis in vnum fœminis, ac præpositis illis custodibus, dum quam singula essent, perconatur, forte comperit ex proceribus vnum, quam vnice amabat, vxorem mœstum, ac lacrymantem ingulasse, veritum, ne si mulier elegantis formæ in manus hostiũ deuenisset, captiuo corpori illuderetur. Salagrus ira concitus, quod illa de se, deq; Genuensibus tam malè concepisset, homicidæ caput auferri iussit: mulieresque intactas in terra exposuit.

Sed Salagrus ipse legem, moremq; Genuensium sancte quidem, sed nullo fere exemplo captus amore seruauit. At Luchinus Vmaldus vir diuitijs, & claritate generis inter primores ciuitatis non posterior, non cum alienigenis, sed secum ipse, & cum amore bellum gessisse videri potest. Nam cum egregia forma matronam deperiret, eiq; multos annos importunus fuisset, & illa non in decore, sed in pudicitia fœmineam laudem positam esse sciens, nunquam in eum oculos deflexisset, forte euenit, vt vir eius Sardiniæ captiuus in vinculis asseruaretur. Illa cum nec viro ferre opem, nec paruos vltra liberos alere posset, post egestatem diutius toleratam, iuuenem ad se vocatum domi excepit, eiusq; genibus aduoluta: Statueram, inquit, animo, pudorem, fidemq;, quam viro debeo, ad extremum vsq; vitæ sine labe tueri. At quoniam egestate premente extrema omnia cum his liberis perpessa sum, victa malis, me, corpusq;, ac famam arbitrio tuo committo. Tu seruitutem miserere. Ille diutum mentem castam, & nunc ne perferenda calamitate fortem admiratus: Bonum, inquit, animum sume: neq; enim patiar, vt quam amantis blanditiæ pellicere nequiuerunt, sæuitia fortunæ adulteram faciat. omnisq; impudici amoris oblitus ad vxorem conuolat, & quæ gesta erãt, refert omnia, vtq; mulier innocens ab omni quoq; suspicione præseruaretur, triticum, vinum, pecunias, neminem præter vxorem ad eam ferre voluit. Exq; impugnatore defensor castitatis eius factus est.

Multos acceptas iniurias æquo animo tulisse memoria proditum: nec sæcula quoq; nostra adeo virtutum infœcunda fuere, vt hac æquitas animis in plerisque spectata non sit.

Verum cum alia ratio eorum sit, qui ad Deum omnia referentes non iniuriarum modo obliuiscuntur, sed acceptis etiam gaudent, expectantes ab eo mansuetudinis suæ præmia, quis relicta sibi vltionis retributionem pollicitus est: alia eorum, qui naturalẽ quandam iustitiam sequuntur: non dubitabo exemplum illud referre, quod propter ipsam quoq; nouitatem rei, ætas nostra sæpe laudauit. Antonius Iustinianus equestris ordinis vir, genere, opibus, claris, cum in distributione publici tributi insignem se accepisse iniuriã arbitraretur, haud aliter se domi continebat, quam si aliquem domesticorum ingeres. Ad quem consolandũ cum Lucianus Spinula vir præter splendorem generis lenitate quadam, & auctoritate nemini cedens, venisset: Oro (inquit) Antoni, ne hanc iniuriam inique animo feras. Id cum longo sermone bis, terq; iteratasset, Antonius non sine stomacho: cupio, ait, ex te Luciane prædiscere, qua tu æquanimitate iniurias ferre soleas. At ille nihil permotus, cognosto, inquit, aut me gnarum, aut ignarum aliquando iniurias dedisse: ac velut dan-

di, acciplendiq; vicissitudo sit, illatis acceptas compenso.

Mirabitur aliquis, idq; non immerito, cum egregij duces Genuensi populo præfuerint, cur eorum neminẽ attigerim: præsertim cum ex ijs alij insigni quodam amore in patriam, alij prudentia, quidam iustitia, vitæque integritate, alij singulari quadam moderatione præditi digne laudari mereantur: indignumq; sit eorũ nomina deuitare, qui pro amplitudine patriæ, neq; labores, neq; pericula ipsi deuitarint. Ego sanè haud ignarus sum, vberem mihi scribendi materiam subtrahi, dum viuentium iudicium reformido: qui vel infensi principibus, vel beneficijs obnoxij, veras laudes parum æquis auribus accepturi forent: nec iudicium, sed affectum vocarent, aliorum virtutes referri, alios silentio præteriri. Quam ob causam seponendi mihi omnes erunt: ne suspecta scribentis fides famæ eorum quoq; quos memorabimus, aliquid officiat.

Nec eos mihi referendos putaui, quos dignitates illustrauere. Nam si horum quoq; nomina posteris commendanda forent, quis nescit Othobonum Fliscum, quem postea factum Pontificem, Hadrianum vocauere, res maximas inchoasse, quas immatura morte præreptus explere non potuit? Ioannes, Lucas, Ludouicus, Fliſci, Cardinales, magna rerum gestarum fama in nostram vsq; ætatem celebrantur. Branca Auriæ seniori, & huic quoq; posteriori, quem regnantem vidimus, imperio possessa Sardinia, & opes prope incredibiles, claritatem nominis attulerunt. Quid Grimaldos, quid Spinulas eloquar? quid Camposregosos? quid Buccanigras? Zacharias quoq;, & Catilusios? quos vel collatæ à regibus dignitates, vel adiecta imperio vrbes, aut insignes victoriæ, non sine ratione nobilitauere? Quos quidem omnes missos facio: non quòd illis præclaras defuisse virtutes putem, sed quòd scriptorum negligentia ea, quæ vera sunt, animi bona parum persecuta est. Cum igitur non tàm eos, quibus dignitates, opes, honores contigerunt, laudibus efferri deceat, quàm qui honeste illis vsi sunt, scriptoribus imputo: quòd viros memoria dignissimos subripuerint mihi. Vnum tamen diuitiarum exemplum, quod vt minus splendoris, ita vera, solideq; virtutis plus habuit, prætereundum mihi nequaquam putaui. Franciscus Vinaldus omnium qui sunt, quiq; fuerunt Genuensium diuitias supergressus, eam cunctis in rebus moderationem tenuit, vt immensæ opes, & priuati hominis modum excedentes, nemini vnquam iniuriam intulerint, nullius oculis molestæ fuerint. Habitauit ædibus, neq; sordidis, neq; intuendis, victu parco, cultu parciore contentus. Ancillarum, famulorumq; tantum illi fuit, quantum mediocris fortunæ homini satis esse solet. In hoc tenore vitæ vsq; ad extremum senium perseuerans, adeo caruit inuidia, vt neminem vnquam ipsi inimicum fuisse deprehẽsum sit. Et ne quis hanc hominis moderationem tenacitatem suspicetur, hic ille Franciscus est, qui id aurum patriæ largitus est, ex cuius fructibus publica debita, quæ Capitula vulgo dicimus, quotannis minuuntur.

BEATIS-

Digitized by Google

BEATISSIMO PIO V.
PONTIFICI OPTIMO MAXIMOQVE

ANDREAS MVGNOTIVS HISPANVS. F.

ETSI plurima sunt (Pater sanctissime) & maxima quidem ornamẽta, quibus tua hæc Italia, in toto terrarum orbe celebratur, nescio tamen, an maius aliquid & illustrius habeat, quàm Camaldulensem Eremum, quæ suprà montem altissimum, in Hetruriæ finib. posita, & quingentis quinquaginta & eo amplius annis, à viro sanctissimo Romualdo excogitata, ac instituta, nouos cœlo ciues hactenus, indiesque magis procreat. Cuius loci religio, tum alios principes ac heroes permultos, tum te imprimis ad se illexit. Quanti enim fieri ab omnibus is locus debeat, ostendisti satis, cum eum tua præsentia illustrasti. Huius itaque sacræ Eremi descriptionem, quam ego anno superiore, stylo (si non eleganti) certè fideli, breui hoc Opusculo vtcunq; expressi, aut cui dicarem potius quam tibi (Pontifex summe) cuius auspiciis, illam sanctorum Patrum religionem non conseruari solùm, sed nouis etiam incrementis augeri, quotidiè audimus? Accipe itaque Pater clementissime ac religiosissime, nostræ huius humilitatis munusculum, ea animi voluntate, qua res omnes pias semper es prosecutus. Ego verò, satis amplum fructum illius me consecutum existimabo, si laborem hunc meum probari à te, gratumque tibi esse, intelligam. Vale Princeps optime, seruetque te Deus tandiu incolumem, quandiu boni omnes exoptant.

EREMI CAMALDVLENSIS DESCRIPTIO.
AVCTORE ANDREA MVGNOTIO CONCHENSE HISPANO.
LIBER PRIMVS.

PROST gentium multarum, vrbiumq; nobilissimarum collustrationem, quarum mores, ruinasq; varias cognoscere volus, veni tandem ab vltimis vsque Hispaniæ finibus, in ciuitatem Florentiam, vt inde Romam, quo properabam, me conferrem. Verum, cum multa, perpetua sane laude digna, de Eremo Camaldulensi, qui locus est antiqua patrum religiosissimorum habitatione maximè celebris, inter loquẽdum à nonnullis mihi notis accepissem, pio quodam desiderio sacrum hunc videndi locum impulsus, eo adire, operæprecium me facturum existimaui. Cũq; die quadam in aurorę ortu, per vias inuias, salebrosas, & cruas, incultas terras, sataq; infructuosa, duras rupes, & montes asperos, iter arriperem, integram fere diem in itinere obeundo consumpsi, nec Apenninũ iuga superare potui. Alter autem die, summo mane, ad sacram peruenimus Eremum, in qua merito, inter religiosissimos viros, diutius mihi consistendum putaui, vt eius etiam

gentis veterem disciplinam, legesque sacras cognoscerem, vnde vita sancte degendæ rationis splendor ortũ habuit. Ante illius tamen accessum, dum montem illum innumeris hinc inde summæ proceritatis virentibus abietibus ornatum conspicio, statim in mẽtem venit, illa antiqua sanctorum patrum vita, quam in desertis montibus, & speluncis, in sancta illa solitudine Ægyptia degebant illi, quo magis in eius amorem, maximo quodam pietatis feruore accenderer. Sed illam ad ipsius Eremi descriptionem, diuinis auspicijs descẽdamus. Est mons in vertice Apennini, qui in Hetruriæ finibus prominens, ipsam a Flaminia disterminat, & vtrunque respicit mare, Tyrrhenum scilicet, & Adriaticum, ab Vrbe Florentia triginta passuum millibus distans, qui pregrandis est & valde saxosus, & pro eius asperitate ascensu difficilis, ac per giros iteneris, duorum (ni fallor) millarium spacio superatur. Eius autem maior pars, copioso abietum nemore plena est, quarum summa altitudine cœlum occultatur. Vltra eius medium, ad singularum viarum terminos, singulæ etiam lignea Cruces erectæ sunt, quæ à sacra Eremo quinquaginta passibus, plus, minusue, distant. In huius montis cacumine, planicies quædam est amœnissima, in qua, sacra illa, gentiumque pene omnium fama celebris, Eremus Camaldulensis sita est. Quæ figuram habet quatuor laterum, quorum duo opposita ex lapidibus structa, sunt recta, & inter se inæqualia, (superius enim quod septentrionem spectat, brevius est, inferius autem quod meridiem respicit, longius) reliqua vero duo ex tabulis compositæ, sunt quodammodo partes circulorum, vt per spicue delineata figura superius indicat. Ante eius ingressum, sese offert quoddam exiguum, ac religiosum sacellum, opere lateritio constructum, diuo Antonio Anachoretarum lumini dicatum, in quo, quotidie res sacra fit. Sacello adhæret ianua Eremi, eodem opere fabrefacta. In medio fere Eremi, religiosissimum templum, in quo Christum dominum precantur omnes, erectum est, intra quod, eius verum, ac sacrosanctum corpus, sub specie panis, inenarrabili mysterio reconditum seruatur. Non amplum est, aut splendidum admodum templum, sed subobscurum, ac exiguum, ex lateribus, ligniseque abiegnis conditum, diuinis laudibus persoluendis accommodum, & supellectili ornatum satis ample: quæ omnia, sanctitatem potius redolent, & spiritalis vitæ profectum, quam splendorem magnificum. Figura est obloga, orientem capite spectãs, sine vllo columnarum, aut fornicum apparatu. Porta ipsius supereminet Horologium, planum, & decorum, vbi solis cursus per horarum spacia, lineamentis distinctus gratissime ꝓspectatur. In primo tẽpli ingressu duæ sunt cellulæ, ianuæ proximæ, in quibus, per noctem venientes Eremitæ, faces, cothurnos, & indumenta, quibus præ nimio frigore inuoluuntur, deponunt: nam quisque a suo domicilio, bruma tempore sub dio, & sapius calcatis niuibus eo vsq; progreditur. Totum vero templum medio sectum est pariete, qui choros duos distinguit: superiorem ingrediuntur primi ordinis Eremitæ, suis singuli subsellijs in orbem positis assidentes, rem sacram celebrantes, horasque diuinas decantantes, vbi maior est ara, venusto & pio aspectu cõspicua. In inferiori vero, secundi ordinis Eremitæ considunt, preces suas taciti persoluentes. atque in obiecto pariete duo sunt altaria, quæ porta distinguuntur media; illaq; angusta, vbi sacerdotes rẽ diuinam peragẽtes audiuntur. Non est admodum sublime tectum, nec longitudini dissonum, vbi sex lampades accensæ ingens lumen præbent. Domunculæ deinde, seu disiunctarum cellarum, numero vigintiquatuor, variati ordines, sub dio constructarum, rebusq; omnibus humana vita necessarijs decenter munitarum, existunt. Est domicilium quodque non amplum, aut sublime, sed correptum, & humile, lateritio opere fabricatum, sed adeo vniuscuiusq; rei negocio suis portionibus accommodatum, vt non minus quam ampla etiam Palatia solent. Cuilibet enim magnifico, ac splendido palatio, tria præcipua, inter alia, notatuq; digna, inesse solent, Oratorium scilicet, Viridarium, & fons. Quæ omnia vnaquæq; domuncula, hoc ordine habet, Est itaque in eius medio situm cubiculum, tabulis abiegnis vndique cinctum. In cubiculo autem ad latus alterum, lectus sternitur Eremitarum paupertati congruens. Tum musæum situm est; tabulis etiam munitum, in quo, sacri generis cuiusq; hices pauci numero, positi sunt libri, quorum lectione spiritus, post pias effusas preces, solamine afficiatur, ac cœlestia vtilius rimari possit. A læuo musæi latere, per fenestram, parum luminis, & id quidẽ transuersum admittitur, ne, nimia eius reflexio, legẽtis aciem oculi offendat. Ante musæi ianuam, mensa versatilis dum non est vsus, parieti adhæret, ne impedimentum præbeat: dum vero opus est cibo, qui per fenestram paruulam mensæ contignam præbetur, demittitur. Ad alterum autem latus, ex aduerso lecti, focus camino subiacet, cuius recto spiraculo fumus in altum euolet, vbi per brumam continuus regnat ignis. nãque præ loci sublimitate, vehemens viget frigus. Caminum penus sequitur, in quo vasa quotidiano vsui necessaria reponuntur. Penum demiq; oratorium adiunctũ est, ad priuatas preces accommodum, & altari, alysq; ornamentis ad id necessarijs instructum. Inter vtrunq; latus, medium locum habet fenestra, ianua cubiculi ex aduerso respondens, quæ hortum expositum spectat. Ante cubiculum autem vnumquodque, ambulacrum ita est constructum, vt animus studio, & contemplatione laxatus, deambulatione refici, & corpus æstuis cœnis recreari, commode possit, ex cuius tecto pensiles vuæ pendent, & alia ibidem fructuum genera seruantur, quæ ieiunantium sunt cibaria. Quod ambulacrum multa habet præterea commoda. nam, & penu habet, vbi ligna reponuntur, ita ad latus constitutum, vt deambulationi nullum præbeat impedimentum, in quo ipso latere, proximus fons in alueolos assidue defluit, in quibus, suos Eremitæ singuli manus purgare solent. Nec desunt singulis domunculis singulis etiam deliciarum horti amœnissimi, muris circumquaque vestiti, animos mira voluptate afficientes, vbi omnium herbarum pulchritudo suauiter redolentium viret, quorum internallo, domunculæ ipsæ inter se disiunguntur, quæ a templo triginta passibus, plus, minusue, distant. Lucidissimi aquarum fontes septem iugiter manantes, & irrigui profluunt.

Et stagna

Et statis annis temporibus, candidissimis montis illius A
iuga nimbis replentur. Tandem vallium quoddam lig-
neum, locum ipsum undique cingit. Circumiacentia
quoque multitudo, & condensatio, summe procerita-
tis virentium abietum, mire quodam ordine unde-
quaque insitarum, nominet, a quarum cuiuslibet pro-
fundissima planta ad verticem usq; sublimis trunci e-
rectio, cum ramorum ab eo pullulantium extensione,
ac relaxatione, frondiumq; perpetuo virore, nescio quid
numinis denotantium, ac representatium, & tanquã
coronam quandam, summo artificio constitam, statu-
entium, oritur. Sed duo inter alia, admiratione, me-
moriaque dignissima, messe hisce vidi abietibus, qua
alijs arboribus, natura omnino denegata sunt. Quorũ
alterum, quod in ipso ortu primo virgultum in cœlum
erigitur vnum, crucis effigiem mire artificio referens,
ex quo vno, qui deinde adnascuntur ramusculi, can-
dem seruant singuli crucis figuram, totamque arborẽ
figillatim complent. Alterum vero, quod a nodis seu
medullis ipsarum validissimis, ac solidissimis, si nodas
ipsos ferro alisquo acuto effodas vel perfores, confestim G
oleum, mire quodam liquore, plurimisq; rebus aptum,
& vile, distillare videbis. Volucrum preterea inibi
insidentium cantilena, dulci melodia concentu, auri-
bus applaudentes resonant. Necnon, salubris, subtilis,
ac reficillantis aeris temperies, ramos ipsos huc & illuc,
placido, amœnoq; strepitu agitantis, sentitur. Quæ o-
mnia, si recte perpendantur, maximum præse ferunt
sanctitatis numen. Nam quod (quaso) aliud, templũ
ipsum dominicum, cum eius sacratissimi corporis per-
petua, internaq; presentia, prefigurat, quam corpus D
nostrum, quod, templum Spiritus sancti est? quod ita
dispositum, ac ab omni prorsus macula mundatum
esse debet, vt Dominus in ipso habitet, ac per gratiam
maneat. Sed neque subsilentia preterire licet duo pra-
cipua, inter alia, pignora sacra, qua, in singulis repo-
sitorijs, ab vtroque ara magnalatere ipsius Templi or-
nate structis, maxima cum veneratione custodiuntur:
quorum alterum, particula quedam est preciosissimi
ligni, in quo, Seruator noster, pro totius humani gene-
ris redemptione pependit. Alterum vero, brachium E
integrum dextrum beatissimi viri Romualdi, Rauen-
nate orti, e Ducum stirpe progeniti, quam plurimis mi-
raculis clarissimi, & perfecta Eremitica vitæ in pre-
nominato monte, totiusq; ordinis Camaldulensis, in
vniuersum institutoris. Qui, licet diuinarum litera-
rum ignarus esset, dum tamen semel (vt solebat) in
extasim raperetur, eam a Patre luminum gratiam
obtinere meruit, qua totum Psalterium memorate bra-
chio, (quamuis non polito sermone) perscriptum, vt
tamen sententijs dilucidaret, ac expositi, vt nil supra:
quod pariter inter alia sacra, non minori reuerentia
merito seruatur. Hic itaq; beatus vir Eremitice vitæ,
quam nonaginta septem annis sanctissime degit, appri-
me cultor, cum die quadam, diuino spiritu ductus, ad
ipsius montis iuga peruenisset, ibiq; planiciem quadam
amœnissimam, campum amabilem olim nuncupatã,
cerneret, laudare tunc cœpit mortales illos, qui, spre-
tis manibus, & caducis rebus, vt melius Deo vacare
possint, simulia eligunt solitudinis sancta loca, a tu-
multuosis negocijs omnino segregata. Qui longo aspero-
que itinere defatigatus, sopore grani perfusus, corru-
scantes scalas, ab ipsius montis vertice ad cœlum vsq;
erectas, & monachos complures fulgentissimos per illas
conscendentes (instar Patriarchæ Iacob) videre me-
ruit. Quare expergefactus, tantaq; visione territus, ad
Dominum effundere preces non cessauit. Accidit autẽ,
vt obuius ei foret nobilis quidam, ac probus vir Are-
tinus, nomine Maldulus, qui (sicut Domino placuit)
eandem rem mirabilem viderat. cumque de ijs inter se
aliquantulum agerent, ipseque Maldulus ea omnia B
diuino nutu euenisse crederet, confestim sanctissimo vi-
ro Romualdo, & locum ipsum, & domum per duo fe-
re milliaria distantem, quam ipse tunc habitabat, qua
apud fontem (quem appellant bonum) constructa erat,
ac in ea hodie religiosum eiusdem ordinis Cœnobium
in Dei laudem erectum est, gratis & libere dedit. Ab
illo nempe Maldulo, Ordo sacer Camaldulensis exor-
dium sumpsit. Post hec, vir sanctus, sacrum ac religio-
sum templum, Episcopo Aretino assensum prabente,
Seruatori nostro dicauit, & quinque domunculas, G
quarum angustiorem inhabitabat, Anno Virginei
partus millesimo duodecimo, construxit, ac Sacram
Eremum Camaldulensem, toto terrarum orbe cele-
brãdam, merito appellauit. Illa autem admirabilis sca-
larum, ac monachorum fulgentium per illas conscen-
dentium, visione, sanctus ipse gloriosus, qui diui Bene-
dicti habitum, in cuius ordinem, & Collegium adole-
scens iuraurat, per multos annos gestauerat, commu-
tatus, colorem indumenti nigrum in candidum vertit,
eademque tenore, continuo seruandum per eius alum-
nos, quos copiose per vniuersũ orbẽ propagauit, insti-
tuit. Qui tandem senio confectus, annum agens vigesi-
mum supra centesimum, ab hac luce ad eternam feli-
cissime migrauit. Eius vero corpus, in eo cœnobio ma-
xima cum veneratione reconditum seruatur, quod
ipse adhuc viuẽs in Picenis insigni oppido Fabriano con-
struxerat. Cuius festum, quotannis tertiodecimo Ka-
lendas Iulias, & in ipsa Eremo, & alijs in locis solenni-
ter, ac pie a Christi fidelibus celebratur. Eius autem
vitæ sanctitatem, ac miracula, quibus apud multos
corruscauit, Petrus Damianus Cardinalis, vir, non
minus religionis integritate, quam diuinarum, huma-
narumq; literarum eruditione preditus, copiosissime
quidem, ac elegantissime descripsit. Floruit etiam eodẽ
tempore, vir, non minori sanctitate preditus, Ioannes
Gualbertus nomine, qui, beatissimo Romualdo &
coætaneus, & astrictissima amicitia coniunctus fuit.
Hic, qui sæpius ipsam sacratissimam Eremũ sua pre-
sentia illustrauerat, cum celebre nomen, ac eximiam
illius sanctitatem, per vniuersos disseminari audisset, F
pia quadam impulsus æmulatione, Vallem vmbro-
sam, per sexdecim milliaria ab Eremo distantem, lo-
cum, aeris amœnitate, multo vere magis, numerosa
sanctorum hominum multitudine insignem, construi-
xit. Qui etiam inter Diuos relatus, non apud Flore-
tiæ gentẽ solum, vbi ortus fuit, verum etiam apud Chri-
stianos omnes, insigni quada religione colitur. Nec lõge
post illũ habuit ætas Romualdus virtutis sua æmulũ paulo
inferiorẽ, Petrũ Vrsiolũ Quirinum, Reipublicæ Venetæ

Ducem clarissimum: qui, amplissimo dignitatis gradu contempto, Romualdi disciplinæ pauper, atq; humilis sese tradidit, nunquam ab eius latere discedens, siue in Galliam, gentesq; alias proficisceretur, siue in Eremo Camaldulensi vitam ageret, donec vita functus, magnum humanæ vitæ contemnendæ exemplum omnibus reliquit. Quem etiam locum illustriorem orbiq; vniuerso clariorem fecit vir Deo charissimus, ac singulari sanctitate admirabilis Franciscus Assisinus: qui, cum prima suæ religionis fundamenta iecisset, Romaq; egressus, in Lauernium montem diuino spiritu duceretur, vbi sacris stigmatibus decorandus erat, in Camaldulensem prius montem, per duodecim milliaria à Lauerna distantem, venit, eumq; locum sua præsentia, ac singularium eius virtutum splendore sacrauit. Cuius rei memoriam seruat etiam hodie domuncula, eodem in loco sub eius nomine constructa, adiuncta proxime illi, quam sanctus Romualdus viuens inhabitauerat. Quam diuis Francisci domunculam, religionis ergo habitare nemo solitus est alius ab eo vsq; tempore, quàm qui toti illi ordini præficitur. Sed quid aliud domuncularum illa varietas innuit, quàm virtutum varietates, quibus Eremitæ ipsi præ cæteris omnibus circundari debent, vt templum Domini decorati virtutibus ingrediantur? Quid insuper aliud denotant horti ipsi, nisi quòd veri Anachoretæ discant, semper in bonis operibus florere, ac suauissimum vitæ bonæ odorem ingiter de se præbere? Quid herbarum odor, pulchritudoue aliud demonstrat, nisi quòd perfectioris vitæ cupidi, angelicam flagranti spiritu redolentes consuetudinem, mirabilem, ac iucundissimum viriditatis bonarum actionum vigorem, omnibus exemplar, adhibere studeant? Quid deinde septem illi cristallini fontes aliud designant, quàm lachrymarum fontes, pro delictis præteritis, ex Eremitarum oculis distillare debere? Nunquid hæc, peculiaris non est Dei maximi gratia, quòd tempus ad ea lugendum nobis cõcedere dignatur? Quid posteà nimis, qua solei mons iste irrorari cœlesti, aliud astruere videtur candor, quàm crebram mentis, & corporis ab Eremitis castitatem seruandam? vt tãdem candido, puroq; corde, dilecto suo sponso in cœlesti monte fruantur. Quid deniq; vallum illud ligneum, locum ipsum circundans, & claudens, aliud insinuat, nisi quòd Eremitarum corpora, præcincta omninò seruari debent, perpetuis castitatis, paupertatis, & obedientiæ muris? qua, potissima ipsorum quis esse fundamenta à non videt? Debemus etiam habere clausos omnes sensus, omniaq; membra nostra custodia perugili, ne vanis, ac inanibus euagationibus huc & illuc diffundantur. Linguam præcipuè, quod membrum, & pernicioſum, & vtile valde esse solet, prorsus habenis firmis refrenare, in his maxime quæ secum animæ lesionem adducunt: in his verò, quæ ad Dominò debitas decantandas laudes, atq; ad assiduum studium spectant, eas relaxare, maximum quidem, & incredibile animabus parat lucrum. Quid aliud præterea, sublimitas, densitasq; illa abietum, quàm assiduam meritis ad Deum, bonorum operum copia circum ornatam quietationem ostentant? Quid ima ipsarum plantæ? Quid trunci erectio? Quid rami expansi, cum cõtinuata frondium viriditate, aliud designare videntur, nisi quòd veri sacri huius loci incolæ, profundissimæ humilitati, cæterarum virtutum plantationi innitentes, à qua truncus, id est, ardens caritas oriens, in cœlum vsq; se erigat, ac penetret, à cuius quidem caritatis trunco nascentes rami, pijs operum non aridis, virentibus frondibus (hoc est) aliis virtutibus floreſcentibus, spe vitæ, è viriditate ipsa designata, cœlumq; ipsum respicientibus associata, ad proximos vsq; æqua lance distendãtur, vt plantata in domo Domini, in atriis domus Dei floreant? Quid rursus aliud, crucis ipsius designationis mysterio commonemur, nisi vt perfecti anachoretica vitæ amulatores, crucem Domini fixe intuentes, illam visceribus totis appetant, & anhelent? Et sicut Dominus ipse noster, eam pro vniuersi orbis salute, patienter, ac sponte supportauit, ita etiam vnusquisque mortalium, suam peculiarem, suimet abnegatione, pro animæ suæ salute, libenter tollat, vt tanti Crucifixi semitis maximo amore inhærentes, ipsum in patria glorioſum, ac immortalem respicere, eoq; in æternum frui digni habeantur. Sed, quid aliud ea olei distillatio præsefert, nisi quòd habitantes locum sanctum Domini, ipsum in ligno suspensum attente, fixeq; contemplantes, veluti ſolidissimum, fortissimumq; æterni Patris nodum, intimis, ac indefessis precibus efflagitẽt, vt tandem exoratus, ex latere suo pretioſissimo, oleum lætitiæ gratiæ suæ saluberrimum cunctis effundens, corda nostra, vnica illius gutta perfundat, ac liniat, vt post hanc vitam, tanto perfusi oleo, gaudentes, & lætabundi ingredi mereamur æternam? Ex ipsis autem abiegnis nodis, globulos diametro perforatos torno, Eremitæ ipsi (vtj vitandi gratia) conficiunt, qui, funiculo transfixi, connexiq; Coronas (quas appellant) pulcherrimas, in Domini nostri Iesu Christi, matrisq; suæ sanctissimæ honorem, constituunt, per eas nempe, Dominicæ orationes, & Angelicæ salutationes enumerantur, quæ, maximo apud magnates, cæterosq; omnes in precio habentur, ac deuoto, pioq; desiderio oblatæ accipiuntur, eo etiam magis, quòd Corona Dominica, ab vno ex senioribus sanctissimæ vitæ Eremitis, Michaele nomine, quondam excogitata, ad commemorationem annorum vitæ Domini, triginta tres orationes Dominicas, & pro commemoratione quinq; vulnerum eius, quinq; salutationes Angelicas ex mente persoluendas, continet. Quam pie, religioseq; persoluentibus, Leo Decimus, Pontifex Maximus, magna ex pretioſissimæ Ecclesiæ thesauro Indulgentiarum munera concesſit, vt ex impreſſis earum Diplomatibus, ac scriptis latè apparet. At quid Corona illa abietum aliud indicat, nisi quòd ipsius celebris situs habitatores, ea vigilantia, omnes suos, & exteriores, & interiores sensus collectos conseruare studeant, vt abs q; vllo angulo, mentis scilicet distractione, ipsam, ad orationis, meditationis, atque contemplationis exercitium solers præparent? Et vt etiam intra hanc abietum Coronam, ad assiduam cum antiquo serpente pugnam, per tentationum virgulem tolerantiam accingantur. Sic enim probati, in extremo iudicio, diademate æterna gloriæ, & honoris, vniuerso beatorum cœtu applaudente, ab immortali

mortali, omnimodo decorabimur Rege supremo. Quid

A situ candido, puritatem mentis, & corporis demonstrante: in cæteris denique humanis gestibus, & actibus,

dissonantes. In loco
manent, in vir-
utisque religiosis
perfecti Eremi
unus cadit, ab
eisque in spiri-
tibus subueni-
montem collo-
rum sancta, ac
orbi, in quibus,
diane omnes a-
ribus lampades
eturam, cuius
fulgore splen-
e, concordia,
enim sit cor vnũ,
ac nolle. Fa-
uncupari iure
pm, tanquam
consugientes,
, tanquam ad
validissimis, ac
& propugna-
nunc: ne cum
ne callidissimis
los penitus, ac
es Domini, qui
gelicas vigilias
em numero, tri-
ud mundi prin-
quandoquidem
entem, ubique
se olim, scan-
suum populum,
ntes, celestem,
oluuntur. Hi
ci Dei Iacob,
ua, omniqua
Christi Ere-
Alij nempe se-
sos) ministerijs
ris initiati, ut
udis assistentes:
, suis in domi-
& vitam du-
rdigenus, San-
anent. Illi sol-
duo, contem-
uo vacant. Sed

discordiarum atque regionum fines omnium valide, atque urbani, insontes charitatis amatores, in dictis veraces, corde mundi, spiritu puri, conscientia recti, morum vitaque disciplina inclyti, in incessu, gressuque graues, in loquela canti, inter eos submisse, acrara voces, in aspiciendo, oculorum euolutione seuera remissi, in victu parcissimi, ut dormitione temperati, ac in ve-

, sedem thro-
numque Dei, vbi Hierarchiæ tres, perpetuis mirabilia opera eius laudibus extollentes, insistunt sacro suo vniendi ordine præfigurant. Et vt omnia dicã: Abhorrẽt maxime a diua Eremo dissensiones omnes, seditiones, cõciliabula, loquacitas, irrisiones, susurrationes, vaniloquia, & mendacium, adulationes, blãdimẽta carnis, immoderecũdia, ipudicitia, simulationes, ac subornationes:

murmu-

murmurationes, detractiones, odia, ac humana omnes abiectaque affectiones, ventris ingluuies, crapula, otiositas, & somnolentia, inanis gloriæ ambitus, elationes, petulantia, emulationes, ac hypocrisis simulata species, profana conuersationes, munuscula, curiositas, corporea mollities, & alia id genus, qua longum esset recensere. Quæ omnia, aliena admodum, valdeque absurda Eremi incolis sunt, Eremoq; ipsi repugnantia, indigna, & magnopere dissona, nequaquam enim talia patitur, neque permittit. quin potius huiusmodi cõtagioso morbo infectos, a se (quemadmodum mare cadauer) protinus expellit. O sacra Camaldulensis Eremorum Eremus! Quingentis quinquaginta & eo amplius annis, a tua erectione primæua ad hæc usq; tempora, mirabili immutatione, frugifera vitæ incredibili augmento, ac diuino suffragio laudabiliter perdurans. Optimam certe (instar Magdalenæ beatæ) partem tibi elegisti. O cæterarum Eremorum princeps, siquidẽ in te perfecta solitaria vita conuersatio, a tanto Sancto, quasi fertilissima vinea instituta est. Corona celsior. Fœcunda mater, tales parturiens, & congerens filios hæredes regni Dei. Pia nutrix, talem alens sobolem. Omile sanctum, tali esca pascens oues. Amplissimus nidus: tales volucres continens, empyriacam musicam mira cõcentu resonantes. Tellus pinguis, eximias producens fruges. Viridarium odoriferum. Pomarium amœnissimum. Salutis mediatrix. Bonorum collectrix. Renouatrix morum, hominumque tanquam ignis auri excellens purgatrix. Inimica malorum. Æmulatrix bonorum. Reformatrix vitiorum. Lethalium vlcerum singularis curatrix. Orationis, meditationis, atque contemplationis fulgentissima officina. Virtutum, bonarumq; disciplinarum laureata sobola. Religionum caput. A te aliæ edocentur, & ad te tanquam primatem, ordinum omnium Religiosi libere confluere possunt. Paradisus terrestris, cœlestem sapiens. Hortus conclusus, supernum redolens. Ianua cœlica. Magistra optima, cælesti eruditione discipulos instruens. Perfecta arbor, perfectos procreans fructus. Promissionis terra. Domus Dei. Instorum possessum, sacratus locus, charitate plenus. Arca pietatis. Ad te accedentes consolatione replentur. Euntes, ac redeuntes, alacres in te receptaculum inueniunt, Gratis victum eis, ellumque ardenti quidem pietate subministras. Ægrotos quosque hospitaris, eisq; mederis. O sacrarum sanctum, æterna laude dignum, famulos Domino purificans. Fortunati, qui in te commorantur, tot bonorũ vbertate fœcundi. Inter seruos Dei in te nunc vitam degentes multi seniores sunt, & capitis canicie, & niueis venerandis barbis, oblongis, complicatis, & impexis, rugosis frontibus, ac prominentibus supercilijs, ea tamen sanctitate, pietate, vitaq; integritate præditi, vt velis nolis quisquis nouus es Eremi cultor, eorum vita approbata exempla, ac venerandus aspectus, te commouebunt, ad ipsorum gressus in via Domini imitandos. Præsertim tamen, viri Dei Samuel, & Syluanus, alijs dignitatis honore notabres, atque eminentiores, in ipsa Eremitica solitudine, a multis hinc annis magna cum laude versati, qui plane, quasi duo magna ipsius diua Eremi luminaria sunt, a quibus, cæteri Eremitæ, tanquam stellæ fixæ, vitæ sanctæ splendorem merito suscipere possent. Sed ipse Syluanus, vir, non minus diuinarum literarũ eruditione, quam vitæ sanctitate præclarus, sermocinationes, ac documenta super lectione Euangelica, vtilia valde, & salubria, ad vitæ ipsius Eremiticæ perfectionem indagandam, priuata, ac interpolatis diebus publica, summo spiritus feruore, & charitatis ardore, tyronibus sacris, cæterisque omnibus ingenioſe admodum, & pie edisserit, atque dilucidat. Sub cuius disciplina, illustrem admodum sacrum hunc locum, vitæ sanctæ splendore facit Ambrosius Mencata, præclaræ indolis iuuenis, clarissimi Comitis Astonæ, citerioris Hispaniæ frater germanus. Qui, ex vetustissima, illustrissimaque, & Moncata, & Cardona Ducum familia originem trahens, spretis mundi huius diuitijs, eiusque illecebris, vt diuinis obsequijs melius vacare posset, summo omnium exemplo, in eius ætatis flore, sanctæ huic solitudinis loco, in eius habitationem, ac requiem, elegit. Sed quid dicam de Ioanne Baptista Nouariensi, patre nimirum, religione, ac pietate insigni? Qui, cum olim in hoc procelloso seculo, diu artem militarem maxima certe cum laude apud primates quamplurimos exercuisset, vt verus Christi miles fieret, ad ipsam sacratissimam Eremum celeriter confugit, imbique vitam solitariã admirabili quadam perseuerantia per multos annos degit. Cuius eximijs meritis, sanctitate, ac singulari prudentia, Religiosi omnes Collegy Camaldulensis commoti, in eiusdem ordinis Generalem, & Prĩcipem cõmuni omniũ accedente consensu, ac magno etiã applausu suffectus est. Cuius quidem ordinis, vitæque degendæ rationis normã, nouis quotidie, ac pernitilibus institutis ampliat, excolit, atq; perlustrat. Supra horum aũt grauissimorum virorum, aliorumque laudabilem solitudinem (quæ non modica est) summis etiam laudibus efferendam esse censeo, vastam illam, assiduamque Cornely viri religiosissimi solitudinem, quam, in vna, ex ipsius Eremi cellulis conclusus, sub perpetuo silentio, ac vitæ perspicuo fulgore, viginti annis & vltra transigit. Quem, cum videre, & alloqui, mihi permissum esset, ea fuit animi voluptate perfusus, tum ex venerabilis illius ac senilis aspectu, tum etiam ex piis monitis, vitaq; christianæ religiosis institutis, de quibus me, pro sua humanitate, certiorem fecit, vt vix plura grauiora, a Serapione illo viro sanctissimo, & antiquissimo, audire possem. Ipsi autem, cæteriq; omnes, non immemores cælestis beatitudinis, omni studio, ac sollicitudine, die, nocteque, offerendis Deo summo hymnis, & laudibus, cum cæremonijs sanctissimis, feruido concursu, imbribus cadentibus, nunquam desecus, ventorum sæuitia, ac vehementi frigore vndequaq; postpositis, septies in commemoratum templum, quolibet anni tempore conueniunt. Ibi silentia sacra deuotissime celebrantur. Ibi variæ orationes, interni peccatorum dolor, cum gemitibus, lachrymosis oculis, suspirijs, atque singultibus, ab intimis exeuntibus præcordijs, frequentantur. Modus autem singularis, Eremoque dignus, quo in præfatis Hymnis, ac Psalmis decantandis continuntur in choro, quem non moueret ad plane fatendum, locum istum sanctum esse? Senties nempe

nempe (vtroque sibi alternatim respondente choro) resonantem quendam inter psallendum, ac pene diuinum concentum: voces scilicet quasdam, sonoras, planas, mediocres, æquales, atque deuotas, vnicam ceu proferentes vocem, planctum potius quàm cantum sapientes, Tale vtique Eremi incolæ munus legendi, non autem canendi esse debet. Ad hæc, dimidium quisque quotidie, totum vero certis diebus Eremita apertus, sed conclusus, integrum semper Psalterium legit. Quis præterea negaret, quo tempore religiosi ipsis, sub tetra, obscuraque nocte, ad templum matutinis laudibus persoluendis, quas semper stantes, cum aliis canonicis horis, nec sedibus vnquam innitentes decantant, ire contingit, videns eorum quem libet, a singulis seorsum sibi deputatis cellulis, recta cum accensis in manibus facibus, sub dio incedere, sanctorum illorum Eremitarum antiquorum, in desertis montibus iampridem degentium, non agere personas? Toto insuper satagunt animo, Regulas, & Instituta sacra, per seruos Domini Benedictum, & Romualdum, diuino eius spirante flamine sancita, ac per eius in terris Vicarios, confirmationis munimine roborata, omi solertia adhibita implere: quorum obseruantia plena, mercedem æternam absque vllo dubio animabus nanciscitur. Sed ex omnibus præcipua, dignaque obseruatione, sancta silentij est, & lingua inuiolabile silentium. Multiloquio namque, mendaciorum deesse non solet, & ex sermone mutuo, etiam vltra debitum agendi, quæq; licentiam facile pariit. Pronus est sensus ad malum, qui, verborum stimulis adeo concutitur, vt qui silentij virtuti resistit, sermone concidat, & ad iniquitatem declinet. Quoniam vero communes de rebus diuinis sermocinationes, vitæ spiritalis institutum non parum promouere possunt, fieri nonnũquam silentij remissio aliqua solet; vt hyemali tempore, duobus, æstuo autem, etiam tribus hebdomadæ diebus, mutua inuicem Eremitis de rebus sacris habere colloquia liceat. Ieiunij præterea cuiuscunq; generis formam seruant, sed & illud præsertim, quod pane tantum, & aqua constat (quæ infantum esca esse solet) apud illos solenne habetur, terq; in hebdomada, aduentus, quadragesimæq; tempore, super nudo solo, pedibus etiam nudatis sedentes illud celebrant. Per reliquum anni tempus, octauo quoq; die, qui per hebdomadas sigillatim, passioni Dominicæ ascribitur, id ipsum singuli in singulis cellis, absque transgressione, sereno vultu obseruant. Quid plura? È mensib. anni duodecim numero, nouem integros, recto facto calculo, his variatis vicibus ieiunant. Accommodum valde carnis mortificationi adiumentum, est ieiunium, vt inde vocalis, ac mentalis orationis sancta exercitatio (quod præcipuum est, ac primum religiosæ vitæ præsidium) alacriori, libentioriq; fiat animo. Ex illa abstinentiæ forma, discant Eremi sacra cultores, se ad infantilem innocentiam, per mundam, sanamque conscientiam reuersuros. Quo tempore vero non ieiunant, eam in victu parsimoniam seruant, vt videntes in maximam admirationem prorumpant. Ab esu carnium continuè, nisi infirmitatis tempus (idque extra Eremum, & ligneas etiam cruces) aliud postulare videatur, perpetuo abstinent: me, ciborum pondere, corpus circa spiritualia, graue, minusque aptũ reddatur. Intra ligneas illas cruces, ab antiqua Eremi institutione, perpetuus omnibus carnium esus, & mulieribus ingressus inuiolabiliter interdictus. Transgressores autem anathemati subiacent, cuius absolutio non ab alio, quàm a summo Pontifice impenditur. Nec ab re (puto) erit, hic obiter enarrare, quæ mihi Syluanus Eremita senior, vir quidem grauissimus, inter loquendum, sæpius dixit. Mariam scilicet (si recte memini) Medices illustrissimam, Leonis Decimi Pontificis maximi propinquam consanguineam, olim eximio, sacrũ hunc videndi locũ desiderio captã. Idq; amplius ferre non valens, vt voti esset compos, ac rem securius efficeret, propriis exuta vestibus, viri induimenta assumpsit. Quadam vero die, a quibusdam sibi intimis associata, in eum locum intrauit, illumq; vndique circuiuit, & animũ visu tantopere optato expleuit. Postea vero pœnitentia ducta, videns se anathematis vinculo innodatam, Romam adire decreuit. Quæ ad summi Pontificis pedes prouoluta, rem omnem (non absque lachrymis) ei narrauit. Quam Pontifex, præuia correctione absolut, ea tamen lege, vt in eadem sacra Eremo splendidam domunculam suis sumptibus constrũi faceret: quam ipsa, magnificis quidem lapidibus ornatam, una cum religioso oratorio, diuo Ioanni Baptistæ Florentiæ patrono dicato, erigi curauit: quæ merito inter alias domunculas primatum tenet. Retulit mihi etiam idem Syluanus, Clarissimã Eleonoram a Toleto, Cosmi Medices Florentiæ, ac Senarum Ducis maximi vxorem, non minori desiderio almum hunc videndi locum accensam, amplissima diplomata a Pio Quarto Pontifice maximo, ingrediendi quauis etiam secretiora loca obtinuisse. Cumq; die quadam, huic suo desiderio satisfacere vellet, montis ipsius iuga ascendere cœpit. Cui, iam iam ligneis crucibus proxima, Syluanus ipse (qui rem præscierat) data opera obuius occurrit, vt eius animum ab ingressu reuocaret. Cuius monitis, ac suasionibus, Eleonora, sententiam, non absque maxima omnium laude, & lætitia, mutauit, nolens, cum posset, tam laudabile, & antiquum institutum transgredi, quinimo, ipsius diuæ Eremi eadem sacram, preciosis quidem vestibus, vt Christo Domino placula soluantur, ornauit. Ouis, piscibus, caseo, & fructibus Eremitæ ipsi parcissime vescuntur, aluntur concoctis herbis, & leguminibus, panis est illis non admodum exquisitus: vinum debile, sed salubre. Augent etiam hunc austerioris vitæ rigorẽ, quod in cibo capiendo, mensam communem non habẽt, sed seorsum singuli, extra aliorum consuetudinem, in suis cellulis cibum sumunt, quamuis hæc priuata a mẽsa lex non est adeo apud illos perpetua, quin solennioribus anni diebus, qui sunt omnino duodecim, fouendæ charitatis gratia, in communem refectionis locum conueniant. Ex his omnibus, facile quisque comprehendere potest, corpore os Eremitæ sensus in nulla re oblectamentum sumere. Nam, si ab oculis, tanquam in sublimiori capitis parte sitis, incipias, nihilq; quod eos delectet inuenies. Quia, si ipsos extollant, nudum aspicient cœlum: si deprimant, siccam terram: si circumspiciant, nil præter summos erectas arbores cernent.

At vero

At verò spirituales eorum sensus, hoc viuendi genere exercendent: ex quorum elevatione in cœlum, creatorem, ac beatitudinem ad quam creati sunt: ex submissione verò, terram à qua orti sunt, ad quam reuertentur, contemplantur. Sed ex arborum circunspectione, eundem ipsum creatorem considerant, cuius inuisibilia per ea quæ facta sunt, à creatura mundi intellecta conspiciuntur. Aures pariter, nil quod eas recreet, audiunt: sed spirituales, eximio afficiuntur melodiæ concentu, dum diuinæ laudes in templo Domini, raro quodam, deuoto, ac penè diuino persoluuntur modo, cuius generis musices, nihil est in orbe, quod comparari vlla ex parte possit. Audiunt etiam inter loquendum, mirabilia de lege Domini documenta, ex quibus, totus accenditur homo in eius amorem. Naribus autem, qualis odor prouenerat, iudicet vnusquisq; cum nullo vnquam suauitatis odore reficiantur: redolent tamen sanctitatem, ac pietatem maximam, quæ omnem perfecti opobalsami liquorem odoriferum, atque preciosa aromata longe transcendit. Gustus insuper, quam sentiat suauitatem, satis aperte superius intellexisti, at spiritualis, inenarrabilem saporem, ex diuino cibo quem frequenter degustat, percipit, adeo vt, qui hunc mirabilem gustum experitur, omnino alium humanum quenq; exosum habeat. Postremo, qualis possit esse tactus, ex premissis latè constat, quoniam si cæteri nobiliores sensus hisce rebus semper occupantur, necessario sequi debet, vt manus, & pedes, ne in vno quidē apice, ab illorum sancto, & perfecto tramite discrepent: sed concordes circa diuina obsequia exerceantur. Quiescunt præterea in eadem sacra Eremo multorum corpora, quorum anima æterna fruuntur gloria, præcipuè tamen aliquorum corpora, distinctis sepulchris recondita, cum veneratione ibidem seruantur, qui multis miraculis corruscarunt. Fuit præsertim vir quidam eximia sanctitate præditus, Leonardus nomine, qui, cum secundi ordinis tunc esset, per multos annos occlusus mansit. Hic Cardinali Hugolino, magnæ sanctitatis viro, qui ad sacram Eremum, vt rebus æternis melius vacaret, confugerat, dum in diuinis quotidie ministraret, prophetico ductus spiritu, cum quadam die, illi sacram rem peragenti (more solito) ministraret, pedes eius deosculatus, creaturum Pontificē summum illum prædixit, ac propediem adfuturos, qui illum Romam à Collegio Cardinalium missi euocarēt: quod ita euenit, & Gregorius nonus postea appellatus fuit. Qui, cum pararet discessionem, cupiens optimum hunc ministrum secum Romam ducere, pro viribus id ab eo impetrare contendit. Hic tamen, id admirabili humilitate recusans, summis precibus petijt, vt sibi liceret in eo domicilio reliquum vitæ tempus peragere, in quo ipse olim Cardinalis diuinis rebus intentus, inclusus vixerat, quod ab eo humanissimè impetrauit. Cumq; hinc ad meliorem patriam vocaretur, eius anima visa fuit in sphæra ignea splendidissima ad superos auolare: & campana eiusdem Eremi intacta, in ipso animæ egressu sua sponte sonum edidit. Eius verò corpus in eo sacello reconditum est, quod ab illo ipso Pontifice, in beatæ virginis laudem constructum, etiā nunc sub eiusdem Pontificis titulo manet. Neq; minus illustrem, sacrum hunc locum fecit, vir admirabili sanctitate Peregrinus, cuius sanctitati, cum vehementer inuideret communis humani generis hostis, suis illum artibus ita aliquando impugnauit, vt à vitæ illius cœlestis vertice, ad seculi blandimenta vrgeret: quem sane præcipitem egisset, nisi Angelus à Deo missus, ad seculū properanti sese ostendisset, qui illum non solum oratione & monitis ad Eremum reuocaret, sed etiam diuinarū rerum contemplationibus mentem imbueret, & illustraret. Quas Eremita contemplationes scriptis exceptas, etiam hodie retinent, & antiqua Patris sancti monumenta, legenda omnibus exposuerunt, ad aram templi maiorem, vbi ipsius corpus conditum magna veneratione seruatur. Iuxta quod corpus etiam Michaelis magnæ sanctitatis viri, cum veneratione seruatur. Hic, coronam Dominicam, quam superius dixi, instituit. Cuius vitæ sanctitatem, referunt etiam hodie calispodij, seu lignei socci, quibus ipse dum erat inclusus, loco calceorum nudis pedibus vtebatur, in illorū nempe superiori parte, qua plantas pedum respicit, earundem plantarum effigies perinde ac in massa, ex diuturno vsu impressæ sunt. In cuius rei memoriam, sub altari oratorij domuncule, quam ipse olim occlusus habitabat, meritò seruantur. Vnum autem illud, quòd ex aliorum Eremitarum ossibus, in communibus cryptis quiescentibus apertè conspicitur, haud tacendum puto: quod scilicet, nullo vnquam tempore, ossa ibidem inclusa, nuda, simpliciq; tecta tabula, fœtorem quempiam, quo alia vt plurimum inficiri solent, à se emittant: quinimò, si tabulam ipsam remoueas, senties suauem inde naribus prouenire odorem. Quod quidem argumentum est potissimum, eorum socias, nempe animas, gloriæ perpetuæ fragrantia recreari, & minimè pati, vt corpora, quæ eas, dum in hac mortali simul coniungerentur, adinnumera lucranda merita adiuuerunt, fœtori, putredinique subiaceant, sed quæ tribulationum socia fuerunt, vt consolationum sint etiam participātia, æquū est. Quòd si hoc inaridis apparet signum, quale fuisset in viridibus, iudicet quisq; pius spiritus. O Terra sancta, sancta etiam & non putrida continens ossa! Hæc sunt verè ossa illa arida, quæ audiuerunt verbum Dei, illudq; custodierunt, hæc eadem in nouissimo die, audient illud dulcissimum verbum: Venite benedicti, percipite regnum, quod paratum est vobis ab origine mundi. Hæc dixi, vt superstites, quantum in nobis sit, imitari conemur, & cū illis ita conuersemur, vt sancti efficiamur. Diuorum autem animas oremus, vt intercedant pro gratia quā optamus habenda. Sunt insuper ibidem, quamplurimarum indulgentiarum gratia, eadem numero quæ sunt in Alma vrbe, per diuersos Domini in terris Vicarios, de preciosissimo ecclesiæ suæ thesauro concessæ. Sacrosancta itidem Sacramenta, quæ in animarum medelam reliquit, frequentantur: Sacra videlicet confessio, & eius sacrati Corporis digna susceptio, quibus adhærens, vnus secum euadit spiritus. Quæ, si digne suscipiantur, inexplicabile oblectamentum, inenarrabilem iucunditatem, ac incredibilem animæ tranquillitatem secum afferunt. Plurimorum item sacrorum Doctorū inscriptis lectiones prouidæ, & vtiles documenta, ac

vitæ

vita circunspecta exempla quamplurima, ad mentis nostræ proficuam eruditionem, in ipsa sacra Eremo sunt, vt percurramus ea, & legẽ Domini ante oculos semper geramus, necnon quam in eius laudem profitemur normam. Recentiora documenta reuoluamus, perlegamus, & imbibamus, nobis nanque summopere conuenit. Quæcunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & scripturarũ consolationem spem habeamus. Hæc sunt, quæ de sacratissima, ac celeberrima Eremo Camaldulensi, præ nimio gaudio, & animi tranquillitate inde accepta, commemorare in hoc primo libello statui. Quæ, licet a me pro veritate enarrata sint, non tamen eo dicendi studio, ornatuque oratione (fateor) celebrata, vt res ipsa exigere videbatur. Deus optimus maximus, nobis omnibus gratiam suam impertiri dignetur, qua, gradatim ab hac lachrymarum valle, in montem sanctum eius ascendamus, in quo, cum ipso æterna fruamur requie. Amen.

SPIRITALIS MEDITATIONIS

LIBER SECVNDVS.

Qui conuersionem peccatoris ad Eremum Camaldulensem adeundam, eiusque vitæ rationem habendam, paucis complectitur.

IMmensa potentia! O inexplicabilis Sapientia! O ardentissima Charitas! Sancta, & indiuidua Trinitas, vnus Deus, & Dominus meus! Aperi (obsecro) abiecti huius vermiculi, sed creaturæ tamen tuæ, labia, vt labore meo prodeant, si minus digne, at certe debitæ gratiarum actiones, pro tot tantisq; donis, quibus animam meam, tua benignitate, ab initio creationis suæ, decorare non dedignatus fuisti. Sed vnde exordium sumam, penitus ignoro. Ergo adminiculo egeo? Egeo sane. Ecquis mihi illud præbere poterit, nisi tu solus, verus bonorum largitor vniuersorum, fons, & origo? A quo, tanquam a magno & lato æquore, munera omnia, tanquam a scaturiente fonte, assiduæ gratiarum infusiones, tanquam ab inexhausto puteo, gratuita dona pleno illapsu procedũt. Ad quem, nisi ad te, Paraclete Spiritus, cui æternum Spiraminis idioma, meritò tribuitur, confugiam: vt mentem meam illustrans illumines, tuoq; diuino rore reficias, ac robores, quo suffultus, depravatas vias meas in directas redigam, & aspera quæque, quæ pro tuo nomine patiar, in plana, ac mellissua conuertam, denique vt grato animo, tot in me collatis beneficiis, si non omnino, aliqua certe ex parte respondeam? Interpide igitur, diuino afflatu tuo instinctus, ac irradiatus, & sub vmbra tua, clypeo vnæ fidei, ac lorica charitatis ardentis, & galea firmæ spei armatus, te ductore, tuaq; eximia charitate fretus, ad illa enumeranda sigillatim accedam, vt per ipsorum enumerationem, animus, qui languidus prorsus iacet, tua dilectionis confirmetur minimine, soluatur q;, & crebro ea mente reuolues, a te gratis fuisse concessa intelligat, & intelligendo vere credat, & credendo constanter in te speret, & sperãdo, te toto corde, totaq; mente, ac ex omnibus viribus diligat. In primis itaq;, tibi Deo meo, summo, ac sempiterno gratias ingentes ago, pariterq; habeo (quando referre non possum) de creationis meæ munere, quo, exuberante misericordia tua, me, hominem ad tui imaginẽ, non iumentum, plantam, lapidem ve creare, nullis meis intercedentibus meritis, dignatus fuisti, variis donis præditum, animaq; potentijs ornatum, vt recte illis (vt par est) vtendo, eas in te vnum, extremũq; omnium finem, recta mentis acie dirigerẽ. Præterea, tui me pretiosissimi sanguinis effusione redemptum, a dominio Sathanæ, cui originali culpa obnoxius eram, sacrosancto Baptismatis lauacro, eruisti. Deinde, ad veram tuæ purissimæ, ac simplicissimæ substantiæ agnitionem, per sanctam fidẽ duxisti, vt inde, omni macula emundatus, beatifica perfruitione perpetuum visione tua valerem. Nec his contentus, me, bonis etiam caducis carere, pro charitate tua immensa noluisti, vt commodius, te solum, verũ, ac sempiternum Deum, & quẽ misisti Christum Dominum, adorarem, benedicerem, prædicarem, perfectius diligerem, totoq; mentis posse te affectu anhelarem. Me etiam, in huius seculi pelago, multis, innumerisq; beneficijs, tua liberalitate quasi ones beare soles, donasti, vt tibi dignum, debitumq; seruitutis exhiberem obsequium. At ego, beneficijs tantis immerito abs te decoratus, ea ipse, tanta largitatis parũ memor, intelligere renuo, & rectum a te effectus, plurimis me implicui quæstionibus, & tanquam in mẽtem factus, donis hisce omnibus sum abusus. Te sapissime Deum, creatorem meum dereliqui peccando, & a quo bona illa susceperam, ad creaturam vultũ impudenter conuertens, verti tibi terga domino Deo, & Seruatori meo, diuinisq; spiraminibus obicem ponens, diuinæ gratiæ respondere spreui, eiq; proterua cervice restiti. Dissipaui etiam omnem substantiam mihi a te donatam, ætatis scilicet meæ florem, pretiosumq; tẽpus inaniter, & (quod his peius) te offendendo consumpsi. O me vere miserum! O me infœlicem, candida illa veste exutum, & caliginosa, tetraq; magnis meis demeritis indutum! Quot & quanta circo enormia, in tuam splendidissimam Maiestatem scelera aausi? quorum profecto quodlibet, etiam minimum, grauissimas a me pœnas, in tenebris exterioribus summo iure exigebat, nisi misericordia tua, qua humanam omnẽ mentem longe superat, secus constituisset, ne, quam tanto precio redemerat, anima periret. Tetigit sane me tua misericors manus, qua, per corporis vexationẽ, intellectum profunda caligine obtenebratum, paulatim inciperes irradiare, vt veluti mons tactus fumigarem. O tactus fœlix! O vexatio sancta! O Ancora beata, quæ sensuum meorum effrenatorum, ac animæ nauseulam, continuatis vndis agitatam, periclitantem, ac pene mersam, catenis suis firmissimis, validissimisque, immobilem, ac tutam reseruauit!

gentis veterem disciplinam, legesque sacras cognoscerem, vnde vitæ sanctæ degendæ rationis splendor ortũ habuit. Ante illius tamen accessum, dum montem illum innumeris hinc inde summæ proceritatis virentibus abietibus ornatum conspicio, statim in mẽtem venit, illa antiqua sanctorum patrum vita, quam in desertis montibus, & speluncis, in sancta illa solitudine Ægyptia degebant illi, quo magis in eius amorem, maximo quodam pietatis feruore accendebar. Sed ilum ad ipsius Eremi descriptionem, diuinis auspicijs descẽdamus. Est mons in vertice Apennini, qui in Hetruriæ finibus prominens, ipsam a Flaminia disterminat, & vtrunque respicit mare, Tyrrhenum scilicet, & Adriaticum, ab Vrbe Florentia triginta passuum millibus distans, qui prægrandis est & valde saxosus, & pra eius asperitate ascensu difficilis, ac per giros ineris, duorum (ni fallor) milliarium spacio superatur. Eius autem maior pars, copioso abietum nemore plena est, quarum summa altitudine cœlum occultatur. Vltra eius medium, ad singularum viarum terminos, singulæ etiam lignea Cruces erectæ sunt, quæ a sacra Eremo quinquaginta passibus, plus, minusue, distant. In huius montis cacumine, planicies quædam est amœnissima, in qua, sacra illa, gentiumque pene omnium fama celebris, Eremus Camaldulensis sita est. Quæ, figuram habet quatuor laterum, quorum duo opposita ex lapidibus structa, sunt recta, & inter se inæqualia, (superius enim quod septentrionem spectat, brevius est, inferius autem quod meridiem respicit, longius) reliqua vero duo ex tabulis composita, sunt quodammodo partes circulorum, vt perspicue delineata figura superius indicat. Ante eius ingressum, sese offert quoddam exiguum, ac religiosum sacellum, opere lateritio constructum, diuo Antonio Anachoretarum lumini dicatum, in quo, quotidie res sacra fit. Sacello adhæret ianua Eremi, eodem opere fabrefacta. In medio fere Eremi, religiosissimum templum, in quo Christum dominum precantur omnes, erectum est, intra quod, eius verum, ac sacrosanctum corpus, sub specie panis, inenarrabili mysterio reconditum seruatur. Non amplum est, aut splendidum admodum templum, sed subobscurum; ac exiguum, ex lateribus, ligniſque abiegnis conditum, diuinis laudibus persoluendis accommodum, & supellectilis ornamentisque satis ampla: quæ omnia, sanctitatem potius redolent, & spiritalis vitæ profectum, quam splendorem magnificum. Figura est oblonga, orientem capite spectãs, sine vllo columnarum, aut fornicum apparatu. Porta ipsius supereminet Horologium, planum, & decorum, vbi solis cursus per horarum spacia, lineamentis distinctus gratissime perspectatur. In primo templi ingressu duæ sunt cellulæ, ianuæ proximæ, in quibus, per noctem venientes Eremitæ, faces, cothurnos, & indumenta, quibus pra nimio frigore inuoluuntur ideponunt: nam quisque a suo domicilio, bruma tempore sub dio, & sæpius calcatis niuibus eo vsq; progreditur. Totum vero templum medio sectum est pariete, qui choros duos distinguit: superiorem ingrediuntur primi ordinis Eremitæ, suis singulis subsellijs in orbem positis assidentes, rem sacram celebrantes, horasque diuinas decantantes, vbi maior est ara, venusto & pio aspectu cõspicua. In inferiori vero, secundi ordinis Eremitæ considunt, preces suas tacitis persoluentes. atque in obiecto pariete duo sunt altaria, quæ porta distinguuntur media; illaq; angusta, vbi sacerdotes rẽ diuinam peragẽtes audiuntur. Non est admodum sublime tectum, nec longitudini dissonum, vbi sex lampades accensæ inge lumen præbent. Domunculæ deinde, seu disiunctarum cellarum, numero viginti quatuor; variati ordines, sub dio constructarum, rebusq; omnibus humanæ vitæ necessarijs decenter munitarum, existunt. Est domicilium quodque non amplum, aut sublime, sed correptum, & humile, lateritio opere fabricatum, sed adeo vniuscuiusq; rei negocio suis portionibus accommodatum, vt non minus quam ampla etiam Palatia solent. Cuilibet enim magnifico, ac splendido palatio, tria precipua, inter alia, notatuq; digna, inesse solent, Oratorium scilicet, Viridarum, & fons. Quæ omnia vnaquæq; domuncula, hoc ordine habet, Est itaque in eius medio situm cubiculum, tabulis abiegnis vndique cinctum. In cubiculo autem ad latus alterum, lectus sternitur Eremitarum paupertati congruens. Tum musæum situm est; tabulis etiam munitum, in quo, sacri generis cuiusq; licet pauci numero, positi sunt libri, quorum lectione spiritus, post pias effusas preces, solamine affici, ac cœlestia vtilius rimari possit. A læuo musæi latere, per fenestram, parum luminis; & id quidẽ transuersum admittitur, ne, nimia eius reflexio, legẽtis aciem obuli offendat. Ante musæi ianuam, mensa versatilis dum non est vsus, parieti adhæret, ne impedimentum præbeat: dum vero opus est cibo, qui per fenestram paruulam mensæ contiguam præbetur, demittitur. Ad alterum autem latus ex aduerso lecti, species camino subiacet, cuius recto spiraculo fumus in alium euolet, vbi per brumam continuus regnat ignis. hanc quæ pra loci sublimitate, vehemens viget frigus. Caminum penus sequitur, in quo vasa quotidiano vsui necessaria reponuntur. Penui demiq; oratorium adiunctũ est, ad priuatas preces accommodum, & altari, alysq; ornamentis ad id necessarijs instructum. Inter vtrunq; latus, medium locum habet fenestra, ianuæ cubiculi ex aduerso respondens, qua hortum expositum spectat. Ante cubiculum autem vnumquodque, ambulacrum ita est constructum, vt animus studio, & contemplatione laxatus, deambulatione refici, & corpus æstuis cœnis recreari, commode possit, ex cuius tecto pensiles vuæ pendent, & alia ibidem fructuum genera seruantur, quæ ieiunantium sunt cibaria. Quod ambulacrum multa habet præterea commoda. nam, & penu habet, vbi ligna reponuntur, ita ad latus constitutum, vt deambulationi nullum præbeat impedimentum, in quo ipso latere, proximus fons in alueolos assidue defluit, in quibus, suos Eremitæ singuli vasculos purgare solent. Nec desunt singulis domunculis singulæ etiam deliciarum hortuli amœnissimi, muris circumquaque concluſi, animos mira voluptate afficientes, vbi omnium herbarum pulchritudo suauiter redolentium viresci, quorum intermallo, domunculæ ipsæ inter se disiunguntur, quæ a templo triginta passibus, plus, minusue, distant. Lucidissimi aquarum fontes septem iugiter manantes, & irrigui profluunt.

Et status

Et statis anni temporibus, candidissimis montis illius A
iuga nimbis replentur. Tandem vallem quoddam li-
gneum, locum ipsum undique cingit. Circumiacua
quoque multitudo, & condensatio, summae procerita-
tis virentium abietum, mire quodam ordine unde-
quaque insitarum eminet, a quarum cuiuslibet pro-
fundissima planta ad verticem usq; sublimis trunci e-
rectio, cum ramorum ab eo pullulantium extensione,
ac relaxatione, frondiumq; perpetuo virore, nescio quid
numinis denotantium, ac representantium, & tanquã
coronam quandam, summo artificio constitam, statu-
entium, oritur. Sed duo inter alia, admiratione, me-
moriaque dignissima, messe hisce vidi abietibus, qua
alys arboribus, natura omnino denegata sunt. Quorũ
alterum, quod in ipso ortu primo virgultum in cœlum
erigitur vnum, crucis effigiem mira artificio referens,
ex quo vno, qui deinde adnascuntur ramusculi, ean-
dem seruant singuli crucis figuram, totamque arborẽ
sigillatim complent. Alterum vero, quod a nodis seu
medullis ipsarum validissimis, ac solidissimis, si nodos
ipsos ferro alsquo acuto effodias vel perfores, confestim G
oleum, mire quodam liquore, plurimusq; rebus aptum,
& vtile, distillare videbis. Velucrum preterea inibi
insidentium cantilena, dulci melodia concentu, auri-
bus applaudentes resonant. Necnon, salubris, subtilis,
ac refocillantis aeris temperies, ramos ipsos huc & illuc,
placido, amœnoq; strepitu agitantis, sentitur. Quæ o-
mnia, si recte perpendantur, maximum præse ferunt
sanctitatis numen. Nam quod (quaso) aliud, templũ
ipsum dominicum, cum eius sacratissimi corporis per-
petua, internaq; presentia, præfigurat, quam corpus D
nostrum, quod, templum Spiritus sancti est? quod sta
dispositum, ac ab omni prorsus macula mundatum
esse debet, vt Dominus in ipso habitet, ac per gratiam
maneat. Sed neque subsilentia preterire licet duo pra-
expua, inter alia, pignora sacra, qua, in singulis repo-
sitorijs, ab vtroque ara magnalatere ipsius Templi or-
nate structis, maxima cum veneratione custodiuntur:
quorum alterum, particula quedam est preciosissimi
ligni, in quo, Seruator noster, pro totius humani gene-
ris redemptione pependit. Alterum vero, brachium E
integrum dextrum beatissimi viri Romualdi, Rauen-
nat. ortu, e Ducum stirpe progeniti, quam plurimis mi-
raculis clarissimi, & perfecta Eremitica vita in pre-
nominato monte, totiusq; ordinis Camaldulensis, in
vniuersum institutoris. Qui, licet diuinarum litera-
rum ignarus esset, dum tamen semel (vt solebat) in
extasim raperetur, eam a Patre luminum gratiam
obtinere meruit, qua totum Psalterium memorate bra-
chio, (quamuis non pelsio sermone) perscriptum, vt
tamen sententijs dilucidaret, ac exponeret, vt nil supra:
quod pariter inter alia sacra, non minori reuerentia
mire seruatur. Hic itaq; beatus vir Eremitice vite,
quam nonaginta septem annis sanctissime degit, appri-
me cultor, cum duo quidam, diuino spiritu ductus, ad
ipsius montis iuga peruenisset, ibiq; planiciem quadam
amœnissimam, campum amabilem olim nuncupatã,
cerneret, laudare tunc cœpit mortales illos, qui, spre-
tis manibus, & caducis rebus, vt melius Deo vacare
possint, famosa eligunt solitudinis sancta loca, a tu-
multuosis negocijs omnino segregata. Qui longo aspero-
que itinere defatigatus, sopore graui perfusus, corru-
scantes scalas, ab ipsius montis vertice ad cœlum vsq;
erectas, & monachos complures fulgentissimos per illas
conscendentes (instar Patriarchæ Iacob) videre me-
ruit. Qua re expergefactus, tantaq; visione territus, ad
Dominum effundere preces non cessauit. Accidit autẽ
vt obuius ei fieret nobilis quidam, ac probus vir Are-
tinus, nomine Maldulus, qui (sicut Domino placuit)
eandem rem mirabilem viderat. Cumque de ys inter se
B aliquantulum agerent, ipseque Maldulus ea omnia
diuino nutu euenisse crederet, consistum sanctissimo vi-
ro Romualdo, & locum ipsum, & domum per duo fe-
rè milliaria distantem, quam ipse tunc habitabat, qua
apud fontem (quem appellant bonum) constructa erat,
ac in ea hodie religiosum eiusdem ordinis Cœnobium
in Dei laudem erectum est, gratis & libere dedit. Ab
illo nempe Maldulo, Ordo sacer Camaldulensis exor-
dium sumpsit. Post hec, vir sanctus, sacrum ac religio-
sum templum, Episcopo Aretino assensum prabente,
G Seruatori nostro dicauit, & quinque domunculas,
quarum angustiorem inhabitabat, Anno Virginei
partus millesimo duodecimo, constituit, ac Sacram
Eremum Camaldulensem, toto terrarum orbe cele-
brãdam, merito appellauit. Illa autem admirabilis sca-
larum, ac monachorum fulgentium per illas conscen-
dentium, visione, sanctus ipse gloriosus, qui dum Bene-
dicti habitum, in cuius ordinem, & Collegium adole-
scens iuraurat, per multos annos gestauerat, commu-
tatus, colorem indumenti nigrum in candidum vertit,
eodemque tenore, continuo seruandum per eius alu-
mnos, quos copiosè per vniuersũ orbẽ propagauit, insti-
tuit. Qui tandem senio confectus, annum agens vigesi-
mum supra centesimum, ab hac luce ad eternam feli-
cissime migrauit. Eius vero corpus, in eo cœnobio ma-
xima cum veneratione reconditum seruatur, quod
ipse adhuc viuẽs in Piceni insigni oppido Fabriano con-
struxerat. Cuius festum, quotannis tertiodecimo Ka-
lendas Iulias, & in ipsa Eremo, & alys in locis solenni-
ter, ac pie a Christi fidelibus celebratur. Eius autem
E vita sanctitatem, ac miracula, quibus apud multos
corruscauit, Petrus Damianus Cardinalis, vir, non
minus religionis integritate, quam diuinarum, huma-
narumq; literarum eruditione preditus, copiosissime
quidem, ac elegantissime descripsit. Floruit etiam eodẽ
tempore, vir, non minori sanctitate preditus, Ioannes
Gualbertus nomine, qui, beatissimo Romualdo &
coetaneus, & astrictissima amicitia coniunctus fuit.
Hic, qui sepius ipsam sacratissimam Eremũ sua pre-
sentia illustrauerat, cum celebre nomen, ac eximiam
F illius sanctitatem, per vniuersos disseminari audisset,
pia quadam impulsus emulatione, Vallem vmbro-
sam, per sexdecim milliaria ab Eremo distantem, lo-
cum, aeris amœnitate, multo vero magis, numerosa
sanctorum hominum multitudine insignem, construi-
xit. Qui etiam inter Dinos relatus, non apud Floren-
tiæ gentẽ solum, vbi ortus fuit, verum etiam apud Chri-
stianos omnes, insigni quadã religione colitur. Nec lõge
post illũ habuit sæc Romualdus virtutis suæ æmulũ paulo
inferiorẽ, Petrũ Vrsiolũ Quirinum, Reipublicæ Venetæ

Ducem clarissimum: qui, amplissimo dignitatis gradu contempto, Romualdi disciplinæ pauper, atq; humilis sese tradidit, nunquam ab eius latere discedens, siue in Galliam gentesq; alias proficisceretur, siue in Eremo Camaldulensi vitam ageret, donec vita functus, magnum humanæ vitæ contemnenda exemplum omnibus reliquit. Quem etiam locum illustriorem, orbiq; vniuerso clariorem fecit vir Deo charissimus, ac singulari sanctitate admirabilis Franciscus Assisinus: qui, cum prima sua religionis fundamenta iecisset, Romaq; egressus, in Lauernium montem diuino spiritu duceretur, vbi sacris stigmatibus decorandus erat, in Camaldulensem prius montem, per duodecim milliaria à Lauerna distantem, venit, eumq; locum sua præsentia, ac singularium eius virtutum splendore sacrauit. Cuius rei memoriam seruat etiam hodie domuncula, eodem in loco sub eius nomine constructa, adiuncta proxime illi, quam sanctus Romualdus viuens inhabitauerat. Quam diui Francisci domunculam, religionis ergo habitare nemo solitus est alius ab eo vsq; tempore, quàm qui toti illi ordini præficitur. Sed quid aliud domuncularum illa varietas innuit, quàm virtutum varietates, quibus Eremitæ ipsi præ ceteris omnibus circundari debent, vt templum Domini decorati virtutibus ingrediantur? Quid insuper aliud denotant horti ipsi, nisi quòd veri Anachoretæ discant, semper in bonis operibus florere, ac suauissimum vitæ bonæ odorem iugiter de se præbere? Quid herbarum odor, pulchritudoue aliud demonstrat, nisi quòd perfectioris vitæ cupidi, angelicam flagranti spiritu redolentes consuetudinem, mirabilem, ac iucundissimum viriditatis bonarum actionum vigorem, omnibus exemplar, adhibere studeant? Quid deinde septem illi cristallini fontes aliud designant, quàm lachrymarum fontes, pro delictis præteritis, ex Eremitarum oculis distillare debere? Nunquid hæc, peculiaris non est Dei maximi gratia, quòd tempus ad ea lugendum nobis cõcedere dignatur? Quid posteà nimis, qua solet mens ista irrorari cœlesti, aliud astruere videtur candor, quàm crebram mentis, & corporis ab Eremitis castitatem seruandam? vt tãdem candido, puroq; corde, dilecto suo sponso in cœlesti monte fruantur. Quid deniq; vallum illud ligneum, locum ipsum circundans, & claudens, aliud insinuat, nisi quòd Eremitarum corpora, præcincta omninò seruari debent, perpetuis castitatis, paupertatis, & obedientiæ muris? qua, potissima ipsorum quis esse fundamenta non videt? Debemus etiam habere clausos omnes sensus, omniaq; membra nostra custodia perugili, ne vanis, ac inanibus euagationibus huc & illuc diffundantur. Linguam præcipuè, quod membrum, & pernicioſum, & vtile valde esse solet, prorsus habenis firmis refrenare, in his maxime quæ secum animæ lesionem adducunt: in his verò, quæ ad Dominò debitas decantandas laudes, atq; ad assiduum studium spectant, eas relaxare, maximum quidem, & incredibile animabus parat lucrum. Quid aliud præterea, sublimitas, densitasq; illa abietum, quam assiduum meritis ad Deum, bonorum operum copia circumornatam quietationem ostentant? Quid ima ipsarum plantæ? Quid trunci erectio? Quid rami expansi, cum cõtinuata frondium viriditate, aliud designare videntur, nisi quod veri sacri huius loci incolæ, profundissimæ humilitati, ceterarum virtutum plantationi innitentes, à qua truncus, id est, ardens caritas oriens, in cœlum vsq; se erigat, ac penetret, à cuius quidem caritatis trunco nascentes rami, picta opera non arida, virentibus frondibus (hoc est) aliis virtutibus florescentibus, spe viua, & viriditate ipsa designata, cœlumq; ipsum respicientibus associata, ad proximos vsq; æqua lance distendãtur, vt plantata in domo Domini, in atriis domus Dei floreant? Quid rursus aliud, crucis ipsius designationis mysterio commonemur, nisi vt perfecti anachoretice vitæ amulatores, crucem Domini fixe intuentes, illam visceribus totis appetant, & anhelent? Et sicut Dominus ipse noster, eam pro vniuersi orbis salute, patienter, ac sponte supportauit, ita etiam vnusquisque mortalium, suam peculiarem, suimet abnegatione, pro animæ suæ salute, libenter tollat, vt tanti Crucifixi semitis maximo amore inhærentes, ipsum in patria gloriosum, ac immortalem respicere, eoq; in æternum frui digni habeantur. Sed, quid aliud ea oleri distillatio præsefert, nisi quòd habitantes locum sanctum Domini, ipsum in ligno suspensum attente, fixeq; contemplantes, veluti solidissimum, fortissimumq; æterni Patris nodum, intimis, ac indefessis precibus efflagitẽt, vt tandem exoratus, ex latere suo pretiosissimo, oleum lætitiæ gratiæ suæ saluberrimum cunctis effundens, corda nostra, vnica illius gutta perfundat, ac liniat, vt post hanc vitam, tanto perfusi oleo, gaudentes, & lætabundi ingredi mereamur æternam? Ex ipsis autem abiegnis nodis, globulos diametro perforatos torno, Eremitæ ipsi (otij vitandi gratia) conficiunt, qui, funiculo transfixi, connexiq; Coronas (quas appellant) pulcherrimas, in Domini nostri Iesu Christi, matrisq; suæ sanctissimæ honorem, constituunt, per eas nempe, Dominicæ orationes, & Angelicæ salutationes enumerantur, quæ, maximo apud magnates, cæteros q; omnes in precio habentur, ac deuoto, pioq; desiderio oblatæ accipiuntur, eo etiam magis, quòd Corona Dominica, ab vno ex senioribus sanctissimæ vitæ Eremitis, Michaelis nomine, quondam excogitata, ad commemorationem annorum vitæ Domini, triginta tres orationes Dominicas, & pro commemoratione quinq; vulnerum eius, quinq; salutationes Angelicas ex mente persoluendas, continet. Quam pie, religioseq; persoluentibus, Leo Decimus, Pontifex Maximus, magna ex pretiosissimæ Ecclesiæ thesauro Indulgentiarum munera concessit, vt ex impressis earum Diplomatibus, ac scriptis latè appareat. At quid Corona illa abietum aliud indicat, nisi quod ipsius celebris situs habitatores, ea vigilantia, omnes suos, & exteriores, & interiores sensus collectos conseruare studeant, vt abs q; vllo angulo, mentis scilicet à distractione, ipsam, ad orationis, meditationis, atque contemplationis exercitium solers præparent? Et vt etiam intra hanc abietum Coronam, ad assiduam cum antiquo serpente pugnam, per tentationum viriles tolerantiam accingantur. Sic enim probati, in extremo iudicio, diademate æternæ gloriæ, & honoris, vniuerso beatorum cœtu applaudente, ab immorta-

Digitized by Google



Digitized by Google

mortali, omnimodq; decorabimur Rege supremo. Quid rursus volucrum ibidem insidentium cantilena suauius aliud præsagiunt, nisi quod Eremitica vitæ æmulatores, ita sensim suos, ita potētius moderentur, vt vnaquæq; ipsarum alteri (vt par est) suo ordine subiecta, mirabilem inde ac iucundissimam melodiæ cōsonantiam, apud Deum ipsum reddat? Quid postremo, placidus ille, modestusq; aeris præipsarum abitum, altitudine, ac nemorosa earum densitate sibilus immur: potest, nisi quod inclyti loci huius incolæ, nullo actuentia, inanisue gloriæ elati vento, sed leni potius, ac humanis mētis spiritum motu, ea ducti prudentia, munera sua ōnia spiritualia peragant, quatenus cælestis spiritus auiditate excitentur. Igitur, beati qui habitant in monte sancto isto, quoniam in sæcula sæculorum laudabunt Dominum. O mons pinguis. O mons coagulatus, mons, in quo beneplacitum est Deo, se suosque habitare. etenim Dominus cum suis in eo habitabit in finem. Quid aliud mons iste seruitutis Dei, quam mentis ad cœli eleuatio? Iste est præparatus mons ille, in vertice montium, & super colles eleuatus, ad quem confluunt quam plurimæ gentes, & veniunt populi multi dicentes: Venite, ascendamus ad mōtem Domini, & ad domum Dei nostri, & docebit nos vias suas, ad ambulabimus in semitis eius, quia in eo salus est, & ibi verbum Domini docetur. Sed quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vanum animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo. Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Iacob. Quenam (quæso) alia est ista generatio quærentium Dominum, nisi generatio sacrorum Eremitarum, qui in monte sancto isto assidue Domino inseruiunt? Ibi enim quamplurimi serui eius, simplices, deuoti, & humiles, tanquā turba angelica, sanctorum consortium, collegium apostolicum, iustorum aggregatio, familia cælestis, beatorū cœtus, ac demum populus in hæreditatem Domini electus, degentes assistunt. Quorum sanctæ vitæ exemplum, laudatissima viuendi ratio, purissima eloquia, & iustissimæ preces, quodlibet cor licet marmoreum, diluent, atque ad debitum sine dubio seruitutis munus Domino impendendum, excitabunt, & ad beatius viuendum, mundiqueſordes relinquendas, inuitabunt. Ipsi sane zelo religionis Christianæ accensi, omnia sua facta, dictaq; ad metum vnam, Deum puta ipsum summum, fatisque diffusissimum bonum, dirigunt. Isti sunt veri christicolæ, sine dolo, columbina simplicitate, cum serpentina prudentia imbuti, profundissima humilitatis viri seque tanquam omnium abiectissimos reputantes, nam qui maior inter eos est, minimū se existimat omnium. Nulla inter eos inæqualitatis, discordiæue ratio regnat. Erga alios humani valde, atq; vrbani, in signum charitatis amatores, in dictis veraces, corde mundi, spiritu puri, conscientia recti, morum vitæque disciplina inclyti, in incessu, gressuue graues, in loquela cauti, inter eos submisse, acrara voces, in aspiciendo, oculorum euolutione seuera remissi, in victu parcissimi, vt durissime temperati, ac in vestitu candidi, puritatem mentis, & corporis denotante: in cæteris denique humanis gestibus, & actibus, modestissimi, & circunspectissimi, medium (quod sāne tenuere beati) in omnibus complectentes. In loco excelso constituti, vt qui alijs prædominantur, in virtutibus excudant, et iam, & ab eō quisque religiosius statum viuendi normam perdiscat. Perfecti Eremi operarij verique Anachoretæ, nam si vnus cadit, ab alijs mutua inter se charitate sublenatur, eisque in spiritualibus, pariter & corporeis refectionibus subuenitur. Sunt ue ro velut Vrbs alma super montem collocata, qua occultari minime potest. Quorum sancta, ac præclara gesta, vniuersō notissima sunt orbi, in quibus, tanquam in christallino speculo, christianæ omnes actiones relucent, habentes semper in manibus lampades assidue lucentes, sacram videlicet scripturam, cuius pia, ac frequens lectio, animas interno fulgore splendentes, in tranquilla pace, animi quiete, concordia, atq; vnanimitate ita conseruat, vt omniū sit cor vnū, & anima vna, idemque omnium velle ac nolle. Fœlices certe, immo fœlicissimi omnium nuncupari iure optimo possint ij, qui ad sacram Eremum, tanquam ad tutissimum, ac securissimum portum confugientes, stabilitatem in ea fundant, & ad ipsam, tanquam ad fortissimum, ac inaccessum castrum, validissimis, ac inexpugnabilibus hinc inde aggeribus, & propugnaculis vallatum, atq; munitum peruenerunt: ne cum humanæ naturæ ipsius hostis, ad illos suis callidissimis laqueis irretiendos, reperis, improuidos penitus, ac imparatos reperiat. Isti sunt veri milites Domini, qui vigilant quotidie, nocturnas illius Euangelicas vigilias ad unguem seruantes. His sunt de electorum numero, ille nempe deligit Deus, atq; etiam vt apud mundi principes magno habeantur in precio, facit, quandoquidem ad eius æmulationem conscendunt in montem, ibique residēt vbi beatitudines illas, quas ipse olim, scandens in montem, ac sedens, cunctum docuit populum, gradatim discernentes, easq; complectentes, cælestem ambiunt aulam, in eamque intrare molliuntur. His denique sunt, velut fortissimæ illæ amicæ Dei Iacob, ad suos debellandos hostes, ordine distributa, omnique ex parte præparata tabernæ. Sunt enim sacri isti Eremitæ, triplici ordinis genere distincti: Alij nempe secundi ordinis (quos appellant conuersos) ministerijs domesticis insigniantes: Alij vero sacris initiati, vt semper choro diuinis laudibus celebrandis assistentes: Reliqui autem, perpetuoſeu ad tempus, suis in domiūculis, vbi eadem laudes decantantes, & vitam ducentes acerrimam (quod tertium viuendi genus, Sanctus etiam ipse adinuenit) conclusi manent. Illis sollicita Marthæ munus gerunt: His vero duo, contemplantis Magdalenæ exercitationi continuò vacant. Sed omnes tamen simul, Empyreum cœlum, sedem throniumque Dei, vbi Hierarchiæ tres, perpetuis mirabilia opera eius laudibus extollentes, insistunt, sacro suo viuēdi ordine præfigurant. Et vt omnia dicā: Abhorrēt maxime a diua Eremo dissensiones omnes, seditiones, cōciliabula, loquacitas, irrisiones, susurrationes, vaniloquia, & mendaciū, adulationes, blādimēta carnis, immoderatiōdia, īpudicitia, simulationes, ac subornationes: nostrum-

Digitized by Google

murmurationes, detractiones, odia, ac humana omnes abiectaque affectiones, ventris ingluuies, crapula, otiositas, & somnolentia, inanis gloriæ ambitus, elationes, petulantia, emulationes, ac hypocrisis simulata species, profana conuersationes, munuscula, curiositas, corporea mollities, & alia id genus, qua longum esset recensere. Quæ omnia, aliena admodum, valdeque absurda Eremi incolis sunt, Eremoq; ipsi repugnantia, indigna, & magnopere dissona, nequaquam enim talia patitur, neque permittit. quin potius huiusmodi cõtagioso morbo infectos, a se (quemadmodum mare cadauer) protinus expellit. O sacra Camaldulensis Eremorum Eremus! Quingentis quinquaginta & eo amplius annis, a tua erectione primæua ad hec usq; tempora, mirabili immutatione, frugifera vitæ incredibili augmento, ac diuino suffragio laudabiliter perdurans. Optimam certe (instar Magdalene beate) partem tibi elegisti. O cæterarum Eremorum princeps, siquidẽ in te perfecte solitaria vita conuersatio, a tanto Sancte, quasi fertilissima vinea instituta est. Corona celsior. Fœcunda mater, tales parturiens, & congerens filios hæredes regni Dei. Pia nutrix, talem alens sobolem. Ouile sanctum, tales esca pascens oues. Amplissimus nidus: tales volucres continens, empyriacam muficam miro cõcentu resonantes. Tellus pinguis, eximias producens fruges. Viridarium odoriferum. Pomarium amœnissimum. Salutis mediatrix. Bonorum collectrix. Renonatrix morum, hominumque tanquam ignis auri excellens purgatrix. Inimica malorum. Æmulatrix bonorum. Reformatrix vitiorum. Lethalium vlcerum singularis curatrix. Orationis, meditationis, atque contemplationis fulgentissima officina. Virtutum, bonarumq; disciplinarum laureata sobola. Religionum caput. A te alue edocentur, & ad te tanquam primatem, ordinum omnium Relgiosi libere confluere possunt. Paradisus terrestris, cœlestem sapiens. Hortus conclusus, supernum redolens. Ianua cœlica. Magistra optima, celesti eruditione discipulos instruens. Perfecta arbor, perfectos procreans fructus. Promissionis terra. Domus Dei. Instorum possessum, sacratus locus, charitate plenus. Arca pietatis. Ad te accedentes consolatione replentur. Euntes, ac redeuntes, alacres in te receptaculum inueniunt, Gratis victum eis, illumque ardenti quidem pietate subministras. Ægrotos quosque hospitaris, eisq; mederis. O sacrarium sanctum, aterna laude dignum, famulos Domini purificans. Fortunati, qui in te commorantur, tot bonorũ vbertate fœcundi. Inter seruos Dei in te nunc vitam degentes multi seniores sunt, & capitis canicie, & niueis venerandis barbis, oblongis, complicatis, & impexis, rugosis frontibus, ac prominentibus supercilijs, ea tamen sanctitate, pietate, vitaq; integritate pradita, vt velis nolis quisquis nouus es Eremi cultor, eorum vita approbata exempla, ac venerandus aspectus, te commouebunt, ad ipsorum gressus in via Domini imitandos. Præcipue tamen, viri Dei Samuel, & Syluanus, alijs dignitatis honore notabres, atque eminentiores, in ipsa Eremitica solitudine, a multis hinc annis magna cum laude versati, qui plane, quasi duo magna ipsius diua Eremi luminaria sunt, a quibus, cæteri Eremitæ, tanquam stellæ fixæ, vitæ sanctæ splendorem merito suscipere possent. Sed ipse Syluanus, vir, non minus diuinarum literarũ eruditione, quam vitæ sanctitate præclarus, sermocinationes, ac documenta super lectione Euangelica, vtilia valde, & salubria, ad vitæ ipsius Eremiticæ perfectionem indagandam, priuata, ac interpolatis diebus publica, summo spiritus feruore, & charitatis ardore, tyronibus sacris, ceterisque omnibus ingenioſe admodum, & pie edisserit, atque delucidat. Sub cuius disciplina, illustrem admodum sacrum hunc locum, vitæ sanctæ splendore facit Ambrosius Mencata, præclare indolis iuuenis, clarissimi Comitis e Astone, citerioris Hispaniæ frater germanus. Qui, ex vetustissima, illustrissimaque, & Moncata, & Cardona Ducum familia originem trahens, spretis mundi huius diuitijs, eiusque illecebris, vt diuinis obsequijs melius vacare posset, summo omnium exemplo, in eius ætatis flore, sanctæ huic solitudinis locum, in eius habitationem, ac requiem, elegit. Sed quid dicam de Ioanne Baptista Nouariensi, patre nimirum, religione, ac pietate insigni? Qui, cum olim in hoc procelloso seculo, diu artem militarem maxima certe cum laude apud primates quamplurimos exercuisset, vt verus Christi miles fieret, ad ipsam sacratissimam Eremum celeriter confugit, imbique vitam solitariã admirabili quadam perseuerantia per multos annos degit. Cuius eximijs meritis, sanctitate, ac singulari prudentia, Religiosi omnes Collegy Camaldulensis commoti, in eiusdem ordinis Generalem, & Prixipem cõmuni omniũ accedente consensu, ac magno etiã applausu suffectus est. Cuius quidem ordinis, vitæque degendæ rationis normã, nouis quotidie, ac perutilibus institutis ampliat, excolit, atq; perlustrat. Supra horum aũt grauissimorum virorum, aliorumque laudabilem solitudinem (quæ non modica est) summis etiam laudibus efferendam esse censeo, vastam illam, assiduamque Cornely viri religiosissimi solitudinem, quam, in vna, ex ipsius Eremi cellulis conclusus, sub perpetuo silentio, ac vitæ perspicuo fulgore, viginti annis & vltra transigit. Quem, cum videre, & alloqui, mihi permissum esset, ea fuit animi voluptate perfusum ex venerabilis illius ac senilis aspectu, tum etiam ex piis monitis, vitaq; christiana religiosis institutis, de quibus me, pro sua humanitate, certiorem fecit, vt vix plura grauiora, a Serapione illo viro sanctissimo, & antiquissimo, audire possem. Ipsi autem, cæteraque omnes, non immemores cœlestis beatitudinis, omni studio, ac sollicitudine, die, nocteque, offerendis Deo summo hymnis, & laudibus, cum cæremonijs sanctissimis, feruido concursu, imbribus cadentibus, niuium defectu, ventorum sæuitia, ac vehementi frigore vndequaq; postpositis, septies in commemoratum templum, quolibet anni tempore conueniunt. Ibi solennia sacra deuotissime celebrantur. Ibi variæ orationes, internus spectatorum dolor, cum gemitibus, lachrymosis oculis, suspirijs, atque singultibus, ab intimis exeuntibus præcordijs, frequentantur. Modus autem singularis, Eremoque dignus, quo in præfatis Hymnis, ac Psalmis decantandis continentur in choro, quem non moueret ad plane fatendum, locum istum sanctum esse? Sentiens nempe

nempe (utroque sibi alternatim respondente choro) resonantem quendam inter psallendum, ac pene diuinum concentum: voces scilicet quasdam, sonoras, planas, mediocres, aequales, atque deuotas, unicam ceu proferentes vocem, planctum potius quàm cantum sapientes. Tale vtique Eremi incolæ munus lugendi, non autem canendi esse debet. Ad hæc, dimidium quisque quotidie, totum vero certis diebus Eremita apertus, sed conclusus, integrum semper Psalterium legit. Quis præterea negares, quo tempore religiosi ipsis, sub tetra, obscuraque nocte, ad templum matutinis laudibus persoluendis, quas semper stantes, cum aliis canonicis horis, nec sedibus vnquam innitentes decantant, ire contingit, videns eorum quem libet, a singulis seorsum sibi deputatis cellulis, recta cum accensis in manibus facibus, sub dio incedere, sanctorum illorum Eremitarum antiquorum, in desertis montibus iampridem degentium, non agere personas? Toto insuper fatagunt animo, Regulas, & Institutа sacra, per seruos Domini Benedictum, & Romualdum, diuino eius spirante flamine sancita, ac per eius in terris Vicarios, confirmationis munimine roborata, omni solertia adhibita implere: quorum obseruantia plena, mercedem æternam absque vllo dubio animabus nanciscitur. Sed ex omnibus præcipua, dignaque obseruatione, sancta solitudo est, & linguæ inuiolabile silentium. Multiloquio namque, mendaciorum deesse non solet, & ex sermone mutuo, etiam vltra debitum agendi, quæq; licentiam facile patet. Primus est sensus ad malum, qui, verborum stimulis adeo concitatur, vt qui silentij virtuti resistit, sermone concidat, & ad iniquitatem declines. Quoniam vero communes de rebus diuinis sermocinationes, vitæ spiritalis institutum non parum promouere possunt, fieri nonnunquam silentij remissio aliqua solet, vt hyemali tempore, duobus, æstuo autem, etiam tribus hebdomadæ diebus, mutua inuicem Eremitis de rebus sacris habere colloqui liceat. Ieiunij præterea cuiuscunq; generis formam seruant, sed & illud præsertim, quod pane tantum, & aqua constat (quæ infirmorum esca esse solet) apud illos solenne habetur, terq; in hebdomada, aduentus, quadragesimæq; tempore, super nudo solo, pedibus etiam nudatis sedentes illud celebrant. Per reliquum anni tempus, octauo quoq; die, qui per hebdomadas sigillatim passioni Dominicæ ascribitur, id ipsum singuli in singulis cellis, absque transgressione, sereno vultu obseruant. Quid plura? È mensib. anni duodecim numero, nouem integros, recto facto calculo, his variatis vicibus ieiunant. Accommodum valde carnis mortificationi adiumentum, est ieiunium, vt inde vocalis, ac mentalis orationis sancta exercitatio (quod præcipuum est, ac primum religiosæ vitæ præsidium) alacriori, libentioriq; fiat animo. Ex illa abstinentiæ forma, discant Eremi sacræ cultores, se ad infantilem innocentiam, per mundam, sanamque conscientiam reuersuros. Quo tempore vero non ieiunant, eam in victu parsimoniam seruant, vt videntes in maximam admirationem prorumpant. Abesu carnium continuè, nisi infirmitatis tempus (idque extra Eremum, & ligneas etiam cruces) aliud postulare videatur, perpetuo abstinentiæ, ciborum pondere, corpus circa spiritualia, graue, tardumque ipse reddatur. Intra ligneas illas cruces, ab antiqua Eremi institutione, perpetuus omnibus carnium esus, & mulieribus ingressus inuiolabiliter interdicitur. Transgressores autem anathematis subiacent, cuius absolutio non ab alio, quàm a summo Pontifice impenditur. Nec ab re (puto) erit, hic obiter enarrare, quæ mihi Syluanus Eremita senior, vir quidem grauissimus, inter loquendum, sæpius dixit. Mariam scilicet (si recte memini) Medices illustrissimam, Leonis Decimi Pontificis maximi propinquam consanguineam, olim eximio, sacrũ hunc videndi locũ desiderio captã. Idq; amplius ferre non valens, vt voti esset compos, ac rem securius efficeret, propriis exuta vestibus, viri induimenta assumpsit. Quadam vero die, a quibusdam sibi intimis associata, in eum locum intrauit, illumq; vndique circuiuit, & animũ visu tantopere optato explenit. Postea verò pœnitentia ducta, videns se anathematis vinculo innodatam, Romam adire decreuit. Quæ ad summi Pontificis pedes prouoluta, rem omnem (non absque lachrymis) ei narrauit. Quam Pontifex, præuia correctione absolut, ea tamen lege, vt in eadem sacra Eremo splendidam domunculam suis sumptibus construi faceret: quam ipsa, magnificis quidem lapidibus ornatam, vna cum religioso oratorio, diuo Ioanni Baptistæ Florentiæ patrono dicato, erigi curauit: quæ merito inter alias domunculas primatum tenet. Retulit mihi etiam idem Syluanus, Clarissimã Eleonoram a Toleto, Cosmi Medices Florentiæ, ac Senarum Ducis maximi vxorem, non minori desiderio almum hunc videndi locum accensam, amplissima diplomata a Pio Quarto Pontifice maximo, ingrediendi quauis etiam secretiora loca obtinuisse. Cumq; die quadam, huic suo desiderio satisfacere vellet, montis ipsius iuga ascendere cœpit. Cui, iam iam ligneis crucibus proximæ, Syluanus ipse (qui rem præscierat) data opera obuius occurrit, vt eius animum ab ingressu reuocare. Cuius monitis, ac suasionibus, Eleonora, sententiam, non absque maxima omnium laude, & lætitia, mutauit, nolens, cum posset, tam laudabile, & antiquum institutum transgredi, quinimo, ipsius diuæ Eremi edem sacram, pretiosis quidem vestibus, vt Christo Domino placula soluantur, ornauit. Ouis, piscibus, caseo, & fructibus Eremitæ ipsi parcissime vescuntur, aluntur concoctis herbis, & leguminibus, panis est illis non admodum exquisitus: vinum debile, sed salubre. Augent etiam hunc austerioris vitæ rigorẽ, quod in cibo capiendo, mensam communem non habẽt, sed seorsum singuli, extra aliorum consuetudinem, in suis cellulis cibum sumunt, quamuis hæc priuata mẽsa lex non est adeo apud illos perpetua, quin solennioribus anni diebus, qui sunt omnino duodecim, fouendæ charitatis gratia, in communem refectionis locum conueniant. Ex his omnibus, facile quisque comprehendere potest, corporeos Eremitæ sensus in nulla re oblectamentum sumere. Nam, si ab oculis, tanquam in sublimiori capitis parte sitis, incipias, nihilq; quod eos delectet inuenies. Quia, si ipsos extollant, nudum aspiciunt cœlum: si deprimant, siccam teram: si circumspiciant, nil præter summos erectas arbores cernunt.

At vero

At verò, spirituales eorum sensus, hoc viuendi genere congaudent: ex quorum elevatione in cœlum, creatorem, ac beatitudinem ad quam creati sunt: ex submissione verò, terram à qua orti sunt, ad quam ſq; reuertentur, contemplantur. Sed ex arborum circunſpectione, eundem ipſum creatorem conſiderant, cuius inuiſibilia per ea quæ facta ſunt, à creatura mundi intellecta conſpiciuntur. Aures pariter, nil quod eas recreet, audiunt: ſed ſpirituales, eximio afficiuntur melodiæ concentu, dum diuina laudes in templo Domini, raro quodam, deuoto, ac penè diuino perſoluuntur modo, cuius generi muſices, nihil eſt in orbe, quod comparari vlla ex parte poſſit. Audiunt etiam inter loquendum, mirabilia de lege Domini documenta, ex quibus, totus accenditur homo in eius amorem. Naribus autem, qualis odor proueniat, iudicet vnusquisq; eum nullo vnquam ſuauitatis odore reficiantur: redolent tamen ſanctitatem, ac pietatem maximam, qua omnem perfecti opobalſami liquorem odoriferum, atque preciosa aromata longe tranſcendit. Guſtus inſuper, quam ſentiat ſuauitatem, ſatis apertè ſuperius intelleXiſti, at ſpiritualis, inenarrabilem ſaporem, ex diuino cibo quem frequenter deguſtat, percipit, adeo vt, qui hunc mirabilem guſtum experiuntur, omnino alium humanum queq; exoſum habeat. Poſtremo, qualis poſſit eſſe tactus, ex premiſſis latè conſtat, quoniam ſi cæteri nobiliores ſenſus hiſce rebus ſemper occupantur, neceſſario ſequi debet, vt manus, & pedes, ne in vno quidē apice, ab illorum ſancto, & perfecto tramite diſcrepent: ſed concordes circa diuina obſequia exerceantur. Quieſcunt præterea in eadem ſacra Eremo multorum corpora, quorum anima æterna fruuntur gloria, præcipuè tamen aliquorum corpora, diſtinctis ſepulchris recondita, cum veneratione ibidem ſeruantur, qui multis miraculis corruſcarunt. Fuit præſertim vir quidam eximia ſanctitate præditus, Leonardus nomine, qui, cum ſecundi ordinis tunc eſſet, per multos annos occluſus manſit. Hic Cardinali Hugolino, magnæ ſanctitatis viro, qui ad ſacram Eremum, vt rebus æternis melius vacaret, confugerat, dum in diuinis quotidie miniſtraret, prophetico ductus ſpiritu, cum quadam die, illi ſacram rem peragenti (more ſolito) miniſtraret, pedes eius deoſculatus, creatum Pontificē ſummum illum prædixit, ac propediem adfuturos, qui illum Romam à Collegio Cardinalium miſſi euocarēt: quod ita euenit, & Gregorius nonus poſtea appellatus fuit. Qui, cum pararet diſceſſionem, cupiens optimum hunc miniſtrum ſecum Romam ducere, pro viribus id ab eo impetrare contendit. Hic tamen, id admirabili humilitate recuſans, ſummis precibus petiit, vt ſibi liceret in eo domicilio reliquum vitæ tempus peragere, in quo ipſe olim Cardinalis diuinis rebus intentus, incluſus vixerat, quod ab eo humaniſſimè impetrauit. Cumq; hinc ad meliorem patriam vocaretur, eius anima viſa fuit in ſphæra ignea ſplendidiſſima ad ſuperos auolare: & campana eiusdem Eremi intacta, in ipſo animæ egreſſu ſua ſponte ſonum edidit. Eius verò corpus in eo ſacello reconditum eſt, quod ab illo ipſo Pontifice, in beatæ virginis laudem conſtructum, etiā nunc ſub eiusdem Pontificis titulo manet. Neq; minus illuſtrem, ſacrum hunc locum fecit, vir admirabili ſanctitatè Peregrinus, cuius ſanctitati, cum vehementer inuideret communis humani generis hoſtis, ſuis illum artibus ita aliquando impugnauit, vt à vita illius cœleſtis vertice, ad ſeculi blandimenta vrgeret: quem ſanè precipitem egiſſet, niſi Angelus à Deo miſſus, ad ſeculū properanti ſeſe oſtendiſſet, qui illum non ſolum oratione & monitis ad Eremum reuocaret, ſed etiam diuinarū rerum contemplationibus mentem imbueret, & illuſtraret. Quas Eremita contemplationes ſcriptis exceptas, etiam hodie retinent, & antiqua Patris ſancti monumenta, legenda omnibus expoſuerunt, ad aram templi maiorem, vbi ipſius corpus conditum magna veneratione ſeruatur. Iuxtà quod corpus etiam Michaelis magnæ ſanctitatis viri, cum veneratione ſeruatur. Hic, coronam Dominicam, quam ſuperius dixi, inſtituit. Cuius vitæ ſanctitatem, referunt etiam hodie calipedij, ſeu ligneæ ſoccī, quibus ipſe dum erat incluſus, loco calceorum nudis pedibus vtebatur, in illorū nempe ſuperiori parte, qua plantas pedum reſpicit, earundem plantarum effigies perinde ac in maſſa, ex diuturno vſu impreſſa ſunt. In cuius rei memoriam, ſub altari oratorij domuncula, quam ipſe olim occluſus habitabat, meritò ſeruantur. Vnum autem illud, quod ex aliorum Eremitarum oſſibus, in communibus cryptis quieſcentibus apertè conſpicitur, haud tacendum puto: quod ſcilicet, nullo vnquam tempore, oſſa ibidem incluſa, nuda, ſimpliciq; tecta tabula, fœtorem quempiam, quo alia vt plurimum inficiſolent, à ſe emittant: quinimò, ſi tabulam ipſam remoueas, ſenties ſuauem inde naribus prouenire odorem. Quod quidem argumentum eſt potiſſimum, eorum ſocias, nempe animas, gloria perpetua fragrantia recreari, & minimè pati, vt corpora, quæ eas, dum in hac mortali ſimul coniungerentur, adinnumera lucranda merita adiuuerunt, fœtori, putredinique ſubiaceant, ſed quæ tribulationum ſocia fuerunt, vt conſolationum ſint etiam participātia, æquū eſt. Quod ſi hoc inaridis apparet ſignum, quale fuiſſet in viridibus, iudicet quiſq; pius ſpiritus. O Terra ſancta, ſancta etiam & non putrida continens oſſa! Hæc ſunt verè oſſa illa arida, quæ audiuerunt verbum Dei, illudq; cuſtodierunt, hac eadem in nouiſſimo die, audient illud dulciſſimum verbum: Venite benedicti, percipite regnum, quod paratum eſt vobis ab origine mundi. Hæc dixi, vt ſuperſtites, quantum in nobis ſit, imitari conemur, & cū illis ita conuerſemur, vt ſancti efficiamur. Diuorum autem animas oremus, vt intercedant pro gratia quā optamus habenda. Sunt inſuper ibidem, quamplurimarum indulgentiarum gratiæ, eadem numero quæ ſunt in Alma vrbe, per diuerſos Domini in terris Vicarios, de precioſiſſimo eccleſiæ ſuæ theſauro conceſſa. Sacroſancta itidem Sacramenta, quæ in animarum medelam reliquit, frequentantur: Sacra videlicet confeſſio, & eius ſacrati Corporis digna ſuſceptio, quibus adhærens, vnus ſecum euadit ſpiritus. Quæ, ſi digne ſuſcipiantur, inexpliçabile oblectamentum, inenarrabilem iucunditatem, ac incredibilem animæ tranquillitatem ſecum afferunt. Plurimorum item ſacrorum Doctorū inſcriptis lectiones prouida, & vtilia documenta, ac

vita

uita circunspecta exempla quamplurima, ad mentis nostræ proficuam eruditionem, in ipsa sacra Eremo sunt, vt percurramus ea, & ingẽ Domini ante oculos semper geramus, necnon quam in eius laudem profitemur normam: Recentiora documenta reuoluamus, perlegamus, & imbibamus, nobis nanque summopere conuenit. Quæcunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & scripturarũ consolationem spem habeamus. Hæc sunt, quæ de sacratissima, ac celeberrima Eremo Camaldulensi, prænunio gaudio, & animi tranquillitate inde accepta, commemorare in hoc primo libello statui. Quæ, licet a me pro veritate enarrata sint, non tamen eo dicendi studio, ornatuque oratione (fateor) celebrata, vt res ipsa exigere videbatur. Deus optimus maximus, nobis omnibus gratiam suam impertiri dignetur, qua, gradatim ab hac lachrymarum valle, in montem sanctum eius ascendamus, in quo, cum ipso æterna fruamur requie. Amen.

SPIRITALIS MEDITATIONIS

LIBER SECVNDVS.

Qui conuersionem peccatoris ad Eremum Camaldulensem adeundam, eiusque vitæ rationem habendam, paucis complectitur.

Immẽsa potẽtia! O inexplicabilis Sapiẽtia! O ardẽtissima Charitas! Sancta, & indiuidua Trinitas, vnus Deus, & Dominus meus! Aperi (obsecro) abiectis huius vermiculi, sed creaturæ tamen tuæ, labia, vt ab ore meo prodeant, si minus digna, at certe debita gratiarum actiones, pro tot tantisq; donis, quibus animam meam, tua benignitate, ab initio creationis suæ, decorare non dedignatus fuisti. Sed vnde exordium sumam, penitus ignoro. Ergo adminiculo egeo? Egeo sane. Ecquis mihi illud præbere poterit, nisi tu solus, verus donorum largitor vniuersorum, fons, & origo? A quo, tanquam a magno & lato æquore, munera omnia, tanquam a scaturiente fonte, assiduæ gratiarum infusiones, tanquam ab inexhausto puteo, gratuita dona pleno illapsu procedũt. Ad quem, nisi ad te, Paraclete Spiritus, cui æternum Spiraminis idioma, merito tribuitur, confugiam: vt mentem meam illustrans illumines, tuoq; diuino rore reficias, ac robores, quo suffultus, depranatas vias meas in directas redigam, & aspera quæque, quæ pro tuo nomine patiar, in plana, ac melliflua conuertam, denique vt grato animo, tot in me collatis beneficiis, si non omnino, aliqua certe ex parte respondeam? Intrepide igitur, diuino afflatu tuo instinctus, ac irradiatus, & sub vmbra tua, clypeo viuæ fidei, ac lorica charitatis ardentis, & galea firmæ spei armatus, te ductore, tuaq; eximia charitate fretus, ad illa enumeranda figillatim accedam, vt per ipsorum enumerationem, animus, qui languidus prorsus iacet, tua dilectionis confirmetur munimine, solidetur q;, & crebro ea mente reuolues, a te gratis fuisse concessa intelligat, & intelligendo vere credat, & credendo constanter in te speret, & sperãdo, te toto corde, totaq; mente, ac ex omnibus viribus diligat. In primis itaq; tibi Deo meo, summo, ac sempiterno gratias ingentes ago, pariterq; habeo (quando referre non possum) de creationis meæ munere, qui, exuberante misericordia tua, me, hominem ad tui imaginẽ, non iumentum, plantam, lapidem ve creare, nullis meis interuenientibus meritis, dignatus fuisti, variis donis præditum, animaq; potentijs ornatum, vt te illis (vt par est) vtendo, eas in te vnum, extremũq; omnium finem, recta mentis acie dirigerẽ. Præterea, tui me preciosissimi sanguinis effusione redemptum, a dominio Sathanæ, cui originali culpa obnoxius eram, sacrosancto Baptismatis lauacro, eruisti. Deinde, ad veram tuæ purissimæ, ac simplicissimæ substantiæ agnitionem, per sanctam fidẽ duxisti, vt inde, omni macula emundatus, beatifica perfrui imperpetuum visione tua valerem. Nec hu contentus, me, bonis etiam caducis carere, pro charitate tua immensa noluisti, vt commodius, te solum, verũ, ac sempiternum Deum, & quẽ misisti Christum Dominum, adorarem, benedicerem, prædicarem, perfectius diligerem, totoq; mentis posse te affectu amplexarer. Me etiam, in huius seculi pelago, multis, innumerisq; beneficijs, tua liberalitate qua ẽnes beare soles, donasti, vt tibi dignum, debitumq; seruitutis exhiberem obsequium. At ego, beneficijs tantis immerito abs te decoratus, ea ipse, tanta largitatis parũ memor, intelligere renui, & rectum a te deflexus, plurimis me implicui quæstionibus, & tanquam ...mẽtum factus, donis hisce omnibus sum abusus. Te sæpissime Deum, creatorem meum dereliqui peccando, & a quo bona illa susceperam, ad creaturam vultũ impudenter conuertens, verti tibi tergа domino Deo, & Seruatori meo, diuinisq; spiraminibus obicem ponens, diuinæ gratiæ respondere spreui, eiq; proterua ceruice restiti. Dissipaui etiam omnem substantiam mihi a te donatam, ætatis scilicet meæ florem, preciosumq; tẽpus inaniter, & (quod his penis) te offendendo consumpsi. O me vere miserum! O me infœlicem, candida illa veste exutum, & caliginosa, tetraq; magnis meis demeritis indutum! Quot & quanta iccirco enormia, in tuam splendidissimam Maiestatem scelera admisi? quorum profecto quodlibet, etiam minimum, grauissimas a me pœnas, in tenebris exterioribus summo iure exigebat, nisi misericordia tua, qua humanam omnẽ mentem longe superat, secus constituisset, ne, quam tanto precio redemerat, anima periret. Tetigit sane me tua misericors manus, qua, per corporis vexationẽ, intellectum profunda caligine obtenebratum, paulatim inciperet irradiare, vt veluti mons tactus fumigarem. O tactus fœlix! O vexatio sancta! O Ancora beata, quæ sensuum meorum effrenatorum, ac animæ nauiculam, continuatis vndis agitatam, periclitantem, ac pene mersam, catenis suis firmissimis, validissimisque, immobilem, ac tutam reseruauit!

O fortunatissima angustiati corporis tempestas, quæ illum ad salutis portum, post tot inundationes illæsam appellere fecit! O mira immensi Dei miseratio, quæ ad eius diuina vestigia sectanda, me impulit! Alioquin enim, pro inueterato anteactæ vitæ habitu intra veteris status mei miserrimi gressus, hucusque, persisterem. Sed, quemadmodum (vt dici solet) ingens & & atrox bellum, ingentem & tranquillam secum adducit pacem (siquidem finis belli pax est) ita etiam tribulatio, vt mortuus peccato peccator ab illo excitetur, & à prauo suo itinere, ad rectum Dominicæ legis tramitẽ conuertatur, cogere quodammodo solet. Quod nimirum mihi adũguem accidisse fateor. O terque, quaterque, millieſque beata coactio, te Domino dante, causa salutis meæ! Vere à te factum est istud. Hæc est excelsa dextera tua mutatio. Quis sicut tu Deus meus? Quis similis tui? Terribilis, & in creaturis tuis mirabilia faciens. Iussisti enim Domine, & ita est, vt omnis inordinatus amor sibimet sit pœna, atque ea qua quis parte, cum assuefactione, te non timens peccauit, vt puniatur, tibi placet. In hoc etenim cognoui, quòd me summo amplecteris amore, qui quidem in hac vita mortali, me (licet benigne) punis, qui, multo acerbiora pati meritus sum. Bonum vtiq; mihi Domine, quoniam suppresseris, atq; curuaueris me, vt viam tuæ veritatis eligerem, intelligeremque, ea omnia, à te, animæ meæ (licet indignè) prouenisse bona. Quid ergo tibi retribuam pro his omnibus, nescio. Quid sim tamen facturus, scio. Memini, te, Domine, in sacro Euangelio tuo sæpius monuisse: Petite, & accipietis. Ideo leuabo oculos meos in montem cœlestem tuum, vnde venturum mihi auxilium spero, certus sum nanque, te, pro tua pietate, cunctis nomen tuum dulcissimum, humili, & compuncto corde inuocantibus, tuas benignas accommodare aures, miserisq; solamen impertiri cœleste. Sed quid petam? Peto cum Propheta tuo, spiritum rectum à te Domine, in visceribus meis innouari, quo, facilius ad inuestigandas vias tuæ diuinæ voluntatis aditus patefiat. Peto etiam, vt inhabitem in domo tua cunctis diebus vitæ meæ. Peto, & licet indignus, obtenturum spero. Indicasti nempe (clementissime Deus) vocatione interramenti mei, singularem locum sanctum, in habitationem meam, ac requiem, Camaldulensem Eremum, omnium fama, re, factoque percelebrem. Quã ego, cum diu, multumque quæsissem, eam tandem, te gressus meos dirigente, in edito, excelsoque monte sitam inueni, à viro sancto tuo Romualdo, tibi Deo optimo, maximoque, te reuelante, dicatam, & consecratam: in hanc vt ascenderem, eamque inhabitarem, mihi inspiraſti. Sed quis ascendet in montem iustum Domine, aut quis requiescet in loco sancto eius? Respondes: Innocens manibus, & mundo corde, qui proximo suo non iurat dolose, *& ad beatam anhelat spem. Et subiungens etiam sic admones.* Excitare ideo, excitare (inquam) tu qui dormis, ne moreris, *quoniam in mora periculum. Egredere à domicilio isto tetro, & habitaculo prauis moribus denigrato. Exi ab ista adeo stricta cum turpibus vitijs cognatione. Desine iam contra stimulum calcitrare (du-*

A *rum nempe tibi est) sed festinans, omni metu semoto, ascende confidenter in montem almum istum, quem monstraui tibi, animam, corpusque tuum mihi insacrificium offeras acceptabile, & quo citius, eo melius. Ista enim vera est via, qua ducet te ad æternam patriam. Verum, tibi præcauere consulo, ne in ipsius ascensu, retro (quemadmodum misera illa fecit) respicias: esset nanque error priore peior. At ego, etsi infirmo spiritu, viribus extenuatus, virtute vacuus, confractus, ac debilis, non tamen immemor, obedientiæ sanc-*

B *ta munus, gratissimum bonitati tuæ infinitæ esse, iussui tuo obtemperare decreui, sicque clausis oculis, derelictis omnibus, me quasi deserens, per vias asperas, petrosas, ac spinosas ascensum arripio, diuinæ tuæ acquiescens voluntati, considerans, persuadensque mihi, cõplures sanctos libentissime per eas dẽ properasse gressus, arctãque esse viam, quæ mortales ipsos ducit ad vitam, & cœpi tunc mecum dicere: Vale immunde munde cum fallacijs tuis. Valete & vos profana negocia, vestris cũ*

C *dolosis, ac inextricabilibus inuolucris. Vale tu mũdana gloria, cum pompis tuis manibus. Valete vos etiam sodales, vestris cũ caducis delicijs: Vos ego penitus desero. Vale tu incerta spes, ad certam enim anhelo. Tu seductrix fortuna vale etiam; cum instabilibus tuis, dubijsque euentibus, quia duraturam fœlicitatem reperire laboro. Valeat demum omnis humanus honor, regnãdiq; appetitus: hæc omnia tanquam stercus arbitror, vt Christum lucrifaciam meum. Altiora multo his peto. In sanctam ciuitatem ascendo. Æternã gloriam quæro. Morum innouationem inuestigo. Ad cœ-*

D *lestes delicias aspiro. Deum ipsum summum bonum, per gratiam possidere propero. Ad terram fluentem lacte & melle accedo. Ad sacram Camaldulensem Eremum festino, vbi vere inuenitur Dominus, expectans illuc adire volentes, quibus iucundo, benignoque vultu obuiam occurrens, eos ad osculũ pacis ouans amplectetur, & ad æterna tabernacula admittit. Inferorũ cruciatus æternos vitare conor: idcirco vos maligni spiritus declinate à me, vt rectius præcepta Dei mei perscrutari queam. Discedite, (inquã) à me vos omnes iniquitatẽ*

E *operantes, quoniã misericors Dominus exaudiuit vocẽ fletus mei, & ego tabernaculum sanctum eius adire statui. Ne (quæso) itineri huic tam sancto, Deoq; tam grato peregrinationi, impedimentũ, obicem ve ponatis, quia voluntas Domini est, vt cursum consumẽ, & inceptũ vel (vt melius dicam) illuminatũ iter perficiam. Sed tu Domine, qui dixisti:* Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiã vos, *qui Pater es misericordiarũ, & Deus totius consolationis: qui omniũ animas summo charitatis ardore saluari*

F *vis: Tu, qui neminẽ derelinquis, nullũ despicis, quin potius, omnibus te, humili, tribulato, & compuncto corde implorantibus, opẽ gratiæ tuæ haud manu abreuiata elargiris: qui non vis delinquentis mortẽ, sed eius potius vitã & conuersionẽ, qui prouides cunctis animantibus tua indefessa, ac immensa prouidentia, etiam pullis ipsis coruorũ te inuocantibus, de rore prospicis cœlesti ne pereant: Respice me creaturam tuam, aut tui similitudinẽ, effigiemq; formatã, ac gloriæ tuæ appetentẽ, attrito corde nomen sanctum tuũ votis, q̃ possum humillimis, inuocantẽ, miserere mei, & ignosce mihi. Concede (obsecro) postu-*

Digitized by Google

postulanti mihi pennas, quibus celerrimè ad te veram requiem, atq; refugium meum volem. Ecce me Domine. Ego sum ouis illa errabunda, filiusq; ille prodigus. Iam lubens scando. Ad te Deum meum, vnicam spem, & quietem meam gaudens confugio. En venio. Suscipe me ad te venientem. Sine (obsecro) me benignitatis tuæ benedictione repleri, & à te ad osculum pacis, perpetuamq; cohabitationem benigne admitti. Sim dignus vocari filius tuus. Pedes mei olim veloces ad delinquendum in te, mereantur iis calceamentis à te muniri, quibus ad sanctorum pedum tuorum vestigia sectanda, velocissimi reddantur. Manus autem meæ, quæ tot scelera contrectauerunt aduersus pietatem tuam insinitam, efficiantur digna appositione ānuli tui, (hoc est) diuina gratia tua ornamentis digna efficiantur, ac imposterum, quæ tuo sancto nomini grata sint opera exerceant. Digner (oro) illius prima innocentiæ stola indui, vt ad cœlestia gaudia recta tendam via. Sim postremo dignus, te verum vitulum saginatum, in ligno Crucis pro me occisum manducare, & perenniter in monte sancto tuo, cum sanctis tuis epulari. Et quoniam statui Domine, residuum vitæ meæ in monte sancto isto (te adiuuante) consumere: solue (precor) meæ dolosæ linguæ vinculum, eamq; immuta, & instrue, vt oblita primi sui profundi, ac pernicioſi sermonis, montanum istum, humilem scilicet, modestū, ac simplicem, tibiq; gratum sermonem perdiscat, vt in montis ipsius vertice, te, corde humili, atq; sincero laudet, benedicat, tibiq; perpetuo inseruiat. Nunc profectò cognosco, Domine, tibi gratius, præstabiliusq; fieri obsequium, si à valle ad montem ascendamus (hoc est) si à terra ad cœlum, si à sensualibus desideriis ad spiritualia, si à creaturis ad te creatorem, si tandem a caducis, & cito perituris, mentes ad æterna, & semper duratura sibleuemus nostras. Necessarius ergo mihi fuit pristini gradus imus descensus, vt in supremi montis ingra properarem ascensum? Necessarius vtiq; sed maxime necessaria humilitas, cæteris associata virtutibus, vt ad optatum montem Dei perueniam. O felix casus, qui talis, ac tanti montis meruit habere ascensum. In monte Domine dedisti Legem, eamq; vis a me in monte seruari. Hoc autem, non sine maxima incomprehensibilium iudiciorum tuorum abysso fieri existimo, cum in valle passim, meapte nequitia, ipsius prauaricator, & transgressor extiterim. Iam demiq; (Deus meus) superioribus assentior dictis, montis videlicet locum tibi ob multa acceptum esse, tum vt ibidem tibi securius, ac quietius inseruiatur, debitæque laudes impendantur: tum propter solitudinem sanctam, quæ remouet vitiorum genera multa: tum etiam, quia propter illius altitudinem cœlo propinquam, rectius mirabilia tua meditari poterimus. In monte, placuit summæ Maiestati tuæ inimici tui sacrificium. Abrahæ, placeat tibi etiam in monte sancto isto, animæ huius meæ, & corporis integra consecratio. A cœtico monte, tu Domine IESV CHRISTE, salutis nostræ initium es & autor egressus: Indulge, rogo, vt in hoc monte domo tua, te verum Seruatorem meum agnoscam. In monte, humanam tuam

A speciem splendidissimo, & corruscanti lumine decorasti: præsta (quæso) vt in monte isto, relictis mundanis omnibus, ac voluptuosis cogitationibus, noua in te trāsformatione commuter. In monte, sepius sacrosancta documenta populo diuulgasti, concede mihi, vt ea hoc in monte perfectè custodiam. In monte oliuarum, hora sacratissimæ passionis tuæ instante, Patrem orasti: Suscipe (obsecro) in monte isto abiectum, meus quamuis indignas oratiunculas, ac me pro tua pietate exaudi. Tādem in monte, acerbissimum Crucis patibulum subire voluisti, vt ego in monte in te transfixus, sempiternam animæ vitam acquiram. Non potest igitur absconditus locus iste sanctus, positus supra huiusmodi montem: Locus, à te benedictus, ac tuo sancto nomini præcipuè consecratus, vtq; tibi in eo assiduò ministretur, singulariter electus, ac diuina manu tua mirifice fabricatus. Terribilis ergo est locus iste? Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli. Vere, tu Domine, es in loco isto, & ego nesciebam: Ab omni penitus humanā conuersatione intus & extra semotus: in quo, perfecta Eremitica vitæ obseruantia viget, vbi, vt te verè diligam, ac in mandatorum tuorum via uerser, præclara mihi (fateor) præbetur occasio, & congrua opportunitas. Verum, heu me, Domine, quia inimicus multas mihi parat insidias, & suggestionibus suis continuis, plurima anteacta vitæ perpetrata scelera in memoriā reducit, quæ, mentem meam te desiderantem, lentescere vehementer, ac trepidare sæpe faciunt, atq; ab assidua mirabilium tuorum contemplatione perturbando coercent. Domine, vim patior, respōde pro me. Ne patiaris (obsecro) sacrosanctum tuum sanguinem pro me frustra fusum esse. Adiuua me, Domine, quoniam spiritus meus anxiatus est, & cor meum conturbatum valde. Confirma hoc, quod operatus es in me. In te, Domine, confido, & non frustrabor tuis promissis. Tu verò clementissime Deus, pro tua exuberanti misericordia, reddis tale responsum, quale immensæ tuæ Deitati conuenit. Dicis enim: Quid est (ô miser homo) quod inimici maligni versutias timeas, cum in seruos meos non præualeant? An deerit tibi gratia mea, qua illis viriliter resistas? Tecum sum in tribulatione, eripiam te, & glorificabo te. Confide ergo modicæ fidei: Noli timere, quippe qui non permittā, te, supra id quod potes, tentari. Quomodo autem coronaberis, nisi legitimè certaueris? An nescis, vincenti palmam, gloriamq; tribui iusto? ac per multa, variaq; tribulationum, tentationumq; genera, Regnum ingredi meum oportere? Dulcia (vt aiunt) non meruit, qui non gustauit amara. Seruire autem mihi, & pro me pati, amarum non est, sed dulcissimum potius, ac suauissimum. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Tu verò, qua tibi alia persuades via reportatur ū meritum, quam crucis via? Sub capite spinoso, membrum esse delicatum, qua ratione potest? Ponas passim ob oculos, sanctorum, electorumq; meorum: tum mecum gaudentium, vitam, & inuenies, quot pro nomine meo tentationum, persecutionum, afflictionum, ac tormentorum genera passi sunt, & ipsi nunc sunt in pace: quod tibi quoque, si id feceris, absque dubio, euenier. Si tristitiam videris ad præ-

sens sustinere, illa postea conuertetur in gaudium. Spera luceno post tenebras, serenitatem post pluuiam: Dabit enim Deus (vt dixit ille) his quoque finem. Si autem recte consideraue velis, inuenies aperte, non esse condignas passiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in vobis. Si vero inimici suasiones subiter fugere cupis, medijs te necessarijs vti oportet. Cauendum tibi est super omnia, ne illis se ingerere volentibus locum adhibeas: Principijs enim (vt dixit ille) obstandum est. Quod facillimum tibi erit, si præuideas, ne te incautum apprehendat oscitantem, seu otio dedstum comperiat dæmon: hoc autem omnino execrare, procul & a te repelle, ac ceu pestem fuge, & tanquam perniciosum animæ morbum, bonarumque actionum impedimentum, illud existima, imo vt semper occupatum, rebusque honestis, ac sanctis intentũ adinueniat, omni sollicitudine cura. In animam enĩ cælestibus, ac spiritualibus rebus vacantem, non intrabit malignus spiritus. Assiduis etiam orationibus atque meditationibus mentem exerce tuam. Sanctorum libros percurre, eorumque dicta memoriæ mãda. Crapulam, & somnolentiam fuge, & ieiunia libenti, hilarique persolue vultu. Sint prorsus a te lõginqua colloquia praua, bonis autem in tempore vtere. Audi sponte seniorum admonitiones, easque diligenter exequere. Cooperare gratiæ meæ, & noli spiritui meo resistere, ne reprobus efficiaris. Inuoca nomen meum semper, & descendet super te (sicut pluuia in vellus) virtus mea, & gratia mea non deficies. Conare viribus totis, cadere in meas, non hominum manus, in quib. non est salus: & cogitatum tuum in me solum iacta, & enutriam te. Perpende postea, antiquæ illius vitæ tuæ detestandam, miseramque conditionem, in qua tunc eras, & quantum tibi nocuit, mentemque distraxit tuam, ille hominum tumultus, effrenatus ambiendi anhelitus, negotiorum ingruentium confusio, ac in me delinquendi parata incentiua. Memineris tui proclius, ac propensi omni vitiorum generi sensus. Præoculis ponas pericula grauia, quæ tibi olim in huius seculi tempestuosis procellis imminebant, quibusque misera tunc anima subiacebat, quæ amans, peribit in illis. Reducas in memoriam, quoties in illam per oculos intrauit mors, & quantum eius saluti expediat, ab his omnibus segregatam omnino, ac permanere remotam, tu ipse iudica. Considera etiam frequẽter, extremum illum peregrinationis tuæ diem, rigidum iudicium, & inferni pœnas, & facere iam incipe ea, quæ tunc fecisse velles. Operare bonum, dum adest occasio, & ambula cum luce, ne subsequens te nox cõprehendat, ac sic errabundus, in profundum aliquod irruas præcipitium, vbi perpetuo remaneas. O vtinam hæc, toto mentis affectu, non horis solum, sed, si fieri posset, momentis, ac minutulis singulis, re ipsa præmeditareris, eisq; obnixe inuigilares, ne, cum in nouissimo die aduenero, te imparatum, instar fatuarum illarũ virginum, inueniam, & seruorum inutilium numero tunc aggregeris, illius (inquam) qui talentum a domino suo ad negociationem receptum, occultauit. Habuisti a me talentum, fac tibi, vt ex illo fœnus accrescat, vt cum a te petiero villicationis rationem illamque reddideris bonam, mereari audire. euge serue bone, intra in gaudium domini tui. Recepisti gratiam meam, ei vt coopereris adnitere diligenter. Ornaui te cælestibus donis, æquum est, tanti beneficij sis memor, & munuscula tua offeras mihi, gratiarum scilicet actiones, quas saltem habere teneris, quandoquidem multa a me recepisti, tuis meritis longe superiora. Tu vero, maligno spiritu ductus, pro bono malum mihi reddidisti, benefacienti malefecisti, ac in me dentibus rugiens, insurrexisti, & inhonorasti, de bono opere videris me (sicut illi fecerunt) lapidare. Hæccine reddis tractatori, ac redemptori tuo, o insipientissime, & ingratissime omnium? Hoc quidem, contra genus omne, brutorum etiam animalium est, quæ, quasi intelligant bona sibi collata, ore, lingua, cauda, ac totius corporis gestibus, motibusque blandientia, mira gratitudinis signa benefactori ostendunt. Tu vero, & mente, & corpore, tuum in me inuerecunde admodũ erexisti caput (serpentis more) & ego dissimulaui: parum enim misericordiam decuisset meam, ni tacuissem, expectans peccatoris digressionem a via sua peruersa, te quoque misericorditer expectaui, atque te si bonus eris recipiam. Quòd si pretiosiorem ætatis tuæ partem, nẽpe iuuentutẽ, dæmonis vacans obsequijs consummasti, reliquam saltem luces grauescentem, cur mihi non spontaneo expendes animo? Ne diffidas, nulla nanque sera ætas pœnitentiæ. In quacunque enim hora peccator ingemiscit, amplius iniquitatum eius non recordor. Quid est (rogo) quòd mundi pompis, carnis illecebris, ac dæmonis consortio illaquearis, & adeo facile cor tuũ illis (me derelicto) inclinas? Quid inibi boni latere animaduertis? Quodue afflicta animæ tua solamen parari credis? Quid inde securitatis conscientiæ, præmijve tibi prouenire speras? Quid boni, quod te ad inseruiendum dæmoni moueat, vides? Mundi ne ipsius duratio? Num immortalis carnis sõlatia? An forte dæmonis ipsius nobile sodalitium? Tu sane delectaris rebus maximi momenti, quæ te alijs beatiorem efficient. Quid inde lucri tibi inferri proponis? O stulte, & tarde ad credendum corde. O cæcorum cæce, vsq; quo velamen permanebit in oculis tuis? Quod (inquam) bonum, hinc tibi proueniendum, speras? Adhuc te latet illud? Omne datum optimum, omneque donum perfectum desursum esse, descendereque a Patre luminum? Hæc non considera ipse clariora sole? Præterea, credis, & fateris me verum Deum? immortalem? summum bonum, ac sempiternæ gloriæ largitorem? Fateberis quidẽ, (nisi forte insipiens) sicut ille, velis esse. Quod si hæc confiteris, cur à me fugis? Quid te terres? aspectus ne meus? qui splendidior est sole, & pulchrior luna. Quid vero? sacratissimæ Corporis mei susceptio nauseam tibi mouet? Panis enim sum Angelorum, & cibus grandium. An forsitan horribilis Lex mea? at suaue iugum meum, & onus leue est. Num formidas desertam, luctuosamue mansionem meam? quæ plena est omni lætitia, & iucunditate angelicorum, beatorumque spirituum, laudantium, ac benedicentium me quotidie. Vereris forsè

forte beatorum angustum præmium? Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit diligentibus se. Quid te terret ergo? Terreat te potius perpetua damnatorum pœna, tetraque, ac lugubris habitatio Sathanæ: Quod vero omnium maxime tibi timendum est, time vultus elongationem mei. Numquid vias meas, vt vias hominum arbitraris? Nonne tibi satius multo, conducibiliusque est, mihi adhærere, quam diabolum sequi? Quid (quæso) emolumenti ab eo expectas? nil certe aliud, quam æternæ gehennæ cruciatus. Quod si parvulum dolorem vix sufferre nequis, quomodo pœnas illas tartareas damni, sensusque in æternum duraturas sustineres? Non agnoscis imminentem ruinam? Insanis forte? Mira res certe. Ætatem habes. Tu ipse videas, ac prudenter expendas, considereque: Post veri tuo vtere libero arbitrio, & ad aquam, ignemve, manum adponas tuam. Sed vnum tamen ex te libenter quæro, quod negare neutiquam potes, vt vtroq; anteacta vita tempore diligenter apud te considerato, & quo, cacodæmoni, & quo, mihi inseruieras, cum in vtroq; à te periculum quandoque factum sciam: vtrum istorum, maiorem mentis tranquillitatem, & corpori suauiorem viuendi modum secum afferat? Non respondes ac hæc? quandoquidem taces, consentire videris veritati. Negare vtique non potes, quin dum mihi ministras, multo maior lætitia, tranquillior que mentis quies, ac certior conscientiæ securitas, ex hoc, quam ex illo affluat, quod, experientia ipsa rerum magistra docere videtur. Cum enim lucifero improbo, me relicto adhæres, omnia his opposita, & animæ, & corpori accidere senties. Anima nanque in primis ad bona omnia infirmior efficitur. Cor vero anxium, & conturbatum nimis. Conscientia autem ingi morsu agitata, læsa vexatur. Corpus deinde, innumeris tot mentorum generibus indies cruciatur, nunquam quiete somnum capit, nulla illi ciborum genera sapiunt, res omnes creatæ molestiam illi, fastidiumque pariunt: Semper vita periculo subditus, ac omni ex parte suspectus, æterneque mortis reus viuis. Mundus ipse te exosum habet, te nihili pendit, & a se abigit, & nisi misericordia mea te præuenirem, terra tibi dehisceret. O infœlix hominum vita: si modo vita dici possit) dixisses vitam potius continuam mortem, & melius lethalem nominasses febrim, & (quod his peius) te viuere cum morte æterna fateris, quæ depascet te, nisi resipiscas. At vero, cum meis vacas seruitiis, cessant hæc omnia, comperies profecto manifeste contraria, conscientiam sedulcet serenam, pacificam mentem, quietum cor, corpus ad vtranque (vt aiunt) aurem dormitionem capit, non cogitat de crastino, sed in Deo, cum Deo, pro Deo, & in Deum, totus intimo quodam anhelitu mueberis, & tibi eum diligenti omnia cooperantur in bonum. Mundus ipse, summote amore amplectitur, laudibus extollit, & ad dignitatum honores euehit. Vides ergo aperte, quantum via mea à vijs hominum differant, quantoque vtilius sit mihi, quam diabolo inseruire. Quid plura? Seruire Deo, regnare est, vereque triumphare. Quod si hæc vera sunt, quæ verissima esse norunt omnes: Exue iam prorsus veterem illum hominem, vt nouus fias homo. Pudeat te tandem scelestæ illius vitæ, positisque antiquis exuuijs, angelicum Eremiticæ vitæ statum lætus ingredere, in qua vocatione ita persistas velim, vt eam veteris tuæ depranatæ vitæ antidotum esse intelligas, nullam plane maiorem commutationem dare poteras pro anima tua quam ingressum ad eam. In qua, quantum possis proficere, mihique inseruire, ac scelera retroactis temporibus abs te patrata, integra cordis compunctione deplorare, atque ternerrime lugere, tu ipse vides. Animadueretur igitur, te constitutum in loco sancto, voluptatis veluti paradiso, vbi suauiter mea superueniente gratia, quæ nemini deest, sensus ac potentias tuas, olim effrenatas, colligere, ac sedare potes, vt sensus voluntati, voluntas intellectui, ac intellectus mihi recte subiacentes, harmoniam, ac veluti cimnum efficiant concentum. Ecce sanus factus es, quod sistas, vide ne cadas, & super omnia, ne de prohibito pomo comedas (id est) ne opere, seu mente, ad veterum illorum turpissimorum scelerum vomitum redeas, esses nanque difficilius (sicut conualescenti in eandem prorsus relabenti infirmitatem) medicamen. Ne parvipendas hæc, quæ ad integram æternamque animæ tuæ salutem, tantopere attinent. Dixi autem, animæ salutem æternam, vt inde oppositam perpetuam nempe damnationem effugias. Fieri ne potest, vt adeo incredulus? cæcus? & offuscata sis mente? vt obliuioni tradas ea omnia, quæ in lege mea luculenter tibi præcepi? quorum suauis observatio, æternum præmium, transgressio vero, sempiternam secum adducunt pœnam? Quis ferrum auro? Quis tristitiam gaudio? Quis tenebras luci? Quis demum, mortem perpetuo duraturam, gloriosæ, ac immortali vitæ præposuit vnquam? præponetve? Reuertere ergo, reuertere ad me anima à me formata, plurimisque gratuitis muneribus dotata. Reminiscere eorum omnium, quæ erga te feci, & noli esse incredula, neque ingrata, cum tua res agatur, & pro momentaneo malo, noli sempiternum amittere bonum. Meditare iugiter vnigeniti mei filij, Redemptoris tui ignominiosam passionem, quam pro te, & omnibus, in ligno Crucis sustinuit, ac vide, ne pro te frustra susceptæ videatur. Contemplare ipsum, æqualem mihi, pro te pendentem, vt opprobijs onustum, tot contumelijs imbutum, vndique laceratum, & dilaniatum, ne delicijs ac solatijs careres æternis. Respice eum, contumeliose morientem, vt tu, eius amore permotus, in hac mortali vita, plena sensuum tuorum mortificatione, viriliter, ac vt strenuum, & veteranum decet militem, in hoc præsertim (duelli instar) destinato loco, contra infestissimos hostes, salutis humanæ perturbatores, pugnando, honorem sempiternum (qui iustorum est merces) reportare possis. Considera attente

Dominum tuum, prono capite in Cruce suspensum, vt tuum in cœlum erigas frequenter. Inuoca ipsum, pro te semper interpellantem, ac verum Pellicanum, habentem pectus suum sacratissimum graviter vulneratum, & sanctum, à quo, preciosissimus emanans sanguis, tum super filios omnes, tum super te miserioriter sparsus est, vt apud eum aeterna fruereris beatitudine. Quae omnia, si die, nocteq; perpetua animi cogitatione pensabis, beatus es, & bene tibi erit: Hinc enim magis magisq; eius inardesces amore, atq; tra fies, vt leuior tibi, & facilior via mea reddatur, quo tandem vita aeterna, dignam cum Electis meis in patria, mereatris habere mercedem.

CAESAR ORLANDIVS

DE VRBIS SENAE EIVSQ. EPISCOPATVS ANTIQVITATE.

ARGVMENTVM.

Ciuitatis & Ecclesiae Senensis fundatores, nondum compertos esse, in illam tamen, Coloniam ab Augusto deductam. Hanc vero annosiam MCVIII. Episcopali dignitate ornatam, (commentitiis quibusdam scriptis confutatis, bonorumq; auctorum testimoniis explicatis) dilucide comprobatur.

ORNARI RES IPSA NEGAT, CONTENTA DOCERI.

SENAM Etruriae vrbem antiquissimam, eius autem sedem Episcopalem, non adeò vetustã esse, inter omnes fere nostrae & superioris aetatis scriptores, constare video. De auctoribus autem, ex quibus antiquitas huiusmodi probetur, non omnium eadem est opinio. Quod verò ad vtriusq; conditorem seu fundatorem attinet, ob antiquitatem ipsam, apud probatos scriptores nihil certi reperio. Nam (vt aniles fabellas de Senio & Aschio, Remi vt falsò creditur filijs omittam: Remus enim Dionysio & Plutarcho testibus, nullos prorsus liberos reliquit) quod à nonnullis traditur, eam ciuitatem fuisse conditam à Gallis Senonibus, qui, Brenno duce, anno trecentesimo sexagesimo tertio ab Vrbe condita, spacio septem mensium, vt Polybius scribit eadem vrbe potiti fuerunt, nullo certo aut saltem probato auctore constat. Etenim Ioannes Saresberiensis, Britosiue Anglus, (lib. 6. c. 17. & lib. 8. c. 23. De nug. Curialium. &c.) primus, quantum ego viderim, huius opinionis auctor (qui ex eo quod eius liber, Polycraticus inscribitur, à Iacobo Philippo Bergomate, [In supplem. Chronic.] & aliis Polycrates, seu Polycarpus appellatur) nullum huiusce suae existimationis testem adducit. Ipse autem Ioannes, se Hadriani quarti Pontificis Maximi familiarem fuisse, & dum Henricus Rex Britannia secundus, Tolosanam ciuitatem obsidione cingebat, scripsisse testatur. Apud omnes vero constat, Hadrianum quartum, ab anno salutis millesimo centesimo quinquagesimo quarto, vsq; ad quinquagesimum nonũ, in sólio B. Petri sedisse, Henricum autem Secundum eodem sanè tempore regnasse, & proinde huius Ioannis de origine Senae mille & vltra annis (vt ex infra dicẽdis apparebit) ante ipsum Ioannem condita, testimonium, ne pili quidem faciendum esse.

Ad eiusdem autem ciuitatis antiquitatem comprobandam Raphaël Volaterranus, [lib. 4.] & alij, qui ante & post eum scripserunt, M. Portij Catonis, Polybij, Ciceronis, Liuij, Lucani, Silij Italici, Appiani, Plinij, Itinerarij, quod sub Antonini Pij Imperatoris nomine circumfertur, libelli cuiusdam De Coloniis, ipsius

ipsius Volaterrani ætate reperti: nec non quarundam tabularum, siue (vt nostri loquuntur) cuiusdam publici instrumenti, testimonijs vti solent. Cæterum, cum ego auctoritates huiusmodi, nihil ad rem nostram facere semper existimauerim: operæpretium me facturum putaui, si primum quam ex quibus probatis scriptoribus, Sena vetustas perspicuè probari possit, ostendam, ex quibus etiam eadem antiquitas, (meo quidem iudicio) minimè probetur, breuiter & ingenuè demonstrauero.

Primum igitur, quod ad Catonem, cæteris antiquiorem, attinet, plurium eruditorum testimonijs, compertissimum habeo, librum illum, qui sub titulo M. Porcii Catonis ex libris Originum fragmenta legitur, fictum & adulterinum esse, non minus quam Berosum Chaldæum, & alios qui simul cum ipso Catone venales habentur. Quod licet multis, ijsq; non leuibus argumentis probari posset, vnum tamen & alterum tantum, præter ea quæ ab alijs referuntur, proposuisse contentus ero. Scribit enim Dionysius Halicarnassæus, Porcium Catonem in suis libris Originum affirmasse, primos Italiæ incolas, fuisse Græcos ex Achaia profectos. Quod etiam Cæcilius, rerum Romanarum scriptor, à Strabone citatus, probare videtur. At in proœmio istorum fragmentorum, Græci impudentes appellantur, quod Italiam ab ipsis ortum, nullo certo auctore aut ratione, sed per solam insaniam fabulentur. Quod quidem verbis Dionysij ex diametro pugnare, nemo, opinor; non videt. Quò fit, vt cum alterutri eorum, fidem detrahi sit necesse, nullus dubitare possit, quin Dionysio, non solùm antiquiori, sed etiam tot seculis, omnium consensu, approbato scriptori, maior fides, quàm fragmentis istis, iure adhiberi debeat. Atq; hanc rationem (vt postea animaduerti) etiam Io. Goropius in originibus Antuerpianis [lib. 4.] aperte probat. Præterea, Cicero [De Senect. ex persona huius M. Catonis, quartũ & octogesimum annum agentis, loquens, sic ait: Septimus mihi Originum liber est in manibus. Cornelius autem Nepos, siue, vt alij volunt, Æmilius Probus, in vita eiusdẽ Catonis, ita scribit: Senex historias scribere instituit, quarum sunt libri septẽ. Primus, continet res gestas Populi Romani. Secundus & tertius, vnde quæque ciuitas orta sit Italica: ob quam rem omnes Origines videtur appellasse. In quarto autem, bellum Punicum primum. in quinto, secundum. atq; hæc omnia capitulatim sunt dicta. reliqua bella pari modo persecutus est vsque ad Præturam Seruij Galbæ, qui diripuit Lusitanos. Atque horum bellorum duces non nominauit: sed sine nominibus res notauit. In iisdem exposuit, quæ in Italia Hispaniisque viderentur admiranda, in quibus multa industria & diligentia comparet, multa doctrina. Sex. verò Pompeius Festus: Originum (inquit) libros quod inscripsit Cato, non satis plenum titulum propositi sui videtur amplexus, quando prægranant ea quæ sunt rerum gestarum, Populi Romani. Idemq; Festus, ac etiam A. Gellius, ex septem libris Originum Catonis, plura, & inter cætera, ex secundo & tertio, vbi propriè Origines describebantur, hæc verba profitrunt ex secundo: Neque satis habuit quod eum in occulto vitiauerat, quin eius famam prostitueret. & alibi: In maximum decus atque in excelsissimam claritudinẽ sublimauit. Itemq; ex tertio: Haud eos eo postremum scribo, quin populi & boni & strenui sint. & alio loco, Equus respondit, Oreas mihi inde, tibi cape flagellum. Ex quibus omnibus perspicuè apparet: Primum, quod origines ciuitatum Italiæ, non omnibus septem, sed duobus duntaxat libris, videlicet secundo & tertio, describebantur. Deinde, quod his duo libri non minus quam reliqui quinq; ab ipso Catone perfecti & absoluti fuerunt. Quæ cum ita sint, cæteri autem quinq;, in quorum medio hi duo positi fuerant, post Gellij & Festi ætatem, à nemine (quod sciam) citentur, cui vnquam, quæso credibile fiet, vt primus, quartus, & reliqui perierint, secundus autem & tertius tantũ incolumes, imo ne incolumes quidem, sed mutili & truncati euaserint? Neq; tamen in his verbum vllum eorum, quæ ab ipsis Festo & Gellio ex illis proferuntur, agnoscatur? Quibus accedit, quod fragmenta ista, non duorum, sed vnius tantum libri, eiusq; integri, formam præ se ferunt, quippe cum & pauciora contineant, & non vnam tantum Italiæ partem, de cuius vrbium origine solum, in ijs libris tractabatur, sed illam vniuersam complectantur.

Quod autem Polybius [lib. 2.] non de Sena Etruria loquatur, sed de alia Sena Piceni, quæ ipsius Polybij ætate Sena simpliciter dicebatur, & in littore maris Adriatici, vbi campi Italici terminantur, sita est, ex ipsius Polybij verbis adeò perspicuè ostenditur, vt nulla alia disputatione indigere videatur.

Balneæ verò xenia, quarum meminit Cicero [pro M. Cæl.] non quidem Senenses, sed publica erant, vt paulo post idem Cicero ipsum more suo declarans, illas publicas diserte appellat. Xenia autem dicebantur, eò quòd Xenij seu muneris loco, gratis publicè præberi solebant: cuius rei etiam Plinius iunior, ac Dio Cassius, & ex nostris Scæuola, & Alfenus, itemq; antiqui lapides non obscurè meminerunt. Balineum, ait Plinius, [Epist. lib. 8.] Hispellates, quibus illum locum Augustus dono dedit, publicè præbent & hospitium. Dio autem scribit, Augustum orbe pacato, balneæ publice & tonsores, viris ac mulieribus gratis, toto anno præbuisse. Tiburtibus (inquit Scæuola) [l. Patronus. 35. §. codicillis. ff. de legat. tert.] municipibus meis amantissimisque, scitis balineum Iulianum, iunctum domui meæ, ita vt publicè sumptu heredum meorum, & diligentia, decem mensibus totius anni præbeatur gratis. Alfenus vero, Ædilis in municipio balneas conduxerat, vt eo anno Municipes gratis lauarentur. in lapide autem, qui prope oppidulum Zagarolis Prænestinæ diœcesis extat, sic legitur. C. Aurunce iu..... Cotta. Colonis. incolis. hospiti. aduentoribus. seruisqu. eorum. lauationem. ex. sua. pecunia. gratuitam. in perpetuom. dedit.

Prælium item Senense, de quo idem Cicero in libro De claris oratoribus meminit, non apud Senam nostram, sed ad Senam Piceni gestum fuisse, ex Liuio,

Probo seu Nepote, Plinio iuniore, Plutarcho, & Eutropio, adeo perspicue constat, vt nullus omnino dubitationi locus relinquatur.

Epitome autem Liuiana verba, [Lib. 11.] *videlicet:* Coloniæ deductæ sunt, Castrum, Sena, Adria *(vt etiam Volaterranus* [Lib. Parali.] *annotauit) profecto de eadem Sena, de qua etiam Polybius* [Lib. 2.] *locutus fuit, accipi debent: præsertim, cum & Liuius & Polybius de nomine ipsius Coloniæ inter se consentiant, de tempore autem quo illa deducta fuerit, non nisi in spacio decem annorum dissentiant: quod nemini profecto mirum videbitur, si is bonorum auctorum diuersitates, in hac Coloniarum materia ab aliis animaduersas, ante oculos sibi posuerit, & insuper meminerit, quod Velleius (qui anno V. C. octingentesimo septuagesimo secundo, ex professo de Colonijs scripsit) non solum de hac Colonia Sena, nullam prorsus mentionem facit, sed etiam circa annum deductionis coloniæ Castri (quæ secundum Liuium eodem anno, quo Sena deducta fuit) in numero viginti annorum à Liuio dissentit. Neque tamen propterea vllus vnquam duas fuisse colonias eodem nomine Castri appellatas suspicatus fuit. Dixi autem, Liuium & Polybium de tempore quo Sena colonia deducta fuit in spacio decem annorum tantum dissensisse: quia totu Liuij historia lib. xj. descripta, inter consulatum P. Cornelij Rufi, & M. Curij Dentati (hoc est inter annum V. C. quadringentesimum sexagesimum secundum, vel sexagesimum tertium) ac dictaturam Q. Hortensij (hoc est annũ quadringẽtesimum sexagesimum septimum, vel sexagesimum octauũ) concluditur. Quo fit, vt cum secundum Polybium, Colonia Sena quatuor annis post traiectionem Pyrrhi in Italiam, deducta fuerit, &, secundum omnes, Pyrrhus anno ab V. C. quadringẽtesimo septuagesimo sexto, vel septuagesimo septimo in Italiam traiecerit, ea propter Liuius & Polybius circa annum deductionis coloniæ Sena, in numero decem annorum plus minus, vt dixi, dissentiunt.*

Dixi etiam, Velleium circa annum coloniæ Castri, in numero viginti annorum à Liuio dissentire: quia Velleius ad hunc modum scribit: At initio primi belli Punici, Firmum & Castrum coloniis occupata. *Bellum autem Punicum primum, anno V. C. quadringentesimo octuagesimo nono inceptum, inter omnes conuenit, Coloniam autem Senam inter annum quadringentesimum sexagesimum tertium, & quadringentesimum sexagesimum octauum ab V. C. in Etruria deduci non potuisse, maximo, ni fallor, argumento est, quod anno demum quadringentesimo septuagesimo, Etruscos à Romanis superatos, & anno quadringentesimo septuagesimo secundo, Q. Marium Philippum de Etruscis triumphasse in Capitolinis marmoribus scriptum legamus, cum tamen Colonias nisi in Prouincijs plane deuictis, deduci non potuisse, notius sit, quam vt aliqua probatione indigeat.*

Ad hæc, Lucani & Silij carmina, quibus Sennæ seu Sena, vel Senarum meminerunt ad Senam Etruscam referri non posse, illud, ni vehementer fallor, maximo argumento est, quod Lucanus non vrbes Italiæ, sed flumina ipsa ex Apennino ortum habentia: Silius autem populos Italiæ describens more poetico, illos per flumina, quæ ipsos populos alluunt designat. Sennam verò fluuium esse in Flaminia seu Æmilia, & ex Apennino orientem, in Adriaticum excurrere, notius est, quam vt à me pluribus explicari debeat. Cæterum, quò res omnibus planior fiat, carmina ipsa subijcienda censui.

Lucanus lib. II.

Vmbrosis mediam qua collibus Apenninus
Erigit Italiam, nullo qua vertice tellus
Altius intumuit, propiusque accessit Olympo:
Mons inter geminas medius se porrigit vndas,
Inferni superique maris; collesque coercet
Hinc Tyrrhena vado, frangentes æquora Pisæ;
Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon,
Fontibus hic vastis immensos concipit amnes,
Fluminaque in gemini spargit diuortia ponti.
In læuum cecidere latus, veloxque Metaurus
Crustumiumq; rapax, & iunctus Sapis Isauro
Sennaque: & Adriacas qui verberat Ausidus vndas
Quoq; magis nullum tellus se soluit in amnẽ,
Eridanus, fractas deuoluit in æquora siluas,
Hesperiamque exhaurit aquis.

Et paulo post:

Exteriora petens montis decliuia Tibrim
Vnda facit, Rutubamque cauũ, delabitur inde
Vulturnusque celer, nocturnæque editor auræ
Sarnus, & umbrosæ Liris per Regna Maricæ
Vestinis impulsus aquis, radensque Salerni
Culta Silet, nullasque vado, qui Macra morat,
Alnos, percurrit in æquora Lunæ.

Silius lib. 8.

Hos Asis, Sapisque lauant, rapidosque sonanti
Vertice contorquẽs, vndas per saxa Metaurũ,
Et lauat ingentem, perfundens flumine sacro
Clitumnus, Taurum, Narq; albescẽtibus vndis
In Tibrim properãs, Tiniæq; inglorius humor,
Et Clanis & Rubico, & Senonũ de nõine Senæ.

Idem post quatuordecim versus, vbi de Arna, Meuania, Ispello, Narnia, Ingino, Fulginia, Ameria, Camerte, Sarsina, & Tudertomeminit:

Iamq; per Etruscos legio completa maniplos
Rectorem magno spectabant nomine Galbam.

Et post duos versus:

Lectos Ceræ viros, lectos Cortona superbi
Tarcontis domus, & veteres misere Grauiscæ
Nec non Argolico dilectum littus Alcfo
Alsium, & obesæ campo squalente, Fregellæ
Arguit & sacri interpres fulminis, Alis
Fesulæ,

Fesulæ, & antiquus Romãis mœnibus horror
Clusinum vulgus, cũ Porsena magne iubebas
Nequicquã pulsos, Romę imperitare superbos.

Non tamen negauerim fluuium Glanim, de quo Silius meminit, eundem esse cum Clani, de quo Strabo, Tacitus, Plinius, & Stephanus memorarunt. Nam & Appianus, & Plinius, & Stephanus illum per G, non per C. scribunt. Nec me mouet, quod cum Clanis & Rubico tot terrarum spacijs inter se distent, verisimile prorsus non sit, vt Silius duo flumina adeo inuicem distantia coniungere voluerit. Nam fluuium Senam, quem idem Silius eodem versu complectitur, non minus quàm Clanim à Rubicone distare certũ est. Quibus accedit, quod cum Silius in precedenti versu de Nare & Tinia, quæ in Tiberim illabuntur, meminisset, postea in hoc sequenti versu, etiam de Clani, qui similiter in Tiberim illabitur, mentionem facere voluit: non secus ac Plinius de iisdem fluminibus, videlicet Clani & Tinia, eodem ferè verborum contextu, mentionem facit.

Iam verò Appiani verba [lib. primo bell. ciu.] *dum Martium à Pompeio circa ciuitatem Senam debellatum, ciuitatemq; ipsam direptam scribit, de Sena nostra accipi non posse, ex his planum fieri arbitror. Primum, quod idem Appianus alio loco* [lib. de bello Annil.] *de Senogallia sine vlla controuersia, loquens, iisdem literis illam scribit, quibus & in hoc loco, de quo est contentio, nempe his: περὶ πόλιν σήναν: quo scripturæ genere etiam Ptolemæus vtitur, dum Senam Gallicam designat: cùm tamen apud eundem Ptolemæum Sena nostra per ει, scripta legatur. Deinde eq; idem Appianus paucis verbis supra eum locum, de quo dubitatur, de Æsino flumine, (quem omnes Senogallię propinquum esse scimus) apertam mentionem facit: licet in Italicis exemplaribus, pro Æsino, Ticinus corrupte legatur: vt ex hoc certo coniectari liceat, vrbem σήναν, de qua Appianus meminit, Senam Picenũ non autem Senam Etruriæ fuisse.*

Plinij autem senioris verba [lib. 18. c. 17.] circa Clusium & Senas, *ad librarum numerum, non autẽ ad ciuitatem Senensem (quod etiam Volaterranus* [lib. Paralipomenon.] *animaduertit) referẽda esse, vel ex eo liquere arbitror, quod Sena nostra non est in Italia Transpadana, prout, si illorum interpretationẽ admitteremus, ex Plinij verbis necessariò ponenda esset.* In Transpadana *(inquit)* Italia, scio vicenas quinas libras, farris modios pendere, si quis granum ipsum ponderet, circa Clusium & senas, *hoc est, libras vicenas senas. Clusium autem farris, etiã apud Columellam, qui ante, & apud Galenum, qui post Plinium ipsum floruit, mentio reperitur.* Adorei, *inquit Columella* [lib. 2. c. 6.] plerumque vidimus in vsu, genera quatuor. Far quod vocatur vernaculum, vennuculum, rutilum, atq; alterum candidum, sed vtrunq; maioris ponderis, quàm Clusinum, semẽ trimestre, quod dicitur Gallicastrũ. Idque pondere & bonitate est præcipuum. *Galenus autem* [lib. 7. de compositione medicamentorum secundum locos] *sic ait:* Farris Clusini appellati, sextarii dimidium.

Locus vero ex Itinerario quod sub Antonini Imperatoris nomine circumfertur, vbi iter illud ab vrbe Roma in Galliam describit, & post Vmbronem in monte, de Sena colonia, meminit, non minus quam liber ille Catonis, confictus, imò ex libro illo ad verbum descriptus apparet. Qua ratione vt arbitror, moti Aldus & nonnulli recentiores totam illam appendicem (quæ nec etiam in scriptis codicibus legitur) in eorum exemplaribus excudere, consultò omiserunt. Quibus accedit, quod appendix illa, tum Ciceroni, tum ipsi etiam Itinerario aperte repugnat. Nam eius auctor, iter ab vrbe ad Lucam describẽs, post Vulsinium, dextrorsũ flectit, & primo Clusium, inde Ad Statias post Arretium, tum Ad Fines sive Casas Cæsarianas, inde Florentiam, post Pistores, & postremo Lucam designat. Cicero autem [Philip. 12.] *ab eadem vrbe Roma ad Mutinam iter metiens volenti, tres tantummodo, non autem sex, vt ista appendix tradit, vias esse docet:* Tres *(inquit)* viæ sunt ad Mutinam. A supero mari, Flaminia: ab infero, Aurelia: media, Cassia, quæ Etruriam discriminat. *Idq; etiam ex Strabone non obscurè colligi videtur. Hic etenim Italiam describens, vias omnes, quæ Romam ducunt, vrbes, & loca, per quæ illæ transeunt, diligentissimè designat: & tamen in Etruria descriptione, nullas alias vias, quam Flaminiam, & hanc Cassiam, quæ Arretium ducit (tacito tamen illius nomine) nobis indicat.* Talis est *[inquit lib. 5 ex versione Xylandri]* Ciminus lacus apud Volsinios, & alius apud Clusium, & proxime Romam ac mare, Sabatus. Longissimè autem remotus, & iam Arretio propinquior, Trasimenus: juxta quem in Etruria aditus exercitibus datur, quo & Annibal vsus est. Sunt enim duo aditus, hic, & alter per Vmbriam, iuxta Ariminum. atque hic quidem commodior est, montibus ibi satis humilibus. Sed cum is accurata custodia teneretur difficiliorem coactus est petere, & obtinuit, victo magna pugna Flaminio. *Hæc Strabo. Ex quibus omnibus certo certius constat, quod auctoris illius Itinerarij ante ab vrbe Etruriam versus proficiscentes, per ciuitatem Senensem iter minimè faciebant, sed illam longissimè ad sinistram relinquebant. Huius rei fortissimum argumentum, illud esse videtur, quod non solum Appia, Flaminia, Aurelia, & Cassia, vsq; Vulsinium, sed etiã ipsius Clodia, inter Clusium & Arretium, non longè a monte Polisiano, multæ adhuc reliquiæ seu fragmenta adeo admiranda extant, vt non hominum, sed malis alicuius dæmonis potius opus fuisse credatur: cum tamen eius viæ, quæ a tempore, hominum memoriam excedente, ab vrbe Roma ad Senam pergentes vtuntur, post Vulsinium nullum penitus vestigium appareat, neque silicum antiquitus stratarum, neq; etiam veterum pontium super Peiam, Vmbronem, & Arbiam fluuios (qui inter Vulsinium & Senam labuntur) extructorum. Vmbro autem nauigiorum capax existit, & turo trepidas excipit ore rates.* [Rutil. Numatian. in suo Itiner.] *Arbiam denique, etiam æstiuo tempore,*

*tempore, vix ab equitibus quandoq; trajici posse, omnes qui illac iter fecerunt, probe norunt. Ne autem quispiã vt ego aliquãdo, fortasse suspicetur, quod illius Itinerarij auctor, in ea parte qua vias Etruriæ describit, sit mancus & imperfectus, cum haud verisimile videatur, quod Auctor ille qui viam Flaminiam & Aureliam tam accuratè descripsit, viam etiam Cassiam, quæ, vt ex Cicerone constat, inter has duas media erat, describere omiserit (qua fortasse ratione, appendix illa, de qua supra, ad eum librum facta extitit: nempe, vt locus, qui mancus & mutilus videbatur, restitueretur) Is sciat, quod ad hunc, de quo agitur, locum attinet, excusos libros tum scriptis, quorum vnus satis antiquus in Vaticana bibliotheca extat, consentire. Imo, quod etiãme magis monet, Bartholomæus Marlianus, Onuphrius Panuinus, & alij, quotquot de antiquitatibus vrbis Romæ scripserunt, viam Cassiam designantes, illam per Sutrium, Vetrallam siue Forum Cassii, Viterbiumque, & Vulsinium ducunt, eiusque viæ vestigia adhuc inter ipsa oppida extare tradunt: vt ex hoc certo conijcere liceat, viam Cassiam & Clodiam vsq; Vulsinium, vnam & eandem fuisse: cum etiam Clodia in eodem Itinerario descripta, post Baccanas Vulsinium vsq;, cum hac ipsa Cassia omnino concordare reperiatur. Dixi autem, Itinerarium quod sub Antonini nomine circumfertur: quia, vt hoc etiam obiter admoneam, liber ille Antonino Pio Imperatori tribui nullo modo potest. Etenim cum in eo libro semel atque iterum de ciuitate Constantinopolitana mentio fiat, certe ex hoc solo perspicuè apparet, eius libri auctorem, quicunq; tandem is fuerit, post Constantinum illum Magnum, a quo Constantinopolis nomen accepit, sicque post annum Salutis trecentesimum trigesimum septimum, floruisse, cum tamen secundum omnes Antoninus Pius Imperator anno centesimo sexagesimo tertio eiusdem Salutis, infata concesserit.

Quod autem ad libellum etiam Volaterrani [ipso teste Lib. 4. Geographiæ.] *inuentum, ac* Cæsarũ *leges agrariæ, & Coloniarum iura, inscriptum attinet: certe verba illa ab ipso Volaterrano,* [Lib. 5.] *ex iam dicto libello prolata, hoc est,* Colonia Sanensis, *in nullo trium exemplarium quæ sola mihi videre licuit, leguntur. Eorum autem vnum scriptum, in supradicta Vaticana sub hoc titulo,* Liber Augusti Cæsaris & Neronis, *conseruatur: Alterum, sub titulo,* Coloniarum Pop Romani descriptio, *siue* De limitibus *Parisiis anno MDLIIII. apud Adrianum Turnebum, cum libro* De agrorum conditionibus: *Tertium vero hic Romæ circa annum Salutis MDLX. sub nomine* Sex. Iulii Frontini De Colonis, *excusa circunferuntur. Cæterum, cũ tria hæc exemplaria, omnia inter se dissentiant, & vnumquodque eorum, aliquid plus vel minus quam reliqua contineat, id me dubitare cogit, ne exemplar illud, vbi Volaterranus ea verba legisse affirmat, temporum iniuria perierit, quemadmodum etiam illud, de quo Politianus* [Epist. lib. 1. epist. 1.] *meminit, hodie non extare, fide dignis testibus compertum habeo. Verba autem illa, quæ in exemplari Romæ impresso leguntur, videlicet,* Ager vrbis Sanensis, limitibus maritimis & montanis, lege triumuirali est assignatus, & loca hereditaria populus accepit, *nisi ego vehementer fallor mendũ aliquod continent, & ex iam dicto exemplari Parisiis impresso emendari debent, vt pro* Sanensis, Sentinensis *legatur. In eo etenim exemplari Parisino ita legitur:* Sentis oppidũ ager eius limitibus maritimis & montanis, lege triumuirali est assignatus, & loca hereditaria populus eius accepit. Finitur sicuti consuetudo est regionis Piceni. *Nam si quis hæc duo exemplaria inter se contulerit, is procul dubio, eam partem, quæ in fine exemplaris Romani legitur, ex Parisino, paucis tamen, vt fit, immutatis, descriptam esse deprehendet. Addo etiam quod licet vice illius verbi* Sentis *legendum esset* Senensis, *non tamen continuo, ex hoc solo, vt Volaterranus putat, efficeretur, vt Sena nostra, Colonia Romanorum dici posset. Neq; enim omnes ciuitates, de quarum agris in iam dictis libellis fit mentio, Coloniarum numero censentur. Quod quidem vel hinc constare potest, quod in eisdem libellis, de plurium ciuitatum agris, mentio habita est, quæ tamen ex Augusti descriptione, a Plinio,* [Lib. 3. c. 5.] *quæ multis annis ante eorum libellorum auctores scripsit, relata, non inter Colonias, sed inter populos siue oppida reponuntur, veluti (exempli gratia) sunt Auximates, Cingulani, Firmani, Mattilicates, Nursini, Septempedani, Spoletini, Tollentinates, Veregrani. Idque etiam alterius ex iam dictis libellis titulus, a Volaterrano relatus, aperte indicat. Sic enim habet:* Cæsarum leges agrariæ, & Coloniarum iura. *Ex quibus verbis perspicue indicatur, quod in eo libello nõ solum de Colonis, sed etiam de agris populorum seu oppidorum quæ Colonia non erant, agebatur. Et propterea ea pars quæ de agrarijs legibus agitur, in exemplari Vaticano scripto, ante iura Coloniarum, legitur: licet in alio exemplari impresso, iura Coloniarum, legibus agrarijs anteponantur. Quod autem (vt dixi) Plinij historia, per multos annos ante auctores eorum libellorum, scripta fuerit, ex eo potissimum perspici potest, quod auctor libelli* De coloniis, *de Seuero, Antonino, & Commodo Imperatoribus meminit, & proinde eundem auctorem, post annum Salutis centesimum & nonagesimum quintum, quo anno, Seuerus post Antoninum & Commodũ, ad Impery fastigium euectus fuit, scripsisse necesse est. Quo fit, vt is liber Sex. Iulio Frontino, (contra quam Politianus* [Epist. lib. 1. epist. 1.] *& alij viri doctissimi crediderint) nullo modo tribui possit. Cum etenim Frontinus (teste Cornelio Tacito* Lib. 20. ante medium.) *anno V. C. octingentesimo vigesimo tertio, (qui fuit annus Salutis septuagesimus secundus,* [Grucch. de comit. Ro. lib. 1.] *præturam gesserit, quam per leges annales, non nisi quadragesimo anno petere licebat, certe si idẽ Frontinus etiam hunc libellum* De Coloniis, *post annum nonagesimum quintum scripsisset, fateri cogeremur, illum ad ætatem centum & sexaginta trium annorum peruenisse: quod verisimile prorsus non esse, omnes intelligunt.*

Tabulæ denique illæ, quarum exemplum

ding.

Aug. Patritius [Decinit. Senen. Antiq.] *in archiuijs Ecclesiæ Arretinæ vidisse scribit, quæ quo etiam Volaterranus,* [Lib. 5. Geographiæ.] *Patritium secutus, commemorat, pluribus, & quidem (ni vehementer fallor) vrgentibus rationibus, commentitia esse conuincuntur. Quod, vt planum omnibus fiat, in primis verba earum, ex pluribus inter se consentientibus exemplis, ad me delatis, fideliter descripta, subijciam: postea vero (si potero) verum patefaciam. Earum igitur tabularum, non quidem marmorearum vt Leander Albertus* [In descriptione Italiæ.] *existimauit, sed membranarum, verba hæc sunt:* In Christi nomine amen. Millesimo octuagesimo tertio anno, quo Roma condita est, à Natiuitate Domini vsque nunc, sunt anni trecenti prope & septuaginta, in secundo anno ordinationis Damasi Papæ, residentis in sede B. Petri Apostoli, mense Maio, medio * Pentecoste, in fine tertii lustri, anno tertio Imperij Valentiniani Augusti, Baptizauit Donatus Episcopus Zenobium Tribunum, filium Landerici, qui fuit * ex Senatu Romano, qui & ipsi ædificarunt castrum Senense, tempore Bruti Consulis. A die, quo ipse Tribunus recepit Christianitatem, non cessabat ieiunare, & orare, & eleemosynas facere, & non recedebat à Donato Episcopo, quia instruebat eum monitis salutaribus, & mittebat Missos suos per omnes Curtes suas, & faciebat construere ecclesias. Primam Ecclesiam fecit construi ad honorem Dei Genitricis iuxta Castrum Senense &c. *Quod igitur hæ tabulæ, sint, vt dixi, commentitiæ, primum hinc apparere arbitror, quod ex Adonis Treuerensis Archiepiscopi martyrologio, ab omnibus viris catholicis approbato, constat, Donatum ipsum sub Iuliano Imperatore, cognomento Apostata, martyrij palmam recepisse, & proinde ad tempora Damasi Papæ, & Valentiniani Imperatoris, peruenire non potuisse. Deinde hoc idem ostenditur, ex eo quod illarum tabularũ initium, nullam de eius anni Consulibus mentionem continet: cum tamen, iuxta morem illorum temporum, non solum in priuatis, sed etiam in publicis tabulis, atque adeo in Imperatorum constitutionibus, & sacrorum Canciliorum actis, ferè semper de Consulibus, sub quibus illa data seu gesta forent, specialis mentio haberetur. Quibus accedit, manifestus error, qui in numero annorum ab Vrbe condita, in eisdem tabulis deprehenditur: cum dubio procul, anno Salutis trecẽtesimo septuagesimo, annus ab V. C. fuerit millesimus centesimus vigesimus tertius, non autem millesimus octuagesimus tertius, & consequenter in his ipsis tabulis in quadraginta annorum computatione erratum fuit. Vt omittam, quod in publicis tabulis, neq; vnquam de lustro, & eius annorum numero, neque etiam eo tempore de annis Pontificatus, mentio fieri consueuit: quinimo Pontifices ipsi in eorum epistolis, quo anno Imperij, illa, data seu scripta fuissent, vt plurimum subnotare solebant. Taceo etiam quod harum tabularum autographum siue, vt nostri dicunt, originale, nemo vnquam se vidisse asseruit, earum autem exempla, quæ antiquissima esse dicuntur, vt ex multis oculatis testibus accepi, non quidem mainusculis sed minusculis litteris scripta visuntur: cum tamen apud omnes constet, quod eo anno trecentesimo septuagesimo (quo tempore Roma nondum à Gothis capta fuerat,) Romanis & eorum finitimi, nullo alio charactere, quam, vt ita dicam, mainsculo vtebantur. Illud etiam pretereo, quod in eisdem tabulis fit mentio de comitatu Senarum. Apud antiques autem auctores, quod quidem ego viderim, atque adeo in publicis ipsius ciuitatis signis, quibus & tabulæ obsignari, & nummi percuti solent, Sena semper numero singulari legitur, pluralis numquam: nemoq; non videt, quam ineptum sit, vt eadem ciuitas, modo castrum Senense, modo autem Sena nominetur. Postremo, compertissimum habeo, quod sub eadem die, qua tabulæ istæ confictæ, vel potius confictæ fuerunt, etiam aliæ quædam, in quibus Landericus prafatus, syluam quandam nescio cui fratri Blasio, pro dote certa Ecclesiæ in honorem B. Antonij construendæ, dicitur elargitus, confictæ dicuntur, & harum tabularum tria exempla, & omnia (vt vulgo creditur) autographa, etiam hodie extant. Vnum quidem, & item alterum, in duobus Augustinianorum agri Senensis cœnobijs, Iliceti scilicet & Montis Ilicini, tertium vero, in ipsius Ciuitatis Senẽsis Tabulario, paucis ab hinc annis erecto. Quinimo (quod etiam magis suspicionem auget) vtrumque cœnobium, se adhuc Ecclesiam illã in honorem B. Antonij ab fratre illo Blasio edificatam, cum dote eiusdem Ecclesiæ, possidere affirmat: cum tamen verum plus vno esse non possit.*

Nunc igitur, quia historia legibus seruatis, qua fulsa videbantur, refutauimus: modo ad ea quæ vera sunt, accingimur. Nonnullam etenim partem veritatis sibi occupat falsitatis refutatio, quæ non gratia aut simultate, sed ipsissimæ veritatis studio, litteris prodatur.

Sena nostra, eiusq; regionis, & hominum, vt idem Aug. Patritius scribit, apud antiques, rara mentio reperitur, non loci nouitate, sed quia vrbis Romæ splendor, & amplitudo effecit, vt illi propinquæ & vicinæ ciuitates, nullum, aut parum nomen haberent, nisi quatenus apud eas, aliquid memoria dignum, geri cõtigisset. Quid autem clari Etruria vrbes, sub Romano Imperio quiescentes, agere poterant procul ab omni hostili tumultu, agricultura, aut tenuibus mercaturis tantum intentæ? Quippe, vt splendente Sole, reliquorum siderum fulgor obsolescit, & propinquiorum maxime: ita etiam Romano imperitante nomine, aliarum ciuitatum vicinarum nulla erat mentio. Quidquid excelsi, quidquid clari in toto terrarum orbe erat, vna vrbs Roma, omnia ad se trahebat. Etenim quemadmodum Ant. Massa Gallesius [De orig. & reb. gest. Faliscorum.] *eleganter scriptum reliquit, ex finitimis regionibus, postquam in Romanorũ potestatem venerunt, quotquot erant, vel in dies crescebant, historijs forsan celebrandi, vel ingenio, aut manibus promptiores, vel opibus affluentiores, in Romanam ciuitatem & militiam migrabant. Idque etiam nostra & patrum memoria, Roma etiam ipsa, ab antiqua illa longissimo, peneque incõparabili inter-*

uallo,

vallo, declinata, hoc ipsum tamen sapissime accidisse videmus & audimus. Non igitur mirum, si quemadmodum de Sena illiusq; agro & hominibus, antequam Romano Imperio subijcerentur, ob antiquitatem & librorum amissionem, ita etiam postquam Romano Imperio, vt aliæ gentes, colla submiserunt, & in ciuitatem ac militiam Romanam transiuerunt, rara admodum mentio facta sit. Quamquam non negauerim, ciuitatem Senensem illiusq; agrum, antiquitus, adeo late patentes vt nunc sunt, minime extitisse. Sed (vt sunt res mortalium) ex paruis initijs, Senensium consilio & armis, ad eam amplitudinem peruenisse, vt omnia fere ad bene beateq; viuendum necessaria, non modo sibi ipsis subministrare, sed etiam vicinis aliqua elargiri non incommode possint.

Hanc autem, de qua loquimur, ciuitatem, iam inde ab anno condita Vrbis quingentesimo quadragesimo tertio alicuius nominis fuisse, ex Liuij verbis non obscure colligitur. Cum enim inter alios Italicarum Coloniarum populos, quos idem Liuius [Lib. 27.] ad Senatum venisse ait, etiam populum Senensē à mari supo profectum cōmemoret, certe aliū populū Senensem ad mare inferū fuisse, non dubitāter significare videtur. Alioquin enim, nisi duo eiusdem nominis populi in Italia extitissent, satis fuisset populum Senensem simpliciter & absq; alia adiectione nominare: quemadmodum etiam de Ostiensi & alijs, eodem loco ab ipso Liuio memoratis, factum cernimus. Hoc idem etiam Eutropium [Lib. 3.] fecisse videmus, quippe qui de Sena mētionem faciens, & de Sena Piceni, non autem de Sena Etruriæ sentiens, vitandæ ambiguitatis gratia, diserte & explicite se ipsum in hunc modum declarauit, Apud Senam Piceni ciuitatem.

Quod, vt planius fiat, sciendum est, Italiæ partē eam, quæ ab Alpibus proficiscenti, ad sinistram restat, olim ab Etruscis siue Tyrrhenis dominatam, & illis pulsis, à diuersis Gallorum nationibus, quorum Senones postremi fuerunt, occupatam fuisse, Senoneſq; ipsis iuxta mare Adriaticum incoluisse. Idque Polybius ipse, [lib. 2.] Liuius, [lib. 5.] Strabo [libr. 5.] ac etiam Dio Cassius, [libr. 46. circa finem & lib. 48.] præcipue tradunt. Addit Polybius, P. Cornelio Dolabella, & Gn. Domitio Caluino Coss. hoc est, anno V. C. quadringentesimo septuagesimo, Romanos, Senonibus superatis, fesisbusque fugatis, regione potitos, nouam in vrbem Senonum Coloniā deduxisse, illamq; veteri nomine, quod primo à Senonibus habitata fuerat, Senam appellasse. Hæc eadem pars Italiæ, ad sinistram, vt dixi consistens, etiā post Gallos ex ea pulsos, vsque ad Ciceronis, Augusti, Strabonis, Mela, & Plinij ætatem, nomen tamē Galliæ retinuit. Caterum ad differentiam alterius Galliæ, quæ Transalpina & Comata dicebatur, Cisalpina & Togata cognomen habuit. Eius autem fines, pro arbitrio Imperatorum siue Magistratuum, aliq; atque aliq; fuere. Nam, vt Strabo scribit, primum Æsis, deinde Rubico fluuij: At secundum Melam, Ancon: & secundum Liuium, Vtens, (sic enim, non Vfens, [hodie Chienti.] legendum est.) fluuij, inter Gallicas & Italicas gentes termini fuere. Augustus verò, Plinio teste, [Lib. 3. c. 5.] vniuersam Italiam in regiones vndecim diuisit, inter quas Etruriam & Picenum connumeranit, & in vnaquaque prouincia omnium oppidorum seu vrbium, quæ idem Augustus in numero Coloniarum esse voluit, præcipuam & specialem mentionem fecit. Inter mediterraneas autem septimæ prouinciæ, in qua Etruria est, Colonias etiam Senensem seu Sienensem posuit. In prouincia autem Piceni, quam sextam fecit, & in Colonijs intus existentibus Hispellum dumtaxat & Tuder enumeranit. Inter oppida verò siue populos eiusdem sextæ regionis, quæ in ora sunt, Æsim & Senogalliam collocauit. Ceterum, cum (vt dixi) regio illa, in qua Sena Piceni sita est, ante ipsum Augustum, Galliæ, non autem Piceni nomen obtineret, in Senam autem Etruriæ ab eodem Augusto Colonia deducta fuisset; hinc, vt verisimilimum est, quo altera ciuitas ab altera discerni posset, vsus obtinuit, illam quidem Senam Gallicam, ex eo quod in prouincia Gallica consistebat, hanc autem simpliciter & absque alia adiectione Senam, vel Coloniam Senensem nominari. Et deinde vt assolet, corrupto vocabulo, pro Sena Gallica, Sene vel Senogallia dici cœpit. Cuius rei maximum argumentum esse videtur, quod Strabo, qui sub Augusto, itemque Plinius, & Ptolemæus, ac etiam auctor illius Itinerarij Antonino Imperatori adscripti, qui post Augustum de vrbibus ipsis, illarumque situ & regionibus principaliter & ex professo, non autem obiter aut aliud agentes, scripserunt, nunquam Senam illam Piceni, simpliciter Senam, sed cum adiectione illa, Gallix, semper nominarunt. Ex quibus omnibus luce clarius apparet, quod Augustus Senam quidem nostram, in numero Coloniarum Po. Ro. descripsit: Senam autem Piceni inter oppida seu vrbes quæ Coloniarum numero non erant, numeranit. Cumque quo tempore, aut à quibus, Senensis hæc Colonia deducta fuerit, nullibi legatur: Hinc propterea fit, vt quasi necessario fateri cogamur, illam ab ipsomet Augusto, vna cum alijs viginti septem de quibus Suetonius meminit, deductam fuisse. Ad hunc modum (inquit) Vrbe vrbanisque rebus administratis, Italiam duodetriginta Coloniarum numero, deductarum ab se, frequentauit, operibusque ac vectigalibus plurifariam instruxit, etiam iure ac dignatione, Vrbi, quodam modo pro parte adæquauit: excogitato genere suffragiorum; quæ de Magistratibus vrbicis, Decuriones Colonici, in tua quique Colonia ferrent, & sub diem Comitiorum obsignata, Romam mitterent. Quod autem hæc de qua loquimur Sena, Romanorum Colonia fuerit, præter supra & infra scripta testimonia, haud scio an vllum certius indicium adduci possit, quam Lupa illius, Romulum & Remum lactantis, tot signa, in omnibus Senæ nostræ celebrioribus locis [teste Pio in comment. manuscrip.] marmore & alio lapide, manu præstantissimorum artificum sculpta, & supra columnas posita, ac etiam in aureis argenteisque nummis, in ea ipsa Ciuitate, antiquissimo tempore percussis, impressa.

preſſa. Quemadmodum etiam hoc idem ſignum in antiquiſſimis aliarum Coloniarum numiſmatibus expreſſum videmus. Numiſma etenim æreum Antonini Elagabali, (cuius verſa pars ſic habet. Col. Aug. Tro. Alex *hoc eſt*, Colonia Auguſta Troas Alexandrina) *idem Lupæ ſignum ſculptum continet, vt Sebaſtianus Erizzus in ſuo libro Numiſmatum (pag. 289.) atteſtatur, ſimulque declarat.*

De eadem Colonia Senenſi, meminit etiam Cornelius Tacitus his verbis: Reconciliauit pauliſper ſtudia Patrum, habita in Senatu cognitio ſecundum veterem morem. Manlius Patricius, ordinis ſenatorii, pulſatum ſe in colonia Senenſi, cœtu multitudinis, & iuſſu Magiſtratuum, querebatur: nec finem iniuriæ hic ſtetiſſe, planctum & lamenta, ſupremorum imagine, præſenti ſibi circundata, cum contumeliis & probris, quæ in Senatum vniuerſum iacerentur. Vocati qui arguebantur, & cognita cauſa in conuictos vindicatum. Additumque S. C. quo Senenſium plebs modeſtiæ admoneretur. *Quod autem Tacitus ait.* iuſſu Magiſtratuum, *vt Alciatus* [In Annotat. ad Tacitum.] *adnotauit, ad Duumuiros, qui in Coloniis vicem conſulum obtinebant, & proprie Magiſtratus appellabantur, referendum exiſtimo. Qua interpretatio ex verbo* plebs, *quo paulo poſt idem Tacitus vtitur, confirmari videtur. Hæc enim nomina*, Decuriones *&* plebem, *veteres de Coloniis loquentes, libenter vſurpabant, vt ex antiquis lapidibus vnicuique planum fieri poteſt.*

C. Valio. Polycarpo. Ornamenta. Decurionatus. inluſtratus, à. ſplendidiſſimo. Ordine Arimin. Patron. Vil. vicorum. Item collegior. Fabr. Cent. Dendr. Colon. Arim. [*Ald. Manut. in Orthogr. pag. 659.*)

Item Ornamenta. Decurionatus. inluſtratus. à. ſplendidiſſimo. Ordine Piſaurens. Patrono Collegiorum. Fabr. Cent. Dendr. Nauic. & Vicimag. Colon. Piſaur. Plebs. Piſaur. ob. merita. dedicat ſportulas. Decur. * V. Itemq. Collegiis. * Plebi. *. Idedit. L. D. D. D. P.

C. *Romæ in domo Caſia.* Sallio Ariſtæneto C. V. ſeptemuiro. Epulonum. ſodali. Auguſtali. Iuridico. per Picenum. & Apuliam. Curatori. Viarum. Aureliæ. Corneliæ. Triumphalis. Prætori. Tutelario. &. eodem. anno. ad. A Edilitatem. promoto. X. viro Stilibus. iudicandis. Oratori. Maximo. Decuriones. & plebs. Coloniæ Aſculanorum. propter. humanitatem abſtinentiam.

C. Salio *& cetera vt ſupra*, Decuriones, & plebs. Coloniæ. Anconitanorum. propter humanitatem. *& cetera.*

Quæ quidem verba, vt nonnullis falſo exiſtimant, de Sena Picens minime intelligi poſſunt. Primum, quia, vt ex ſupradictis plane conſtat, tempore Taciti, ea ciuitas, non iam amplius ſimpliciter Sena ſed cum adiectione illa Gallicæ ſeu Galliæ, appellabatur. Deinde, quia ſecundum Auguſti deſcriptionem, Senogallia in numero Coloniarum eſſe deſierat: Sena autem noſtra (vt ex eiſdem ſupraſcriptis perſpicue apparet) ab ipſo Auguſto inter Colonias poſita fuerat.

Ptolemæus vero [li. 3. tab. 6) *nõ ſolũ in Latinis & Italicis, ac typis excuſis, ſed etiã in Græcis, iisdemque antiquiſſimis & ſcriptis codicibus, quorum duo in Vaticana extant, Senam inter mediterraneas Etruriæ ciuitates Senam vero Gallicam (ſic enim eam appellat) inter alias ciuitates Senonum prope Anconam & Fanum recenſet, illamque, vt dixi, ad differentiam noſtræ per η, non per ε, ſcribit. quemadmodum etiam nomina hæc, Sænia, & Sænius, per, æ, in antiquis lapidibus ſculpta obſeruani, quorum vnum ab Honuphrio Panuinio* [In ciuit. Ro. pag. 362.] *refertur, Sæniæ Cn. Fil. Balbiliæ. Alterum vero à me exſcriptum, & non dum, quod ſciam, editum ſic habet* M. Sęnius Donatus.

Nec verba Pomponij Melæ [Lib. 2.] *nos perturbent, dum Italiam deſcribens, Senogalliam, non quidem oppidum ſiue vrbem, ſed potius tractum ſeu regionem eſſe innuit. Sic enim ſcribit,* Interiora eius (*hoc eſt Italiæ*) aliæ aliæque gentes, ſiniſtram partem Carni & Veneti colunt, Togatam Galliam, tum Italici populi, Picentes, Frentani, Dauni, Appuli, Calabri, Salentini. Ad dexteram &c. *Et paulo poſt:* A Pado ad Anconam, trãſitur Rauenna, Arimimum, Piſaurum, Faneſtris colonia, flumen Metaurus atque AEſis, & illa in anguſto illorum duorum promontoriorum, ex diuerſo conuentium inflexi cubiti imagine ſedens, & ideo à Græcis dicta Ancon, inter Gallicas Italicasque gentes, quaſi terminus intereſt. Hanc enim prægreſſos, Piceni littora excipiunt, in quibus Numana, Potentia, Claterna, Cupra, vrbes. Caſtella autem, Firmum, Adria, Truentum, id ei fluuio qui præterit, nomen eſt. Ab eo, Senogallia maritima, Aterni fluminis oſtia. Vrbes, Bucara, & Hiſtonium. Dauni autem &c. *Ex quibus verbis duo perſpicue colligi videntur. Primum, quod Mela ante, inter Æſim & Anconam, Senogalliæ vrbis minime extaret, cum hoc loco Mela illam ſilentio prætereat. Alterum vero, quod Senogallia, regionis ſine tractus, non autem oppidi nomen eſſet, atque inter Truentum & Aternum flumina conſiſteret. Quorum vtrumque, his quæ ſupra diximus repugnat. Sed ſcire oportet, quod in duobus antiquis Vaticanis exemplaribus, vno quidem ſcripto, altero autem anno Salutis. 1471. Mediolani impreſſo, pro* Senogallia, *legitur* Frenta villa. *Quæ quidem lectio optimis, ni fallor, rationibus confirmatur. Primum, quia cum Bucaram ſiue Bucam & Hiſtonium, flumenque Aternum, in Frentanis eſſe, Plinius* (li. 2. c. 2.) *Ptolemæus, & Strabo apertiſſime teſtentur. alterum ex duobus ſequi neceſſe eſt, vel vt pro* Senogallia, *reponatur* Frenta Villa, *vt in Vaticanis exemplaribus legitur, vel quod Mela,* (Lib. 3. tab. Europ. 6.] *de Frentanis, ab eo in Picentum & Dau-*

norum medio positis, dicere oblitus fuerit, ac Buca & Histonium vrbes, ad Picenum pertineant: quod quidem omnium bonorum auctorum scriptis, manifeste repugnat. Hac autem lectio, quam dixi, non modicum confirmatur ex eo quòd hodie regio hæc Frentana, vestigia quadam prisci nominis adhuc retinens, Franca villa *vulgari nomine nuncupatur, vt* Blondus (In Italia illustr.) *& Volaterranus testantur. Et hæc quo ad secundum, quod (vt dixi) ex supradictis Mela* [Lib. 6. Geograph.] *verbis colligi videbatur. Quod autem ad primum attinet, Senogalliam quidē Mela tempestate ac etiam multo ante, extitisse, ex Polybio,* [Lib. 2.] *& Strabone,* [Lib. 5.] *qui ante, necnon ex Plinio, qui post Melam ipsum scripserunt, adeo dilucide constat, vt nullam prorsus dubitationē recipiat. Cur autem Mela de Senogallia mentionem nō fecerit, cum id ad institutum meum non pertineat, aliis iudicandum relinquo.*

Sed, nec etiam illud silentio omittendum videtur quod loca Strabonis, in quibus de Sena, hoc est (vt Hermolaus Barbarus (In castig. Plin. lib. 3. c. 5.) *annotauit) de Senogallia mentio fieri videtur, librarij Graci imperitia, insigniter sunt mendosa. Cum etenim in Greco exemplari, καὶ Φαβεντία, καὶ καισήνα, & paulo post, καὶ ἀρίμινον, καὶ καισήνα, καὶ μάριον, legeretur, vt nos in antiquissimo exemplari Vaticano scripto vidimus, librarius Græcus verbum καισηνα ex coniunctione καὶ & nomine σήνα per errorem conflatum & proinde coniunctionem illam καὶ eodem errore bis repetitam fuisse existimans, eam in describendo omisit. vnde factum, est, vt in Latina versione, omissa more nostro priore illa copula & pro* Cesena, *scriberetur* Sena. *Idque confirmatur ex eo, quod idem Strabo in eisdem locis, Senam illam, de qua ipse loquitur, Hsapi & Rubiconi fluuijs propinquam esse scribit. qua quidem descriptio, ciuitatis Cesena, inter illos duos fluuios sita, optime quadrat. Atque hoc etiam Guilielmus Xylander in Strabone, nuper à se in Latinum conuerso, aperte probat. Eodemque errore (vt hoc etiam obiter admoneam) factum est, vt pro μάριον, (quo verbo insigne illud oppidum* Respublica Sancti Marini *hodie nuncupatum, sine dubio significatur) in Latino exemplari* Camarinum *reponeretur: cum tamen iuxta Græcum codicem Vaticanum, καὶ μάριον legi debeat. Huiusmodi autem lectio, ex eo etiam fit verisimilior, quod Camerini ciuitas, quinquaginta, & vltra, oppidum autem Sancti Marini, à Sarsina & Arimino, de quibus ibidem loquitur Strabo, non amplius decem aut quindecim millibus passuum distat. Vt omittam, quod Strabo ipse paulo post, Camerinensem ciuitatem,* Camerte *appellat, illamque in montanis collocat. ex quo aperte datur intelligi, quod idem Strabo in priore loco de ciuitate Camerini nullo modo intelligere potuit.*

Ne autem id quod dixi, alicui nouum videatur, is sciat, hoc idem etiam in oppido S. Angeli, in Vestinis, seu in Aprutio accidisse. cum etenim oppidum illud à Ptolemæo Angolus, *& à Plinio* Angula *primùm appellaretur, postea à pijs & Christianis viris, S. Angeli nōmine appellari cœpit, idq; etiā vsu obtinuit.*

Huius etiam Sena Etrusca mentionem faciunt Landulphus de Columna Canonicus Carnotensis, cognomento (vt opinor) Sagax, siue incertus auctor, qui ex libro Landulphi, collectarium, vt ipse ait, excerpsit; & vsque ad Martinum Papam Quintum, & annum millesimum quadringentesimum vigesimō octauum, scripsit, necnon Iordanus in suis Chronicis quæ ab Orbe condito, vsque ad annum Salutis millesimum trecentesimum vigesimum, continenter perduxit. Etenim Landulphus, siue is qui eum refert, in vita Paschalis Pontificis eius nominis Primi, & Ludouici Pij Imperatoris, necnon Iordanus, (Cap. 208.) sub anno Salutis octingentesimo decimo quarto, de epistola Ludouici ad Paschalem scripta, in qua de ciuitatibus Etruriæ agitur, loquentes, Senam inter alias præcipuas eius prouincię ciuitates diserte enumerant. Eorum autem verba, quoniam adhuc quod sciam, edita non fuere, hic subijcienda putaui. Hadrianus, *inquit in Hadr. Pa. 1. & Car. Magno Imperatore,* primus, cū concilio centum quinquaginta quatuor Episcoporum, ius & potestatem eligendi Pontificem, & ordinandi Apostolicam sedē, tradidit Carol. Mag. Imperatori.

Idem. In Paschali Pap. primo. & Lud. Pio Imper. Paschali Imperator Ludouicus quandam epistolam scripsit, continentem renunciationem factam circa Romani Pontificis electionem & ordinationem Romanæ Ecclesiæ. Distinguit etiam in eadem Epistola in Tuscia terras Ecclesiæ à terris Imperij, dicitque ciuitates Pisanam, Lucanam, Lunensem, Pistorienſem, Volaterranā, Florentinam, Senensem Clusinā, Aretinam, & Castellanam, cum suis districtibus & territoriis, siue comitatibus, ad Imperium pertinere. Alias autem, Viterbium, Vrbem veterem, Perusium, Tudertum, & reliquas vrbi Romæ viciniores, relinquit Ecclesiæ. Asserit etiam in Epistola supradicta, Romandiolam cum Bononia, ad ius & iurisdictionem Ecclesiæ pertinere. Hanc equidem Epistolam quidam historiarū scriptor authenticus, asserit se vidisse & legisse in quodam solemni Monasterio Tusciæ: sed certe credendum est, quod in Archiuio Romāe Ecclesiæ reperiatur, quæ nō consueuit, ea quæ portant pondus, leuiter pertransire.

Iordanus. huic Paschali, Ludouicus vnā litterā scripsit, postquā dignitatibus renunciauit, traditis per Hadrianum. In qua Epistola distinguit terras Imperii à terris Ecclesiæ præter Regnū. Tota enim Tuscia ad Ecclesiā pertinet, præter has ciuitates, quas Imperiales vocat, Castellanā, Aretinam, Senensem, Volaterranam, Clusinā, Florentinam, Pistorienſem, Lucanā, cū suis territoriis. Ibidē etiam confitetur, Romādiolam cum Bononia iurisdictionis Ecclesiæ esse, Perusiam, Tudertum, & Vrbem veterē, excludit ab Imperio cum aliis ciuitatibus in circuitu Vrbis, & Ecclesiæ relinquit.

Et

Ex quibus quidem duobus auctoribus (quorum hic centum & quinquaginta, ille vero, longe pluribus ante Blondum annis scripsit) liquido constat, quam variè historia huius epistolæ, ab Auctoribus tradita fuerit: & proinde nisi illius autographum, vel eius qui primus hanc historiam litteris tradidit, liber proferatur, nihil certi hac in re affirmari posse. Siquidem Landulphus & Iordanus, quibus tanquam vetustioribus maior fides quam Blondo [Lib. 12. historiarū.] *necnon Platinæ & alijs, Blondum sine dubio secutis, ire est adhibenda, Lunam & Pisas omiserunt: Blondus Castellanam & Senensem ciuitates silentio præterit: Platina vero (vt alios taceam) quoad Perusiam & Vrbem veterem, Blondo contradicit.* [In vita Paschalis primi] *Quo magis dolendum est, Anastasij illius Bibliothecarij librum* De Romanorum Pontificum vitis *(de quo etiam Volaterranus* [Lib. 22. Anthrop.] *meminit, & ex quo Blondum hanc historiam descripsisse, ex eiusdem Blondi & Platinæ verbis, conijci potest) nescio quo casu amissum, vel ab aliquo suppressum esse, vt à multis qui illum iamdiu desiderarunt, legi non possit. Ex hoc etenim libro, cum huius ipsius de qua agimus, tum multarum aliarum historiarum veritas, nullo negocio haberi posset. Nam librum quendam scriptum* De vitis Pontificum, *qui & in Vaticana, & in nonnullis priuatorum bibliothecis extat, Anastasij illius non esse, multis, iisque validissimis argumentis, compertum habeo: multique studiosi fuere, qui freti verbis Humphrij Panuinij,* [De sept. Eccles. Vrbis.] *viri alioquin doctissimi, librum illum se in Vaticana, annis proxime elapsis, legisse affirmantis, magna hilaritate eo tendentes spes sua frustrati fuerunt. Hic autem* De vitis Pontificum liber, *longe alius est ab eo, qui* Chronica Anastasij inscribitur, *de quo etiam Gratianus meminit* [c. Sanc. 16. q. 7.] *quique nuper anno MDLXIX. multis tamen locis interpolatus, typis excusus fuit. Landulphi autem & Iordani libri, scripti in eadem Vaticana seruantur, & Iordanus ipse inter alios auctores quos Marcus Antonius Sabellicus secundo tomo suarum historiarum adhibuit, nominatim refertur. Et hæc quoad Ciuitatem ipsam hactenus.*

Episcopatus autem dignitatem, quo tempore primum hæc ciuitas Senensis adepta fuerit, quamquam adhuc satis exploratum non sit, illud tamen certo constat, quod intra quadraginta plus minus Episcopos, omnes vrbi Romæ propinquos (qui in prima Romana Synodo, sub Sancto Hilario Romano Pontifice, eius nominis primo, anno à Natali Christi quadringentesimo sexagesimo quinto, conuenerunt) interfuit etiam Eusebius Episcopus Senensis. *Itemque in secundo Concilio Lateranensi, sub Martino pariter primo, anno quingentesimo sexagesimo secundo, ab eodem Natali, celebrato, inter centum viginti quinque Episcoporum subscriptiones, leguntur etiam hæ, videlicet,* Maurus Sanctæ Cesenatis Ecclesiæ. Maurus Episcopus Senogallensis Ecclesiæ. Maurus Episcopus Sanctæ Senatis Ecclesiæ, *eodem loquendi modo, quo etiam Clusinus, Rosellanus, Sabinensis, & Faventinus Episcopi, eorum Ecclesias, Clusinatem, Rosellatem, Sabinatem, & Faventinatem appellant* [Vide Concil. to. 2. pag. 764. a. 770. & b. 789. b. 804. b. 821. b. 846. 847. b. & 927. a. iuxta editionem Colonien. anni 1567.] *pariterque inter eúdem ferè numerum centum viginti quinque Episcoporum, qui subscripserunt epistolæ Agathonis Romani Pontificis (quam Legati ab eo, ad sextum œcumenicam Synodum Constantinopolitanam celebrandam missi, anno sexcentesimo septuagesimo Sal. secum attulerunt) legitur etiam* [pag 927. a.] *subscriptio huiusmodi, videlicet.* Vitalianus Episcopus Sanctæ Ecclesiæ Senensis. *Quò fit, vt cauillari non possit, quod Episcopus Senensis, sit idem, qui & Senogallensis, vel quod pro* Episcopo Senate, *legi debeat* Cesenate, *tum quia ex Strabone, Plinio, & Ptolemæo supra citatis, perspicuè constat, etiam eorum ætate, Senam illam Piceni, non iam amplius Senam, sed Senogalliam appellatam, tum etiam quia supra dicto Cœlio Lateranensi, non solum Senatis, sed etiam Cesenatis, & Senogallensis Ecclesiarum Episcopi, vno eodemque nomine appellati, subscripserunt: & insuper secundæ & quartæ Synodis Romanis, sub Cœlio Symmacho Romano Pontifice. circa annos Salutis quadrigentos nonagesimo octo, & proinde longe ante Martinũ Primum conuocatis, subscripsit etiam* Venantius Episcopus Senogallensis. *Ex quibus omnibus constat, Ecclesiam Senensem & Senogallensem, inter se diuersas esse.*

De Episcopo Senensi meminerunt etiam Innocentius [C. Ex parte. 14. de rest. Spoliat. &c.] *& Honorius iii. (c. Grauem 53. de Senten. excom.) Pont. Maximi, quorum ille ab anno millesimo centesimo nonagesimo quinto, vsq. ad annum millesimum ducentesimum decimum quintum: hic autem ab anno millesimo ducentesimo decimo sexto vsque ad annum millesimum ducentesimum vigesimum septimum sederunt. Qui tres loci, & præsertim primus, (C. consuluisti. 7. de conf. eccl.) clariores sunt, quam quisquam alius, quem ego legerim in libro Epistolarum, quas Decretales appellant. In plerisq. enim ex iam dictis Epistolis verbum* Senonen. *ob similitudinem vocis in* Senen. *depravatum fuit. Sed cum Honorius Pontifex mandet Pisanos excommunicari, per Episcopum Senensem, id certe verisimiliter de Archiepiscopo Senonensi intelligi non potest. Maurum autem Episcopum Senensem, prope mœnia Volaterrana duxis Iusto & Clementi duo templa dicasse, Raphael Volaterran. scriptũ reliquit* [Geog. lt. 5.] *Maurs etiã nomẽ in quodã vetusto codice Ecclesiæ Senensis inter alia Episcoporum Senensium nomina se legisse, Augustinus Patritius testatur.* (De antiq. ciuit. Senen.)

Ceterum Pius Secundus, Pontifex Maximus Senæ nostræ oriundus, anno millesimo quadringentesimo nono, Pontificatus sui anno primo, Ecclesiam Senensem, ex Episcopali in Archiepiscopalem erexit, illiq. Suanensem, Clusinum, Grossetanum, & Massanensem Episcopos, in suffraganeos assignauit, eorumque ecclesias eidem Archiepiscopo subiectas esse decreuit, vt in eiusdem Pij Secundi

literis bullatis, ac in eadem Sena, sub decimo Kalendas Maij, præfati anni millesimi quadringentesimi quadragesimi noni, datis, latius videri potest.

Hæc autem de Episcopatus nostri antiquitate, ea libentius retulerim non modo vt varias de illius origine opiniones, vel potius anilles fabellas, nullo certo auctore, literis proditas, omnino falsas esse conuincerem, sed etiam vt ex hoc conijcere liceat, quam multis annis ante Hilarij Primi Pontificatum, & annum Salutis quadringentesimũ sexagesimum quintum, eam ciuitatem ad Christi fidem fuisse conuersam oporteat, ac iam tum nobilem & honorabilem extitisse. Si quidem ab ipsius fere nascensis Ecclesiæ primordijs, cautum fuit, Nec in Villula, nec in Agro, nec inmodica ciuitate, sed honorabili, Episcopum constitui, ne alias eius nomen vilesceret. [Anacletus Pap. epist. 3. Conc. Laodicen. 57, 1.]

Et de Sena quidem Etruscæ, vnde mihi Cæsari Orlandio, Pet. Mariæ filio origo est, eiusq; Episcopatus ætiquitate hactenus dixisse sufficiat. Reliqua enim quæ ad integram huius ciuitatis, ac illius agri, & incolarum, cognitionem pertinent, si quis scire desiderat, satis (vt opinor) erit, illum ad suprascriptos Pium secundum, necnon Franciscum, & Augustinum Patricios (quorum hic Pientinus, & Ilcinensis, ille autem Cajetanus Episcopus fuit) nec non Bartholomæum Benenolentium, & Orlandum Malauoltum, omnes Senenses, Lucium Antonium Maynerium origine Malacitanum, & patria Gennensem, ac etiam Alphonsum Ciccarellum Menanatem, & Camillum Portium Neapolitanum, relegare. Hi enim, & præsertim duo vltimi, præter eos auctores quos supra citaui, partim excusi, partim, vero propediem excudendi, de ijs omnibus, quæ ad exactam & absolutam eius de quo agitur historiam pertinere posse videntur, adeo plene & accurate scripserunt, vt nihil amplius desiderari possit. Et si enim quod ad originem attinet, ego ab illis dissentiam: id tamen non æmulatione aliqua, à me factum fuit. Sed quemadmodum ego in hoc qualicunq; labore, nihil aliud, quàm vt veritatem inuenirem pro viribus operam dedi: ita etiam si quis mea hæc, probabilioribus rationibus reprehendet ego ingentes illi gratias agã, quippe, qui in hoc litterario certaminis genere, multo aliter quam in ceteris euenire intelligam. In alijs enim, si quis vincitur, semper fere iacturam aliquam patitur, in hoc autem solo, illud haud dubie lucrifacit, quod ignorantiam omnium rerum turpissimam exuit, & illius loco, scientiam (qua nihil in terris pulchrius) induit.

NOMINA AVCTORVM, QVI

VEL IN HOC LIBELLO CITANTVR, VEL DE CIVITATE,

seu Colonia Senensi, eiusque Episcopatu, seu Episcopo, obiter aut ex professo scripserunt, & ad manus meas peruenerunt, ordine temporum, quo quisque eorum scripsisse, aut obiisse dicitur, quoad fieri potuit seruato.

Ante annum Salutis.

292 M. Porcius Cato Censorius.
125 Polybius Historicus.
40 M. Tullius Cicero.
Cæcilius, rerum Romanorum scriptor, à Strabone citatus.
30 Cornelius Nepos, siue AEmilius Probus.

Post annum Salutis.

19 Titus Liuius.
33 Strabo Geographus,
35 Dionysius Halicarnassæus.
42 Pomponius Mela.
66 M. Annæus Lucanus,
69 C. Silius Italinus.
L. Iunius Moderatus Columella.
71 C. Plinius Secundus, siue Plinius senior.
102 Anacletus Papa.
110 Plutarchus.
119 C. Suetonius Tranquillus.
C. Cælius Plinius, siue Plinius iunior.
130 Aulus Gellius.
139 Appianus Alexandrinus.
140 Galenus Pergamenus Medicus
150 Ptolemæus Alexandrinus, Geographus.
Auctor libelli De limitibus.
170 Quinctus Ceruidius Scæuola, Iurisconsultus,

Alphenus

Alphenus Iurisconsultus.
199 Auctor libelli de Coloniis.
222 Dio Cassius, Nicæus, Historicus.
337 Auctor libelli, qui Itinerarium Antonini Pij Imperatoris inscribitur.
Sextus Pompeius Festus.
370 Eutropius Historicus.
Tabulæ siue instrumentum donationis ab Augustino Patricio, & Volaterrano exaratum, script.
417 Rutilius Claudius Numatianus, Gallus, Poeta.
645 Romani sub Martino Papa primo.
652 Acta Concilii Lateranensis primi.
670 Constantinopolitani Sexti.
Post annum Salutis. 818 Anastasius Bibliothecarius.
847 Landulphus de Columna, sagax canonicus Carnotensis, script. in Vaticana.
1073 Ado, Archiepiscopus Treuerensis.
1150 Gratianus, decretorum canonicorum collector.
1154 Ioannes Saresberiensis, Brito, seu Anglus, alias Polycrates seu Polycarpus.
1188 Gotefridus Viterbiensis.
1320 Iordani Chronica. In supra scripta Vaticana, script.
1458 Incertus auctor, qui ex supradicto Landulpho collectarium excerpsit, script. in eadem Vaticana.
Facius de Vbertis, Florentinus.
Pius Secundus, Pont. Max. in Commentariis, script.
1463 Flauius Blondus, Foroliuiensis.
1465 Franciscus Patricius, Senensis, Episcopus Caietanus, script.
Io. Bapt. Platina Cremonensis.
1470 Michael Tarchaniota, Marullus, Constantinopolitanus.
1471 Marcus Antonius Sabellicus, Venetus.
1478 Augustinus Patricius de Piccolominibus, Senensis, Episcopus Pientinus, & Ilcinensis script.
1480 Alius Senensis ignotus, script.
1486 Bartholomæus Beneuolentius, Senensis.
1490 Zacharias Lilius, Vicentinus.
1494 Hermolaus Barbarus, Venetus.
Angelus Politianus.
1498 Ioannes Annius. Viterbiensis.
1503 Raphael Volaterranus.
Iacobus Philippus, Bergomensis, hactenus scripsit.
1512 Sebastianus Compagnus. Ferrariensis, script. siue
Dominicus Marius Niger, Venetus.
1530 Leander Albertus, Bononiensis.
1549 Lucius Antonius Maynerus, Malacitanus, seu Genuensis, script.
Andreas Alciatus, Mediolanen.
1568 Honuphrius Panuinius, Veronensis.
Antonius Massa, Gallesius, Romanus.
Io. Goropius Becanus.

Hi omnes, vt fama est, hoc anno Saluris 1575. in humanis agunt.

Abraham Ortelius, Antuerpianus.
Aldus Manutius.
Alfonsus Ciccarellus, Menanus, script.
Camillus Portius Neapolitanus.
Carolus Sigonius, Mutinensis.
Guilielmus Xylander, Augustanus.
Iulius Ballinus, Venetus.
Nicolaus Gruchius, Rhotomagensis.
Orlandus Malauolta, Senensis.

Digitized by Google

ANTONII MASSAE GALLESII I.C.

DE

De origine & rebus Faliscorum liber.

LVDOVICO MADRVCCIO
S. R. E. Cardinali amplissimo.

F. DAMIANVS GRANA
S. P. D.

QVANTAS vires virtus habeat Cardinalis amplis. tum ex pluribus licet colligere, tum ex eo quod Antonio Massæ contigit: qui Gallesij in Faliscis oriundus, ea duce tantum est Romæ consecutus gloriæ ac splendoris, vt nulla vnquam eius memoriam deletura sit obliuio. Tamen cum is plurima opuscula in lucem edidisset, quæ de iure differunt, ac propterea in manibus hominum sunt plena vtilitatis, nescio quo casu liber hic aureus, de Faliscorum rebus eorundemque origine, non modo in publicis bibliothecis non legebatur, sed etiam apud eius F. viros in iure exercitatos, omniq. laude dignissimos esse desierat. Nam pro insigni humanitate, vt petentium multitudini satisfacerent ea ipsa quæ inter paterna monumenta asseruabãt, donare coacti sunt. Ego igitur eum Iulij Roscii Hortini opera, qui gratiam vicino benemerenti referre studuit, expolitum rursus imprimendum statui. Volui autẽ vt amplitudinis tuæ potissimum nomine exiret, cum hic de Gallesio honorifica fiat mentio, quod vt olim sub auũculi tui Christophori Card. Tridentini nuncupati, ita nunc sub nobilis. familiæ AB ALTAEMPS tibi sangutne coniunctissimæ ditione positum est. Accipies igitur Cardinalis amplissime hoc exiguum munus pro tuis pluribus erga me officiis. Si per ætatem licuerit, cuius iam pene finem prospicio, & indies expecto, non deero ex sacræ Theologiæ fontibus alia dicare digna studiis grauissimis amplitudinis tuæ.

Vale.

Digitized by Google

ALDVS MANVCCIVS
Iulio Roscio S.

A T vero mihi de te cogitanti allatæ sunt literæ tuæ, quib. petis, vt si quid de Proba Falconia, quæ circumfertur, apud me est, id ad te primo quoq; tempore mittam. velle te eius fœminæ scriptæ admodum ingeniosæ, & quæ sexus captum superent, denuo studiosis communicare. Probo tuam pietatem, qui Patriæ tuæ decus quasi amissum restituas: &, cum eam tu ipse ornes, addas etiam ad ornamentum, quæ, maxima tum sint, maiora tamen, te ornante, fiunt. Probam vt eam esse certo existimem, de qua in tribus antiquis inscriptionibus Romanis mentio fit, facile mihi persuadeo. Et quanquã hæc vobis, qui res Romanas assiduè tractatis, satis abunde suppetunt: volui tamen, vt aliquid afferre videar, eas ad te mittere: ne, dum tu me satis liberalem putas, ego inofficiosus sim, & desiderari à te patiar non amorem, sed diligentiã meam. Tu interim vale, dum ego te, & amicos, veteresq;, ac nouos, inuisere cupio, & forsan spero. Pisis Kal. Iun. clɔ Iɔ XXCIIX.

Romæ in domo Cæsia.

ANICIAE. FALTONIAE
PROBAE. AMNIOS. PINCIOS
ANICIOSQVE. DECORAVIT
CONSVLIS. VXORI
CONSVLIS. FILIAE
CONSVLVM. MATRI
ANICIVS. PROBINVS. V.C.
QVAESTOR. CANDIDATVS
FILII. DEVINCTI
MATERNIS. MERITIS
DEDICARVNT.

Romæ in æde Vallen.

ANICIAE. FALTONIAE. PROBAE.
INLVSTRISSIMAE. ET
SANCTISSIMAE. ET
CASTISSIMAE. FEMINAE
HERMOGENIANVS, OLYBRIVS
V C. CONSVL. ORDINARIVS
ET. ANICIA. IVLIANA. C. F
D. D.

In domo Cæsia.

ANICIAE. FALTONIAE
PROBAE. FIDEI. NOBILITA
TIS. ANTIQVAE. ORNA
MENTO. ANICIANAE
FAMILIAE. SERVANDAE. AC
DOCENDAE. CASTITATIS
EXEMPLO. CONSVLVM
PROLI. CONSVLVM. MA
TRI. ANICIVS. HERMOGE
NIANVS. OLYBRIVS. V.C.
CONSVL. ORDINARIVS
ET. ANICIA. IVLIAN. C. F.
EIVS. DEVOTISSIMI. FILII
DEDICARVNT

IOSEPHI CASTALIONIS
ad Iulium Capilupum.

CAPILVPE Lauros domesticis tuas
Qui adiungis, atq; patrui vestigijs
Insistis altis per Maronis ardua,
Tuamq; gentem Iulio prænomine
Auctam beas, inlustriore emq. efficis,
Musis amicus noster, ecquid ROSCIVS
Molitur, an suos Falisços, & Proba
Hortina versibus superba mœnia
In lucis oras euocare nititur?
An nostra secla in longa profert tempora
Tui stupens in carminis dulcedine?
An à tenebris nomen eximens suum
Vtrumq; præstat, consulisq; ciuibus
Pius suis, nostrisq; rebus, temporis
Nec interire scripta præferi optima.

Τίτου πρόσπερου μαρλινίγγου μοναχὸς κατηνάτις πρὸς ἀναγνώστας.

Ἤν ἰδιοῤῥωθῆσαν ὁ ῥόσκιος ὔμμι παρίσχη
ἄτι πρὸ ἓν δεκάτην πατρίδα γλαφυρὴν,
ἢ πόλιν Βιργίλιον μυκήρια θέσπελα χριτῶ
ἐξεδίδαξε θροεῖν, θάυματα δ' ἱερὰ θεῶ.
ἐξεδιδάξθ' ἅπαντας ἀριστρεφὰ δεξιὰ ποιεῖν,
φημὶ περιῤῥέψαι τὰθνικ' ἐς εὐσεβίην.
οὐδε πολ' εὐδοκίη μιμήσαλο, ἢ τὸν ἅμερον
φθέγξας τε δέδαεν δόγμαλα χριστιανῶν.

Digitized by Google

IVLII ROSCII HORTINI

Argumentum in lib. de Origine ac rebus Faliscorum.

INSTITVTVM Antonij Massæ viri Clariss. in libello de origine ac rebus Faliscorum id fuit præcipuum vt reiecta eorum opinione, qui Faliscos ad lacum Vulsinienſem posuerunt, eosdem Vetia amne, qui è Cyminio monte in Tyberim influit, ac Soracte, tum ipso Tyberi, atq; agro Nepesino concluderet. Hinc oblatam occasionem arripiens veterem eorũ locorum historiam euoluit. Ciuitatem Castellanam à Veiis seiũgit, quod longe minus ab vrbe distarent. Eiusdem argumenti extat apud me liber. Ac quidem certè Ciuitatis Castellanæ sanè recentem memoriam habent historici, cum antiquiorem, quàm legerit auctor ad Adrianum IV Pont. referat, qui fuit circa annum salutis clɔ CLIV. At Hortinam ciuitatem peruetustam Colonis, & Episcopatu extitisse confirmat ex Synodo III. Symmachi Pont. circa annum Iɔ IV. cui subscripsit Martianus eiusdem ciuitatis Episcopus. Eiusdem ciuitatis memoria extat apud Dionysium Hallicar. libr. x. Ro. Hist. ex quo decerpsit, quæ in Italiam suam transtulit Carolus Sigonius. Videndus est Damasus in vita Zachariæ. Qui lõge post sequuti sunt, vt alios prætereamus Blondus lib. 8. decadis primæ, Zacharias Lilius in mundi descriptione, vbi ait Hortinam ciuitatem se in Tyberim mergere. Pertinebat n. eousque vt ex vestigiis apparet. Sunt qui meminerint Cassiani Alexandrini, qui sub Iuliano Hortinæ vrbis episcopus electus est, & plurimi de sacris, hospitiis a Bellisario ex Africa redeunte in agro Hortino ædificatis ditatisque reditibus. Verum hæc missa faciamus. Hæc ciuitas, & situ naturæ munere cõcesso & arce, quæ nomẽ solum reliquit posteris in prærupto saxo terrori fuit hosti, & præsidium magnis Ducibus. Hic Albericus Etruriæ Marchio circa annũ DCCCC. & XVII. sedem tutissimam sibi elegerat. Cuius fortasse nomẽ nisi fortè, quod suspicor, longè antiquior sit memoria, deletum est in inscriptione, quam ad calcem operis addidi ex Hortinis monumentis. Nam is Io. X. Põt. Max. odio Vngaros in Italiam inuexerat, cui miserrimam cladem intulerunt. Cum verò homo eruditus diutius per poetarum, & historicorum campos fuisset vagatus, & Veios, Capenates, Faleriosque attigisset, apud quos probata fuit M. Furii Camilli Trib. militum in pedagogi dolo integritas, Gallesium patrio amore delabitur. Cuius originem, situm, descriptionem, fertilitatẽ dignitatẽ, & antiqui Comitatus titulos persecutus S. Famiani vitam, & miracula enarrat, cuius corpus integrum, adhuc visitur in eius templo in ipso cliuo, maximo concursu, ac veneratione eorum populorum. Denique illustres in literis, & armis Gallesio oriundos adiungit. Inter quos ita Antonius Massa dignissimus est, vt adnumeretur, vt si nullus sit alius, cum tamen plurimi superiori ætate fuerint & nostra vigeant, hic solus satis futurus esse videatur, qui non modo Gallesium, sed vniuersam Faliscorum regionem splendore suo illustraret. Ego vero, vt deploraui noui Ducis Gallesii Roberti ab Altaemps immaturum obitum, ita decessi officio meo non potui vicinitate locorũ, & amore, quin cum de Faliscis, & Gallesio hic vberius ageretur aliquot adiungerem epigrammata, ex plurib. quæ in eius depositione ad S. Mariæ de Clementia nuncupatæ Transtyberinæ regionis, affixeram.

D.O.M.

Digitized by Google

D. O. M.

ROBERTO EX VETVSTISSIMA FAMILIA COMITVM AB ALTAEMPS GALLESII DVCI

A XISTO V. PONT. MAX. PRAETORIANIS ET VRBI LEONINAE ET PIAE INDE APVD AVENIONEM ET COMITATVM VENAISINVM MILITARIB. COPIIS PRAEPOSITO IN IPSO VIRTVTIS CONATV ET HONORVM CVRSV IMMATVRE EXTINCTO

CORNELIA VRSINA VIRGINII F. CONIVGI CLARISSIMO MOESTISSIMA POSVIT

VIXIT ANN. XX. MEN. VI. D. XIV. OBIIT III. NO: NOVEM. M D LXXXVI.

IVLII ROSCII HORTINI in eundem Tumuli.

GALLESI qui rura colunt, camposq; Faliscos,
Proximaq; Hortinis pinguia rura iugis.
Has tibi dant lacrymas, fatis hæc monumenta doloris
ROBERTE, & nigras in feriis violas.
Principe te rexit nostros Astræa penates,
Et pax, & nituit Religionis honos.
Nunc quando præsente frui mors denegat atra,
Pectore te memori pascua nostra colent.
Has violas, hæc serta tibi charissime coniux,
Has lacrymas spargo, sed magè ad inferias.
Heu cur non oculos coniunctim clausimus ambo?
Non uno licuit marmore posse tegi?
Sic misera optatis cedunt contraria votis:
Te rapuit mors, me ferrea vincla tenent.
Me tamen hoc solor: communis nos teget urna,
Mutuaq; atherea vincula nectet amor.

Siste precor quicunq; Ducis monumenta sepulti,
Romulea & cernis, qui fuit Vrbis honos.
Hic veteres rexit Tyberis prope rura Faliscos,
Sceptra tri Gallesij primus in vrbe tulit.
Roma illum cæca contectum lumina nocte
Angusto condit tegmine dura silex.
Da lacrymas, siue hospes ades, seu ciuis in vrbe
Hac vinis, ni tu durior es silice.

Transtyberim tumulata iacent delata Faliscis
ROBERTI inuicti marmore membra Ducis
Quisquis ades lymphasq; sacras, lacrymasq; tepentes
Sparge, & odoratis floribus ossa tege.
Ille celer claras Superum properauit ad arces.
Scilicet humanas æthere rides opes.

DE ORIGINE ET REBVS FALISCORVM.

Præmium.

MAGNA profecto, atque adeo dulcis quædam res est amor in patriam, vt non immerito multi cum nostra, tum maiorum nostrorum memoria clarissimi viri pro patriæ salute, seque, fortunasque suas deuouere, ac mortem ipsam libenter, nedum constanter oppetere non dubitarint. Quippe qui probe intelligerét, Naturam rerum omnium (vt ita dicam) parentem, non temere, sed consulto nascenti enique certum vnum circumscripsisse locum, in quo nimirum versari, quem cum voluptate intueri, ac præ cæteris omnibus in oculis ferre, cui denique se, suaque omnia ardenti studio consecrare, vt pulcherrimum, ita etiam optimum iudicarent. Nam quid obsecro te per Deum immortalem, si modo non iniqui rerum æstimatores esse volumus, quid (inquam) nobis ex omnibus rebus humanis, aut charius, aut dulcius, vel iucundius esse potest, aut debet, quàm ea altrix natalisque sedes, vnde suauissimâ hanc lucem qua fruimur, vnde vitam ac spiritum quem ducimus, vnde tot bona, tot commoda quibus vtimur, sermonem scilicet ac disciplinâ, instituta vitæ, leges, cæremonias, cultusque Deorum immortalium accepimus? Quâquam enim chari liberi, propinqui, familiares, omnes tamen omnium charitates patria vna ita cõplexa est, vt Vlyssem illum Homericum, & merito, & iure suam illam patriam Ithacam (affixam licet quendam quasi nidulum asperimis saxulis) tanti fecisse memoriæ proditũ sit, vt eam delatæ immortalitati anteponere minime recusauerit, dummodo illius saltem fumũ contueri sibi tandem liceret. Quæ quum ita sint, quumque auctore Cicerone nihil porro tã inhumanum, tam immane, tam ferum, quàm committere vt beneficio non dicam indignus, sed ictus esse videare. Et quidem arbitror vllam neque aptiorem, neque maiorem gratiam pro tot tantisque muneribus patriæ referri ab iis qui illius gloriæ, qui dignitati, qui laudi enixissime student, qui primæ illius originis, & antiquitatis. & loci, & situs, & rerum gestarum memoriam, non solum ab oblitione hominum, atque à silentio propeque ab interitu vindicare, sed etiam fidelibus literarum monimentis æternitati consecrare, quam possunt diligentissime contendunt. Quamobrem quum ego quoque (vt Vlyssis illius vtar verbis, quem apud Alcinoum Phæacum Regem ita fere loquentem Homerus inducit) Cernere nil aliud patria iucundis vnquàm, Ipse queam, quumque nulla alia

in re

in re æque suauius aut iucundius conquiescam, quam in amore, grataque recordatione patriæ, gentisque meæ, cui plurimis maximisque beneficiorum vinculis obstrictum me esse sentio: nihil omnino fit, quod vehementer malim, quam illi me & gratum esse, & videri, rem profecto, vt non inutilem, ita nec iniucundam ciuibus meis præstaturum me arbitratus sum, si à primordio gentis nostræ ortus, qui primi Faliscorũ auctores extiterint, quibus paruerint, quæ primũ loca, quasue regiones obtinuerint, quibuscũ bella gesserint, quib. legib. atque institutis obtemperauerint, quos deniq; Deos, Deasq; quib. cæremoniis, quibusue ritib. coluerint, cæteraq; id genus omnia quæcunq;, vel apud probatissimos locorum, gestarumq; rerum scriptores didicerim, vel in peruetustis monimentis legerim, vel quæ ipse inuenerim, hactenus, quod sciã, aut non satis cognita, aut certe parũ à nostris animaduersa, hisce commentariolis ad memoriam posteritatis cõmendarem, vt hac re saltem, & si non patem eius merito, at pro meo tamẽ studio debitam gratiam benemerenti patriæ persoluisse videri queam, iis præsertim temporib, quib. ea quæ de Faliscorum nostrorum origine ac situ ab antiquis scriptoribus accurate prodita sunt, aut propter iudiciorum quorundã infirmitatẽ, aut certe propter ipsam rerum vetustatem adeo obscura, tamque multis ac variis difficultatibus obstructa sunt, vt pleraq; nõ modo dubia, aut incerta, sed etiã falsa atque inania passim circũferantur. Quib. vt hisce tandem cõmentariolis, vt possem occurrerem, dulcis me patriæ pietas impulit, cuius dignitas, & gloria, ita mihi dies noctesque ante oculos obseruatur, vt verissime á Vate illo tanquam ab oraculo dictum existimem. *Nescio qua natale solũ dulcedine cunctos Ducit, & immemores nõ sinit esse sui.* Sed iam tempus est, vt his omissis ad id quod instituimus, adiuuãte Deo, tandẽ aliquãdo accedamus.

ETRVRIAM partiti sunt Cato, & Silius in maritimã Transcyminiã, & Cisciminiam, ita vt Cisciminia pars quicquid est inter vrbem Romam, regionem maritimam, Cyminia iuga, & Tyberim complecteretur. Quo in spatio erant Sutrium & Nepete vrbes adhuc extantes cum agris suis, Capenates, Falisci, & Veientes populi. Hos quinq; populos cis Cyminium montem fuisse nemo (vt puto) nisi regionis ignarus negauerit, præsertim qui ea, quæ mox dicemus, legerit. Veruntamen quia nonnulli sunt, qui de Faliscorum situ longè aliter sentiant, existimantes scilicet eũ locum, qui nunc ad lacum Vulsinienſem appellatur vulgo Mons Flasconius fuisse Faliscorum montem, & eam planitiem, quæ inter Viterbium & montem Flasconum iacet, Faliscos esse campos: idcirco non alienum fortasse fuerit ab instituto nostro, si quam hi longissimè absint à vero, ex duobus potissimum Liuij locis demonstrauero, ne in eũ errorem & alij quoq; deinceps falsa hac nominum decepti similitudine labantur. Scribit enim his verbis lib. 5. Decadis primæ: Nec Veiis melius gesta res est, & auctum est bellum aduentu Capenatium, & Faliscorũ. Hi duo Etruriæ populi, quia proximi regione erant, deuictis Veiis bello quo q; Romano se proximos fore credentes: Falisci priuata etiam causa infesti, quod Fidenati bello se iam antea immiscuerunt. *Idẽ præterea lib. 9. Decadis eiusdem: Quũ Faliscorum, & Capenatium agros à Romano exercitu sæpenumero igni, ferroq; vastatos, ipsosq; demũ in Romanorum potestatem venisse retulisset, ac subinde bellum, quod cũ Etruscis, qui Sutrium obsederant, duce Q. Fabio Consule gesserant, describsisset, fugatis tandem Etruscis, ita scriptũ reliquit:* Tum de persequendo hoste agitari coptum. Silua erat Cyminia magis tũ inuia, atque horrenda quàm nuper fuere Germanici saltus, nulli ad eam diem, ne mercatorum quidẽ adita. eam intrare haud fere quisquã præter ipsum ducem audebat, aliis omnib. cladis Caudinæ nondũ memoria exciderat. *& tandem subdit:* præmissis speculatoribus, & cognita locorũ natura, iuga Cyminii montis occupat, inde contemplatus opulẽta Etruriæ atua milites emittit: *& paulo post subdit:* eò forte V. legati cum duobus Tribunis plebis venerant denunciatum Fabio Senatus verbis, ne saltum Cyminium transiret, lætati Etrusci quã vt impedire bellum possent venisse, nũcii victoriæ Romanæ reuertuntur. *Quib. ex verbis, quis non videt, quis non intelligit, quam facile istorum inscitia coargui, conuinciq; possit? primũ enim, qui fieri potest? vt mons ille, qui Catoni est Fiscon, nos vero corrupte Flasconum appellamus, longeq; abest ab vrbe Faliscorum fuerit? quum Faliscos ipsos (teste Liuio) proximos regione Veientibus fuisse constet? Deinde si campi illi, qui trans Cyminium iugum Fiscon montis, Viterbiq; subiacent, Falisci campi censendi sunt, vt isti contendunt, mirum quid eidem Liuio in mentem venerit, vt iam toties deuictis Faliscis, atq; in Romanum tandem imperium, ditionemq; redactis, aperte tamen diceret, testaretur q; Romanum exercitum non nisi post fugatos à Q. Fabio Consule Etruscos, Cyminij montis siluam primum pertransisse, nullis ad eam diem ne mercatorum quidem aditã, ne dicam, quod superato tum demum Cyminij iugo, quum & Vulsiniesiũ & Perusinorum, & Cortonensium, & Aretinorum, qui trans Cyminium sunt, Etruriæ populorum meminerit, de Faliscis ne verbũ quidem vllum fecerit. Ac ne quis dubitet aliquem in his Liuij verbis errorem esse: eidem Fabio IIII. Cons. (vt idem Liu. lib. 10. testatur) quod aperuisset Cyminiam syluam, viamq; per deuios saltus Ro. bello feciſſet, non minore totius Po. consensu, quam Senatus prouincia Etruria extra sortem decreta est. Eodem lib. 10. cum duo Romani exercitus in Etruria essent: alij duo exercitus haud procul vrbe Etruria fuerunt oppositi, vnus in Faliſco, alter in Vaticano agro: quibus ex verbis fieri non potest, vt quisquã huius regionis gnarus agrum Faliscum trans Cyminium mõtem*

Digitized by Google

tem esse intelligat. Quid? quod istos latuit ex probatis auctoribus esse clarum, vt ex iis, quæ à nobis dicentur, apparebit, vnum eundemque fuisse dictum Falscorum montem, & Soracte ex Vrbe Roma conspicuum. His accedit Strabōis auctoritas, quo teste, aliqui Falerios in Tuscia regione minime locandos esse asserunt, sed Falscos per se gentem. cui etiam Gratius Poeta adstipulatur, qui in lib. de venatione, Falscos à Tuscis disiungit: cui res verba Liuij proxime posita videntur conuenire. Nemo autem dubitauit vnquam, an mons Flasconus, & illi vicinus lacus Vulsinienſium, & demum quicquid est vltra montem Cyminium in Tuscia regione comprehendatur. Sed reuertamur ad id, vnde digressi sumus. Capenates à Capena vrbe primaria dicti, Cyminium ipsum Romam versus, & reliquos adiacentes montículos incolebant, qua vulgo nūc dicitur Montanecla, in qua extat etiam oppidum Capena nomen seruans, licet corrupto vocabulo appelletur vulgo Canapina. Veientes item, à Veys principe ipsorum ciuitate sic dicti, possidebant quidquid agri est à Cremera fluuio Vrbi in pratis, qua nunc ita vocantur, vicino, vsque ad Soractis Falscorum montis confinia, vbi nunc est oppidum Arrianum inter Tyberim & maritimam regionem, atque agrum Nepesinum.. Falsci vero tenebant quidquid reliqui est ab Arriniano, & Soracte, ad amnem Vetiam, qui è Cyminio monte in Tyberim labitur inter Tyberim ipsum, & Nepesinum Capenatemq; agros. Nepete ciuitas, vt auctor est Liuius libro 7. prius socia Romanorum, cum fuisset per deditionem ab Etruscis occupata, per Camillum, & Valerium recuperata est, securi percussis deditionis auctorib. innoxia multitudini reddita res, oppidumque cum præsidio relictum, donec tertio deinde anno Triumuiri Nepete Colonia deducenda creati sunt, qui eam deduxerunt. Sutrium Romanorum societatem ab initio contractam fere semper obseruauit: & quanquam Etrusci cum Romanis bellum gesturi semper Sutrium, & Nepete occupare contenderint, ac sæpius occupauerint: semper tamen Sutrini sunt à Romanis defensi, & vindicati. Namque (inquit Liuius lib. 6.) cum ea loca opposita Etruriæ, & velut claustra inde portæque essent, & illis occupandi ea, cum quid noui molirentur, & Romanis recuperandi tuendique cura erat, Bello Punico secundo inter xij. illas colonias, quæ Q. Fabio Q. Fuluio Coss. abnuerunt milites dare, Sutrium & Nepete connumerantur à Liuio, qui lib. 29. scribit, primùm quo pacto contumaces illæ coloniæ coactæ fuerint duplicatum militum numerum dare, & demum census ab eis primum receptus sit, vt quantū numero militum, quantum pecunia valerent, in publicis tabulis monumenta extarent. Quomodo autem Veientes, & Capenates in Romanorum venerint potestatem, ex iis quæ non ita multo post de Falscorum rebus gestis exponam, manifestissime apparebit. De Ciscyminia hac regiōe Sili. 8. lib. enarrās, qui duce Galba Romāis aduersus Annibalē auxiliosfuerint, inquit

Hos iuxta Nepesina cohors, equiq; Falisci,
Quique tuos Flauina focos, Sabatia quique
Stagna tenēt, Cyminiq; laeū, qui Sutria tecta,
Haud procul & sacrū Phœbo Soracte frequētāt.

A Virgilius autem, qui contra Æneam duce Mesapo uerant in bellum referens ait:

Hi Fescenninas acies, equoſq; Faliſcos,
Hi Soractis habent arces, Flauiniaq; arua,
Et Cymini cū monte lacū, lucoſq; Capenos.

Vterq; tamen Veientes subiecit, propterea quod (vt ego quidem existimo) deleta iamdudum ciuitate tum vicinore tū infensissima, illius nomen Romanis odiosum esset. Hæc de vniuersa Etruria, simul & Ciscyminia dicta sint. Ceterū quia nobis de Falscis est sermo instituus, omissis aliis, dicemus ea quæ de vniuersis eiusdē
B Falscis occurrunt. Quàm late pateat hæc Falscorum regio pro certo dicere mihi difficile est, præsertim cum videamus eos interdum longius esse progressos, atq; etiam Alsium in littore Tusci maris, vbi nunc est arx sancta Seuera dicata, ab Haleso Falscorum auctore conditū esse. Illud igitur facilius erat ostēdere, intra quos terminos necessario continerentur Falsci, quo tempore cum Romanis bella gesserunt. Quum enim orientem versus esset Tyberis, & trans fluuium Sabini, & Amerini: ad meridiem vero, & vrbem Romā essent Veientes, quorū ciuitas decimotertio distabat lapide ab vrbe Roma, eratq; ex ea parte eiusdē mons Soracte Falscorum, necesse est fines inter Falsicos, & Veientes extitisse inter Soractem, & vrbē Veientum, quasi dixeris
C circa oppidū Arrianū distans ab vrbe xx. lapide. Ab occidente Sole erat Nepete ciuitas adhuc extans, & Capenates populi, de quibus est dictum. A Septentrione erat mons ipse Cyminius cū sylua illa vsque ad Fabiū consule minusa, & horrenda, ac demum Vadimonis lacus, quibus disterminari Falsicos à Vulsinienſibus populis, & agro Ferentino verisimile est, tū ex qualitate sylua, tum ex ipso lacu, ad quē velut ad communē quēdā locū initiari solita erat militia Tuſca: Poterat igitur possideri à Falscis hac regio secūdū Tyberim è conspectu superiorū Sabinorū, & agri Amerini, ab Arriniano ad Vadimonis lacū, longitudinis millium
D passuū plus minus viginti trium, latitudinis ferme septē, vbi minimum quatuor, quo in spacio nunc sunt Castra sancti Syluestri in iugo Soractis, Stabia, ciuitas Castellana, Fabrica, Corchianum, Burgum sancti Leonardi, Gallesium, Bassanellum, Ortæ, Bassanū, Munianum, Polymartiū. Sed illud mirandū est, quod Eutropius in fine libri secundi, & Orosius in quarto libro, ex tam breui & angusta regiuncula, dicunt vno prælio quindecim millia Falscorū Quinto Luctatio A Mānio Coss. fuisse cæsa, ceteris pace concessa. Qui autē hominum ante Falscos eam regionem tenuerint, explicatu difficile est, propter eam, quæ inter antiquitatum
E scriptores est, discrepātiam. certior mihi tamē videtur Dionysij sententia, qui de Pelasgis in Italia profugis loquens ait: Multas vrbes alias quidem ante à Siculis habitatas, alias autem ipsi construentes vna cum Aboriginibus Pelasgi incoluerūt: quarū vrbium est Cæretanorū vrbs, quæ tunc Agylla vocabatur, & Pisa, & Saturnia, Alsiumq;, & aliæ quædā, quæ post longū tempus deletæ sunt à Tyrrhēis. Faletria a. & Fescenniū & ætate mea habitatę erāt à Rom. paruas adhuc quasdā seruātes
F reliquias Pelasgi generis, quæ vrbes prius fuerāt

Siculo-

Siculorum. *hactenus Dionysius. Faliscos nomen fuisse totius gentis, Falerios autem ciuitatis dumtaxat eorum principis, haud obscure intelligi potest non solum ex M. Catone, & T. Liuio, cuius verba inferius loco suo referemus, verum etiam ex Plutarcho, qui in Camillo in hunc fere modum scribit:* Camillus sumptis copiis aduersus Faliscos impetum fecit, & Falerios vrbem ad bellum munitam omnibus rebus bellicis habentes, castris circuit, sic certe obsidionem Faleriis dispicientibus, &c. *& non multo post:* Subito Falerii postquam proditione magistri ludi senserunt *&c. & deinde,* Redactis in ditionem Romanorum Faleriis, factaque pace cum omnibus Faliscis; Camillus vasa colligere iussit, atque discessit. *Regio tota, exceptо Soracte, & quibusdam iuxta Tyberim collibus, fere plana est: nisi quod crebris, confragosis, & inter saxosas rupes profundis aquarum perennium alueis interrumpitur, omnium fere segetum, arborum, fructuũ, armentorum feracissima. Princeps vniuersæ regionis ciuitas erat Faleria, seu Falerij, quam ab Argiuo Falerio conditam esse testatur Solinus, & quam exemplo institutæ Camillum Romanorum potestati subdidisse, nemo est qui nesciat. eadem successu temporis corrupto vocabulo Falaris cœpta est dici, quod & Macrobius vsurpauit, & alij nonnulli, & seruant eius ruinæ, quæ stantibus adhuc mœnibus videntur, & Falaris appellantur: quemadmodum ea, quæ iuxta est planities, dicitur vulgo Falarensis. In perantiquis etiam diuorum monumentis, vulgo dicunt Martyrologium, id scriptum reperi:* Pridie idus Augusti, in vrbe Falari, sanctorum Gratiliani, & Fœlicissimæ virginis, quorum primum ora lapidibus pro Christo sunt contusa, deinde gladio percussi, optatam martyrii coronam susceperunt: *Fuit autem ea ciuitas Episcopali quoque dignitate ornata, ac multis post Christum natum seculis habitata, quod patet ex synodo habita Romæ Gregorio III. Pontifice circiter annum Domini DCCXXX. & altera Nicolao primo Pont. circiter annũ Domini DCCCLXVI. quibus inter alios Episcopos, illis videlicet Tyburtius, huic Ioannes Falæritani Episcopi subscripserunt. Erat ea ciuitas, antequam à Romanis subigeretur, vna ex principibus Etruriæ ciuitatibus, è quibus magistratus annui numero pari ad regendum vniuersam prouinciam mittebantur, dicti Lartes, & Lucumones, quod ex vno Liuio posses affirmari, cum is sæpenumero scribat, Faliscos ad Fanum Volturnæ in communi Etruriæ Concilio interfuisse, nisi ex alijs pleriſque locis esset manifestum: vt interim Blondi quoque Foroliuiensis testimonium omittam. Quando autem excisa & euersa fuerit, pro certo non comperi: sed coniectura verisimile est, id accidisse per Albericum Etruriæ Marchionem, qui Ioannis decimi eius nominis Papæ odio ductus circa annum domini nongentesimum & decimum septimum, Ortam munita, eò se recepit, & Vngaros pramijs solicitatos in Italiam vocauit, qui prouinciam ingressi, plus prope calamitatis Italiæ intulere, quam olim Saraceni. neque ipsis quidem Etruscis pepercere, quos oportebat ex fœdere Alberici esse intactos, imo vero magis in hos, quàm in ceteros Italos est sæuitum; incensis omnibus fere oppidis quæ ipsi occupauerant, præter Ortam ab Alberico munitam, nec post id tempus vllam de Falaris habitata mentionem inueni. Ex ipsa autem Faleria, siue ex alio huius regionis loco natus est Gratius poëta, quod ipse testatur in eo versu.* At contra nostris imbellia lina Faliscis. *Quantus autem hic Poeta fuerit, ex P. Ouidij sententia iudicari potest; qui in illustriũ sui temporis Poetarum enumeratione, hunc Virgilio mox subiungendum duxit illis versibus, qui sunt in vltima elegia librorum de Ponto:* Tityrus antiquas, & erat qui pasceret herbas, Aptaque venanti Gratius arma daret. *de quo etiam, tum primum in lucem restituto, & ad se delato, Pontanus hæc dicit,* Visus est mihi vates ille lepidus, numerosus, & tersus. *Inter illustria Faliscorum loca mons erat Soracte, quod testatur Porphyrius in odem,*

Vides vt alta stet niue candidum Soracte,

& Cato dicens: Soracte Faliscorum mons, *& Plinius li. 7.* Haud procul ab vrbe Roma in Faliscorũ agro familiæ sunt paucæ, quæ vocãtur Hirpiæ, quæ sacrificio annuo, quod fit ad montẽ Soracte Apollini, super ambustam ligni struem ambulantes, non aduruntur: & ob id, perpetuo Senatus cõsulto militiæ, omniumque aliorum munerum vacationem habent. *Hinc & Virgilianus Aruns ait:*

Summe Deum custos sancti Soractis Apollo:
Quẽ primi colimus, cui pineus ardor aceruo
Pascitur, & medium freti pietate per ignem,
Cultores multa premimus vestigia pruna.

& Silius lib. 5.

Tũ Soracte latũ prẽstanti corpore, & armis
Aequanum noscens, patrio cui ritus in aruo,
Cum pius arcitenens accensis gaudet aceruis,
Exta ter innocuos late portare per ignes.
Sic in Apollinea semper vestigia pruna
Inuiolata teras.

& quæ sequuntur, & lib. 7.

Phœbei Soractis honos Carmelus agebat. *& 8.*

Haud procul & sacrum Phœbo Soracte frequentant.

Quamquam Strabo non Apollini, sed Deæ Feroniæ, Varroque non pietati, sed medicamento id tribuit, quo illis plantas tinguerent. eamdem rem enarrans Solinus ait: Vulgatum per omnium ora, quod paucæ familiæ sunt in agro Faliscorum, quos Hirpios vocant, hi sacrificium annuum ad Soractis montem Apollini faciunt, id operantes gesticulationibus religiosis exultant, ardentibus lignorum struibus in honorem diuinæ rei flammis parcẽtibus, &c. *Soractis autem eum esse montem, qui ex Vrbe via Flaminia venientibus dextrorsum conspicitur, & appellatur sancti Siluestri mons, eo quod ibi sanctus ille vir aliquandiu principis iram veritus latitauerit, ex ipsius diui Siluestri vita literis prodita, est etiam vulgo notissimum, & comprobatur ex ode 9. libr. 1. Flacci Horatij, qui quasi montem digito indicaret, ad amicum Thaliarchum, siue in agro suo Sabino, siue in*

vrbe

vrbe Roma se continerent, ita scribit : Vides vt alta A
stet nive candidum Soracte: *& ex Seruio, qui clare dicit* : Soracte mons est Hirpiorum in Flaminia collocatus, *& addit*: quamobrem illi vocarentur Hirpii, quoniam (*inquit*) eis in hoc monte, qui Manibus consecratus est, Diti patri aliquando sacrificantibus, cum lupi subito venientes exta rapuissent, illos diu insequentes, delati sunt ad quandam speluncam halitum ex se pestiferum emittentem, adeo vt iuxta stantes necaret: exinde est orta pestilentia, quia fuerant lupos sequuti, de B
qua re responsum est posse sedari, si lupos imitarentur, ideſt, rapto viuerent: quod postquam factum est, dicti sunt ipsi Hirpi Sorani, quasi lupi Ditis, nam lupi Sabinorum lingua vocantur Hirpi, & Ditis pater Soranus, cui persoluebatur sacrificium, cum lupi exta rapuerunt. *Sub Soracte monte Straboni est vrbs Feronia, cuius (quod ego quidem nouerim) nulla extant vestigia. Liuius vero lib. 27. in agro Capenate ad lucum Feroniæ signa sanguine sudasse, idque prodigium decreto Pontificum* C
procuratum esse ait, indicta in vnum diem ad eundē lucum supplicatione. & lib. 42. ait, eadem Feronia in Capenate de cælo tactam esse. His propinquum ponitur Straboni & Solino Fescennium, Plinio Fescennia, quam male propterea Seruius Campaniæ vrbem esse dixit, contra veterem ipsius Virgilij sententiam, qui Fescenninas aciem cum Falisciis numerat. Eam autem ciuitatem existimant nonnulli fuisse, quæ nunc est ciuitas Castellana, nullo tamen auctore certo. Illud autem D
est certissimum, ibi non fuisse Veientum ciuitatem, quod a nonnullis est imprudenter asseueratum. Nam vt mittam (quod etiam ex iis quæ dicta sunt facile perspici potest) Ciuitatem Castellanam longo spacio intra Faliscorum fines positam esse, qui a Veientibus disiuncti, maximeque diuersi fuerant: certe Dionysius historicus lib. 2. auctor est, Veientum vrbem à Roma non plus quam centum stadiis abesse. quin C. Plin. de Tybri amne loquens lib. 3. ait: mox citra tredecim millia passuum vrbis Veientem agrum à Cru- E
stumino, dein Fidenatem, Latiumque à Vatica-
no dirimens. *A quibus nec Liuius dissentit, apud quem lib. 5. Appius Claudius de Veiis loquens, ait eā vrbem intra vicesimum ab vrbe lapidem esse: Eutropius quoque lib. 1. Fidenates sexto, Veientes xviij. ab vrbe millario distare, semel atque iterum affirmat. Quæ cum ita sint, nequaquam fieri potest, vt ibi extiterit Veientum vrbs, vbi nunc est Ciuitas Castellana quod isti velle videntur: quum (vti dictum est) illa tantummodo tredecim millia passuum, & omnino* F
intra vicesimum lapidem ab vrbe Roma abfuerit, hanc vero vltra xxv. millia, & non minus ducentis stadiis distare omnibus notum, ac perspicuū sit. Cæterum quo in loco ciuitas Veientum sita olim fuerit, quid nos assequi coniectura valeamus? cum dicat Propertius:

Et Veii veteres, & vos tum regna fuistis,
Et vestro posita est aurea cella foro.

Nunc intra muros pastoris buccina lenti
Cantat, & in vestris ossibus arua metunt.

& L. Florus: Nunc Veientes fuisse quis meminit? quæ reliquiæ? quod vestigium? laborat annalium fides, vt Veios fuisse credamus. *Huius autem nostri temporis Ciuitatis Castellanæ antiquiorem memoriā non inuenies ea, quæ est, apud Platinam in vita Quarti Adriani Pontificis, circa annum Domini MCLV. Quamobrem verisimile est euersa Falari, ex illius reliquiis constructam, & habitatam esse Ciuitatem Castellanam, locum natura munitissimum, & illi admodum propinquum. Ab ipsa autem vrbe Fescennio dicti sunt Fescennini versus, qui cuiusmodi essent, cū parum intellexisse videatur Pompeius Festus, in nuptias duntaxat eos cani solitos arbitratus, melius intelligetur ex illis Horatij versibus*:

Agricolæ prisci fortes, paruoque beati,
Condita post frumēta leuātes tēpore festo
Corpus, & ipsum animū spe finis dura ferentē
Cum sociis operū, & pueris, & cōiuge fida,
Tellurem porco, Syluanum lacte piabant,
Florib. & vino Genīū memorē breuis æui.
Fescennina per hunc inuenta licentia morem,
Versibus alternis opprobria rustica fudit,
Libertasque recurrentes accepta per ānos,
Lusit amabiliter.

Neque absimile est quod lib. 7. primæ decadis scribit Liuius: Non sicut ante Fescennino versu simile, incompositum temere, ac rudem alternis iaciebant. *Tenendum itaque pro certo est, Fescenninos versus fuisse, per quos inducta rusticorum personatis in se, tum in alios iocosa conuicia alternis canerent, non solum in nuptiis, (vt Festus ait, & satis ex Seneca tragico colligi potest, apud quem in Medea in nuptiis Glauces regnæ chorus canit*: Festa dicax fundat conuicia Fescenninus, *& ex illo Catulli in Epithalamio*: Nec diu taceat procax Fescennina locutio, *itemque Ausonij*: Verum quoniam Fescenninos amat celebritas nuptialis, *atque etiam ex Plinio, quib. lib. 15. ait*: Nuces iuglandes, quanquam & ipsæ nuptialium Fescenninorum comites, multo pineis minores) *sed etiam in conuiuiis, atque aliis iocosis hominum conuentibus, quod ex Horatij, Liuijque testimoniis, & Auiani poetæ carminibus, quæ infra adscribentur, liquido patet. Eiusmodi autem iocis ad hunc vsque diem nostrates rustici, præsertim vero messores, ac vinitores vtuntur. Illis autem temporibus adeo grati erant Fescennini versus, vt ne Octauium quidem Augustus ab illis scribendis abstinuerit. Vnde apud Macrobium secundo Saturnalium libro legitur*: Temporibus Triumuiralibus Pollionem, quum Fescenninos in eum Aug. scripsisset, dixisse, At ego taceo, non est n. facile in eum scribere, qui potest proscribere. *Omnium autem elegantissime Fescenninos scripsit Auianus,*

poeta, de quo Ausonius in Centone nuptiali: Nam quid Aniani Fescenninos, quid antiquissimi poetæ Liuii Eroropægnion libros loquar? Is autem Anianus fuit ex nostratibus Falisciis, Probi grammatici discipulus, Auli Gellij amicus, per ea tempora quibus Adrianus ad Imperium Romanum est adscitus. Ideoque nil mirum est, eum adeo scribendis Fescenninis, id est patrijs versibus, præstitisse. qualis autem is fuerit, qualesque eius versus ex ipsius Auli Gellij, & Terentiani Mauri verbis intelligetur. Ille enim libro septimo ait: Anianus poeta præter ingenii amœnitatem literarum quoque veterum, & rationum in literis oppido quã peritus fuit, & sermocinabatur mira quadam & scita suauitate. Itemque libro vigesimo: Anianus poeta in fundo suo, quem in agro Falisco possidebat, agitare solitus erat vindemiam hilarè, atque amœniter, ad eos dies me, & quosdam item alios familiares vocauit. Terentianus vero etiam ipsos Vindemiales (vt ita dicam) versus exempli causa suis interposuit: Cetera pars superest, mea tibia dicere versus. Hæc iuncta frequentius edent Anapęstica dulcia metra. Cuicumque libebit vt istos triplices dare sit Anapæstos. Atque ille poeta Falisscus, Cum ludicra carmina pangit. Vua vua sum, & vua Falerna, Et téi feror, quater anno. Libro quoque dixit eodem, vnde vnde colonus? Eoi flumine venit Oronte. Erant & Falisca metra ab eo sic fortasse dicta, quòd illis potissimum Fescennina scriberentur: mihi tamẽ id aliter non liquet. Falisscum metrum, inquit Seruius constat tribus dactylis, & pyrrichio, cui consentire videtur Terentianus, qui de A. Sereno poeta loquens ait: Talia docta Falisca legimus. Quando flagella lugas, ita iuga, vitis & vlmus vti simul eant. Nam nisi sint patibus fruticibus, Vmbra necat teneras amineas. Tale est primum Boethij carmen libro 3.

Qui serere ingenuum volet agrum,
Liberat arua prius fruticibus.
Falce rubos, filicemque resecat:
Vt noua fruge gratos Ceres eat, &c.

Acron Horatij commentator in 6. oden. lib. 1. quæ incipit, Laudabunt alii claram Rhodon, aut Mitylenen, Aut Ephesum, bimarisue Corinthi, &c. de vltimo pede paulo aliter videtur sentire: dicit enim secundum versum illum Aut Ephesum &c. Tetrametrum esse, qui & Falisscus appellatur, & ex quatuor pedibus vltimis constat heroici versus. Exemplum vero à Seruio subiectum ab eius ratione discrepat. habet enim hoc: Docta Falisca Serene parasti. quapropter, quin corruptus sit Seruij locus in vltimo huius versus pede non est dubitandum. Deinde est apud Geographos Ortanum oppidum, quanunc est Orta ciuitas, qua, & illius arce munita Etruriæ Marchio Albericus (vt diximus) Vngaros in Italiam vocauit. Eam ciuitatem multis iam sæculis Episcopali dignitate ornatam fuisse, constat ex tertia Synodo Symmachi Papæ circa annum Domini quingentesimũ quartum, cui iuxta Maximum Bleranum, Felicem Nepesinum, Romanum Nomentanum, & Asellum Populoniensem subscripsit Martianus Ortensis Episcopus, & ex Synodo Nicolai primi cui subscriptus est Arsenius Ortanus Episcopus. De hac ciuitate putant nonnulli locutũ esse Virgilium lib. 7. in illo versu:

Ortinæ classes, populique Latini.

Polymartium & ipsa olim Episcopali dignitate ornata ciuitas, quod patet, ex Synodo tertij Gregorii, cui subscripsit Maiorinus Episcopus Ecclesiæ Polymartij, ea, teste Blondo, patria fuit Sabiniani Papæ, qui diuo Gregorio successit. Corchianum ex ipso nomine licet conijcere antiquissimum esse vicum ab Horchia, quam nonnulli asserunt Etruriæ Deam fuisse eandẽ, quæ Latinis Pomona dicebatur, à qua etiam denominatum est, alterum oppidum sub Cyminio Vicus Horchianus, quod nomen adhuc seruans vulgo dicitur Vicorchianum. Vadimonis lacus, ad quem auctore Liuio lib. 9. initiata est Tusca militia, peruulgato quodam auctorum errore ignoratum est ad hanc vsque ætatem vbi esset, asserente Blondo eum esse, qui ad montem Rosulum videtur: Volaterrano vero eum, qui in Viterbiensi agro Romam venientibus dextrorsum relinquitur. Atqui ego vno tantum Cecilij testimonio, atque auctoritate vtrumque falli, atque hallucinari, luce clarius ostendam. Scribit enim Cecilius 8. lib. ad Gallum: Exegerat prosocer meus, vt Amerina prædia sua inspicerem, hæc perambulãti mihi ostenditur subiacens lacus, nomine Vadimonis. Lacus est ad similitudinẽ iacentis Rotæ circumscriptus, & vndique æqualis, nullus sinus, obliquitas nulla, omnia dimensa, paria, & quasi artificis manu cauata & excisa, color cœruleus albidior, & pressior sulfure, odor, sapor atque medicatus, vis qua fracta solidãtur, spacium modicum quod tamen sentiat ventos, & fluctibus intumescat, nulla in hoc nauis, facer enim est, sed innatant insulæ herbidæ omnes arundine & iũco tectæ: & reliqua. Itaque si is lacus vel in agro montis Rosuli, vel in campis Viterbiensibus fuisset, vt isti volunt, profecto non solum Amerina prædia perambulanti subiacens lacus non ostendi, sed nec ex altioribus Ameriæ montibus videri potuisset vllo modo. Ne autem legentium animos in re tam clara diutius teneam, dubio procul is Vadimonis lacus est, qui in Bassani oppidi agro non longe à Tyberi, ipsoq; Tyberi intermedio, collibus Amerinis subiectus, cetera quoque ad vnguem Caciliane descriptioni conuenit, excepto quod insulæ illæ, quas etiam Plinius secũdus lib. 2 mobiles esse asseruit, interuallo tanti temporis cohæserunt, quamobrem rotunditate manente, lacus est vndique iunco & arundine circumseptus. quod etiam in agro Reatino ad Cutilias aquas videmus euenisse, vbi Plinius fuisse ait similes insulas, quæ nunc nõ existunt. Ceterum lacus hic de quo loquor, adhuc quasi sacer, horrorem quendam indigenis incutit, nec pisces producit, sed tantum serpentes. Meminit etiam de ipso lacu, & insulis in eo mobilibus Seneca libro tertio, naturalium quæst. qui eas natantes in-

sulas

salacputat ex pomoerijs constare. Ex iis, quæ dixi- A *mus, cognosci facile potest, quam hallucinati longe aberrauerint, & vere, non modo qui dixerunt eum esse montem Faliscorum, qui prope Vulsinensium lacum situs, vulgo dicitur mons Flasconus, & eos eampos esse Faliscos, qui iacent inter Viterbium & Montem Flasconum: verum etiam qui opinati sunt & Veientum olim vrbem, Ciuitatem Castellanam, & Vadimonis lacum, Viterbiensem Nauisium, aut Resulinensis lacum, & qui Faleriam, eam quæ est Ptolemæo Ferentia, Plinio & Strabone Ferentium, Othonis e-* B *lim Imperatoris patria non multis ante actis seculis Viterbiensibus diruta. eum inter Viterchianum & montem Flasconum extant ruinæ, quæ vulgo appellantur Ferentum. Siquidem hæc ponere nihil erat aliud, quàm totam Faliscorum regionem vltra Cyminium montem transportare, cum eam Cæsyminiæ, & Veientibus Nepesinisque confinem, ac Romæ vicinam fuisse constet. simul apparet verum esse quod ait Alyrsilus Lesbius*: De gentis antiquitate, origine, & locis minus remotis & exteris, quam mihi alioquin C eruditissimis, quam ipsi genti credendum nõ esse. *Regebantur autem Falisci populari gubernatione, quam admodum & reliqui Etruriæ populi, quibus adeo regium nomen odiosum fuisse Liuius refert, vt cum Veientes tadia annua ambitionis, quæ interdum discordiarũ causa erat, veteri magistratu sublato, Regẽ sibi creauissent, simulq; à Rom. obsidione premerẽtur, his omnino decreuerint auxiliũ negari oportere, donec sub Rege essent. Originem habuisse Faliscos ab Argiuis, & illorum duce Haleso, testiosest Plinius, & O-* D *uidius, qui in Elegia de festo Iunonis ait*:

Argiua est pompæ facies, Agememnonea cæso,
  Et scelus, & patrias fugit Halesus opes.
Iamque peremptis profugus terenáque, marique
  Mœnia felici condidit alta manu.
Ille suos docuit Iunonia festa Faliscos.

& Fastorum lib. 4.

Venerat Atridæ fatis agitatus Halesus:
  A quo se dictam terra Falisca putat.

Hæc illustrantur & Dionysij verba superius posita. Tro- E *gus autem Pompeius lib. 20. de Italiæ vrbibus, quæ à Græcis originem habuerunt locutus, dixit Chalcidenses esse Faliscos, Nolanos, Atellanos. Colebant Falisci ex Deis, quemadmodum & reliqui Tusci, Vadimonem, eius Deo sacer erat lacus (de quo diximus) Vadimonis appellatus. Erat autem lingua Tusca Vadimon Deus, qui Romanis Vertumnus, & Ianus appellabatur, vt attestatur Berosus lib. 5. ad quod alludit Ouidius lib. Fastorum primo loquente Iano*: Me penes est vnum vasti custodia mundi, Et ius vertendi cardinis omne meum est. *Et Propert. lib. 4. Loquente Vertumno*: Thuscus ego, Thuscis orior, *& reliqua. & apertius Dionysius lib. 5.* Vicus Thuscus à Romanis appellatur, per quem est transitus ad circum maximum, vbi fuit templum Vertũni, id est, Iani Etruscorum principis. *Cuius Iani quadricipitis simulacrum cum quatuor frontibus in vrbem ex ipsa Faleria delatum fuisse testatur Macrobius primo Saturnaliorum libro, & Seruius loco suprà dicto: qui addit eo simulacro delato quatuor illi portarum templum fuisse dicatum. & ponit causas quãobrem alij bifrontem Ianum haberent, alij quadrifrontem. Fuit autem is Vadimon, ac Ianus Tuscorum Rex, qui Saturnum hospicio, & in regni partem recepit, habuitque Regium in colle, qui ex vrbe primus in Etruriam iter prabens, propterea Ianiculus dictus, Diui Petri aliis notissimus est, & de quo ait Ouidius:*

Arx mea collis erat, quam cultrix nomine nostri
  Nuncupat hæc ætas, Ianiculumque vocat.

Huic Deo farre tantum, & vino sacrificabant, significantes parsimoniam, & eadem victum ætate, qua ille regnauit. Quamobrem ait Iuuenalis satyra 11.

Ponebant igitur Tusco farrata catino,
Omnia tunc quibus inuideas, si liuidulus sis.

Quæ etiam vsque ad nos continuata superstitione sit, vt nostrates pro sacris cibis habeant placentas farratas. Colebant insuper accepto ritu a conditoribus Arginis, Iunonem, quod attestatur Ouid. fastorum lib. 6 loquente Iunone:

Adde senem Tatium, Iunonicolasque Faliscos,
  Quos ego Romanis succubuisse tuli.

& Dionysius vbi ait: Templum Iunonis in Faleria eodem modo constructum quo in agro, ibi etiã expiationum ritus similis, & sacræ fœminæ templum curantes, & quæ canistrifera dicitur puella innupta sacra incipiens de victimis, & virginum chori laudantium Deam patriis cantibus. *Id sacrificij genus, & pompam describit Ouidius in Elegia cuius supra meminit. Colebant cum his & Apollinem, & Dianam in Soracte monte, & Deam Feroniam, cuius adis, & luci ex Liuio mentio supra facta est: necnon & Herculem, & Palladem, ob cuius effigiem, Romam inde adductam, ait Ouid. 3. fast*: An quia perdomitis ad nos captiua Faliscis Venit? *in apologetico autem Tertullianus ait*: Faliscorum in honore est pater Curis, vnde accepit cognomen Iuno. *Moribus, & legibus erant adeo bene instituti Falisci, vt propterea fuerint à Virgilio, & Silio equi nuncupati. quandoquidem (vt inquit Seruius) Romanus populus abeis iura fœcialia collegit, & nonnulla supplementa duodecim tabularum. Quin & suos priuatim habebant anni menses, ideoq; de Martio loquens ait Ouidius*: Tertius Albanis, quintus fuit ille Faliscis. *Inplerisq; autem antiquis Argiuorum moribus vtebantur, à quibus ipsi originem ducebant, quod patet ex Dionysio, qui inquit*: Faleria, & Fescennium & ætate mea habitatæ erant à Romanis, paruas adhuc quasdam seruantes reliquias Pelasgi generis. *& subdit*, In hisque restiterunt diu multa priscorum monumenta, quibus olim Græca natio vsa, sicut armorum bellicorum ornatus, clypei Argolici, hastæ, *& inferius*: Quum autem bellum inferrent ipsi, aut inuadentibus se hostibus obuiaturi pro finibus exercitum mitterent, sacri quidam viri ante alios inermes ibant,

Fœciales, sacrorumque apparatus, & Deorum simulacra, sanctimoniæque & sacra, & alia multa similia. *Lina & Cannabis, sicut nunc semper abundauerunt. hinc Silius ait*: induti sua lina Falisci. *nec sine causa dixit Poeta induti sua lina, cum ea sint molliora, indumentis magis, quam operosis rebus apta. quod testatur Gratius vocans ea imbellia lina. Apud ipsos Falisces quoque inuentum farciminis genus, de quo Papinius lib. 4. Syluarum*: Non Lucanicæ, non graues Falisci, *ac Martialis*: Et Lucanica ventre cum Falisco. *quod genus hodie quoque in vsu est. Agri item cetera præstare esse oues & boues albos producere testatur Plinius lib. 2.* in Falisco herba depasta, & Clitumni amnis aqua pota, candidos boues facit, *& Ouidius in eadem elegia*:

Ducuntur niueæ populo plaudente iuuencæ,
Quas aluit campis herba Falisca suis.

& primo fastorum,

Colla rudes operum præbent ferienda iuuenci
Quos aluit campis herba Falisca suis.

& de Ponto lib. 3.

Agnaq; tam lactens, quàm gramine pasta Falisco
Victima Tarpeios inficit icta focos.

*Cum Romanis Falisci, quantum ex Liuio colligitur, hoc pacto se gesserunt. Fidena Veientium Colonia, olim trans Tyberim missa iuxta Anienem ex aduersa parte agri Romani in collibus non longe ad Tyberis ripa Romanorum iam facta Colonia, ad Veientes defecerat: deinde quatuor legatos Populi Romani causam noui consilii quærentes, iussu Lartis Tolumnii Veientum magistratus, Fidenates interfecerant. eo Mamercus Æmilius à Romanis dictator cum exercitu missus est, Fidenatibus & Veientibus legiones Faliscorum auxilio venerunt, atque ita trium populorum exercitus aduersus Romanos instructus est. Sed iusto prælio fusi, fugatique sunt omnes, occiso etiam Larte Tolumnio: eius interfector A. Cor. Cossus, qui postea opima spolia in ede Iouis Feretrii cum solemni dedicatione dono fixit. Tyberim cum equitatu transnectus ex agro Veietano ingentem abegit prædam ad vrbem. Sequenti anno Romanorum exercitus in agrum Veientem, ac Faliscum ducti sunt, prædæ abactæ hominum, pecorumque, vrbes tamen non oppugnatæ, quia pestilentia Romanum populum inuaserat. Insequenti vero anno captis à Seruilio Dictatore Fidenis, trepidatum est in Etruria, non Veientibus solum, qui etiam tum rebellantibus Fidenatibus affuerant, sed & Faliscis memoria initi primo cũ iis belli. Quãobrem missis circa XII. Etruriæ populos legatis, licet impetrassent, vt ad Volturnæ Fanũ indiceretur omni Etruriæ concilium, in eo tamen concilio negata sunt Veientibus auxilia, iussique suo consilio bellum initum suis viribus exequi, nec aduersarum rerum quærere socios, cum quibus spem integram communicati non sint. Præteritis deinde annis circiter XXVII. quia tempus induciarum interim post aliquot rebelliones cum Veientibus initarum exierat, Romani per legatos, fœtialesque res repetere cœperunt, & lege tandem de indicendo Veientibus bello perlata, exercitum magna ex parte voluntarium Tribunis militum Consulari potestate Veios duxere. Subeunt initium obsidionis, cum Etruscorum Concilium ad Fanum Volturnæ frequenter habitum esset, verum constitit, bello ne publico gentis vniuersa tuendis Veientes essent. Tertio autem belli anno cum Romani, Veijque tanta in arma essent ira, vt dictæque, vt victis finem adesse apparuerit, ac Romani anxissent numerum Tribunorum ad octo, quos nunquam fuerant, Veientes contracto die nunquam amplius bimestri, quæ interdum discordiarum causa erat, Regem sibi (quod supradictum est) creauissent: offendit ea res populorum Etruriæ animos, tum odio regni, tum ipsius Regis, qui priuata causa grauis vniuersæ genti fuerat opibusque superbiaque. Itaque dum creuerunt auxilium Veientibus negandum, donec sub Rege essent. Anno deinde ab Vrbe condita (vt fuller) CCCLII. Tribunis militum sex consulari potestate Veios obsidentibus, haud bene Romanæ res gestæ; & auctum est bellum aduentu repentino Capenatium, & Faliscorum, qui duo populi (quemadmodum initio fere diximus) quia proximi regione erant, deuictis Veiis bello quoque Romano se proximos fore credentes, Faliscis propria etiam causa infesti, quod Fidenati bello se iam antea immiscuerant: per legatos vltro citroque missos iureiurando inter se obligati, cum exercitibus, nec opinato ad Veios accessere, a quibus diu in medio casi Romani, postremo desertis munitionibus per paucis in maiora castra, pars maxima tum ignominiosa clade accepta Romam pertenderunt. Insequenti vero anno sub aliis Tribunis militum bellum Romani gesserunt multiplex, eodem tempore & ad Veios, & ad Capenates, & ad Falerios, & ad alia loca: & Veiis castra, quæ amissa erant recuperata, castellis, præsidiisque firmantur per M. Aemilium & Q. Fabium Tribunos, M. Furium in Faliscis, & Cn. Cornelio in Capenate agro. hostes nulli extra mœnia inuenti, præda acta, incendiisque villarum, ac frugum vastari fines, oppidum nec oppugnatum, nec obsessum sunt. Secundo deinde anno iterum ad Veios, eodemque antea modo, circa munimenta Romanorum cum repente Capenates, Faliscique subsidio venissent, aduersus treis exercitus anceps prælio pugnatum est. Sed victores Romani illorum omnes repulerunt, ingentique eorum edita cæde. Proximo autem anno ad Veios nihil admodum memorabile actum est, tota vis in populationibus fuit, duo summi Rom. Imper. Potitus a Faleriis, Camillus a Capena prædas ingentes egere, nulla incolumi relictaue, cui ferro, aut igni nocere posset. Insequenti anno Romani desperata ope humana expugnandæ Veientum ciuitatis fata & Deos spectabant, missis Delphos legatis de aqua lacus Albani, quæ sine vllis cœlestibus aquis, causaue qua alia, quærem miraculo eximeret, in altitudine insolitam cremorat, quod fatale erat Veiis prodigium. Concilia autem Etruriæ, sterum habita, postulantibusque

Capena-

Capenatibus, ac Falisciis, vt Veios communi animo consilioq; omnes Etruriæ populi ex obsidione eriperẽt: responsum est, antea se id Veientibus negasse, quia vnde consilium non petissent super tanta re, auxilium petere non deberent, nunc iam pro se fortunam suam illis negare, sanguini tamen, nominiq;, & præsentibus periculis consanguineorum id dari, vt si qui iuuentutis suæ voluntarii ad id bellum eant, non impediant, isq; magnus fuit, qui aduenit iuuenum numerus. Romani Titinius, Genutiusq; Tribuni militum profecti aduersus Falisços Capenateq;, dum bellum maiore animo gerunt, quam consilio, præcipitauere se in insidias. Genutius morte honesta temeritatem luens ante signa inter primores cecidit. Titinius in editum tumulum ex multa trepidatione militibus collectis aciem restituit, nec se tamen æque loco hosti commisit: tantam inde terroris & in castris ad Veios, & in vrbe fuit, vt inde M. Furius Camillus Dictator excidendis Veiis, & seruandæ patriæ dictus fuerit. Is profectus cum exercitu in agro primum Nepesino cũ Falisciis & Capenatibus signa confert, nec prælio tantum fudit hostes, sed castris quoque exuit, ingentiq; præda est potitus. inde ad Veios ducto exercitu opulentissimam vrbem X. anno post quam cœpta est obsideri, vicepit, ab Vrbe condita CCCLVIII. anno. Captis Veiis insequenti anno Tribunis militum duobus Cornelijs Cosso, & Scipioni Falisçum bellum, Valerio ac Seruilio Capenis sorte euenit, ab iis non vrbes vi, aut operibus tentatæ, sed ager est vastatus, prædaque rerum agrestium acta, nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum, ea clades Capenatem populum subegit, pax petentibus data. In Falisços bellum restabat. id cum M. Furio Camillo Tribuno militum esset mandatum, eo accedens Camillus, cum primo mœnibus se Falisci tenerent, tutissimum id rati, populatione agrorum, atque incendiis villarum coegit eos egredi Vrbe: Sed timor longius progredi prohibuit, mille ferè passuum ab oppido castra locant, nullare alia fidentes ea satis tuta esse, quam difficultate aditus, asperis confragosisq; circa, & partim arctis, partim arduis viis. Ceterum Camillus captiuum indicem ex agris secutus ducem, castris multa nocte motis, prima luce aliquanto superioribus se ostendit. trifariam Romani muniebant: Alius exercitus prælio intentus stabat. Ibi impedire opus hostes conatos fundit, fugatq;, tantumq; inde pauoris Falisciis iniectum est, vt effusa fuga castra sua, quæ propiora erãt, prælatis vrbem peterent, multi cæsi, vulneratiq;, priusquam pauentes portus inciderent, castra capta, præda ad quæstores redacta cum magna militum ira. Sed seueritate imperij victis, eandem virtutem & oderant, & mirabantur. Obsidio inde vrbis, & munitiones, & interdum per occasionem impetus oppidanorum in Romanas stationes prælia q; parua fieri, & teri tempus neutro inclinata spe, cum frumẽtum, copiaq; alia ex ante conuecta, largius obsessis, quam obsidentibus suppeteret. Videbaturq; æque diuturnus futurus labor, ac Veiis fuisset, ni fortuna Imperatori Romano, simul & cognita rebus bellicis virtutis specimen maturam victoriam dedisset. Mos erat Falisçis eodem magistro liberorum & comite vti: simulq; plures pueri, quod hodie quoque (inquit Liuius) in Græcia manet, vnius curæ demandabantur. Principum liberos, sicut fere fit, qui scientia videbantur præcellere, erudiebat. is cum in pace instituisset pueros ante vrbem lusus exercendiq; causa producere, nihil eo more per belli tempus intermisso, dum modo breuioribus spatiis trahendo eos à porta lusu, sermonibusq; variis longius solito, vbi res dedit, progressus, in stationes eos hostium, castraq; inde Romana in prætorium ad Camillum perduxit: vbi scelesto facinori, scelestiorẽ sermonem addit. Falerios se in manus Romanis tradidisse, quando eos pueros, quorum parentes capita rerum sint, in potestatem dederit. Quæ vbi Camillus audiuit, non ad similem (inquit) tuis, nec populum, nec Imperatorem scelestus ipse cum scelesto munere veniisti. nobis cum Falisçis, quæ pacto sit humano societas non est, quam ingenerauit natura vtrisq;, est, eritq; iura sunt & belli sicut pacis iura: insteq; ea non minus quam fortiter didicimus gerere. arma habemus non aduersus eã ætatem, cui etiam captis vrbibus parcitur, sed aduersus armatos, & ipsos, qui nec læsi, nec lacessiti a nobis castra Romana ad Veios oppugnauerunt: eos tu, quãtum in te fuit, nouo scelere vicisti. ego Romanis artibus, virtute, opere, armis sicut Veios vincam. Denudatum deinde eum manibus post tergum illigatis reducendum Falerios pueris tradidit, virgasq; eis, quibus præditorem agerent in vrbem verberantes, dedit. Ad quod spectaculum cõcursu populi primum facto, deinde a magistratibus de re noua vocato Senatu, tanta mutatio animi est iniecta, vt qui modo efferati odio, iraq; Veientium exitium penè, quam Capenatium pacem mallent, apud eos pacem vniuersa posceret ciuitas. Fides Romana, iustitia Imperatoris in foro, & curia celebrantur, consensq; omnium legati ad Camillum in castra, atq; inde permissu Camilli Romã ad Senatum, qui dederent Falerios, proficiscuntur. Introducti ad Senatum ita locuti traduntur: Patres conscripti, victoria, cui nec Deus, nec homo quisquam inuideat, victi a vobis, & Imperatore vestro, dedimus nos vobis, rati, quo nihil victori pulchrius est, melius nos sub imperio vestro, quàm legibus nostris victuros. euentu huius belli duo salutaria exempla prodita humano generi sunt, vos fidem in bello, quam præsentem victoriam maluistis: nos fide prouocati, victoriam vltro detulimus, sub ditione vestra sumus. Mittite qui arma, qui obsides, qui vrbem patentibus portis accipiant, nec fidei vos nostræ, nec nos imperij vestri pœnitebit. Camillo & ab hostibus, & a ciuibus gratiæ actæ. Falisçis in stipendium militum eius anni, vt Pop. Rom. tributo vacaret, pecunia numerata, pace data, exercitus Romam reductus. de hac historia cum Liuio fere conueniunt Val. Maximus, L. Florus, Julius Frontinus lib. 4. Stragematicon, Plutarchus, & recentiores pleriq; auctores. leguntur ea de re Alphij Auiti poetæ versiculi:

Tum literator creditus,
Ludo Falisçum liberos,

Conatus in campi patens
Extraque muros ducere
Spaciando paulatim trahit,
Hostilis ad valli latus.

Fuit autem is annus ab Vrbe condita CCCLX. ab exactis Regibus CXVI. ante IESV Christi Seruatoris nostri aduentum tercentesimus nonagesimus primus, & ab eo, quo primum Falisci aduersus Romanos pro Fidenatibus pugnauerunt, quadragesimus secundus. Postquam Romanis Falisci (sicut est dictū) se dediderant, aliquoties rebellarunt, sed semper aduersis præliis victi sunt. Interiectis enim paucis annis interim Galli à Clusio ad vrbem infesto exercitu profecti, fusis ad Alliam fluuium Romanis, ceperant, incenderantq; vrbem, ingenti facta occisione. deinde F. Camillus Dictator absens creatus, interpendendū aurum cum exercitu superueniens Gallos post sextū mensem vrbe expulerat, cecideratq;, cum Etruria prope omnis armata Sutrium vrbem sociam Populi Romani per pactionem à fessis ciuibus traditam occupauit. Interueniens autem Camillus iterum Dictator, eodem die recepit oppidum, & trucidatis passim Etruscis oppidum ante noctem inuiolatum Sutrinis reddidit. Roma autem post tantam à Gallis factā ciuium cædem, in ciuitatem accepti, qui Veientum, Capenatium q;, ac Faliscorum per ea bella transfugerant ad Romanos, agerq; iis nouis ciuibus assignatus. Quarto deinde anno Camillus & P. Valerius Tribuni militum Sutrinis, & Nepesinis Romanorum sociis aduersus Etruscos auxilio missi, oppida iam ab hostibus capta vi recuperarunt, & sociis restituerunt. Post ānos autem circiter XXV. cū Tarquinienses, (quæ ciuitas erat Etruriæ maritimæ, gentis Tarquiniæ, Regum olim Romanorum patria, cuius adhuc in agro Cornetano extant vestigia) fines Romanos populabūdi peragrassēt, hinc aduersus eos nata belli occasione C. Fabius Ambustus Consul aduersus eos missus incaute, atq; inconsultè pugnauit, insigni accepta clade. Quo in bello, quia cum Tarquiniensibus militauerat iuuentus Faliscorum, anno sequenti ad prius destinata bella Romanis, Falisci quoq; hostes exorti duplici causa, quod cum Tarquiniensibus (vt est dictū) militauissent, & eos qui Falerios profugerant ex Romanis, cum male pugnatum est, repetentibus fœcialibus Romanis non reddiderant. Quamobrem secundo deinde anno Fabium iterum Consulem aduersus eos missum, Falisci, Tarquiniensesq; prima pugna fuderunt, quod sacerdotes eorum facibus ardentibus, anguibusq; prælatis, incessu furiali militem Romanū insolita turbauerant specie. Sed postea metus vanitate agnita, Romani milites in hostes irruentes, auerterunt illorum aciem, castrisq; etiam eo die potiti, præda ingenti parta, victores reuerterunt. Concitatur deinde omne nomen Etruscum, & Tarquiniensibus, Faliscisq; ducibus, ad Salinas peruenerunt: aduersus quorum terrorem Dictator Caius Martius Rutilus, primus de plebe dictus, multos populatores agrorum vagos, palantesq; oppressit. Castra quoque nec opinato aggressus cepit, & octo millibus hostium captis, ceteris aut cæsis, aut agro Romano fugatis triumphauit. Insequentibus autem annis aduersus Tarquinienses acerbe sæuitum, multis eorum in acie cæsis, & captis, & Ceritibus, qui cum illis conspirauerant, ob vetus Ceritis populis in Romanos meritum pax data, indutiis cū eis in centum annos factis. In Faliscos eodē noxios ausu vis belli conuersa est, sed quia nusquā inuenti hostes, cum populatione peragrati fines essent, ab oppugnatione vrbiū temperatum. Duobus deinde, interiectis annis T. Quintius & C. Sulpitius Coss. ad bellum ambo profecti, Faliscū Quintius, Sulpitius Tarquiniēse, nusquam acie cōgresso hoste, cum agris magis, quam cum hominibus, vrendo, populando q; gesserunt bella: cuius lenta tabis sensu victa vtriusq; pertinacia populi est, vt primum à Consulibus, deinde permissu eorum, ab Senatu inducias peterent, quas in annos quadraginta impetrauerunt. Annis deinde interiectis octo, Marco Val. Coruino III. & A. Cor. Cosso Coss. qui fuit annus ab vrbe condita (vt puto) CCCX. cum feliciter ad Suessulam cum Samnitibus Romani pugnassent, eius certaminis fortuna perterriti Falisci, cum in indutiis essent, fœdus ab Senatu petierunt. Permanserant autem in fœdere multis annis, donec L. Papirio Cursore, Sp. Caruilio Maximo Coss. anno condita vrbis CCCCLX. (Cum interim Romani trans Cyminium in Etruria multis peractis bellis alios populos deuicissent, alios in amicitiam accepissent, cum nonnullis indutias haberent) sis in Samnitico bello occupatis, & tandem victoria parta, per idem forte tempus rebellasse Etruscos allatum est. legationes sociorū querebantur vri & vastari agros à finitimis Etruscis, q; descisceret à Populo Romano nollet, obtestabanturq; P. C. vt se à vi atq; iniuria communi hostium tutarentur. Responsum legatis, curæ Senatui futurum, ne socius fidei suæ pœniteret. Etruscorū prope diem eandem fortunam quam Samnitum fore. Suguinis tamen quod ad Etruriam attinebat alta res esset, ni Faliscos quoq;, qui per multos annos in amicitia fuerant, allatum foret arma Etruscis iunxisse. huius propinquitas populi acuit curam patribus, vt fœciales mittendos ad res repetendas censerent: quibus non redditis, ex auctoritate patrum iussu populi bellum Faliscis indictum est, iussiq; Coss. sortiri vter ex Samnio in Etruriam cum exercitu transiret: euenit ea sors Caruilio, qui post captum prius vi Troilium oppidum, & alia quinque castella locis situ munitis expugnata, Faliscis pacem petentibus annuus inducias dedit, pactus centum millia grauis eris, & stipendium eius anni militibus. Demum post annos quinquaginta fatim post primum bellum Punicum, vt narrat Polybius lib. 1. illato eis bello per Q. Lutatium, & A. Manlium Coss. illoq; intra sex dies transacto, Falisci se Q. Lutatio dedere coacti sunt, casis Faliscorum (vt supersus dictum est) quindecim millibus: ceteris pace data, agrique dimidia parte multatis nomine ademptæ. Seuire nihilominus in illos parabat Romanus populus, vt meritas darent pœnas rebellionis. Sed postquam (vt refert Valerius) à Papyrio, cuius manu, iubente Consule, verba deditionis scripta erant, dictus est

Falisco

Faliſcos non poteſtati, ſed fidei ſe Romanorum commiſiſſe, omnem iram placida mente depoſuit. pariterq; & viribus odij, non ſane facile vinci aſſuetis, & victoria obſequio, quæ promptiſſime licētiam ſubminiſtrat, ne inſtituta ſua deeſſet obſtitit. In eam agri partem, quā duximus fuiſſe Faliſcis ademptam, deducta eſt deinde à Romanis Colonia, quæ, vt ſunt auctores Cato apud Plinium, & Iulius Frontinus, Iunonia cognominata eſt, & Faliſca. verba Frontini ex fragmentis libri inſcripti de Coloniis hæc ſunt: Colonia Iunonia, quę appellatur Faliſca, à tribus viris aſſignata eſt, in qua limites intercilliui ſunt directi, in locis quibuſdam riui finales, & cana quæ ex pactione aſſignata ſunt; termini autem ſunt Silicinei, & diſtant à ſe in pedes ccclx, ccccxx. cccclxxx. & Dc. ceteri normales riuorum curſus ſeruant. *& ſubdit* Colonia Nepeſis ea lege ſeruatur, qua & ager Faliſcorum, *& reliqua. Inclinato deinde Romano Imperio poſt calamitates illas, quas vniuerſa Italia per ſuperuenientes velut vndas Barbarorum nationes perpeſſa fuit, hæc regio Faliſcorum tota ceſſit in ditionem Eccleſiæ Romanæ, ſeu (quod magis vero conſonat) longa poſſeſſione, qua a Ludouico primo Imperatore confirmata eſt, anno a Chriſto nato DCCC XVII. vt probant ipſius Ludouici literæ poſitæ in decretis Gratiani. 64. diſt. 100. ego Ludouicus: quarum eſt apud me integrum exemplum veteris Longobardorum literis exaratum: in quo inter Tuſciæ loca connumerantur Portus Centumcellæ, Cæra, Manturanum, Blera, Sutrium, Nepa, Caſtellum, Galleſium, Orta, Polymartium, Ameria, Tuder, & Peruſium, cum tribus inſulis. Quam confirmationem per eadē verba fecit, deinde etiam Henricus II. Imperator Benedicto Pontifici eius nominis nono. Nam id, quod libro hiſtoriæ ſuæ decimo affirmat Blondus, prouenisſe hoc ex Luitprandi Longobardorum Regis, Zachariæ tunc Rom. Pontifici, & diuo Petro facta largitione, aliter ſe habet: is enim non totam regionem, ſed loca certa, atque ea non conceſſit, ſed prius ablata reddidit: ideoque Bibliothecarius, cuius, vt antiquioris eſt magis credendum, in vita Zachariæ ita ſcriptum reliquit:* Luitprandus Rex reddidit eidem Papæ Sabinenſe patrimonium per annos triginta occupatum: Narnienſem quoque ciuitatem, & Auximinam & Humanatem, & vallem, quæ vocatur magna in territorio Sutrino, per donationis titulū ipſi, & beato Petro Apoſtolorum Principi reddidit, & pacem cum Ducatu Romano, in decem annos confirmauit. *Atque vt hoc quoque obiter declaremus: Ducatus Romanus tunc appellabatur ea regio, cui cum ipſa Vrbe Roma præfectus erat vnus ab Imperatore Conſtantinopolitano miſſus, & ei ex vna parte vltra Ameriam, & Narniam, Spoletinus Ducatus, ex altera confines erant alij Longobardi, qui Tuſcia vſque ad Viterbium dominabantur. inter ipſos Longobardos, & Romanos bellum erat aſſiduum. Cum autem poſt Narniam, Galleſium quoque cum caſtello, ideſt arce ſua, fuiſſet a Spoletino duce occupatum: de eius recuperatione in vita Gregorij tertij Bibliothecarius ita ſcribit:* Huius tēporib. Galliēſiū caſtrū recuperatū eſt: p quo quotidie expugnabatur Ducatus Romanus à Ducatu Spoletino, datis pecuniis non paucis Tranſemūdo Duci eorum, vt ceſſarent bella, & quęſtiones, & ſic cauſa finita eſt. *Quam rem fuſius explicande Blondus loco proximo citato ait*: Tranſemundus Spoletanus Longobardorum Dux, Regi ſuo Luitprando, cum quo paulo antè in gratiam redierat, rebellauit, in quem Rex potentiſſimum duxit exercitum: & Spoletio, illiuſque Ducatus oppidis breui receptis Ducem quoque ipſum capere eſt adnixus, ille vero cum oppidum Gallienſium, Romanis, quorum fuerat, pecunia accepta paulo ante reddidiſſet, fide publica à Stephano Patricio & Duce Romano habita in vrbem confugit: poſtulauitque illico Rex perfugam Ducem reddi. Sed Pont. Gregorius, Stephanuſque Dux datam Tranſemundo ſalutis fidem conſuerunt ciuium incommodo præponendam, tunc iratus Rex poſtquam vrbem aliquot obſediſſet dies, ad Ducatus Romani ciuitates & oppida ſe conuertit, & Ameria, Orta, Polimartio, Bleraque captis, Spoletium rediit. *Quam rem Baptiſta quoque Fulgoſius per eadem fere verba recitat, vbi de publica fide tractat lib. 6. cap. 7. Præter tam dicta Faliſcorum oppida, erat illud quod Strabo Faliſcum, Stephanus, Plinius, & Solinus Faliſcam appellant, condituin (vt idem ait Solinus) ab ipſo Haleſo gentis principe, cū Faleriā (eodem auctore) Falerius Argiuus condiderit. Id oppidum vbi ſitum eſſet, ex iis, quos adhuc legerim, nemo, quiſciam, ſcriptum reliquit: attamen certa mihi eſt conjectura, fuiſſe in iis agri noſtri Galleſini collibus, qui appellantur vulgo Pomary, qua Tyberim ſpectant. vt non abre ſeruatum ſit nomen Pomariis: quamuis nulla ibi ſint, neque etiam patrum memoria fuerint, præter quercus, pomifera arbores. Iunctis autem Strabonis, & Ouidij teſtimoniis confirmatur hoc quod dico. ait enim Strabo Faliſcum eſſe in via Flaminia inter Ocriculum, & Romam. Ouidius autem in Elegia ſuperius citata, quem admodum profectus ab vrbe ad vxoris ſuæ patriam, quæ in Faliſcis erat. è via digreſſus perrexiſſet Faleriam, vbique aliquandiu celebratam feſtis Iunonis videndi cauſſa moratus eſſet, deſcribens ait:*

Cum mihi pomiferis coniunx foret orta Faliſcis,
Mœnia contigimus victa Camille tibi.
Grande morę precium ritus cognoſcere, quānis
Difficilis cluuis huc via præbet iter.

& reliqua. At vero nullus alius eſt locus in via Flaminia inter Ocriculum & Romam, ab ipſa Roma venienti citra Faleriam ſitus, nec cui magis appoſitum illud Pomiferis, conueniens ſit, quam in eis collibus, quos modo dixi Pomarios appellari: nec deſunt

antiquissima ruinarum vestigia eo in loco sæpius ab A
araterib⁹ effossa, poterat ex hoc situ id oppidum distare à loco vbi nunc est Gallesium circiter mille & tercentum passus. Quo autem tempore desierit habitari mihi est omnino incognitum. Sed illud verisimile est, inclinato Romano imperio supernenientibus barbaris illius habitatores eo relicto vicinum hunc, & natura sine mœnibus aduersus eas barbarorum inundationes munitissimum locum nactos, Gallesium condidisse. Quæ verò fuerit nominis ratio non difficilis B
est coniectura, quæ satis ex iis, quæ recitaui, antiquis monumentis probari potest: cum appareat nomen non duplici, vt nunc scribimus, sed vna tantum litera L. tertio loco scribi solitũ esse, vt Galesina ciuitas, & Galesium oppidum, referat scilicet Halesi Falisca gentis auctoris & ipsius Falisce ciuitatis conditoris nomen. G. autem litera videtur locum aspirationis occupasse, aut ex vsu vulgi. quod in similibus euenire solet, addita esse. Illud autem quod ab aliquibus asseritur, commistum esse nomen ex reliquiis Gallorum, qui à Furio Camillo profligati tanquam apud hostes Romanorum (iuxta Virgilianum illud. Hinc Agamēnonius C
Troiani nominis hostis Curru iungit Halesus equos) huc receperint, cum certum sit illos huc diuertisse, admitti posset, nisi repugnarent Lucius Florus, & Eutropius: qui scribunt, omnes reliquias eorum ad lacum Vadimonis per Dolabellam deletas esse, ne quis extaret in ea gente, qui incensam à se Romanam Vrbẽ gloriaretur. Gallesium situm est inter Tyberim fluuium, Ortam ciuitatem, & ipsas Faleria ruinas: distat autem à Sabina regione, intermedio Tyberi vix D
duobus milliaribus: à via Flaminia, quæ per agrum Gallesium ad orientem prope Tyberim iacet, vbi vicinior est, passibus mille quingentis: è regione viæ Flaminia ad occidentem recta linea mons est Cyminius, & iuxta illum Surianum oppidum ad milliaria septem: Septentrionem versus distat Orta ciuitas, quinque millibus passuum, & totidem ad Meridiem ipsa Faleria. Ædificatum est ipsum, quemadmodum & alia fere omnia huius regionis oppida, super topho rupibus altissimis vndiq; excisо, cuius figura in oblongũ E
tendens orbem perfimilis est oblongo pyri pomo, ita vt pars ima, quæ latior est, orientem respiciat. Aer loci est saluber, benaq; temperies cœli, iucunda agriforma, cœlum hyeme, non vltra modum graue, iucunda etiam æstatis clementia, frequentius aer spiritu vitalis auræ, quàm ventos habet. hic indigenæ senes diu quamplurimi viuunt. plures vidimus, qui centum annos ætate prouecti transgrederentur, inter quos fuit Angelus Massa auus meus, vir qui ea ætate sinceris adhuc sensibus & tenaci memoria res tam publicè quã F
priuatim gestas ab initio Pontificatus Martini quinti, quem ex Constantiensi Concilio ad vrbem venientem viderat, rectè & memoriter enarrabat. Montes & Sabini, & Cyminij procul absunt. Ager totus est ferè planus, vt tota regio, præterquam quòd illis riuorum perennium est intersectus alueis profundissimis, ita vt plerisque in locis alludant Virgilij versus: Hinc atque hinc vastæ rupes, geminique minantur In cœlum scopuli. & qua spectat ad ventum Aquilonem, & Ocriculum, non longe ab oppido sunt ij, quos appellant monticulos, & paulo vlterius ij, (quos dixi) Pomarij colles. Rerum prouentu, hisque rebus omnibus, quæ ad victum, ac humanum vsum spectant satis vber, vbi terra minus læta minus est sementi apta, quippe quæ super topho sita non admodum alta esse potest, vbi propius oppidum sunt olea feracissimæ, quæ bonitate fructus nec Tyburtinis, nec Venafranis cedere autumo. Longius sunt querceta densissima. Præterlabuntur visu etiam iucundissimi riui perennes, atq; ex iis piscibus referti cũ plures, quorum duo hinc atque illinc decurrentes paulo sub ipsum oppidum in vnum confluunt. Scatent vbique fontes: inter quos duo sunt animaduersione digni, alter qui viri Falisca gentis conditoris nomen retinens, adhuc dicitur Halesanus, manans ex antiquo manu cauato cuniculo: Alter verò, quem memoriæ proditum est ex topho per diuum Famianum huc venientem viatorio baculo, cum sitiret, percusso, scaturisse, emanasseq;. Locus est porro ita natura munitus, atque aditu instructus aciebus difficilis, vt non sit nostra neque ætatum memoria auditum in oppidum hoc hostes irrupisse. quinimo nec tentasse, Nicolai Fortebrachij conatu excepto: quæ de re literæ sunt in regestis breuium Eugenij datæ xiiii. Augusti Mccc xxxiij. quibus Pontifex ille gratias agit Sutrinis, & Gallesinis, quoniam ex literis Michiletti Attenduli sui exercitus Ducis intellexerat eos Fortebrachio suo rebelli præceteris vicinis restitisse, illumq; virili animo reiecisse. Nam Ladislaus Rex, qui regionem hanc totam in ditionem suã redegit, ac Bauchan & Castellum agri nostri oppidula inter alia diruit, Gallesium non modo non lacessiuit sed etiam benigne in tutelam suscepit. habentur in scrimiis publicis eius literæ super hac re datæ in castris prope Narniam die x. Julij Mcccc xiiij. Cum vero Britones, qui a Romano populo apud Marinum Latij oppidum Vrbano VI. sedente fusi, à suis, qui in arce Suriani præsidio remanserant recepti, vsque ad Martini quinti Pontificatum viuentes, sæpius erumpentes regionem omnem vexauerunt, vastauerunt q; adeo vt ex vicinis complura, inter q; illa Balneolum, Allianum, Peschium, & Turriculæ nostri agri Castella, deserta penitus ab incolis ac destituta remanserint: Gallesium tamen non solum non vexatum, verum etiam confluentibus desertorum locorũ profugis adauctum fuit. Nostra quoque memoria, quod in primis cognitu dignum est, dum decimo sexto abhinc anno, qui fuit humanæ redemptionis MDXXVII. capta, direptaq; vrbe primum Roma, deinde Narnia, colluuies illa perditorum latronum nullo diuino humanoue iure coercita, circumquaque populabunda debaccharetur, Gallesium Dei benignitate malorum omnium fuit expers. Et (ficus cecinit quidam Poeta)

Multos lacera susceptt ab vrbe fugatos,
Queis fuit hic posito certa timore salus.

Sunt in agro præterea Loiani, & Caceani oppidorũ vestigia, quæ quando euersa fuerint scire mihi adhuc

datum

dam retinuerunt. Falisco olim Gallesium pro ritu Romanæ Ecclesiæ sede ornatum Episcopali, alias aliis argumentis affirmare consueui, vt ex diui Famiani historia in antiquo maioris aedis libro (quem dicunt Horarium) descripta, & multis (quæ sunt apud me) antiquis contractuum libellis, ac instrumentis, quæ Gallesium habent ciuitatem, & vt Episcopo adhuc extare: sed tandem aliquando id certo compertum fit primum subscriptionibus Concilij Romæ Martino primo vnus nominis Pontifice Anno a Natali Iesu Christi DCLXIII. habeti, cui subscribit inter alios Dominicus Gallesij Episcopus. deinde in Vaticana bibliotheca inter Alexandri IIII. regesta unam ex literis datis Viterbij xvij. Kal. Febr. Pontificatus eius anno primo, per quas idem Pont. Ecclesiam Gallesinam, cuius reditus ob euersionem aliquot castrorum, vnde decurrebant valde diminuti, ecclesiæ Centumcellarum Castellana coniungit. Quemadmodum post eo simili de causa per Eugenium IIII. ciuitatis Castellanæ, atq; Ortanæ ecclesiæ copulatæ sunt. quamobrem Gallesij titulus quodammodo interuertum est. habentur Eugenij literæ in regestis bullatarum, data Romæ quarto idus Septembris Mocccxxxvij. Per quem autem ea, quam sic (vt dixi) amisit, Episcopalis dignitate Gallesium ornatum fuerit, est mihi adhuc penitus incognitum, atq; occultum. verumtamen post quam sic Episcopo caruit a Ioanne XXIII. & Alexandro VI. Pontificibus titulo Comitatus est insignitum. extant illius literæ datæ Kal. Maij anno primo sui Pontificatus, quæ sunt M cccc x. huius vero octauo idus Septembris M D. II. Pontificatus eius anno XI. Ipsum oppidum demum Tyranni ereptum Pontificiæ Sedi restituit Paulus Papa II qui insuper communitatis Gallesin dono dedit Pesches & Altiani quondam oppidorum agros, & dimidium portorij quod transfluctionis Tyberis nomine a viatoribus exigi consueuit, atque alia complura, quæ eidem confirmauit Xystus IIII. eius successor. extant literæ Sixti datæ Kal. Febr. Mcccclxv. & Pauli quinto Kal. Septembris Mcccclxv. De dicta ereptione Tyranni scribit etiam Iacobus Cardinalis Papien. Commentariorum suorum lib. 5. Cum autem intestinis discordiis mirum in modum agitaremur, Iulius Papa II. Nicolaum Rueræum fæ sororis filium pro Romana Ecclesia Vicarium nobis perpetuum præfecit, cuius præsidio sedatis discordiis Dei benignitate ad hunc vsque diem quiete ac tranquille viuimus. extant & ipsius Julij literæ datæ xij. kal. Octobris M D xi. Sub ipsum oppidum iuxta fluentem riuum, est insignis aedes in diui Famiani honorem extructa. fuit autem is Famianus vir sanctus patria Colonien. genere nobilis, nomine Quuardus, patre Gotthiscalcho, matre Gisuera natus, puer primum bonis literis institutus, atque optimis moribus imbutus, deinde adolescens parentum & propinquorum illecebris, ac mundi deliciis repudiatis, omnem vitæ cursum ad Deum summum bonum direxit, ad Vrbemque primum, inde Compostellam, Hierosolymam, & quæcunque sunt apud Christicolas celebriora sanctitate duce peregrinatus accessit. professus interim ad extremos vitæ annos Cisterciensium religionem tunc maxime Bernardi, aliquot ante annis vita defuncti, sanctitate florentem, & protracta peregrinatione in annos ferme XLII. Demum iam corpore ingraueſcēs, quietum is Romam reuersus, Eugenio III. sedente & diuis Petro, & Paulo in somnis monitus vt Gallesinam peteret ciuitatem, cuius hunc diuertisset, & ab Asciano indigena viro nobili exceptus hospitio, post dies pauces ex praditione morbo obijsset, innumerabilibus claruit miraculis. Quapropter ab Adriano IIII. Pontifice anno a Natali Domini M CLIIII. mutato ob miraculorum famā nomine, Latina nuncupatione Famianus dictus, in Diuorum numerū est relatus, & extra oppidum circa ipsius tumulum sacra illa aedes extructa est: quæ postea Munaldi Episcopi largitione, comprobante id Nicolao quarto Pontifice, Deiparæ Virgini, quæ intra oppidum est, aedi connexa, Archipresbyteri, & Canonicorum ipsius interioris aedis curæ regitur, ingenti cum munere dicti Julij Papæ, qui ipsam Famiani aedem octauo mensis Augusti (quo die festum in illius obitus memoriam celebratur) peregrinantibus delictorum veniam, necnon Archipresbytero, & Canonicis amplissimam quæcunque delicta condonandi facultatem concessit, exemplo Pauli, qui inter alia quæ vt dixi) nostræ Communitatis dono dedit, ad diem huic Diuo festum toto triduo mercatum ab omnibus vectigalibus immunem concesserat, quas & Julius ipse ad octo dies ampliauit. Gratianus quoque martyrus, de quo supra est facta mentio, & quem alibi nusquam nominari nedum colli audiui, extat apud nos (vtpote ciuis nostri) memoria miraculis clara, & extra oppidum celebre sacellum, & indigenis viris nomen inipsius Diui honorem frequens impositum est. Scio sæpe a nonnullis quæsitum esse, ac queri, cur apud historicos, præsertim antiquiores, post antiquas illas (de quibus supra dictum est) cum Romanis commissas pugnas, rara fit non modo Gallesij, sed totius huius Faliscorum regionis, & hominum mentio? Duplicem his ego rationem afferri posse autumo. Regionis situm, exercitibus, & bellicis rebus gerendis male commodum, quin & (quemadmodum ex supradicto lugere potest) periculosum, & Vrbi Romæ vicinitatem, quam non modo in his fere suburbiis sed in Mediolano considerat Ausonius vbi inquit: Nec iuncta premit vicinia Romę. etenim ex finitimis regionibus, & ex hac potissimum, posteaquam in Romanorum potestatem venerunt, quotquot erant, vel in dies crescebant, historiis forsan celebrandi, vel ingenio, vel manibus promptiores, vel opibus affluentiores, in Romanam ciuitatem, & militiā migrabant. Hinc apud Fab. Pictorem, & alios qui de antiquitatibus Vrbis scripserunt, Vicus Tuscus IIII. stadiorum ambitus, de quo Propert.

At tu Roma meis tribuisti mœnia Tuscis:
Vnde hodie Tuscus nomina Vicus habet.

Hinc Vicus longus, Vicus Arnientis, Vicus Stellatinus, Lartenianus, Faliscus, cognominaque a Tuscis sunt, cōmigrantib. in ciuitatem Romanā. Quod nobis innuit in itinerario suo Rutilius, Numatianus nuncupatus:

Fell-

Felices etiam qui proxima munera primis
Sortiti Latias obtinuere domus.

& subdens:

Religiosa patet peregrinæ Curia laudi,
Nec putat externos quos decet esse suos,
Ordinis Imperio, collegarumque fruuntur.
Et partem Genii, quem venerantur, habent.

Hoc etiam sibi volunt Virgilij, Lucani, & Silij exercituum enumerationes, & alia in hunc sensum innumera pene testimoniis sententia. Sed quid opus tot antiquorum testimoniis? cum & nostra, vt patrum memoria, Roma etiam vrbe ab antiquo illa longissimo peneq; incomparabili interuallo declinata, idem tamen frequenter euenisse audiamus, & videamus? Accedit quod, quantum ad nostros attinet, non solum ipsi ad Vrbem, sed & Vrbs ad ipsos deuenit. Siquidem a ponte Tyberis nostri agri, cuius adhuc apparent fundamenta, adeo via Flaminia vtrinq; continenter, & perpetuo continuatis edificiis frequens erat diuersoriis, officinis, & illustrium virorum monumentis, quorum etiam plurima extant vestigia, vt non vicus vnus, neq; plures Villa viderentur esse, sed ipsam Vrbem huc vsq; protendi appareret. Quapropter (vt est apud Blondum) Ammianus Constantij Cæsaris aduentum ab Constantinopoli Romam scribens, dicit: Hormisdam genere Persam architecturæ peritissimum, in Cæsaris comitatu ductum, & omnis colloquio destitutum, primaria quæque dignioraque Vrbis ædificia diligenter inspecta ordine sibi ostendere iussum, ab Octriculo Romam prius ingressum fuisse, quam quo in loco Vrbs inchoaret discernere, & intelligere posset. *quod significant etiam Claudiani versus in sextum Honorij consulatum, vbi praterita Narnia, inquit:*

Inde salutato libatis Tybride lymphis,
Excipiunt arcus, operosaque semita vastis
Molibus, & quicquid tantæ præmittitur vrbi.

Quibus conueniunt etiam verba Dionysij lib. 4. ita dicentis: Sed sunt omnia circa vrbem habitata loca, multa ea, & magna, facillimaque aduenientibus hostibus fieri obnoxia. siquæ aliquis ad hæc spectans, velit Romæ magnitudinem exquirere, is & errare cogetur, nec habebit signum vllum certum quod dignoscatur, quousq; sit hæc vrbs progressa, aut vnde esse non amplius vrbs incipiat: ita vrbi contexta est regio, præbetque spectantibus opinionem extensæ in infinitum vrbis *itemque Aristidis, qui ait:* Descendit hæc vrbs vsque ad mare, vbi commune Emporium, communisque omnium quæ terra eueniunt dispensatio: quacunque in parte eius Vrbis constiterit quis, nihil prohibet quominus sit pariter in medio, quicquid nunc Italiæ restat, completura esse mihi videtur, vnaque futura vrbs perpetua, in Ionium mare protensa. *Constat autem pontem proxime dictum, Tyberi impositum esse ab Augusto: quum (auctore Suetonio) quo facilius Vrbs adiretur, desumpta sibi Flaminia via Arimino tenus munienda, reliquas à triumphalibus viris ex manubiali pecunia sterendas curauit. Superadiecimus & in apposita agri nostri rupe in præsidium Pontis Castellum quod Ladislai Regis tempore destitutum fuisse dicimus. Ex his itaq; fit, vt quum admodum de nostratibus antequam Romano imperio subiicerentur, ob antiquitatem & scriptorum inopiam, ita posthac, quia in Romanum nomen transibant, rara admodum mentio facta sit. Atque hinc puto, vel ex hominibus doctis aliquot, qui Martinum Secundum, & Romanum, Pontifices, Gallesio renuncios, hunc Roma, illum è Gallia oriundum tradiderunt. Sicut & Paschalem primum (Blondo teste) Blerensem natum, isdem Roma ortum esse dixerunt: cum Romanum Gallesio patria natum referat idem Blondus in Italia illustrata: Martinum vero similiter liber alius incerti auctoris de Pontificum Vitis inscriptus, & de vtroque idem testatur antiquissimus Longobardicis literis exaratus codex ex monasterio S. Vincentij supra Vulturnum ad me delatus: quem probis viris plurimis ostendi, & cuicunque videre libuerit sum ostensurus. Quorundam tamen celebrium virorum recens est memoria, ex quibus præcipuè referendi sunt Nicolaus Abbas monasterij a victoria comitatus Albensis, quæ egregium fuisse Theologum indicant eius commentaria, quæ in Capranicensi bibliotheca pariegi: & Antonius Angeli facundus orator, cuius sunt apud me orationes, & epistola aliquot lucubratissimæ. De fratre Petro, quem sedente Vrbano sexto virum doctum, & præceptorem xmodothei sancti Spiritus in Saxia fuisse constat coperti nihil aliud habeo. Fuit etiam (licet infelicis exitu) vir bello strenuus? acubus, dein rem ob res nouas in bente Eugenio IIII. Romæ capite mulctatus. Georgius item Succardinus apud Venetos nuncium præfectus clarissimus, qui ob ingentia merita nō solum ciuitate, sed patricia etiam dignitate donatus fuit. Hinc Sabellicus, qui solus ex recentioribus scriptoribus Falisçorum situm, vtpote illi vicinus recte intellexit, in cade Sontiaca de Georgio ipse loquens ait:*

Nec non Gallesia tellus
Quem genuit, tellus campis vicina Falisçis,
Consilii hunc olim magni fecere Tyranni
Participem.

& reliqua. de quo meminit etiam idem Sabell. lib. 6. de antiquitate Aquileiæ. Alij plures armis, literis, moribus, & cæteris bonis artibus florentes, vel viuunt, vel nostra memoria in viuis fuerunt. Sed quia pene stulta, vel ambitiosior videri posset obseruantium oculis enarratio, illos posteris celebrandos relinquam.

IVLII ROSCII HORTINI in Fontem Gallesij,

AD S. FAMIANO MIRACULO EXCITATUM.

Quas sitiens muscoso hauris sub fornice, duxit
Marmoris è venis has Famianus aquas.
Sic olim Hebræus populus miracula Mosis
Obstupuit, fontem cum dedit icta silex.

Ergo

Ergo nouo merito iactent se Mosè Faliſci
Quos alit Hortinus, quoſq; Amerinus ager.

IN AEDE S. MARIAE VRBANAE Hortinæ Ciuitatis.

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . OR
DO. ET. POPVLVS. COLONI
AE. FALISCORVM. CV
RANTE. TYRIO. SEPTIMI
O. AZIZO. V.P.C.R.R.P. DEVO
TI. NVMINI. MAIESTATI
QVE. EIVS

PETRI CVRSII CIVIS ROM. POEMA

DE CIVITATE CASTELLANA Faliſcorum non Veientium oppido.

Sub Clemente VII. Pont. Max Petro Melino Rom. D. D.

IVLII ROSCII HORTINI.

Illuſtris proauum meritis, Romana propago,
Et Vaticanæ gloria PETRE domus
Pieridum columen, patriæ ſpes nomine dici (magis.
Seu MELLINE vetus, ſiue MELINE
Nomen vtrunq; decet Nam melle es dulcior ipſo,
Dulceq; mellito fundis ab ore melos.

PETRO MELINO VTRIVSQVE Signat. Referend. ac S. Petri in Vaticano Canonico.

F. DAMIANVS GRANA Veronenſis. S. P. D.

VEIENTIVM Vrbs quo loco ſita fuerit, MELINE præſtantiſſime, nō modo ætate noſtra plurimi ſe fatentur ignorare, verum etiā priſci ſcriptores temporib. quibus florebat viciniores, vbi vel eius veſtigiū ſit, annalium fidem laborare contendunt. Quam opinionē Antonius Maſſa Galleſio Faliſcorum oriundus, Vir non minus prudens in Iure, quàm in Rom. hiſtoria verſatus & præcipuè locorum, in quibus natus eſt, peritiſſimus, in libello ſuo de origine, ac rebus Faliſcorum confirmat: idemq; pluribus probat Ciuitatem nunc Caſtellanā nuncupatam Veiorum nomine glorari non, poſſe quæ ante paucos annos exorta inter Faliſcorum oppida verius adnumeretur. Atque à Veijs diſtinctos fuiſſe Faliſcos hęc Liuij verba apertiſſime oſtendunt: *Capenatum*, inquit ille, *& Faliſcorum aduentu Veiis adauctum bellum.* Hi. n. populi, vt ſitu regionis ſic ipſis deuictis periculo ſe proximos eſſe addubitabant. Eiuſdem argumenti erat. in Bibliotheca Iulij Roſcij Hortini, poema Petri Curſij Ciuis Romani; cui facile perſuaſi, vt ad alia Faliſcorum opuſcula adderetur, quod probaret Ciuitatem, quæ nunc dicitur Caſtellana, Faliſcorum non Veientum agri eſſe. Ego vero cum mecum reputarē, cui nam quidquid ideſt operis inſcriberem, tu vnus occurriſti PETRE MELINE vel eam ob ſolam cauſam, vt eidem familiæ ac nomini liber redderetur. Accipies igitur læta fronte hoc Petri Melini aui tui munus antiquiſſimum, & vt facis ſtudia literarum Maiorum tuorum exemplo fouere pergas. Vale.

AD LECTOREM.

LEctor ſi breuitas placet canentis,
Longum ſi grauat volvere eſt libellum,
Si quis ſubſequitur ſtatim libellus,
Futurus grauis, & laborioſus:
Hoc carmen lege non laborioſum,
Nec puto illepidum, expeditq; paucis,
Quicquid longior explicat libellus.
Peſtem quum fugeret, via & ſalutis
Nulla quum fugientibus pateret,
Cinctos Curſius amnibus Faliſcos,
Cinctos aeria, inuiaq; rupe,
Ambire eſt pede, & ore ſæpe adactus,
Et quamuis tulerit diu repulſam,
Intra mœnia ſerius receptus:
Hos gratus tamen admonet, precatur,
Ne factis immemores ſui, & ſuorum,
Iam ſe nomine non ſuo vocarent:
Veientes negat, aſſerit Faliſcos.
At poſt quam videt hos ſibi minari,
Velle & præcipitem dare admonentem:
Dux nouus (nouarat) ſit ex poeta.
Phœbi carmina facta ſunt ſagitta,
Linquit mœnia: & hos necem parantes
Aſſultu verſo vrget, enſe, & haſta.
Inſtat cominus, eminus laceſſens.
Vaſta & ſint licet hinc, & inde rupes:
Aegre tot tamen ictibus reſiſtunt.
Sed quis hoc putet? hoſte iam ſubacto,
Gentis exitium timens Faliſcæ,
Cedit Curſius: abſtinet duello.
Vltro dat veniam hinc ad obſtinatos

Conuer-

Confessis precibus, minisque amicis,
Hos reddam precibus proteruiores.
Tum (qui mos Ducis optimi & superbi)
Huc torrentia vehit potentiora.
Rupes terrifico ferit fragore:
Sternit mœnia, disicit tuentes:
Stalas admouet, insilitque muros,
Vrbem vi potitur: potitur arce,
Parcit ciuibus, abstinet rapina,
Seruat virginibus suum pudorem:
Has victi tamen, has luere pœnas.
Primum hic populus coactus omnis,
Veiens fœdifragum putare nomen:
Iampridem genus occidisse Veiens:
Veientes procul hinc fateri & agros,
Inde nomine se suo vocare.
Demum viuere legibus Falisci,
Si fallo, tibi mentiorue lector:
Me Veiens amet, oderit Falisci.

DE CIVITATE CASTELlana Falisco rum non Veientium oppido Petrus Cursius ad Petrum Mellinum.

MElline optime, candide, erudite,
Et flos, & decus omnium Quiritum:
Fæci dii male fecerint Quiritum:
Rufino male fecerint Casali,
Qui cadaueribus præest humandis.
Hic ædes superum facit sepulchra:
Hic cadaueribus domos Deorum
Veneno, & sanie oblitis refersit.
Fœx fœdissima Romuli Nepotum.
Dii fæci male fecerint Quiritum:
Rufino male fecerint Casali:
Qui me Cursiolo, lari, puellæ:
Qui me tot lepidis bonis amicis,
Qui me denique surpuit mihimet:
Vir nequissimus omnium virorum.
Fæci Dii male fecerint Quiritum,
Rufino male fecerint Casali:
Qui me compulit vrbe derelicta,
Ad Veios rapido volare cursu:
Dum vilissimus omnium vir ûm vir.
Id cadaueribus replet sacellum:
Quod Scribonius haud labore paruo,
Aere nec minimo, ad pios precatus,
Vix refecerat obsitum ruinis,
Campus nunc vbi Martius tumescit,
Summus nunc vbi mons patet Citorus:
Vox loci hæc reor à citatione,
Quod olim huc populus coiret omnis,
Ad comitia quum foret citatus.
Septorum hunc aliqui locum putantes,
A septis potius volunt vocatum:
Voce non tamen integrum sonante.
At postquam incidimus iugum in Citorum,

A Atque ipsa hunc tacuit locum vetustas,
Fas hoc credere non fuisse nomen:
Fas tum credere non fuisse, montes
Quum septem colerent sacros togati,
Nec dum Martia Roma, Martio esset
Campo condita, montibus relictis,
Nam nomen celebrasset hoc vetustas.
Fas hunc dicere non fuisse montem.
Nam qui nunc tumet, haud tumet suapte
Naturæ positu: tumet refossa,
B Congestaque locis humo è propinquis,
Conuectisque locum vnum in hunc ruinis,
Ne sordes Tyberinus vrbis omnes,
(Vt nunc) voluerat æstuans, in æquor,
Sed puro sacer alueo niteret.
Hoc summo, hoc positum iugo, & refertum,
Hoc cadaueribus iugo est facetum,
Heu nostro male proximum Theatro,
Vicinum, heu male Cursio, & puellæ,
Noctes id patet, id dies sacellum.
C Sacra hic nulla pius facit sacerdos:
Nulla hic vota virum Deos fatigant:
Hic nullis precibus nurus pudicæ,
Nec vllis onerant Deas querelis:
Res est prætereuntibus timori.
Nedum queis propius lares colantur.
Nos ô ter miseros, quibus timenda
Sint Diuum sacra templa, sint & aræ!
Nec Diuum simulachra adire tutum?
Huc mortale genus loci est redactum,
D Viuos mortui vt enecent, & ipsi
Viuis vt pariant necem sepulti.
Melline optime, candide, erudite,
Viuentum decus omnium Quiritum,
Hac meos abiens adire amicos,
Hac te non potui videre causa:
Hoc actum vt miser omnibus relictis,
Ad Veios vehibus vehar sine vllis,
Ad Veios sine me volem, & sine alis,
Veios rupibus, amnibusque cinctos.
E Quæ te ne lateant, paresque amicos,
Hæ iussæ (vt scelus hoc luant) tabellæ
In vrbem pedibus venire quinis.
Sed qui non minimus dolor tabellis
Huc vestris vectum venire Veios:
Excludunt, abigunt, petunt sagittis,
Quicquid mœnibus exit è Quirini.
Veiens hic populus cupit vocari,
Nuda hac voce tumens, superbiensque:
Quo si de populo senem togaris,
F Veiens cur sibi nomen arrogarint?
Hic senex subito, vel occupatus,
Vrbe non procul indicabit agros,
Prisci qui retinent notam duelli:
Nomen qui referunt tuum Camille.
Idem mille periisse, non trecentos
Iurabit Fabios. Cuniculumque,
Qui casu haud liquet, an sit arte factus,
Scalpro hiasse feret Camilliano.

Vt cum-

Vt cumque hæc fuerint, nihil moramur:
Namque anilia persequi peritum,
Aut refellere, non decet poetam.
Sed quis hoc potis est tacere? quantus
Veiens sit sua dum canit trophæa?
Nunc victor Fabios necat trementes,
Intra moenia nunc agit Quirites:
Effert nunc veterum (vt suos) triumphos,
Nec se vnquam memorat fuisse victum:
Iactat prædia, regiumque nomen.
Tollit nunc sua mœnia: atque magnis
Audet dicere non minora Athenis
Nulla cui monumenta sint auorum:
Extent cui veterum sepulchra nulla:
Nulla cui noua mœnia, aut vetusta:
Cui pro mœnibus alta sit crepido:
Cui non signa aliqua hos fuisse Veios.
Veios si tamen abnuamus, actum est,
Veientes nisi dixerim, minantur
His me præcipitem (parata mors est)
Vastis vndique rupibus daturos.
Nec est effugio locus salutis,
Nec spes est aliqua, vndique, vndæ & vmbræ:
Caligant oculi: timent tuendo.
Horrendum, tribus amnibus premuntur,
Partem & quodque suam secat fluentum,
Vt pars sit quota non reuulsa ab vndis?
Vt Isthmum hunc prope dixeris Falisci:
Ripæ & his tribus, hinc & inde rupes,
Rupes, vertice quæ petunt olympum,
Rupesque incutiunt metum Tonanti.
Quid si hos tres Cremeras fuisse dicant.
Namque hi de Cremera crepant chimæras:
Credentes Cremeram abluisse Veios:
Quos nullum prope curreret fluentum.
A quibus Cremeram abfuisse certum est.
Namque inter Cremeræ fluenta, & vrbē hanc
Vasti agri spatium fuisse constat,
Minentur licet vsque, & vsque & omnes,
Vir, puer, iuuenis, senex, puella,
Tormenta, exitia cuomam tibi vni,
Quid de tam dubio rear popello.
Fine & si careant suo hæ tabellæ:
Nec dum sit suus his modus Camœnis.
Non res hoc facit, aut amor canendi:
Res namque hæc tenuis, licet futurus
Labor non tenuis: iuuat ferentem
Tot incommoda, tot neces dolentem.
Hic labor mage, quàm dolor tacentem
Hærentemque animo vsque in his periclis,
Nec me grandius audies sonantem,
Neque huc Aonidum choros trahentem:
Sed, quo iam pede cœpimus, Thaliam
Ad leues teneram modos cientem.
At tu, quæ tibi credimus, silebis:
Ne contra Aeneadum focos, & aras,
Hæc si dixeris, hi ferant duellum.
Nosti quam faciles ad arma Veii:
Nosti quam subito ruant tumultu.
Et si forte animo nimis proteruo es,

A Nec quicquam metuis tibi, nec vrbi:
Par saltem vt metuas tuo sodali,
Casum tam prope cui scias paratum.
Falisci genus hos puto, & colonos,
Sunt qui relliquias Faleriorum
Hunc putent populum, negent colonum.
Hoc, illud fuerit, nihil laborem.
Ad rem namque facit vel hoc, vel illud.
Extant mœnia, vidimus, Falisca,
Quadrato è lapide & vetusta, & ampla.
B Extra vrbem veterum videntur vrnæ,
Inciſæque notæ indicant sepultos:
Intra mœnia, seu domos Deorum,
Nulla (vt nunc) videas virum sepulchra,
Per quæ cedere ciuitas ab vrbe,
A templis procul esse cogeretur,
Nomen moenibus his suum remansit,
Sunt & tam prope, cogar vt Faliscos
Hos putare homines, putare & agros.
An non sunt prope? si audias canentem
C Gallum moenibus his, canat si in illis?
Nec longe è regione sunt Falisca,
Qui montem, & Cimini lacum frequentant,
Lucos & loca possident Capena.
Iuncti olim hi populi, & fuere amici,
Iuncti non itidem fuere amici,
Nam Veiens procul abfuit Faliſco,
Atque horum in medio fuere saltus,
Amfractus, iuga, inhospitæque valles,
Iter difficile, asperum, inuiumque,
D Atque ipsis magis hostibus timendum.
Nec frustra hoc timuere tum Quirites,
Quos multum timuisse fert vetustas.
At qui tum fuerat labor timendus?
Victori populo? duci & Camillo?
Vt vrbem caperent Faleriorum,
Veienti domita vrbe tam propinqua?
Quum nullę hæc loca separent salebræ,
Non vlli scopuli, inuiæue valles,
Quales cernimus vndique in Faliſco,
E Sed sint omnia plana, culta, aperta?
Veiens scilicet abfuit Faliſco,
Quos inter medios fuisse & ipsum
Antiquum Nepete, ipse vel Capenas,
Ipse vel fateatur & Faliscus.
Quos iunctos simul impiger Camillus,
Dum Veiis properant nimis iuuandis,
Armis exuit, exuitque castris:
Atque his in mediis cecidit ruinis,
Ad Veios iter & statim reflexit.
F Nam dux prouidus, vt futurus impar,
Hi tres si populi simul coiissent,
Veios pone reliquerat, cauentes
Tale nil minus, aut minus verentes
An Veiens proprias remisit vrbes
Romanis Patribus? Quiritibusque?
Contempsit Nepesina & arua? & vrbem?
Neglexit loca proxima? in Falisco
Tandem constitit? expulit colonos?
Vrbem diruit? occupauit arua?

Digitized by Google

Veios condidit? intulit Faliſco
Nomen, & ſibi priſtinum reliquit?
Non conſtat ratione qua ſit actum,
Cuius auſpiciis, cohorte, ſignis,
Quibus Conſulibus, die, vel hora.
Admiſſum tamen, & male eſt receptum,
Veiens vt colat intimos Faliſcos,
Ad Auſtrum & Nepeſina linquat arua,
Olli quæ fuerunt pigrum ad Booten.
Hic ſi quis velit inuenire Veios.
Veſtiget prius erutas tot vrbes:
Quarum nomina quis referre poſſit?
Ne dum mœnia, ſeu ſitum docere?
Arte nam inueniat, ſatis putemus,
Quam noſtros liquet eruiſſe Reges,
Cui Veii hinc fuerunt, & inde Cære.
Hinc Tybris ſacer: æquor hinc Hetruſcum,
Cui ſol hinc Nabathea luſtrat arua.
Illinc Heſperias colorat vndas.
Sed quis nunc queat edocere Veios?
Ipſa quos male ſciuerit vetuſtas,
Fiori tempora ſi velint vetuſta.
Quid non imminuit dies? premitque?
Quid non tempus edax vorat? Faliſcus
Se neſcit miſer, & ſolum ſuorum
Qui factum latet: error eſt apertus.
Tantum hunc non oculis videbis abſens,
Hinc qua ſol oriens fugat tenebras,
Quum nox longior occupat Decembres.
Mons Soracte caput leuat ſuperbum,
Quem montem ſibi vendicant Faliſci,
Quem Veiens quoque non negat Faliſcum.
Hinc qua ſol petit occidentis oras,
Pulchra mœnia ſunt Faleriorum:
Quæ Veiens quoq; non negat Faliſca.
Hi Veii hoc medio manent recentes,
Mentitus nequit hoc negare Veiens,
Aequo nec medio manent, recedit
Veiis mons mage, tecta quàm Faliſca.
Veiens vult tamen eſſe, non Faliſcus,
Veiens qui neque ſit, nec eſſe poſſit,
Qui ſciens medios colat Faliſcos,
Qui tantum inter vtrunque linquat agri,
Quantum ſat ſibi credat hic, vel ille,
Veiens vult tamen eſſe, vult haberi:
Oblitus ſpatii, ſoli, ſuique,
Ignarus genus occidiſſe Veiens,
Ex quo vendidit inclytus Camillus.
Quin ſpernit decora. & genus Faliſcum,
Clari ac ſi fuerint minus Faliſci,
Quam nomen leue, perfidumque Veiens:
Veiens qui cupis eſſe, vis vocari,
Credi & Thrax mage, quam velis Faliſcus.
Raras dum refero Faleriorum,
Paucis accipe, ne grauere laudes.
Odit perfidiam propago Haleſi:
Cognomen dedit æquitas Faliſco,
Inde à principio, per omne ſeclum,
Cultor iuſtitiæ, & fuit Deorum,
Pacis artibus, & potens duelli.

A Quas vrbs iam caput vrbium futura
Experta, hinc petiit, tulitque leges,
Quarum religione, & æquitate,
Plus partum ditionis, & quietis.
Quam vi, quàm legione, quàm phalange,
Has gens non fera nulla non veretur,
Has victoria & ipſa: ſit ſuperba,
Sit quamuis violenta, quum remiſit
Ardor Martius, approbat, tuetur.
Vrbem qui poſuit Faleriorum,
B Atride genitum liquet parente:
Qui tot Regibus imperans tot annos,
Bello Pergama diruit biluſtri,
An vrbs clarior hac? beatiorue?
An Diis gratior hac putanda tellus?
Quæ gignit niueos ſacris iuuencos.
An Diis vlla potentior mouendis?
Quàm gens, cui nequeant nocere flammæ?
In te non ideo hæc deos laceſſit,
Quod ſuum fugis, expuiſque nomen.
C Verbi transfuga, non ſoli Faliſci.
Sed tota hæc Regio, ſacerque tractus
Te ſupplex rogat, obſecrat rebellem,
Vt te municipem Faleriorum,
Seu quem te voco, te voces colonum,
Quum Veiens neque ſis, nec eſſe poſſis.
Pergratum id fuerit Iouis ſorori,
Argiuis Deaquæ fauet Faliſcis,
D Agros quæ cupit hic ſuos renaſci,
Hanc læſam metuas, nimis proterua eſt.
Non veri præcor hanc cauete Veli.
Vrbes obſidet, eruit rebelles.
Neglectam excidia, & iuuant ruinæ.
Spreuit Ilion, eruitque ab imo eſt
Amice id rogo: namque vos beatos
Opto, & perpetuis virere ſeclis,
Quod me faucibus abſtuliſtis orci,
Quod veſtro hoſpitio diem tuemur,
Spiramus, loquimur, ſumus, valemus,
Quod peſtis rabiem hic pili putamus.
E An vobis ego conſulam ſiniſtre?
An vos non mihi cenſeam, colendos?
Per quos mi licuit (licere quando
Non tutum fuerat) Faleriorum
Priſca cernere mœnia, & Cremonæ
Illic cernere Præſulem receptum,
Quantum, Iuppiter, eruditione?
Quantum pectore, quam parem fetendis
Aduerſis ſapienter, & ſecundis?
Hæc vt tot mala, vix mala hæc putemus,
F Quod quam Roma dedit luem immerenti
Merenti hanc iuueni vrbs Faliſca ademit.
Et vos non ego, ceu Deos, rogarim?
Valles non ego? non iuga hæc adorem?
Coeli hanc temperiem? hæc nitentia arua?
Campis non ego præferam beatis?
Quando hunc vos iuuenem inferis ab atris,
Ad lucem reuocaſtis, ad ſalutem:
Quo iam ſoſpite, lętior futura,
Tanto Thuſcia tota clara alumno,

Quam

Quam sit præsule sanctior Cremona,
Corcyræ quoque Præsul hoc salubri
Cælo quod fruitur, salubri & aura,
Non vestrum hoc opus? & decus Falisci?
Nam quamuis genere hic nitet vetusto.
Nec stirpe est Venetum secundus vlli:
Minus stemmate, quam nitet libellis,
Naturæ quibus abdita, & Deorum
Rimatus, penetrauit, & retexit.
Non huius genius loci est colendus?
Non plena venerandus est acerra?
Non querna quoque dignus est corona?
Quod tot hospitibus simul & diserts.
Et custos fuit, & dator salutis.
Quos inter (neque hos nominem necesse)
Tanto Gambarus est magis disertus.
Quanto est iustior, innocentiorque,
Huius iustitiam, & fidem Falisci,
Vestris seditionibus repressis,
Firmam, perpetuam, integramque nostis:
Nouit Thuscia tota, Gallia omnis.
Omnis Gallia, sed togata: nouit
Vrbs orbis caput, vrbiumque mater.
Quæ, nondum licet hinc sit ire tutum.
Prætorem reuocat suum ad Tribunal.
Sed quid non variat dies? quid hora
Tam breuis simile aduehit priori?
Quando & Diuitius suam Falisco
Acceptam populo refert salutem:
Opem qui toties tulit Falisco,
Vobis qui toties tulit salutem,
Vestræ quum Patruus præesset vrbi,
Et sacri bona pars foret Senatus.
Sic rem quamque suus tenor relinquit:
Sic rem quamque suæ vices sequuntur.
Et vobis fuerit graue, aut molestum,
Veiens vertere nomen in Faliscum?
Verterunt aliæ vetus tot vrbes
Nomen, & retinent nouum vetustę,
Prisci non ideo has piget relicti,
Vt noui quoque non pudet recepti.
Irasci bene non decet monenti,
Vestro nomine vos olim vocari,
Vestro & nomine dicier Faliscos:
Quod vestrum fuit, hoc sit oro nomen:
Aequos vos volo: perfidos recuso.
Ad te iam redeam decet sodalis,
Tractus longius hos trahendi amore,
Vt si quando meum legant libellum,
(Postquam talibus alloqui hos periclum est)
His forsan rationibus Faliscum
Nomen, & genus, & decus reposcant
Ac se moribus excolant Falisci.
Ad te inquam redeo, & peritiores,
Nam quis tam rudis? oscitansue lector?
Quis & tam veterum immemor locorum?
Veientem hunc putet? hunc neget Faliscum?
Quis rogo hoc probet? hoc ferat disertus?
Veii vt nil minus ipsa ab vrbe distent,
Quin distent magè vt ipsa ab vrbe Veii,

A Ipsa mœnia quam Faleriorum?
Non pauci tamen hoc putant diserti,
Seu quod omnia non videmus omnes,
Seu quod his loca cernere hæc negatum:
Seu quod difficile admodum vetustis
Tam locis dare terminos, suamque
Tam locis dare nomen exoletis.
Culpa non ideo hi vacant diserti,
Tum quod abfuit vrbe Martiali
(Vera si referunt vetustiores)
B Veiis longius Vrbs Faleriorum:
Tum quod sunt alia euidentiora,
Hos quibus liceat negare Veios,
Hos veros quibus asseras Faliscos.
Quæ dum singula persequi parabam,
Ille tam modo cui miser timebam,
Natus vnicus, & nepos parenti,
Quem tu tam similem patri asserebas,
Ille inquam meus vnicus puellus,
Tetra Cursiolus lue est ademptus.
C O crudelia sidera! ô nefandæ
Parcæ! ô fata fera! ô cruente Apollo:
O tot numina vana, quot tenere
Parnassi iuga credimus sorores
Hoc vester meruit senex sacerdos?
Qui vos tam coluit diu & pudice?
Qui votis puerum omnibus cupitum,
Vestris vix genitum sacris dicarat?
Vos natum mihi: vos patrem necastis:
Vos qui me patruus sequi coegit,
D Et me Castalio imbuit liquore,
Ingratæ mihi patruum necastis.
Vos fratrem necuistis, heu tot annos
Quem cœsum queror à suis: auare
Inultum vitio, & male imperantum:
Inultum, & sine prole, ne cadentis
Fata tam fera mitius dolerem:
Hæc nos prȩmia vos manent sequentes?
I natos mediteris? i nepotes?
E I longam seriem? i decus minorum?
Mors vna, omnia soluit, hora in una.
Et hęc persequar? & labor dolentem
Hic iuuet magè, quam dolor tacentem?
Sed cui Pierius calor? furorque?
Cui mens his vigeat malis canenti?
Per quæ sunt sacra templa destituta:
Vincla sanguinis, & recisa amoris,
Fugit funera filius parentum,
Coniux deseruit virum cupitum,
F Clausit lumina non soror sorori,
Amans extimuit fouere amantem,
Diuulsi vnanimes amici amicis,
Naturæque odio, & Deum, æstuanti
Frater noluit ipsi adesse fratri,
Nec dum pallidula, extimens periclo,
Pater pignora chara dereliquit,
Matrem pœnitet astitisse nato,
Hausit lac puer, hausit & venenum.
Ne notis morer, ipse me reliqui:

Digitized by Google

Quando ne ſociam quidem laboris,
Huc vnum tulerim ſacri libellum:
Ipſe & me medium ferus peremi.
Quum nec conſilium mei Coloti,
Exemplum neque ſum pium ſecutus.
Namq; hunc non piguit ſenem parentem,
Tot per difficiles vias, tot æſtus,
Tot per oppida, tot per angiportus,
Vt natum eriperet lui imminenti,
Aut equo, aut humero, aut tuliſſe in vlnis,
Quo prudens ſtudio, & ſenex labore,
Inſtantis luis impetum repreſſit.
Hoc eſt frangere fata, vincere aſtra,
Hoc eſt cogere, non Deos mouere:
Hoc illi eſt ſuus integer, patremque
Ore iam puer, & refert lepore.
Iam priſcum in decus excitant paternæ
Virtutes, pueri indolem ſuperbam.
At mihi meus, ille tam tenellus,
A AEternis iacet obrutus tenebris.
Nec puer cecidit iubente fato:
Ipſe illum innocuum impius cecidi,
Quum Romam, mea, quum meos relinquens
Impos conſilii, inſcius futuri,
Non illum è gemitu, è ſinu parentis,
Ipſo ab vbere pertinax reuelli,
Sic meus, ſic animus, calor colorque,
Sic omnes ſimul abfuere ſenſus:
Sic omnes ſtupor occuparat artus.
B At tu, quod ſupereſt, caue; & ſaluti
Prudens inuigila. hoc rogant amici,
Hoc rogat patria: hoc rogant Camœnæ,
Quæ vitam tibi præparant peremnem.
Nobis iam grauis, & moleſta lux eſt,
Vitæ iam pudet, & piget peractæ.
At ſi poſt obitum ſuperſit vllus
Senſus præteriti memor: peremnes
Vita, & gloria noſtra, erunt querelæ.

CAMPANIA

Digitized by Google

CAMPANIA

ANTONII SANFE-LICII MONACHI

PRAECLARISSIMO SENATVI POPVLOQ. CAMPANO

ANTONIVS SANFELICIVS MONACHVS S. D. P.

HVmanis animis rerum Diuinarum atque humanarum scientiæ cupiditatem a natura insitam esse constat. Id nobis Amplissimi ciues ea ratione ingenuit, quo bruta animantia, quæ viribus, velocitate, vitæ diuturnitate, cæterisque corporis bonis nobis præcunt, vno intellectus cœlesti dono antecellamus. Verum quum non sit omnibus eadem vis mentis, diuersa doctrinarum genera homines pro animi captu secuti sunt. Theologorum disciplina super æthera euolans Diuina scrutata est mysteria, eaque mortalibus reserauit. vt summi boni cognita bonitate illius desiderio, & amore accenderemur. Qui non tam alte explicuerunt alas, mundi sphæram, inferioresque syderum globos scrutati sunt. Infra hos quidam elementorũ, ignis, & aeris effectus varios subtili inuestigatione perquisiuerunt, aliique alia. Ego verò, qui meæ Mineruæ parum credens in sublimia abire non sum ausus, terrarum sequi cognitionem, quæ me à puero mirificè delectauit, operæpreciũ existimaui. Quũq; in ea diu versatus intelligerem quicquid ibi profeciſſem, ponendum esse in medium, humanæque impertiendum societati, cœpi cogitare de Italicarum vrbium descriptione, præsertim quod ab Hyginio eodem argumento confecti libri periissent, admodũque pauca de M. Porcii Catonis originibus fragmenta supersint. Ea de re mihi deliberanti subiit præceptum illud:

Sumite materiam vestris qui scribitis æquam Viribus.

Itaque mei vires ingenii metitus, videns me oneri imparem, ad faciliora verti stilum, vnamque Italiæ partem Campaniam mihi tractandam delegi. Opus ipsum Dei æterni omnipotentis numine absoluimus, quod muneri vobis mittimus. Inclytæ Capuæ nostra merito debetur Campania, quam & Latini, & Græci scriptores Campanię dixere Principem: quin propter amphitudinem, opumque potentiam posse omnibus in terris imperii nomen ac dignitatem sustinere. Huc accedit, quod Illustrissimus Iulius Paleniorum Comes nobilissimę Capuę nobilissima proles, me, vt hanc ederem chorographiam, vehementer accendit, Musarum & pietatis cultor. Valete.

Digitized by Google

Campaniam scribimus, situm dimensionem, agri naturam, & antiquos in ea populos. Contexere cum his placet insignia illius aui edificiorum monumenta, qualia licet semidiruta, aspectu tamen cum oculis, tum animo grata sunt. Gratificandum duximus doctis, curiosisq; viris, quos horum operum peruulgatum tota Europa nomen è longinquis allexit terris, quib. nostra hæc scripta quasi dux erunt ad ea pernoscenda. Neq; verò nobis vitio vertendum est, quod geographicu eruditis tractata ingenijs scribere aggressi sumus. Nõ enim ego in orbis terrarum descriptione versor, sed in exigua eius parte mihi nota, qui patrium sedulo peragrauí agrum, ne incognita pro cognitis, neue pro veris falsa traderem. Id potissimum me Campanum hominẽ ad hoc suscipiendum munus excitauit, atq; impulit, quod dum è Geographis quidam dimetiendis cœli circulis, geometricaq; intuimbunt subtilitati, dum alij ad enarranda rerum miracula se occupant, & alij ad honestandam patriam sunt nimis intenti, ornanda Campaniæ parum studiosi fuerunt. Pudebat seminudam intueri parentem, meq; illam oportere velare percepi, quod si elegantiore purpura (ut decet) non operietur, qualicunq; poterimus stola contegemus. Verum enimuero non est ardui operis, quod pulchrum, quod bonum est, ornare laudibus. Quisquis enim eius amœnitatem, cœli clementiam, soli vbertatem, maris, fluuiorum, & lacuum norit commoda, Campaniam naturæ deliciàs non negauerit.

Hèic ver assiduum, atq; alienis mensibus æstas,
Bis grauidæ segetes, bis pomis vtilis arbos.

Quod præconium, quamuis vniuersæ Italiæ tributum videatur: non iniuria tamẽ sibi illa vendicat, vbi nullo non tempore flores floribus, pomis poma, & fruges frugibus, vernante semper, vel autumnante temperie succedunt. Bona pars eius secundo seritur semine, fert biferas arbores, seri vel tristero prouentu vites, in quibus mira varietate pars vuarum floret, pars defloruit, sunt turgescentes, sunt acerba aliis maturescentibus, aliis iam maturis. Suggerit succiplena nutrix alimenti plurimum, neq; modo suos fœtus, verum etiam alienos inexhausto alit vbere. Voco autem alienos, alumnas arbores, tum pecudes, quæ tametsi aliis atq; aliis e terris ad nos transmigrarint, non alienam hèic vitam viuunt, ac ingenitali solo, de quibus suo loco. Consulto autem in superiori carmine pro pecudes substituimus segetes, quũ nobis non duplex ouium partus, vt Samnio, Lucanisq; pastoribus pascua mutantibus, sed duplex volumine anno contingat sementis. Hæc in vniuersum, nunc singula attingenda eo seruato ordine, vt primum maritima, deinde persequamur mediterranea.

TErra Italia mediam longitudinem transgressa Campania ad inferi maris oram recubat. Ecœli positione temperamentum habet, quæ tantundem prope ab Austrino recessit æstu, quantum ad hyemes septentrionis accessit, quod ad salubriorem facit, bonumque humani corporis constituendum habitum. A Lire fluuio ad Sarni ostium pertinet, sexaginta passuum millibus excurrente planicie, quæ ab ipsa camporum lætitate facta est Campania. Hi amnes, eius duo latera constituunt, hic ab ortu, ille ab occasu. Boream versus montibus cingitur Samnites, & Irpinos excludentibus, quibus tum vero latus mare possidet. Latitudo eius varia, vt tamen, qua maxime panditur, triginta non excedat milliaria, quod si totius ambitus subducatur ratio, colliget ad centum, & sexaginta passuum millia. Liris Apennino monte decurrens (Geographorum ritu ab occidentali plaga narrationis facimus initium) in Soranum primo se fundit agrum, tenuis ante, quam Fibrenis fluminis ebibat aquas. Hunc multi existimant è Fucino superiore Marsorum lacu per emissarium, quod Claudius Cæsar fecit, occultis huc delabi venis, falsa opinione, quando M. Tullius longe ante eius imperium de Fibreno meminit. Ab vtriusq; confluente Liris torrẽtior ad ratractam properat, præceps q; fertur. Præcipitatus impetum premit, sedatoq; cursu abiens tanquam duarum arbiter gentium Latio fines præscribit, & Campanis. Minturnas Romanorum coloniam is olim diuidebat, Glanicus antea vocatus, dimidiatiq; corporis alteram nobis tribuebat partem, Latinis alteram. Ponte vtraq; eius ripa iungebatur eo loco, vbi fluuiales scapha trajiciuntur viatores. Minturnarum, quæ iam corruerunt, stat adhuc putre amphitheatrum, à quo non procul ductus aqua conspicitur arcuatim procurrens. Post Minturnas Sinuessa est hoc nomine dicta, quod sit in Sinuessæ oppidi sinu. Sinope hæc prius vocabatur à Sinopensibus Ponticis colonis, quorum opus fuit. Emanant eius in agro balnea, quæ memoriæ proditum est mulierum sterilitati succurrere. Per Campaniæ latus vulgo prorumpunt aduersum morbos aquæ salutares, non tamen omnes eadem facultate, sed aliæ aliæ pro soli ingenio. Plurimi enim referc, per quos terra meatus fluant, quæue metalla in cursu allunat, vnde exsuctas qualitates in affecta constat transfundi corpora. Plinius, qui in Latinorum numero populorum Sinuessanos reponit, audiendus non est, quippe magis à vero aberrans, quàm à Latinorum finibus absit Sinuessa. Latium enim versus à Tyberi ad Circæos seruatum est, indeq; ad Lirem nouum, quod adiectum quoq; appellabatur. A Sinuessa est amnis Sauo, qui ex Auruncorum profusus montibus Sidicinũ, Stellatem, & Falernum agros modicus interluit, nullis breui in curriculo auctus riuis. Sequitur Vulturnus triremium capax aquæ, atq; Liris, quum vtriq; longius euagantes comites aquas abductis earum nominibus secum ad mare ducant. Vulturnus fons in Samnio est, qui dum confragosa Samnitium percurrit loca rapidus fertur lapsu Venafrano tenus campo, vnde vi repressa placidus continuat iter mediam secans Campaniam. Piscium copiosus est, vere in primis propter cupearum multitudinem, quæ huc ad tutum partum subeunt, gignitq; formosos Lupos, sed in Samnio tantum. Deinceps Gallinaria est sylua mari præcincta, & Laterno lacu quæ ciuilibus bellis materiem fabricandæ Sex. Pompeij classi suppeditauit. Hunc latrocinijs infestam consecutæ tempora spoliarunt arboribus, quæ nunc ilsena glandæ

Digitized by Google

& arbuſcularum ceterarum fœtu hybernam venatoribus, pariterq; aucupibus meſcat prædam. Laterinum lacum quæſtuoſum facit mugilum aſſidua captura. ſub dies præcipue Halcyones. quod id temporis eius fauces occluſa arena fluctibus aggeſta, piſcatorum operæ retunduntur prætentis primis retibus. Iuxta lacum ſtetit oppidum Laterium, cuius vel ruinæ perierunt, locus tamen ob maioris Africani memoriam in omne ſæculũ celebratur. Hoc ſibi domicilium relicta ingrati patria delegit Scipio, quodante obſcurum illuſtrauit vir ipſe illuſtris non tam genere dignitate, laureatiſq; faſcibus, quam modeſtia, fortitudinis, patientiaq; titulis. Hoc ille cum philoſophia reliquo vitæ tempore negotium habuit, & cum re ruſtica, triumphalibusq; dextera laboriioſum ſæpe rexit aratrum. Hinc adiacet Cumanus ager Phlegræus Græce à Phlegra Theſſaliæ valle, quum vtrobiq; gigantum pugnam poetæ vulgarint, ibi hinc contra Iouem, hoc cum Hercule eius filio ex Hiſpaniis redeunte vtriuſq; gentis ferociam hoc commento demonſtrantes. Hæc latifundia Latini appellarunt Laboria, quæ duabus intercluduntur militaribus viis altera Cumis, Puteolis altera Capuam ferentibus. Sunt Laboria ea fœcunditate, vt vel cupidis agricolæ labori reſpondeant fructu, reſtibuleq; nec ſtercorationem deſiderent, nec intermiſſionem. A Cumanis & Chalcidenſibus conditi ſunt Cumani, qui ducibus Hippocle, atq; Megaſthene ad quærendas ſedes profecti, hinc appulerũt. Felicium fertilitatis prædorum auctiores eo progreſſi ſunt opum, vt Hetruſcis Italiæ fere imperitantibus parere recuſantes obnixi ſint, eorumq; frequerint impetum. Italiæ, Siciliæq; vrbes Cumæ antiquitate præſtiterunt, quarum miſerandum (vt ita dicam) cadauer quisquis aſpexerit, non poterit non grauiter affici. In rerum vicciſſitudine vrbs tanta verſa eſt in caprilia, in eius loci tepore alliofum id pecus hyeme commode ſtabulatur. In pelagus illa prominebat, dextra Neronis foſſam, læua Acheruſiam ſpectans paludem. Vaſto, effrenq; animo matricida foſſam ipſam inſtituerat Oſtiam vſq; perducturus, quo ſibi magna addueto ad Auernales magicas vanitates expedita, tutaq; ſemper pateret nauigatio. Accedebat eo quòd Canopica Alexandrinorum foſſa cupiebat modulantes imitari choros, vt eorum exemplo inter fidicinum cantica iſte citharœdus, interq; pſaltrias vltro, citroq; per derivatum veheretur Tyberim. Irrita temeritatis foſſa, quæ nũc lacus marinus eſt, remanſit teſtis, quod nobis piſcandi commoditate proſpere ceſſit. Altera rurſus Amyclano in ſinu ab eodem inchoata fiſci exhauſtis theſauris deſtituta eſt, maximo Amyclenſium detrimento: fuit enim in cauſa quamobrem vinum Cæcubum diſperierit, cui principatum multi dederunt. Acheruſia palus eſt inter Cumas, & Miſenum, cui ferrugineo colore ſqualenti nomen à Stygio Acheronte indiderunt. Miſenus promontorium de ſepulchro Miſeni Troiana claſſis tubicinis appellatur, cuius oſſa hoc in monte inſignium more vtrorum Æneas condidiſſe id honoris eius tuba deferens. Hinc mare velut in æſtuarium ſe fundens Baianũ efficit ſinum Romanis ciuibus magnopere expetitum. Etenim qui diuitiis miſtis laboribus exactis fuiſſent, ſine quem vrbana ambitionis cœperat ſatietas, quum ferum, plurimùmq; alias vrbis moleſtias ferre emplius noluiſſent, in hunc olim portum confugiebãt, vbi animus poſt curarum fluctus ſubductis ſuperbiæ velis, & pacata vitæ iactis anchoris, ſeipſum colligeret, atq; recrearet. Ægritudines hac via effugiebant, ægraq; curabãt corpora edocti, qua balnea, quibus medicentur morbis. Multis in terris medicamentoſi exiſtunt fontes, qui in Ligvria Statiellas, & in Narbonenſi prouincia Sextias aquas condiderunt oppida: nuſquam tamen largius, quam hoc propinquis locis: nec tam variis auxiliis aduerſa valetudinis. Sunt his fontibus primata remedia, generatum vero ſenes fouent, & ſtomacho imbecillis, quartanaq; febre laborantibus adſunt. His præterea in collibus ſunt excauati cuniculi, quorum feruidus vapor noxios è corpore eliciens humores non mediocres efficit vtilitates. Valetudinis ſpiritur gratia, & ob mercaturæ negotiationem Puteolis frequentiſſime in emporio, loco hac annumera hominum celebrat multitudo, Regni Puteolana eam ob cauſam à M. Tullio dicta. Strabo hunc ſinum continuus ædibus ita exultum ſcribit, vt vnius vrbis offerrent aſpectum: quod ex earũ reliquiis facile perſpicitur. Illiciebant etiam piſcandi oblectamenta, tum è mari, maritimiſq; piſcinis, tum è lacubus Lucrino, atq; Auerno. Lucrinenſis voluptatis eram præcipua, vbi ganeæ ſtudioſi non modo altilium piſcium, ſed etiam oſtrearum conſtruxerunt vinaria, non contentis iis, quas copioſe gignebat. Lucrinus ob id oſtroſus cognominatus. His de cauſis non minoris huic publicæ, & priuatum ædificabatur, quam in vrbe: vtq; ad Tyberim ſuperba erat Roma, ita hinc delitioſa. Vna in eos oppertunitatibus gelida ad potum deſiderabatur aqua calidis duntaxat fontibus huic erumpentibus. Grandem idcirco pecuniam Romano ex ærario erogari neceſſe fuit, tum in riuos formicato opere, perq; actos in montibus cuniculos à quinto & triceſimo miliario deducendos, tum in receptacula aquarum faciendæ, non tantum ad Romanorum ciuium vſum, ſed etiam claſſiariorum multum. Nanq; ſenatus imperii conſulens ſecuritati, ſuper omnia Italiæ claſſem hoc in ſinu in pyratarum excurſiones, & ad omnem nauale belli euentũ habebat inſtructam inter orientis, occidentiſq; regna mediam. E ciſternis illis duæ impenſa magnificentiſſima incorrupta ad noſtram peruenerunt ætatem. Harũ altera in viuo Miſeni lapide exciſa frigidas intra mœnia viſtera ſeruabat aquas, altera vero multiplici ſtructilium pilarum verſu, integro adhuc tectorio concamerationes ſuſtinet. Infra hanc ad litus lateritius tholes egregio aſſurgit opere, qui (quantum coniectura licet aſſequi) intus conſidentibus æſtuos defendebat ardores, quoniam ad captandas auras latis patet feneſtrarum & oſtiorum luminibus. Prope eſt Auernus Lacus, Græce Aornos:

Quòd ſuper haud vllæ poterant impune volãtes
Tendere iter pennis, talis fele halitus atris
Faucibus effundens ſupra ad conuexa ferebat.

Exhalabat quondam diram mephitim, ſed ſucciſis poſtea, quæ lacum ambiebant, Æneſis ſylvis, ea peſtis enanuit. Is noſtra memoria piſcibus affluebat, qui nuper pluuij cineris amarore ad vnum necati ſunt. Erumpũt ſuperioribus annis è vaſtiſſimo terræ hiatu immenſa

flammæ, flammisque commixti ingentes, innumeriq; lapides, qui postridie eius diei in montem visu horribile congesti visi sunt. In ea ignium tempestate aliquos balneæ obruta, planities Puteolis subiecta magna ex parte monte occupata, Auernus præter piscium cladē addimidium angustatus est, quin mare retrocedere fuit coactum, vt nouam loci faciem, qui antea vidērāt, demirentur. Auerni accolæ fuerunt Cimmerij, gens rapto viuens, grassans in eos, qui ad Auernalia Plutonis sacra contendebant. Ad hæc sacra, id est ad exercendam magiam huc ibatur, & ab inferis manes (ita prisci impij corpore exutas animas vocabant) ad vaticinationem exciendos. Magicæ artis professores spectris quibusdam ita oculorum aciem perstringebant, vt ad cadauera sua manes euocari viderentur. Huius necromantiæ studio Homericus Vlysses e Circæa soluens insula ad hos Cimmerios venit. Hos dico, ne quis in Homeri carmine intelliget Cimmerios, qui alio in orbe Maeotim accolunt paludem, quam opinionem id excludit, quod ea nauigatio vnius fuit diei. Hesc ergo Vlysses vmbrarum fecit euocationem humato prius Baia socio, vnde Baianus sinus, non ab vrbe Baijs, quæ nulla fuit. Quod vero Auernales Cimmery Scythārū Cimmeriorum cognomines fuerint, congruens inter eos vitæ ratio fecit. Efferatis erant vtriq; animis, vtq; illis à signifero plagâ longissime sepositis crassior aëris caligo effunditur: ita hi obscuras inter Auerni silvas, tenebricosisq; in specubus ad latrocinādum delitescebāt. Medius inter Auernum, & mare Lucrinus fuit, Romana respublica ob maximā piscium capturam maxime vectigalis, qui superuenientibus vndis, pisces q; excludentibus à C. Cæsare obiectis in mare molibus mersus est:

Luerinoque addita claustra,
Atque indignatū magnis stridoribus æquor.

Hinc, atque illinc firmissimo septus muro Lucrinus & imperturbatos continebat pisces, & tutum subeūtibus velis præstabat portum. Hunc sequēs ætas, oppressa republica, Augusto adulans, falso portum Iulium appellauit:

Iulia, qua ponto longe sonat vnda refuso.

Non enim Iulius de suo id opus fecit, sed a patribus missus faciundum curauit. Arcto spacio hi lacus seiungebantur, quod ex eo conijci potest: nam vtrumque Augustus paruo negotio media effossa tellure in vnum cōfudit, ibiq; tota hyeme, pugnaturus verē cum Sex. Pompeio, remiges, classiariosq; exercuit milites, pugnam meditantes. Stante Romana libertate Lucrinus munitionibus tutus oppugnanti obstitit mari: quæ euersa, quum nulli essent rerum publicarum curatores, cessit pertinacibus vndis. Huius tyrannidis vindex fuit nouus mons, quem memoraumus, qui mari ab iniusta possessione repulso factus est alter loci tyrānus. E redzone montis surgit collis, in quo truncum apparet agi ficium, quod Puteolani pro certo habent. Ciceronis fuisse Academiam. Huic opinioni fidem esse adhibendam, ea mihi persuasit ratio, quod locus antiqui domini seruat nomen: tum quod respondet topographiæ à Plinio factæ, quā ascribo: Dignū memoratu villa est

A ab Auern. Puteolos tēdētib. impositā litori, celebrata porticu, & nemore, quā vocabat Academiā M. Cic. Hac Plin. Platonis æmulator nō modo tractādæ philosophiæ Arpinas ille esse voluit, sed Platonici gymnasij nomen, in suam villam, Musarum domicilium traduxit. Hinc factum est, vt gloriosis Græcis Atticam Academiam iactantibus, Latini Puteolanam opponerent, & Tusculanum Lyceo Aristotelico, quibus è fontibus moralis philosophia manarunt riui. Puteoli vrbs à Samijs posita Dicearchia prius dicta fuit, de regimi-
B nis æquitate, qua in ea republica cines sine vllo cēsu ordinisue delectu, ambitionis, continuoq; discordiæ fomite, ad regendam, seruandamq; patriam concorditer charitate, pariq; inter se administrationis iure coniuncti essent. A Romanis deinc colonis, de paruis balnearum puteis Latinum impositum est nomen, quod est Puteoli. Hucusq; Campanicines per Laborinos campos viam munierunt, ad compertandos agrorum fructus, vtque hinc peregrinas exportarent merces, quandoquidem celeberrimum (vt diximus) Puteoli emporium erat.
C Ipsa in via, qua adhuc Campana vocatur, vtrinq; latericia, resiculataq; structura se efferunt spectandæ, quæ viatores tenent, pascētes specie oculos eruditos. Spectatu quoq; dignum est antiquum Puteolanorum amplitheatrū, circaq; ipsū innumera ruinosa cæmentato opere ædificia, quorum quædam subterranea sunt, pernianq; inter se, iam perplexa tamen ostiorum ambage, vt absq; duce, circunductione fixo q; funiculo, negetur exitus. Quare nos huiusmodi Labyrinthæos anfractus Dædalis relinquentes, ingenijs inceptum peragemus iter. Neapolim hinc profisicentibus subeundus est cli-
D vus, cuius ad lævam situs est campus vndiq; montibus sulphureum exhalantibus vaporem circundatus, angustis adeundus faucibus. Intra eum aliquot in locis scaturigines altius vis fornaces calcaria subditis ignibus ebullunt, aspectu non minus horrido, quam quæ in Ampsanctis efferuescunt Irpinorum valle. Vulcanium forum id fuit antiquis, vbi sulphurea conflantur potoria vascula, quorum vsum lienosis prodesse compertum est. Post hos montes albicant Leucogæi alumnioso colles, à
E candore nomen adepti, apud quos teste Plinio scatebant balneæ oculis opem ferentes, & vulneribus. Subiacet paruus lacus sterilibus omnino aquis, præditis tamen vi naturæ mira. Est in proxime serra spiraculum, afflatu intus tabifico signū habens iuxta fauces, quod nō sine vitæ periculo præterire licet. Quodcunq; animal ad transgrediatur, procumbit illico semianime, quod si prius, quam exanimetur, his tinguatur aquis, ad salutem redit, facto in canibus sæpe periculo. Ea lacus parte, qua spectat in meridiem, passim rimis fatiscit
F humus, alibi minoribus, alibi maioribus, è quibus ingiter euaporantes fumi podagricis auxiliantur, præsentiq; remedio contractos remittentes neruos pristinis restituunt vitæ muneribus. Puteolani, atq; Neapolitani agri terminus est Pausilypus mons, & promontorium, quā Græca voce, bonum præ se ferens ingenium, rem nomini non habes disparem. Is præter liberum Campanæ, Picentinorum, maris, & insularū prospectum, præterea vini laudem, pomorum omne genus ditues est, beatior tamen in cæteris magnitudine, & odore præcellentibus

cibarijs

rubariisque vnis, epimæ, & durocina. Loci huius eum amœnitatem, tum salubritatem admasse antiquos, sumptuosa villa cuius sunt testes, quarum in omnis modos effossa inuenta sunt, mutilata columnæ, cum quadam integra, pretiosa e marmore masculis pulchre distincto, quæ in sacrarum edium ornamenta translata spectantur. Laberinos olim eius dorsum transcendebatur: quapropter ne à viatoribus superædificari esset, ad tres omnium ferro milliaria crypta fuit aperta, per quæ transitus ea laxitate, quæ aduersa admittit plaustra. Vulgaris est opinio antherem operis fuisse Lucullum, male fundata super M. Varronis verbis, non recte intellectis, qui tertio de re rustica lib. ait, Lucullum ad Neapolim perfodisse montem. Quod si, qui ita sentiunt, subnexa orationis expendissent contextum, hanc impensam eum non abrupisse, ex Strabone attribuendam M. Cæcinæ. Quod sequitur hoc est: At maritima flumine immisit in piscinas, quæ reciproce fluerent. Hæc plane docent non spectare præcedentia verba ad transitum per cryptam patefactum, sed ad specus parvos oblongiores, quos ad Pausilypi caput cernere est, latere vergentes ad orientem solem. Per eos enim cuniculos, æstuante sole, recipocrãtes aquæ ipsi, conclusos intra vivaria refrigerabit pisces. Asiaticam prædam ijs in sumptibus consumsit Lucullus, de qua gaza profusa Xerxen arguatus à Pompeio dictus. Neapolis ex Pliny historia Chalcidensis habuit conditores. quod vero scripsere Strabo reliquorum primos colonos fuisse Cumanos, non continuo dissentit ab eo, quum a Chalcidensibus fuerint propagati Cumani. Primum hæc Parthenope a Sirenis tumulo fuit, mox (quæ loci est opportunitas) nouæ coloniæ accepit incrementum. Nouis civibus non placuit cum veteribus tecta coniungere, sed in propinquo loco consederunt, hæcq; fuit Neapolis: rursus Parthenope versa est in Palapolim. Ignota hæc Solino fuerunt, qui ab Augusto captæ duci Neapolim scribit. quasi vero Augustus fuerit ante Ciceronis ætatem, apud quẽ sæpe Neapolim legas. Hæ duæ vrbes vnis clandebantur mœnibus, quæ postea vtrinq; auctis tectis in vnum coaluere corpus. Per Sirenum vero fabulam, loci huius deliciosa notantur illecebra, ad otia enumerantes, adquæ nata ferunt Neapolis. Molli sane otio animum corrumpi, dubium non est, contraq; literarum, & studiorum perficiendorum exercitatione. Id nascentes docti modestiq; viri, Sirenum cantibus occlusis auribus, otio non abuentes, & suæ famæ consuluerunt, & posteritati. Quem debet humana vita agricolarũ magistro, a quo docti sumus,

Quid faciat lætas segetes, quo sydere terram
Vertere conueniat? A quo præterea didicimus:
Vlmis adiungere vites.

Neapolim verò illiũ hæc canentem coluisse, quis dubitet?

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope.

Palladius quoq; hei egens de cultũre rustica præcepit, deq; citreorũ cultu, quæ primus ipse demonstrauit Italiæ. Non sunt prætereunda Sylua Neapolitani vatis, quæ perpetuo comarum honore adhuc virent sæcula vincentes. Ager hic fœcundatur Cerere, Baccho circumpositis collibus, hortis vero exornantur suburbana: electis in quibusque pomorum ordinibus. Græcorum carmina Alcinoi Phæacum regis pomaria, & in Asiria Hesperidum aurea mala magnifice cantarunt. Quod si poetæ illa tantum arborum Medicarum hæc vidissent sylua? Has tamen nostri & versibus, & solita oratione laudib. sunt prosecuti, quippe quæ malum ferant præsens venenis antidotum, —Quo non præstantius vllum,

Pocula si quando sæuæ infecere nouercæ
Miscuerunt q; herbas, & non innoxia verba,
Auxilium venit, & membris agit atra venena:

Multiplicis hæc mala generis colore ad aurum inclinato, sed his verbis, si Macrobio credimus, commendatur Citreum, cuius potissimum malo comesa semina, tum interior acida caro haustis aduersantur venenis, simul & oris emendant grauiolentiam.

Animas, & olentia Medi,

Ora fouent illo, & senib. medicantur anhelis,

Huc nos, quo hæc remedia manifesta fierent, diuersi sumus, nunc ad id, quod restat, veneris. Suburbium, quod secundum lacus est, Sebethus alluis fluuiolus, ne Lintrium quidem patiens, non tamen ingloriosus sub nomine Sebethidis nymphæ decantatus. Sunt qui malint per nymphæum Sebethida significari aquam, quæ perfluo riuo influebat Neapolim, quod geminatus indicat cultus ad Ianuariam portam. Sebethum duo sequebantur memoria Herculis vrbigenia oppida, Herculanium, & Pompeij, quæ incendiorum iniuria versa sunt in vicos. Laboris præsidium est Herculem debellatis Hispanijs, Geryonis regis pulcherrima boum armenta in Baianum sinum exposuisse, ubiq; inter Misenum, & Auernum ipsas caula vallasse. Locus is de boum caula fuit primum Boaula, mox, vt vox ipsa dulcius sonaret auribus, facta est Baula. Delectarum hic erat locus, quã paulo ante Romana respublica excidium, multi nauigabant ad spectandas insanas in mari substructiones, atq; loculatas (Varronis vter verbo) maritimas piscinas. Inde dux Græcus in patriam reuersurus, Picentinos versus discedens, castra ad montem Vesuuium locauit, ubiq; constructis tectis, & agro, quem occuparat, virtutem duxisse, capearum partem manes, belloq; inualidos reliquit. Hæc fuit Heraclea Græcis colonis, post Herculanium Latinis. Posito oppido castra ad octauum lapidem promouit, quo in itinere triumphalibus vectus est insignibus, habitu ipsis in morem captiuorum belle tantis præeuntib. Quiq; ad flumẽ Sarni ventum esset, cõsedit, alteraq; ibi mœnia veteranis militib. exstruxit, qua de triũphali illa pompa fuerũt Pompeij. Heracleensis ergo, Pompeianiq; populis idẽ fuit ortus, eorundẽq; par fuit vitæ occasus. T. Vespasiani principatu Vesuuiũ montẽ vtriq; oppido imminentẽ cõflagrasse cõstat, eq; media eius voragine tantas erupisse flammas, vt ad Ægyptũ cinerẽ pervenerint. Late vagãtes ignes, sylvas, arbusta, casas, edes, & quicquid fuit obuiũ absumpserũt, lequates quoq; saxis, quæ instar ferreæ spumæ miserabiliẽ illã testãtur calamitatẽ. Hausti eo incendio Herculanius, Pompeianos vim scenicorũ ludorum spectaculo cõsiscentes, repentinum lapidũ sepelimus casus, vnusq; theatri tectus facta est totius ciuitatis vrna. Cæterũ mons ipse, quẽ tanta vastitas inussũ atq; quis fecerat, repẽdes fructus illata diuina annuente apud posteros grata. Cineris quippe calore hæc affecta plaga magna nouitate diu vim vini accepit, e quibus

è quibus id, quod Graecum cognominatur, reliquis Italicis praefertur. Hoc meracum in patria sumptum caput tentat, verumtamen si naugio transuehatur fluctibus iactatum vi domita mitescit, fitque suauius, quod vtinam homini vsu veniret. Amplissima arbusta, quibus cingitur, escarias vuas, praeter vini copiam, ferunt, qua ad multam hyemem de arboribus pendent. Idem trilibria cotonea, paulog minora pira, sorba, mespila, syluestria arbuta, caeteraq serotina mittit munera, in quibus excellit iuxta, ac Puteolanus ager in praecocibus pomis. Hac est maritima Campaniae ora gemino definita litore Sinuessano scilicet, quod à Lire tendit ad Misenum, & Neapolitano, quod à forma Graci appellarunt Craterá, Miseno, & Atheneo promontorijs circumscriptum. Ea sinus huius est apricitas, vt vernà insitiones semestri spacio autumni dona proferant latissime. Nulla est pomiferarum arborum (de notis terris loquor) qua heic non proueniat, & quidem feliciter praeter vnam, & alteram Syriae peculiares.

A

B

C

Litore perlustrato exquiremus interna ab occidentali exordientes latere, vt prior factum est volumine. Principium Vestina damus quippe primo in hac serie oppido. Eius ager erat Minturnensibus affinis, cuius extremus saltus Falernum contingebat agrum; quo in confinio à Poticis colonis fuit posita Sinope, de qua meminimus. His Vestini (est & Vestinorum regio ad mare superum) ciuium proditione ab Romano hoste capti funditus deleti sunt. Cum Vestinis stetit pariter vicina vrbs Ausona, & cum ea pariter decubuit; Ausonia tumē non exoleuit duraturum in omne Italiae aeuum, quae ab illa est cognominata Ausonia. Magna Graeciae oram antea tenuerant Ausones, cui rei argumento est mare illud cognomine Ausonium. Indo siue armis pulsi, siue ea sedes huic fuerit posthabita, in hanc Campaniae partem commigrarunt, omnemque subegerunt regionem, quà à Lire pertinet ad Campanum pontem. Ausonum stirpis est vicina huic agro Suessa cognomento Aurunca ab Auruncis, qui inuadentibus finitimis Sidicinis, huc destituta patria confugerunt. Fuit altera Suessa Pometia Volscorum, quam Pontina palude ferunt haustam. Nostra Suessa viuit arduo eminens in colle, quem plurimi inferiores circundant vicis frequentes, vitibus amicti, atque oleis, quarum bacca condita maxime probantur hodie, antiqui tamen Sidicinas, & Picenas praetulerunt cīctis. Qui magis editi sunt montes habent castanea, vbi rei pecuariae periti suilli pecoris greges hyeme ante glandium pastionem saginare instituunt, ad sueidias longe iis meliores, quas sola glandaria mittunt syluae. Sunt nunc Suessanorum à Vestinis quondam, & Ausonibus possessi fundi, quos limus montanis e locis in imbribus defluens feraciores reddit ea ratione, qua proinundantis Nili incremento frugibus cumulatur Aegyptus. Theanum quoque cognomine Sidicinum (habent & Apuli suum Theanum) Ausonum est gentis, cuius ager eximiae est fertilitatis, longe, lateq patens, verumtamen qui prius vnam locupletabat ciuitatem, hodie & Theanensibus, & multis circumpositis castellis rerum suppeditat copiam. Antiquis Theanensium euersis monimentis structilis superat canalis, cuius impluuio oppidi plateae tum portae scatentibus ornātur, & lacubus. Eadem aqua aduergandos oliterum hortos derivatur, singulari donatus à natura munere, apio capitato, quod fumando stomacho, halitug eris somnum pellendo cunctis antecellit oleribus. Hinc ad quartum lapidem reteserunt Caleni. Sed de via, quà Cales ducit, diuertendum est, ne Casinates, & Venafrani seorsum positi praetermittantur. Casinū ad Latinam appositum viam M. Varro Samnites tenuisse prodidit, quod ad possessionem vi partam, non ad progeniem referemus: quum verisimile sit Casinates, aut Ausonium, aut Latinorum (sunt enim inter vtroq medij) prolem esse. Est ager Casinas oleis feracior, quam frumenti, magnūq vectigal ex eo capiunt comportantes in Latium, oppidaq Samnitica. Labitur per hunc agrum flumen Vinium ad cuius ripam M. Varronis fuit Musaeum, cuius rarissima vilia elegans, artificiosaq forma, in eiusdem authoris contemplanda scriptis, legentis animum non parum oblectat. Quod vero tradit Strabo nouissimum hoc esse Latij oppidum, occupantium vim armorum intelligimus, non publicam, iurisdicāque possessionem, à quo Latinorum fines confunderentur, atq Campania. Ad Casinatium arua adiunguntur Venafrana, quae in Campaniae angulo ad Samnites se proferunt, à quibus interfluente Vulturno separantur. E montis cliuo, Venafrani suas prius despectebant spatiosas possessiones, ad quas postea commodioris culturae gratia descenderunt, largo insuper inuitante fonte, iam collapso vetere ductu, qui à Vulturni capite ibat. Hac aquora ad sexaginta amplius stadia explicantur, aratoribus bona, bona pastoribus, quae montibus in theatri propemodum figuram inflexis cinguntur. Montium imae partes, appositiq tumuli olivis vestiuntur, glareosa terra gaudentibus, & meridiano sole, quarum oleo ob parcum succum, palmam, vt ait Plinius, vnguēta dederunt. Sed iam, vnde deflexit, regrediatur oratio. Cales Ausonum oppidum, Latinae adiacet viae, cuius nobilitatis indicio sunt marmorea ibi reliquiae. Calenis antiquitus in aurea Italicarum vrbium libertate, habebantur in populorum nobilium numero, de quo dignitatis gradu Romanorum armis deiecti sunt, actusq de ijs in vrbe triumphus ingenti comportata praeda. Stellatis ager Calenum attingit, atq Falernum, qui est à saltu Vestino ad Vulturnum. Celeberrimus hic tractus duo praecipua vitae bona possidet, in collibus vina, frumenta in campestribus, vt non minus vere, quam lepidè sit dictum: In Campania Liberi, & Cereris esse certamen. Per Falernas segetes cursum Appia insilectebat via, quae sexto, & decimo stadio à Campano ponte Latinam viam excipiens, pergebat Brundisium. Hac est Ausonia occidua Campaniae regio, cuius ex aduerso vrbis Vulturnum sunt Osci, duas in partes diuisa Campania, Cisuulturnanā, & Transuulturnanam. Oscorum, quae vetustissima est Italiae gens, caput erat Capua, cuius nomen ad Troianorum ducem Capyn quidam reuocant:

D

E

F

Et Capys, hinc nomen Campanae ducitur vrbi.

Nam

Non vrbis conditor Capys (legimus enim & Oscam, & Vulturnum prius vocatam) sed amplificator fuit. M. Varro ad campestrem retulit sedem, Strabo ad rem ipsam, quod caput esset Campanie. Is quinto geographia libro sic ait: Quum autem vrbes duodecim in Campania forent, Capuam perinde, ac illarum caput nominarunt. *Huic concors M. Tullius quum in Rullum oraret causam, hec de huius excellentia vrbis verba fecit:* Romam in montibus positam, & conuallibus, cœnaculis sublatam, atque suspensam, non optimis viis, angustis semitis præ sua Capua planissimo in loco explicata, ac præ illis semitis irridebunt, atque contemnent. Agros vero Vaticanum, & Pupiniam cum suis optimis atque vberibus campis conferendos scilicet putabunt. Oppidorum autem finitimorum illam copiam cum hac per risũ, ac per iocũ cõtendẽt, Labicos Fidenas, Collatiam, ipsum Hercle, Lanuuium, Aritiam, Tusculum cum Calibus, Theano, Neapoli, Puteolis, Cumis, Pompeiis, Nuceria comparabunt. *Hec ille. Ad id fastigium per fructuum magnitudinem, rerumque omnium affluentiam ascenderat. Campanus quippe ager opimus, orbisque terre pulcherrimus ab omnibus celebratus est, de quo poeta, quum felicis terre signa indicasset:*

Talem diues arat Capua.

Opulenta erat, quum ille georgica canebat, nihil tamen ad illam Capuam, qua ad immortalem sui memoriam publicorum operum exiit spectacula. Exant ex ijs duo amphitheatri moles opere Dorico tam vasta, eaque architectura, vt nemo sit, qui primo eius aspectu non obstupescat. nam quamuis immanium barbarorum ferro, incendijsq; lacera, & corrupta, triumphantis tamen vrbis representat imaginem. Non longo huic interuallo non tam effuso sumptu, sed absoluta tamen arte visitur tribus porticibus amplissima cryptoporticus, qua tam longo ævo contra vim temporis restitit. Adscripsissem integra, ni rimis fatiscerent parietes, nimc testudines stillicidijs essent obnoxia, dignum profecto opus, quod iam tum tectum locetur. Animi causa huc Campani patricij ad antemeridianam inambulationem conueniebant, pomeridianasq; sessiones, vbi otiosas dies horas quamis cali exclusa iniuria transigebant. Circa hec loca aratro passim eruuntur prisci æris, argenti, auri pulcherrima numismata, tum doctissimorum manu artificum scalpta gemma, Parioq; è marmore elegantissima signa præstantissime ciuitatis deiecta. Oscorum quoque gẽtis sunt confines Calatini, atque Acerrani. Trebula quoque Osca fuit, Suessula, Atella, & clarum historijs Casilinum, de quo primum agemus. Id secundo bello Punico Italice virtutis fuit specimen, vbi exigua militum manus post Cannensem cladem, non territa calamitosa Romanorum fortuna, insolentioribus Pœnorum copijs, tanta animorum constantia obstitit, vt in summa ciborum inopia, lora, detractasque scutis pelles, feruida molita aqua, mandere cogerentur, multis media enectis. Vulturnus Falernum agrũ à Campano disiungens Casilinum intermeabat, quod ad sulcos redactum est. Post Tifata montes, qui non procul aberant à veteri Capua, quiq; Samnitũ versus Campanis fines statuunt, & Calatinis, montana est Calatia: supra quam, seorsum tamen, ingens quadrato saxo surgit opus, quod rupis faciẽ oculis offert, ferruminato nexu lapidibus apte inter se cohærẽtibus. Hec fuisse antiqui oppidi mœnia sunt qui dicant, quos ego non sequor, opinorq; ciues per ea tempora habitasse, vbi adhuc habitant. Argumento mihi est, perennis aqua influens subterraneo riuo in cisternã veterem, quæ in oppidi est umbilico, ipsaq; aqua per æstiuos menses ob innoxium frigus ciuibus gratissima est. Addo etiam testimonium superposita ibi marmorea tabella, in qua hoc incisum est epigramma.

M GAVIVS TF
QVISELLIVSQ F
GALLVS
DVOVIR QVINQ
CREPIDINES CIRC
FORVM SPF.

Si ergo heic erat forum, continuo & oppidum, nunquã foro mœnibus excluso. Habent hi colles oleta distincta oleastris, quorum bacca non carne, sed liquoris dulcedine commendantur. Cura Tifata apertis in campis stetit Trebula, pari inter Capuam, & Suessulam interuallo, quæ iam æquata solo. Eius desertã sedem quũ perscrutater, inuenio ab humo modice extantia theatri vestigia. Duce opus fuit ad locũ inquirendum, quem Liuius tertio, & vicesimo historiarũ libro nobis ostendit: M. Marcellus *(inquit)* à Canusio Calatiam petit, atque inde Vulturno amne traiecto per agrũ Satriculanum, Trebulanumque super Suessulam per montes Nolã peruenit. *In Liuianis autem codicibus, quos mihi videre contigit, Trebianum pro Trebulanũ scriptum legi, quod mendum correximus eadẽ ex historia: nam idem author alibi iuxta Capuã Trebulam nominat, non Trebiam. Hoc etiam confirmant geographice Ptolemæi tabellæ, quæ arithmeticis notis, mensuraq; ratione propius Capuã monstrant Trebulã. Fundi, vbi ea stetit, vt loco, ita messium fœcunditate sunt Campano agro proximi. Atella, quæ in vicos abijt, non venit in dubium, vbi teciderit: nam oppidi situs eminet, quẽ depressa ambit fossa, vsuiq; ibi eius nomen. Romani propositis præmijs arte pollentes scenica hinc accersebant, eorũ facetis delectati fabulis, vt tamen solutiores iocos Latij seueritate temperarent. Tanti autẽ Atellanos fecere mimos, vt Emilij ferant gratiã à Romanis inire cupientem Oscã didicisse Linguã, gloriarig; solitũ se tria habere corda, quo Latine, Grateq;, sciret simul & Osce. Adhuc his in locis histrionia viget, quasi per manus tradita, quæ in scenis fere vsurpatur exodijs. Atellana quoq; prædia rerũ affluunt copia, quippe vicina Campanis. Acerra palustris grauitate cæli, iam à priscis seculis sunt infrequentes, infestante Clanio flumine, qui,*

Vacuis non æquus Acerris.

Agri bonitas inuitos retinet ciues. Est enim tum frumentarius, tum pascuus, gramina maiori pecori, Ægyptijs maxime bobus abunde suppeditans. Hæ boues

secundo ab hinc tertioue seculo noua incola fuerunt Italiæ, hodie nostrates habentur, quibus nos à patria excogitauimus nomen. In Ægypto siquidem hæ pecudes rem pecuariam plurimum augent, herbido semper solo ad multinagæ Nili flumina; in quæ impatientes æstus subinde se mergunt capite duntaxat extantes. Quis vero non miretur hoc tam grande animal è cicurum genere, tamque fructuosum (quauis enim anni parte ad mulctram hæ boues veniunt) antiquis sciptoribus & nostris; & Græcis fuisse ignotum; ijs potissimũ qui in profundo pisciculorum naturam curiosius conquisiuerunt? Quod vero dicunt aliqui hoc Plinio esse bubalum, quam recte hi sentiant, facile apparebit, si utriusque animantis descriptio animaduertatur. Finitima Suessula pascua eadem armenta inuitant similiratione; gramine semper vestitis campis. Oppidum ipsum interijt relictum à ciuibus, qui eadem cali intemperie circunfusis Clanij aquis; obsidente palude, patrijs coacti sunt excedere laribus. Portentoso hæ aquæ sunt auctu, quæ æstiuo in calore præter cæterarum morem redundantes, decrescunt per hyemem. Fuit Suessulanorum ea vallis, quæ ad Caudinas protenditur furcas, Persicis arboribus tota consita, tum cerasis, quarũ poma adeo proba sunt, vt Persa & Cerasuntia à nobis potius pesissse, quam ad nos mississe videantur. Suessulanum agrum excipiunt Nolanorum populeta, multiplicis generis amicta vitibus, quæ vina fundunt tum hybernis poculis lenia, tum æstuis excitando stomacho subaustera. At hi cines non eum fructum è frumentis capiunt; quem è generoso palmite ad æstiua semina magis idoneo loco, quam ad hyberna: quocirca arbustis potius, quàm aruo student. A Vesuuij conflagratione, despersoque cinere; pumiceisq; lapillis id accidisse existimandum est: alioqui ager hic cum Capua latifundijs non conferretur, neq; audire meruisset;

Talem diues arat Capua, & vicina Veseuo
Ora iugo.

Nemo loci gnarus non videt, hoc carmen spectare ad A uniuersum tractum circa Vesuuium. Nota erant loca hæc poëtæ, qui Campaniam diu incoluerat, incolebatq; quum georgica mandaret literis. De Nolanorum verò origine varia est opinio, quos alij Tyriorum sobolem, alij Chalcidensium prodiderunt. Ptolemæus id oppidum nobis ereptum in Picentinos retulit, idq; non modo præter ius, verum etiam præter definites à se Campaniæ terminos. Quasi verò Geographis positos à se regionum limites & contrahere liceat, & proferre, regum exemplo, qui ad suum arbitrium leges figunt, atq; refigunt. Nolanis conterminis sunt Abellani non obscuri quondam nominis; quippe conscripti in catalogo populorum, qui cum Turno aduersus Latinum, & Æneam conspirauerant;

B Et quos maliferæ despectant mœnia Bellæ.

Quo in nomine, ad vitandum ex vocalium concursu hiatum poeta primam detraxit literam, & pro Abella, dictum est Bella. Quod si nominis inspiciatur vis, Bella non Abella dicetur, id est, bona. Ager enim Abellanus multis est accumulatus bonis, oleo in primis, cuius maxima laus est, quod ei vetustas tadium non affert, tum vino, pomisq; omne genus suauissimis; frumento non item, vt tamen minutas fruges ferre non recuset. Habet glandifera syluas, copiosius est castanearum arborum, quæ suas nuces ad transmarinas mittunt prouincias, quæstuosa permutatione palmularum, & piperis. Addantur ad venationem, corporisq; exercitationem, caprearum, & aprorum repleti saltus, tum gelidi passim, salubresq; fontes, & quod his omnibus maius est, viget in hac temperie longæua senecta. Hæc est orientalis Campania Sarno terminata flumine, cuius aqua nos à Picentinis dirimunt, tam pigro labentes motu, vt vtro fluant, nescias.

C

D

TIBI DEVS AETERNE ATQ. OMNIPOTENS
IMMORTALES AGO GRATIAS,
CVIVS NVMINE, ET OPE CAMPANIAM
SCRIPSI.

INTERPRETATIO NOMINVM HVIVS CHOROGRAPHIAE.

Abella	*Auella.*
Acerræ	*Acerra.*
Acheruſia palus	*La Coluccia.*
Amyclanus ſinus	*Il mar de Sperlonga.*
Amphitheatrum Capuæ.	*Li Borlaſci de Capua.*
Ampſanti vallis	*La valle de Frecento.*
Atella	*doue e hoggi Santo Arpino.*
Auernus lacus	*il lago de tre pergole.*
Auſona	*gia deſolata nel piano de Seſſa.*
B	
Balanus ſinus	*il mar de Baia.*
Banli	*Bacola, loco nel lito de Baia.*
C	
Campania	*terra de lauore.*
Campana via	*Campanola nel territorio de Pozzuli.*

Calatia

Calatia	*Caiazza*
Cales	*Calui.*
Capua	*Capua.*
Casilinum	*Castelluccio un certo territorio tra Capua, e la foce del Volterno.*
Casinum	*San Germano.*
Cisterna Miseni	*grotte Dragonara.*
Cisterna Auerni	*piscina mirabile.*
Cryptoporticus Capuæ	*le tre grotte che sono vicine a li Berlasci.*
Cumæ	*Cuma, se vedeno le rouine.*
F	
Falernus ager	*il territorio, che e da la Rocca de Mondragone fino al Volterno.*
Fibrenus fluuius	*il fiume de la Pesta.*
Fossa Neronis	*Liscola.*
Fucinus lacus	*il lago de Fucino, o de Celano.*
Furcæ Caudinæ	*one hoggi e Arpaia.*
G	
Gallinaria Syluæ	*la péneta de Patria.*
H	
Herculanium	*fu, dove e hoggi la terre del Greco.*
I	
Irpini	*le populi, che sono mezi tra la valle Beneventana, e la Basilicata.*
L	
Laboriæ	*il territorio del Gaudo, se dice anche per altro nome Latino, Laborius campus.*
Leucogæi colles	*la Lumera.*
Liris fluuius	*il Garigliano.*
Liternus fluuius	*il fiume de Patria.*
Liternus Lacus	*il lago de Patria.*
Liternum	*Castra defilata, il loco se dice Patria.*
Lucania	*Basilicata, unde Lucani.*
Lucrinus lacus	*fu, dove e hoggi il monte nouo appresso il lago Auerno.*
M	
Magna Græcia	*la Calabria soprana.*
Minturnæ	*fu, dove e hoggi la scafa del Garigliano, de la qual se vedeno le reliquie.*
Misenus mons	*Miseno.*
N	
Neapolis	*Napoli.*
Nola	*Nola.*
P	
Pausilypus mons	*Posilipo.*
Picentini	*La costa d Amalfe.*
Pompeii	*la terre de l Annuntiata.*
Portus Iulius	*era esso lago Lucrino.*
Puteoli	*Pozzuli.*
Puteolana crypta	*la grotte passante, che e tra Pozzuli, e Neapoli.*
S	
Samnium	*Aprozzo, unde Samnites.*
Sarnus fluuius	*il fiume de Scafati.*
Sauo fluuius	*il Saone.*
Sebethus fluuiolus	*il fiume de la Matalena.*
Sinuessa	*la roccha de Mondragone.*
Stellatis ager	*il territorio de Carinola.*

Digitized by Google

il qual confina con il territorio de Thaino, e de la Rocca de Mondragone.

Sueſſa. Seſſa.
Sueſſula. ſu, done e la terra detta de Seſſola.

T

Tifata montes. li monti ſopre, antiqua Capua.
Theanum. Thiano.
Thuolus Baianus. il Truglio de Baia.
Trebula. fu tra Capua, e Seſſola, ove apparono li veſtigij del theatro.

V

Venafrum. Venafro.
Venafrani campi. il piano de Venafro.
Veſtina. fu nel piano de Seſſa.
Vinius fluuiolus. il fiume de San Germano.
Vulcanium forum. la Solfatara.
Volturnus flupius. il Volturno.
Volturnum. Caſtello a mare del Volturno.

DE CAMPANO AMPHITHEATRO.

IMmanem quisnam molem, quis grandia ſaxa
Aequauit cœli nubibus aligeris?
Montibus impoſitos montes qua deinde ruina
Deiicit è cœli nubibus aligeris?
Celſa giganteis manibus fabricata ſuperba eſt
Machina, forma tamen Dædaleo ingenio.
Mirati ſunt Graci impoſitum Pelio Oſſam,
Impia gens ſuperis quum fera bella ciet.
Hoc opus egregium miretur Gracia, ſummo
Quod vicit rupes vertice Theſſalicas.
Non par auricomus Phœbus ſpectauit Eoo
A Gange ad Gades, Herculeumque mare.
Campani heic plauſere olim iuuenesque, ſenesque,
Et feſto reſonant alta Tifata ſono.

VERTI

VBERTI FOLIETAE

DE LAVDIBVS VRBIS NEAPOLIS.

EGO sic statuo, urbem Neapolim si vel illam universam spectemus, vel singulas partes quibus urbes commendari solent, animo & cogitatione circumspiciamus, illarumq; momenta perpendamus, eam esse quæ cæteris omnibus Europæ urbibus, quarum excellens sit præstantia, immensa ac prope infinita laude sit anteponenda. Quippe in qua ornando, & augenda fortuna cum natura certasse videatur: adeò utrisq; bonis instructa & cumulata est. Equidem non negauerim nonnullas esse ciuitates, quæ una aut altera commendatione præstent. Quæ re tamen non sit, ut Neapolis, quæ tot partibus sit superior, non illis anteferatur, cum ipsa ne eius quidem laudis, qua paulum alteri concedit, omnino expers sit. verbi gratia: Lutetia populi frequentia ac fori celebritate, caussarumq; ac iudiciorum multitudine vincit: At Neapolis quamuis duabus ijs rebus aliquãto inferior, cæteris omnibus, quæ quamplurima sunt, quæq; partim non minorem, partim etiam maiorem dignitatem urbib. conciliant, longe antecellit. Opificũ & Sellulariorum copia, & opulentia Mediolani maior est: at cæteris rebus quæ præstantiores sunt, superior est Neapolitana urbis conditio, cum tabernis & officinis ipsa quoq; frequens admodum sit. celebrius est, & opulentius Antuerpiæ emporium: at cæteris in rebus urbi Neapoli, quæ commerciis terrestribus & maritimis ipsa quoq; abundat, multũ concedit. Salubriore cælo utitur Genua: verũ præter hanc unam gratiam, qua ne ipsa quidem Neapolis caret, qua tandem ex parte Genuam cum Neapoli conferemus? ac ne longum faciã, si quis in cæteras Europæ urbes quæ paulo conspectiores sunt, intuebitur, nullam inueniet, præter Neapolim omnib. natura & fortuna bonis cumulatam, & in qua non multa desiderentur. Quod ut planum fiat, age singulas eius partes prosequamur. Vtq; res dilucidior sit, illas ad duo genera referamus, hoc est, ad urbem inanimam, ac ciuitatem animatam: referenda hæc sunt vocabula, quod nulla in præsentia occurrant, quibus subiectas notiones commodius explicemus. Inanimam urbem voco solum ipsum situm, mœnia, portum, ædificia, plateas, totumq; urbis descriptionem. Ad animatam ciuitatem pertinent ciues atq; incolæ, ac negocia, quæ tractant, muniaq; quæ multa ac varia in hac ciuitate coluntur. Ab inanima igitur urbe initium facientes, prima erit regionis consideratio, quæ res ad urbium dignitatem commendandam, haud dubie plurimum valet. Est autem posita urbs Neapolis in agro Campano, quem omnium scriptorum, cum veterum, tum recentiorum consensus cæteris omnibus agris totius orbis terrarum longe anteponit. Verba L. Flori huc transferre non pigebit: Omnium, inquit: non modo Italiæ, sed toto orbe terrarũ pulcherrima Campaniæ plaga est: nihil mollius cœlo: nihil vberius solo: deniq; bis floribus vernat. Ideo Liberi Cererisque certamen dicitur. Nihil hospitalius mari: Hic illi nobiles portus Caieta, Misenus, & tepentes fontib. Baiæ: Lucrinus & Auernus, quædam maris otia. Hic amicti vitibus montes, Gaurus, Falernus, Massicus & pulcherrimus omnium Vesuuius, Aetnæi ignis imitator. Quæ Florus perstringit & coarctat, nobis sunt explicanda & dilatanda. Prima cœli est commendatio, in qua re multus esse nolo. Illud tantum dicam, perpetuum ibi esse ver, neq; floribus tantum vernare Neapolitanæ littoræ, sed nullam partem anni florum & fructuum expertem esse: nunquam regionem aut frigore rigere, aut nimbus horrere, aut gelu torpere. Ad solum venio. Eas fere esse regionum naturas constat, ut quod solum pingue, ac ferax sit, necessarijsq; fructibus abundans, ea minime amœnum esse soleat: contra quod amœnum est, ab vbertate destituatur. Eiusmodi esse Circumpadanos campos, & Ligusticam oram cernimus:

quorum illi frumenti, ac lactis necessariarumque rerum ferax ager ubertatem Lucrinis fructuariis præstaret: Contra maritima Liguria omnibus amœnitatibus exhausta, sola macra, & exilis vtitur. Vsque adeo vtraque laus eandem regionem raro complectitur. At ea est agri Campani gloria, vt in illo fœcunditas cum amœnitate certet, omnesque regiones, quæ alterutra tantum laude præstent, vtraque vi superet. Nam vbertas tanta est, vt merito Bacchi, & Cereris certamen hoc solum vocet Florus. Vtrorumque enim vsum, neque mutuo se impedientem idem solum præbet. Cuius gratia nescio an vlla alia regio particeps sit. Arua enim ipsa arbustis, iisdem frequentissimis consita partim sunt: ea populi sunt patentissimis ramis diffusa, & in vastam proceritatem consurgentes, vitibus amicta, quæ geniculato procursu ad cacumina scandentes, atque inde præcipitata ad solum vsque peruenientes ea sunt feracitate, vt vna arbor eam ferat vini vim, quod quinque clistellariorum mulorum iustum onus sit. At quæ vina? omnium toto orbe generosissima, quæque veteribus in summo precio fuerint: Massica, Cæcuba, Falerna olim appellabantur, nos omnia vno vocabulo Græca appellamus, quorum præstans laus prouerbio ab omnibus accepto declaratur. Tres enim Græcas res esse prædicant, quæ in suo quaque genere principem locum obtineant, hoc est, Græcum ventum, Græcam puellam, Græcum vinum. denique id vinum est, quod ex hoc regno exportatum impenso precio paratur, atque in principum mensis palmam obtinet. Idem solum frumenti ita ferax est, vt à nullo, quod ea laude excellat, vincatur: quodque multis in locis si biennium quieuerit, quatuor continuos annos restibile sit. Huius agri pars ea, quæ Neapolis, & Capuæ interiecta est fertilitate cæteras vincens, Laboria à veteribus vocata est. quo nomine nunc totam Campania appellatur, siue vt nonnullis placet, quod in eo agro colendo plurimus exudetur labor, quod pingue solum vi sua molientium manibus reluctetur: siue, quod vero propius puto, quod hoc inprimis solum dignum sit, in quod hominum industria, & labor insumatur, neque vnquam à cultu cesset. Amœnitatis vero & pulchritudinis Neapolitanorum litterum; quæ vlla non dico ora, sed oratio par esse possit? est enim posita vrbs Neapolis in sinu, qui inter duo promontoria, Misenum, & Minerua in septuaginta circiter millium passuum ambitum introrsum recuruatur, cum ostium quindecim passuum millia pateat: quod ipsum insulis Prochyta, Pithecusa, Capreis ab vtroque cornu obiectis coarctatur, alteroque portu inter oppidum Puteolos, & Misenum promontorium excauatur. Cingitur hic sinus mollibus vndique & placidè accliuibus collibus, qui neque nudi sunt soli, neque siluestribus arboribus vestiti, sed vitibus arboribusque pomiferis omnis generis amicti: tantaque est pomorum copia & varietas, ac suauitas, vt in hac plaga non modo Bacchus & Ceres, sed Pomona quoque sedes ac domicilium collocasse videantur. Frequentatur inprimis nobilissima illa citrium arbor Medica, quam cum paulo intentius contemplarer, unicum bonæ mentis repuarem, ac mirarer, sic secum cogitabam, rudem plane fuisse vigerum ætatem, cui tam felix arbor fuit ignota. Deinde, ac pomorum, quæ fere laudibus ac natura subeunt animum rapido nonnulla attingere, atque hic inserere. Vnum genus est, sed varia ac plurima sunt species, pomaque, forma, colore, nitiditate, sapore, succo inter se differunt. Nam alia ut citreorum, & limonis colore albo sunt, & in longitudinem producta: alia vt citreorum luteo, & orbiculata: aliis cortex crassior est, vt ipsis limonibus, & citreis, cum ipsum citreum totum fere cortex sit, perexiguosque nucleos habeat, cæterorumque omnium generum magnitudinem exuperet, situmque gustu cortex sit, quam ipsa nucleorum caro: cum contra in citro tenuior cortex amaritudine sua à gustu respuatur, neque nisi conditus sapiat. Sed naturam omnium persequi infinitis operis fuerit: terminabitur igitur descriptio nostra citreo, cuius pomi maior vbique est capiti, & prima commendatio. pomum rotundum cortice crasso & carnoso, colore aureo persimili, vnde nonnulli malum aureum esse putauerunt: exterius leue, interius lanuginoso & albo, octonos aut plures nucleos continet in orbiculatem formam compactos, molli membrana contectos & inter se distinctos, striato ambitu, nucleorum torulis eminentibus, quorum caro granosa est, succusque natura acidus, nonnullorum etiam dulcis: verum id ab artificio originem habere putant, quod tamen in naturam abyt. humectiora cibis condendis magis apta sunt, sicciora esu suauiora. Omni anni tempore à ramis recentia decerpuntur: sero enim annuoque curriculo ad maturitatem perueniunt, ac tam diu in arbore matura perennant, dum succrescentia matuescere, ac subrubere incipiant, nec prius desinant, quam succedentia sint ad perfectam maturitatem adducta, iamque tertij anni flores cœperint vernare. Quo fit, vt nisi quis in illis legendis præproperus fuerit, geminati in eadem arbore duorum annorum semper conspiciantur fructus: alij perfectè maturi, alij vel subnascentes, vel acerbi, vel matuescere incipientes, vel ad maturitatem iam spectantes, prout plus minusue tempus anni iam processerit. neque nobilissimi pomi recentis vsus est tantummodo, sed & in longum tempus asseruatis totque ac tam varias recipit condituras hoc pomum, vt ex illis vel solis Salgamorum cella possit repleri.

Neque verò fœlicissima arboris gratia solo pomo terminatur: sed cum floribus quoque & foliis communis est. Nam folia ita mollia sunt tactu, vt reliqua omnium arborum folia præ illis scabra & aspera sint, contrectatumque ac prementium manus suauissimo odore veluti unguento præciosa nota delibutas perfundunt.

Flores

Flores verò candidissimi, non modo suauitate odoris ceteros vincunt: sed tanto etiam virtute, vt cum reliqui non nisi naribus admoti ferè sentiantur, ij odorem tàm latè fundant, vt non modo circumiectum aerem perfundant, sed quibusdam spirantibus ventis ad eos, qui fœlicem oram nauigijs praternauigantur, longissimo maris interuallo perueniant. Cuius odoris suauitas non simul cum floribus decidua est, sed humor ab illis distillans ab igne expressus, ac lagenis vitreis asseruatus suauissimi odoris vsum perpetuum præbet. Iam verò arbor ipsa perpetuo virens orbiculari forma, ac densissimis frondibus conspicienda ea est, vt si quis illam verno tempore, pomis, & floribus onustam contempletur, tribus diuersis coloribus eam variantibus, ac veluti acu pingentibus, eam miratus esse dicat arboris pulchritudinem & varietatem, quæ auris fulgorem pomis, margaritarum candorem floribus, smaragdorum viriditatem frondibus exprimat. Eadem laudes in cæteras species conueniunt, quæ forma tantummodo, ac magnitudine, & colore pomorum diuersa sunt: id quod in cæterorum malorum genere vsu venire scimus. Hæ arbores, simulque mollissima myrteta, quibus solum vestitur, cum perpetuo virore & odore, tum topiariorum textu, quibus ea arbor apta in primis est, totam oram conspiciendam faciunt, quam etiam mire exornant quamplurima oppida, & ædificia, quæ passim cernuntur. Eximia illa additur gratia tepentium fontium, qui non modo de'icatum vsum balneorum præbent, sed ad complura morborum genera sananda, & leuanda miras habent virtutes: sulfurea etiam sunt vena, ex quibus exhalãs vapor per subterraneos specus, ad corruptos humores exiccandos, debilitataque membra corroboranda, doloresque tollendos mirum in modum valent. Sed nihil ad locorum amœnitatem & pulchritudinem commendandam maiorem vim habet, vt mihi quidem videtur, quam prospectuum iucunditas. Cuius rei sine controuersia huic orę palma tribuntur. Nam cum prospectus dupliciter commendentur: vel ex ipsa aspectus ratione, vastaque dimensione, vel ex rerum, quæ aspectus subijciuntur, specie ac varietate: mirum est quantum vtraque re Neapolitani prospectus cæteris omnibus antecellant. Etenim cum nimis propinqua loca cursum radiorum, ab oculis exeuntium cohibentia aciem visus perstringant, ac veluti carcere constringant, quæ offensio iucunditatem aspectus debilitet, ac plane tollat, contra infinitus prospectus nullis locorum terminis circumscriptus per immensam vastitatem excurrens: nulloque loco consistens, aut quiescens veluti lassetur, & hebetetur, nullaque obiecta speciei iucunditate perfusus aut recreatus langueſcat, ac planè iaceat: vtroque incommodo caret Neapolitana ora. Peramplum enim Theatrum, circumiectaque insulæ. satis laxamenti oculorum aciei ad excurrendum præbent, tandemque obiectus suo terminant, ac circumcludant, ne latius diffusa dissipetur & euanescat. Hic prospectus cum ex omnibus sinus partibus pulcherrimus & iucundissimus pertur, tum vero si quis tranquillo mari ex ipsa vrbe Neapoli, quæ in medio sinu posita toti orę veluti dominatur, atque extantibus in illa locis, ac collibus, quos mœnia complectuntur, ipsam subiectam tanta magnitudinis vrbem, portum omnis generis nauigijs refertum, superbam molem pulcherrimæ arci coniunctam, velificantes naues vtro citroque commeantes contemplatus fuerit, circumferensque oculos vniuersum in circuitu sinum, in crateris formam curuatum, amœnissimas insulas, frequentia ac magnifica suburbana ædificia, egregia per totum sinus ambitum oppida, nitidissimos colles, lætissimas arbores, perpetuum hortorum, & topiariorum virorem, quibus omnia circum vestiuntur, maritimaque antra & opacos scopulorum secessus circumspexerit, clementissimique cœli temperem senserit: non iucunditate modo, sed admiratione & horrore quodam perfusus dicat, naturam cætera orbis loca alia alio fauore amplexam, maioremque beneficiorum copia alia alijs impartitam, at in fœlicissimam hanc oram, vniuersam benignitatis suæ vim ac cumulum effudisse. Cumque multis in orbis locis, maiore gloria, quam alibi consederit, in hac regione sedem ipsam imperij, ac regiam sibi constituisse. Iam vrbis mœnia ingressi, præcipuas laudes attigimus, portum, molem, arcem, colles, prospectus: nunc reliqua explicemus. Non satis hæc vrbs in latitudinem patet, minusque quam pro magnitudine, & immensis opibus ampla est. quamuis nouissimè Petrus Toletus Vicarius Cæsaris pomœrium protulerit, vrbisque longitudinem produxerit, receptusque intra mœnium septa collis ambitum vrbis auxerit. Vrgentibus enim à tergo collibus coarctatur. quo fit, vt præter eam partem, quam Toletus addidit, qua pulcherrima omnium est, quaque dignitatem huius vrbis mirè auxit, ac præter amplum decumanum, hæc vrbs angustioribus semitis & angiportibus vtatur, neque multæ in ea sint perpetuæ vię, sed omnia sint anfractibus & flexis implicata. Quin etiam præter forum mercatu, quod peramplum est, nullas satis laxas areas, aut campos habet, sed ha angustiæ altitudine ædificiorum compensantur, excelsis cœnaculis sublatorum. Illudque est in hac vrbe eximium, quod cum in cæteris vrbibus tenuiorum, & plebeiorum tecta humilia ferè sint, in hac infimorum ædes altitudinem nobilium domorum æquent, omnesque ferè in quintam contignationem, nonnullæ etiam in sextam consurgant, quæ totidem familijs sedes præbeant, frontiumque specie, & pulchritudine nobilium domibus pares sint. nam ostia & fenestras affabrefactas habent, antiquis & epystilijs, ac Zopheris & coronis ornatas. Quæ laus haud scio, an vlli alij vrbi contingat. Ipsis porrò nobilium domibus nihil

ad magnificentias deest. Nam maxima pars è lapide quadrato sunt peristyliáq; habent, atq; ornatissimas, & laxas porticus, quaeq; vnica huius vrbis commendatio est, maxima illarum pars pensiles hortos habent fœlicium arborum syluis consitos, ad secundam contignationem sublatos, in qua herilis habitatio est: cum reliqua familia in inferioribus, & superioribus locis cubet, vt ex ipso triclinio ac cubiculis, quibus herus utitur, sit in hortos ex æquo loco transitus. Quare vt nihil esse potest in priuatis ædibus aut ad vsum commodius, aut ad hilaritatem & amœnitatem iucundius: ita illud ad vrbis gratiam cumulandam imprimis est insigne, quod bis in anno vernantibus floribus omnes vrbis partes, omnesque platea, suauissimo odore se fundente fragrantes, imaginem quandam fœlicium insularum quas poëta fabulantur, peregrinis insolita re obstupefactis præbeant. Iam vero vt nullum absit bonum, saluberrima & limpidissima aqua tanta est, ac tam exuberans copia, vt amplissimo aquæductu in vrbem inducta, non modo per vrbem passim in Castella, ingentem vim aquæ ad publicum vsum fundentia, distribuatur: sed in omnes fere priuatas nobilium domos quæ quidem in inferiore vrbis parte posita sunt, per plumbeas fistulas illata, non modo necessarijs vsibus, sed amœnitatibus etiam fontium, & hortorum irrigationibus sufficiat. Hæc fere de vrbe inanima, circumiectaque regione paucis perstringenda visa sunt, in quibus nimius fuisse videri non possum, quod qua voluptas contemplantis oculos tenet, eadem loquentis cogitationem comitetur: ac quemadmodum videndi vis latissimo aspectu, ita animus iucundissima recordatione nunquam satietur. Sequitur vt ad ciuitatem animatam tractandam accedamus, quæ pars longe maior est. in qua ciuitate omni bonorum genere cumulanda non minores fortuna exercuit vires, quam natura in regione ornanda, vt non Cereris modo, & Bacchi vt veteres dixerunt, sed quod longe præstabilius est, natura & fortuna certamen, vt initio dixi, Ciuitas hæc esse videatur. Quæ res perspicua erit, si quis res quibus magnarum vrbium dignitas maximè illustratur animo & cogitatione complexus fuerit. Eas ego quatuor in primis esse statuo: primum incolarum frequentiam, deinde ciuium opes & sortem, tum negotia, & commercia, postremo Imperij magnitudinem. Hæ res tantam vim habent ad Ciuitatis dignitatem extollendam vt quæ ciuitas vna ex ijs laudibus præcellat, ea in prima commendatione ponatur. In quam igitur alto fastigio vrbem Neapolim locabimus, quæ omnibus ijs bonis ita floreat vt ceteras ciuitates ea ipsa laude, qua singulæ commendantur, longe superet? singula membra persequamur. Atque in incolarum multitudine breuis ero, quod ea res explicatione non egeat longa. Ducenta circiter millia ciuium capita (omnem ætatem & sexum vtrumque complector)

A esse pro comperto affirmant, idque ductu tritici ex annonæ ratione aliusque certissimis argumentis perhibent constare: qui numerus à nulla Europæ ciuitate præter Lutetiam superatur, à quam pauciissimis æquatur. Verum non tanta est in multitudine, quanta in genere hominum commendatio. Natura enim acutissimi sunt ingenioque præstantes, & ad omnes magnas res apti, linguaque ita prompti, vt eloquentia naturæ beneficio, regionis propria esse videatur, pluriumque omnis ætatis in vrbe ac toto regno omni doctrinarum laude omnique litterarum gloria fuerint. Aptique in primis militiæ sunt, quod ingens sit & in corporibus robur, & in animis vigor, manuque strenui sunt, & animo audaces, contumeliarumque, & iniuriarum minime patientes, suique ipsimet acerrimi vindices, quique pro dignitate tuenda nullum recusent discrimen. Equestris præterea rei vsu peritissimi, in qua exercenda maximam operæ & ætatis partem nobilitas posita habet. Iam vero qua altera erat laus, ea est Neapolitana nobilitatis conditio, atque is fortuna status, tantæque sunt Ciuium Neapolitanorum opes, quæ non fidem modo, sed admirationem pene exuperent. Cuius enim animum stupor quidam non defigat, cum secum reputauerit, Neapoli plus septingentos ciues esse, Castellorum vicorum, vrbium etiam dominatu conspiciendos, in quibus plus centum sunt Principum Ducum, Marchionum, Comitum titulis insignes, magnusque eorum numerus sit, quorum annua vectigalia dena aureorum millia excedant, nonnullorum etiam ad quinquaginta millia aut eo etiam amplius perueniant? Vt verè dici possit maiorem prope esse in hac vrbe fiduciarias ditiones obtinentium, ac populis dominantium, quam in multis alijs opificum, & sellulariorum numerum paulo plus quam æquum sit, sibi assumere Neapolitani, tumidioraque esse hominum ingenia ac de se, & de ciuitate sua paulo tractantius, & inflatius loqui existimantur. quod si quis secum reputauerit, fortunam hominibus animos ac spiritus facere, fortasse illis ignoscat, si nimia rerum copia affluentesque opes illorum orationem paulo longius interdum prouehant. Negotia verò (quod tertium ad commendationem proponebatur) Dij immortales quam multa, quam magna quam multiplicia sunt, siue opificiorum copiam & varietatem spectes, totamque vrbem tabernis refertam aspicias, siue in maritima & terrestria commercia, mercatorumque frequentiam intueare, siue ad iurisdictionem & forenses causas animum conuertas? Maritimorum quidem commerciorum testis est portus onerarijs, & omnis generis nauigijs perpetuo refertus, nullaque est vrbs tota Italia in quam maior mercatorum copia commigret, quæque illos cum maiore quæstu maioribusque compendijs

dimittat

dimittat. Ampliſſima ſunt ſocietates in vectigalibus publicis exercendis, & in ceteris omnibus rebus, in quibus mercatorum elaborat induſtria, occupata. Cauſſarum vero forenſium multitudo tanta eſt, quantam vnam in ciuitatem inducere poteſt tanti Regni amplitudo. Quæ res immanem pecuniæ vim, immenſasque opes huic vrbi accumulat, argumento eſt iuriſconſultorum, & Scribarum infinitus numerus, qui ex tenui re ad ampliſſimas opes perueniunt quique magnificentiſſimas paſſim comparant & edificant ædes, latifundiaque & ampliſſima matrimonia ſucceſſoribus relinquunt. Poſtrema laus fuerat imperium, quod omnibus iis prouinciis definitur, quæ inter Superum & Inferum mare à Latio & Piceno totam Italiæ longitudinem vſque ad Rhegium promontorium terminant. Quæ omnes vno vocabulo noſtra ætate Regnum Neapolitanum appellantur. quo regno eſſi nonnulla ampliora ſunt, latioribusque finibus patent, tamen cum plures ſint in illis iuriſdictionis ſedes, neſcio an vlla vrbs vaſtis in illis regnis ſit, in quam maior populorum frequentia confluat, a quanè plures prouincia petant iura. Sed quantum huic regno de magnitudine decedit, tantundem de nobilitate & felicitate accedit. nullus eſt enim toto orbe terrarum ad commercia opportunior ſitus, quippe qui mare mediterraneum medium ſecans ac veluti nota diſcriminans, & in omnes cæli plagas vergens, commodiſſimos ac breuiſſimos in Africæ, Aſiæ, Gracia, Illyrici oras habeat traiectus, atque vtraque eius littora omnibus amœnitatibus arborum conſita frequentiſſimis, & tutiſſimis peramplisque portubus, ac quamuis magnarum claſſium capacibus ſint excauata. Sed de huius regni laudibus agere in præſentia non neceſſe habeo, nam & res bene longum panegyricum magnitudine ſua poſtulat, & mihi vrbem tantummodo Neapolim deſcribere propoſitum eſt. Illud tantum omittere non poſſum, eam eſſe huius regni fœlicitatem, vt fructuum copia, varietate, præſtantia, ceteras omnes orbis regiones vincat. nam nulla omnino re ad humanum victum & cultum tam neceſſarium quam delicatum eget importata, & ipſum tantam fructuum copiam ex ſe effert, quæ cum neceſſarijs incolarum vſibus affatim ſufficerint, quæ ſuperant exportata tricies centum aureorum millium numum pretium conficiant. Ingens enim vis tritici, generoſi vini, olei, ſaccari, ſerici, lanæ, carnium, cumini, croci, mannæ quoque, & Rhabarbari, ac ceterarum denique omnium fert rerum, quæ vſum neceſſitas, & amœnitas poſtulat, ex hoc regno in omnes orbis partes exportantur. Sed nulla re æquè commendatur hoc regnum atque generoſiſſimorum equorum gregibus, qui erecta & præcelſa forma, eoque vigore, & virium robore, vt omnia aduerſa impetu proſternant, bello ſupra omnes, quos natura fert, apti exiſtimantur, quique impenſiſſimo pretio, ac quintuplo fere plurisquam reliqui multarum regionum equi comparantur, quibusque potiſſimum, ſi illorum facultas eſt, Reges, ac magni Duces, & Proceres prælium inituri ſalutem ſuam commutant. Quam igitur vrbem cum Neapoli conferemus? quam cum illa in pari laude ponemus? quæ ciuitas ad illius gloriam aſpirabit? atque adeò quæ non illi plurimum de dignitate concedet? De cuius laudibus hæc adumbraſſe ſatis ſit, quæ pro dignitate explicare maioris otij & ingenij fuerit. Ego enim me Ferrarienſis imperio tuo ſatis obſecutum puto in locis notandis, reque nuda tibi ante oculos ponenda, quam qui otio abundant, & dicendi vi præſtant, qua ego vtraque re careo, orationis copia dilatandam, & illuſtrandam ſuſcipere poſſint. Vberrima enim materia eſt & ampliſſimus campus, in quo eloquentia excurrere poſſit. Multos, vt omnia ſunt humana, fore non dubito, qui ſententiam meam improbent, meque reprehendant, quum etiam nonnulli indignentur, & ſtomachentur, me multarum vrbium gloriam, quarum dignitas multis, & eximijs natura, & induſtria bonis in primis commendetur obſcuraſſe, ac tantis, & tam multis ciuitatis Neapolitanæ laudibus pene obruiſſe. hic Ferrarienſis quid (inquit) alij exiſtimaturi ſint, ipſi viderint. Illud ex te quæro Brumane, etiam ne Romæ & Venetijs Neapolim anteponas? cui Brumanus. Ego (inquit) ſic ſtatuo Ferrarienſis vrbem Romam, ſi veterem illam ſpectes, nullam iam eſſe: reliquias tantum priſcorum ædificiorum, & ornamentorum extare: quæ res cum verius cœleſtes, quam humanæ ſint, ac ſi ita loqui fas eſt, prope diuinæ, ipſa cœleſtium rerum, vt ita dixerim, fragmenta omnibus humanis rebus quamuis integris longè præſtare, eiusmodique eſſe eas reliquias, vt non Neapolim modo, ſed omnes orbis terrarum vrbes pro illis minimi faciam. Ea eſt enim illarum maieſtas, vt intuentium animos veneratione perfundat, ſtuporeque quodam mentes contemplantium defigant, ac non modo orbis terrarum imperij memoriam renouent, ſed ipſum adhuc imperium ſpirare videantur. Nouam autem Romam, quod religionis arx, & domicilium ſit, quodque Chriſtiana Eccleſia caput in ea ſedes habeat collocatas, quodque ab illa ſacra iura cunctus Chriſtianus orbis petat, eximiam vis de cauſſis eſſe confiteor, nullamque omnino vrbem cum ſacroſancta hac conferre fas eſſe. Venetias vero cuius vrbis maieſtatis plena imago mihi ſemper animo obuerſatur, quæque patria charitatem apud me obtinet, cuiusque vrbis gloria & opibus Italiæ dignitas, & ſalus inprimis nititur, non in terra, ſed in mari ſi-

tas esse dico. Quare vrbem illam veluti citra orbem positam, citra certamen quoque esse debere. Habes Ferrariensis meam de vrbe Neapoli sententiam: quam si tibi verbis parum probaui haud dubito, quin ipsius vrbis aspectus, si ad te illam vnquam accedere contingat, sit probaturus.

SCIPIO MAZELLA NEAPOLITANVS.

De Puteolis & Cumis.

PVteolos antea quam bello Italiam Annibal laceraret, Dicearchiam à iusto imperio, quo eius respublica florebat, dictam fuisse, & a Cumanis conditam, eorumq; fuisse emporium, Strabo, Plinius, multiq; alij auctorum prodiderunt. Cumani vrbis suæ vti antiquissimæ originem è Gracia, atq; Euboia insula à Chalcidensibus, Chalcidenses ab Atheniensibus repetunt: quo & Puteolanorum numismata spectare credibile est, quæ Apollinis Οὐλίου (vt de ipsa ciuitate in Anquisitionibus diximus) facie aduersa, Minotaurum auersa parte exprimunt. Ceterum quum Dicearchia emporium tempore belli eius, quod Annibal cum Romanis in Italia gerebat, frequentari cœptum esset, Q. Fabius ex Senatus auctoritate illud communyt & præsidium ei imposuit, mutatoque nomine, Puteoli deinceps vocari cœpit, idque siue à puteorum, quibus ager eius abundabat, frequentia, siue, vt nõnullorum est opinio, à putore aquarum, & aeris, sulfureo semper vapore grauis. Atqui quum Festus Puteolos inter ea præfecturarum genera recenseat, in quas præfecti irent à populo Romano creati, suspicari licet eam præfecturæ nomine, & iure, tandiu administratam fuisse (annis videlicet vndeviginti) donec P. Cornelio Scipione Africano II. T I. Sempronio Longo Coss. Colonia ciuium Romanorum trecentorum hominum lege Acilia Tribunicia eò deducta est, habuitque ea Colonia primata quidem aliqua ciuitatis iura, vt ceteræ Colonie, nulla tamen publica, ita vt nomine ciues Romani, re verò Coloni tantum essent Puteolani. argumento est, quòd Liuius prodat Colonos, qui Puteolos Salernum, & Buxentum adscripti nomina dederant, quum ob id se pro ciuibus ferrent, Senatum iudicasse non esse ciues Romanos. Argumento etiam est, quod P. Scipio Africanus, & P. Ælius censores, portoria rerum venalium Capuæ ac Puteolis fruenda locarunt. Festus etiam Capuam sub eodem præfecturæ genere cum Puteolis recenset. Addit Liuius ab iisdem Censoribus colonos trecentos (is enim numerus a Senatu definitus erat) qui Puteolos deducerentur fuisse adscriptos, eosque P. Scipione Africano II. & T. Sempronio Longo Coss. fi isse deductos. Extat antiquum epigramma siue Inscriptio, quæ ab Colonia deducta, annos nonaginta recenset N. Fusidio, & M. Pullio Duumuiris, quũ Roma Consulatũ generent P. Rutilius Rufus, Cn. Manlius Maximus, quæ numerorum ratio cũ ipsis quoq; congruit. A secundo nãq; Africani maioris Consulatu vsq; ad P. Rutilij Rufi, & Gn. Manlij consulatũ, anni nonaginta in fastis interesse numerantur. Itidem in antiquis Inscriptionibus etiam Ædilitũ Colonia Puteolanorũ mentio fit, & Cicero M. Antonium accusat, Puteolanos iccirco infestantẽ, quòd C. Cassiũ, & Brutos sibi patronos adoptassent. Ceterum quũ illud factum constet postea quã lege Iulia Puteolani ciuitatẽ adepti erant, verisimile est Puteolanos ab initio præfecturæ legibus fuisse administratã, donec Colonia ciuiũ Romanorũ fieret. Atqui post deuictum Antonium Augustus vrbe rebusque vrbanis constitutis, quum Italiam XXIIX. Coloniis frequentasset, Puteolos quoque militarem coloniã Augustam, vti Frontinus tradit, deduxit, in qua iter vno latere populo debebatur trigĩta pedũ, agerq; eius veteranis, & Tribunis

Tribunis legionariis ingeribus adscriptus erat. Addam & illud, extare Puteolis templū quod frontispicij inscriptio, & titulus Augusto à L. Calpurnio L. F. positum, & dedicatum testatur. Admonet autem Puteolorum situs ratio, vt prodigiosam Caligulæ Cæsaris ex Suetonio ostentationem refutemus, qui vt nouum, & inauditum antea spectaculi genus ederet, medium, quod inter moles Puteolanas, & Baias trium millium & sexcentorum fere passuum patebat, intervallū ponte coniunxerat, contractis vndiq; onerarijs nauibus, & ordine duplici ad ancoras collocatis: superiectoq; aggere terreno, ac directo in Appiæ viæ formā per quem pontem ipse vltro citroq; per biduū commeauit: eūq; apparatum instituisse creditur ad æmulationē Xerxis Persarum regis, qui non sine admiratione aliquanto angustiorem Hellespontum contabulasse scribitur. Laudant tamen alij alias huius rei rationes, ad eludendas scilicet Thrasylli Mathematici auctoritatem Caligulam hunc pontem excitasse. Prædixerat enim Thrasyllus, non magis Caligulam imperaturū, quam per Baianū sinum equis discursurū. Tacitus antè scriptum reliquit, Neronē veteri Puteolorum oppido ius coloniæ, & cognomentum, à se dedisse. Meminerunt Puteolorū etiam Plinius, & Vitruuius, hic ob pulueres Puteolanū, qui cæmento Cumano admixtus in molibus ædificandis etiā ad omnem maris impetum inexpugnabilis sit: ille ob purpurissum, quod vel Tyrio tantum à veteribus commendato præstantius, & nobilius censendum sit. Cæterum quia mare Mediterraneū, quia sese circum hæc littora insinuat, duos sinus facit nobiles admodū, Puteolanum scilicet, & Baianū, obiter, & Baiarum ipsarū, & sinus simul & vicinorū vsq; ad Cumas locorū mentionem facere visum est. A Puteolis itaq; in Eurocaustrum flexuoso sese littore incuruat sinus Baianus, eo quo supra diximus interuallo, à Baiis nobilissima olim vrbe sic dictus, locus tum à Romanis quam à reliqua Italia vniuersa ob medicatarum aquarum fontes, maximo hominum concursu, & frequentia celebratus. Vrbis ipsi nomen factum à Baio Vlyssis filio nonnulli prodiderunt. Ab eo ad quinque millia Misenum promontorium, magnifica olim ciuitas, à Miseno Æneæ quondā tubicine dictum, in mare prominet. atq; eo loco Augustum classem contra belli subita instructum semper habuisse & Suetonius, & Tacitus scribunt. Inter Puteolos, & Baias, & quæ Baijs fere aduersa sunt Cumas, æqualib. proxime internallis distat Auernus, & Lucrinus lacus, tanta omnium scriptorum commendatione celebrati. Obserue quoque in hoc tractu Phlegræos fuisse campos ob perpetuos ignes ita dictos, & aquas in eo agro tam feruidas ex Pausaniæ testimonio fuisse, vt plumbeos per quos fluant tubulos dissoluant.

Puteolorum longitudinem Ptolemæus parium XXIX. cum deunce vnius partis, latitudinem quadraginta vnius mensurat.

DE CVMIS.

SCIPIO MAZELLA NEAPOLIT.

CVmas Chalcidensium Coloniam, vetustissimam omnium, quæ à Græcis in Italiā Siciliamque deducta sint, fuisse nemo inficiatur. Primo hunc locum gens Opicorum incolui, exacta hac ab Oscis est, Oscos deinde Chalcidenses, Chalcidenses tandem Tuscos expulere, postremo quum in Romanorum potestatem Cumæ deuenissent, ab illis Colonia mittendis facta est. Hanc primitus deduxisse Chalcidenses, ducibus Megasthene Chalcidense, & Hippocle Cumæo traduntur. Conuenerat inter eos, vt de Coloniæ nomine sorterētur, quūq; sors Hippoclis Cumæo obtemisset, is nomen vrbi à patria sua imposuit, & si sine quo nomen vrbi ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν videtur, à situ locum contendant. Amœnissimus hic tractus Italiæ traditus est, & quasi natura certaminis miraculum quoddam, variis passim lacubus fluminibusq; distinctus. Vulturnus ad ortum, in meridiem Glanis, fluentes, tertium hoc spatium in peninsulā formam amplectuntur: intus Lucrinus lacus, sinusq; eiusdem nominis, tum Acheruſia palus poetarum fabulis celebrata, qui ibi descensum ad Inferos patere scripsere, & repentibus fontibus Baiæ, frequens Principum Romanorum secessu insignes. Inter hæc ipsa Cumarum vrbs admodū media inter Vulturnum amnem eiusdemque cum amne nominis vrbem, & Misenum promontorium ingens murorum ambitu complexa spacium: in medio eius editus consurgit collis, in eo templum Apollinis, à Dædalo (fama tenuit) conditum, quum eram Minois ex Creta fugiens, huc appulisse. Apparet vasta eodem in colle spacus, vbi Sybillam Cumanam vaticinari quondam solitam antiquitas prodidit. Appulisse, & huc deleto à Græcis Ilio Æneam ferunt, factoque, vt mos erat, sacrificio, duce Sybilla ad Inferos descendisse. Habebat vrbs arcem insignem, & portum tutissimum, totumq; hoc litus ostreis abundabat. Cæterum cum Cumanā vrbs agri fœcunditate, & maritimis commerciis in magnā rerum potentiam amplitudinemq; excreuisset, inuidia huius felicitatis deletī populis finitimis in vrbis excidium conspirant. Ab Etruscis itaque, Dauniis, Vmbrisque ad quingenta peditum, & duodeviginti equitum millia armātur. Cum his copijs domo profecti, ad Glanim Vulturnumque amnes castra locant. Cumani vicissim, diuisis in tres partes iuuentute, vnā ad vrbis præsidiū, alteram ad tutandas naues relinquere, tertiam cum hostibus cōgressuri in aciem eduxere: sexcenti omnino equites erant, & quatuor millia peditum. cum tam exiguis copijs tantam hostium multitudinem aggredi ausi, vicere. Hærebant enim multitudine sua Etruſci, seq; mutuo angusto loco constipati conculcabant asserebantq;

Cumanis

Cum ex aduerso, ne circumuenirentur, locorum an- A
gustia saluti fuere. Pedestatu itaque Etruscorum nullare egregie gesta in fugam conuerso, pugnam inde equitatus excepit. quum procella subito coorta, illatăque cum impetu in ora oculosque equitum Etruscorum, illos quoque turbatos in fugam auertit. Insignis maxime fuit equitum Cumanorum ea pugna fortitudo, & inter eos Aristodemi Malaci virtus præcipuè extitit: ducẽ namque hostium, præter alios non pauces primi nominis, singulari certamine congressus occidit. Victores Cumani, facto Dijs pro victoria sacrificio, sepultisq; B
honorifice suis, qui pro patria pugnantes ceciderant, in certamen deinde venerunt, cui potissimùm ob rem fortissimè ante alios gestam corona deberetur. Potior ciuium pars, & maxime plebs, Aristodemo eum honorem deberi contendebat. Contra optimates (penes quos tum summa rerum apud Cumanos erat) pro Hypomedonte magistro equitum militabant. Ad seditionem postremo res spectabat, unde veriti qui e ciuibus ætate prouectiores erant, ne res ad arma, & cades prolaberetur, auctores fuere, vt utriusque corona decerneretur. Sopita iis conditionibus discordia, Aristodemus deinceps plebis partes in republica sequutus est. Vnde optimates consilia eius suspecta habentes, veritque ne auctus potentia res nouare tentaret, quo honesto aliquo prætextu ipsum de medio tollerent, Arcyis auxilium contra Etruscos, Aruntemque Porsenæ filium à quibus obsidebantur petentibus, populo persuasere, vt duo millia auxiliariorum ex egentissimis seditiosissimisque de plebe conscripta, ductu Aristodemi Ariciam veluti ad certam internecionem mitterentur. D
Sed secus atque illis sperauerant euenit. Aristodemus enim rectè atque feliciter gesta, Arunte hostium duce sua manu in singulari certamine cæso, ac Etruscis in fugam versis, atque ita Aricia grauj obsidione liberata, quamplurimis magnificentissimisque muneribus ab Aricinis donatus Cumas rediit, magna cum ciuium gratulatione, & promiscua multitudinis occursu. atq; vti multo cum verborum honore, ac faustis acclamationibus ita non sine pari optimatum inuidia exceptus atque in vrbem deductus est. Caterum E
conciliatis sibi iam antea dum ab Aricia Cumas nauigat, cùm verbis tum muneribus, eorũ qui secum in ea expeditione fuerant animis, ad hæc adiuncto sibi priuatim comitate ac blandimentis corruptissimo quoque militum, ac manu promptissimo, si forte ad nouandũ Reipublicæ statum ipsorum opera vti constituissent; capta occasione, dum coram frequenti Senatu de rebus à se ad Ariciam gestis verba facit, socij facinoris & conjurati per confertam turbam irrumpentes, præsipuos quosq; optimatum nihil tale expectantes interimunt, effractoq; nocte insequenti carcere, tam eos, qui rerum capitalium rei, quàm qui ex Etruscis captiui in vinculis detinebantur, solutos, ac libertate donatos, armis instructis, eorumq; satellitio stipatus in publicum prodit, ac populo in concionem vocato, acri in optimates oratione inuectus, eosdem meritas ob tot in se insidias atque insidias exsoluisse pœnas dictitat, reliquis ciuibus se libertatem reddere, ac constituisse pari cum cæteris cõditione in patria tranquille vitam exigere. In- de cum agris diuisis, tum remisso ære alieno, ac munificentia multitudinem vrbanam sibi conciliat. Cæterùm quum tam ab agrorum diuisione, quàm æris alieni remissione tenuioribus à potentioribus se meruere dicerent, arma vniuersa, tam publica, quàm priuata in templis Deorum deponi hortatur, & persuadet, inde repetenda si quando opus esset. Quibus statim per suos satellites occupatis, perscrutatis insuper intimis domorum priuatarum penetralibus, si quid intus armorum occultaretur, quam plurimos è ciuibus præcipui nominis, maxime si quos sibi infensos atque aduersos credebat, interfici iussit; caussatus rebus nouis eos studere, armaque contra edictum apud ipsos fuisse deprehensa. Ad hæc adiunctis priori satellitio nequissimis perditissimisque ciuibus, tum & seruis dominorum cæde pollutis, externũ quoque militem ad duo millia mercede conduxit. Rebus suis ad hunc modum confirmatis, atque vniuersa ciuitate exarmata, libere; ac pro arbitrio tyrannidem in quos uis exercere cœpit. bona interfectorum inter sceleris ministros diuidit, filios eorundem omnes vrbe excedere iubet, pœna capitis constituta ni pareant. coniuges dominorum interemptorum seruis nubere compellit, reliquam iuuentutem vrbanam, inter dicto armorum vsu, atque exercitatione, molliter, ad omnẽ luxum ad vigesimum vsque annum institui curat. Verũ enimuero quum tam diu summa felicitate Tyrannidem tenuisset, & res suas in tuto esse putaret, in senectute vltores scelerum Deos atque homines sensit ab iis, quorum ipse parentes necauerat, quosque in exilium ejecerat, in regia oppressus, atque una cum liberis ac necessarijs interfectus. Ita liberatis à Tyrannide Cumanis summa rei ad optimates rediit. Caterum haud diu Cumanis otium fuit. Etrusci enim inito cum Pœnis fœdere, vix tum à Tyrannide respirantes aggrediuntur, terra Etruscus, mari Pœnus vrbem circunsedit. Cumani cum se vndique premi viderent, opem Hieronis senioris Syracusanorum Tyranni per Legatos supplices implorant. Haud vana fuere, legatorum preces, classis enim statim ab Hierone in auxilium missa, animos Cumanis ad tentandam prælij fortunam fecit. Magno animorum ardore vtrinque concurritur, & æquo diu marte pugnatum erat, neutro inclinante victoria: tum tandem forti, ac fideli Syracusanorum opera, fusis fugatisque non sine magna clade hostibus Cumanus superior euasit. Florere inde rursus Cumanorum res auctis diuturna pace opibus cœperat, quum nouum illis cum Campanis socia, amicaque prius gente bellum oritur. Causa belli in incerto est: hoc constat, priores intulisse Campanos, ac Cumanos prælio superatos, fugatosque itaque intra vrbem compulsos, terra, marique circumsedisse, ac tandem post longam obsidionem ciuibus nequicquam resistentibus, vrbe per vim potitos, spoliatamque, & cædibus promiscuis exhaustam, colonis ex suis in eam conscriptis incolendam dedisse. Caterùm Cumanorum antequam in Campanorum potestatem peruenirent potentiam testantur Colonia ab illis deducta primùm Parthenope ab illis condita, ab Sirenarum vna

qua

quæ ibi sepulta erat, sic dicta. Eam quum postmodum Athenienses una cum Chalcidensibus occupassent, nomen eius in Neapolim mutarunt. Tum Dicearchia altera Cumanorum colonia, qua pro Emporio vsi sunt, quæ post Puteoli appellata est. Cæterum Campani cum Cumas à se occupatas nouis colonis habitandas dedissent, etiam reliquias Cumanorum, quæ clades superfuerant, in societatem vrbis, agriquerecepérunt, & summa concordia rempublicam administrantes, in vnum quasi corpus coaluere. hinc factũ, vt multa vetusti ritus argumenta apud Cumanos perseuerarent, Campanis nihil mutantibus. Egregia Cumanorum erga Romanos fides bello Punico secundo enituit. Nam quum vniuersa pene Campania à Romanis ad Pœnos atque Annibalem defecisset, initio à Capua facto, Cumani vrbem facerent, nec promissis nec minis Campanorum adduci potuere. Campani itaque quod minis promissisque non poterant, dolo tentarunt: sed frustra. Cumani enim fraudem suspicati dissimulato tamen se quidquam sibi à Campanis mouere, postquam Sempronium Gracchum Consulem, qui id temporis ad Liternum castra habebat, de Campanorum consilio certiorem fecissent, eiusdem Consulis opera adiuti, non solum Campanorum insidias euasere, sed dispositis in contrarium insidijs, ac noctu impressione in castra Campanorum facta, incautos improuisosque aggressi, Campanorum ad duo millia cecidere, captis vna cum ipso duce Mario Alfio signis militaribus triginta quatuor. Annibal Campanorum sociorum clade intellecta, precibus eorundem fatigatus, vastato latè agro Cumano, castrisque mille ab vrbe passibus communitis, Cumas omni apparatu oppugnare instituit. Verùm Cumani cum propriis viribus subnixi, tum & Romanorum præsidio adiuti, disturbatis incensisque Pœnorum machinis, facta subito vna cum Graccho Consule duabus portis eruptione, fusis fugatisque in castra vsque Pœnorum stationibus, cæsisque mille quadringentis, Annibalem obsidionem soluere cogunt. Cumanis finito bello Punico petentibus à Romanis permissum, vt publice Latine loquerentur, vtque præconibus eorum Latine vendendi ius esset. Cumanam quoque rem præfectos à populo Romano missos administratam fuisse inuenio. Bello etiam Marsico, quod à multis Italicum appellatur, Cumani Romanos summa fide iuuere, nihilque ab illis omissum, quod à bonis, & fidelibus socijs præstari posset. Post Iuly tamen Cæsaris cædem, quum M. Antonius, C. Cæsar Octauianus, qui post Augustus appellatus est, & M. Lepidus Triumuiri Reipublicæ cõstituendæ maximam pene, & fertilissimam Italiæ partem veteranis suis, post bellum Philippense in victoriæ præmium assignarent, ager quoque Cumanus viritim in vrgeribus veteranis diuisus est, ipsaque vrbs Cuma, ciuibus vrbe agrisque pulsis, iussu Augusti Colonia facta est, nulla præteritorum in Populum Romanum meritorũ aut officiorum ratione habita. Celebratur naualis Cæsaris Augusti cum Sex. Pompeio ad Cumas pugna, qua grauissimam Augustus cladem accepit, maxima nauium parte capta aut depressa. Cumanorum longitudinem Ptolemæus XXXIX. partium cum triente latitudinem. XLI. S. ponit, & Liternum Vrbem Scipionis Africani secessu notam, sexcentis partis quam Cumas orientaliorem, quam tamẽ alij vltra Cumas in occidentem transponunt. Liternum inter præfecturas, quas Præfecti suffragijs à populo creati administrabant à Festo refertur. Coloniam ciuium Ro. eo deductam eodem anno; quo & Puteolos, Liuius prodit. Frontinus eam inter Colonias militares ab Augusto deductas recenset. Vulturnum Colonia ad Vulturni fluminis ostium erat, eam Ptolemæus septunce quam Cumas orientaliorem, quincunce australiorem facit. Vltra Vulturnum fluuium Gaurus mons ad ripam vsque Liris orientalem pertinebat. Huius montis pars occidentalis Gaurus, Orientalis, & iuga eiusdem Massicus, septentrionalis Falernus dicebatur. Falernus ager eius montis ad septentrionem declinitate porrigebatur, vinũ, quod summis collibus, nascebatur, Gauranum: quod mediis, Faustianum: quod imis, Falernum vocabatur. Vltra Falernum agrum, Vescinus ager erat, à Vescia Campanorum oppido dictus, quod nomen in Annalibus Liuij frequentissime depranatum est. Vestini enim Sabinus ad eorum proximi erant, vt Vescini Capuanis, & Sidicinis.

INSCRIPTIONES

Puteolis, Cumis, in Baiis & Miseno, finitimisque locis repertæ.

PVTEOLIS.

1

IMP. CÆSAR DIVI HADRIANI FIL. DIVI TRAIANI PATRICI NEPOS DIVI NERVÆ PRONEPOS T. ÆLIVS HADRIANVS ANTONINVS AVG. PIVS PONT. MAX. TRIB. POT. II. COS. II. DESIG. III. PP. OPVS PILARVM VI MARIS CONLAPSVM A DIVO PATRE SVO P. PROMISSVM RESTITVIT.

2

DD. NN. IMP. CÆS. TRAIANVS. PP. INVICTVS AVG. MVRIS CVRIONENSIBVS ÆDIFICIIS PROVIDENTIA SVA INSTITVIT. IIS ATQ. FRECTIS PORTAM PVTEOLANORVM HERCVLEAM VOCARI IVSSERE.

3

IMP. CAES. L. SEPTIMIVS SEVERVS PIVS PERTINAX AVGVSTVS. ARABIC. ADIAB. PARTHICVS MAXIMVS TRIB. PONT IX. ET IMP. XII. COSS. II PP. PROCOS. ET IMP. CAES. MARCVS AVRELIVS ANTONINVS PIVS AVG. TRIB. POST. IIII. PROCOS. E. VIAS RESTIT. A PVTEOL.

IMP.

Digitized by Google

IMP. CAESAR D. NERVAE F. NERVA TRAIANVS GERMANICVS PONT. MAX. TRIB. POT. VI. IMP. II. COS. IIII. P. INCHOATAM A D. NERVA PATRE..... SVAM PERFICIENDAM CVRAVIT.

5

CALPVRNIVS L. F. TEMPLVM AVGVSTO CVM ORNAMENTIS D. D.

6

L. COCCIEIVS L. C. POSTVMI L. AVCTVS ARCHITECTI.

7

HERCVLI GILIO INVICTO SANCTO SACR. VOTO SVSCEPTO L. CRASSVS DE SVO F.

8

IOVI CVSTODI SACR. EX INDVLGENTIA DOMINORVM SVCCESSVS PVBLICVS MVNICIPIVM..... AS.....SER. ÆDEM CVM PORTICIBVS A SOLO SVA PEC. FECIT ITEM MENSAM: ET ARAM D.D.

9

PRO SALVTE, ET VICTORIA AVGVSTORVM DEO MAGNO GENIO COLONIAE PVTEOLANORVM, ET PATRIAE SVAEQ AVRELIVS HERMODION SEVIR. AVGVSTALIS, ET CVRATOR. EORVM. EXTRVXIT. ET DONVM DAT L. D. D D.

10

AEDIL. COLON. PVTEOLANORVM.

11

AB COLONIA DEDVCTA ANNO XC N. EVFIDIO N. F. M. PVLLIO DVO VIRI P. RVTILIO C.M. MALLIO COS. OPERVM LEX II.

12

Q. FILIVS L.FILIVS RVFVS, ET Q. ACRELVS Q. FILIVS CELER PRAETOR DVVMVIR. LANARIAS, ET QVAE IN HIS SVNT SVA PEQVNIA FECIT VT EX EO VECTIGALE QVOTANNIS COLONIS MVLSVM; ET CRVSTVM NATALE CAESARIS AVG. DARETVR.

13

D M MARTIAE MARCIANAE ANCHARII PROCVLVS, ET PROCVLIANVS MATRI SANCTISS.

14

TREBONIA GERMANA. SOROR VNA. CVM FILIS SVIS ET COHEREDIBVS FRATRI DVLCISSIMO. MARIAE L. F. PROCVLAE MARIA L. F. PROCILLA SORORI PIISSIM. NOMINE SVO. ET MARIAE MVSAE MATRIS. ET MARIAE CAECILIAE. PROCILLAE FILIAE. SVAE ET M. CAECILI. CAECILIANI MARITI. SVI L. D. D. D.

15

D M
CALLINICI. VIXIT. ANN. XXIII. MENSES VII. DIES. XX.
CASSIA....NICOMEDIA ET CALLINICVS PARENTES. P.
FILIO....PIENTISSIMO ET CARISSIMO

17

..... CAESARI. DIVI .....
..... HIC NEPOTI. DIVI .....
..... ONINO, AVG. PIO.....
..... SILONIA. FLAVI.....
..... VPER CETERA. BEN.....
..... VS. PILARVM. VIC.....,
..... SVO. MVNVM.....
.....

18

D. L. M.
NON FVI. FVI. MEMINI.
NON SVM, NON CVRO
PETILIA. NEAPOLITANA. ANNORVM XVII. HIC QVIESCO. C. MARCIVS. C. PETILIA. DECIMAE. LI. BERTAE DVLCISSIMAE.

CVMIS.

1

TI. IVLIVS BALBIVS. FRATER VNA. CVM. FILIS, SVIS ET. COHEREDIBVS SORORI DVLCISSIMAE

S.P.

Digitized by Google

2

S. P. Q. NEAPOLITANVS
DD. L. ARRVNTIO. L. F.
GAL. BAEBIO CENSORI
REIPVB. NEAP.

3

HIC. EST. POSITA:
ALBVCIA BLESILLA. RARI. EX
EMPLI. FEMINA. QVAE VIXIT
ANNOS. XXX. M. SEX D. XIX.
DVLCISSIMAE CONIVNGI FECIT

4

D. M.
ANTIGONVS GERMANICVS.
QTI VIXIT. ANN. XVI.
C. LAECANVS EQ. SING. CAES.
ARGENTARIVS
MERES PIENTISSIMO
AMICO. TITVLVM
FECIT.

5

TI. ANNIVS. CLAVDIVS V. F.
SIBI, ET FAVSTINAE CASSIAE
PATRONAE. ET POMPEIAE CALPHVRNIAE
LIB. CONIVGI. CARISSIMAE
SOLI INVICTO.
ET LVNAE
AETERNAE
Q. MINVCIV.....
PARATV.....DED.....

A 7

IMP. CAESARI
VESPASIANO. AVG.
PONT. MAX. TR. POT. III.
IMP. IIII. PP. CONS. III. DES. IIII.
S. PVTOL.
QVOD. VIAS VRBIS
NEGLIGENTIA
SVPERIOR.....TEMPOR.
B CORRVPTAS. IMPENSA
SVA RESTITVIT.

8

INVI. VICTORI.
TREBONIVS GALLVS COS.
PORTICVM.
EX VOTO. FECIT
DEDICAVIT. X. K. MAIAS
C APPIO. ANNIO. M. ATL.....COS.

6

SANCTISSIMO HERCVLI
INVICTO
.DO.....L. L.
ARGYRIVS. LANARIVS
DOMITIANVS. L. L.
N.....
S. P. D. D.
D DEDIC. VII. KAL. IVLI
.....
.....SEX VTVL. COS.

10

AVGVSTO SACRVM
ET GENIO CIVITATIS
PVTE.....

Puteolis.

D. M.
NE QVIS FLERE VELIT, SI TVMVLVM, AC TITVLVM
VIDERIT, EXTRVCTVM. SIC FATVM. VOLVIT,
VIXI, DVM. POTVI, TEMPORE. QVO. LICVIT.
IGNIS. HABET. CORPVS IPSAM. COELVM. ANIMAM.
VEXI. AQVA. PORTI. MEVS. TERRA HIC HABET CINERES.
IGNIS, AQVA, TERRA, COELVM SIMVL CAPIVNT,
SI NOMEN. QVAERIS. QVAM. LIBER. RAPVIT,
DIGNA. ARIADNA. POLO. NOBILE. SIDVS. ERO,
AMOQVE EGO NEC. CASTA. CESSIT. PENELOPE,
ALCESTI COMES. ÆMVLA. MORS. PLACVIT.
SALVOS. ERIT CONIVX. MAIOR. ERIT. TVMVLVS
TERDENOS. ANNOS MENSES. VNDECIM. POST
DIVISOS. FATIS. TER. SEX. VIXI DIES,
ANNOS BIS SEPTEM. VIRGO. AGO, SED RELIQVOS,
CONIVGE. ALEXANDRO SOSIA. CVM SOSIO,
IVNGIT CARVS AMOR, DIVIDET. IPSA MORS.

In Baiis 1.

D. M.
PVPIAE CELSAE
VIX. ANN. XXVII.
MEN. IIII. D. XXV.
MATER INFELICISSIMA
FECIT.

3

TVCCIAE DIIS CRISEIA
SP. FIL. MANIBVS SP.....
CLEOPATRAE CN. COSSVTIO.....
ATIMETO
PAENVIARIO.

3

CVNINAE FELICI SACR.
CLAVDIA. HELP... D.D.

4

DIS. SECVRITATIS
P. DECIVS EVSCHEMVS
ANTISTES
SANCTI. SILVANI
ANNVM. AGENS
XVI. FECIT
SIBI. B. B.

5

DIS MANIBVS
POBLICIAE ALBANAE
C. CANVLEIVS. L. E.
CON. B. M. V.
A. XII.

6

D. M. S.
Q. NAVINI FELICIS
CONIVGI. OPTIMO
VIXIT ANNIS XVI:
MENSIBVS. VIII.
DIEBVS. XIIX.

7

DOMITIA FORMIANA
BENE DE. SE
MERITO. FECIT

8

DIS. MAN.
PVBLICIAE BASSILLAE
L. EGRILIVS....
VXORI
OPTIMAE. SANCTISSIMAE
CARISSIMAE. FIDELISSIMAE
ET SIBI POSTERISQ. SVIS.

9

PRO SALVTE. DD. NN. AVGG.
APOL. DEFENSOREM
.....NIO.....EX. VOTO P.
.....
..... DE STIP X. VI.
MIL. COH.....
.....

In Miseno t.

DIS. MANIBVS
P. ALFENI. ANTEROTIS. LOCVS EXC.
SEPVLCHRI. ET. ITINERIS. IN FRONT.
P. XL. IN AGR.
P. XXXIIII. ET POENA EXCEPTA HS.
XX. ET P ALFENO.
RVSTICO ET ALFENAE P. L. LIBE.
LIBERTIS. LIBERTABVS. POSTERISQ.
EIVS.

A

2

VETTIA. PAVLINA.
FECIT SIBI ET. FAVSTINAE
PROXIMAE. SORORI SVAE
CARISSIMAE. ET. PIISSIMAE
LIBERTIS. LIBERTABVSQVE.
SVIS POSTERISQVE. EORVM.

3

TI. CLAVDIO ILO. PRAEFECTO CLAS
B SIS PRAETORIAE MISENI PVB. PROC.
LVDI MAGNI PROCO. CLAVDI DACII
PROCON. XX. HEREDITALIVM
PRAEFE. VEHICVLORVM PROC.
CLAVDIA LEXANDRINE PRAETO-
RIAE TRIB. LEG. VII. CLAVDIAE PIAE
FIDEL. PRAEF. CON. II. GALLORVM
PRAEF. CON. II. BOSFORANORVM.

D. 4 M.

C COMINI SOTERI CHI
VIXIT ANNIS OCTOGINTA
COMINA FLORA FILIA, ET
COMINA BENERANDA PATRONO.
BENEMERENTI F.

5

IVLIAE AVG. IMP. CAES. L SEPTIMI SEVERI
PERTIN AVG. PII PARTICI ARABICI, ET
D PARTICI ADIABENICI P. M. TRIB. POT. III.
IMP. V. COS. II. PP.....
..... 6

IMP. CAES. L. SEPTIMI SEVERI PII PERTINACIS.
AVGVSTI, ARABICI ADIABENICI PARTHICI
M TRIBVNITIA POTESTATE. VII. IMP. XI.
COS. II ET IMP CÆS. M. AVRELII ANTONINI
AVG. TRIB. POT. DOMINO INDVLGENTISS.
ORDO. P. Q. NEAPOLIT. .....
E .... D. D. 7

DIIS MANIBVS
MORS VITÆ CONTRARIA ET VELOCISSIMA
CVNCTA CALCAT, SVPPEDITAT, RAPIT
CONSVMIT MELIFLVE DVOS MVTVO
SESTRICTIM, ET ARDENTER AMANTES
HIC EXTINCTOS CONIVNXIT.
IMP... CAESARI 8
DIVI... TRAIANI
PARTICI . NEPOTI
F DIVI NERVAE PRONEP.
AELIO . HADRIANO
ANTONINO . AVG. PIO
PONTIF. MAX. TRIB. POT. V.
IMP. II. COS III. P. P.
CONSTITVTORI .. SACRI
.CERTAMINIS .. SELASTICI
SOCII LICTORES POPVLARES
DENVNCIATORES, PVTEOLANI.

Hic iam sequi debebat Auctarium de aquis Puteolanis liber: verum cum is prope ad verbum habeatur apud Ioannem Franciscum Lumbardum, nolumus lectorem his iisdem onerare. IOAN.

Digitized by Google

IOAN FRANCI.

SCI LOMBARDI NEAPOLI-TANI ΣΥΝΟΨΙΣ

Eorum, quæ de Balneis, aliisque miraculis Puteolanis scripta sunt.

REVERENDISSIMO DOMINO D. IOANNI TRIVISANO PATRIARCHAE Venetiarum, & Pastori vigilantiss.

IOANNES FRANCISCVS LOMBARDVS S. D.

CVm superioribus annis (reuerend. Antistes) ob mortalium salutem nõ vulgare opus de Balneis Puteol. eruissem: quò gratius esset cunctis hominibus, priuatim verò patriæ meæ ciuibus, illud sub clypeo Illustriss. D. Mariæ Aragoniæ, ornatiss. Heroinæ, libenter edidi. Verũ vbi in præsentiarum Anelli Sanuiti amici mei opera (Iuuenis sanè non minus pii, quàm eruditi, & de literis optimè meriti) libellus hic ad inclytam Venetiarum vrbẽ, cui sollicitè præes, iterum Chalcographiæ typis cudendus transmittatur: statui iure optimo illum tibi viro integerrimo, omniumq; virtutum exemplari ex animo nuncupare. Satis etenim mihi explorata erat animi tui virtus; ac syncera pietas Tridenti, quum œcumenica Synodus, authoritate, κατὰ τὴν πρόσασιν Sanctiss. D. N. Pii IIII. Pont. Max. coacta celebraretur. Cui sacro cœtui velut alter Hercules Fidei orthodoxę strenuus athleta, & Sanctę sedis Apost. cum Sapientiss collegis tuis, nimirum Hierosolym. & Aquileiensi, (adsit vero reuerentia) tot exantlatis laboribus, & vigiliis acerrimus propugnator intereras. Veneror itaque dignitatem, probitatemq; tuam, religiosiss. Præsul, cum euangelica vidua, vt possum, hoc munusculo. Quod veluti quoddam pignus, ac memoriale meæ in tuam amplitudinem obseruantiæ accipere dignetur D. V. Reuerend. Quam in Domino diu, & feliciter bene valere nimis opto. Ex dulci Parthenope in solenni Natiuitate Deiparæ nostræ. M D LXV.

IO. FRANC. BRANCALEO
Medicus ad Lectores.

MOrtales gaudete, oblitera-
tam, ac emortuam ferè, si-
ue (vt vulgus clamitat)
Medicorum quorundam
perfidiâ, siue Temporis o-
mnia absumentis iniuria
salutarem illam Balneorũ a-
pud Puteolos vim, in vitam reuocat non minus
pius, quàm doctus, & in eruendis, excutiendisq;
veterum monimentis diligens Ioan. Franciscus
Lombardus. Is enim post vtriusque linguæ
absolutam cognitionem, disciplinarum orbe,
quam τὴν Ἐγκυκλοπαιδείαν vocant, lustrato ni-
hil aliud interdiu, noctuque studet, quam lingua,
gestu, manu, illud exprimere, ὁ ἄνθρωπος τὸ ἀν-
θρώπου δαιμόνιον, Homo hominis deus. Iuppiter est
iuuare mortales. Quem scopum nullo certè a-
lio iactu attingere commodius hoc seculo poterat:
quo neglectis tot Naturæ muneribus in quoli-
bet morbo πρὸς τὰ Φάρμακα confugiunt Me-
dici, quæ à veneni natura non admodum rece-
dunt. Iam fama percrebuit earum Aquarum
tantam fuisse virtutem, vt nullum olim esset
tam deploratum morbi genus, quin earum
vsu celeriter & iucunde curaretur. Nec e-
quidem reor veteres Romanos, alioqui grauis-
simos ac prudentissimos homines, solius volu-
ptatis causa quotannis ad eas migrare solitos, sed
potius sanitatis. Quam ad conseruandam
Rempub. non minus necessariam nouerant, quàm
filiorum propagationem. Verum quanta sit Aq-
uarum potentia scriò exprimere angustius hic
circus non patitur. satis memmere Thales, Ho-
merus, Pindarus, & ex nostris Ouidius, atque
hic, quicunque fuerit huius commentarii au-
thor. Qui quàm benè bona scripserit, quo-
tidiano periculo ad tribunal sensus cernere li-
cet. Vestra interest paria facere, & in hui-
usmodi honestissimo certamine enitri pro ve-
stra virili non succumbere. Neapoli. ka-
lend. Febr. MDLIX.

FRANCISCI BALISTERII
Siculi Zanclæi Asclepiadæum.

ΥΓΙΕΙΑ Ν, σῶμα τὸ κεμὶ τειμελετῶν θέλων
Εντεῦθεν παρέοντ' ἄκεα ζητεῖ.
Τὸν μὲν θερμανεῖ αἰ σωνοέων τέλε-
Τῶν θερμῶν φύσιν, ἧς σώματ' ἴασιν
Ευρήσει προθύμως. ἔργον ἔπεστι γὰρ
Θαυμαστὸν μὲν, ὅπερ δῶ κέπος εὐφυὴς
Λαμβάνει, σοφίης παιδὸς ἑκατέρης.
Πᾶς τις γῆν βιβίλον τῆτ' ἐπιλαβέτω.

IOAN. BAPTISTAE LOM-
BARDI Siculi Medici octa-
stichon.

VT Medici nequeant, velut est de more medentes,
Naturæ posthac vendere, vt ante, bona:
Hunc emat, & minimo precio, relegatq; libellum
Istum terq; quaterue semel, (ex animo
Sepositolimore procul, linguaq; veneno
Suffusa, inuidia quicquid & ora rigat.)
Commoda Naturæ genium, dotesq;, medullas,
Tempore nec longo, noscere quisquis amat.

IOAN. BAPTISTA ARCVCIVS
Philos. & Theol. Neapol.

ORnabat olim tua virenti Delius
Franciscе myrto tempora.
Nam te puellæ lauerant Libethrides
Liquore fontis Pegasi.
At nunc opis repertor idem laurea
Ornabit hoc tuum caput.
Dum, quę latebant temporis caligine
Micantiori lumine
Profers in auras candicantis ętheris,
Hæc tam venusta Balnea.
Quæ mẽbra quæq; corpus omne languidũ
Suapte confirmant ope.
Quæ iam Salerni non pauebunt amplius
Timore pulso pectora.
Nec quicquid orbem territat, nec omnia
Iouis trisulca fulmina.
Nunc ergo odorum vitrea ex vrna caput
Pontanus efferet meus.
Cantauit ille Balneas inter suas
Plectro decorus aureo.

IOAN.

Digitized by Google

IOAN. HIERONYMI CORDIA Medici Neapol. Tetraſtichon.

BAiarum thermas celebres per ſecula lector,
Atque dicarchi balnea ſume ſinus.
Quæ tibi ſummæ mei Franciſci cura dat, iſtis
Vtere, & elatum pone ſupercilium.

DONATI VIRIDIS ROSAE Montellani Tetraſtichon.

SIloca Cumarũ, ſi Balnea priſca Dicarchi,
Lucriniq; cupis noſcere forte lacus:
Franciſci hũc hilari lector lege fronte libel-
Quem nunc ex Orci faucibus eripuit. (lũ,

P. ANTONII CEPHALAEI Nuſcani ἐπιγραμμάτιον.

THermarum cupias amice lector
Vtrus noſcere fortè ſi Dicarchi,
Baianique ſinus aquas tepentes,
Ferè incredibilem dabant ſalutem
Quæ ægrotis, poſito furore Momi,
Franciſce Scholia hæc legas diſerti.

AVGVSTINVS TYFERNVS SIGISMVNDO MAIR S. D.

NVper Sigiſmunde quum Puteolis eſſem, atque ea quæ ad Puteol. Balas, & circa Auernum, Lucrinumque lacum antiquitatis veſtigia cernuntur, mirarer, rogaueram ſocium itineris mei ſenem quendã Puteol. nunquid nomina eorum locorũ, quos coram contemplabamur, ſcripta inuenirentur? Dicebat extare quoddam opuſculum de mirabilibus Puteol. quod contineret non ſolùm locorum Puteol. circumiacentium nomina: ſed Balneorum etiam vires, ac naturam, neſcire autem ſe vbi id inueniri poſſet, quòd nunc anni XXX. & amplius præteriiſſent, quòd æreis literis impreſſum fuerat. Cogitaui mox ego Neap in tanta hominum frequẽtia me illud dubio procul habere poſſe. Itaq; cũ Neapolim rediiſſẽ, diu iſtud quæſitum opuſculum, tandem vix ad manus meas peruenit. Quod ipſum quidem quùm legẽdo percurriſſem, è veſtigio Domino meo Reuerendiſſ. D. Chriſtophoro Epiſc Lubanienſi, vt eſt antiquitatis egregius admirator, deinde etiã D. Lucæ de Renadis Præpoſito Xant. Cæſareis Oratoribus apud Regem Catholicum, legendum exhibui. Quorum vtrunque quum eiuſdem libelli exemplar habendi miro deſiderio teneri viderem, (continet enim res varias, ſtupendas, admodumque delectabiles) volens non ipſis ſolùm, ſed toti Reipub. & potiſſimùm Germanis noſtris gratificari, qui vni omnium inter cæteras nationes (pace earũ) ſemper talium rerum curioſiſſimi fuere: teipſum ad id imprimendũ potiſſimum delegi, quòd imprimendi diligẽtia, & characterum luculentiſſima forma cæteros tui artificii viros longé poſt te relinquere mihi videris. Siquidem niſi Cantalicius Epiſc. Pennen. deinde P. Summontius Neapolit. tuam diligentem operam nouiſſent, nõ hic Põtani libros, neq; ille opus illud ſuum poeticum de bis recepta Parthenope tibi cõmiſiſſent. Quare id Opuſculum tumultuaria quadã lectione reuiſum ad te miſi: hortatus, vt iſtud quamprimùm poteris officinę tuæ iſti ornatiſſimæ mandes, de q; operam, vt exemplar in plureis formas, typosue tranſſumptum paucos hinc poſt dies habeatur. accingimur enim ad diſceſſum, Romã petituri. Addidi quędam, & ea non pauca, quæ legentibus iudicaui non iniucunda futura. Vale. Anno Salutis M D VII. kal. Iun. Regnante Ferdinan. Aragonæo.

AD PIVM PONTIFICEM Max. Franciſcus Aretinus.

EVolenti mihi quædam librorum volumina (Pie Pont. Max.) & animi laxandi gratia codices illos perquirenti, reperi hoc opuſculũ Puteol. regionum, admirabilium profecto virtutum, quas in aquis implicitas, ac latentes Sanctitas tua legendo plane inſpicere poterit. Illas n. tuæ ſapientiæ dicandas putaui, quòd te ſentiam tanta iucunditate, lætitia, ac ſumma reſtaurãdi naturam voluptate his in Baln. delectari. Puteolos emunere petere. ſi tuam aliquando ſanctitatem nõ tæderet, ob eorum ſingularem aeris temperiem, & ſalubres aquarum vires, maxima temporum diuturnitate morari, & illic degere nunquam defatigari crederem. Verum quod potui ex induſtria (Beatiſſ. Pater) inter cæteras proprietates, quæ à complurib. huius ſæculi celebrantur, nullæ veriores Aquarum iſtarum ſententiæ, quàm mihi ex præſentia viſa ſunt. Sed cum ea probare attingam, quæ in libello continẽtur, & ad Philoſophorum ingenia potius ſpectare videntur: nollem à maleuolis, qui ſeſe echo, vel inuidia mouere ſolent, maledicẽtia & eorum loquacitate comprimi: quoniam talem aſſumpſerim pronunciam, & alienam me contra omne officium arma ſumpſiſſe profiterentur, huic ratus maledicentiæ reſpondere. Materies quidem ipſa philoſophica, & de ſumma Philoſophorum parte primùm eſt deſumpta, hominem poſtulat, qui maturè otio fruatur, & literis quàm diligentiſſimè operam det, longeq; abſit ab illiuſmodi τῆς δυσχερείας ἀνθρώπου, ac graui rerũ ſumptuariũ cura: & nõ philoſophicæ artis ſolũ, verũ etiam vniuerſæ perituæ. Quæ ſi commendare quis ſibi

conetur quæ non intelligit, videatur verborum sólummodo vt puer, sequi potestates, raro ipsa sensa, is interdú sólet plurimùm aberrare. Quod cùm animo voluerim quam honesta res esset, quam vniuersæ Reipub. inuentio fortis, & vtilis, quàm tibi grata, fretus etiam spe tua Beati. non parua: ex qua virtutum & optimarum artium imitatores miris laudibus ac præmijs extolli sólent.: susceperim ea conditione, vt tandem in publicum prodeat, tuo sanè pio nomini dedicatum, si quid in eo opere Sanct. Tuæ gratum inueneris, atq; vtile. Inuentori primum, atq; auctori gratias agas, & habeas. Si libuerit, illo iamdudum absente mihi referas. Quod autem reprehensibile in eo esse perspexeris, infirmæ, ac fallaci mortalium omnium experientiæ deputes. Cùm enim in eo titulum Authoris nõ inuenerim, nec à quo, neq; vbi liber editus sit, ad tuam Beatitud. Opus dicare volui. Vale.

IO. FRANCISCI LOMBARDI
ΣΧΟΛΙΟΝ.

FRanciscus] *scripsit hic author opus de Baln. Puteol. vt fertur, quod ego non legi. Scripsit etiam Pogius Florent. in epist. ad Leonard. Aret.*

A Pium] *Pontifex is Ecclesiam catholicam rexit vt liquet ex Chronographia) Anno redemptionis M. C C C C. L V I I I.*

BALNEANDORVM CANONES
Authore eodem Franc. Aret.

1 Nunquam ad Balnea venias, nisi purgatus. Et cùm ad ea veneris, dimitte turbationes, animique curas: operantur enim per alacritatem, sicut artifex per instrumentum.

2 Non intres Baln. nisi celebrata concoctione.

3 Non comedas, nec bibas in aquis ante, vel post, nisi refrigeratus: ne attrahatur indigestum, & fiat obstructio.

4 Comede in Baln. boni succi cibos, & ægritudini tuæ aptos, ne dum malos humores euacuas, peiores gignas.

5 Dùm in Baln. degis, caue à frigoribus & ventis.

6 Vino bene lymphato vtere, vt sitim tollas.

7 Semel tantùm Balneo vtere in die, ne nimia euacuatio te debilitet.

8 Sic ingrediaris aquas, vt tegantur humeri: nisi vulnus aut plaga prohibeant.

9 In aquis Cantarelli, nec non solis & lunæ plagas immerge.

10 Per id tempus in aquis morare, quod incipias sudare in fronte: vel quantum sine fastidio illic iacere delectat.

11 Egressus aquas, illicò te linteamine inuoluas, & composito prius cubili bene coopertus recubes.

Sustine in lecto sudorem, & somnum, si adsit.

12 Vbi sudaueris per interstitia, paulatim q; vestimenta depone, & sudorem deterge.

13 Domum reuertere benè vestitus, & rursum quiescas. Sed interim à sudore abstineas.

14 Baln. varietate ne delecteris: vnũ è multis elige, quo vtaris.

15 Cursum Baln. tui sic dirigas, vt aqua in Mare semper defluat: alioquin regulariter erit frigida.

16 Cum Baln. vti velis, eiice primùm, si potes, vniuersam aquam, vt noua, & recenter nata vtaris.

17 Balnea sicut alia remedia, tempore operantur. ideo si nõ statim curaberis, ne desperes, quin alacriter prosequere.

18 Baln. iuuamina processu temporis magis experieris, si Deus voluerit.

B C D E

SCHOLIA.

Canones) *Hippocrates omnium bonorum, & salutarium præceptorum author 3. περὶ τῶν ἐξέων νοσημάτων tex. 55. præcipit Baln. debere fieri ante cibi assumptionem. quoda; in eis nihil edere, aut bibere opus sit. Hanc sententiam secutus est Princeps Avic. 3. primi doc. 2. & si aliter dicat. Alex. Trall. lib. 12. c. 7.*

Cl. Galenus in commentario 3. de rat. vic. in acutis. cap. 1. d. agrotanti quies idonea est, vt corpus in Balneo laxius, molliusq; reddatur. Idem 1. de san. tuen. te. 48. & lib. de Marasm. ca. 10. præcipit, vt nullus siue sanus, siue ager sit, confestim à cibi, vel potus sumptione se abluat. Quin in 4. simpl. med. fac. c. 8. consulit in Baln. nõ esse diu immorandũ, ex enim substantiam nostrã dissolui, animi deliquia & quandoque mortem afferunt. Sed & in comm. 7. sect. aphoris. 46. stante plethorica dispositione Baln. fieri prohibet. Oribasius vero Sardianus lib. 10. c. 3. ad Imp. Cæsar. & primo εὐσταθίους *ad filium de Baln.*

Digitized by Google

de Baln. c. 29. sic sentit: Aquis naturæ prodeuntibus vti debemus firmis, & quietis: vapor enim ab ipsis commotis emergens, cùm grauis sit & feriens, capitis molestus est: vnde sensim ingrediendum est in aquas, vt vis corpori laxato accedens imprimatur. Verum Paulus Æginetæ lib. 1. c. 52. sic ait, Thermarum naturalium quædam sunt nitrosæ, quædam salsuginosæ, quædam aluminosæ &c. quæ virtute arefaciendi & calefaciendi prædita sunt. frigidis enim & humidis naturis conueniunt. Nitrosa & salsuginea capiti, thoraci, destillationibus, hydropicis stomachoq; humectio conducunt. Aluminosæ sanguinis excretionibus, vomitui, & abortui opitulantur. Sulphurea neruos emolliunt, fœtigationes sedant, stomachumq; subuertunt. Bituminosa caput replent. Quæ verò ossa sapiunt, os, tonsillas, oculosq; adiuuant. & quæ ferrum referunt, sunt stomacho, & liēnis accommodæ. Aetius in primo suæ tetrabibl. ser. 3. c. 167. adstruit Baln. humidis, frigidisq; naturis conferre, nec non morbis chronicis, vt sunt arthritides, podagra, paralysis, nephritides, & fœtida vlcera, & si idem author lib. 15. c. 3. consulat, vt à medicatis aquis abstineamus.

Atqui Rhazes, (vt Arabas non omittam) lib. 4. ad Mansorem c. 23. Baln. impuris, cacochymisq; corporibus obesse refert. Sed Halyabbas lib. 5. c. 13. suæ theor. Baln. debere fieri post exercitiū suadet. Denicq; Thurisanus (qui & plus quàm commentator) lib. 3. τῆς τέχνης ἰατρικῆς tex. 61. hos canones recenset, quos sub breuitate transcripsi. Oportet, inquit, ne exercitium ad Baln. pergat, antequam quiescat. Non post cibum, ne fiat obstructio. In pauimentum aqua effundatur, vt fiat aer vaporosus, prouocetq; sudorem. Post exitum è Baln. se vestibus cooperiat, caputq; tegat, ne in coryzas, & catarrhos incidat. Caueat in Baln. bibere quæ actu sunt frigida: quia frigiditas festinans ad membra primatum obtinentia, eorum facultates destruit. Nec actu nimis calidum bibat, periculum enim est de phthisi, & febre hectica, vt author est Auicennas vbi supra.

De his Canonibus lege plenius epitomen Io. Antonij Lucci ex Hip. & Gal. doctrina. Taceo quæ de sacra antiquitate balneorum scribit Aristoteles in problem. sect. 24. quæq; Corn. Celsus lib. 2. c. 16. & Actuar. 3. & 7. methodi. Præterea lubēs quæ scripta sunt à Fried. Nausea in epist. de Baln. Aponi, Petro de Tussignano de bal. Burm. Io. de Dondis de baln. Patauinis, & Bendim. de baln. Lucen. cùm in magno Balneorum volumine copiosè tractata sint, nostra siquidem, intentio in hoc libello est, scripterum flores, more apum, carpere.

Num. 1. Nunquam ad Balnea) *Balnei etymon est ἀπὸ τοῦ ἀποβάλλειν τὰς ἀνίας, quia curas repellunt. Sic interpretatur Cæl. Rhodig. 16. lect. ant. c. 44. ex B. Aug. lib. 9. conf. c. 2. dicitur quoq; ἀπὸ τῶν βαλάνων, quia mos veterum fuit glandium cortices cùm edebant terere. sic enim ait Suidas, βαλανεῖον ἐκλήθη, ὅτι τὰς βαλάνους ἐσθίοντες τὰ καλύμματα ἔρριπτον.* Nisi purgatus) *reproferibitur iuxta Canonem Topicorum remediorum, cuius meminit Galen. 4. Method. Therapeu. 3. de loc. aff. in sextum τῶν ἐπιδημιῶν, & alibi sæpius. lege quæ P. Apenen. in Concil. diff. 128. & 173.*

Num. 3. Non comedas) *quæ infra c. 22.*

Num. 5. Dum in Balneis) *quæ infra c. 22. & de aspectu Baln. ad Boream &c. lege Const. Cæs. 2. de Agricultura.*

Num. 9. In aquis) *infra c. 19. & 42.*

Num. 10. Sine fastidio) *Plinius Veron. lib. 31. hist. nat. refert sal, cùm sub lingua tenetur, facere, vt conualescentes æstum baln. leuiter ferant.*

Num. 14. Elige) *iuxta illud ingeniosi Poetæ.*

Elige, cui dicas, tu mihi sola places.

Num. 17. Balnea) *infra c. 40. & obiter notat ex Gal. lib. de caus. procatar. Menandrum quendam statim euasisse sanum ab vsu Balnei.* Ne desperes) *iuxta illud Mantuani Homeri,* Tu ne cede malis. *& iterū,* Audentes fortuna iuuat. *notum siquidem est illud Tibulli, spes alit agricolas. & quod Apost. noster docet in priore epist. ad Corin. ὅτι ἐπ' ἐλπίδι ὁ ἀροτριῶν ἀροτριᾷν.*

Num. 18. Si Deus voluerit) *Decet hunc modum loquendi B. Paulus vbi supra, & in epist. ad Rom. & B. Iacobus in sua canonica, edocti ab Episcopo animarum nostrarum, & Apostolo confessionis nostræ Christo, qui Apostolos, suosq; fideles quotidie sic orare docuit, γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. Adde quod sacri Theol. in comment. 4. libri senten. P. Lombar. dist. 23. §. 2. & sacri concil. Trid. (quod fœlicissimè Dei gratia sub Pio IIII. Pont. Max. absolutum est) in sess. XIIII. de extrem. vnct. c. 2. docent sanctum Sacramentum vnctionis extremæ (quod à Christo Domino apud Marcum insinuatum, (Mar. 6.) & institutum, per Iacobum (Iac. 5.) autem fidelibus promulgatum est) non solum gratiam Spiritus sancti, quæ est res sacramenti, præstare, quæ tentationibus Dæmonis calcaneo insidiantis facilius resistatur: Sed interdum corporis sanitatem, vbi saluti animæ expedierit.*

CAPVT PRIMVM.

NEapoli Puteolos versus Mons est pulcherrimus, Pausilypus nomine olim (sicut Plinius lib. 3. cap. 6. tradit) villis habitatus, ad 1000. passus excauatus, planum eadem via Puteolana curribus iter præbens. Quis autem id memorabile opus fecerit, ignotum est. Quamuis aliqui dicant Luculli opus esse. tamen apud Sen. l. 7. epist. 58. ipsius loci factam mētionem legimus, vbi dicit, cæromate nos excepit aphe in Crypta Neapol. nihil illo carcere longius, nihil illis faucibus obscurius, quæ nobis præstant, non vt non per tenebras videamus, sed & ipsas. Cæterùm si locus haberet lucem, puluis auferret, in aperto quoque res grauis & molesta. Quid illic, vbi in se volutatur, & quū sine vllo spiramēto

sit inclusas, in ipsos, à quibus incitatus est, recidit. Donatus in Virgilii expos. tradit, ipsum Poetam sepultum fuisse Neap. via Puteolana ad secundum lapidem. quod sepulchrum, circa prædictam Cryptam sæpe quæsitum inueniri non potuit.

SCHOLIA.

Pausilypus] *In hoc monte erat piscatio Cæsaris, quæ continuit piscem viuum per annos L X. cuius meminit Plinius lib. 9. De hoc monte Plutar. in Lucullo, Dion in August. Pontanus in Eridano, & lyra, Volater. libr. 6. & Iac. Sanazarius noster in piscatoriis. Sed Pontanus de bello Neap. sic ait;* Post montem, qui Palæpoli imminet promontorium protenditur in meridiē, quod à delitiis sortitum est nomen Pausilypum: *παῦλα* enim græcè, latinè quietem sonat, *λύπη* verò tristitiam. hinc Iupiter à Sophocle vocatur Pausilypos, qua ratione Augustus [Suet. 2. cap. 98.] vocabat capreas vrbem negocii vacantem *ἀπραγόπολιν*, & Alypias herba eiusdem etymi est apud Dioscoridem.

Crypta Neap.] *Razzanus testatur tempore suo in ea nulla fuisse foramina: quæ postea iussu Alphonsi Regis Neapol. facta sunt. quem imitatus est superioribus annis D. Petrus à Toleto: vt recolit præceptor meus D. Philip. Ingrass.* [lib. de tumor.] *De auctore huius Cryptæ variæ feruntur opiniones, vt refert F. Zenobius in orat. de Neapol. Quidam nāque tribuunt hoc opus Lucullo: Quidam Basso. Sed neutrius meminit Liuius, neque Plutar. Atqui Reuerend. Paulus Iouius in vita Pomp. Colum. quem sequitur F. Leander, & Iacobus Perfectus, authorem putat esse Cocceium. Meminit huius cryptæ Blondus de Ital. cap. de Campania, & Raph. Volater. vbi suprà. Pontanus verò, cùm scribit bellum Neap. meminit tàm huius, quàm alterius, quæ est in montis ad mare prominentia. Sed non abs re erit legere quæ scribit disertiss. F. Petrarcha in itinerario ad Mediol.* Inter Falernum, *ait*, & Mare Mons est saxeus manibus hominum confossus, quod opus insulsum vulgus à Virgilio magicis cantaminibus factum putat. De quo cùm olim me Robertus regno clarus, sed ingenio, ac literis præclarus, quid sentirem, multis astantibus percunctatus esset, humanitate regia fretus, iocans nusquàm me legisse magicum fuisse Virgilium respondi, quod ille sereniſſimæ frontis nutu approbans, non illic magici, sed ferri vestigia confessus est. *Sub finem fusci tramitis, vbi primùm cœlum videri incipit, in aggere edito Virgilij busta visuntur peruetusti operis. vnde hæc forsan ab illo perforati montis fluxit opinio.*

Donatus] *Virgilij sepul. nec à Blondo, neque à Razzano inuentum est, quamuis Seruius scribat sepultum fuisse ad secundum lapidem versus Cryptam Neap. quod innuit Flamin. 3. carminum,* [epist. 6.] *Hier. Fracast. in syphyli,* (lib. 2.) *& Pontanus in hortis Hesper. lib. 2.* [cap. 1.] *d.* Floreat vrna scilicet vrna, A tui qua conditur vmbra Maronis. *Donatus verò sic scriptum reliquit: voluit eius ossa Neapolim transferri, vbi diù & suauissimè vixerat: ac extrema vetustatine hoc ipse sibi fecit ἐπιτάφιον:*

MANTVA me genuit, CALABRI rapuere, tenet nunc

PARTHENOPE: cecini Pascua, Rura, Duces.

Translata igitur iussu Augusti ossa, prout statuerat. Neap. fuere sepulta, in via Puteolana, quæ est intra secundum lapidem: suoque sepulchro dictum distichō inscriptum est. Huius sententiæ est Reuerendiss. Card. Bembus [epist. i 1.] *qui in tumulo Sannazarij (vt fert Iouius* [cap. 80] *in elogijs) sic appositè dixit.*

Da sacro cineri flores; hic ille Maroni
Syncerus Musa proximus, vt tumulo.

Virgilij villam emit Silius Italicus, vt insinuat Plin. iunior lib. 3. [epist. 7, epist. 49, epist. 31] *vbi meminit monumenti apud Neap. quod innuit Val. Martialis lib. 11. d.*

Silius hæc magni celebrat monumenta Maronis.
Iugera facundi qui Ciceronis habet. & alibi:
Iam prope desertos cineres, & sancta Maronis
Nomina qui coleret pauper & vnus erat.

De sudatorio S. Germani. CAP. 11.

PVteolos Neapoli petens eadem Crypta post se relicta, cùm mediū viæ perrexerit, si paululùm dextrorsum declinauerit, lacum inueniet piscibus, ferisque carentem; sed ranis, hirudinibus, & serpentibus scatentem. Ad cuius lacus oram Domus sita est operta testudine, in qua ex hiatu terræ copiosus & calidus emanat fumus. Hanc domunculam siquis nudus introierit, statim sentiet vniuersum corpus in sudorem resolui: & ob hoc sudatorium dicta est. Sudor hic humores euacuat, corpus alleuiat, languidos restaurat, sanat iliacum affectum, vlcera interiora desiccat, & podagricis quàm plurimùm confert. Hæc eadem operatur aqua vndecunque sumpta, & hoc fumo calefacta. In hoc loco B. Germanus Capuanus Antistes animā Paschasij Cardin. diaconi inuenit. quam historiam S. Gregorius quarto Dialogorum libro prosequitur.

SCHOLA.

Hoc sudatorium vulgò appellatur, Sudatoro d'Aquano. eius meminit Sauanarola lib. 2. de Balne. (rubr. 19.) *d. conferre scabiei, morbisque cutis. meminit & Volsinus cum Mengho Fauentino.*

Vlcera] *Idem proprium est aquarum Sulphurearum & bituminosarum, vt notat Aet. 4. ser. 1. ca.*

Podagris] *Quibus podagris balne. conferant, docet Aet. lib. 12.* (cap. 48.)

Gregorius) *Locus est cap. 40. cuius verba sunt hæc:* Cùm adhuc essem iuuenculus, & in laico habitu constitutus, narrari à maioribus audiui, quòd Paschasius huius sedis Apost. diaconus mirę san-

Digitized by Google

ex Sanctitatis vir fuerit, eleemosynarum maximè operibus vacans, cultor pauperum, & contemptor sui. Post multum tempus mortis eius, Germano Episcopo Capuano Medici dicta uerant pro salute corporis, vt in Thermis angularibus lauari debuisset. qui ingressus easdem thermas, prædictum Paschasium stantem & obsequentem in caloribus inuenit. quo viso vehementer extimuit: & quid illic tantus vir faceret, inquisiuit. Cui respondit, quòd nulla alia causa in hoc loco pœnali sum deputatus, nisi quia in parte Laurentii contra Symmachum in Pontificatu sensi. Sed quæso pro me Dominum deprecare, atque in hoc cognosces quòd sis exauditus, si huc rediens, me non inueneris. quod post paucos dies ita factum est. *Hac sanctus Gregorius, & ex eo Io. Eckius lib. 2. de Purgatorio.* [cap. 5.] *Hunc obiter animaduertas velim orthodoxe lector, suffragia viuorum, Missarum scilicet oblationes, Eleemosynas, Ieiunia, Indulgentias, & similia, plurimùm defunctis prodesse in transitu aquæ & ignis per viam sanctæ purgationis vsq; ad sanctam ciuitatem, in qua nihil coinquinatum intrare poterit. Qui vsus ad nos defluxit ex Dominica & Apostolica traditione, vt testes sunt locupletissimi, Clemens Rom. Petri successor, Dionys. Areopag. Pauli discipulus. Athanasius, Origenes, Basilius Nazianz. Chrysost. Damascenus, vterque Cyrillus, Tertull. Cypr. Hieron. Augustinus, Gregor. Bernardus, & quis non? Quotidie enim à sacerdotibus nouæ legis offertur oblatio munda, atque incruenta victima non solùm pro viuis, (ô Dei erga homines τὴν φιλανθρωπίαν) verum etiam defunctis, vt tandem refrigerij locum, lucis, & pacis in idipsum obdormientes in Domino obtineant. Hæ parerga sint, sed quæ tamen prodesse possint plurimis. Parerga enim quandoq; vtilia sunt, & ἀρετὴ non aliena, vt inquit Galen. lib. 3. de compos. med. κατὰ τόπους, [cap. 1.] libro de arte cur. per sang. [cap. 18.] & in commentar. sexti epidemiorum. [2. tex. 14.]*

Sancti Germani] *Aduertas lector quædam Balnea à Sanctis traxisse denominationem, vt agnoscas πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως in memoria æterna esse iustos, & bonum nomen amicorum Dei in eũ permanere: vt sic frequenti memoria eorum vestigia imitantes (vti docet S. Mater Ecclesia) Deus nos protectionis suæ auxilio, illorum meritis, & precibus intercedentibus, muniat. lege itaque alacriter. est Balneũ S. Alberti, & S. Petri marty. in Cluolo, S. Bartholomæi, S. Helenæ, & S. Petri apud Patanium, S. Cassiani in Vrbe veteri, S. Christophori in Fauentia, S. Calogeri apud Sciaccam, S. Georgij, & S. Philippi apud Senas, S. Io. in Corsena, S. Mariæ in Flaminia, S. Martini apud Arminum, S. Michaëlis in agro Volaterrano S. Pancratij in Bergomat.*

Hoc Balneum, sicut & alia versib. complexus est Alcadinus poeta Siculus, imitatus (ni fallor) Damocratem, Andromachum, Nicandrum, Philonem, Q. Serenũ, & alios, qui medica metrice scripserũt. quorũ meminit Galen. in lib. de Ther. in lib. 1. (c. 18.) & 5. de compos. κατὰ γένη, [cap. 10.] & alibi. Hos Alcadinus, antequam Balneorum vires enarraret, sic inuocat, & gratiosè exorsus est.

Inter opes operum Deus est laudandus in illis,
In quibus humanæ deficit artis opus.
Res satis est dictu mirabilis, horrida visu,
A Phlegethõtæo prouenit amne salus.
Nam quæ defunctos aqua feruens vrit in imis,
Hæc eadem nobis missa ministrat opem,
Cætera cùm fictis curentur regna syrupis,
Balnea quæ curant Terra laboris habet.
Vos igitur quibus est nullius gutta metalli,
Quærite, quæ gratis auxilientur, aquas.
Quarum virtutes, & nomina maxime Cæsar,
Præsens pro mira laude libellus habet.

Vos igitur] *Ex codice manuscripto venerabilis Monasterij S. Seuerini de Neapoli sic aptius legitur:*
Copia queis nulla est argenti, aut diuitis auri.

Gratis] *Balnea Naturæ gratuitam medicinã appellat summus ille theologus Gregorius in sua theologia. Is itaque Alcadinus poeta prædicti sudatorij vires sic carmine complexus est.*

Absq; liquore domus bene sudatoria dicta est.
Nam solo patiens aere sudat homo.
Ante domum lacus est ranis, plenusq; colubris,
Nec fera, nec pisces inueniuntur ibi.
Ingreditur siquis paruæ testudinis vmbram,
More niuis tactæ corpore sole madent.
Euacuat Chimos, leue corpus reddit, in ipso
Quouis apposita est vase, tepescit aqua.
Hæc aqua languentes restaurat, & ilia sanat,
Vlcera desiccat sub cute, si qua latent.
Hac re Germanus Capuæ caput, ædem repertũ
Ad sacra Paschasi pascua te retulit.

Absque] *aliter sic legitur.* Asque liquore domus, hinc sudatoria dicta.

Caput] *Sunt episcopi positi à deo, regere Ecclesiã Dei, tanquam capita corporis mystici, & hierarchici ordinis, quod velut castrorum acies est ordinatum, vt docet Sacrosanctum Concil. Trident. Sess. 6. capit. 1. & 23. cap. 4.*

Pascua] *iuxtà illud regij Psalte*, in loco Pascuæ ibi me collocauit. *& alibi*, Oues pascuæ eius. *nec non Dominus per Ezech. d.* Vos autem greges pascuæ meæ homines estis. *& per Ioan.* Et ingredietur, & egredietur, & pascua inuenit.

Deore, siue antro vbi omnia viua intromissa statim moriuntur.

CAP. III.

EST apud has Balneas proximè circa lacum ad dexteram, os in montem factum, non amplum, nec longum, sed sensim in arctum desinens, & parum deflexum. In cuius medio est celte, factum signum, vltra quod, si animal advnũ tantũ digitũ processerit, saltibus aliquibus prius edijtis, subitò in terrã cadit, & moritur, attamen si post repentè extractũ, in subiectũ lacũ proii-

Digitized by Google

proiiciatur, paulatim ad se redit, & erigitur cum trepidatione incedens. Voluit hoc homo quidam temerarius nuper tentare, qui armatus ingrediens tanquàm pestem illam latentem expugnaturus, miserè interiit.

SCHOLIA.

Vocantur hoc Antrum, vulgo, Grotta de li cani. Innuit hoc antrum polyhistor Plinius lib. 2. hist. nat. [cap. 99.] *d.* in agro Puteolano sunt quæ vocant Spiracula, alii Charoneas scrobes, mortiferum spiritum exhalantes. *Meminit & alterius antri Charonij Strabo lib. 14. suæ geogr. & magnus Simplicius in Arist. lib. de Anima lib. 2.* (tex. 143.) Περὶ δὲ τῶν χαρωνίων καράθρων *Paul. Ægin. li. 2. c. 35. ex Galeno 7. de vsu partium. 2. ne nat. Hum. cap. 8. nec non in primo Epidem comm: 1. in proœ. Quin & Cœlius Rhodig. 9. lect. ant. c. 33. meminit Charonia ianua. Plutarchus verò magnæ authoritatis vir sic de Milesiis virginibus scriptum reliquit in lib. de Vir. mulie.* Expirationes noxiæ animum, & corpus lædunt, vt quæ virgines Milesias coegerunt seipsas interficere. sed illarum furor est compressus propter dedecus, quod patiebantur: illarum n. cadauera nuda in forum efferebantur. *Sed & Rufus Ephesius poëta refert, quendam lacum apud Sarmatas necare aues superuolantes, quæ græcè dicitur ἄορνον & ànecandis auibus. qui locus nomen dedit Campano Auerno. Testatur Strabo* (lib. *15.*) *non procul à Nysa esse saxum aornum. & idem, scribit* (lib. *13.*) *apud Hierapolim esse os Plutonium in quodam montis superciliο: quodq; tauri illuc introducti cadant, mortuiq; educantur. quod ipsemet in in Passeribus expertus est. Sed & Aristoteles in 8. de Nat. anim.* (c. 28.) *auctor est, Lepores ex Ithaca fugere. & Pomp. Mela in Cilicia prater specum Corycium, meminit specus Typhonei. Pontanus verò noster in bello Neap.* (lib. *5.*) *similem recitat hiatum apud Petrinũ. verba sunt hæc:* Roca n. ōtis draconis ad Massicorum exitum montium, quà in mare & meridiem spectat, editissimo vertice sita est. ad eius montis latus, quod solis ortum prospectat, fanulum extat S. Marci, post cuius hiatum esse subterraneum indigenæ affirmant: in quem vbi paulùm modò descenderis, ad intimũ montem specus pandi ur, ingens ipsa, ac nunc latis, modò angustis anfractibus vasta, & horrens; quos qui ingressi quandoque fuerant, nunquàm post id reuersos, quòd a dracone antri custode, tetro primùm exanimati flatu, mox etiam deuorentur. atque ob hanc causam de Dracone monti nomen est inditum. *Hæc ille.*

Si animal] *Refert F. Leander in libro de Ital. cùm loquitur de Campania, Carolum 8. Galliarum Regẽ iussisse, vt proiceretur in antrum istud venenosum Asinus quidam, qui vbi prosectus est, quàm primùm expirauit.*

Celte] *vox ista etiam inferiùs legitur, quam nec alibi me legisse recolo. Atqui Celtæ populi sunt in Gallia, de quibus Lucanus* (lib. *4.*) Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis. *vt taceam Val. Catul. Mart. Syllium, & alios scriptores. Celtis verò arbor est apud Theophrastum in lib. de Historia stirpium,* (lib. *4. c. 4*) *quos vertit absolutissimus vir Theod. Gaza. qui inter Latinos Græcus est, & inter Græcos Latinus. Verùm quod ad auctorẽ attines, scimus ipsũ vsũ ea voce, vt in scriptura Iobi legitur, cùm dicit:* Sanctus ille vir, vel celtæ sculpantur in silice *quo in loco vir incredibilis pietatis catholica, singularisque doctrinæ Franc. Titelmanus sic scribit:* corrupta est lectio. nõ n. legendum est, vt quidam adinuenerunt dicentes, nomen celtis significare instrumentum, quo vtuntur sculptores lapidũ, à cælando nomen deductum asserentes. est n. id figmentum, vel maximè quòd nullus commẽtatorum huius libri de huiusmodi instrumento quicquàm annotauerit. *Hæc ille. Et verè in Bibliis ad vetustissima exemplaria Antuerpiæ castigatis per Catholicum virum Ioan. Henterium Mechlinæ legitur sic, certè.*

Temerarius) *Post casum Phaëthontis, & Icari hic tertius è cœlo in terram cecidisse videtur Hispanus. Quid non cogit mortalium curiositas? nescia præcepti apud Salomonem dicentem:* In pluribus operib. Dei ne fueris curiosus. non n. est tibi necessarium ea quę abscondita sunt videri oculis tuis. in superuacuis rebus noli scrutari multipliciter. Qui amat periculum peribit in illo. *& alibi,* Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. *& idem in parabolis,* Nunquid potest homo ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius? felix qui alieno *(vt docet paræmia)* discit malo. *Exemplum habetur in sacris literis de Dina filia Iacob: & in profanis de Nouocomensi Plinio, vt scribit nepos eius ad Corn. Tacitum. Lege quæ grauiss. auctor Plutar. in τῷ περὶ τῆς πολυπραγμοσύνης.*

De Bulla fudatoria.

CAP. IV.

BVlla fudatoria ad occidentem tendens postquam inter lacum, & Spinum montem trãsierit, à dextris lacum, è læua viam, qua Puteolositur, relinquens, obuium habet montem aridum, ardentem, & continuè fumigantem, quem nec feræ, neque aues incolunt. Ad cuius montis radices infra terræ cauernas magno cum fragore aqua bullit, & ob hoc Bulla vocatur. Hæc aqua parum ad superficiem exiens, non sine arte & industria illic colligitur, sed mirabiliter caput emundat, lumina acuit, veternum purgat, inguina liberat, splenem curat, & hepar. Eadem fertur alienam aquam hic calefactam virtute loci efficere. Hic locus ob solitudinem animantium, ac surgentis fumi in nebulas, aquæque feruentis terribilem sonitum, timorem ei, qui solus fuerit, facilè incutit.

SCHO

Digitized by Google

SCHOLIA.

Vulgò vocatur, la Volla.

Spinum] *Nusquam recolo me legisse de hoc mõte, scio tamen Spinum esse quandam auim apud Arist. 8. de Nat. anim (c.3.) & apud Virgil. (lib. 4.) esse quandam Pyri speciem in Georg. Spina vero nomen est vrbis in Italia apud Plin. lib. 4. (ca 16.) & Stephanum περὶ πόλεων. Hic Spinus mons vndiq; serpentibus, venenatisq; colubris scatet, sicut incolæ fatentur, & ego cùm Puteolis degerem anno 1543. sæpius vidi.*

Bullã huius meminere Sananar. & Menghus, qui propemodum in omnibus Sananarola simia est. is siquidem asserit mineram hanc participem esse sulfuris, & aris. Meminit etiam Franciottus lib. de Baln. Lucc.

Caput) *propterea ab Vgolino vocatur capitis antidotum.*

Splenem] *lege Galenum 9. de compos. Phar. per loca, (cap. 2.) vbi meminit Balnei pro lienis affectibus.*

Solus) *iuxtà illud Ecclesiastæ:* Melius est duos esse simul, quàm vnum. habent n. emolumentum societatis suæ, si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. *cap. monachus. de statu monachorum. Alcadinus sic metricè de hac Bulla scripsit:*

Est aqua quæ bullit, quæ ex hoc bene Bulla vocatur
Humani quantùm Bulla timoris habet.
Vt rogus inspirat saxis crepitantibus intus,
Sic locus ignito corda fragore mouet.
Quã metuenda magis, tantò magis vtilis ægris,
Si studeant in ea sæpe lauare caput.
Et si fortè carent, quò possint membra lauari,
Alterius curent sumere fontis aquam.
Hęc virtute lòci præstat calefacta salutem,
Luminis antidotum, seu medicina potens.
Hæc caput emundat, matricẽ purgat, & inguẽ.
Liberat, & splenem, purgat & ipsa iecur.

Sic locus) *aliter legitur:* Sic locus inuito frigore corda mouet.

De Astruno. Cap. v.

VErte te ad septentrionem, & parum circunda stagnum: nam occurret tibi à sinistris mirabilis efficaciæ lauacrum, quod à strũnis nomen accepit. Hic duo sunt fontes, sed aqua eadem rheumatibus, & phlegmatis semper aduersa: quæ cerebrum confortat, læsis oculis subuenit, gingiuas stringit, dentes roborat, fauces aptat, branchos ex rheumate curat, vocemque clarificat. si vuula quæ in gutture est, ciderit, ad locum reuocat, pectus lenit, appetitum incitat, stomachi fastidia, & membrorum pigritiem tollit, pulmonem à tussi recreat, corpus aquaticum, seu phlegmaticum inflammat, & omne malum phlegmatis, rheumatisque aufert, & quàmplures alios morbos.

SCHOLIA.

Vulgo vocantur li Struni.

Meminit huius balnei Sananar. quod vocat Astranam, corrupto (vt reor) vocabulo: quod coryza confirre, & pectus lenire autumat. Meminit Franciottus, & Vgolinus qui strunam vocat. Mengus vero asserit eius minerã constare ex nitro, ferro, & alumine.

Et parum] *In Codice Venet. impresso per Giuntam legitur, & parum stagnum, qualectio mihi satis placet.*

Appetitum incitat) *ibidem legitur, Appetitum mutat. sed melior est prior lectio cum Alcad. dicit, Incitat os dapib. & rerum magistra experientia hoc docet. Alcadini sic de eo extant versus:*

Dentibus à strunis prodest, quos rheuma relaxat
Faucibus ad solitum, si cadat, vua locum.
Faucibus apta satis, branchos ex rheũate passis.
Et læsis oculis hæc aqua præstat opem.
Pulmonem recreat, quem tussis caulsa fatigat
Inflammat corpus, cui dominatur aqua.
Incitat os dapibus, stomachi fastidia tollit,
In multis aufert rheumatos omne malum.
Pigritiem tollit membrorum, pectora lenit,
Vocis ad obsequium pectoris aptat iter.
Sæpius vnde solet multis occasio nasci,
Ne fluat à summo vertice, phlegma vetat.

Faucibus) *aliter sic legitur,* Hoc redit ad solitum, si cadat vua, locum.

Tussis) *sic, quem tussis anhela fatigat.*

De Baln. foris cryptæ. Cap. vi.

SItus loci inuitat me, vt retrogrediar. itaque à Crypta egredienti, & per radices Falerni montis incedenti ad oram maris, occurrit mihi balneum, quod à situ loci foris Crypta dicitur. Hæc aqua cùm sit potu, & operatione dulcissima, ignitos artus refrigerat, desiccata febribus membra rigat, pulmonem læsum, iecur, & pectus sanat, debilitatem stomachi tollit, tussi, & ægræ cuti medetur: nocet tamẽ hydrope affectis.

SCHOLIA.

Meminit huius baln. Sananar. vocatque Triptam. sic Franciottus, & Barto. Taurin. lib. 3.

Potu] *Aquarum Magnesiarum potabilium meminit Aristot. in problematis sect. 24. infra cap. 9. & in Baln. Ænariarum.*

Stomachi) *Sananar. testatur hanc aquam calefactam, & epotam ventrem lenire. Mengus credit huius balnei minerã esse nitrum.*

Febribus) *Balneorum in febribus meminit Hippocr. in sect. 7. aph. 42.* τῶν ἀφορισμῶν.

Hydrope) *Aduerte ex Gale lib. 1. Simpl. medic. c. 7. hydropi sæpe conferre aquas sulfur. alum. & bitum. cui dicto consentit Aetius 3. ser. 1. ca. 27. Hinc refert Gal. 14. c. 5. Therapeutica methodi, Mulenis aquam scaturire, qua hinc morbo aqua intercuti summopere opitulatur. valenter n. desiccat. Alcadinus sic de eo,*

Lympha foris Cryptæ iuxtà maris edita littus.
A stomacho pellit debilitatis onus.

Sed

Sed nocet hydropicis, cũ sit dulcissima potu,
Vim consumendi non habet, inde nocet.
Leniter ignitos assueta refrigerat artus,
Pulmonem læsum sanat, & inde iecur.
Pectoris antidotum, tussi medicamen amicũ,
Desiccata febris caumate membra rigat.
Ipsa per occultos telluris ducta meatus,
Subuenit ægrotis, est quibus ægra cutis.
Vt dicunt Veteres (satis est mirabile dictu)
Ipsa foris Cryptæ Bulla ministrat aquam.

Hydropicis] *Secunda huius dictionis syllaba producitur, græcè n. scribitur, ὑδρωπικοῖς. quo modo vtitur Flaccus 1. epist. cap. 2. Macer quoque (& si non sit ille Nasonianus) lib. 5. [cap. 4.] Auctor tamen hic metri gratiâ (sicut & inferius cap. 39. 47. & 48.) vertit τὸ ω in ὀμικρὸν, secutus Macrum lib. 1. ca. 5, & ca. 31. & 3. cap. 8. Versus omittimus lector, quia breuitati studemus, neue cum Marso videamur scribere Amozoniden.*

De Baln. Iuncariæ
Cap. VIII.

VLtra per arenam proficiscenti, occurrit vnda Iuncariæ, à iuncis illic nascentibus nomen retinens. Hæc vnda mentem lætificat, gaudia fouet, tollit suspiria vltrò venientia, veneré prouocat, ad eamque fortes efficit, renes confortat, prodest stomacho, & læsis luminibus, vires iecoris reparat, hepar sanat, corpus impinguat, febres erraticas destruit, & prouidet ne cutis extenuetur.

SCHOLIA.

Vulgo dicitur, li bagni de li Giunchi.

Meminit eius Sauan. vocatq; Deiuncaram. scribit sanè ipsam confortare pectus, & conferre febri hectica prima & secunda (sic loquuntur Auicennæ sectatores in primâ fen. quarti) speciei: quod tamen difficulter credit. Franciottus verò giuncarám, vel vincaram appellat, Vgolinus sic de ea scriptum reliquit, pectus roborat, exiccationis causas remouet, febres intermittentes destruit. & est inter cætera balnea salubberrimũ. eius mineram esse nitrum ferrũ, & forte aurũ putat. Menghus Fauentinus. Alcadinus sic de eo:

Balnea Iuncariæ quæ sunt in littore ponti,
Prosunt consumptis, ni sit aduста cutis.
Pectoris amissas reparant in corpore vires,
Lætificant animos, gaudia sumpta fouent.
Quæ veniunt per se, mentis suspiria tollunt,
Et faciunt alacres in muliere viros.
Efficiunt Veneris renes ad prœlia fortes,
Confortant stomachum, lumina læsa iuuãt.
Quas hominum cætus febres interpolat vsus
Annihilant, necnon triste medentur hepar.
Talibus vsus aquis discrimina nulla timebit,
Quæ quandoque solent extenuare cutim.

Iuncariæ] *aliter sic, Iuncare.*

In muliere] *sic, ad meliora viros. nam penultima corripitur, vt Quintil. Stoa rectè sentit, sed priorem habuit Sauan. cùm versiculum hunc & sequentem pro venereis effectibus in testimonium producit.*

Hepar] *vox hæc in primâ syl. producitur. græcè n. scribitur ἧπαρ: verùm metri gratiâ (vt superiùs dictum est) prima corripitur facta μεταβολὴ τοῦ η εἰς τὸ ε ψιλὸν, sicut fecit Macer lib. 3. Nec mirum quandò (vt ait Manilius in suis Astronomicis) ornare res ipsa negat contenta doceri. Et sicut herbarum vires (Stoa sententia) difficile est elegantissimo stylo celebrare, sic censendum est de nostro Alcadino, & Eustasio in negotio balneorum.*

Annihilant) *aliter sic,* Ad nihilum redigunt, purificantque iecur.

Interpolat) *metri gratia alterum λάμβδα ablatum est. hic est enim Poetarum mos in reperis, retuli, & huiusmodi dictionibus.*

De Balneolo, seu Balneo plagæ.
Cap. VII.

IN radice montis Olibani, quæ protenditur versus Nesida per arenam procedendo, duo Balnea reperiuntur, quorum vnum Balneolum dicitur. illud Baln. petræ. Balneolum nomen à breuitate fontis inuenit, sed tantæ est efficaciæ, vt infirmus non solùm aquam ibi, sed Deum adesse putet. Nam caput, stomachum, & cætera membra confortat, fugat caliginem oculorum, consumptos, & debilitatos reficit: materiam quartanæ, continuæ, & quotidianæ destruit, à doloribus ex quocunque morbo, vel febre procedentibus liberat. Hac aqua Neapolitani plus cæteris vtuntur. De hoc balneo clarus poeta Eustasius de Matera hos edidit versus.

Inter aquas Pelagi propè littus sub pede rupis,
Magnus in effectu fons breue nomen habet.
Balneolum dictum, tantæ virtutis amicum,
Vt patiens illic sentiat esse Deum.
Nã morbo quocũq; dolet, seu rheumate quouis,
Lotus aqua tali tempore liber abit.
Et caput, & stomachũ, renes, & cætera mẽbra
Confortat, tepidam si renouabis aquam.
Hęc prodest oculis, oculorum nube fugata,
Consumptos reficit, quos tenet ægra fames.
Materiamque rudẽ consumit, & amphimerinẽ
Hoc gens plus aliis Parthenopensis amat.

SCHOLIA.

Vulgò dicuntur li Bagnioli.

Meminit eius Sauan. quod vocat locum, dicitq; fugare suffusionem, conferre catharro, stomachum confortare, renes, multaque auditu miranda operari. Aqua hæc suauis est, corporique humano multùm grata. Meminit & Vgolinus, quod vocat Balneolum foris cryptæ. sic & Franciottus. eius minera (ex Mengho) est alumen, as, & ferrum.

Nesida]

Digitized by Google

Nesida. *Nesis delitiosius locus est prope littora Pausilypi: de quo scribit auctor Pharsaliæ lib. 6. noster Stat. Papinius 3. sylvarum, Sil. 1. Pontanus in Lyra Epi. 3. cum Sannazario in piscatoriis: vt taceam Plinium lib. 19. cap. 8. suæ historiæ, & Senecam in epist. 54.*

A breuitate. *diminutiuum est à balneo. Iuuenalis Sat. 7. & Statius in præfat. sylvarum.*

Consumptos. *Hinc merito celeberrimus præceptor meus Don. Ant. ab Altomari in sua propemodum diuina Arte medica, commendat hoc balneum in affectu ἡ γονορροίας.*

Eustasius. *neminem adhuc legi, qui de hoc viro verba fecerit, nisi apud vnum auctorem de balneis Heluet. & fortè hunc innuit Vgolinus, cùm dicit, se vidisse opusculum de baln. Puteolorum, auctore Matthæo de Plantimone Salernitano: quorum virtutes ibi erant metricè descriptæ. Huius Eustasii, sicut & Alcadini, amice lector, versiculos. (vt potui, vtì mihi licuit tam breui temporis curriculo) à mendis expurgaui. & longè vtilius emendaturus, si licuisset, eram. faciant alii, opus adiuuent, & perficiant, nemo vnus omnia nouit: id siquidem solius Dei munus & opus est.*

Inter aquas. *Hi versus adscribuntur Alcadino, vt apparet ex opere illo de baln. excuso Venet. necnon ex codice manuscr. superiùs dicta Bibliotheca.*

Vt patiens. Lotus. *hi duo versiculi cuantur à Michaële Sauanar.*

Nam mor. *aliter, De morbo quocunque doles, seu causmate quouis, lotus aqua talis corpore liber eris.*

Materiamque. *aliter, Materiam tritæi consumit. verùm quia ex dsphthongo media producitur à Martiale lib. 12. Ep. 91. & Macro. lib. 5. ca. 7. & Q. Sereno, ideo versiculum sic commodè restitui. Consumitq; tritæi hylen, ac amphimerinen.*

Amphimerinam. *vox hæc quia Græcè scribitur δίημερον producitur. sed hic, & inferius metri gratia corripitur. huius febris meminit Gal. 1. de Crisi. 2. de diff. feb. & alibi.*

Parthenopensis. *aliter, Plus aliis genus hoc Parthenopæus amat. ego verò sic legerem, Plus aliis hoc gens Parthenopea fouet. fouere enim apud Maronem, habere significat.*

De Balneo Petræ.

Cap. IX.

DE Petra lauacrum sequitur, quod in fine huius littoris sub rupe dicti montis positum est, ab effectu sortitum est nomen. nam calculum frangit, vrinam prouocat, renes mundat, educit arenulas, caput à doloribus liberat, detergit ab oculis maculam, auribus auditum præstat, & sonitum remouet, cordi, pectorique medetur. Huius aquæ calidæ potus interiora expurgat. De hoc balneo Petræ Eustasius sic scribit.

Cui Petra dat nomen, mirum reor esse lauacrũ
Quòd lapidem possit frangere, nomen habet
Et caput à multis facit absentare querelis,
Auribus auditum præstat, & addit opem.
Lumina detergit tunicis maculosa piatis,
Pectoris, & cordis esse medela potest.
Vesicas aperit, de renibus vrget arenam,
Interiora lauat potus & huius aquæ.
Quamplures vidi calidam potare petrosos,
Queis vrina fuit post lapidosa satis.
Vos igitur, quibus est durus cùm pondere vẽter.
Liberat assiduè potio talis aquæ.

SCHOLIA.

Meminit eius Franciottus, & Sauanar. d. quod conferat suffusioni: quodq; lapidem vesicæ frangat cùm calida bibatur. meminit Vgolinus, asserens curare oculorum scabiem. eius materia (secundum Menghum) est nitrum.

Potus. *qua superiùs cap. 6.*

Cui petra. *hi versus etiam adscribuntur Alcad.*

Et caput. *sic, Infestos capiti solet hoc arcêre dolores.*

Tunicis. *sic, nebulis maculosa fugatis.*

De renibus. *nos sic restituimus. renes expurgat arena.*

Venter. *sic, cùm pondere mictus.*

Liberat. *sic, Assiduus talis liberat vsus aqua.*

De Baln. Subueni Homini.

Caput X.

IN capite sequentis littoris, quod Puteolos vsque protenditur, infra cryptam in rupe cauatam saluberrima manat aqua: quæ obstructis ob incuriam venis, & fonte relicto, sub arena intra dictam cryptam, & mare perquiritur. Et quia ægrotis hominibus mirabiliter subuenit, Subueni homini nomen accepit. Egesta igitur arena, locum dispositum ingressus, æger statim scaturientium stillarum sentit auxilium. Fons iste animi tristitiam, & defectum stomachi tollit, ipsum confortat, & facit vt appetat: pulmonis, iecoris, splenis, & tumidi ventris deponit onera, vocem clarificat, antiquæ podagræ induciatam dat requiem, & omnem speciem doloris aufert. excellens tamen eius operatio in restauratione debilitatorum membrorum lucidius enitet. De quo Eustasius sic ait,

Ex re nomẽ habet lauacrũ, quod subuenit ęgris,
Nominis effectum gaudet habere sui.
Purgat pulmonem, deponit pondera splenis,
Depurat tumidum certa medela iecur,
Tristitiæ causam gelido de pectore tollit,
Humores ventris leniter vnda leuat.
Defectum stomachi tollit, confortat & ipsum,
Vt solito solitas appetat ore dapes.
Vocem clarificat, genus omne doloris & aufert,
Talis amatores conuocat vnda suos.
Hic etiam deponit onus longæua podagra,
Hic datur articulis induciata quies.

SCHOLIA.

Vulgò dicitur corrupta voce, Zuppa d' homini. Nec

mirum, omnia enim ad corruptionem tendunt, & cum A *tẽpore marcescunt, vt ait Aristot.* ἐν τῷ περὶ γηράσεως καὶ διαφθορᾶς.

Meminit eius Sauan. vocatq; lauacrum. Vgolinus dicit remouere causas frigidas, pectoris defectum tollere, & conferre articulis. Franciottus vocat subsidium hominis. eius minera (ex Mengho) est nitrum & ferrum, quod ex alembico constare potest.

Podagræ. *praceptor meus Altimarus meminit huius balnei in sua Arte medica cap. de podagra.*

Dispositum. *in Codice Veneto legitur, defossum.* B

Ex re. *hi versus etiam Alcadino adscribuntur.*

Vt solito. *sic vt cupido solitas.*

Humores. *legendum esset, tumores. nisi quòd in hac dictione prima corripitur.*

Hic datur. *aliter, Datur vt articulis sæpe petita quies. nos sic effinximus. Magna quies pressis articulisq; datur.*

Induciata. *Quid sint Inducia lege Paulum Post liminiũ. ff. de capt. & postlim. reu. vbi Accursius parum erudite (salua pace) loquitur. lege Varr. apud Gell. l.* C *noct. act. cap. 25.*

De monte Olibani.

Cap. XI.

ET quia dicta Balnea in radicibus montis Olibani manifestantur, etiam de eodem monte aliquid explicandum videtur. Post Puteolos enim Mons olim fuit præduriſſimi silicis, qui Olibanus dictus est; sic dictus, quòd totus fuerit fructibus orbatus, nam lapidosus existens, ste rilis erat. Hunc Montem C. Caligula Imp. Rom. D excidi iussit, vt ex ipsius silicibus itinera Italiæ sternerentur. quod videtur innuere Sueton. sic d. excisæ rupes, præduriſſimi silices, & montes aggere æquati. Huius montis rudera inspici possunt cùm acceditur: nam dicitur Olibanus, ab ὅλον græcè, quod latinè sonat totum, & βάρος orbus, & seu sterilis. In huius enim Montis radicibus plurima saluberrima balnea nascuntur: de quibus aliqua superiùs dicta sunt, & aliqua infe- E riùs dicentur.

SCHOLIA.

Vulgò lo monte Libano, & li sassi.

De hoc Monte meminit Ant. Panor. 5. epist. ad Nicol. Pisciellum Archiepis. Salernitanum, quem vocat feracem herbarum & ventorum. Oliba tamen ciuitas est Hispaniæ apud Ptolemæum lib. 2 cap. 6. & Olibanus (vt notat Simon Genuẽnsis apud Pandectarium 12.) est thus, quod etiam dicitur græcè λίβανος. est etiam Libanus mons Arabiæ, de quo Tacitus, & Sacra litera sæpius loquuntur, & vt in historia regnorum, & in Pro- F *phetis legitur. est & nomen adulescentis apud Constan. Cæs. 11. γεωπονικῶν. cap. 16. Antilibanus quoque ipse mons est, cuius meminit Iul. Strabo lib. 16. sua geographiæ.*

Sueton. *locus est lib. 4. c. 37. sic, Iacta moles infesto, ac profundo mari, excisæ rupes durissimi silices, & campi montibus aggere æquati, & complanata fossuris inga montium.*

Ab ὅλον. *quod hic bonus auctor de orbato somniat. nunquàm legi, nisi ἀπὸ τοῦ στερνῦσθαι, (charitas nanq; non cogitat qua mala sunt) quod extinctionem significat, originem traxisse crediderit.*

De Baln. Ortodonico.

Cap. XII.

ORtodonicum balneum in radice eiusdem montis est, quod respicit Puteolos, in horto domini Episcopi nascitur aqua vtilis, & mirabilis, & ob hoc Ortodonicum dicitur. In hoc lauacro per ostium ad plagam australem dispositum multos per gradus descenditur: & ideo cùm auster flat, calor intus incluſus, exhalationis expers, facilè intrantes suffocat. Aqua tamen eius foris educta, restaurat corpora febribus consumpta, nauseam stomachi reuocat, illumque confortat, ephemeras, & erraticas febres tollit, maximè ad phthisim paratas.

SCHOLIA.

Meminit eius Franciottus. *Alcadinus sic de eo.*

Hæc manet abscoſo telluris lympha meatu,
Hanc via sub terris plena timoris habet.
Tu caue ne subeas thermas spirantibus austris,
Ne calor incluſus sit tibi causa necis.
Hęc aqua mira nimis consumptis est bona valde,
Restaurat corpus nobilis vsus aquæ.
Infirmos sicubi febris tenuauerit artus,
Et putat extremam tristis adesse diem.
Has fidens intrabit aquas, & sæpe frequentabis,
Sentiet in robur se rediisse vetus.
Phthisis, ephemerinæ febres, & nausea turpis
Pellitur his thermis, hectica victa fugit.

Sicubi. *cùm hæc dictio in prima syllaba producatur, vt patet apud Statium, in Achill. lib. 2. & Iuuencum Hispanum lib. 1. euang. c. 35. ideo versiculum hunc sic aptauimus, sicubi languentes f. t. a.*

Phthisis. *huius etiam vocis prima corripitur à Iuuenale, Sat. 13. ab Ouidio in primo de Ponto el. 4. & à Q. Sereno c. 18. ideò sic effinximus, sibris ephemerinæ, phthis seu mala, nausea turpis. vel sic, febres, exhibuit quis nomen ephemeros, auſert, Errantesque, phthoën maximè quæ generant.*

De Baln. S. Anastasiæ.

Cap. XIII.

BAlneum S. Anastasiæ obstruitur arena sicut Baln. subueni, quod nomen, quia prope ædes huic sanctæ dicatas aqua surgebat, assumpsit; facta ergo fossa, aqua recenter egrediens, igniti corporis recreat artus, eorum virtutes renouat, tollit languidis symptomata, vel defectus, si surgentis aquæ patiantur ardorem. De quo dicit Eustasius.

Balnea præterea, seu Nasteſię lauacrum,
Vsibus humanis commoda multa facit.
Corporis igniti recreatos efficit artus,
Virtutes etiam corporis vnda nouat.

Res

Digitized by Google

Res miranda quidem, quicunq; cauabit arenam. A
In medio fossæ feruida manat aqua.
Illa recens in fonte suo symptomata tollit,
Languidus ardorem si patiatur aquæ.
Qui petit ergo suo bene de languore leuari,
Sentiet auxilium, si renouabit aquam.

SCHOLIA.

Meminit eius Francicttus sub titulo S. Anastasiæ. Vgolinus d. articulos roborare, & omnois vires corporis B augere.

Balnea. *adscribuntur etiam Alcadsic legitur, Adscribunt homines tibi Anastasia lauacrum. sed cùm vtroque modo claudicet, sic in rhythmum metricum effinxi, Balneum Anastasia dicue de nomine dictum.*

Corporis igniti. *sic, corporis ægroti.*

Languidus. *sic languenti ardorem si patiatur aqua. post quem sequuntur hi duo versiculi, Fonte relicta suo nihil affert vtilitatis, Has eadem prodest frigida facta parum.* C

Ergo suo. *aliter sic, inuiso sese languore leuari sentiet auxilium, si renouabit aquam.*

De Oppido Puteolis.

CAP. XIV.

PVteoli vetus oppidum est, Baias respiciens ad septentrionem : dictum á puteis olentibus aquarum sulphuratarum, quæ ibi scatent. D Refert Tacitus, quod inter Puteolanos nobiles, & plebeios maxima est orta seditio, propter quã ad saxa, & minas ignium deuenêre. sed nobiles Romam ad senatum mittentes, de violentia popularis multitudinis sunt conquesti. Populares etiam legatos ad eundem misêre senatum: exponentes quòd auaritiam magistratus, & cui usq e maiorum non poterant sufferre. Senatus igitur voluntate, C. Cassius adhibendo remedio est delectus. sed quia Puteolani eius seuerita- E tem ferre non poterant, precante ipso ad Scribonios fratres est ea cura translata. quibus, data cohorte prætoria, cuius terrore, & paucorum supplicio, rediit oppidanis concordia. In huius oppidi vmbilico, est fanum quoddam antiquissimum, sumptuosissimè ex quadrato lapide constructum, & iam à frequenti terræ motu, qui illic creber est, parum scissum; quod à Christianis sancto Proculo dedicatum Canonici possident. In eius fastigio, & frontispicio hoc Elogium F magnis literis insculptum, quum esset integrum, legabatur: cuius nunc boua pars ex terræ motu periit.

CALFVRNIVS L. F. TEMPLVM AVGVSTVM CVM ORNAMENTIS. D. S. P. In eius etiam Templi pariete hoc quoque Epigramma cernitur.

L. COCCEIVS L. C. POSTVMI L. AVCTVS ARCHITECTI.

Pomponius lætus in Gigantum ossibus, quæ Puteolis visuntur.

Huc quicunq; venis stupefactus ad ossa Gigãtũ,
Disce cur Etrusco sint tumulata solo.
Tempore quo domitis iam victor agebat Iberis
Alcides, captum longa per arua pecus,
Colle Dicarchæo clauaque arcuq; Typhones
Expulit, & cessit noxia turba Deo.
Hydruntum petiit pars, & pars altera Thuscos,
Interiit victus terror vterque loco.
Hinc bona posteritas immania corpora seruat,
Et tales mundo testificatur auos.

SCHOLIA.

Puteoli. *Tacitus lib. 4. sic habet:* In Italia oppidum vetus Puteoli, ius coloniæ, & cognomentum à Nerone adipiscuntur. Veterani Tarentum, & Antium ascripti, non tamen infrequentiæ locorum subuenêre, dilapsis pluribus in prouincias, in quibus stipendia expleuerant. Neque coniugiis suscipiendis, neque alendis liberis sueti, orbas sine posteris domos relinquebant. Non enim vt olim vniuersæ legiones deducebantur cum tribunis, & centurionibus, & sui cuiusque ordinis militibus, vt consensu, & caritate Rempub. efficerent: sed ignoti inter se diuersis manipulis sine rectore, sine affectibus mutuis; quasi ex alio genere mortalium repente in vnum collecti, numerus magisque colonia. Comitia prætorum arbitrio senatus habeti solita, quòd acriore ambitu exarserant, princeps composuit; treis qui supra numerum petebant, legioni præficiendo. Auxitque Patrum honorem, statuendo, vt qui à priuatis iudicibus ad Senatum prouocauissent, eiusdem pecuniæ periculum facerent: cuius ii, qui Imperatorem appellauêre, nam antea vacuum id, solutumque pœna fuerat. *Hæc ibi. Strabo lib. 5.* Δικαιαρχία ἔστι, λιμὴν πρόκειται ἐμπόριον Ῥωμαίων ἐν ὑφόροις ἐδάφεσιν. Ῥωμαῖοι μετῳκισαν Ποτιόλους διὰ τὴν εὐφυΐαν. οἱδὲ διὰ τὴν εὐετηρίαν τὴν ἐνταῦθα. Dicæarchia, *inquit*, quæ primùm fuerat Cumanorum emporium, Romani postea vocarunt Puteolos à puteis, aliqui autem à putore aquarum. *Eusebius verò Cæsariensis* ἐν χρονικοῖς *refert, Puteolos ante dictam fuisse Dicaarchiam tempore Tarquinii Superbi, & Pythagoræ, ob imperii iustitiam. Galenus in 1. de compos. per per gen. Dicaarchia, cap. 28. & 9. de Compos. per loc. meminit Putiolii. quam Tyrrhenorum coloniam vocat Pausanias, & Campania coloniam, Beda super Act. Apost. vt refert Dion. Cartusianus. Atqui auctor historiæ Schol. 1. Comestor insulam esse*

Digitized by Google

putat; sed melius Card. Caietanus, qui ibidem vocat ci- A
uitatem maritimam. Fuit in hoc oppido celebris fortitu-
do Maria Puteolana, cuius meminit Franc. Petrar. 5.
epist. & ex eo Io. Ranisius Textor prima parte Officinæ.

De prochoro Episcopo Puteol. (cuius meminit B. Lu-
cas) & vno ex LXX. discipulis, lege Hippolitum marty.
& de Ancupio Episcopo fit mentio in Concilio sub Sym-
macho Papa. De S. Sosio apud Puteolos meminit Lip-
pomanus in vitis patrum, tomo 4. De Francisco Puteol.
Beroaldi præceptore, lege eundem Beroaldum in Orat.
Prouerb. cuius etiam extat epistola ad Iacobum anti- B
quarium de Chirio fortunato, quem ipse recognouit, im-
primiq; curauit. extat epistola eiusdem in præfatione
Corn. Taciti. idem vertit Psalmos & Ecclesiasten Salo-
monis, quos Hieronymo Quirino Patr. Venet. nuncu-
pauit. & hic ille est, quem noster Politianus 2. epistola-
rum epist. 15. amicè salutat. De ambrosio Puteol. medi-
co, vnus ex vetustissimis medicis, Marcellus meminit,
ca. 26. De Andronico Puteolano meminit Cicero lib. 5.
epist. XV. ad Atticum. Sed & Stephanus περὶ πόλεων.
Herodianum Puteolis Symposia scripsisse testatur. De C
aëris Puteolani natura eruditissimè scripsit Petrus Ia-
cobus à Toleto. De aquis Puteol. meminit Cic. in Orat.
pro Plancio, & in lege agraria. de puluere verò Vitru-
uius lib. 2. & Seneca 3. Quæst. Natural. & ex eo Cœl.
Rhod. 16. lect. antiq. Marmorum verò antiquorum
meminit meus Franciscus Balistherius in Periocha de
accentibus. Et vt obiter annotem, ficuum Volumbro-
rum Pontanus 2. de amore coniug. & ceruſa meminit
Iac. Syluius in appendice dispensarii Valerii Cordi. Qui
verò aliqua alia desiderat de hoc oppido (vt studiosis vi- D
ris satisfaciam) legat Iosephum 18. antiq. Philostratum
9. de Apoll. Melam lib. 2. c. 2. Appianum lib. 5. Sene-
cam ad Lucillium, Liuium 3. ab vrb. cond. lib. 4. Pli-
nium 2. hist. Nat. L. Florum 1. c. 16. Suetonium 2. Ta-
citum 19. & Statium 2. Sylu. prima. E recentioribus ve-
rò Blondum de Ital. Illustr. cap. de Campania, Volater. 6.
c. 6. & Pontanũ 6. de bel. Neapol. cum Petrar. 2. epist. 16.

Proculo. *is fuit diaconus B. Ianuarii martyris, so-*
cius martirii, cuius festum celebratur die 19. Septem.
passus est enim sub Diocletiano Imp. an. 289. Huius san- E
cti templum hodie est sedes Episcopi. vt vtar voce Con-
cilii Triburiensis. quæ infra cap. 18. lege officium septem
patronorum Eccl. Neapolitana, & Martyrologium ec-
clesiasticum.

Calphurn. *de Calphurnio equite Rom. meminit*
Tacitus, & Cicero Orat. contra C. Ant. & L. Catil. est
& huius nominis vnus ex bucolicis scriptoribus.

Pomponius. *fuit vir antiquitatis, & bonarum li-*
terarum consultissimus, vt mutuem mihi verba Ang.
Polit. in suis miscell. c. 73. qui septuagenarius (referente F
Iouio in Elogiis c. 40.) è vita hac excessit.

Disce cur. *etsi hæc dictio modo corripiatur, scito ta-*
men illam ex regula produci, necnon ex auctoritate Na-
sonis 2. Elegiarum el. 4. Ausonii ep. 44. Venusini poëtæ
primo carm. 33. & Pontani 2. eridani c. 6. de Giganti-
bus lege Philone lib. de Gigantibus ex libro Genes. Num.
Deut. Iob, Baruch. aliisq; Sacris scripturis, Lucanum
lib. 4. Pharsalia, Spartianum in Adriano, Macrobium
1. Satur. Diod. 5. antiq. gest. Claudianum ep. 8. Ouid. 5.
Metamor. Boccacium 4. Geneal. Polit. in Miscel. c. 18.
Gyraldum de Hercule, vt alios scriptores interim prə-
teream.

De Theatro Puteolorum.

CAP. XV.

APud Puteolos Theatrum olim fuit, mirę magnitudinis quod hodie quoq; penè integrum apparet, circuli formam habens. In quo quondam mixtim homines cum mulieribus, maiores cum minoribus ludos aspiciebant. Sed hoc confusissimum spectandi genus, vt d. Suet. cum Aug. Cæsar celeberrimis ludis, quibus ipse cum Senatorium virum frequenti consessu nemo recepisset, idem princeps spectandi modum correxit. Inter hoc Theatrum, & Puteolos est quoddam ingens Ædificium subterraneum ita pulchrum, & adhuc recens, vt videatur ante pau cos annos constructum fuisse, quum tamen referat potentiam illam maximam Romanorum. Sunt etiam ibi paruæ cellæ quasi nouę, opere fortissimo concameratæ, quarum quælibet habet vnum ostium ad alteram apertum, ita vt ex vna in alteram quilibet progredi possit. Et sunt tàm multæ, vt si quispiam sine lumine intrauerit, vix, vel nunquam exire possit. Et ob hoc Puteolani indigenę vocant illud opus Labyrinthum. Super hæc omnia ædificia sunt horti, atque agri constituti, videturq; terra solida esse. Et nisi aliquis loci sit peritus, inueniri non possunt: habent siquidem ingressus arctos vepribus, & sentibus obsitos. Puteolanus puluis (vt d. Seneca) si aquam attingit, saxum fit. sic è contratio, hæc aqua si solidum tangat, hæret, & affigitur. Inde est, quòd res proiectę in eundem lacum, commersæ in lapides subinde extrahuntur. Hæc ille. Habetur in Actis Apost. quòd beatus Paulus Puteolos venit, vnde legitur. Et cùm venissemus Syracusam, mansimus ibi triduo: inde circum legentes deuenimus Rhegium, & post diem vnum, flante Austro, secundo die venimus Puteolos, ibi inuentis fratribus, rogati sumus manêre apud eos dies septem. Mirum est, quòd hodierno die Mulieres in illo oppido non bibant vinum, & si quę biberint, parum pudicæ habeantur: quum in proximis locis circunquaq; subiectis vinũ ab eo sexu minimè respuat.

SCHOLIA.

Vulgò lo Girone, sumpsit nanq; etymum à gyro.

Sueton. *locus est in 2. c. 43.* spectandi, *inquit*, confusissimum, ac solutissimum morem correxit, ordinauitq;, motus iniuria senatoris, quem Puteolis per celeberrimos ludos consessu frequenti nemo receperat. *Et infra.* Facto igitur decreto Patrum, vt quoties quid spectandum vsquam publicè ederetur, primus subselliorum ordo vacaret senatoribus. Romæ legatos liberarum, sociarumq; gentium venit in orchestra considere, cùm quosdam etiam libertini generis mitti deprehendisset. Militem secreuit à populo. Maritis

è plebe

Digitized by Google

è plebe proprios ordines assignauit prætextatis cuneum suum, & proximum pædagogis: sanxitque ne quis pullatorum media cunea sederet. Fœminis ne gladiatores quidem, quos promiscuè spectari solenne olim erat, nisi ex superiore loco concessit. solis Virginibus Vestalibus locũ in Theatro separatim, & contra prætoris tribunal dedit. Athletarum verò spectaculo muliebrem sexum adeò submouit, vt Pontificalibus ludis pugilum par postulatum, distulerit in sequentis diei matutinum tempus: edixeritque, mulieres ante horam quintam venire in theatrum, non placere.

Cellæ. *vulgò dicuntur cento camerelle.*

Labyrinthum. *lege inferiùs c. 69. & P. Bellonium 3. de medic. singular. ca. 9.*

Seneca. *locus est 3. quæst. cap. 20. natur. de hoc pulvere supra cap. 14.*

In Actis. *locus est cap. 28. græcè sic, ἤλθομεν εἰς Ποτίολους. quem locum, (vt id per transennam annotem) Ireneus Episc. Lugdun. citat lib. 3. contra Valent. ca. 14. cùm loquitur de B. Luca medico & Euangelista.*

Mirum est. *Hic vsus olim inualuit apud Romanos. vt auctor est Plin. 14. cap. 13. Valer. Max. lib. 2. c. 1. Gell. 10. noct. att. ca. 23. & Tiraquellus noster in lege 9. Connub. nu. 155. Spartiani quoq; vino abstinent, vt scribit Xenophon de lege Lacedæmon.*

De Ponte Puteolorum in mari facto per C. Cæsarem.

CAP. XVI.

AMolibus Puteolanis vsque Baias (vt Tranquillus ait) C. Caligula Cæs. Rom. Pontem fieri iussit, longum trium milium, & 600. ferè passuum. quo facto, duobus diebus continuis super eo cucurrit. Primo enim die Phalerato equo, coronam quercicam ferens in capite, securim, gladium, cetram, aureamque clamydem. Tertio die in habitu quadrigario per Pontem accessit, habens ante se curriculum biiugum famosorum equorum, comitante eum Dario puero ex Parthorum obsidibus, agmine prætorianorum, & in essedis amicorum cohorte.

SCHOLIA.

Tranquillus. *locus est 4. cap. 19.*

Meminit huius Pontis Blondus, quæ infra in cap. sequenti. Lege quid Laërtius 1. c. 1. de Haly fluuio, & quid Thales promiserit.

Quare C. Cæsar hunc Pontem fieri fecit.

CAP. XVII.

QVare autem hic Pons à Caio fuerit excogitatus, ratio triplex assignatur per Suet. Prima est, vt imitaretur Xerxen Persarum regem, qui volens de Asia in Græciam transfretare, non sine admiratione. Secunda est, vt alicuius operis immensi fama Germaniam, & Britanniam, quibus tunc imperabat, territaret. Tertia est, quam arbitratus est Sueton. auum meum, inquit, narrantem puer audiebam, causam operis ab interioribus aulicis proditam: quòd Thrasyllus mathematicus anxio de successione Tiberio, & in verum nepotem proniori, affirmasset, non magis Caium imperaturum, quàm per Baianum sinum equis discursurum. Mortuo demum Tiberio Caius Imp. factus est, qui talem pontem fieri præcipiens, super eo tribus diebus continuis commeauit, quarto die cùm multos è littore inuitasset ad se, repente omnes præcipitauit. quosdam gubernacula apprehendentes contis, remisque detrusit in mare. Hæc Sueton. De pilis huius pontis meminit Seneca ad Lucil. d. omnis in pilis Puteolanorum turba consistit.

SCHOLIA.

Sueton. *locus est 4. c. 32.*

Pontem. *Iosephus 19. antiq. sic d.* ex Dicæarchia ciuitate, quę in Campania constitura est, ad Messanam quæ alia quoque maritima ciuitas est, graue putans vti remis, transitumque facere, putans que sibi subiicere etiam hoc elementum posse, velut domino silet terræ natura sustinere. Voluit ergo à littore ad littus, stadia fermè 300. in medio mari & intra tamen vastum sinum, Pontem construere: super quem carrucis, & diuersis vehiculis itinera valeret efficere. *Hæc ille.*

Seneca. *locus est epist. 78.*

In pilis. *sic castigatius, in pyris.*

De Aqua Sulphuraria.

CAP. XVIII.

IN summitate montis, qui Puteolis præeminet, planicies magna adhuc tota continuis scopulis, & rupibus circundata, nisi vbi ingressus patet. Ex quibus extrahitur innumerabilis thesaurus Sulphuris, Aluminis, & Vitrioli, quæ ex lapidibus, & terra montis fiunt. Aqua ibi nascitur, quæ cùm maximo impetu ebulliens in altum vsque ad 16. & quandoque 24. palmos, maximè verò cùm Mare æstuat, (sicut accolæ testantur) attollitur, ac eleuatur. In hac planitie complura fiunt à Natura foramina, è quibus maximus exhalat fumus: vt si in foraminibus lapis proiiciatur, etiam magnus, vi, atque impetu fumi reiiciatur. Hęc aqua sulphurea, & hic fumus neruos mollificat, visum acuit, lachrymas, vomitumque stringit, capitis, ac stomachi dolorem aufert, steriles fœcundat, febres cum frigore, seu rigore accedentes tollit, infecta scabie membra purgat. Huius odor grauis est, locusque vndique fumigans terribilis est: verùm is fumus rheuma, frigusque capitis tollit.

SCHOLIA.

Meminit huius aquæ Sauan. d. eam conferre dolori

leri antiquo capitis, dolori stomachi ex causa frigida, & humiditatem phlegmaticam purgare. Vgolinus d. humores phlegmaticos dissoluere. Menghus asserit eius mineram esse sulphur & es, quia firmat lachrymas, visumq; acuit.

Meminit huius loci Volater. 6. Pontanus 2. Parthen. 3. & Franciottus, quod Vulcani forum appellat, sic enim à Strabone lib. 5. vocatur. qui etiam refert apud Baias reperiri loca sulphurea. sed & Galenus 5. περὶ ὑγιεινῶν ca. 4. aquarum sulphurearum meminit. Locum hunc Plinius lib. 3. cap. 5. vocat phlegreos campos, sicut B *Syllius Italicus lib. 8. & Diodorus Siculus 6. antiq. c. 11. διὰ τὴν φλόγωσιν. similiter Plin. lib. 18. c. 2. & 31. c. 4. vocat colles leucogeos, albam terram. Iosephus 18. antiq. refert versus fluuium Iordanē esse paludem sulphuriferam. & Ouidius 5. περὶ μεταμορφώσεων necnon 2. de Ponto el. 10. stagna sulphurea apud Palicos esse affirmat. In Istria sunt etiam campi phlegrei, vt ex 5. Berosi (modò sit ille antiquus) annotat noster conciuis L. Ioan. Scoppa in suis collectaneis cap. 24.*

Sulphur (vt auctor est Suidas in collect.) suffitur ad C *expiationem: & religionibus (teste Plinio lib. 35.) ad expiandas suffitu domos locum habet. Hinc poeta ille ingeniosus in suis Fastis aiebat,* Cærulei fiant puro de sulphure fumi, Lectaque fumanti sulphure balet ouis. *& hoc est quod Aristot. 24. περὶ προβλημάτων sacrum vocat. Suffitur etiam bitumen ad expiationem vti scribit vterq; Berosus, vt vtar verbis Reuer. Gasparis Barrerii Lusitani in censura pseudoberosi.*

Bulliens. *huius rei ἐγὼ εἰμὶ αὐτόπτης, cùm anno Domini 46. supra sesquimillesimum Puteolis cùm pa-* D *rente meo Diogene medico degerem.*

Neruos. *Oribas. lib. 10. ad Iulia. ca. 3. refert, aquam, in qua est vis sulphuris, neruos mollire, doloresq; lenire, stomachum tamen imbecillem reddere. hoc etiam adstruit Aegineta, & Aetius vbi supra in canon. baln. sed & Horatius 1. epist. ep. 15. vim istam non tacuit.*

Lacrymas. *idem operatur Baln. Dimidia via apud Aenarias, cuius vires ferè sunt cùm hac aqua communes.*

Tollit febres. *Sauan. hoc non credit, cùm sit* ψυλλοροιάδικος. *sed Vgolinus verum esse fatetur: precedens tamen congrua purgatione. secus enim pugnaret cùm Galeni doctrina lib. Methods, de ar. cur. de crisi, & alibi* E *sexcenties.*

Leguntur versus sub Alcadini nomine de hac aqua sulphuraria in heroico numero: sed cùm à consueto more deflectant illos reiecimus, prog; illis substituimus hos elegos.

Sulphureos fumos mittentia Balnea, neruos F
Mollificāt, scabiem, membraq; scabra nouant.
Hæc aqua fœcundat steriles, stomachiq; dolorē
Destruit, ac capitis, stringit aquam ex oculis.
Est vomitum cogēs, oculos bene reddit acutos,
Pituitam soluit, frigora febre fugat.
Præsertim si præueniat purgatio trina,
Securè intrabis. Corpora pura tenim,
Quam semel accipiunt, seruant sine labe salutē,
Balnea ne culpes, quoue modo hæc oleant.

A Effectum virtutis ama, naresq; medela
Quam fugiunt, morbor corpore sæpè fugat.

Est aduertendum propè hunc locum sulphurarii Montis celebrari martyrium glorioſissimi Pontificis, & nostri patroni apud Deum IANVARII. *in cuius signum erecta est quadam edicula, seu sacellum, quod itinerantibus statim sese obuiam profert.*

De Baln. Cantarello.

CAP. XIX.

NOmen à forma balnei sumpsit; hic primus in littore, quod à Puteolis trans Tripergulas vadit, admirandas exequitur operationes. antiquas, ac nouas plagas, fistulasque emundat, desiccat, & solidat, fluxum rheumatis prohibet, clarificat lumina, venas obstruit fluentis sanguinis, arthriticis subuenit, vtilis est ad febres, & frigora, ferrum mirabiliter extrahit, & fragmenta ossium fractorum, quæ latent in corpore, & munere chirurchico fungitur. cùm autem hæc aqua temperata sit, vtero gerentibus nimis confert, sed continuata obest. de quo dicit Eustas. de Matera.

Inter aquas pelagi feruens aqua manat, & ipsa
Ne fluat in pontum futile claudit opus,
Cùm mare feruescit, locus oppugnatur ab vndis,
Vix aliquis poterit æger adire locum.
Cantarus humana fruitur virtute medendi:
Nam plagas veteres, consolidatq; nouas.
Vlcera qui patitur cutis ex humoribus extra,
Cantarus abstergit, lumina clara facit,
Sanguinis obturat venam quocunq; fluentem,
Subuenit articulis, fit medicina pedum.
Vtilis ad febres, & frigora. sed tamen huius
Vsus aquæ lateri continuatus obest.

SCHOLIA.

Meminit de eo Vgolinus d. cutis vlcera abstergere, podagra conferre, & vsum illius continuatum lateri obesse. Meminit etiam Franciottus.

Aduertendum est, quòd in hac aqua immergenda sunt plaga, vt notatur supra in canon. baln. num. 9.

Sanguinis. *Alex. Trall. lib. 7. cap. 1. meminit aquarum naturalium, qua sputo sanguis opitulantur.*

Fragmenta. *idem operatur Baln. sontis apud Aenarias.*

Hæc aqua. *in cod. Veneto legitur, cùm autem hæc aqua styptica sit.*

Inter aquas. *adscribuntur etiam hi versus Alcad.*

Ne fluat. *sic, Ne fluat ad pontum sectile claudit opus.*

Vix. *ne fiat pentemimeris nos sic restituimus, Vix poterit quisquam hunc æger adire locum.*

Obest. *Gale. 3. compos. loc. ca. 1. meminit Mulieris, cui vsus aquarum naturalium obfuit.*

De

De Fontana.

Cap. XX.

AD Cantarelli latus aqua consurgit, propriè tatibus ipsi contraria, nouiter inuenta, nec ab aliis descripta. quæ cùm more fontis scaturiat, Fontana dicta est. Hæc somnum conciliat, ventrem reddit lubricum, lac auget, infantes soporosos, & placidos facit, nauseam repellit, indurata mollificat, super alia lauacra renes purgat, educit arenulas, vesicam aperis, capillos cogit exire, vulneribus, & podagricis nocet. Hac aqua Puteolanæ Matronæ cum suis pueris semper vtuntur.

SCHOLIA.

Vulgò dicitur la Forma.

Meminit de eo Franciottus, similiter Sauan. vocatq; Balneolum. Est huius nominis Baln. apud Aenarias.

Capillos. *rectiùs legitur iudicio meo, lapillos, vt in Cod. Veneto legitur. & facilis error esse potuit: nam similitudines, vt ait Hippocrates, decipiunt. similis error est in Petronio arbitro, cuius circunferuntur illa aurea verba* ἀεὶ τῷ χρημάτων *quotidie celebrata à Diogene Cynico, sed christiano, cum dicit. Quisquis habet nummos, secura nauiget aura, Fortunamq; suo temperet arbitrio. Pecunia enim omnia, vt ait Sapiens Ecc. 10. obediunt. hæc parerga sint.*

Cùm huius Baln. versus non legantur apud Alcad. neque apud Eustas. duos τὰς θερμοποτὰς, volui breuiter sub metri norma ipsius facultates redigere, ne Balnea πρὸς ἀλλήλας ἐριζοιντο, *μάχοιντο.*

Fert somnum, ventrem reddit fluxumq;, soporē
Conciliat pueris, lac cito multiplicat.
Saxea mollificat, renes expurgat arena,
Cuncta lauacra super, nausea fit procul hinc.
Vesicam referat, lapidem frangitq; potenter,
Affectis podagra, vulneribusq; nocet.

De Villa Cicer. quæ hodie dicitur Ciceronum.

Cap. XXI.

HIc non procul supra mare Baias respiciens occidentem versus villa fuit M. Tul. Cic. cuius altera pars supra mare in edito posita, vetustate deiecta est. quæ verò in proximo, dirutos parietes ostendit. hæc vulgò ab incolis dicitur Ciceronum.

SCHOLIA.

Vulgò stanza de D. Pietro de Toledo, Vicerè di Napoli.

De hac villa meminit Syllius, vt dictum est superius. meminit & Io. Boccac. in lib. Fontium, & Blond. ex Plin. 31. (vt taceam Pontanum 2. Parthen. 3.) qui dicit, factas esse in ea (post Cicer. mortem à liberto ipsius Tul. laurea ob signum dilectionis erga dominum) figuras hominum indicantium manibus morborum τὰς πονηρὰς τόπους *sedes affectas. Versus, quos citant Blond. & P. Crinitus 2. de poëtis ex Plinio hi sunt.*

Quòd tua Romanæ vindex clarissime linguæ,
Sylua loco melius surgere iussa viret.
Atque Academiæ celebratam nomine villam,
Nunc reparat cultu sub potiore vetus.
Hic etiam apparent lymphæ non ante repertæ,
Languida quæ infuso lumina rore leuant.
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontes cùm patefecit ope.
Vt quoniam totum legitur sine fine per orbem,
Sint plures oculis quæ medeantur aquæ.

In hac villa obiit, & sepultus est Adrianus Imp. qui Baiis obiit, vt refert Blond. ex Spartiano.

Conuiuiorum, quæ apud Baias fiebant, meminit Cicero in orat. pro L. Calso.

Notandum, quod D. Gregorius 1. dialogorum ca. 4. meminit Monasterij, quod Baln. Ciceronis vocabatur. & Cicero 5. ad Attic. ep. 2. meminit sui Cumani.

De Baln. Prati.

Cap. XXII.

CIceronis opus creditur lauacrum, quod in Prato situm est, vnde nomen sumpsit. Eũtes enim à Tripergulis Auersam oppidum post Hospitalis transitum ad sinistram partem semitæ statim Cryptam inuenient, & per subterraneum descensum aquam reperiunt. quę multùm placida ophthalmiis confert, eorum vlcera tergit, corpus ab humoribus pigris alleuiat, viscerum tormina aufert, musculos brachii emollit, caput, & scapulas trahit ad situm naturalem, & toti corpori præsto est. De quo sic Eustas.

Est lauacrum à vulgo Prati cognomine dictum,
Creditur à multis hoc Ciceronis opus.
Est via difficilis, quæ ducit ad inferiora,
In quibus inueniet, quam petit æger, aquam.
Hæc bene viscеribus fertur conferre molestis,
Alleuat hęc corpus, quod grauat humor iners.
Dicunt & duros mirè mollire lacertos,
Et caput, & scapulas, ad sua iura trahit.
Detergit lippos oculos, ac vlcera magnam
In toto pariter corpore præstat opem.
In sudore madens fugiat pro tempore frigus,
Nec potum sumat. dum sua membra calent.

SCHOLIA.

Vulgò bagno de Prata.

Meminit de eo Franciottus, & Vgolin. quod vocat Baln. Practa d. conferre rheumati capitis. est etiam apud eundem Baln. huius nominis in viterbio.

Est lauacrum. *hi versus adscribuntur Alcadino. aliter legitur, & melius. Est aqua, quam vulgò de Prato balnea dicunt. ponitur enim lauacrum hic, & alibi media correpta, metri tamen gratiâ: quùm ex syllaba natura producenda sit. quod ostenditur exemplo Claud. 2. contra eutr. Lactan. in carmine de Resur. dom. & Sereno medico.*

Inferiora. *sic, ad interiora.*

In sudore. *lege supra in can. baln. num. 3. 5.*

Digitized by Google

De Tripergula.

CAP. XXIII.

TRipergula locus est iuxtà Auernum lacum, dictus sic à tribus tuguriis.

SCHOLIA.

Dictus. *Pergula locus apertus est, à multis lateribus aërem excipiens, à pergendo dicta. vtitur hac voce Propert. lib. 4. el. 5. Iuuenal. sat. 1. Plin. 35. c. 10. & Vlpianus iureconsultorum post Papin. Asylus in l. si vero. ff. de his, qui deiecerunt. Est & Perga loci nomen apud Gal. 2. compos. per loc. c. 1. similiter nomen luci, in quo fuit antiquissimum fanum Diana. cuius meminit Cicero 3. in Ver. act. vbi Ascon. ped.*

De Tripergula meminit Blond. Locus hic (proh dolor, & lamentabilis casus) ferè totus in cinerem conuersus est, ob Terra inopinatos motus: qui anno salutis M. D. XXXVIII. *die* XXIX. *Sept. in festo S. Michaël. excitati sunt. tunc enim apparêre capit Mons nouus, altitudinis 3. miliarium, qui sepelivit plurima balnea, nedum Triper. sed Auerni, Lucrinique lacus.*

Huius balneorum ruina meminit Hieron. Borgia, sic d. Balnea fleteinopes grauibus demersa fauillis, Balnea Romanis virtutibus aucta. vel ipsum supra Aponum celebrem, cunctis celeberrima terris. O valde memoranda per euum pernicies. Verè enim dixit olim Blond. maior est ædificiorum Puteolanorum ruina (non tamen de hac loquitur) omnibus aliis, excepta Roma.

Similem Terræmotum retulit Seneca. 6. Quæst. nat. c. 1. & Tacitus in 15. apud Pompeios, qui Stabias Surrentum, necnon Neapolim infestauit. De terræmotu apud Bononien. meminit Pius in lib. 4. Lucretii: deque alio in diebus Nicolai quinti Pandol. Collenutius in histo. Neapol. vt taceam quæ scribit Plin. 2. hist. nat. à cap. 107 vsque ad 110. & Fr. Petrar. 2. Dialog. Deque aliis incendiis lege D. August. 3. de Ciu. Dei. Similiter quæ Appianus de Rino ignis narrat.

De hoc Triperg. incendio latinè scripsit summus nostri seculi philos. & theologus Simon Portius Neapol. & P. Iacobus à Toleto medicus: Materno tamen sermone M. Ant. Falco Episc. sed equestri oratione Hiero. Borgia: cuius initium est tale. Horrida naturæ nouitas memoranda ministrat carmina &c. vt silentio inuoluam Anton. Sancto Felicium in Clio diuina. Epitome autem eorum, quæ doctiss. Portius scripsit super hac conflagratione, Hæc est.

Puteolorum regio fuit biennio ferè magnis Terramotibus agitata, vt nulla in ea superesset domus integra quæ proximam minabatur ruinam. At die XXVII. *&* XXVIII. *Sept. anni* M. D. XXXVIII. *perpetuis diebus, & noctibus terra est commota: Mare passibus ferè 200. recessit; quo loco Accolæ ingentem piscium multitudinem ceperunt, & aquæ dulces erant.*

Die verò XXIX. *magnus terræ tractus, qui inter radices montis Gauri (quem Barbarum appellant) & mare iuxtà Auernum iacet, sese erigere videbatur, & Montis subitò nascentis imitari figuram. Eo ipso die hora noctis 2. hic terræ cumulus, aperto veluti ore, magno cum fremitu, miros euomuit ignes, pumices, lapides, cinerisque fædi tam magnam copiam, vt quæ adhuc extabant Puteolorum ædificia operuerit, herbas omnes texerit, arbores fregerit, pendentemque vindemiam ad sextum vsque lapidem in cineres verterit: aues, & nonnullas quadrupedes bestias interemerit. Fugientibus per tenebras Puteolanis cum natis & vxoribus magno eiulatu Neapolim sese recipientibus. Cinis prope voraginem erat siccus, longè verò lutosus, & humidus cecidit. Sed quod omnem superat admirationem, Mons circum eam voraginem (nunc dicitur Mons nouus) ex pumicibus & cinere plus quàm 1000. passuum altitudine vna nocte congestus aspicitur: in quo multa inerant spiramenta, è quibus nunc duo supersunt, alterum iuxtà Auernum, alterum in medio montis Auerni magna pars operta cinere. Balnea illa tot seculis celebrata, quæque tot ægris salutem præstabant, cinere sepulta iacent. durat hoc incendium vsque ad hanc diem, cum aliqua tamen intercapedine. Quæ verò circa dicta philosophicè considerari possumus ea sunt. Etenim quæ ratiò à Natura fiunt, quædam carent causis definitis, vt ea, quæ à casu fiunt: alia autem non sine causis certis, vt Eclipses, Cometæ, Terræmotus. sed cum hoc incendium fuerit post Terræmotum, de eo pauca dicere oportet.*

Sol in terram agens humidam, fumum ex ea educit: qui si crassior fuerit, & humidior, dicitur Vapor, humida generans, vt pluuias, niues &c. sin siccior, (quem exhalationem Aristo. in Meteorologicis vocauit) sicca gignit. Fumus hic in terra cauernis genitus, aut totus effluit vi propellens aërem, & generat ventos: aut totus coërcetur igneus existens, qui volens velociter exire, terram commouet & facit terræmotus magnos: aut partim effluit, & partim coërcetur, & facit terræmotus leues: cum pars effluens aërem moueat, occlusa verò terram. Non est prætereunda causa superior (vt Astrologi perhibent) stellarum inquam conuentus, lunæque defectus, hæc omnia fuerunt his temporibus. Congressus Martis cum Saturno in Virgine, proximo solstitio, qui exhalationes, & terræmotus gignere consueuit. Fuêre anno præterito Eclipses Lunæ, & Cometa. Terræmotus tempora apta sunt Ver, & Autumnus: quibus tunc fiunt incrementa humiditatum & caloris, vnde sol gignit vapores: quorum generationem prohibet Hyems ob nimium frigus, & Æstas ob nimium calorem. Hora aptior terræmotibus est diluculum, quia sol ad nos rediens terræ cogit frigiditatem, quæ prohibet egressum exhalationibus: Est etiam Meridies, cùm Sol supernas exhalationes resoluat, educatque infernas, quæ terram mouent.

Locus esse debet mari finitimus, & eius terra velut spongia poris affluens, & cauernis: quibus omnibus obnoxius Puteolanus ager frequentes patitur terræmotus. Cumque exhalationes istæ motu velocissimo raptæ materiam in ea regione bituminosam, atque igne perustam inflammarint, propulsamque eiecerint, hiatum illum effecerunt. Mare recessit, quia exhalationes exire volentes, terram rarefecerunt, quæ veluti sitiens aquam per rimulas hausit. Materia illa bi-

Digitized by Google

la bituminis antea ardebat, quia aqua, quæ iuxtà eam scaturiebant, erant calida: at exhalationum impetu incendium maius sumpserunt. Fremitus non semper exit, nec fremitus semper exauditur, quia primi diebus os voraginis erat angustum, hinc flamma illi ori proxima cùm fremitu erupit, processu autem temporis non sic contigebat. Cinis hic in locis vicinis est siccior, quod ab ardore sit, at longinquis paribus est humidior, quia transit per aëris mediam regionem, quæ humida est. Tempus durationis sciri nequit, quia nescimus materiæ quantitatem, quæ ignis ille alitur. Credo tamen non minori tempore duraturum, quàm illud Veseui montis: maximè cùm Puteolanus ager sulphureo bitumine plenus sit. Quid portendat hoc, mi certi cum Peripateticis astruo: tameſi Cicero, eloquentiæ pater, portentis multùm tribuat, multumq; detrahat. Putarem ego quòd siccitatem portendat, cui frugum penuria succedere consueuit. Astrorum periti futura bella prædicant Aristot. similia contigisse in Heracleæ ciuitate, & sacra insula Aeolis refert: sic etiam imperante Tito, anno imperij sui 2. Veseuus mons ab altero vertice magnos eructauit ignes. Suet. c. 8. Hæc ille.

A B C

De Baln. Tripergulæ.

CAPVT XXIV.

IN hoc loco, inter alia Balnea, quæ ibi fore narrantur, vnum est dictum Tripergula. Vel à loco, in quo est: vel quòd tres habeat mansiones. Vnam, in qua vestes balneantium seruantur: alteram, in qua quies datur sudantibus: tertiam verò, quæ aquam calidam continet.

D

SCHOLIA.

Propè hæc Balnea est lucus Sacer. de quo Blond. ex Liuio 3. ab vrbe cond. libro 3. vulgò Selua de hami.

De Baln. Tripergulæ, seu Veteri.

CAP. XXV.

LOci disposítio dedit balneo huic vocabulum, etenim domus hęc, vt dictũ est, in tres partes est diuisa, dicitur etiã Baln. vetus, eo quod primum in hoc loco inuentum balneum, circumpositum domibus, nomen dedit, vt ipsum suburbium etiam Tripergula vocetur. Hæc vnda omnibus accommoda, aufert mentis defectum, cor exhilarat, alleuiat corpus, membrorum onera profugat, stomachi varios dolores arcet, pedum grauitatem remouet: hac aqua vtens nulla praua tenebit Symptomata. Ex hoc loco ferunt D. N. IESVM CHRISTVM à mortuis resurrexisse, & ab Auerno, seu Inferno tulisse prędam: vnde & altus Mons supereminens Mons Christi dicitur. Eustasius.

E F

Est locus australis, quo portam Christus Auerni
Fregit, & eduxit mortuus inde suos.
Hæc dom' est triplex, hîc iurè Tripergula dicta,
Vna capit vestes, altera seruat aquam,
Vtilis vnda satis multùm sudantibus, aufert
Defectum mentis, cum grauitate pedum.
Hæc stomachi varias facit absentare querelas,
Flebile de toto corpore tollit onus.
Debilis, atq; piger, quibus est nõ multa facultas,
Consulimus tali vt sæpe fruatur aqua.
Huius amator aquæ symptomata nulla timebit,
Incolumi semper corpore lętus erit.

SCHOLIA.

Meminit de eo Franciottus, & Vgolinus d. totius corporis debilitatem auferre & segnitiem: superfluumq; dolorem pellere.

Ex hoc loco. *Credo cùm vniuersa Ecclesia Dei Catholica & Apostolica* D. N. IESVM CHRISTVM *Dei filium τὸν ὁμοούσιον, Deum de Deo, ad Inferos descendisse, prout Prophetarum oracula testantur. Tertia verò die resurrexisse à mortuis, secundùm scripturas. Sed nùm ex hoc loco, vel ex alio, ignoro. nec audeo quicquàm temerè asseuerare, vt utar verbis τ γαλυπ ἐν τοῖς περὶ τῶν ἀφελῶν. Quapropter melius volo (vt ait Augustinus 8. super Gen. ad literam) dubitare de occultis, quàm litigare de incertis. nec dicere audeo (vt idem aiebat 7. contra Donat.) quod nescio. Scio tamen ex Ireneo lib. 2. Deum non omnia mortalibus reuelare, vt semper ipse videatur docere, nos verò dicere cum Psalmographo.*

Audiam quid loquatur in me dominus Deus, & cum Primasio Episcopo Vticensi dicam, quo habitu vitæ, (de Henoch loquitur) vel quo statu modo consistat in paradiso, non est nostrum inquirere. hoc tamen credendum est, quia sine dolore, aut molestia quieſcit illic, hæc ille. simile dicit August. x. de ciuit. Dei. 12. cap. 15. 21. cap. 27. 22. cap. 29. lib. 5. contra Iulian. primo de Trinitate, & alibi sæpius. idem Hieron. in prologo Daniel. & 'Paralip. & Ambr. in Apocal. nec non Hilarius in lib. de Trinitate. vt notat Magister Sent. 1. dist. 32. & 4. dist. 50. Hæc parerga sint.

Locus. *hi versus Alcadino sic adscribuntur.* Est locus, effregit quo portas Christus Auerni, Et sanctos traxit lucidus inde Patres.

Auerni. *apud B. August. 18. de ciuit. legitur iste versiculus Flaciam, Portas effringet Auerni.*

Vnda. *in cod. Veneto leguntur hi duo versiculi ante istum, Tertia languentes latè excipit, atq; lauacrum suggerit, & mediam fida ministrat opem. Vtilis &c.*

Absentare. *aliter, potis est releuare querelas: nos verò sic. Cogit procul esse querelas.*

Debilis. *hi duo versiculi non leguntur apud Alcadinum.*

De Calatura.

CAP. XXVI.

TRipergulis est Baln. Calatura dictum ab Accolis, cuius aqua ab alio rupis latere surgit, quæ à descensu montis dicitur Calatura. Vnda hæc faciem tergit, morphæam, turpesque notas ab ea remouet, cor lætificat, mentem firmat, stomachum roborat, crapulas præteritas digerit, appetitum ciet, tussim abigit, pulmoni leuamen porrigit, prouidetque ne phthisis ex tussi parata procedat. De ea Eustasius.

Pul-

Digitized by Google

Pulmoni ſolidam dat Calatura quietem,
Inde fugat tuſſim, quam graue rheuma parat,
Hęc ſtomacho vires reparat, vim præbet edendi,
Sæpius abſumptas decoquit illa dapes.
Deterget faciem, mentem corroborat, & cor
Lætificat, turpes radit ab ore notas.
Formidat quicunq; phthiſim cum tuſſe paratã,
Vt timor abſcedat, ſæpius intret aquam.
Inueterata ſuis ſicut radicibus arbor
Nequaquam poterit abſque labore capi,
Non aliter veteris ſerpentia ſemina morbi
Poſſunt euelli qualibet arte ſimul.

Dulce ſatis lauacrũ, quod nomẽ ſumpſit ab arcu
Virtutem magnæ commoditatis habet.
Hæc aqua conſumptos reſtaurat corporis artus,
Corpus fortificans, arida membra rigat.
Si quis in extremis patitur, feſtinet ad vndam,
Omnia, ne dubites, interiora iuuat.
Nõ tamẽ hic prodeſt, tumidi quos farcina vẽtris
Aggrauat, atq; dolet ſplene tumente iecur.
Rem liquet expertam, proprio quã lumine vidi,
Teſte mihi populo, quæ ſcio verba loquor.
Vidi conſumpto tantùm cum pelle relicto,
Tempore non longo reſtituiſſe cutim.

SCHOLIA.

Meminit huius balnei Sauan. vocatq; celaturam, Vgolinus verò collaturam, ſeu colaturam. Franciottus calaturam, & ſic legitur in manuſcripto codice. Vbi obiter notandum eſt, genus comitiorum eſſe, quod calatum vocatur, vt refert Feneſtella de magiſtrat. qua Ant. Nebriſſ. in ſuo Lexico: Menghus aſſerit huius balnei mineram eſſe nitrum & ferrum.

Morphæam. *ab arbore nucis inditum nomen habet, vt notat Cœlius Rhod. 19. lect. ant. cap. 41, Symphorianus verò lib. 5. morb. partic. ca. 11. dicit mutationem eſſe (ἀπὸ τ̃ μορφ̃ης) cutis in colorem non naturalem ex corruptione ſanguinis: quando (vt ait Galenus 9. methodi therapeutica) amplius nutrire non poteſt. Manardus Ferrarien. Medicorum phoſphorus, & corona lib. 7. epiſt. ep. 2. d. Vitiligo eſt fœdus cutis color, ex malo particulæ habitu prouenies, nutrimentum bene aſſimilare non potentis. Quæ duplex eſt, alba, & nigra: à gracis (vt auctor eſt Cornel. Celſus lib. 5.) dicitur ἀλφὸς. hac ſoli homini conuenit, ob cutis tenuitatem, vt aſſerit Philoſophos 10. ſect. problem. Pro. 5. De hac affectione lege fuſius apud Philip. Ingraſſiam præceptorem meum lib. 1. de tumoribus c. 1. ex Auicen. 7. quarti tr. 2. c. 9. Pium in annot. c. 120. & Pontanum lib. 11. de reb. Cæl.*

Crapulas. *græcè κραιπάλη, ὃ δὲ τὸ κάρηνον πάλλει, vt notat Galenus in 5. comment. aphoriſm. Aph. 5. & innuit Plinius 23. cap. 1. forte ex Ariſto. 3. problematum. Prob. 17. vide Cœlium lib. 15. c. 31.*

Pulmoni. *adſcribuntur etiam Alcadino. aliter ſic, pulmoni præſtat ſolitam calatura quietem.*

Nequaquam. *ſic melius, Auelli è terris abſque labore nequit.*

Non aliter. *ſic, Sic etiam veteris ſerpentia ſemina morbi; Haud facilè euelli qualibet arte queunt.*

De Balneo Arcus.

CAP. XXVII.

IN ſiniſtra parte lacus Auerni, vbi alta profunditas, & magna eſt copia diuerſorum piſcium, decem ſunt balnea. Quorum primum ab ædificii forma Arcus dicitur, cuius inreſtaurandis conſumptis corporibus mirabilis virtus eſt: reſtaurat membra, ſtomachum confortat, interiora iuuat. verùm tumido ventriculo, hepati, & ſpleni noneonfert. De quo ſcribit Euſtaſius.

SCHOLIA.

Meminit huius balnei Vgolinus d. nocere hydropicis. meminit & Franciottus.

Lauacrum. *metri gratia corripitur. qua ſupra c. 22.*

De Baln. Rainerii.

CAP. XXVIII.

RAnerium Baln. in Tripergula eſt, cuius aqua ab inuentore nomen ſumẽs, ſalſi phlegmatis hoſtis eſt. Scabiem enim, & impetiginem, ſeu ſerpiginem ſanat, putridum corpus mundat, reſtaurat cutim, leproſis prodeſt. Exigit tamen, ſiqui ſanitatem conſequi voluerit, vt Trituli aquis vatatur. vnde Euſtaſius.

Balnea Raneri, quæ corpora putrida radunt,
Et quorum ſalſi phlegmatos, hoſtis aqua eſt.
Si ſanie, aut ſcabie preſſus, celer illa ſubintret,
A ſcabie quauis exteriora lauant.
Infectam mundare cutim quicunque laboras,
Vtere Ranerio, nam citò ſanus eris.
Non tamen incurras iterum diſcrimina morbi,
Terribiles Trituli ſanus adibis aquas.
Vidi quàmplures hoc faſtidire lauacrum,
Fecerat hoc hominũ pingue putredo putens.
Raneri ſeruiuit aquis aqua turgida ſtagnis,
Felix qui pingues euacuabit aquas.

SCHOLIA.

Meminit de eo Franciottus, ſimiliter Vgolinus d. puſtulas (τὰ ἐξανθήματα ἰλλωσις ἡ μαλῶδες) curare, & lacrymas ſtringere.

Trituli. *Vgolinus legit, Chiuioli, & mendosè, vt rer. Notandum eſt, vt inferius dicetur ca. 30. cum. qui vti volet hoc balneo, cauere ſalſa, & legumina.*

Impetig. *ab impetu dicitur, ſicut innuit Q. Serenus. græcè dicitur λιχὼ à lambendo. Plin. l. 20. c. 1. vocatur quandoq; Herpigo; ſeu Serpigo, vt notat doctiſſ. Leonicenus lib. περὶ νόσ. γαλλικῆς, & 3. de err. Plinii. dicùm lichenes ſerpere cœperunt, dicta ſunt ſerpigines. qua infra.*

Leproſis. *quomodo lepra differat à pſora, lege Manardum lib. 7. epiſt. epiſt. 2. ſimiliter quomodo ab elephantiaſi Crinit. 20. de hon. diſc. cap. 10. Deq; aquis illam curantibus: lege Galenum 11. Simpl. med. fac. cap. 3.*

Fecerat.

Digitized by Google

Fecerat. *cùm Puteo prima producta gaudeat apud Horatium 1. epist. epist. 20. lege sic, fecerat hoc putens pingue putredo hominum.*

De Baln. Sancti Nicolai.

Cap. XXIX.

OMnia Balnea potentes occupant, hoc solùm mirifici Confessoris pauperibus subuenit, hinc S. Nicolai dicitur. Hæc aqua ab aliis non est descripta, nec ab intelligentibus satis experta. quoad tamen compertum habeo, debiles fouet, consumptos restaurat, stomachum confirmat, & vires reparat.

SCHOLIA.

Meminit de eo Franciottus.

Potentes. *iusta illud Aquinatis poëta.* Pauper vbique iacet. *& alibi.* Nil habet infelix paupertas durius in se &c. *cui dicto succurrit illud Martialis, vtinam non verum, sicut arguunt.* semper eris Pauper, si pauper es Aemiliane, Munera non dantur nunc, nisi, diuitibus.

S. Nicolai. *De vita S. Nicolai Episcopi, lege copiosius apud Reuerend. Lippomanum Episc. Veron. tom. 2. ex Ioanne diacono, & quodam Patriarcha graeco.*

Hoc Bal præsus breuitate vnico disticho absoluimus.

Infirmos refouet, consumptis præstat opemque,
Confirmat stomachũ, robur aqua hęc reparat.

De Baln. Scrophæ.

Cap. XXX.

SCrophę mirabilis vnda, quę sic dicta est, quia scrophas sanat, vel quia in ea volutari Scropha reperta sit. Purgat mirabiliter scabiem, leprosis prodest, impetigines ex salso phlegmate sanat, ventris sarcinam deponit, arthriticis, & podagricis confert. Qui hoc, vel Ranerii balneo vtitur, salsa, & legumina, euitet.

SCHOLIA.

Meminit huius baln. Franciottus. Est huius nominis Baln. apud Anarias.

Alcadinus sic de eo metricè scriptum reliquit.

Has dictas aiunt Scrophæ de nomine thermas.
Scrophula quòd fætens tollitur hic subitò.
Vel quia tum primùm vis est deprensa lauacri,
Cum scropha his sese languida lauit aquis.
Pellitur & morbus, qui sumpsit ab impete nomẽ.
Si fuit à salso phlegmate causa mali.
Hæ thermæ scabiem infestã, lepramq; fugabũt,
Prosunt articulis, proficiunt podagræ.
Ventribus & prosunt plenis intercute lympha,
Cùm tumet Ascites, & graue sentit onus.
Harũ ope qui sanus fuerit, cauet omne legumẽ,
Prouidus hic idem salgama cuncta fugit.

Salgama. *gracè τὰ τάριχα. vtitur hac voce Columella lib. 10. & 12. Auson. Gallus epig. 118. Tralianus lib. 8. necnon in Codice tit. est de salg. hosp. non præst. vbi Accursd. vocem hanc compositum à sale & culcitra: quæ sunt mera somnia vt bene notat Ant. Nebriss. in suo Lexico ciuili.*

Hoc balneum nos octasticho perfecimus.

Iste latex dictus sic est, qui χοιράδας aufert.

Aut vnda hac volui scropha reperta quòd est.
Leprosis prodest, scabiem (mirabile dictu)
Salso lichenas phlegmate purgat aqua hæc,
Articulis confert, deponit pondera ventris,
Nodosæ eximium pharmacon est podagræ.
Vteris his scrophæ quicunque salubribus vndis,
Cum tumidis vites salsa leguminibus.

infra cap. 36.

De Baln. S. Luciæ.

Cap. XXXI.

IN proximo Sanctæ Luciæ balneum est, sic dictum, quia mirabiliter confert oculis, quibus, ex Dei gratia, hæc Virgo gloriosa præsto est. Dolorem capitis, iuncturarumque aufert, oculorum suffusiones recentes, & nebulas destruit, auditum præstat, sonitum remouet, cęcosq; quandoque illuminat.

SCHOLIA.

Meminit de eo Franciottus.

Luciæ. *de hac Sancta Virgine lege Adonem in Martyrologio apud Lipomanum tomo 4. passia est eius num martyrium sub Diocletiano anno 289.*

Oculis. *De custodia oculorum, quam operatur Deus, per huius virginis merita atque preces, habetur testimonium Io. Baptistæ Mantuani in 1. libro de Luciæ sic scribentis,*

Lumina vt audiuit bellum hoc inferre pudori,
Nil cunctata, oculos (opus admirabile scelis
Omnibus) ancipiti cultro de fronte reuulsos
Proiicit in patinam: mittensq; ea munera amãti,
Accipe respondit, quod amas, & desine posthac
Talibus insidiis sanctas inuadere mentes, &c.

Hinc obiter animaduertas catholice lector deliramenta, & insanias falsas nouorum damoniorum: dum non vident, nec videre volunt, quàm mirabilis sit Deus in sanctis suis. Quem sancta Ecclesia, quotidie in illis laudat, cùm offert mysticam & incruentam hostiam, simulque horas canonicas septies in die persolut. Quæ benè nouit, semperq; docuit cum Basilio, Gregorio, aliisq; Patribus, sanctos viros non nasci sanctos ab vtero, qui omnes in peccato concipimur, sed effici sanctos ab illo, qui sanctus est, & sanctificator. Qui illos in conspectu hominum mirificat. Qui per ipsorum manus operatur quàm plurima signa, prodigia, & miracula, quæ verè humiles, ac pios (procul sunto speciem pietatis in hypocrisi habentes) in stuporem, ac ecstasin attrahunt.

Quis non miretur vmbram fimbriæ S. Petri, Apostolorum verticis, curasse multos infirmos? Quis non penes astra beatus efferat, cùm legit apud eundem Lucam,

Digitized by Google

Lucam, Apostoli & doctoris gentium sudarium de- A *monia eiecisse? Hæc omnia tamen operati sunt sancti Dei in virtute nominis* IESV *Christi; cuius mortificationem quotidie in corpore gerebant. Hæc dicta sint* παρέργως *ex orthodoxorum monimentis aduersus Batauii grammatici ineptias: qui sæpius ridendo sua procaci petulantia os suum impune in cœlum posuit ad suam ipsius perditionem. Sed vt ad sanctam virginem redeamus, testatur Io. Trittemius in suo catalogo script. eccl. Sigebertum heroicè hanc passionem scripsisse. scripsit etiam è iunioribus non minus doctus, quam catho-* B *licus F. Laurentius Fulginas ord. min. obser. & è nostratibus non obscurus poeta Anton. Alexius Neapol. in suis hymnis dicens,*

Dona laboratæ sunt mollis lumina ceræ,
Quæ dat pro votis sedula turba piis.
Virgo faue, &c.

De hoc balneo sic metricè scripsit Alcadinus.

Hæc lympha veniente replentur balnea semper,
Semper & illimi limpida fonte nitent.
Partenope tamen his rarò vtitur, hęc quia tristis C
Aduena languentum turba replere solet.
Hæc iuncturarum pellit, capitisq; dolores,
Hæc etiam præsens est medicina oculis. [illos.
Seu cataracta nocens, modò non vetus, occulit
Seu nebula exurgens lumina fida premit.
Vidi egomet maiora fide, qui venerat orbus,
Discussis tenebris retulit inde pedem.
Tinnibant aures, remeauit sanus vtraque,
Cœpit & auditum, qui modò surdus erat.

Cataracta. *morbus hic græcè dicitur* κατάχυμα, *la-* D *tinè suffusio. de qua Gal. 4. loc. aff. cap. 1. vocatur forsan communi vocabulo cataracta, à* καταῤῥήγνυμι, *quod fluere cum impetu significat.*

Huius balnei vim ego ob singularem B. Luciæ reuerentiam hoc hexastycho complexus sum. est namq; vna de numero prudentum, quæq; suis orationibus catholicos recipiet in æterna tabernacula sponsi sui.

Suffusos oculos purgat caligine, Christi
Virtute vt sanat Lucia diua oculos.
Auribus auditum præstat, sonitumque repellit, E
Qui multos homines excruciare solet.
Mox iuncturarum tollit, capitisque dolores,
Quandoque & cæcis lumina restituit.

De Baln. Arculi, seu S. MARIÆ.

CAPVT XXXII.

BAlneum hoc non minus laudabile, à forma breuitatis loci nomen accepit. hepar calidum aptat, à nimia frigiditate, ac rheumate absoluit, oculos ab ophthalmia seruat, stomachum F roborat, somnum nimium, superfluamque vigiliam propellit, aureamque mediocritatem inducit.

SCHOLIA.

Meminit huius baln. Franciottus, & Vgolinus, d. caput frigidum calefucere, nec minus opem præstare, quam Porrecta aquam apud Bononiam. Est & balneum huius nominis apud Vrbem veterem: de quo Sauan. lib. de Baln. 2. & Menghus. est etiam aliud apud Romandiolam: vt d. Blondus. item aliud apud Senas, & Viterbium: de quibus Vgolinus: est & in Flaminia, cuius meminit Menghus. est etiam S. Maria Orthonis apud agrum Patauinum.

Somnum. *Hippocr. magnus auctor & magister sic habet 2. aphor.* ὑπνος, & ἀγρυπνίη, *&c. hoc est, ex Leoniceni versione, somnus & vigilia, vtrumq; si modum excesserit, malum.*

De hoc balneo sic Alcadinus.

Qui breue nomen habet, magnę virtutis habet
Arculus. à flammis, quod calet, arcet hepar.
Rheumatis, & stomachi vitiũ de corpore tollit,
Liberat à multa frigiditate caput.
Hic ægris oculis medicamina fida ministrat,
Arculeæ, cedit triste papauer aquæ.
Et si fortè fugit vigilantia lumina somnus,
Arculus aduecto membra sopore fouet. [strat,
Balnea quòd Trituli, quòd Culmæ lympha mini
Arculus in multis hoc operatur idem.
Quamuis inter aquas Trituli sit gratior vnda,
Consulo ne dubites hoc breuiore frui.

Hepar. *quæ supra cap. 7. ne inutiliter repetentes. (vt aiebat Galenus 8. Methodi cap. 3.) chartas consumamus: crambe siquidem bis cocta nocet, vt dixit Satyrographus.*

De Baln. S. Crucis.

CAP. XXXIII.

IN hoc balneo sæpe miracula videmus: equis numeret? multos siquidem hominum vel baculi ope egentes roborauit, à podagra mirificè liberat, iuncturas, neruosque sanat, in eis imbibitum phlegma expellit, tumorem à iecore soluit, hydropicis ex crassa pituita subuenit, vẽtriculo, & hypochondriis prodest. Et quia confert manibus, pedibus, laterique, in quibus sunt Dominicæ passionis insignia, ideo de Cruce vocatum est.

SCHOLIA.

De eo meminit Franciottus.

Alcadini extant versus de hoc balneo.

Confortat neruos flatus expellit ab ipsis
Ilibus, hæc sanat fida medela latus.
Prodest hydropisi, quæ fit ex phlegmate crasso.
Consumitq; cauum, splene tumente, iecur.
Proficit & ventri, si quãdo hypochõdria lassant,
Insita seu neruis frigida gutta nocet.
Vidi ego cui fuerat quondã manus arida dextra,
Nec poterat positos tollere ad ora cibos.
Viribus huius aquæ parua post tempore sanam,
Huc illuc lætum vertere sæpe manum.

Ilibus. *hoc casu vtitur Iuuenal; Sat. 5. & Lucanus lib. 4.*

Hydropisi. *huius vocis 2. corripitur, cùm tamen græce* ὑδρωπισί *scribatur. quæ supra cap. 6.*

Fit

Fit) *vt vitemus heptemimerim, sic legimus: Prodest hydropi quam crassum phlegma creant. (Splene) legitur idem hemistichion supra c. 27.*

Nos hoc hexastichon ob S. Crucis (τῆ τῶν παθῶν λύτρω) reverentiam edidimus:

Iuncturas sanat, nervos, curatque podagram,
Pituitam in nervis imbibitamque fugat.
Arcet ventriculi affectus, hypochondria servat,
Hydropi ex crasso phlegmate præstat opem.
Inflatumque iecur soluit, pedibus quia confert,
Et lacteis, & manibus à Cruce nomen habet.

De Baln. Subcellario. Cap. xxxiiii.

SVbcellarium propè, subtusque horrendam Sibyllæ Cumanæ domum, quæ Auerno præeminet, quasi ex quadam cella, dulcis, lucida, & præ cæteris vtilis aqua labitur, vnde nomen hoc traxit. saporem habet iusculi decocti caponis. Capillos prolixos, clarosque facit, labia sanat, dentes, & gingiuas emundat, faciei labes, lentigines, scabiemque remouet, pulmoni, iecori, & splenі medicinam porrigit, ardorem vrinæ, vesicæque pondus soluit, vrinam proritat, arenulas eiicit, quartanam, quotidianam, & tepidas febres sanat, tussim fugat, super omnes aquas stomachũ confortat, appetitum ciet, corpusque exhilarat. De eo sic Eustasius:

Est subcellarium lauacrum, quod cõuenit ægris,
Lucida quo multùm dulcis & vnda fluit.
Pondus, & ardorem vesicæ tollit ab ægris,
Dentes, gingiuas mundificatque citò.
Prouocat vrinam, quoque labra dolentia sanat,
Pellitur hac vnda tristis arena statim.
Passus in æstate quartanam, aut quottidianam,
Aut tepidas febres sentiet eius opem.
Pulmonis, iecoris vitio, splenisque medetur,
Tussis ob hoc lauacrum pectore pulsa fugit.
Appetit & stomachus ista perlotus in vnda,
Non bene concoctus redditur inde cibus.
Lentigo, scabies, faciei turpis imago
Hac curantur aqua, quando lauantur ibi.
Reddit prolixos, & claros ipsa capillos,
Et totum corpus exhilarando iuuat.

SCHOLIA.

Vulgò scassa budello.

Vgolinus vocat suttilarium. Est & huius nominis balneum apud Ænarias.

Est subcellarium) *versus hi Alcadinò adscribuntur.*

Lauacrum) *qua supra cap. 22.*

Pondus) *sic, Pondus, & ardorem vesicæ tollit in ægris: Prouocat vrinam, tentio cuius obest. Hac oris labra, hac leuiter curantur in vnda Dentes, gingiuas mundificando iuuat. Passus in æstate hemitritæam, aut quotidianam, Aut typicas febres sentiet eius opem.*

Typicas) *De Typis edidit opusculum Galenus, in quo Archigenis errata corrigit, meminit horum in 2. de crisi. c. 8. & 2. de diff. febr. c. 10.*

Appetit) *sic melius, Appetit & stomachus tali.*

Lentigo) *hi quatuor versus non leguntur apud Alcadinum.*

De Baln. Ferri. Cap. xxxv.

COnstat etiam Tripergulis balneum esse ab ea parte domus Sibyllæ, & ex Auerno aquam manare videtur, colorem, spumamque referens ferri: vnde nomen traxit. dolorem capitis, & superciliorum remouet mirabiliter, ab oculis sanguinem, caliginem, labemque tollit, eos claros reddit, auribus auditum præstat, tinnitum earum aufert, & tres cerebri cellulas expurgat. De quo Eustasius:

Ante domũ Vatis locus est prope littus Auerni,
Grande ruinosum præminet arcis opus.
Hoc lauacrum spumam mittit ferruginis instar,
Dicitur vmbrosis (sed procul vmbra) domus.
Si quis hemicranium patitur quãdoque doloreũ,
Siue supercilii, hanc sæpius intret aquam.
Cum vitio capitis nubem caliginis aufert,
Tollitur ex oculis sanguis, ab aure sonus.
Si quis aquæ talis vires cognoscere æger,
Collyrio nunquam læsus haberet opus.
Pannosos oculos syncerat: & effetas aures,
Congaudet capiti cellula trina suo.

SCHOLIA.

Meminit huius balnei Vgolinus d. sanare hemicraniam.

Est & balneum apud Ænarias ferruginei coloris. Oribas. 10. ad Iulian. d. aquam, in qua est ferri qualitas, Stomacho, & iecori male affectis subuenire. idem docet Aëtius, & qui post ipsum scripsit Paulus Æginetа. lege supra can. baln. lege etiam Albertum 4. mineral. Anton. Fumanellum. De aqua verò (quæ vulgò ferrea dicitur) nouiter reperta in Luculliano an. 1558. lege quæ annis superioribus scripsit Bart. Maranta Medicus, & rei herbariæ peritissimus.

Cellulas) *istas cellulas nostri Anatomes professores non repererunt, nisi fortè auctor intelligat cerebri ventriculos, fornicem, κοινάριον, γλωτία, χόανην, & huiusmodi, de quibus Gale. in libris de vsu par. & de anat. admin. & è recentioribus And. Vesalius, qui primas in hac disciplina obtinet, Vassæus, Andernacus & Franc. Ant. (artis vir eruditissimus, & in anatomicis faciliate exercitatissimus.*

Hemicranium) *sic fortè melius vertimus: Quis sit hemicranium. &c. De hoc affectu Gale. 3. loc. aff. c. 9.*

Collyrio) *Vox hac in media syllaba producitur, vt patet exemplo Horatij, 1. ser. sat. 5. Macr. 2. herbarij. c. 23. & lib. 4. c. 12. tamè hic auctor metri gratia, vt alibi, & quia τὸ υ apud Græcos vocalis anceps est, illam corripuit. sic fecit idem Macer lib. 4. c. 17. Collyriis etiam inscetur pulueres facto.*

Pannosos) *voce hac vtitur Martialis 3.epi.71.Iuuenal.sat.10.& Persius sat.4.verùm non in ea significatione, qua vtitur Eustasius: & vox illa (effetæ) ad illud Euangelicum alludit, ni fallor, cùm Dominus noster, apud B. Marcũ, dixit surdo, Ephphetah, quod est, adaperire: qua voce vtitur S. Ecclesia mater in catechumenorum, & paruulorum baptismo. Itaq; nos sic commodè restituimus, ac formauimus versiculum Eustasij:*

Abstergit valide hoc oculos, aures q; recludit.

De Baln. Palumbario. Cap. xxxvi.

ESt & ibi lauacrum Palumbarium, seu Crypta palumbaris, quoniam ibi palumbes nidificant. Hæc aqua caput, renes q; sanat, vrinæ meatus aperit, nebulas ob oculis, & ventos ab auribus fugat, stomachi passiones, etiam ad cor tendentes expellit, arthriticis confert. Qui vtitur hac aqua caueat à salsis, & frigidis. De eo Eustasius.

Crypta palumbaris fertur, quia grata palumbis,
Vel quoniam lumbis fertur obesse parum.
Vnde Palumbaris læsos cum vertice renes
Sanat, & vrinæ sumpta recludit iter.
Ex oculis nebulas, & ab auribus excutit euros,
Tollit cardiacen, arthriticosque fugat.
Et maiora facit, si scis seruare diætam,
A salsis caueas, frigida quæq; fuge.
Algentis vitabis aquæ tu sumere potum,
Vtere lymphato, quod parit vua mero.
Crede mihi, quòd aqua hæc faciet, quodcunque
(Si bene seruetur sola diæta) facit. (syrupus

SCHOLIA.

Vulgò lo palumbaro.

Cor) *innuit affectum, qui à Græcis dicitur καρδιωγμὸς. Veteres enim (vt notat Corn. Celsus lib.2.c.43. Alexan. Aphrod.1.de Anima.c.14. Galenus lib.6.de tuen.san.5.loc.aff. cap. 5. & alibi infinities) τὸ στόμαχον, os ventriculi, καρδίαν appellabant, ob exquisitissimum sensum: quò fit, vt ad illius affectum, cor in consensum trahatur, & conuellatur. Qua de re lege præcept. meum Don. Ant. Altimarum in sua arte medica cap. περὶ τῆς καρδιαλγίας, καὶ ἢ καρδιωγμῶ. Qui primus (quicquid alij crocitent) ad Galeni aures hos affectus ad vnguem distinxit, appositissimè enucleauit. qua Manardus 8. epistol.1. & Cœl. Rhodig. lib.14. lect. antiq. c.1.*

Crypta) *hi versus adscripti sunt etiam Alcadino.*

Vnda) *sic, Vnda suo hæc læsos feruens medicamine renes.*

Renes) *dicti sunt ἀπὸ τῆ ῥεῖν, id est, fluxu, quia sunt rivus obscœni humoris. Varro apud Lactium. Lactantium de opificio Dei.*

Iter) *post hunc versiculum, sequuntur hi duo:*

Auxilium nusquam inuenies præsentius vllum,
Perpetuus capitis si tibi fortè dolor.

Auribus) *non sic, ventos & ab aure repellit.*

Salsis) *sic legitur etiam supra c.30.*

Sumere) *sic, consuescere potu.*

Crede mihi) *hi duo versiculi non leguntur apud Alcadinum, quod sciam.*

Syrupus) *vox hæc, vt credit Manardus lib.13. epi.1. & ego reor idipsum, videtur Arabica: quod si fortè Græcanicum oleat (vt putat Christophorus de Honestis super Melue, & Brasauolus Ferrar. in examine syruporum) succi tractum significat. σύρω nanq; idem est quod traho. aliam etymologiam lege apud Iacobum Gupylum, & Hermolaum Barbarum in corollarijs.*

Diæta) *vox Græcula est, & rationem victus designat, extat huius tituli liber Hippocratis περὶ τῆς διαίτης ὧν ὀξέων νοσημάτων.*

De Baln. Saluianæ. Cap. xxxvii.

ESt & in ipsarum Tripergularum agro, non procul à faucibus Auerni lacus, inter suas, & Baiarum partes confines balneum paruum, quod à nomine Mulieris nomen traxit. Hæc vnda muliebri sexui magis confert, nam vteros ab omni humore expurgat, ab infirmitatibus sanat, menstrua prouocat, si desierint, si verò superfluxerint, ad medium reducit, steriles fœcundat, & facit concipere, si Domino placuerit. De eo sic Eustasius:

Saluia diua parens inuenit fortè lauacrum,
De proprio nomen nomine credo trahens.
Hæc aqua matrices quosuis humore grauatas
Purgat, & has steriles fructificare facit.
Menstrua si forsan fugiant, inuita redibunt,
Et facit hoc lauacrum, ne fine lege fluant.
Quos patitur matrix casus, hæc temperat, ægra
Vnde queri posset fœmina, causa perit.
Vos igitur steriles, moueat si gratia prolis,
Ni vetet annosi temporis ægra quies:
Tam vir, quàm mulier te Saluia grata frequentet,
Officio exibit aptus vterq; suo.

SCHOLIA.

Vocatur etiam hoc balneum Syluiana: quia creditur deam Sylusam illud inuenisse. sic legit Io. Elysius Neapol. in opere de baln. Puteol. Vgolinus vocat Salmariam, dicitq; non permittere, vt menses mulierum vltra suas periodos fluant, & vteri inueteratos affectus curare.

Sexui) *Altimarus commendat hoc balneum in Arte medica cap. de mensium suppressione.*

Concipere) *aquas sulphureas, & bituminosas eò ferre conceptui, mensesq; supprimere dicit Aetius 4. serm. 4.*

Steriles) *Ænarijs est balneum Gurgitelli, quod iuuat steriles.*

Sterilitas duplicem habet causam, diuinam scilicet, & physicam: vt rectè notat Io. Eccius in homil. suis 1.

Diuina est Dei voluntas, iuxta quæ sterilitatem inducit ob aliquod malum perpetratum, & vt mirabiliter virtus eius in nobis manifestetur. In Deuteronomio 7. dicitur, Non erit apud te sterilis: erat enim opprobrium maximum. Quocirca Anna Samuelis mater valde tristabatur de sterilitate. Sara mater

Isaac

Digitized by Google

Isaac Patriarcha, Rachel uxor Iacob, & Mammopater Sampsonis. Similiter in nouo Testamẽto, & lege diuina gratia Elizabeth mater præcursoris Dominici, & Anna mater gloriosissima, semperque Virginis Deipara MARIÆ, *vt ait Hieronymus lib. de ortu Mariæ. Causa verò naturales, quæ ad Medicam facultatem spectant (vt ex Arist. 2. de gen. animal. (ca. 5.) refert Alcmæon in cap. περὶ τῶν μὴ γινομένων) hæ sunt. Sterilitas accidit vel quãdo à primo Naturæ ortu loci ad coitum commodi obladũtur, vel in processu ætatis. Hoc autem aut ob corporis plenioremnutricationem; vel ob morbum, quando inquam viris semen emittitur frigidum & humidum: mulieribus verò menstrua purgationes vitiatur. Mulieribus accidit sæpe sterilitas ex vteri intemperie, frigida maximè (vt ait Hippocr. 5. aphor.) aggregant enim multam pituitam, qua semen viri refrigerat, extinguitq; Nimia etiam humiditas fluxum genituram destruit, sicut etiam caliditas superflua. Similiter cicatrix in vasis ob ductis, vel membrana oscu-lum vteri obturans, vel cornix vteri obliqua: Similiter & menstruum suppressio, vel diminutio, aut illorum præfluxum insolitum (vt auctor est Hippo.) flatus etiam in vtero conceptionem impedit; pharmacum per os assumptum, intempestiuus in coitu congressus; maximè cùm menstrua expurgari volunt: similiter inutilis coitus. Amor enim (vt inquit Aetius) conciliat genituram, eo magis quando contacta sit pulchritudo. Oritur etiam sterilitas cùm viri semen ob sui tenuitatem nullam in vulua adhærentiam reperit, secundùm Gal. de dissec. vteri: aspera namque idonea sunt ad coalescendum.*

Saluia) *adscribuntur hi versus Alcadino. vbi legitur, Sylvia diua: quam lectionem sequitur Io. Elysius.*

Parens) *alludit ad illud tritum de salua in schola Salerni, Salua grata parẽs solus manumq; tremorẽ.*

De proprio) *sic, Et dedit è proprio nomine nomẽ aquæ*

Nomine) *iuxta illud poëta Submonensis. Icarus Icarias nomine fecit aquas.*

Purgat) *sic, corrigit, hac sterilis fœtificare fecit.*

Vos igitur) *sic, Nunc igitur sterilis optant qui insignia prolis.*

Officio) *sic, Tam vir, quam mulier frigidus esse potest.*

De Baln. S. Georgij.

CAP. XXXVIII.

OCcurrit deinde Balneum hoc, sic dictum quoniam sub terris aqua quæritur. γῆ enim latinè terram significat: & à vocabuli similitudine nunc dicitur S. Georgij. Lapidem mirificè frangit, & eilcit; vrinam prouocat, frontem, brachia, manus, coxendicem, pedesque à doloribus tuetur, podagram fieri, vel augeri prohibet. De eo sic Eustasius:

Est aqua quæ poterit nisi flammis indice haberis.
Nam via sub terris plena timore latet.
Quãtũ mẽs dubia hoc timet ingrediẽdo lauacrũ
Mirificè tantum læta requirit aquam.
Hæc fragit lapidem, ac vrinam soluit ad vltimũ
Arcet & in multis articulare malum.
Scissaque si crura, aut si pes, si brachia, si frons
Ægrotant; sanctis his releuantur aquis.
Hoc bene contestor, cùm quidã mingere vellet,
Euomuit lapides virga coacta duos.

SCHOLIA.

Est in vrbe veteri aliud balneum huius nominis, quod quidem vlcera desiccat, & mirabiliter ferrum extrahit. sicut legitur de quodam Milite Trunsano, anno Dominicæ incarnationis M. D. XXXIII. à quo ferrum extractũ est sub genu. est & aliud apud Senas. Meminit huius balnei Sanan. 2. de baln. (rub. 16.) d. vulnera antiqua consolidare. Meminit etiam Mẽghus, Vgolinus d. articulis prodesse.

S. Georgii) *obiter in huius sancti reuerentiam, hoc non intempestiuè annotare volui, aduersus illum cẽsorẽ omnium: qui dum male intellexit naturam, pœrypharum legendarum, ex Gelasio Pont. in cap. sanctæ Rom. Eccl. & Augustin. 18. de ciuit. Dei, sæpius in sanctorum Dei catalogum temulentè debacchatus est, & quadam dicendo furibunda τῇ αὐτοφωνίᾳ, ἣ τῇ ἐπιτροπίᾳ similiter suis erroribus seminarium fuit. Celebratur itaq;, vt ad institutum rediam; in Ecclesia catholica solẽnione martyrium B. Georgij XXIII. Aprilis apud Persidem ciuitatem Diospolem. In cuius memoriam D. Ambrosius Archiep. Mediolanensis hanc eccum præfationem: Georgius fidelissimus Christi miles, dum Christianitatis professio silentio tegeretur, solus Dei Filium confessus est, nec tormenta pœnarum, quas passus est sub Diocletiano, formidauit: hæc Ambr. Græcus enim (vt notat Io. Eckius in homiliis suis tomo 2.) festum huius sancti mira deuotionẽ cùm fratre eius Theodoro celebrant: vocatque illum, ἅγιον ἔνδοξον, τροπαιοφόρον, καὶ θαυματουργὸν. Hæc dicta sint in gloriam Regis martyrum Dei.*

Est aqua) *hi versus etiam ab Alcadino adscribuntur sic:*

Est aqua, quæ poterit de iure georgica dici;
Abdita telluris vena ministrat aquam.
Qua nullus poterit, flammâ non indice, fungi;
Nam via, &c.

Coxendicem) *Gale. 10. de compo. κατὰ τόπους (ca. 2.) meminit balneorum, quæ coxendici conferũt.*

Plena) *iuxta illud Pelegrini vatis, plena timoris amor.*

Quantum) *sic, Quantùm meni hominis.*

Mirificè) *sic, Mirificato tantum læta reperta aquã.*

Scissaque) *sic melius, si ischia, si crura.*

Sanctis) *sic, sumptis.*

De Baln. Pugilli.

CAP. XXXIX.

ESt etiam in Baiarum litore Pugilli balneum: cuius locus tam breuis est, quòd pugilli nomen traxit. Virtus eius mirifica est, ventrem enim solutum restringit, ani pondus tollit, hydropicos attenuat; caput, & splenem à doloribus liberat: præsto est febribus cum frigoribus, debiles confortat; & membra consumpta restaurat. De eo Eustasius:

Cũ Maris vnda tumet, tectũ vacat vnda Pugilli.
Pro statione loci tum breue nomen habet.
Est iter obliquum, paruâ quod ducit ad vndâ.
Vix hominum septem creditur esse capax.
Ani tollit onus, ventrem cessare solutum
Cogit, & hydropicos attenuare potest.
Si patitur cum splene caput, si frigore corpus
Ferbuerit, certam sentiet æger opem.
Quid de te referam nimis admirande Pugille?
Quod proprio vidi lumine, testor ego.
Aridus vsus aqua hac, gerulis addictus amicis,
Discessit sanus, non ope vectis egens.

SCHOLIA.

Consumpta) *D. Fabricius Maramaldus equus Neapol. qui balneolum hoc anno Domini M. D. XLVI. muro quodam vallauit, ne maris impetu alsquando aboleretur nitum in modum sibi profuisse testatus est.*

Maris] *adscribuntur etiam Alcadino hi versus sic, Cùm maris vnda tumet, pugillus tunc vacat vnda. Verùm hac dictio Pugillus, in prima syllaba corripitur à Lactan. in carmine de resurrectione.*

Pro statione) *sic, pro breuitate.*

Hydropicos) *nos sic, & hydropas. quæ supra c. 6.*

Ferbuerit] *sic, febrierit.*

Aridus] *sic, Aridus huius aqua baculis aduectus amicis, Discessit baculi nulla ope sanus egens.*

De Baln. Olei Petrolii.
Cap. XL.

LAuacrum hoc si appellari meruit, quia liquorem olei exire cum aqua, visu, & olfactu percipitur. Situm est propè Ecclesiam B. MARIAE semper virginis ad Maris littus. hæc salutaris aqua omne genus serpiginis, morphææ, & impetiginis tollit, faciei turpes notas abolet, lepram sanat, bilim extinguit, phlegma salsum comprimit, cor exhilarat, membra attenuat, in eisq; imbibitum frigus pellit, artus omnes suo vigori, fusisque functionibus reddit.

SCHOLIA.

Meminit huius olei Franciottus, & Vgolinus d. à stomacho phlegma auferre.

De quodam fonte olei Petronici (nacta similitudinis occasione) meminit Blondus de Italia. c. de Aprutio.

Serpiginis, Morphææ] *lege quæ supra c. 21. & Gabr. Humel. in Sereni. c. 6.*

Alcadini de hoc baln. extant versus:

Culina procul haud locus est, qui fundit oliuum
Hoc lauacrum multùm commoditatis habet.
Hoc vitium lepræ, genus hoc serpiginis omne
Tollit, & è stomacho phlegmata salsa fugat.
Extinguit bilim, grossos subtiliat artus,
Exhilarat tristes, cor bene reddit ouans.
Noxia de gelidis depellit frigora membris,
Omnia lætantur membra vigore suo.
Cuiuscunq; genas nigra si Morphæa notabit,
Hæc aqua rugosas delet ab ore notas.

A Virtutem lauacri demonstrat nomen olim,
Hoc oleum præstat, quod petra fundat aquis.
Culina] *aliter sic, non procul à culma.*
Lauacrum] *quæ supra ca. 22.*
Hoc vitium] *hi versus desunt,* Vesicam curat quoties vrina negatur, Nulla potest melier renibus esse salus. Si lapides vltos, seu si patiuntur arenam, Quælibet à morbo membra grauata iuuat. Non opus est intrare semel, nam balnea quantò Quis magis ingreditur, tum magis ipsa
B iuuant. Quinetiam lepras, genus hoc serpiginis omne Tollit &c. *quæ supra c. an. baln. num. 17. & infra c. 46.*

Extinguit) *sic Extenuat. crassos, & tristes reddit ouantes; Exhilarat mœstos.*

De Baln. Culinæ
Cap. XLI.

C MOns qui prædictæ Ecclesiæ præminet, ob altitudinem Culina vocatur: ad cuius pedes hæc aqua inuenitur, per obliquam cryptam fluens. Quæ acuit luminis, pedum affectionibus recentibus subuenit, phlegma crassum à neruis remouet. Hæc aqua prodest ægrotis, sanis verò obest, caucasque ne diu in ea moretis.

SCHOLIA.

Culina) *Franciottus legit, Culma, sic legitur apud Alcad. quem legis in Cod. manuscripto, & supra c. 32. licet idem supra c. 40. legat Culinam.*

D *Meminit huius balnei Vgolinus, qui dicit, sudorem prouocare, neruis subuenire, cùm apprimuntur à caustico descendente à capite.*

Alcadini de eo extant versus.

Inter aquas alias mirabile Culma lauacrum
Cuius ad accessum non via recta patet.
Imò per obliquum montis accedis ad vndas,
Monstrat iter dubium præuia flamma tibi.
Vnda latens intus, sudorem prouocat intus,
E Et facit ad neruos, quos grauat rheuma grauat.
Luminibus lumen reddit, vestigia claudis,
Passio ni fuerit inueterata diu.
Rem loquimur certam, nõ est incognita multis,
Culma nocet sanis, morbida membra iuuat.
Hanc igitur caueat qui non eget arte medendi,
Quam qui fortè petit vitet in amne moram.
Imò per) *vsus est auctor figura hepenumeri.*
Vnda) *sic, si nequeat clausis sudare meatibus æger Sudores intus prouocat vnda latens. Si neruos pituita grauat cùm fortè molesta, Præsentem hoc intrans sentiet æger opem. Luminibus lumen, &c.*

Hanc igitur) *Hi versus non leguntur apud Alcadin. qui impressus est Venetijs.*

Arte) *iuxta illud Hippocr. 2. & 5. sectione aphor. carnes sanus habentibus difficilis est helleborismus.*

De Baln. Solis & Lunæ.
Cap. XLII.

IN eodẽ Baiarũ littore est aqua præ cæteris admirãda, sic dicta, quia scutisti Planetæ lumine

stellas

stellas præstant, sic istud balneum cunctas superat aquas. Ad hanc aquam non est iter peruium, sed per ruinas antiquorum ædificiorum descenditur ad balneum dirutum, & à mari deprehensum: ibi defossa arena manat aqua pinguis, & discolor, quæ omne podagræ genus, ac omnem doloris speciem tollit, vlcera, plagas, & fistulas non radicitus ossibus infixas sanat, venas fluentis sanguinis sistit, menstrua siue plus, minusue fluant ad mediocritatis normam redigit, ferrũ in corpore latens extrahit, podagricis mirificè confert, si tamen Loca fracta non fuerint. hoc (vt veteres scribunt) Imperatorum balneum erat. De quo sic scripsit Eustasius.

Cæsaris est lauacrum, quod Sol & Luna vocatur,
Vt stellis Sol, sic præualet istud aquis.
Aufert omne genus podagræ, cũctosq; dolores,
Fistula ni violet viribus ossa suis.
Subuenit antiquæ podagræ regale lauacrum,
Ni faciat fractos inuetterata pedes.
Sed tamen ignorat sit vbi tam nobilis vnda,
Obruit antiqua hunc fortè ruina locum.
Vos igitur quos longa dies fastidit, & ætas,
Qui scitis longi temporis acta senes,
Demonstrate locum, qui Sol & Luna vocatur,
Vtilis à multis ædificandus erit.

SCHOLIA.

Vulgò bagno de la Naue.

Meminit huius balnei Franciscus. Lege supra cap. balneum. 9.

Baiarum] *quod Baiis fuerint balnea, immutat Cicero erat. pro Cælio. lege Pontanum 2. parthen. 3. qua in fra cap. 52.*

Sol] *cuinis in propatulo cognitum est Deum Opt. Max. rerum omnium opificem creasse duo luminaria in Cælo, alterum, scilicet, quod præesset diei, alterum vero nocti. Sol siquidem (vt ait Cicero de nat. Deorũ) luminum omnium princeps est: etenim vt ostendit diuinus Areopagita in lib. de diui. nom. p. 1. c. 4. omnia illuminat, fœcundat, implet, viuificat, & tandem cœli tristitiam discutit. Luna vero lumen suum accepit à Sole, quem Phœbum antiqui vocarunt: quò fit vt Phœbe, seu Luna ab Apuleio in flor. Solis discipula vere sit appellata.*

Sanguinis] *de balneo, quod obsit, sanguinis fluxui quam Graci vocant αἱμορραγίαν lege Gale. aduersus Erasistratum.*

Imperatorum] *quæ infra c. 58. 60. 61. 62. 65. 68. vbi fit mentio de thermis, ac lauacris Imperat. At de balneis rusticorum lege Palladium lib. 1.*

Cæsaris] *sic etiam Alcadino adscribuntur.*

Vt sol illustrat radiis fulgentibus orbem,
Et vegetat splendens Numine cuncta suo,
Vtq; inter stellas resplendet sola minores.
Et tenebras noctis candida Luna fugat.
Balnea sic Lunæ, & Solis discrimina morbi,
Tollunt, & vitæ lumina restituunt.
Vincere quam solers nescit medicina podagrã,
Hanc calidæ norunt vincere Solis aquæ.
Norunt occultum membris educere ferrum.
Menstruaque, & venas sistere prima queunt.
Vulnera consolidant, his turpis fistula cedit,
Quam vix vlla artis vincere cura potest.

Candida] *hoc epitheto illam honestauit, vt par erat, noster Capicius in aureo libello de principijs, lege Io. Texterum in epithetis.*

Vincere] *descriptus est hic versiculus ex Ouidio in 1. de ponto El. 4. d. Tollere nodosam nescit medicina podagram.*

De Baln. Gibborosi. Cap. xliii.

HOc balneum non est omittendum, sic dictum, quia forma ædificii desuper instat gibbi est eleuata. Hæc aqua salutaris, ad quam per gradus itur, lapides, arenulas, pilos, vel humores vrinam impedientes à renibus potenter trahit, ilia sedat, vesicam aperit, renibus medicina est nimis conueniens, dolorem vteri aufert, fluxum muliebrem cohibet, & restituit membra, quolibet morbo fuerint grauata.

SCHOLIA.

Dicitur etiam Gilbrosum, vel Gibbosum.

Meminit de eo Franciscus & Vgolinus d. ipsum prohibere sanguinis fluxum.

Pilos] *quod pili per vrinam excernantur, testis est Galenus 6. de loc. aff. c. 3. & lib. 4. aphor. 76.*

Extant de hoc balneo Alcadini versus:

Est aqua mirandi nimium noua dicta lauacri,
Gilbrosum proprio nomine nomen habet.
Penè per octo gradus patiens descendit ad vndã,
Circuit inter aquas per latus omne gradus.
Ilia componit, prohibetq; dolore matricem,
Sanguineos fluxus in muliere vetat.
A superis exire cruor prohibetur, & idem
Ne fluat in solitis inferiora fugat.
Vesicam curat quoties vrina negatur,
Nulla paret melior renibus esse salus.
Si lapides, qui siue pilos pariantur, arenam;
Quolibet à morbo membra grauata iuuat.

Gilbrosum] *aliter sic, Que de Gibbosi nomine nomen habet.*

Octo] *etsi vox Graca scribatur διὰ τῦ ω μεγάλου ὀκτὼ, corripitur tamen à Marti. lib. 9. ep. 33. & apoph. 87. à Iuuen. sat. 6. & Ausonio epist. 24. quos forte secutus est Alcadinus.*

Ilia) *de aquis naturalibus, conferentibus dolori colico, lege Trallianum lib. 10. c. 1.*

Matricem) *hoc vocabulo vtitur Gaza in Aristo. de nat. anim. lib. 5. & in Theophr. 1. de hist. stirpium c. 3. & Plinius 11. hist. nat. sed cum hac vox à Matre deducatur, habeatq; primam syllabam productam, ideo melius legitur in Cod. manuscripto sic, Prohibet matrice dolorem.*

Vetat) *post hunc versiculum sequuntur isti:*

Dicitur & duros mire mollire lacertos,
Et caput & scapulas ad sua iura trahit.

Disficit & lapides, si quos vesica recepit,
Depositoq; æger pondere lætus abit.
Renibus illa pilos, illa & deducit arenas,
Atque iter vrinæ rectè aperire solet.

Dicitur) *hi duo versiculi repetiti sunt supra c. 22.*

Quolibet à morbo) *alludit ad versiculum saphicum, quo S. Ecclesia vtitur in festo Confessorum ad vesperas.*

De Baln. Fontis Episcopi. Cap. xliiii.

Balneum hoc nobile apud Tripergulas sic dictũ est, quia (vt veteres perhibẽt) quidã Episcopus illud refecit, aut quia Prælati illo potissimũ vtantur, qui quãdoque podagrizare solẽt. Arthriticis mirificè confert, podagricis, iuncturarum doloribus, & cuilibet podagræ præsto est. De eo sic Eustas.

Nomine fons tali fruitur, quod episcopat ægris,
Vel quia Prælatus tale refecit opus.
Arthriticis prodest, tollit genus omne podagræ,
Hoc habet expertum Pontificale decus.
Et quia Prælatis requies nocet, atque paratus,
Torquentur magno sæpe dolore pedum.
Cùm constipatus cibus intercluditur intus,
Inde dolent ventres, ilia tensa crepant.
Si tales ergo tibi vis lenire dolores,
Pontificis fontem vade require celer.

SCHOLIA.

Meminit de eo Franciottus.

Podagrizant) *Galenus in commentarijs aphorism. sect. 6. aph. 28. tex. 18. sic habet: Hippocr. tempore pauci podagra laborabant, ob vitæ moderãtiam: nunc verò propter edulionum varietatem, & ob cruditates ciborum infinita est podagrarum multitudo. idem fermè dicit in 1. de rat. vict. acut. & libro de Inaq. Intemp. c. 8. nec non Oribasius 1. ad Eunapium.*

Episcopus) *vox græca est, qua vtitur Aristo.* ἐν ὄρνισιν, *qua latinè (vt interpretatur August. in Ps. 126. & 19. de ci. c. 19.) superintendentẽ seu speculatorẽ iuxta Ezechielis vaticinium significat: & Apostolus in duabus epistolis ad Titum, & Timoth. (quæ sunt canones militiæ clericalis) apertissimè testatur, vt taceam verba eiusdem doctoris, quæ leguntur apud B. Lucam in sacra Actorum apost. historia.*

Nomine) *hi versus etiam Alcadino adscribũtur.*

Episcopat) *vocem hanc nunquam me legisse recolo apud classicos auctores, nedum triuiales. vtitur tamen illa (ni fallor) Innoc. III. in tit. de transl. epis. c. cùm ex illo. Et facilè crediderim, q. hic auctor ob metri necessitatem vsus fuerit hoc nouo vocabulo: iuxta illud Cicer. 3. de fi.* Licuit Zenoni, *&c. Nec non Flacci,* licuit, semperq; licebit Signatum præsente nota producere nomen. *quibus eadem in arte nouum inuenari vocabulum effluxit, quam licentiam non tacuit Aristot. in suis categorijs. O quantum (vt Martialis sæt. 5. dixit post Valer. Max.) cogit egestas, duraq; necessitas. sed fors sanè hoc in loco melius legitur sic, vt est in Cod. Venet. impresso, quod competat ægris. Verùm in hac re (vt Œcumenij verbis vtar) volo sit lectorum iudicium. satis enim mihi compertum est vsq; ad hanc ætatem, non omnibus mortalibus eundem esse gustum. nam velle suũ (vt rectè excogitauit magnus ille Persius) cuiq; est, nec voto vititur vno.* Mille hominum species, & rerum discolor vsus. *sed satis sit hactenus digitum nostrum ad fontem veluti è quodam diuerticulo digressi intendisse.*

Vel quia) *sic, Vel quia Pontificis cura refecit opus.*

Cùm) *sic, cum constipantur, ventus concluditur intus.*

Si tales] *sic, Pontifices fontem perquirite Pontificalem.*

Vtilis est vobis Pontificalis aqua hæc.

De Baln. Fati. Cap. xlv.

Ascenditur ad hoc lauacrum per aliquot passus, sic dictum, quia nouiter fato repertũ est aut ob operis pulchritudinem, quo eius testudo elaborata est. Hæc aqua perspicua stomachum roborat, appetitum ciet, nauseam abigit, podagricis confert, ferrum absconsum præ omnibus extrahit, cunctaque membra exhilarat.

SCHOLIA.

Vulgò grotta de le fate.

Meminit huius balnei Franciottus.

Fato] *de eo lege Chrysippum apud Aul. Gellium lib. 6. c. 2. Platonem apud Card. Bessar. in lib 2. calum. c. 9. & quæ nuper scripsit literarum parens ac vindex I. Cæsarius in doctiss. commentarijs, quos edidit in primum librum Flacci od. 12. Quod verò fatum quandoque apud scriptores naturam res significet, (cæl. Rhodig. lib. 11. suarum lect. annotauit: & meus familiaris Zamara ex Aristot. 5. τῆς Φυσικῆς ἀκροάσεως, tex. 57. vbi lucidiss. Themistius, quem vt moris sui est) sequitur opinionem Alex. Aphrod. in libello de Fato c. 7. d. fato euenire dicitur, quod naturale est, & natura sequitur ordinem. lege Portium lib. 2. de princip. cap. 9. Qualiter autẽ catholici de fato sentire debeant, aduersus negantes nostram libertatem, lege Au. August. 5. de ciuit. ca. 72. D. Thom. 3. contra Gen. c. 1. & opusc. 28. nec non inter recentiores Io. Ant. Delphin. & Alphons. à Castro lib. 7. contra hæres.*

Huius balnei vires nos Tetrastucho hoc absoluimus.

Confortat stomachum, viuacem reddit ὄρεξιν
Dat podagræ auxilium, nausea fit procul hinc.
Extrahit absconsũ, atq; latens in corpore ferrũ,
Exhilarat nimis hic omnia membra latex.

Ὄρεξιν) *vtitur hac voce Iuuen. sat. 6. & 12. nec nõ Perisaulius 1. de triumphostult. c. 1. ne quis inaudita vocabula nos vti putet.*

De Baln. Braccolæ. Cap. xlvi.

Braccola dicta est ab humilitate, depressione, vel loci rotunditate. Hæc aqua faucium asperitates tollit, raucedinem profugat, dolorem

lorem capitis, siue sit anterius, poste riusue remouet, oculorum caliginem destruit, splenì, iecorique medetur, quartanam, tertianam, ac febres intermitentes aufert.

SCHOLIA.

Meminit de eo Franciottus, & Vgolinus d. Samare ephemeram, & quotidianam: dummodo vsus ipsius sit frequens. vocat Brasolam fortassis ex vocis similitudine deceptus, sicut Plinius in Polio, & Trepolio deceptus est, vt annotauit Tagautius in Mes. & fortè ex Leonicreno de err. Pliny.

Alcadini de hoc balneo extant versus.

Faucibus antidotũ bene confert Braccula crassis.
Ex vox si fuerit rauca, fit apta sono.
Si patitur capitis puppis, vel prora dolorem,
Si dolet oppressum splene tumente iecur.
Sique caligo diem noctis germana minorat,
Omnibus his vitiis Braccula præstat opem.
Quartanã perimit, necnõ necat amphimerinẽ.
Hic intermissę febris origo perit.
Vos igitur quibus est odiosa planetica febris,
Huius, si sapitis, quærite fontis aquam.
Non opus est intrare semel, nam balnea quantò
Quis magis ingreditur, tam magis ipsa iuuant.

Faucibus *) ante hunc versiculum leguntur isti duo.*

BracculaBacunas inter celebertrima nymphas,
Euboicas medicis viribus ornat aquas.
Sicque caligo *) cùm huius syllaba quantitas producatur ab Ouidio in Metamor. (lib. 10.) Gratio de venatione, & Papinio 5 Syluarum, (Syl. 3.) ideo sic commodius legendum est, Sic caligo.*

Quartanam) *sic, Bracciola quartanam, necnon veteres amphimerinam. de qua supra.*

Bacunas *) vox hæc mihi ignota est. scio tamen Vacunam esse deam apud Ouid. in Fastis lib. 6. & Plin. lib. 3. ca. 12. similiter nomen est cuiusdam oppidi in Vmbria, cuius meminit Blondus de Ital. ex Flacco 1. epist. 10.*

Planetica) *1. erratica διὸ τῆς πλανᾶσθαι, vel ἀπὸ τῆς τῶν περιττῶν ἐπιπλοκῆς, lege Galen. lib. 2. de Crisi. & 2. de diff. feb. atque alibi.*

Non opus *) hi duo versiculi non sunt apud Alcadinum, sed leguntur infra. qua supra can. baln. nũ. 17.*

De Baln. Speluncæ. CAP XLVII.

VLtimum locum spelunca obtinet, ex re nomen habens, quia in spelunca lauacrum est. Rheuma tussimq; sanat, hydropicis succurrit, fugat symptomata cuiuscunque podagræ, stomachumque confortat. Scripsit Galenus, quòd si quis quinque drachmas huius aquæ calentis diebus singulis biberit, sentiet opem in membris, quæ dus, & supra diaphragma sunt.

SCHOLIA.

Meminit de hac Spelunca Franciottus, & Vgolinus d. à stomacho pellere pituitam, lepram, herpetemque curare.

Est huius nominis balneum apud Ænarias.

A *Est etiã huius nominis villa apud Cor. Tacitũ li. 4.*

Galenus *) Vgolinus hunc locum citans, suppresso nomine Gal. dixit, fama est &c. Verùm ego, vt veritatis compos essem, interrogaui præceptores meos, Altissimarum scilicet, quæ Galeni scripta ad minutissimas Democriti atomos deuorauit, & Io. Ant. Pisanum, disciplinæ Galenicæ, quam etiã bonarũ literarũ professorem, si vnquam dictum in Galeni monumentis, vel spuriis, aliquando legerint. Qui nunquam legisse ὁμοθυμαδὸν fassi sunt. (locus hic Galeni etiam inferius in testimonium producitur.) Nec mirum lector,*

B *si quando legeris similes errores: nam communis est id cum multis aliis scriptoribus.*

Nicol. siquidem μυρεψὸς sect. 1. & sect. 17. citat Galenum: quo loco nusquam reperitur apud Galenũ idem ac citat Mesue, cùm in cap. de sarcocolla, & colocynthide citat Dioscoridem, necnon cap. de agarico, Scamonea, Manna, psyllio, & alibi Galenum: quæ tamen loca inter Cimmerias latebras delitescunt, nisi

C *quis cum Iac. Sylvio, & Manardo putet hæc reperiri in libris spuriis, obeliscisq; nota præfixis.*

De hoc balneo Alcadini leguntur versus.

Vltima thermarum laudes spelunca meretur,
Cuius aqua poterit simplice nemo frui.
Ingenio faciente modum capit vnda calorem;
Sic intrabit aquas ingeniosus homo.
Cuiuscunque velis perimit symptomata guttæ,
Hic fugit hydropisis, tussis iniqua perit.
Vt Galenus ait, drachmas si quinque calentis
Quisquam quottidie sumere curet aquæ,

D Et super, & subtus quę sũt diaphragma medetur
Rheumatos excludit quod nocet omne genus.
Non domus horroris, non est spelunca latroni,
Crypta salutarem continet intus aquam.

Hydropisis) *2 corripitur hic vt supra. lege quæ ibi.*

Diaphragma] *vox ista à diuino Platone cœpta est dici, vt notat Gale. 5. de loc. aff. ca. 3. antiqui siquidẽ vocabant φρένας a mente. quomodo vsitur Hippoc. 1. de rat. vict. ac 6. aphor. 18. 1. Progn. text. & alibi. Plinius lib. 11. cap. 37. vocat præ-*

E *cordia, quasi τὰ περικάρδια, & Celsus lib. 2. τὸ ὑποχόνδριον, quod est apud Hippocr. 1. progn. verùm præcordia, sed Gaza in Arist. 1. de Nat. anim. & 2. c. 15. nec non lib. 3. de partibus vertit septum transuersum: lege Philotheum 6. aphor. 42. & Christ. Vegam in 1. prognost.*

Siue nocens vitium subter diaphragmate lædit,
Siue etiam supra est improba causa mali.
Fortior hinc surget tùm morbo libet ab omni;
Diis grates tanto munere lætus aget.

F Non domus, *hi versus non leguntur apud Alcad.*

Spelunca) *alludit auctor ad illud euangelicum, cùm scilicet D. N. eiecit ementes, & vendentes de Templo, productisq; testimoniis Isa. & Hieremiæ dixit, Domus mea, domus orationis vocabitur. qui legit, intelligat, & secum penset quæ hortatur sacrosancta Synodus Trident. in sess. 22. decr. de obser. in celebr. Missarum, cum inter cetera dicit hæc aurea verba:* IRREVERENTIA ABIMI RITATE VIX SE IVNCTA ESSE POTEST.

De Baln. Trituli.

Cap. xlviii.

SIc dictum est balneum hoc, quia propè est locus Trituli, vel quia tertianam sanat, quæ à græcis τριταῖος πυρετὸς dicitur. Balneum præclarum, & admirabile est, ad radices rupis altissimè, in qua ampla domus cauata est, & in ea limagines compositæ artificis ingenio, manus tenentes ad loca passionum: quæ vel sunt vetustate consumptę: vel (vt ferunt alii) à Medicis Salernitanis deletæ sunt, vt refugium, quod per ægros habebatur ad balnea pro eorum languoribus, ad solos medicos haberetur. modicum enim emolumentum ex Philosophia trahebant. vel dictum est Tritulum à territorio, in quo situm est, vitibus feraci: de quo Iuuen. Te Tritulinus ager fœcundis vitibus implet. Aqua autē semel in die, & semel in nocte iuxtà Lunæ ortū, occasumq; calida, & fumigans ad balneū pergit: quo repleto, pars aquæ in æquor refunditur, pars vero redit ad suum principium. Hoc rheuma fugat, caput, stomachumque confortat, podagram quamlibet curat, liberat hydropicos, febres prohibet, pituitosis prodest, omnemque balneorum energiam corroborat. Quamobrem vbicunque quis balneatus fuerit, tandem per vices aliquot hic se abluat. De eo Eustas.

Est locus antiqua testudine ductus in altum,
Rupe sub ingenti celte cauata domus.
Quæ plena est hominum formis ex arte paratis,
Ad quid aquæ valeant, quæque figura notat.
Res miranda satis, satis est horendaque dictu,
Huc veniente die mittitur vnda semel.
Hæc cadē partim primùm petit æquora, partim
Extenuata fluens refluit vnde venit,
Siquis hæc quàm olim Bethsaida venerat, anno
Quæ semel infirmis mota ferebat opem.
Hæc nam quotidie multis aqua subuenit ægris,
Rheuma fugat, stomachū roborat, atq; caput,
Liberat hydropicos, hic omnis gutta fugatur,
Phlegmaticis prodest, febricitare vetat.

SCHOLIA.

Meminit de eo Volcinus, vocat que Fritoli, & lapsum in febrim prohibere refert. Franciottus vocat de Tritoli, vel Fritoli, quia ibi homines ob sudorem, frictionem exercebant. sic Blondus asserit vocari Frictolas antiquitus.

Manus] *qua supra cap. 21.*

Vetustate] *Tempus enim vt dixit ille in sua metamorphosi* lib. *15. Edax rerum, & inuidiosa vetustas omnia destruunt, ac pessundant.*

A Medicis] *Dion. Carthus. ex Glossa ordinaria (cuius auctor est Strabus ex Trittemio de script. ecc.* [ca. 269.] *& Eckio in Agg.* ca. 12.) *super Act. Apost. cap. 28. sic inquit. Virgilius fecit balnea medicinalia Puteolis, singula propriis inscripta titulis centra quam valerent agritudinem. Salernitani medici inuidia ducti superuenientes, in manu fortis titulos destruxerunt (quid non liuor edax cogit? necnon auri sacra fames?) & edi plurima mutilauerunt. Hæc Glossa. Quam ibidem sequitur Nicol. Lyra. idem dicit Io. Villanus 1. cronic. Neapol. qui tamen addit, illos Medicos, vbi noctu destruxerunt characteres, dum reuerterentur, (Deo malorum vindicè irato) tempestate obrutos periisse inter Capreas, & Minerua promontorium: Sauanarola 2. de baln. quem etiam sequitur Bartol. Taurin. 3. de baln. meminit horum medicorum, qui destruxerunt literas in marmore scriptas, sed existimant, rem esse fabulosam. Ego verò vt Celsum imiter lib. 4. nec omnino fabulosum dicā, nec absolute verum confitebor: nisi quòd rei veritas apud scientem omnia Deum (cui omnia nuda sunt, & qui nouit omne antequam fieret) clarissimè dubio procul resides. Dicamq; propter morosos quosdam, ne dicam cerucosos homines, mihi semper placuisse auream illam, omniq; modestia plenam sententiam Galeni aduersū Exasistratum lib. 5. de loc. aff.* [c. 13.] *ipse enim dicit longè præstantius esse, quæ fiunt quærere quemodo fiant, quàm negare. simile dicit idem Auctor in lib. An. sang. in art: & 2. de diff. feb. stultè enim dānatur, (vt bene dicit Boccac. in geneal. lib. 14.) quod non intelligitur: & de incognitis iudicare damnabile est.*

Aduertendum est, quod Sauanar. vbi supra refert in Sciacca oppido Siciliæ ad sinum Montis gemmariarum habitasse S. Calogerum, vt expelleret dæmonas, ex illo monte: vbi erat balneum nomine Siccum, in quo sæpius se abluebat. (imitatus fortè B. Ioannem, qui vsus est baln. calidis, vt legitur in historia tripar. lib. 3. licet B. Iacobus eis vti noluerit, vt refert Hegesippus apud Euscbium) In cuius sedilibus posuit virtutes notis Græcis ibi insculptis: quas Medici ob Auaritiam (quæ est ἰδιολολαγνεία abolenerunt. hæc Sauanarola in lib. de baln. Et quoniam incidit mentio de Salernitanis, scribit Volcinus se legisse opusculum de baln. Puteol. auctor Matthæo Plantimone Salern. quorum virtutes ibi erant metricè descriptæ.

Iuuenal.] *locus est in sat. 9. quem locum Aldus, Merula, & Calderinus legunt sic, Trifolinus, ex Plinio lib. 14.* [ca. 11.] *quod innuit Mart. in Xen. 114. d. Non sum de primo, fateor, Trifolina Lyæo. &c. Galenus (vt id obiter annotem) 5. salubrium. & 1. de antid. meminit vini triphilini apud Neapolim, & Iouis Triphyly meminit Lactan. lib. 1. contra Gen. & Trifily episc. fit mentio apud Trittem. lib. script. eccl.*

Meminit balnei Boccac. in lib. de fontibus, vbi de Bays loquitur.

Locus] *Alcadino dantur isti versus.*

Celte] *vide quæ supra cap. 3.*

Plena] *sic, Plena figuratis morborū conscia formis.*

Siquis) *sic, Hæc plus quàm Solymi templi est aqua, quæ semel anno Vni præstabat mota salutis opem.*

Bethsaida) *innuit locum Piscinæ probaticæ Hebraeorū, quæ sicut scriptum reliquit nobis dilectus discipulus, & magnus Theologus Ioannes, sanabat semel in anno omnes infirmitates, hebraicè vocabatur*

batur Bethsaida, seu Bethesda, sic enim græce legitur. βηθσαϊδὰ ἢ βηθεσδὰ

Hæc nam] *sic, mensq; hinc quotidie quam multis mihi vndatur.*

Hydropicos] *qua supra cap. 6.*

Aduerte lector propè hoc balneum olim fuisse Mercurij templum, quod Tentoris vocatur à Propert. lib. 3. & Lucano 1. phars. nacuon a magno Lauo 3. ab vrbe lib. 6. & Lact. in Firm. lib 1.

De sudatorio Trituli.
Cap. XLIX.

RVpis hæc eadem in sui cacumine per ascensum multorum graduum sudatorium habet. Est Crypta quædam manu cauata, arcta nimis, sed in longitudinem protensa, odoris suauis in qua, si erectus ingrediaris, statim sudore prehenderis, si te inflexeris statim frigus te capiet. vlterius autem progredienti tibi post paululum descensum occurret aqua perspicua, calidissima, quæ vix tangi potest, quam multi putant in supra dictum balneum latenter effluere. Quòd si ad aquã pergere volueris, iter carpe sinistrorsum. Vbi verò duos passus introieris, viã dextrorsum cape, per quam procedens obuium habebis lapidem, quem de rupe ruit, & Caballus dicitur. Vlterius autem incedens per calidum puluerem, inuenies coronidem cryptæ, & celtis vestigia: si modò reuerteris ad locum, vbi hanc cryptæ partem intrasti, inuenies profundam foueam, patentemque, atque propius aliã cryptam, quæ ad meridiem spectat: quam ne adeas, etenim si per illam meabis, absque caloris, frigoris q; excessu, absque vento, aerisque motu, flamma sursum tendens ceram, lumenque liquefaciet, ac faces extinguet, facietque homines ex capitis vertigine veluti mortuos in terram cadere. Hoc sudatorium euacuat humores caput, stomachumque seruat. rheuma curat: Phlegma excutit, alleuiat corpus, hydropicis, podagricisque plurimùm confert.

SCHOLIA.

Meminit huius loci Vitruuius lib. 2. [ca. 6.] *& Franciottus.*

Verùm idem Vitruuius vbi supra mentionem sudatorij Cumarum & Baiarũ. & nos supra mentionem sudatorij S. Germani, & Bullæ sudatoria: sicut inferius mentionem faciemus de sudatorio Cocti apud Æmariã.

Celte] *qua supra cap. 3.*

Vertigine] *forsan innuit eam, quæ à græcis vocatur σκοτοδίνες, καὶ σκότωμα. de qua Gale. 3. loc affi. 4. aphoris. 17. 4. de rat. vict. ac. & Altomarus in arte medica.*

Hydropicis] *hoc etiam testatur Cælius lib. 3. vbi meminit huius sudatorij, sicut annotat idem Altomarus in cap. de hydrope.*

Huius balnei vires hoc tetrastichо explicauimus.

Euacuat succos, stomacho, confertq; cerebro;
Rheuma grauans abigit, phlegma pigrumque liquat.
Alleuiat corpus leni sudore, salutis
Hydropi, ac podagræ porrigit vsque manus.

De Baln. Fœniculi.
Cap. L.

SIc dictum est, quia inter Mare mortuum, & Misenum montem inter fœniculos scaturit aqua hæc. nondum fons iste formam balnei accepit, nec ob loci distantiam satis est experta: hoc tamen compertum habemus, quod lippos oculos abstergit, eorum vlcera sanat, maculas delet, & super alias aquas visum acuit.

SCHOLIA.

Vulgò li finocchi.

Misenum] *de eo infra cap. 33.*

Scaturiat] *alia ratio assignari potest, quòd sicut fœniculus, vt ait Dioscorides lib. 3. (c. 79.) maximè confert oculis, ita & hoc balneum.*

Huius balnei vires hoc distichо complexi sumus.

Abstergit lippos, deficcat & vlcera eorum.
Detergit maculam, & lumina clara facit.

De aliis aquis calidis.
Cap. LI.

SVrgunt præterea per totum sinum, qui à Falerno, seu Postripo monte vsque ad Misenum interiacet, multæ aquæ calentes. Quarum virtutes, & nomina propter penuriam, vel magis hominũ incuriam obliuio possidet. Fuisse tamen eas magnæ efficaciæ antiquorum lauacrorum forma, ac ruina ostendit. etenim supersunt adhuc apud Baias mirificorum operum quædã præclaræ reliquiæ, quas vetustas abolere non potuit, sicut est illud Maris mortui, vbi iussu Octauiani Aug. terra per magna spacia profundè effossa, & per incisas radices Miseni introductum mare stationem classibu- tutam dedit.

SCHOLIA.

Postripo monte] *de eo lege quæ infra cap. 34.*

Falerno] *Huius locs frequens fit mentio apud Galenũ, potissimum 2. de ar. cur. 4. de san. tuen. c. 6. c. 5. & alibi sæpissimè: quòd si quis scioli plura legere voluerit, legat Pers. sat. 3. Iuuenal. sat. 8. Syllium lib. 7. Martial. Xen. 120. Tibul. 2. el. 1. Horat. 2. car. 6. Ouid. 4. pont. el. 2. Epigram. græc. lib. 2. Liu. 1 ab vrbe lib. 8. Plin. 14. c. 3. Macrob. 3. Satur. Florum lib. 1. & Idoleum l. legatum ita §. vini Falerni ff. de annuis legatis. è recentioribus vero Iacob. Perf. & Io Bapt. Confulon. in libris de natura vini.*

Aquæ calentes] *de quibusdam naturalibus aquis scripsit Ouid. d. 15. Metamor. Lucr. lib. 6. Claudianus epi. 5. & 29. Vitr. 8. c. 3. Pausanias lib. τῶν μετεωρων ca. 40. & seq. lege qua Gale. 6. de san. tuẽ. & Fernelius 2. sua methodi. sed & magnus medicus Hippocra-*

Digitized by Google

in epidem. meminit Meliorum balneorum. & magnus theologus Nazianzenus ad Olymp. scribens, meminit balneorum λαναξαρίδι, quibus ipse vtebatur. & Theodoretus celeberrimus episc. curæ habuit lauacrorum communium ob publicam vtilitatem: sic enim græcè scribit ad Eneuchium ἐπεμελήθην τῶν λυτρῶν κοινῶν, &c. hæc Publica balnea tempore Antiochi medici in vsu erant, vt testatur Galenus 5. sanuen. tamen aliquando fuisse submota ab Antonino Imp. scripsit Iul. Capitolinus. Atqui apud Turcas mos est (vt inquit Georg. de cerim. Turcarum ca. 4.) circumcisum septem annorum puerum post tertium conuiuij diem duci ad balnea, quæ, ni fallor, arte parantur. de quibus fusissimè scripsit Galenus lib. 10. methodi Therap. aduersus Philippi opinionem, qui illas in febribus hecticis damnabat. scripsit & è nostratibus elegantissimum opus Io. Franciscus Brancalio, totius Italiæ, ne dicam orbis lampas ardentissima: literarum omnium αὐτότατον παιδοχεῖον, ἐν κύκλῳ τῆς παιδείας διδάσκαλος, καὶ τῶν ἠθῶν ἐπεργάσατον πάνσπερμα. Qui magis silentio (vt cum Arnol. & Dionys. dicam (quam sermone prædicandus est: sicut etiam scriptum est ἐβραϊστὶ ἐν τῷ τῶν ψαλμῶν. Tibi silentium laus.

Maris mortui *) de eo infra cap. 55.*

Virtutes *) de Aquarum varijs facultatibus lege Plin. 2. c. 106. qui lib. 31. meminit fluuij salis apud Caspias. Sabellicus vero in 3. Ennead. meminit fontis sabbatici. Menghus recenset balneum Meldulæ, quod tantùm nocte S. Laurentij manare videtur. Nicol. Leonicus tom. lib. 3 fontis althani, Aenius Palear. fontis Ammonis, Mela lib. 1. c. 4. Fontis solis, & Diodorus lib. antiq. aquæ solis meminerunt. sed Epiphanius meminit calidarum aquarum in Gadara, & Strabo lacus Gadarei. Qui lib. 11. meminit fontis olei, sicut Herodotus græcanica historiæ pater scripserunt reliquit de quodam puteo proferente bitumen oleum & salem. Reliqua alia lege apud B. August. 21. de ciuit. Dei, Aristot. 3. de nat. ani. Bartol. Taurin. 3. de baln. c. 3. & Rasisium 2. offic. parte cum Gaudentio Merula de mirabil.*

Baias *) Iosephus. 18. antiq. Iud. auctor est, quòd Baiis fuerint lauacra calida, aquis ex terra vltro manantibus, aptis saluti corporum. qui lib. 17. vltra Iordanem circa Callirrhoen, ait esse aquas potabiles. & lib. 18. refert iuxtà Genesareth stagnum in vico Ammaus esse aquas calidas.*

De Myrtetis.

Cap. LII.

HAec olim balnea dicuntur ab ægris omnibus inuisa, & derelicta, vt innuit Horat. lib. 1. epist. d. M. facit inuisum gelida cum perluor vnda, Per medium frigus sanè Myrteta reliqui, Dictaque cessantem neruis elidere morbum, Sulphura contempsi, vicus gemit inuidus ægris..

Notandum est, quòd Octau. Augustus Imper. apud Baiarum balnea sæpe morari consueuerat, quumq; diu dolore arthritico laboraret, Amelium medicum elegit, & adsciuit sibi, qui eum calidarum aquarum lotionibus tantùm lauari iubebat, & rimas cubiculi velleribus obstrui. sed cùm huiusmodi curis magis morbus inualescceret, & Augustus maxima macie detineretur, Musam medicum in sui curam suscepit: à quo prohibitus est, ne amplius balneis vteretur, & vice calidarum potionum aquæ, assumeret gargarismata frigida, qua industria benè conualuit, & August. beneficij memor, volũtate senatus, XL. sextertia argenti illi assignauit. Propter hoc ægri cœperunt Baiarum balnea, Myrtetaque relinquere, & ad frigida loca sese conferre.

SCHOLIA.

Horat. *) locus est epist. 15.*

Myrteta, *de his locis meminit Celsus 2. c. & lib. 3. (c. 21.) Myrtetum (vt id obiter annotem) obscœni generis est apud Plin. lib. 15. c. 29.*

Amelius *) De hoc Medico nihil adhuc legi, quæ memoriæ teneã: nec ἀνδροθυμίας, καὶ πολυπειρίας And. Tiraquellus lib. de nobil. c. 31. (cùm Medicorum catalogum exactissimè minutatimq; recenset) huius viri vnquam meminit. Est tamen Iamius memini philosophus Platonicus, qui (auctore Suida) vixit tempore Origenis, de quo Plotinus apud Plutarc. Bessar. in calumn. lib. 2. & Volater. lib. 13.*

Musa *) de Ant. Musa lege Plin. 31. c. 3. 29. c. 1. Sueton. lib. 2. Flaccum 2. epist. 15. vt fileam Galen. lib. de comp. med. κατὰ τόπους, & Aëtium, qui de eo sæpius loquitur. Est & huius nominis insignis medicus Ferrar. dictus Brasauolus, vir nostra quidem tempestate de arte medica optimè meritus, bonarum literarum post Leoniceum & Manardum doctiss. professor.*

Quadraginta *) lege Suet. vbi supra. Veruntamen legimus apud Mantuanum 1. de patientia, & Raph. Volat. lib. 21. Thadeum medicum Florent. (is enim erat præceptor Thurisani) in cura Henrici III. II. Pont. Max. 10000. aureos reportasse. Præterea lubens nostri seculi tam Altimari, quam Spinelli, τῆς ἐξοχὴν τῶν μυριαμιοθοδείαν. De honore verò Hippocratis apud Artaxerxem lege Suidam, deque precio Democedis apud Darium regem legas Herodotum lib. 3. & de his omnibus Tiraq. lib. de nobil. c. 31. & qua Amatus Lusit. centur. 2. cap. 53.*

Frigida *) hoc etiam in hecticis præcipit Galenus lib. 10. Methodi.*

De Myrtetis balneis.

Cap. LIII.

MYrteta vocantur, non quia myrtis abundent, sed quod iuxtà Auernum os Inferni existere dicatur, per quod animæ defunctorum Inferos petere dicebantur: inde myrteta, quasi morteta dicta sunt.

SCHOLIA.

Myrtis *) Myrtus (vt obiter annotem) habet quandã sympathiam cum Malo punico: sic dicit Democritus apud Simeonem Sethum. c. 88.*

Auerni

Aneroi] *hic & infrà c. 67.*

Os] *vitiatur ne fallor dicto Isaiæ prophetæ. Dilatauit, inquit, infernus os suum. Græci infernũ vocant ἅδην à ἀϊδὴς id est incui dignus; vt interpretatur Iulianus 2. de progn. fut. sec. vel sine vsu, secundùm Gazam. Quo-ũ piscuer autem sumatur infernus apud Hebræos, (vocatur enim apud eos Seol) lege doctiss. P. Galatinum lib. 7. contra Iud.*

Morteta] *hoc etymum nunquam legi, & cum Varrone ignorantiam confiteri non erubesco. Arbores tamen ferales, quæ mortem (vltimam rerũ lineam) portendant, sunt hæ: Taxus, cuius meminit Ouid. 4. Metamor. & Cupressus cuius mentio habetur apud Plin. lib. 16. (ca. 33.) Claud. 2. de rap. Proser. lege quæ P. Bellonius 1. de medic. funere.*

De Authoribus quibusdam.
Cap. xiv.

GAlenus Medicus venit vt videret hæc balnea, & miratus est, sed paucis verbis aquam spelunceæ differens, aliquarum aquarum virtutes in suis operibus expressit. Oribasius eorum balneorum, quæ tunc in vsu erant, nomina, & efficacias in decimo libro inseruit.

Quem secutus Alcadinus poeta Siculus 32. balnea elegantibus versibus ornauit, 12. versibus cuilibet balneo distributis. Metra aquæ de sulphuraria non sunt ipsius, cùm stylum Alcadini non sapiant. Lauacra Orthodonici, de Scropha, Sanctæ Luciæ, & S. Crucis post istos reperta, quidam versibus malè compositis scripsit, de quibus omnibus, præter pericriptos versus Eustasij de Matera, cùm non reperissemus alios, quàm vt supra, mentionem facere non potui, nec eos in hoc opusculo inserui. In hac verò prosa quædam virtutes, quas experientia docuit, & quatuor balnea, nec non sudatorium Trituli nouiter inuenta addita sunt. Sed quia prædicta balnea in littore Baiarum, & à Falerno, seu Postripo monte vsque ad Misenum sita sunt, in eisdemque locis plurima memoratu digna reperiuntur, de singulis nonnullam mentionem facere intendo: vt qui lauacra ex necessitate, vel animo iucunditatis videre voluerint, etiam de aliis in venerandæ antiquitatis memoriam, noscere valeant.

SCHOLIA.

Galenus] *quæ supra cap. 47.*

Oribas.] *decimus liber huius viri ad Iulianum Imp. de balneis differit. Sed quod hic auctor scribit, non in codice Latino, ex Rasaryi interpretatione, reperi: nec in Codice manuscr. quem legi in bibliotheca Reuer. & Illustr. Card. Hieronymi Seripandi, viri integerrimi, atq; sanctissimi. In dicto tamen libro sic Græcè habet, τῶν λυτρῶν αὐτοφυῶν πολὺ δύναμις ἐστὶν ἰσχυροτέρα, καὶ δραστικωτέρα εἰς διαπυήσεως &c. superiùs in canone baln.*

Alcadinus) *floruit hic poeta anno Dominicæ incarnationis M. C. LXXXIX. tempore Henrici sexti Imp. regis Neapol. & Federici huius filij, vt ipsemet innuit, in fine versuum.*

Suscipe Sol mundi tibi quem transmitto libellũ.
De tribus ad Dominum tertius iste venit.
Primus habet partes ciuilis in arte triumphi,
Mira Federici gesta secundus habet.
Tũ loca, quã vires, quàm nomina penè sepulta,
Tertius orbatas iste reformat aquas.

Hæc Io. Elysius in lib. de baln. Puteol. Hunc auctorem forsitan innuit Sanazar. lib. 2. de baln. & hic est ille Henricus Imp. (vt ait Beneuentus in Augustali) qui obiit Siciliæ, & sepultus est Panormi. lege quæ Egnatius 3. de Cæsaribus.

Quidam versibus) *hunc auctorem nunquam legi, nec nouos alios, qui metricè scriberent de balneis, præterquam Alcadinum, cuius versus de 17. baln. huius opusculo inseruimus, & Eustasiũ, cuius etiam extant versus de 19. baln. Et nos vtcunque potuimus, ne balnea carerent versibus, tantùm sex balnea Apollinaris sororibus eius consecrauimus: adiectis etiam aliis tribus, ex superabundanti, vt aiunt, & nullo occasione Franciotti, qui in lib. de baln. Lucanosibus asserit, Terram laboris, seu Campaniam his potissimùm balneis gloriari. Aduertendum tamen est, quosdam versus Eustasij, eosdemmet Alcadino ascriptos esse in quibusdam codicibus.*

Primus habet) *alitur, Primus habet patriæ sublimis Marte triumphos.*

Orbatas) *sic, Euboicas.*

Aquas) *post hunc versiculum, vt liquet ex Codic. Venet. sequuntur sex versiculi:*

Cæsaris ad laudem tres scripsimus ecce libellos,
Firmius est verbum, quod stat in ore trium.
Si vacat annales veterum lege Cæsar auorum.
Pauper in Augusto nemo poeta fuit.
Euboici vatis Cæsar reminiscere vestri,
Vt possit nati scribere facta tui.

Verbum) *iuxtà illud Deuteron. in ore duũm, vel trium stat omne verbum. quod et nos Dominus, & Apostolus docuit in nouo Testamento.*

Eustasius) *de eo quæ supra cap. 8.*

Postripo) *in cod. Veneto legitur, Panstypo, sicut superiùs cap. 51. De hoc Postripo nihil hactenus legi, nec me legisse recolo.*

De Miseno.
Cap. xv.

MIsenus promontorium est in extremitate Baiarum, quinto à Cumis statio. qui sicut Blond. scribit, etsi natura cauernosus fuit, tamen tantis excauatus est operum laboribus marmoreis, vel lateritiis & lapide quadrato cõpactis in sublime ductis sustentatur columnis, vt vbique pensilis videatur. Erant in eo (vt appareat) balnea, natatoria, ad cœnas luxumque triclinia. Dictus est à cubicine Æneæ ibi sepulto. Seruius n. refert quòd Æneas volens illic mortuorum animas ab inferis euocare, cùm sine hominis occisione id fieri non potuisset, occiso

Miseno

Miseno sacra ista compleuit, sicut Vlyxes occiso Elpenore. Hic Mons ante aduentum Aeneæ vocabatur aereus, vt innuit Virgil. d. Monte sub aereo, qui nunc Misenus ab illo Dicitur &c. Huic monti, quà spectat in Cumas lacunæ adiacent, nũc Mare mortuũ vocatæ, circa quas in cõtinẽtis superciliorũ ruinæ, & fundamenta cernuntur eximia. Fuit nanque locus, in quo Sueton. scribit Octau. Augustum classem apud Misenum ingentem instituisse, quæ versas in mare Tyrrhenum Imperii Rom. prouincias, hinc Galliam, & vtranque Hispaniam, inde Mauritaniam, Aphricam, & interiectas insulas tutaretur, eratque eius classis præfectus Plinius Veronen. quando apud Veseuum montem incendio absumptus est Hæc Blondus.

SCHOLIA.

Miseni meminit Strabo lib. 5. d. μισηνὸν ἀκροτήριον καὶ λιμένα τῆς κύμης, &c. Cicero 2. Philip. Antoninus in itiner. Ptolem. lib. 3. Sueton. 2. c. 49. Plin. 3. c. 5. Solin. c. 7. Mela. 2. c. 2. Florus 1. c. 16. Tacitus lib 19. Syl. in 8. Propert. 3. el. 18. Stat. 3. Syl. 1. è recentioribus Pontanus 6. de bel. Neap. Boccac. 13. geneal. 23.

Est huius nominis Episcopus, cuius sit mentio in Cõcilio sub Symmacho Pap. In hoc loco Sosius (λεγε) γὰρ ὁ τοῦ σώσιου) Leuiticum ministerium exercuit. Qui cum esset annorum 30. martyrium cum S. Ianuario Episc. capitis detruncatione suscepit IX. Kal. Octob. an. CC. LXXXIX. Huius sanctis corpus venerabiliter custoditur Neapol. in religiosiss: Monast. S. Seuerini. Vbi Monachi Casinates quotidie horas canonicas mira deuotione Deo persoluunt, & singulari cum reuerentia Missarum τὴν ἱερουργίαν celebrant.

Marius prope Misenum (vt auctor est Plutarch.) multa palatia edificauit.

Seruius) *locus est super 3. & 6. Æneidos.*

Virgilius) *locus est in 6. Æneid.*

Huic) *hac lege apud Blondum.*

Mare mortuum) *lege Blondum. Est & huius nominis lacus, seu stagnũ bituminosum in Palæstina (vt refert Gal. 4. Simpl. med. fac.) cuius aqua salsa est, & amara. in ea planta non gignitur, neq; animal, neq; pisces. vocatur & illud Sodomæum. Hinc vbiter annotes huius turpitudinis flagitiosissimam detestabilissimãq; abominationem, (vt sacra litera docent) quam pœna apertissimè indicat. Ignis enim cum sulphure (quod fœtoris symbolum est, & duplicati incendij) de cœlo descendit super pessimos viros ad vlciscendam tanti sceleris iniuriam, combussitq; Pentapolim. in testimonium tàm peruersæ fœditatis, & spurcitiæ, quæ nedum calamo scribi, aut lingua proferri potest, sed nec animo concipi. tanta est Naturæ prauaricatio, & corruptela, vt sacræ Cæsarũ leges, Auth. ne quis iux. cõ. nat. L. cum vir. C. ad l. Iul. de adul. sacriq; Patrum canones, c. adulterij. 23. q. 7. arma, igneq; omnes in tantum crimen, tantamq; ignominiam e uestigio surgere iudicauerint. Atqui scribit Iul. Solinus, & e nostratibus Hegesippus de excidio bell. Hierosol. nec non Isidorus 14. Etymolog. capit. 3. illic pomum quoddam nasci, quod vel leuiter pressum fatiscit in puluerem, fauillaceoq; e emittit fumos. Qui habeat aures audiendi, audiat, & qui legit, intelligat. Præterea ea, quæ scripsit magnus ille Sneſſanus lib. 2. de pulchro in tanti criminis execrationem, similiter quæ Bessar. Card. in calum. lib. 4. Bern. Scardeonius lib. 2. de (astitate. Io. Bap. Pius in annota. c. 53. Cœl. Rhodig. lib. 8. & alij, qui transcendunt numerum stellarum cœli, & arenæ maris. Hæc parerga sufficiant.*

Sueton.) *locus est lib. 2. supra cap. 51. & Tacitus lib. 4.*

De Crypta Trachonaria.
CAP. LVI.

IN huius Miseni radice Inarimen versus Crypta est, in topho montis excisa, ex albario opere tunicata, quæ vulgò crypta Trachõaria vocatur. In eam pluuiæ promontorii, ad vsum potus habitantium defluebant. Dicta est à traconibus. i. aquarum meatibus subterraneis.

SCHOLIA.

Traconibus) *τραχὼν meatus aquarum significat, sicus annotat Titelm. in psalm. 148. licet aliter legat Euthymius. In Cod. tamen Venet. legitur sic, ob varios reflexus suos dicitur Dracenaria, quæ stillantes desuper aquas iugiter recipit, & conseruat. De hac crypta fit mentio infra c. 58. & Trachonitidis regionis meminit B. Lucas, cùm tempus prædicationis Dominicæ præcursoris describit.*

De Turri Pharo.
CAP. LVII.

IN hoc promontorio fuit olim turris Pharos, quæ lumine suo portum, de more, nauigantibus ostendebat.

SCHOLIA.

Huius turris meminit Petrar. in itiner. De Phare aliorum locorum lege Homerum ὁδύσσ. Strab. lib. 17. Plin. lib. 36. c. 12. Solinum (qui est Plinij simia) c. 34. Egesip. 4. c. 27. Lucan. lib. 2. Iuuen. sat. 13. Stat. 3. Syl. 5. & Ouid. 9. Metamor. quæ infra c. 58.

De Iulii Portu.
CAP. LVIII.

IVxta hunc montem fuit olim portus Iulii, nũc vulgò dicitur Portus maris mortui. hunc portum Iul. Cæs. effodi iussit, terramque in mare conuertit, vt innuit Flaccus d. siue receptus Terra Neptunus, classes aquilonibus arcet, Regis opus, sterilisque diu palus, aptaque remis Vicinas vrbes alit. Hic portus (vt ait Iuue.) vix aliquẽ parem habet, quoniam hinc inde duobus brachiis est naturalis tophi conclusus: quorum vnũ respicit Puteolos, & Nesida, alterum verò Surrentum, & Capreas. Hæc duo brachia vndique mari

mari abluuntur, vnum mari Baiarum, aliud mari Prochytes, vel Pithecusarum. In huius portus faucibus Iul. Cæs. ad repellendos maris impulsus molem fieri mandauit, ne ad procellarum impetus in nauium nocumentum nimis licenter introiret. Quòd iste portus Iulii diceretur, confirmat Sueton. d. viginti seruorum milibus manumissis, & ad remum datis, portum Iulii apud Baias immisso in Lucrinum & Auernum lacum mari effecit. Quòd turris Pharos fuerit in promontorio Miseni, quodque portus duo brachia habuerit, eiusque in faucibus moles dicta fuerit, testatur Satyrographus Iuuen. Tandem intrat positas incluſa per æquora moles, Tyrrhenamq; Pharon, porrectaque brachia rursus, Quæ pelago occurrunt medio, longeque relinquunt Italiam, non sic igitur mirabere portus, Quos Natura dedit,

SCHOLIA.

Meminit huius portus Virgilius 2. Georg. Iulia qua ponto, &c. Vbi Seruius ille, alti loqui tetigit qui arcana Maronis. & lib. 9. Aeneidos, Saxea pila, &c. lege Blondum.

Flaccus. *locus est in poëticis, quem locum Acron intelligit de Iul. Cæs. Bonfinius de Augusto, at Io. Parrasius de labyrintho, quem Porsena rex Hetruriæ, sepulchri causa, fieri curauit. insinuante hoc Plinio lib. 36.*

Iuuen. *locus est sat. 12.*

Sueton. *locus est in lib. 2. c. 16.*

Tandem. *locus est sat. 12.*

De Vacculo oppido.

CAP. LIX.

VAcculũ locus fuit Herculis olim à Baiis non longè distans, dictum à vaccis, seu bobus: eò quod Hercules deuicto Geryone, Maioricarum rege, rediens ex Hispania: perque Baias transitum faciens ibi constituit hoc oppidum. Seruius Baculeos vocat. De quo Tacitus meminit. In hac villa Nero Cæs. olim existens, Agrippinam matrem literis Baias euocauit ad solennia. Quinquatrium simul celebranda: datoque negocio Tetrarchis, qui liburnicam nauiculam, qua aduecta erat, velut fortuito concursu confringeret, pertraxit conuiuium, sed quum nãdo euasisset, eam iugulari iussit. Hæc Tacitus.

SCHOLIA.

Vulgò dicitur Vaculo.

Herculis. *de Baulis dictis quasi boalibus, lege Strabonem lib. 5. sic, ὃ φασὶν ἐπαναλάβειν διαχωῦσαι τὰς ὧς ἰλαύνοντα τὰς γηρυόνου. i. illum ab Hercule traducendarum Geryone boum causà aggeratum fuisse perhibent. lege Plin. 9. c. 55. Solin. c. 25. Iustinum lib. 44. Suet. 6. c. 34. Syll. lib. 12. Propert. 3. el. 18. Martial. 4. epig. 62. Varr. 3. rustic. c. 17. à recentioribus Blond. Volater. lib. 6. Pontan. in Lepid. pompa 5. Sannazar. 2. el. Gyral. Ferrar. (is enim catholicus est) in Herculis vita. quin circumfertur versiculus Symmachi de baulis, corrupta boalia Baulos nuncupat hæc ætas. De foro boario lege Liuium 3. ab vrbe. lib. 2. Tacit. lib. 12. Solin. c. 2. & Proper. 4. el. 11. qui lib. 1. sicut Cicero Orat. contra Vul. meminere Viæ herculanæ.*

Seruius. *locus est 6. Aen.*

Tacitus. *locus est lib. 14. d. obuius in littora excipit manu, & complexu, ducitq; Baulos: id villæ nomen est, quæ Misenũ inter & baianum lacũ flexo mari alluitur.*

Agrippinam. *huius lacrymabilis, miserandaque mulieris meminit Seneca tragicus in Octauia d. Parens tanta Neronis? Non funesta violata manu Remigis ante mox & ferro Lacerata diu sæua iacuit victima nati?*

Quinquatriis. *huius festi meminit lepidiss. Politianus in miscellaneis ca. 21.*

De Piscina Neronis.

CAPVT LX.

NEronis piscinæ non procul à Baiis olim fuerunt; quæ vulgò dicitur, piscina mirabilis, non multùm à Vacculo distat XLVIII. pilis innixa. Has Nero incipiens prosecutus est ab eo loco, quo cęptæ fuerunt vsque ad Auernum, vt innuit Sueton. d. Inchoabat piscinam à Miseno ad Auernum lacum contectam, porticibus conclusam. Quò quicquid totis Baiis calidarum aquarum esset, committeretur. Quòd hæ piscinæ fuerint Neronis, innuit Tacit. de Agrippa. loquens, Nero piscinas Baiarum suarum excolebat, cùm meis consiliis adoptio, proconsulare ius, & designatio consulatus, & etiam adipiscendo imperio præpararentur.

SCHOLIA.

Sueton. *locus est lib. 6. c. 31.*

Cornel. Tacit. *locus est lib. 13.*

Huius piscinæ meminit Mart. 4. Petrar. in itin. & Blond. De balneis Neronian. ss Martialis meminit lib. 2. ep. 47. sunt & Romæ Baln. Domitiana, nunc dicta Traiana, (vt notat Bartol. Carrauza in summa conciliorũ) in quibus celebratum fuit primum concil. Romanum sub Syluestro Pont. Max. cum Epis. CCLXXV. Theramarum Zenxippi, vt ebuter annotem meminit hist. tripar. lib. 4.

De Piscina mirabili.

CAP. LXI.

NOn longè à Miseno in prædictum Misenatium classis locum fundamenta visuntur his, qui incredibilia non viderint: vbi Piscinam mirabilem vulgò dicunt. Nam cùm ea (vt pulcherrimè constat) ædis desuper destructæ fundamenta fuerint; pars hæc subterranea existens, sublimibus fulta lateritiis columnis 250, longitudine 160, latitudine passus patet, & ita est integra, vt noua videatur. Quã L. Luculli domũ, quæ illi in Baiano erat fuisse tenemus. Et quia in loco omnium Italiæ calido sita est, videtur esse illa, de qua scribit Plutar. Lucullũ perbellè cũ Cn. Põp.

ac M. Catone, & pleriſque illius ſeculi principibus iocatum fuiſſe; cùm ipſis Romanis in Lucullano (nunc Fraſcato dicitur) apud Lucullum eſtate cœnantibus, Pompeio ædificãdi imperitiam in illo damnanti, quòd domum pulcherrimam nimis multis porticibus, & feneſtris apertam, eſtati idoneam quidem, hyemi verò inhabitabilem feciſſet. Illi reſpondit, Pompeium ſuo ingenio detrahere, qui Grues ſe prudentiores exiſtimet, æſtiua loca, hyemaliaque alternis vicibus inhabitantes; ſeſe enim dicit, qui hanc in Lucullano æſtati idoneam fecit, alteram in ſemper vernanti Baiano hyemalem ædificaſſe.

SCHOLIA.

Non longè. *hæc lege apud Blond. vſque ad finem capituli.*

Piſcinam. *apud hanc ſe ferri iuſſit Tiberius Imp. (vt notat Tacitus lib.5.) cùm morti eſſet propinquus.*

Plutar. *locus eſt in vita Luculli, lege Plin. lib.9.c.54 & 18.cap.6. Corn. nepotem, Tacitum vbi ſupra, & M. Varronem lib.1. rei ruſtic. c.14.*

De villa Scipionis meminit Seneca.ep.87.
De villa Piſonis meminit Tacitus lib.15.
De villa Horatii, lege Blondum de Ital. cap. de Latina.
De villa Seruilii, lege infra cap.63.

Fraſcato. *ſic vocatur alia villa Luculli in Tuſculo. Blond. de Ital. c. de Latina. ſed & Tacitus lib.11. memimt Lucullianorum hortorum.*

Grues. *lege Galenum contra Eraſiſtr. de ſang. miſſ. & Ariſtot. 9. de nat. anim. cap. 10. qui ſimile ſcribit de Piſcibus, in lib.8.cap.12. eiuſdem tractationis. quod tamen de omnibus animantibus pro conſtanti aſſeuerauit Galenus 10. methodi. cap.10.*

De Baiis.

CAP. LXII.

BAiæ littus eſt recuruum in Campania, 5000. vndique paſſuum, & portus pulcherrimus, meridionalem Zonam reſpiciens, poſt Cumas, quod littus hemicycli formam habens inſtar Theatri, infra eius ambitum mare recipit, quod Mare Baiarum dicitur. Dictæ ſunt à baiulandis mercibus vel (ſecundùm Seruium) à Baio Vlyxis ſocio illic ſepulto. Harum ſinum commendat Horat. d. Nullus in orbe ſinus Baiis prælucet amœnis. In hoc terrarum digito, (nam tota terra à Miſeno digiti ſpeciem præ ſe fert) tam multa cernuntur partim integra in ſubterraneis, partim ſuperiùs ſemiruta, partim in ruinas collapſa veterum operum monumenta: vt, præter vrbis Romæ mœnia, nihil illi toto orbe terrarum ædificiorum magnitudine, ac pulchritudine par fuiſſe credam. Hæc Blond. De hoc littore dequę ſuis tepentibus fontibus d. Florus, & tepentes fontibus Baiæ.

SCHOLIA.

Strabo lib.5. dicit, Βαΐαι ἔχει ὕδατα, τὰ πρὸς τρυφὴν, καὶ θεραπείαν νόσων ἐπιτήδεια, Baia habent aquas ad delitias, & ſanandos morbos accommodas. Ioſephus verò lib.18. antiq. cap.14. d. Baia parua ciuitas Campaniæ, quinque ſtadiorum interuallo diſtans à dicearchia. Dicta ſunt à Baio Vlyxis ſocio, vt innuit Syll. lib.8. & 12. Quin obiter notandum eſt, Baion eſſe genius compoſitionis medicam. apud Tralia. lib.7. & Aeginetam lib.7. cap.18. & Bai apud Aegyptios animam ſignificare, vt notat Orus Apollo lib.1. τῆς ἱερογλυφικῶν.

De Baiis nonnulla lege apud Macrob.3. Satur. c.15. Spartianum in Adr. Ptolam. lib.3. Appian. lib. Melam 2.c.2. Anton. in itinere. Senecam epiſt.58. Dioſcor. lib.5. c.93. Cicer. 14. ad atticum. epiſt.4. Var. 3. de ruſt. c.17. & ne poëtarum lectionem negligamus, non graue erit nobis illorum teſtimonia producere, nimirum Martial. lib.1. Virgil.9. Aen. Horat.2. car.18. Stat.5. Syl.3. Ouid.1. de arte. Proper.3. el.18. Iuuen. ſat.3. vt alios pro tempore ſilentio inuoluam. ſed & Felicis epiſc. Baianenſis in Africa fit mentio in conc. Carthagin. primo, quod temporibus Sylueſtri primi celebratum eſt. Atqui non prætereundum eſt ſilentio quod dicit Ant. Campanus in tract. de ingratitud. cùm dicit, Baiarum cæli temperies, & fontes ſaluberrimi. lege qua Petrar. in itiner. & 5. Epiſt. famil. ep.71.

Seruius. *locus eſt ſuper 3. & 6. Aeneid.*

Horat. *locus eſt 1. epiſt. ep.1.*

Florus. *locus eſt lib.1. ca.16. Hanc Gloſſam Flori nunquam legi.*

De Villis Seruilii & Vaciæ.

CAPVT LXIII.

SEruilii villa non longè eſt à Cumis, vt innuit Seneca. Vaciæ verò villa inter Cumas, villam Seruilii ſita eſt, à poſſeſſore ſic dicta. Hinc dicit Seneca: Inter Cumas, & Seruilii villam littus curuatur, & hinc mari, & illinc lacu Villa velut anguſta ita clauditur. Hic eſt ille Vacia, prætorius vir diues, nulla alia re notus, quam eius Villæ ocio, in quo conſenuit; vt occupati aliquando clamauerint: ò Vacia ſolus ſcis viuere. De ſe ipſo refert Seneca ſolitum iocando dicere, quando illac tranſiret, HIC SITVS EST VACIA.

SCHOLIA.

Seneca. *locus eſt epiſt.55. Huius villa meminit Blond. de aliis lege ſuperius ca.61.*

De ſpeluncis duabus.

CAP. LXIV.

SPeluncæ ſunt duæ magni operis, laxo atrio, paries manu factus: quarum altera ſolem non recipit, altera verò vſque in occidentem tenet. prata bona, medius riuus, & ab Acheruſio lacu recept' Euripi modo diuidit: alendis piſcibus (etiamſi aſſiduè exhauriatur) ſuffi-

sufficiens. Sed illi cùm mare patet, parcitur: quũ tempestas piscatoribus dedit ferias, manus ad parata porrigitur. Hoc tamen commodissimum est in Villa, quòd Baias trans parietem habet, incommodis illarum caret, voluptatibus fruitur. Has laudes eius ipse noui, nunc esse illas totius anni credo. Occurrit enim Fauonio, & illum adeò excipit, vt Baias neget.

SCHOLIA.

Speluncæ. *hæc legntur apud Senec. vbi supra.*
Paries. *aliter sic, pars manufacta.*

De Villis Marii, Pomp. & Cæs.
CAP. LXV.

VIllæ istæ olim fuerunt apud Baias in loco eminenti, vt testatur Seneca d. Coss. C. Marius, Cn. Pomp. & Cęs. extruxerunt villas apud Baias, & imposuerunt summis iugis montium: videbatur enim hoc magis militare ex edito latè, longeque subiecta.

SCHOLIA.

Seneca. *locus est epist. 52.*

De Villa Pisonis.
CAP. LXVI.

VIlla hæc in Baiis erat, locus quippe amœnus, balnea habens multa: qua amœnitate, balneorumque commoditate allectus Nero (vt innuit Tacitus) illuc frequentissimè accedebat, excubiis, & fortunæ suæ mole omissis.

SCHOLIA.

Tacitus. *locus est lib. 15.*

De Auerno lacu.
CAP. LXVII.

AVernus lacus est in Tripergulis, qui vulgò lacus Tripergulæ dicitur. Hic (vt refert Seruius) olim sic Syluarum densitate erat circundatus, vt exhalans per aquæ sulphuratiæ angustias odor grauissimus volatilia cæli necaret. hinc dictus est Auernus. i. ἄορνος sine auibus. quod innuit Lucret. & Virgil. d. Vnde locum Graii dixerunt nomine Auernum. Nascitur hic lacus, vt inquit Seruius, de æstuariis Acherontis. nec mirum, quoniam Ἄχαίρων τὸ ἄνευ χαρᾶς. i. sine gaudio significat.

SCHOLIA.

De hoc lacu lege Vib. Sequest. Nonium Marcel. Aristot. de admirab. mundi, Val. Flac. lib. 2. Senecam in Troade. 9. Curt. lib. 8. Diod. 5. antiq. Pontan. 2. hendecasyl. 19. Est & Auernà ciuitas, in qua olim celebratum fuit Concilium tempore Vigilii Papæ, cuius decreta leguntur apud Ivonem.

Seruius. *locus est in 3. & 6. Aen. quem citat. Blond.*

Auernus. *qua supra ca. 3. De petra Aerno Diodorus 8. de gest. Alex. necnon Philostr. (quem Gabr. Puerbius nugatorem vocat) lib. 2. de Apoll. Bereal. annot. 96.*

Lucr. & Virgil. *loca sunt in lib. 6.*

Ἄχαίρων. *dicitur quasi ἄχη χαίρων, vt ait Suidas. quasi fluens dolores. de eo Aristopho. in ranis, Syll. lib. 13. Ficinus 18. Theol. Plat. & Boccac. 3. geneal. cap. 5. Paludis Acherusiæ meminit Plin. 3. Strab. lib. 1. Syll. lib. 8. Boccac. lib. de paludibus. vocatur vulgò Culuccia, quasi acheruntia, vt credit Falcus, quod mihi non satis arridet. sed possibilis (vt inquit Philosophus ἐν τοῖς φυσικοῖς) posito in esse nullum sequitur ἄδυνατον.*

De lacu Lucrino.
CAP. LXVIII

AVerni, & huius lacus fauces Octau. aperiri iussit, vt per eas aqua Maris lacus ingrediens, pisces redderet meliores. Quod Maris aqua in dictos lacus immissa fuerit, testatur Sueton. & L. Florus. Lacum hunc Maro vocat nigrum. i. profundum. vel quia vicinus est inferioribus partibus. propè enim lacum hunc fuit olim vorago habens hiatum magnum, quod ostendit Eustas. d. Est locus australis, &c. hanc voraginem Virgil. sic describit, Spelunca alta fuit, vastoque immanis hiatu, Scrupea tota lacu nigro. &c.

SCHOLIA.

Vulgò lacus de Licola.

Huius lacus meminit Tacit. lib. 14. Plin. lib. 9. c. 54. Mela. 2. cap. 2. Macrob. 3. Satur. 15. Syll. 12. Horat. 2. carm. 15. Mart. 1. Ep. 89. Virgil. 2. Georg. & 3. Aen. Vbi seruius. Boccac. lib. de lacu. Altitudo huius lacus (sicut expertus est F. Leander) est passuum 90. Lucrinenſium meminit Cic. 4. ad Atticum. ep. 9.

Sueton. *locus est 2. c. 16.*
Florus. *locus est 1. c. 16.*
Profundum. *sic putat Vib. Sequester.*
Virgil. *locus est 6. Aeneidos.*

De lacu manufacto.
CAP. LXIX.

AB hoc lacu Auerni (vt ait Sueton.) Nero fossam vsque ad Hostiam Tyberinam, vt nauibus, nec tamen Mari iretur, CLX. miliaria longitudinis, latitudinis verò qua duę quinquiremes contrariæ possent commeare, inchoauit. Quorum operum perficiendorum gratia, quòd vbique esset custodiæ, in Italiam deportari, etiam scelere conuictos, non nisi ad opus damnari pręceperat. Ad hunc impendiorum furorem super fiduciam Imperii, etiam spe quadam repentina immensarum, & reconditarum opum impulsus est; indicio Equitis Rom. pro comperto pollicentis, thesauros antiquissimę Gazæ, quos Dido regina fugiens Tyro secum extulisset, esse in Africa vastissimis specubus abditos, ac posse

Digitized by Google

erui paruula molientium opera. Verùm vt spes A
fefellit, destitutus, atque ita exhaustus, & egens,
vt stipendia quoque militum, & commoda vete-
ranorum protrahi, ac differri necesse esset, calu-
mniis, rapinisque intendit animum. Huius fossę
meminit etiam Tacitus. Reuera omnium circa
Auernum iuga cauis anfractibus sunt ocyssimè
effossa, vt credibile sit ibi fore Labyrintum. nec
mirum cùm Isidorus dicat, vnum Labyrin. esse
in Italia, quod facilè credi potest. Dædalus nam-
que fugiens Minois iram, Cumas peruenit, vbi B
Labyrin. construere potuit, sicut in Creta.

SCHOLIA.

Vulgò lo fusaro de lo lino.

Huius fossæ meminit Petrar. in itinerario.

Prope hanc fossam erat olim villa Germanici Aug. quæ (vt inquit Falcus) vulgò vocatur bel germano.

Sueton. *locus est lib. 6. lege quæ Plin. 6. c. 14. & Tacit. lib. 17. de hac fossa.* C

Verùm. *locus est Sueton. vbi supra cap. 32.*

Quinquiremes. *de hoc nauigij genere lege Liu. 3. dec. lib. 10. apud Lam. Bayff. de re nauali.*

Tacitus. *locus est lib. 15. d. Nero vsus est patria ruinis. extruxitque domum in qua haud perinde gemmæ, & aurum miraculo essent, solita pridem, & luxu vulgata, quam arua & stagna, & in modum solitudinum hinc Sylua, inde aperta spatia, & prospectus: magistris, & machinatoribus Seuero & Celere, quibus ingenium, & audacia erat, etiam quæ Natura denegauisset, per artem tentare, & viribus Principis illudere. Namque à lacu Auerno nauigabilem fossam vsque ad Hostia Tyberina depressuros promiserant, squalenti littore, aut per montes aduersos. Neque enim aliud humidum gignendis aquis occurrit, quam Pontina paludes: cætera abrupta, aut arentia, ac si perrumpi possent, intolerandus labor, nec satis causa. Nero tamen, vt erat incredibilium cupitor, effodere proxima Auerno iuga connixus est: manentque vestigia spei irritæ. Hæc Tacitus.* D E

Isidorus. *locus est lib. 5. c. 2.*

De Labyrin. lege Plin. 36. c. 13. Catul. ep. 59. Ouid. 8. Metamor. & in epist. & Petrar. in itiner. quæ supra cap. 15. De Labyr. regis Psammetichi lege Melam lib. 1. sed. & Gale. 1. de vsu par. Labyr. non tacuit.

Dædalus. *Virgilius in 6. suæ diuinæ Aeneidos. Quam longè sequere. (vt Papinii carmine vtar) & vestigia semper adora.*

F

De Monte Gauro, seu Gualdo.

CAPVT LXX.

MOns est ab Auerno non procul, qui Gaurus vocatur. huius radices ad agrum Cumanum, Auerni labra, & Baiarum latus se porrigunt. Hic vites ita feracissimas gignit, quòd bis annis singulis racemorum prouentus impendant. quod innuit Florus d. bis amictus vitibus Gaurus. vbi Glossa, Bis in anno Gauri amiciuntur propagines vuarum racemulis. Hic Mons quasi suffossus extitit. vnde Iuuenal. Te trifolinus ager fœcundis vitibus implet, Suspectumq; iugum Cumis, & Gaurus inanis. Cuius littus habet magna ostrea, eodem dicente, Cœnet licet ostrea centum Gaurana.

SCHOLIA.

Vulgò Monte barbaro.

Lege Falcum narrantem historiam quorundam, qui ausi sunt Montis huius latebras, thesauri inani spe allecti: & risum, si potes, contineas. simile supra. cap. 69.

Gualdo. *Glastus color apud Cæsar. 5. commentar. de bel. Gall. vocatur à Gallis, vulgò il Gualdo, vt notat Tiraquel. leg. connub. 3. num. 10. & ante ipsum Vincentinorum gloria Leonicenus lib. 4. de error. Plinii. cap. 8. lege quid Alciatus dicat lib. 2. Ἐπιγρ.*

Gauri meminit Auson. idyl. 8. Plin. 14. c. 6. Stat. 3. Syl. 5. Syl. lib. 8. Lucan. lib. 2. & Pontanus in 2. Parthenia, qi è 2. hendecas. epig. 26. meminit Gauridarum nympharum. Obiter annotandum est γαῦλον significare nauem onerariam, vt ex Herodoto & Plutar. notat Bayffius de re nauali, & γαῦρον superbum apud Græcos significat.

Florus. *locus est lib. 1. c. 16. d. hic amicti vitibus mons Gaurus. Falernus, Massicus, & Vesuuius.*

Iuuenal. *locus est sat 9. De vino Gauriaco, seu Gauriano, quod est propè Neapolim, meminit Galen. 12. Methodi, de cib. Bo. & Mal. suc. cap. 12. & 1. de Antidot.*

Cœnet. *locus est in sat. 8.*

De Vico Crambe.

CAP. LXXI.

AD huius Montis radicem ab occidente in orientem accessus erat vicus, dictus Crambe, meridiem respiciens, nunc vetustate consumptus. Dictus est à cameris, nam erat locus, vbi multæ cameræ, seu apothecæ erant: in quibus nauium Puteol. Miseni, Baiarumq; portuum onus suum deportandum per alias regiones Italiæ deponebatur. Hic vicus nunc corruptè Campana vocatur, eò quod Campani, seu Capuani à Cumanis ibidem dicuntur esse conflictu superati, ob cuius rei memoriam composita est historia, Crambe dicta: quæ à Magistris in scholis frequentissimè legebatur. hinc iuuenalis, Occidit miseros Crambe repetita magistos.

SCHOLIA.

Vulgò dicitur Campana, à Campania nimirum, vt putat Falcus.

Crambe. *species brassicæ est apud Dioscoridem lib. 2. c. 133. & Plinium lib. 20. c. 9. inde paræmia orta est apud Polst. in miscell. dis κράμβη δὶς θάνατος. vbi commentitiam Chalderini opinionem refellit. Crambe est etiam loci nomen apud Hippoc. 6. epidem. comm. 2. & Cynocrambe herba genus est apud Galen. lib. 6. περὶ ἀλεξιφαρμάκων δυνάμεων.*

Came-

Digitized by Google

Cameræ. *Etymum hunc apud neminem, quod sciã, legi.*

De Cumis.

CAP. LXXII.

QVoniam Cyme ciuitas antiquissima vicina est Auerno, & sub radicibus Gauri sita est, de ea mentionem facere dignum est. Condita est ab Euboicis tempore Solonis philosophi Athen, prout testatur Liuius. Ciuitati huic ab augurio mulieris grauidæ, & dormientis inuentæ nomen inditum est, κοιμᾶν enim Latinè significat dormire. Est in ea collis excelsus, in cuius apice fuit Apollinis templum, de quo Andinus Vates, Arces, quibus altus Apollo præminet. Et nunc in ea vrbe deserta, præter rupes saxorum viuorum pionę cernuntur parietum excelsæ: & vbi fuit Apollinis arx, sacellum est Christianorum vetustate consumptum: cuius nil integrum supereſt, niſi cauerna frontiſpicio decorata manufacto, quę dicitur fuisse Sibyllę antrum.

Verum ne sicco (vt aiunt) vestigio pertranseam, aliqua de Homero referam, quæ leguntur in Homeri vita apud Plutar. Peregrino Allio interprete. Homerus, qui & antea Meleſigenes dicebatur, cùm esset cæcus, ex Colophone Smyrnam rediit, ibiq; Poëticæ arti nauauit operam: verùm procedente tempore, præ inopia vitæ Cumam se conferre statuit. Profectus itaque per Hermi campestria Nouum murum peruenit, Cumæorum coloniam. Quum fortè ad officinam coriarii accessisset (erat illi nomen Tichio) hos primùm versus pronunciauit.

Obseruate virum victuq; domoq; carentem,
Qui colitis celsę florentia mœnia Cumæ,
Cumę Sardenes positæ in radicibus altæ,
Quique sacros latices diuini sumitis Hermi,
Vertícibus rapidi, peperit quem Iuppiter amnẽ.

Dicunt etiam populum arborem, quæ ibi postea creuit eo tempore, quo Meleſigenes ad eos peruenit, pullulasse.

Illic autem tędio paupertatis affectus Cumã petere decreuit, si fortè tolerabiliori conditione posset traducere vitam, sed antequam recederet, hoc disticho iter suum auspicatus est.

Ite citi, patrumq; pedes me ducite ad vrbem.
Prompti animo qui sunt, consilioq; boni.

Profecto è Nouo muro per Larissam ciuitatẽ breui, & expedito itinere Cumam peruenit; vbi flagitante socero, (& vt Cumæi dicunt) Midæ Phrygiæ Regi Gordio filio, hoc epigramma cõposuit, quod in columna monumenti Gordii etiam nunc inscriptum est.

Aenea virgo Midæ Phrygii superata sepulchro,
Dumq; fluant vndæ, proceraq; germinet arbor,
Solq; oriens niteat, niteatq; argentea Phœbe,
Stans super hoc multũ lacrymabile nũcia bustũ,
Hic ostendo Midam venientibus esse sepultum.
Hinc Meleſigenes dici cœpens est Homerus à cæcitate.

Cumani enim homeros vocant cæcos. Decreuit igitur eius ordinis Prætor ne Homerus nutriretur, idque vniuerso consilio placuit. Qui egressus curia Homero dictum consilium exposuit. Homerus verò cùm hæc audisset, magna tristitia affectus, his versibus vicem suam deplorauit.

Qua nam sorte dedit fatis me Iuppiter esse
Ludibrium? puero tribuens alimenta parentis
In gremio Aeolidos Smyrnæ, quàm turrib⁹ altis
Consiliis struxere Iouis populi ante Phriconis,
Flumina bellorum victrica, doctaq; turba
Insiluisse in equos, pugnamq; ciere sub armis?
Quam penes vndisoni surgentem littora ponti
Ipse Miles medium liquidis interfluit vndis,
Vnde Iouis natæ veniebant semine Musæ;
Has laudare plagas, vrbẽmque extollere ad astra
Inclyta, ni sacræ spreuissent carmina vocis.
Atq; aliquis pœnas dabit, & post nôscet iniquas,
Stultitiam peperisse malum mihi, dedecus vrbi;
Ast ego quam nato tribuerunt numina sortem,
(Nec cum Diis luctor) totam patienter, & æqua
Mente ferã: sed non hac amplius immorer vrbe,
Spes aliò properat, populumq; inuisere gestit,
Fertq; animus tenuẽ, quamuis non multa petẽtẽ.

SCHOLIA.

Cyme. *vtitur hac voce Stat. 4. & 5. Syluæ.*

Liuius. *locus est 1. ab vrbe con. lib. 8. qui & lib. 3. ter. tia dec. meminit huius ciuitatis, sicut Agathias 1. de bel. Goth. Dionys. Halicar. lib. 8. Seneca epist. 56. Macrob. 1. Satur. Antonin. in itiner. Syll. lib. 2. Colum. Lio.*

Pindarus in Pythis, Politianus in nutricia, Sannazarius noster in piscatoriis. vt taceam Laert. lib. 1. & Velleium Paterculum in histor. Roman. aliasque scriptores.

Sed in Martyrologio ecclesiastica sit mentio S. Fidelis apud Cumas die XXVIII. *Octob. sicut die* XVI. *Febr. S. Iuliana virginis. Misenī verò Episcopi Cumani in Concilio sub Symmacho, & Adeodati in concilio sub Hilario Pontificibus memoria celebratur, & in lib. Decretal. cap. cùm ad sedem. de restit. spoliat. Innocent. III. Cumanæ eccl. meminit sicut Honorius III. cap. Cumana eccl. de elect. & elect. potest. meminit Cumana ecclesia. sed & Cicero in lib. Lælij, siue de amicitia Cumani Blosij mentionem facit, & in epist. ad Patrum de Syluagallinaria apud Cumas. de Cumano verò suo diximus supra cap. 21. & de Cumaco lege quæ Pius in annotat. c. 61. De loco apud Cumas, quod dicitur, Blacia lege Etymologicon græcum.*

Mulieris. *lege Seruium in 3. & 6. Aeneidos Maroniana.*

Andinus. *locus est in sexto. Huius templi fit mentio apud Liuium lib. 4. Dionys. lib. 5. & Blondum.*

Arx. *quid sit Arx, lege Pedianum in 1. actione contra Verrem.*

Antrum. *domus hæc (vt ait Petrarcha in itiner.)*

nunc volucrum nidus est. In quo flexu sunt calidi fontes, A *& tepentes idem 5. Epist. simil.*

Nouum murum. *meminit cuiusdam noui muri. Hippocr. 3. ἐπιδημιῶν comm. 1.*

Obseruate. *Græcè sic. vocitat Herod. Halic. in vita Homeri,* Αὐτὰρ ἔπειτα ξυνίην κεχρημένον ἐν τῷ δήμῳ οἱ παῖδες, &c.

Ite citi. *Græcè sic.* Αἶψα πόδας μὲ φέρουσιν ἐς αἰθέρα πᾶσιν ἀγήρω, τῷ δὲ καὶ θυμὸς πέφρικεν, καὶ μῆτις ἀείση, &c.

Aenea. *sic Græcè,* χαλκῆ παρθένος εἰμὶ, Μίδεω δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι, &c. B

Stans super. *ante hunc versiculum alius legitur, quem non e Græco sic vertimus.*

Dum Mare inundabit, labentur flumina donec.

Aduerte tamen lector hoc ἀπόφθεγμα Homero adscribi, ex sententia Philoponi in primo commentar. ἐν ὑστέραις ἀναλύσεως, *citato Herodoti testimonio. versũ Laertius 1. de vitis τῶν φιλοσόφων id Cleobulo Lindo adscribit. Mihi verò ex stylo Homerici tessera opinio Ioan. Grammatici satis consentanea videtur.* C

Nutriretur. *iuxtà illud Nasonis non minus lepidum, quam verum.*

Ipse licet veniat Musis comitatus Homerus,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Et idem in lib. de Tristibus de parente suo sic loquitur.

Sæpe pater dixit, studium quid inutile tentas,
Mæonides nullas ipse reliquit opes?

Et Iuuenalis huic dicto sese obuiam offert, cùm dixit,

Probitas laudatur, & alget. Quod Diogenes Cynicus ab incunabulis expertus est cum Iro, & Codri vr- D *ceolis, pannuciaq; Bauci. dum illis semper in ore est Flacco Petronius, dicens,*

Et genus, & formam regina pecunia donat
Omnibus, & clausum possidet arca Iouem.

Smyrnæ. *De contentione septem vrbium ob Homeri natale solum, lege versus Antipatri apud Plutarchum Cheronæum, & M. Varr. apud A. Gell. lib. 3. noct. Att. c. 11. Antipatri versus Græcanicos legite apud Iepidiss. Politianum præfat. in Homerum. lege eundem in Manto, & Sannazarium lib. 2. epig. ep. 6. &* E *Ciceronem lib. 5. Tusculanarum, vbi meminit temporis, in quo viguit hic magnus,* καὶ ἀντονομαστικῶς *Poëta. Quòd verò ante ipsum de bello Troiano scripserit Corinnus poëta, sicut post eundem Q. Calaber* ἐν τοῖς παραλειπομένοις, *lege Nicol. Leon. tomum 3. de varia historia. cap. 23.*

Certè vtcunq; sit, Hesiodus poëta Ascræus fuit ipso posterior; quin & magnus Hippocrates, vt colligitur ex libro de fracturis, & notatur à Galeno lib. 6. de Decretis Hipp. & Platonis qui cum Socrate, & Aristotele dissidet ab Homero annorum 500. & amplius interualle. F

Quanam. *Græcè sic,* οἵη μ' αἶσα δόλῳ πάλιν ἔκιες πύρμα γλυκύ, &c.

De Sibylla Cumana.

CAPVT LXXIII.

SIbylla dicitur, cuius pectus numen recipit, & illius mentem interpretatur, quasi Dei sententia. Aeoles enim Deos σίους, βουλὴν verò consilium vocant. itaq; Sibylla dicitur, quasi Θεοβούλη. Hoc declarat D. Aug. Sibyllæ à veteribus dictæ sunt (vt ait Varro) omnes fœminæ vaticinio præditæ. hoc dicit etiam Isidorus. Indè est illud Virgil. Horrendęque procul responsa Sibyllæ, Antrum immane petit, magnam, cui mentem, animumque Delius inspirat vates, aperitque futura.

SCHOLIA.

Aeoles. *hoc dicit Lactan. lib. 1. ca. 6. De eis lege Clem. Alex. Origenis præceptorem lib. 5.* τῶν στρωμάτων, *Festel. de sacerd. Tacit. lib. 15. Macrob. 1. Saturn. 20. Gell. 1. c. 19. Plin. lib. 34. ca. 13. Tibul. 2. eleg. 6. Crinitum 20. de hon. disc. ca. 1. Polit. in nutric. Cœl. Rhod. 11. c. 70. Serv. in 3. & 6. Aeneid. Franc. Syluium in Ausonii gryphum, senternarium, & Bessar. 3. calumn.*

Augustus. *locus est 11. de ciuit. c. 23.*

Varro. *locus est lib. rerum diu. ad Cæs. vt testatur Lact.*

Isidorus. *locus est lib. 8. etymol. c. 8.*

Virgilii. *locus est lib. 6.*

De hoc antro, quod habitarunt Cimmerii, lege Agath. lib. 1. Arist. de mirabil. Strab. lib. 5. Syll. lib. 12. & Onid. 14. τῶν μεταμορφώσεων.

Sibyll. numerus, & vaticinia.

CAP. LXXIV.

DEcem Sibyllas fuisse scribunt quamplurimi, quarum

Prima fuit	Persica.
Secunda	Libyssa.
Tertia	Delphica.
Quarta	Cumæa.
Quinta	Erythræa.
Sexta	Samia.
Septima	Cumana, nomine Amalthæa.
Octaua	Heleſpõtica, in agro Troiano nata.
Nona	Phrygia, quę vaticinata est Ancyræ.
Decima	Tyburtina.

SIbylla Cumana fuit filia Glauci: cuius sacellum (vt testatur Solinus) propè Auernum situm est. Quæ nouem libros attulit ad Tarquinium Priscum, & pro eis 300. Philippæos postulauit. Rex verò aspernatus precii magnitudinẽ, derisit mulieris insaniam, quæ in conspectu Regis tres libros combussit, & pro reliquis sex idem precium postulauit. Tarquinius multò magis mulierem insaniisse putauit. Quæ cùm denuo, aliis tribus exustis, in eodem precio perseueraret, motus est, & residuos 300. aureis emit: quorum postea numerus auctus est, Capitolio refecto. Huius librum ad Corn. vsque Sullam Pontifices nostri consulebant. Tunc enim vnà cum Capitolio igne absumptus est. Cuius sepulchrum in Sicilia adhuc manet. Hæc Sibylla (vt inquit Seruius) secula per metalla diuisit, diffiniuitq; quia pro seculo imperaret; & Solem vltimum, id est decimum esse voluit. Dixit prętera, finitis omnibus sæculis rursus eadem renouari. Quam

rem

rem Philosophi hac disputatione colligunt d. A completo Anno Magno, sydera omnia in ortus suos redire, & referri rursus, eodem motu: quòd si est idem syderum motus, necesse est, omnia quæ fuerunt, habeant iterationem. Hæc fuit etiam opinio Platonis, quam sequitur Virg. in bucol. d. Vltima Cumæi venit iam carminis ætas, Magnus ab integro seclorum nascitur ordo. Eadem Sibylla (vt voluit August.) de Christo sic prophetauit, Iam noua progenies cœlo dimittitur alto. Tu modo nascenti, &c. quos versus Mā- B tuanus Poëta in suis bucolicis complexus est. Hæc Sibylla in foliis palmarum scribere solita est centum responsa, vt innuit Virgilius,

Vnde ruunt totidem voces responsa Sibyllæ.

SCHOLIA.

Decem. *id fusiùs legitur apud Lactan. & Isidor. vbi supra lege Solin. de Sibyl. Delphica; cuius versus (vt ait Boethius) Homerus operi suo inseruit. Librorum Sibyl-* C *linorum meminit Plutarc. in probl. 83. quæ Scoppa in suis collectaneis asserit lege.*

Cumana. *hæc leguntur apud Lactan. lege Plin. lib. 13. cap. 13. & Solin. vbi supra.*

Librum. *hæc Solini verba sunt.*

Seruius. *locus est super egloga 4.*

Philosophi. *hanc tractationem disertissimè explicauit præceptor meus Io. Bernardinus Longus Mediceus, Phil. & Theologus doctiss. cùm superioribus annis publico gymnasio sub ipsius disciplina lib. Arist. de cælo,* D *& de generat. audiebam.*

Annus magnus. *de eo sic Tacitus in Germania. Cicero scripsit in Hortensio, is est magnus, & verus annus, quo eadem positio cæli, Syderumq; quæ cùm maximè est rursum existet: isq; annus horum, quos vocamus annorum* XII. *854. complectitur. Hæc Tacitus. At secundùm magnum Ptolem. (vt refert Al. in tr. 4. primi de Cælo) est annorum 36000. lege de hoc anno Ciceronem in somnio Scip. ibiq; Macrob. lib. 2. Apul. de dogm. Platon. Isid. 5. c. 36. Bedam de tempor. & Vola-* E *terranum lib. 31. c. 4. vt taceam Censorinum de die nat. Lucam Gauricum in kalend. eccl. & P. Hagnelonum in trilin. calendario.*

August. *locus est 18. de ciuit. cap. 25. sic d. de Sibylla Erythr. tempore quo Roma condita est (anno scilicet 752) vaticinata est Sibylla Erythræa quædam de Christo manifesta, quæ nos prius in Latina lingua versibus malè Latinis, & non stantibus legimus, per nescio cuius interpretis imperitiam; sicut post cognouimus. Nam* F *vir clariss. Flaccianus, qui etiam proconsul fuit, cùm de Christo colloqueremur, Græcum nobis codicem protulit carmina dicens esse Sibyllæ Erythreæ. Vbi ostendit quodam loco, in capitibus versuum ordinem literarum sic se habentem.*

ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΣΩΤΗΡ. ΣΤΑΥΡΟΣ.

IESVS CHRISTVS DEI FILIVS SERVATOR CRVX.

Sic enim inchoant illa carmina Græcè.

Ἰησοῦς Χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτὴρ σταυρός.

Ηξει δ' ὑπαρόθεν Σαβυλλεὺς, &c. *Quæ sic Latinè à quodam viro (vt ait August.) translata sunt.*

Iudicii signum, tellus sudore madescet,

E cælo rex aderit, &c. Aliam interpretationem τούτων ἀκροστιχίδων *lege apud Gyraldum Ferrar. lib. de poetis in appendice lib. 8. Sibyl. orac. Huius Acrostichidis meminit Cicero de diuin. & Euseb. Cæsar. in libro 2. de vita Constantini. lege quæ Bernard. Mandella lib. de futuro iudicio.*

Virgil. *locus est in 4. Egl. innuit hoc Euseb. vbi supra. August. 10. de ciuit. c. 27. Hieron. in prologo galeato bibliorū, Lact. lib. 7. c. 24. Proba Falcone in suo admirabili centone, ex Maronianis versib' desumpto, & nostræ Parthenopes delitiæ, Iacob. Sannazarius in cælesti, diuinoq; opere* Δὶς τ' Ὀτοζῶιας, καὶ ἀειπαρθενίας: *quo versibus his Maronianis vtitur, cùm de Christi dei nostri inenarrabili generatione loquitur. Quæ de re lege, quæ eruditissimè scripsit R. Presbyter Nolanus D. Antonius Berardesca, sacerdos pius, & doctus.*

Virgil. *locus est 6. Aeneid. meminit etiam horum filiorum Iuuenal. sat. 8. & filium recutere Sibylla.*

De Sibyllæ parente.

CAP. LXXV.

HÆc Sibylla fuit Glauci filia, Phœbi & Dianæ sacerdotis, vt testatur Virgil. Atque vnà Phœbi, Triuiæque sacerdos Deiphobe Glauci. Hæc, vt ibi fingit Maro, Aeneæ petenti respondit, vt descenderet ad inferna, dummodo excerperet aureum pomum, seu ramum de Sylua Iunonis. Hæc in vocem conuersa est, (vt Naso fabulatur) & à Phœbo longæuitatem accepit, sic dicens,

Si mea virginitas Phœbo patuisset amanti,
Dum tamen hanc sperat. &c.

SCHOLIA.

Virgil. *locus est in 6. Aeneid.*

De hoc Glauco, Sibylla patre, lege Ouid. 14. Metam. & infra cap. seq. De alio Minois filio, Boccac. 11. geneal. De alio Sisyphi filio, lib. 13. c. 57. de filio Hippolochi, 13. cap. 62.

Naso. *locus est 14. Metamor.*

Vitæ. *de longæuitate eius orta est παροιμία. innuit hoc Ouid. 4. Fastorum, Proper. 2. eleg. 25. Stat. 5. Syl. 3. & ideo hæc vnax appellati à Politiano in Manto.*

De Glauco.

CAP. LXXVI.

HIc Glaucus, Sibyllæ pater, fuit cuiusdam Anthedonis filius, Cumanus. Qui cùm in villa non procul à Baiano lacu contra inhibitionem Principis piscaretur, quia edictum contempserat, pisces ipsius adhuc palpitantes in mare iterum reiecti sunt, & ipse iratus in mare se demersit. Quod innuit Martial. d. Baiano procul à lacu recede Piscator, fuge, ne nocens recedas.

Digitized by Google

SCHOLIA.

Martial. *locus est lib. 4. epig. 30. Multa, & alia in hoc opusculo amice lector dimisimus, cùm ob scholiorum ac designate συνόψεως conditionem, tum quia, vt ait Trallianus, non omnia oportet scribere; &, vt ingenuè fatear cum Plinio, quia nemo omnibus horis sapit. Quòd si qua in re, vt humanum est, parum prudens deceptus fuerim, Christiana charitate corripi desidero; & paratus sum cum Hippocrate, & Stesichoro παλινῳδεῖν. Vt autem habeas, velut in speculo totius operis Epitomen lector charissime, statui Elegiam Antonei Capimatii nobilis Puteol. ob oculos ponere. ex qua facillimè coniectabis huius iuuenis doctrinam, & eruditionem nunquam satis laudatam.*

ANTONETI CAPIMATII PVTEOL. Elegia ad Don Aluarum Hisp.

ALuare non Nemees flagrat frondentis alumnus,
Nec sitiens calido latrat in orbe Canis.
Non furit Orion, nec Aquarius euomit imbres,
Turbida nec gelidis sæuit Hyas pluuiis.
Cornua Sol niuei Tauri complectitur, æqua
Temperie, cœlum splendet, & vnda silet.
Frondescunt lentis sociatæ vitibus Vlmi,
Pingitur & variis Dædala terra rosis.
Bistonis vmbrosa suspirat in arbore pellex,
Flat Zephirus, Zephiro quælibet herba viret.
Tempus adest gratum, quo priscam visere terrã
Conuenit, Italiæ quæ caput vna fuit.
Tempore quo Graios fugientes mobile vulgus
Duxerunt celeres in freta nostra rates.
Si venies, prior occurret tibi cærula Nesis.
Cæruleo semper Nesis amica Deo.
Iactatis Euplœa viris, & puppibus omen,
Aspera remigio non erit illa tuo.
Balnea sunt etiam passim, lætosque per agros.
Terra salutiferis semper abundat aquis
Hęc stomachũ iuuat, hæc febres extinguit anhelas,
Hæc nimis ignauos excitat vnda pedes.
Sulphureos latices quæ non mirabitur ætas,
Infirmis aures restituisse viris?
Hîc etiam (sic fama refert) domuisse Gigantes
Aethereo vindex creditur igne Deus.
Est locus antiquę propè mœnia prisca Dicarchi,
Facundi nomen qui Ciceronis habet.
Ex quo nascentes succurrunt visibus vndæ,
Hic qui luce caret lumen habere potest.
Quod populo placuit pretiosa veste Theatrum,
Nunc ibi semirutis molibus herba viret,
Intus arant fortes valida ceruice iuuenci,
Atria pascentes aggrediuntur oues.
Hei mihi iucundo spectanda Tripergula cãpo,
Visibus eripitur, nam tumulata iacet.
Mons nouus apparet, qui scabro pumice solùm
Albet, & antiqua fertilitate caret.
Cæsaris occurret claustrũ propè stagna Lucrini,
Qua Venus extensa littora calce premit.
Baianos complexa sinus, quæ saxa videbis,
Immitis quondam tecta Neronis erant.
Obscuro cernes Hypocausta calentia fumo,
Ruraque purpureis delitiosa rosis.
Culmina Miseni nitidum tangentia cælum
Videris, & Phrygio nobilitata viro.
Puluere constructum Caij super æquora pontẽ,
Protinus in mediis qui lapis extat aquis.
Ingenti structos calcabis ab Hercule Baulos,
Cùm pecus Hesperio victor ab orbe tulit.
Thesproti campos, & stagna videbis Auerni,
Sylua quòd vmbrosis cinxit opaca comis.
Hic olim nullus volucrum foret Aluare cantus,
Hanc si solus aquam destituisset olor.
Hic surgit Tritolinus ager, Gaurusque uirescit,
Cuius in aprico nascitur vua iugo.
Post tu conscendes Cumas, & nobile Templũ,
Sunt vbi Dædalea signa notata manu.
Hic Minos auro plorat, volat Icarus aurò,
Hic via multiplici tramite nulla patet.
Deiphobes cernes, quãuis cinis occupet, Antrũ,
Inuida cùm patrias flamma cremauit opes.
Hinc Glauci proles venturi præscia, quondam
Imperium Romę vaticinata fuit.
Mercurii templũ poteris, templumq́; Mineruæ
Cernere, cernenti talia templa placent.
Cętera quid dicã? taceat Polyhymnia, nunquam
Vndantes fluuios amphora parua capit.
Quæ tamen illa tacet, visu subiecta patebunt,
Tu modò de patrio littore solue ratem.

De Iscle ciuitate.

CAP. LXXVII.

LIcet in hoc libello de ciuitate Puteol. & locis conuicinis scribere propositũ fuerit, tamen quia insula Iscle vicina est, aliquid de ea dicendum est, & potissimùm de eius abolitione. Olim quippe anno Domini 1301. regnante Carolo II. in dicta Insula exiit è terrę venis ignis sulphureus, qui magnam ipsius partem combussit. Ex quo igne multi homines, & quàm plurima perierunt animalia, duobus enim mensibus ferè durauit incendium. Multi ex illis, derelicta insula, ad Prochyten, Capreas, Baias, Puteolos, & Neapolim confugerunt. Huius ignis vestigia vsque in hodiernum diem remanent: nec in eodem loco herba, vel quidpiam virens nascitur, per duo ferè miliaria in longitudine, & per medium in latitudine, vulgò dicuntur, le Cremate. Quod autem hæc Insula habeat venas sulphureas, adhuc videri potest ex baln. sulphureis, & aluminosis, quorum inferiùs fiet mentio.

SCHOLIA.

Abolitione. *Pontanus 6. de bel. Neap. meminit huius incendii d. annis circiter 163. ruptis repente terræ*

Digitized by Google

terra viscéribus, ex anhelato incendio, non modica sui parte Aenaria conflagrauerat. Qua eruptio, & viculum igne absumptum post voragine absorpsit, & quia Cumanum prospectat litus, prouolutis ingentis magnitudinis in sublime saxis, fumo, flammis, puluereq; immistis, postque per agros sparsim impetu suo iactatus maximè uberē, atq; amœnam insula regionem vastauit. Qua tempestate quadam etiam saxa scopulorum instar, in litteus prouoluta cùm essent, ea Bartol. Perdix Genuens fornacibus post excocta in alumen dissoluit, fiduitque, reuocata ea arte, è Recobo Syria ab se allata, vbi ipse plures annos negociatus esset, qua multis antea seculis in Italia iacuerat. Hac Pont. Meminit huius incendii quoque Bartol. Marantus in epist. de aqua ferrea.

A

B

Quin aduertendum est iis, qui humanioribus literis operam nauant, cinistatem Iscleni à Poetis sæpe vocari Inarimen, legat, qui velet, Virgil. 9. Aen. Ouid. 15. Metam. Lucanum lib. 5. & alios. quod vocabulum desumptum est ex Homero ὑπ᾽ Ἰναιμῆ Ὑκ. cùm dixit, Εἰν ἀ εἰμοις &c. quem locum Stephanus citat in lib. de πόλεων. Sed lege qua doctiss. Aldus senior in lib. serm. Horatii, & Hermol. in Plin. lib. 3. annotauit. Vocatur etiam Pithecusa à simiis, vel à doliis; secundùm Plin. lib. 3. cap. 5. (quæ πίθους Graeci vocant) vocatur etiam Aenaria, à statione nauium Aenea, vt ait Plinius vbi supra, & Appianus lib. 5. & qui Pataminstum eum elet magnus Liuius 1. ab vrb. lib. 8. Verùmenimuero priusquàm soluentibus eram Baln. Puteolanorum, ea, quæ sunt apud Aenarias agrediamur; dignum duximus salutare Reuer. Fabium Pulmerinum, huius ciuitatis dignis. Antistitem, & de sacris canonibus optimè meritum. Cui princeps pastorum, & Episcopus animarum Deus det spiritum bonum; vt fidelis forma gregis ex animo, verbo, & exemplo pascat sibi commissas oues aeterni, ac magni pastoris D. N. IESV Christi, qui est Deus benedictus in secula, & vltra. Amen.

* * *

Finis Balneor. Puteol.

Digitized by Google

AMBROSII LEONIS DE NOLA

Patria,

AD HENRICVM VRSINVM

Principem iustissimum

PRÆFATIO.

OMNES homines, Enrice Princeps, vehementer optant, mirificeq; nituntur, vt patriam tam ope summa iuuent, quam omni officio, veneratione ac pietate prosequantur. Cari namq; sunt filii, cari parentes, cari quinetiam atq; nihilominus amici: omnium tamen patria vna longe carissima est. Non solum enim patria parentum esse parens, atque munera, quæ à parentibus proficiscuntur, omnia contulisse videtur: verum etiam complura nobis alia comperitur præstitisse. veluti solem, æthera, humum, orationem, documenta, mores, nomen, societates, domos atq; alimenta. Quibus muneribus simul se benignam atq; suauem ostendit: simul etiam nos vsq; adeo secum coniunxit, vt si quid facto dictoue, siue alii siue nos fuerimus, de ea benemerentes, id omne æque ac nobis ipsis accesserit, existimemus, atq; summopere gaudeamus. Eã ob rem combustam dirutamq; à Gallis Romam Fu. Camillus ardenti animo, cura, solicitudine ab interitu vendicauit, instaurauit, adauxit. Alfonsus item Rex Arogonæus secundus Enrici aui tui frater Parthenopen patriam, quæ iampridem aperta prope atq; angusta fuerat, tum plurimum amplificauit, tum mœnibus quam præstantissimis circundedit, Athenas quoque alioquin inter vrbes illustres facile clarissimas, Isocratem ac Aristidem inter primos laudibus magnis iuuit extollere. idq; dicatis Panathenaicis orationibus luculentissimis. Innumeri quinetiam comperti sunt viri, qui se corporaq; pro vallo ausi sunt hostibus obiicere, eligentes mortem cum vita commutare potius, quam sinere patriam vinci, aut vastari, aut lædi. Alii insuper aliter operam egregiam nauauere pro patria: quos recensere opus foret immensum. Ipse vero patriam quoq; studio prosecuturus, vt horum omnium benefaciendi cupiditatem videor imitari: ita modo quodam sum dispar munere ipso reddendo. Illi enim patriam opere magno redintegrauere: vel effecere maiorem. ipse imagine atq; aspectus proprii similitudine tanta produxi in medium, adiutus opera Hieronymi Moceti pictoris, vt oculis omnium atq; vbiq; terrarum perquam facile possit esse conspicua. Quinetiam illi patriam concinne affatimq; laudauerunt, ac euexerunt ad astra: ipse contra copia dicendi sepulta, relictisq; floribus & orationum lenociniis sola sum historiæ simplicitate complexus. Imagine namq; pura, atq; historia defæcata in hoc opusculo decreui patriam venerari. Imaginis enim vis atque actio diuina nimirum est: quippe quę veram suamq; rei cuiusq; faciem agit & offert: atq; absentem tam exacte præsentem ostendit, ac si foret in conspectu. In historia vero non ipsa res solum vniuersa, & vires

Digitized by Google

res ipsius & mores: & honor & dignitas: A
& gesta lucent: verum etiam eius inesse comperitur promissio magna quædam æternitatis. Videor quinimmò interim operæ pretium facturus tam ciuibus Nolanis, quam hominibus exteris. hi enim nomen Nola audientes in quadam inani fictaq; cogitatione tanquam in somnio vagantur: spectantes vero hæc nostra, vrbē
B situmq; eius atq; plurima alia, quæ sunt cognitione digna, æque ac si præsentia forent, infallaci certaq; deprehensione nouisse valebunt. Ciues verò, qui hac tempestate sunt, præsertim qui non multa callent, vt hodiernam tuentur, ita veterem Nolam persentiscere nequeunt, etiamsi nomen & gesta multa vrbis audiant: si-
C mulatq; hæc ipsa, quæ nunc edidimus, didicerint, antiqua cum præsentibus coniũgentes, rem integram exquisite norint. Posteris vero ciuibus non modo vtilitas memorata prouenerit: sed etiam præsentem vrbem luculenter descriptam capiēt à nobis: quam nos ne tenebricoso quidem verbo significatam ab aliquo eorum, qui ante nos fuere, accepimus. Illo quoq; po-
D steri Nolani iuuabuntur: siquidem cernere poterunt: quo pacto cum iis, qui nunc sunt in vrbe, se habeant: vt noui aut recepticiine & ex collecta illuuie ciues: an indigenæ sint. ac ex obscuris ne ad claras familias surrexerint: an ab optimatum genere ad ignobiles abiectosque degenerarint. Et præsentis vrbis tam figuram quam
E vires ac morum ordines, item tam vrbanica quam agrestia conferre quam facillime poterunt cum eis, quæ suæ cuiusque tempestatis fuerint: num eadem ipsa manserint, an deleta mutaue tum extiterint. Non enim esse solet idem rerum vultus hoc atq; altero curriculo temporis. Vtriſq; præterea plurimum conducet hæc tractatio. æstimantes enim sese atq; patriæ dignitatem, liberiore sane animo consuetudinem iniuerint cum externis. conscientia enim obscuræ patriæ magno impedimento loquendi libertati esse videtur. Contra vero externi homines, quum Nolam non ignorarint magnam dignamq;, ac illius antiquæ auitęq; virtutis prolem ac hęredem extare: vt ratione locoq; maiore excipiãt, ac habeant Nolanos, fas est, animum inducant. in vrbe enim digna æque ciues egregie libereq; educari, ac emendatis moribus & præceptis instituí, reputantur. Indubitatum etiam est, nobilitatem patrię quã maximam fore ciuibus dehortationem atq; cohortationem. Qui enim antiquam patriæ dignitatem honoremq; agendis in rebus animo seruant: ii tàm turpia & patrię indecora patrare perhorrescũt, quàm ad honesta gerenda ac suis digna municipibus accenduntur. Verumenímuero, magnanime Princeps, quod ab auis atauisq; tantæ vrbis imperium susceperisti, quodq; vrbs ciuitasq; ipsa ob singulares ac regias virtutes tuas intenta erga te est, teq; amat atq; colit: nefas est, vt vrbis imago hæc, quam modo descriptimus, vel aliorum sit, vel aliter quam vrbs ipsa se gerat. Proinde eam cape vel vt tuam, vel vt tibi nuncupatam à nobis, proq; Nola vna duas habe: alteram quam regas: alteram, quam legas. Diuisum autem opusculum est in libellos tres, in quorum postremo præsentis vrbis ac nostri temporis ciues eorumq; mores & consuetudines explicantur. In secundo verò ager atq; ea, quæ ad structuram præsentis vrbis spectant continentur. At in primo de eis, quæ ad vrbem antiquam referuntur, disputatur: qui ab agro hoc pacto auspicium sumpsit.

Digitized by Google

DE AGRO NOLANO
DEQVE MONTIBVS VESVVIO, ET ABELLA, cæteriſque agri limitibus.

CAPVT I

NOLANVS *Ager in extremo, ac orientali receſſu Campaniæ patet. atq; à meridie Veſuuio monte clauditur, Gauranoſq; colles proſpectat. contra ab Arcto ſeptur Abella mons. Quinetiam ab ortu monte Sarno, ac Gecala, Veſcianiq; collibus terminatur. At vero ab occaſu campi, planitieſq; ſunt duntaxat: quæ uſq; ad Vulturni oſtia, mareq; Thyrrhenum aquoſo ſolo porriguntur. in quibus Clanius fluuius de tranſuerſo incurrens, ſe tanquam agri Nolani terminum ſtatuit occidentalem. Idem ager habet ab ortu Hirpinos populos confines: à quibus per interiectos colles Veſcianos, Gecalanosq; diſcriminantur Campani. ab Arcto vero Samnitibus hæret: quos à Campania mons Abella diſiungit. Eo ſitu quinetiam ſub Abella Veſuuioq; Nolanus iacet ager: vt ſicuti Nolani coloni proſpiciunt occidentem ſolem hybernum in ſiniſtro Veſuuii cornu: ita æſtiuum in dextro cornu Abella occidere videant. Sunt autem Veſuuius atq; Abella celſitudine ac mole fere pares. longitudine vero multo ſuperior euaſit mons Abella. Quinetiam quô magnæ conflagrationes, ac vaſtæ incendia effecerunt Veſuuium celebriorem: eô Abella quaſi frigeſcẽs iacuit obſcurior. non enim eſt aliquo præcellenti reclamitus bono: neque, vt ille, inſigni malo infamatus: quamuis iniuriis quibuſdam & ipſe afficiat accolas. quarum vna eſt hæc. Nam à radicibus dextri cornus, quà ſpectat agrum noſtrum, aqua ſulphure putentes emanant: vnde ab earum putore nomen loco inditum eſt. Mephitim enim appellant. haud item procul à Mephiti ſunt fontes Clanii fluuii: qui de eiſdem radicibus erumpentes totos fere campos eos, quos Nola ab occaſu præſertim æſtiuo ſpectat, implent, adeo, vt parte maxima paludes iam effecta ſint. Quamobrem Seſſulam celebre quondam oppidum Clanio vicinam, reliquerunt Seſſulani. cuius veſtigia quædam murorum, fanorumque ſola nunc apparent. à ſiniſtro vero cornu eiuſdem Abella non paruus ſolet exoriri pauor: ſiquidem ab eius iugis ſubitus torrens vel aëre ſereno defluere, atque fluendo diuellere arbores ingentes innumeraſque, ipſaſque diuulſas atque etiam ſaxa maxima de monte abſciſſa deuoluere ſæpe viſus eſt. In quo ni quaſi à natura vel potius à deo cautum eſſet, qui ad eas montis radices colliculos quoſdam obiecit, vt in vallem primum torrentes influerent: profecto vſque ad Veſuuium profuſi & arboreta, & pagos, & oppida, ac Nolam ipſam obruiſſent. Quamobrem torrentes corruendo in eam vallem, infringuntur, atq; à campo Nolano diuertuntur: perque eam rapti ſecundum montem occaſum verſus (Abella enim ab ortu æſtiuo ad æſtiuum occaſum recta porrigitur) fluere coguntur. Neque interea mites: ſed euellentes quoque & arbores, & cæmenta quotcunque per vallem occurrerint. demum mitiore raptu curſuque in paludes, quæ ſub altero cornu ſtagnant, recepti deliteſcunt. Noſtra tempeſtate torrens is ſemel erupit magno cum murmure, atque rerum ſtrage, rapuit aliquot ædes, quæ erant prope alueum, quem vallis facit: fluxit maximus nocte atque die. namque nocte media prorupit. vaſtitas enim ſua, & vallis obliquitas, atque complicata terra, & ſaxa, & ligna cum aquis, curſum tardabant: ne cunctus, vt vna hora in vallem cecidit, ita totus hora vna tranſiret. Quamobrem deinde triduo magnus viguit, atque per aliquot dies decreſcens deſiuit. reliquit in alueo ſaxa quam plurima, & arborum truncos innumeros ac maximos: qui videntem in ſtuporem inducebant. Veſuuius autem quô inferior eſt in profundendo torrentes (nam aliquot & ipſe demittit tum ſolummodo quum niuis in eum pluuia turbinantur: qui nec moles illas Abellanas trahunt, neque ingentium arborum ſtrages rapiunt, atque plurimum a ſiniſtro cornu montis non verſus vrbem Nolam, ſed in hybernum occaſum deſluunt. Namque Veſuuius ab occaſu hyberno ad hybernum ortum aliquanto protenſius extat) Eô veluti contraria rerum conditione compenſata infeſtior fuit copioſa cinerum eructatione, ac mixis incendiis: quibus ſæpe tota vicina Veſeuo ora ingo fœdata combuſtaque eſt. vnde magna ſcribentibus materia orta data q; eſt. De eis namque Veſuuii mirandis iniuriis plaraque viri illuſtres, tum Graci tum Latini, ſcripſere. Quorum Dio tanquam pro cæteris ſcribens, meminit hoc pacto:* In Campania horrenda quædam, atque miranda forte viſa ſunt. ingens enim ignis autumni tempore de repente exarſit.

Digitized by Google

exarſit. Veſuuius enim mõs mari imminens, prope Neapolim extat, fonteſq; habet perennes. Is vero quondã ſimili vndique cliuo exurgebat in uerticem: à cuius medio cacumine ignis erupit. hac n. parte ſolummodo incenſus eſt. partes vero externæ, atq; iuga, vt igne fuere vacantia, ita nunc etiam vacant. Montis igitur iuga, quum ſemper abſq; igne fuerint, mediæ vero partes combuſtæ ac in cinerem verſæ, factum eſt, vt cacumina vndique antiquam altitudinem ad hoc tempus ſeruarint. At vero quodcunque igne correptũ conſumptumq; eſt, id tempore longo cauum euaſit deſidente ſemper materia ita, vt mons totus (vt parua magnis comparemus) ſimilis theatro venatorio videatur. Eiuſque extrema & arboribus & vitibus abundantia ſunt: circus vero igne conſumitur, atque interdiu fumum efflat, noctu vero flammas vſque adeo, vt in eo multa videantur ac varia ſuffimenta tractari. efflatus autem eiuſmodi ſemper efficitur: quanquam interdum maior, interdum minor. Sæpenumero vero cineres eiicit: atque vbi quicquam inuerſum cohæſerit, tum lapides reiectat. Si quando vero vis aliqua venti coegerit, immurmurat, atque reboat perinde, ac ſi non arctas, ſed laxas, profundaſque reſpirationes haberet. talis eſt Veſuuius: atque hæc ipſa ſpectacula in eo frequentiſſime quotannis producuntur. Veruntamen, quæ aliis temporib. apparuere, & ſi ingẽtia viſa ſint iis, quorum quiſque ſua tempeſtate ſpectauit: comparata tamen cum eis, quæ autumno memorato viſa ſunt, perquam parua proculdubio habita fuerint. etiam ſi omnia veluti in vnum collata ſimul erupiſſent. *& paulo inferius ſecutus Dio ait*: Cinis immenſus profluatus eſt, qui terram, mare, aeremque omnẽ occupauit, multoſque perdidit homines, & armenta, & agros: vbi ſua quenq; fata pati, acciderat. Piſces quinetiam & aues omnes interemit. oppida tota præterea duo Herculaneum & Pompeios etiam populo in Theatro eorum ſedente operuit. Et tanta fuit cineris magnitudo: vt ab ea regione facile penetrarit in Aphricam, Syriam, & Aegyptum. tranſuecta quoq; eſt aduſque Romam: aeremque illic omnem repleuit, ſolemque abſcondidit. *Fuere hæc magna incendia, qua Dio ſcripſit ſub imperio Titi: quibus Plinius ſuffocatus etiam eſt ad Stabias. De cuius obitu ſcribens ad Tacitum Plinius Nepos, etiam mirandæ refert de eadem Veſuuij conflagratione. Ea vero qua alij ſuper hac re ſcripſerunt, reliquimus: tum quia cum Dione cõſentiunt: tum etiam quod omnibus ſunt notiſſima. Noſtra vero tempeſtate id oſtẽdit Veſuuij caminus. Triduo enim aerem teterrimum vidimus, vſq; adeo, vt cuncti mirantes compaueſcere cœperint. deinde vbi deferbuit æſtus, qui materiam extollendo omnia texerat, pluit cinere ſubruſo quam plurimo: quo cuncta veluti niue tenui obruta videbantur. Neq; ignis illic extinctus adhuc prorſus eſt. in uertice n. montis eius loca multa excauantur in rupibus: vt vaporaria fiant, quo plerique male valentes Auguſto menſe aſcendũt: vt per deſudationes nimias ſoluti exuctiſq; articulorum humoribus curentur. quem locum Veſuuium per eu, diphthongum, & s conſonantem dictione facta dyſſillaba vocant: debentes Veſuuiũ proferre. Differunt quinetiam Veſuuius & Abella. is n. habet marmora atque lapides albos: Veſuuij vero ſaxa omnia nigra ſunt. Quinetiam hic niues nullas vſquam tolerat, niſi pauculas atq; tum, quum hyems ſæuiſſima eſt. Abella vero ſtatim tempore ab Octobre & Vergiliarum occaſu caneſcere nimb. incipit, atq; per valles niue altam excipit, eamq; perpetuam ſeruat: qua vti ſolebat in menſis æſtuus Ferdinandus Aragonæus Neapolitanorum rex primus, matris tuæ auus. Veſuuius item vndique aridus ſiccuſq; eſt: exceptis paucis (vt quidam opinãtur) laticibus, qui ſub extremis radicibus lauis cornus funduntur verſus agrum Neapolitanum. Quorum pars per ſubterraneum aquæductum puteis paſſim ſuper eo factis deſtillatum excepta, coactaq; prope Pauſilypi montis radices, Neapolim vſq; deducitur, ac vicatim diffunditur per vrbem, idq; per altos ad id factos cuniculos. Quamobrem fontes & puteos paſſim in vrbe gignit: cui flumini nomen eſt Sebetus. Pars vero altera ſoluta riuulum detectum quendam producit: qui loco inferiore, quam Sebeti aquæductus eſt, deſinit. veruntamen tanquam illius aquæductus curriculi ſocia procedens (ab hoc n. ille parum abeſt), recentiſque paſſibus citra Neapolim mare tranquille fluens ingreditur. Sunt qui arbitrantur, eos latices, Sebetumue nõ a Veſuuij conceptus, ſed de paludibus, quæ ſub Abella cõgerunt: ut, exortos eſſe. Palus enim & ſiſtagnat, ſuapte tamen natura aditus quæribunda eſt. Quamobrẽ per ſubterraneas meantes ſecus Veſuuij radices creditur penetraſſe: quouſq; illic detecta, ac in riuos coacta eſt. Non enim Sebetus tantus eſſe poſſet, nec adeo perennis, ni a fœcunda palude, veluti ab vbere pleno proflueret nutritus. Eadem ratione cenſent paludes Neapolitanas à palude Atellana Sueſſulanaue genitas & alitas eſſe. Hæc n. mare indagans per profundiora loca, quam quibus Sebeti latices ſcatent, deſcendit, perrumpitq; in agrum Neapolitanum, qui vergit ad arctum ac æſtiuum ortum. demum cum riuulo detecto, qui dictus eſt, confluens, in mare eodem alueo deuoluitur. Ad hæc riuulus continue fluens prope Herculaneum apparet, atq; per eam Veſuuii oram auſtralem aliquot ſcaturigines erumpunt. Quartum aquarum genus non ipſe mons eſt, ſed campi tractus, qui inter maris oram atq; montis radices interiectus eſt. is enim vniuerſas pluuias colligens tum ſuas, tum a iugis deſcendentes, ac in imo imbibitas ſeruans, in riuulum ſcaturigineſq; eas digeſſit. Et hi ſoli poſſunt eſſe fontes perennes, quos Veſuuium profundere, paulo ſuperius Dio memorauit. Abella vero non modo Clanium parit: ſed etiam pleroſq; magnos alios fontes prope Clanium, eoſque non adeo ſuperiores, vt de alto colle ac vallibus caderent. Nam ſub radicibus ſcatent, quibus plurimùm perpetuumq; paludes, qua ſunt, augeſcunt. A læuo quoq; cornu riuulos plures demittit: quorum vnus cæteris maior per extremum agrum Nolanum,

qua vergit ad arctum, byberno vernoque duntaxat tempore adusque paludes fluens pertendit. Eodē modo de eis iugis Abella, quæ spectant septentriones, riuuli crebriores in Samnitium agros profunduntur. Vesuuius insuper ventos nullos generat: Abella Aquilonem ingentem, qui tam boatu tam magno & murmure spiratur: vt pauorem interdum incutiat audientibus: idq; a sinistro orientali q; cornu. Idem quinimo adeo sæuit, ac æstuare solet: vt tecta detrudat, arboretaque tum frangat, tum diuellat, præsertim ea, quæ ad radices montis adiacent. Quamobrem Abellani, & eorum locorum accolæ saxis iniectis tegulas tecto sistunt aduersus impetum & vim venti. Vites item inserunt, quæ Augusto mense præcoquant: vt pridie exortum venti vindemiam colligant. Nanq; si priusquam vindemiam faciant, cœperit flare ventus, omnes fructus etiam, non modo uuas concutiendo destruit. proinde ea vitis ab incolis Ingannauentum appellata est, quod præcocitate sua vindemiam præstans, tempestiuiorem videtur ventum decipere. ingannare n. decipere est. Solet etiam frigidissimus atq; nimius flare. interdum n. vel x. vel xij. vel etiam xv. dies perpetuus flat: a quare oppido, quod intra montem, ac in eo sinistro cornu extructum est, nomen factum esse videtur a priscis illis Græcis, qui loca ea primū incolere. ἄελλα enim dicta est aut à venti vertigine: aut ab eius nimietate: quarum vtramq; ἄελλαν Græci vocant. atq; earum vtráq; tum in eo cornu: tum vel maxime sub oppido ipso viget: posteri vero ac Latini homines b. literā inter vocales inserentes de Aella fecerunt Abella, quæ vox vsu seruata est: atq; ab oppido eo nomen idē monti inditum est. Vesuuius quoque vina optima, & fructus pulcherrimos gignit. Abella in hisce vtriq; ineptus est. Et Vesuuius cicadas nescit: Abella vero plurimas producit & alit. hoc itaq; pacto se habent Vesuuius atq; Abella: qui è regione, alter ab Austro, Abella ab arcto se spectant, nouem fere millibus passuum vterq; ab altero distantes. Colles autem Gecala & Vesciani, qui placidè ab oriente exurgunt, nihil horum malorum pariunt mortalibus. Verūntamen non vsq; quaque nota carēt. Plures enim connalles a tergo quæ ad Hirpinos vergunt, faciunt: quæ pluuias niues q; omnes congregant, atq; in imum paulatim exorbent: illa vero loca, quod arenosa pumicosaq; sunt non cretacea, etiam in imis collium sedibus aquam collectam sustinere nequeunt. proinde quæ pluuiæ per totā hyemem in eis vallibus ingurgitantur, eadem per cāpos Nolanos circiter xv. cubitos subterraneæ, ac versus occasum ad paludes vsq; penetrant: idq; Februario Martio atq; Aprili. Vnde putei omnes vrbis, ac meridionalis præsertim regionis altiores tum aquas continent atq; dulciores. quod Nolani sentientes aiunt, aquas filiare: quasi vt equum equus: ita filias aquas aqua pareret. interdum vero quum q; pluuiæ maiores crebriores q; sunt, aqua campos superat, præsertim eos, qui depressiores habent sedes, atq; fluenta plurima passim dirigūtur versus occasum item & paludes. Quæ vero stagnant, atq; in lacunis manent, ea æstate accedente putrescunt. atq; aerem vitiant, morbos q; afferunt grauissimos, sicuti tempestate nostra contigit. Vidimus enim multos campos aqua obrutos, vt lacus altos amplosque crederes: & flumina plura Februario adusque Augustum continue defluentia: multos insuper fontes subradicibus Gecalæ collis exortos: qui lacus & fluenta producebant, ac augebant facta. In quis pisces lacustres, & cancri, & ranæ, & anguillæ, pluraq; alia id genus animalia ingenita sunt. Iulio vero febris inuasit omnes incolas: à qua perpauci euasere. In vrbe Nola & pagis Nolanis ad octo millia hominum capita ea æstate interiere. fiunt eiusmodi illuuiones non per omnes campos, sed per mensulam solam quandam, quæ à radicibus Gecalæ incepta vsque ad paludes protenditur: media vero versus Vesuuium parum recturuatur. Huius mensulæ latitudo est ad tre centos passus. obnoxia his malis sola ea mensula est, quod eius tractus cætero campo pauxillo humilior ac depressior iacet. Neq; crebræ prorumpunt eiusmodi vastæ illuuiones: sed rarissimæ, tanquam maxima etiam mala quoad fieri potest, propelleret aut differret ipsa natura. audiuimus n. a senioribus septuagesimo vnno eas iterum erupisse, atq; secutam esse pestilentiā. ac interitum plurimorum hominum. Hoc itaq; pacto se habent ea, quæ veluti sentico sæ sepes Nolanum agrū concludunt. Ager autem ipse caret flumine omne genus atq; riuulo & fonte. Solus vnus riuulus (vt dictū est) secundum Nolanum campum a sinistro cornu Abellæ defluit byberno vernoq; tempore: æstate vero arescit adeo, vt vix in suprema valle atque etiam tenuissimus inueniatur. Quinetiam extant vestigia quædam parui aquæductus in ea via, quæ Laurinium fert. Est autem Laurinium oppidum in ima valle extructum, ab ortu verno sex millibus passuum ab vrbe Nola distans. in qua valle tenues quidam riuuli scatent, horum igitur aliquis eo aquæductu ad voluptatem ornatumq; potius, quam ad vsum in vrbem Nolam inductus esse videtur. Campus item Nolanus æquabilis est, in quo putei tum si mediocriter, tum si altius descenderint, facile vbiq; locorum fodiuntur: aqua vero eorum optima est. ea sola Nolani in quauis necessitate abunde summaq; cum commoditate vtuntur. Bonitatem magnam aquæ huius dum ex aliis signis, tum ex pane ea ipsa confecto iudicauere. iidem enim pistores ex eadem farina, & Neapoli, & Capuæ, & Sarni, atq; compluribus locis panem ædidere: sed eo, quem Nolæ pinserant, longe inferiorem. Panis enim Nolanus pulpa, candore, sapore, lenitate cæteros longe antecellit. quamobrem in Italia orbeq; toto laudatissimus habetur.

DE FE-



Digitized by Google

Digitized by Google

DE FERACITATE ET GRATIJS Nolani agri: Deque Vergiliano Carmine:

Vicina Vesevo Ora iugo:

Atque altero carmine:

Despectant mœnia Abellæ:

& eorum interpretatione.

CAP. II.

QVantum Nolanus ager multis montium ipsius sapientum iniuriis videtur affectus est: tantum suapte amœnitate atq; bonitate præcellit, vt dicere recte possis, eo pacto illum habere se cum ambientibus asperis montibus, quo suauissima rosa floreus inter molestissimas vepres: aut nucleum mollis intra cortices duriores inclusus. Neq; mirum. Solet enim natura conditionum optima distributrix res multo dignior res præstantiores q; in eis, quæ per quam noxia ac deteriora sunt, tum apte inserere, tum occultare prudenter. Nullam enim eius agri partem arena sterilem effecit, aut saxa, aut tophi inutilem reddunt. vacat enim arena saxis q; prorsus Nolanus ager. Tophus vero altissimus duntaxat vnus inuenitur est: ac in eo agri angulo, qui ad ortum æstiuum excurrit. Verum tamen is non extat exuberatue vsq; adeo, vt verticibus aliquas supra solum exertet. Siquidem infra pressus dorsum æquum cæteris campis præstat, atque terrenum: quod nihilominus facile vomere scinditur, ac ferax est. idem vero nomẽ pago dedit, quod Tophinum appellatur. In hoc item loco tophoq; lapidicinæ alta fiunt in vsum vniuersæ fabricæ Nolanorum. Cauens ergo arena is ager & saxis tophisq; manet videlicet totius mollis, insulsus, ac pinguis: totus herbidus, ac vomere vel altè descendente perquam facile proscissilis. res grata colonis: bobus gratissima. Est insuper totus apricus. omnes enim eius sinus secessusue meridiem spectant, apertiq; sunt ab occasu. vnde Fauonios omnes fructuum ac segetis alteres excipiunt: palustres vero nebulæ, quanquam suapte natura mites sunt: semper tamen ab auris moderate repelluntur, tenuanturque: quæ exurgunt a vallibus & Abella & Gecale. humor quinimo palustris ab aridistate radicum montium circumiacentium temperatur, & genuina suaq; terræ siccitas, ob magnum paludis dulcemq; succum furtim continueq; subeuntem, lentescit ac madet. Quinetiam rigores Aquilonies Arcticosq; mollit maris tepor. Nolanus enim ager sedibus solus Vesuuii montis distat a mari. Contra vero feruorem australem non etiam patitur ager. Vesuuius enim illi obiectus intercipit, ac aurtit aure quinetiam Abellana assidue æstate spirantes veluti Etesiæ, eundem per quam facile molliunt, atq; temperant. Quamobrem mediocritate quadam ingenium visq; agri constitit, quæ stirpibus amicissima est, atq; tanquam certa parens præparatur. Hinc eius feracitas fœcunditasque ampla promittitur, atq; vis potentissima ad omnia stirpium genera ferenda. omnia enim quam facilime in agro nostro veniunt: vt laurus, vt cupressus, vt pinus, vt quercus, vt castanea, vt olea, vt vites, vt citreorum, & fructuum arbores omne genus. sic frutices, sic herbæ cunctæ. Quid q; triticũ, hordeum, semen, auena, siligo, quod germanum nunc vocant Campani, item milium, panicum, ac leguminum omnia genera sane quam in eo agro luxuriare, comperiuntur? Plerosq; agros passim nanciscere, qui ob quasdam stirpes, quæ in eo optime fiunt, felices existimantur: ad alias vero alendas ineptissimi offenduntur. Ager vero contra Nolanus omnes quasuis plantas optime alere posse comperitur. Antonellus Campobassius de Pelignis multa croci semina Nolam adnexit, eaq; in agri parte, quem ad paludes possidebat, conseuit, de quibus crocus optimus atq; abunde collectus est. In hortis quoq; Pacelli Claramontij palma orta est, quæ ad altitudinem turris tam excreuit: quæ caryotas, siue palmulas, vt Celso placet, dicas, quotannis fert ad quantitatem naturalem, coloreq; citreo, atq; paulo citra maturitatem concoquit. quos fructus etiam dactylos vocant. Item piper solo cœloq; duntaxat Arabico gaudens, Nolæ aliquando satum germinauit, excreuitq; aliquantum. Ipse in hortis siliquam, quam cassiam fistularem appellant, seui: quæ perpulcrè germinauit, ac ad magnam altitudinem excreuit. Illud quinetiam solis nostri magnam ac omnipotentem vim arguit. si quando idem ager eodem tempore vicem gerit arboreti etq; arui (confitus enim populis, & vlmis, & quercubus, atque hisce vitibus iunctis: item malis, pyris, sorbis, cæterisq; eius generis) fructus quidem alto in hisce arboribus plurimos atq; pulcherrimos fert: in solo vero sub eisdem arboribus patente, si facta sit sementis, frumentum omne genus abunde producit. idq; quotannis: ne dum tertio quarto ue quoque anno. His, quæ diximus, etiam testis egregius est Vergilius Maro. optimum n. agrum exemplo monstraturus, hunc Nolanum inter primos cecinit hisce versibus:

Quæ tenuem exhalat nebulã, fumoſq; volucres
Et bibit humorem: & quũ vult ex se ipsa remittit,
Quæq; suo viridi semper se gramine vestit.
Nec scabie & salsa lædit rubigine ferrum.
Illa tibi lætis intexet vitibus vlmos.
Illa fetax oleæ est: illam experiere colendo
Et facilem pecori, & patientem vomeris vnci.
Talem Dives arat Capua: & vicina Vesuuo
Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus Acerris.

In quo A. Gellius ait à poeta mutatum fuisse verbum. & pro Nola scriptum esse Ora, vel ob negatum à Nolanis beneficium petita aqua: vel, quod ipsi potitus placet, ob suauitatem concursus vocalium finientis carminis atq; incipientis alterius. Verumenimuero illud, quod prius refert Gellius, hominis est prorsus nugas commentantis, eiusque qui nusquam agrum Nolanum nouit visitue. Ait Gellius se legisse in quodam commentario, Vergilium petisse à Nolanis aquam, vt duceret in propinquum rus. Nolanos beneficium petitum non fecisse. poetam offensum no-

men vrbis eorum quasi ex hominum memoria, sic ex carmine suo derasisse: oraque pro Nola mutasse: atque ita reliquisse scriptum. Et vicina Vesuo Ora iugo. *Ego vero velim diceret ille vir optimus quicunque fuit: Quamnam aquam ducendam in rusculum suum petierit Maro? quum nulla alia esset ducenda, nisi Abellana: aut illa, quæ aqueductus est a Laurinio venientis. Abellana non esset negata: quandoquidem vsque ad hæc tempora vulgaris est, communisque omnibus, ruribus, ac pagis, qui propinqui sunt. quisque enim (vt lubet) ducto riuulo in agrum, in hortos, in cisternas derivat aquam: idque absque incommodo vicinorum. neque suspicandum est, Nolanos fecisse eam aquam vectigalem: quod vsus eius riuuli non esse potuisset tantus, vt summulam dignam exactione præstitisset. parvus enim agri tractus est, cui riuus vsui esse posset. Quod si etiam vectigalis illa fuisset, compertum est, pro deriuanda aqua parem fuisse exactionem à Marone atque a quouis rustico, villicoque riuuli accola. hosce autem obolos dono petisse a Nolanis Maronem, non modo ridiculum est dicere: sed esset magna Vergilium ignominia prosequi: qui adeo cumini sector (vt aiunt) visus fuisset, vt obolos pusculos contendisset petere a Nolanis. Riuulus insuper is, quum per extremum agrum Nolanum transit, continue per planiciem repit vsque ad paludes: quamobrem ad aquandum duntaxat vtilis esse potest: ad molendum vero alias ve molas agitandas inutilis reperitur. Maro itaque potuisset minime aquari, vt cæteri omnes: minima autem non petunt magni viri. Eam vero aquam, qua aqueductu ferebatur, quod paucula erat, atque in omniam vrbis magis quam ad vsum ducebatur: Maro si non benigno, quo erat ingenio, sed morosso potius ac puerili, vt hic fingit, fuisset, non petisset. Namque si tantillam in agrum aliquem deflexisset, in vrbe nulla fluxisset aqua. quam tenuissimi enim sunt riuuli, qui prope Laurinium scatent. Nulla itaque negari potuit aqua a Nolanis. Nam Abellana non erat negata: Laurintana non erat petita. Adde Seruium super eo carmine Æneidos.* Et quos malifera despectant mœnia Abellæ, *scriptum reliquisse hoc pacto*: Multi Nolam volunt intelligi, & dicunt iratum Vergilium nomen eius mutasse propter sibi negatum hospitium, & id aperte noluisse dicere: sed ostendere per periphrasin (nam illic Punica vel plurima mala nascuntur.) vt nunc pro Nola Abellam posuerit. *hæc Seruius. Tu vero princeps vide quæso, cui potius fidem adhibeas: illi ne male cogitanti Gelliano, an hisce multis somniantibus Seruianis? In quo primum mirum illud est, hos vtrosq; cum legisse tum sciuisse factii Nolanorum, atque iram Vergilij. Seruium vero atque Gellium non legisse id neque nouisse nisi ab eis. Quis item crederet in homine sua pte natura tacito prudentiq;, atque semper cum musis summussitabundo, iram cadere potuisse, cogitationemue sumendi pœnas tam minimarum rerum negationis, non solum offensionis aut repulsæ? Quod si magni viri graueseque aut nihil petant, aut tradenda petant: contra vero senatus illustris longe plus magnificiat rem bene locasse quã possedisse: profecto nuga sunt hæ, quas isti viri tam diligenter sunt commenti, à Vergilioque neq; hospitium, neque riuos petitos esse, neq; negatos a Nolanis. Veruntamen eius verbi mutationem, si modo vnquam mutatum est, alia causa fecisse Maronem, censeo. Namque carmen cum verbo Ora præterquam quod suauius fertur, etiam pleniore & honestiore significatu præcellit. plura enim dicit: neq; vicinos simileq; agros afficit iniuria. affecisset enim tacendo illos, atque solummodo nominando Nolanum. Vesuuius namque singularis mons est, atque a meridie mari propinquus ac imminens extas a cæteris verò plagis agris perpetuis ãbitur, quis Neapolis procedentes tenduntur sub sinistro occidnoq; cornu ipsius ad vsq; Abellam montem: ab Abella vero conuersi inter que Sarnum montem & cornu dextrum orientaleq; eiusdem Vesuuij verruca facta, quæ Aliorella nunc vocatur, protenduntur: deinde aquo solo vsq; ad Nuceriam & Gauranum & Pompeios & ostia Sarni ac Stabias contendentes finiunt. Stabiæ vero vbi locorum fuerint, monstrabitur inferius. Ea itaque ora, qua Vesuuium ambit, eique vicina est, agrũ Neapolitanum continet, & Sarnatem, & Nucerianum, & Stabianum, & Pompeianum, omnes pari bonitate præstantes. Suauius itaq; (vt Gellio placuit) & plenius, atq; absque offensione cuiusquam vicini cecinisse videtur poeta dicens Ora pro Nola. Eandem rationem in vij. Æneidos seruasse Maro videtur. Quandoquidem sub monte Abella, qua Campaniam spectat, est Bouianum, est Abella oppidum, est Nola: Item Suessula erat, sunt Acerræ, est Atella, atq; Neapolis. Quorum populi omnes eo carmine vna significatione continentur. siquidem Abella oppidum, quod intra montem esse ipsum dictum est, ab alto aperte despectat ceteros omnes eos populos: qui in planicie iacent, veluti ipse poeta expressit, quorum nemo reliquos ita spectare potest. significantius itaque, cumque locorum proprietate, quam Maro callebat, multos annos Neapoli immoratus, carmen fertur cum dictione Abella, quantum nullo pacto neque vero significare potuisset cum dictione Nola seu Bella. Ager quoque Nolanus & si gratiis hisce illustris est: illa tamen peculiaris eundem nobilitauit. apud antiquos enim Græcia medicos laudata est sertula Campana in Italia: quam melileton appellant, ea, quæ in Campo Nolano nascitur. Dioscoridis li-*

Digitized by Google

decimo tertio de materia medica ita scriptum reliquit: μελίλωτος κρᾶνις ὁ ἀπὸ κύπρου, καὶ ὁ ἐν κυζίκῳ, ὃ ἐν καρχηδόνι γεννώμενος κρομυζοειδὴς φύεται ἢ καὶ ἐν καμπανίᾳ περὶ Νῶλαν μελίζων ἕδατον καὶ τὴν εὐωδίαν. *serula Campana optima est, quae in Attica, & quae Cyzico: in qua in Carthagine nascitur, crocea ac edora. nascitur quoq; in Campania circa Nolam, sed lutea, atq; odore remissiore.*

DE POSITV VRBIS: DEQVE Nolana natione, vrbisque conditionibus.

CAP. III.

IN hoc tam pulcro atque vtili solo vrbs Nola fundata surrexit: quae a Vesuuio quinque millibus passuum abest, ab Abella quatuor, a Clanio fluuio octo, a Gecala Vescianique collibus stadiis tum sex, tum octo, tum decem, tum etiã duodecim. Gens autem Nolana, quae fuerit, & vnde terrarum originem traxerit, ambiguum esse videtur. varia enim atque inter se dissentanea autores etiam clarissimi de ea scripserunt. In Epitomis namque T. Liuii colonia Romanorum fuisse legitur hisce verbis: L. Cæsar Cos. male aduersus Sãnites pugnauit. Nola colonia in potestatem Samnitium cum L. Postumio prætore venit, qui interemptus est. *Idem autor lib. 7. tertiæ decadis:* Hæc acta in consiliis. xxx. tum coloniæ po Romani erant, ex his xii. quum omnium legationes essent Romæ, negauerunt consulibus esse, vnde milites pecuniamque darent. *Et paulo post:* pro duodeuiginti coloniis M. Sextilius Fregellanus respondit, & milites paratos ex formula esse: & si pluribus opus esset, plures daturos, & quicquid aliud imperaret velletque po. Romanus, enixe facturos, ad id sibi neque opes deesse, animum etiã superesse. *& paulo post ait,* Segnini fuere, & Nolani, & Norbani, *ac cæteri. Plinius. iii. na. hist. coloniam Romanorum Nolam esse docet scribens:* Intus coloniæ Capua, Aquinum, Suessa, Venafrum, Sora, Theanum Sidicinum cognomine, Nola: oppida, Abellinum, Aritia, Albalonga. *& cætera. Strabo vero lib. 5. Cãpaniæ vrbes Græcas fuisse docet his verbis:* Res Cãpanorũ initio Græcas fuisse, deinde Græcis permistas, *indicio sunt præfectorum vrbis nomina, ritus, & educationis Græcorum. hoc in loco plurima seruantur adhuc vestigia. Silius lib. 12. de Nola sic cecinit:*

Hinc ad Chalcidicã transfert citus agmina Nolã,
Campo Nola sedet crebris circundata in orbem
Turribus: & celso facilem tutatur adiri
Planiciem vallo.

Iustinus quoque lib. 20. Chalcidicam Nolam fuisse, docet, Quid inquiens, Cerem vrbem? quid Latinospopulos, qui ab Aenea conditi videntur? *Iam Falisci, Iapygi, Nolani, Abellani, non ne Chalcidensium coloni sunt? In scicudũ quo est, plures fuisse Chalcides, vt Stephanus testatus est. quarum præstantissima ea habita est, quae in Euboea sita est: atque ab hac sola profectas esse tum ad alias prouincias, tum in Italiam colonias. Quamobrem quum superiores autores Nolam Chalcidicam esse scripserũt: ex ea Chalcide, quae in Euboea est, originem traxisse, audiendũ est. Quod T. Liuius quoque lib. 8. decadis primæ meminisse videtur scribens:* Palæpolis fuit haud procul inde, vbi nunc Neapolis sita est: duabus vrbibus populus idem habitabat. Cumis erant oriundi: Cumani Chalcide Euboica originem trahunt. classe, qua aduecti ab domo fuerant, multum in ora maris eius, quid accolunt potuere: primo insulas Aenariam & Pithecusas aggressi: deinde in continentẽ ausi sedes transferre. *Illud quoque nõ est prætereundum, quod docuit Libanius discendi magister in argumentis orationum Demosthenicarum hisce verbis:* ὄλυνθος λεῶ πόλις ἐπὶ θρᾴκης. ἐλληνικὸν ἦ ταύτῃ τῶν ἐνοικούντων γένος καὶ χαλκιδικὸν καὶ τῆς ἐν εὐβοίᾳ. ἢ ἦ χαλκὶς ἀθηναίων ἄποικος. Olynthus vrbs est mediterranea Thracię. In qua incolarum genus Græcum est: atque à Chalcide, quæ in Euboea est, deductum. Chalcis vero Athenienſium colonia est. *Quamobrem vbi hæc ita se habent, quis est, qui non videat censeatque, Nolanos etiam Athenienses esse atque ab Athenis oriundos? sunt itaque Nolani tum Romani, tum Athenienses: vtrauis gens sub sole præstantissima. Veruntamen sicuti monuit Strabo, prima ac antiqua Nolanorum origo Græca & Attica fuit: deinde mixcella facta Græcorum Latinorumque hominum, Romana quoque habita est. antea vero quam cum Romanis tractaretur, tumque cum vrbs Nola condita est, natio Nolanorum Graeca & Chalcidica & Attica fuisse comperitur. idem conditores fuere vrbis. Duces vero qui nam fuissent Romanorum Chalcidensiumve colonia, nullibi scriptum esse nouimus.*

VNDE VRBS APPELLATA est Nola.

CAP. IIII.

HVic vero nomen Nola inditum fuit, neutiquam (vt arbitror) a conditore, duce regulove aliquo. Nec a natione ipsa quidem incolentium. sed potius sumptum est a sinopte agri ingenio, in quo vrbs ipsa fundata est, sedesque iam dictas occupauit. Nola enim verbum Græcum est: atque per o magnum scribitur, vt Νῶλα. *hoc vero compositum est ex νῶ particula privativa & nomine λᾶς λᾶ: quod significare Græcis volũt lapidem atq; fluuium: hoc est locus absque lapidibus & fluuio. Campus enim Nolanus neq; lapides habet vllos, neque flumine aliquo rigatur: vt monstratum est superius. Quamobrem T. Liuius, vt*

Digitized by Google

sam nominis compositionem atque proprietatem interpretatus exprimeret, fecit exclamare ad suos Annibalem hisce verbis: Expugnate Nolam campestrẽ vrbẽ, non flumine non mari septã. Eodẽ quinetiã obtutu & animi spectro, Silius illa cecinisse videtur carmina:

Campo Nola sedet crebris circundata in orbem
Turribus, & celso facilem tutatur adiri
Planiciem vallo.

Eo nimirum veriora sunt hæc, quæ de nominis Nolani structura disseruimus: quo minus in historia Græca & Latina reperire valueris nomen gentis alicuius aut principis, a quo appellationem hanc ipsam vrbis aptius attendisse, ausis asseverare.

DE CONDITIONE SItus vrbis Nolæ.

CAP. V.

MAgni momẽtis fuit vrbem Nolã in eo situ fundatã esse, cum ad hominum consuetudinẽ, tum ad occasiones belli. Lucanis n. Oenotriisq; populis omnibus atq; Siculis Romam Etruriamue aptius accessuris, Nola transeãt, opus est. Eodẽ modo quibus ab vrbe Roma ad harũ gentiũ plagas proficiscendũ est, eadẽ transire coguntur. contra vero a Campania Neapoliq; in Apuliam, atq; illinc ad hæc loca transituris, via per Nolam commodissima est. In medio itaq; horũ se concidentium itinerũ sedere, maximum refert ad hominum consuetudinẽ. ad belli vero occasiones vrbẽ in eo loco extare plurimum referre, duorum (vt cæteros taceam) prudentissimorũ imperatorum conscientia atq; contentio patefecit in secundo bello Punico. namque quanto studio Annibal atq; Pœni duces Nolam potiri cõati sunt: tanto nisu Marcellus atq; Romani tueri ac retinere Nolam studuerunt. Proinde tũ hoc ipso bello, tum alias, quãplurima prælia circa Nolam commissa sunt: atq; vrbs ipsa sæpissime capta ac vastata est, sicuti victoriæ causa plurimum fuit iis, quibuscũ vrbs ipsa in societate mansit. Quinetiam vbi tanta huius loci conditio est: fit nobis magna fides, in eo vrbem sæculis innumeris stetisse, stesq; futurum, nunquam vrbem deletum iri posse.

DE INCREMENTO AC potentia Nolanorum.

CAP. VI.

HAnc veluti infantiam Nola vrbis legimus excreuisse vsq; ad Samniticum bellum: quod cũ Romanis gestum est ante Augustum ducentesimo ac septuagesimo anno. Ea n. tempestate populus Nolanus in tantam potentiam & dignitatem auctus est, vt cũ Samnitib. non subditicia, sed consocia arma ferre, atque bella gerere potuisset: vt T. Liui. testatur. Tũ duo millia Nolanorum militum inquit & quatuor Samnitiũ, magis Nolanis cogentib. q. voluntate Græcorum, receptæ Palæpolin. fuisseq; Palæpolin haud procul inde, vbi nunc Neapolis sita est: atq; vrbibus his duabus eundẽ populum habituisse. hæc quantum ex historicis licet cõiectari, videtur fuisse ea, quæ nunc Turris Ioppatellorum appellatur. est n. locus is propè Neapolin ad tria millia passuum: quinetiam prope mare, prope montem Vesuuium, & in ipsa via, quæ Neapoli Nolã fert, atq; tum cõterminus Nolano agro. quam Palæpolin eo bello Nolani subigere contendisse videntur potius, quam Samnites. tum n. Nolani erant duces atq; cogebant: Samnites vero stipendia faciebant. consocia quoq; arma cum Samnitibus Nolanos fecisse, testatur marmor quoddam antiquum: in quo inciso legitur exercitus Samnitiũ Nolanorumq; victoria illustri potitos. nec plura legi queunt: literis ob antiquitatem interlisis. Est autem hoc ipsum marmor in oppido quodam Hirpinorum, quod Mirabella nũcupatur. atq; in Iouis antis porta australis fundatum. quã autẽ ea victoria fuerit illustris, atq; grandes exercitus: indicat nomen facti, quod etiã loco pugnæ inditum est. illic n. bella mira fuere gesta, in quibus Samnis imperator anteiisse videtur. qua quum ita se habeant: compertũ est, Romanos bellum illud Samniticũ, tam atrocissimum lõgissimumq;, non cum Samnitibus solum gessisse: sed etiã cum Nolanis, quorum tum præstantes erant vires in Campania. illud quoq; illustrem populũ Nolanum testatur. Namq; templum Victoriæ Nolanos dicasse, cõstat: quod non modo exercitum ingentem: sed etiã victoriam partam ostendit fuisse gloriosam. parua n facinora non eò probe attollunt, vt pro eis tẽpla erigi dignum decorumq; esse videatur. Idẽ autor ait: Dictator Cla. Petilius quũ audiuisset, arcem Fregellanam ab Samnitib. captã, omisso Bouiano ad Fregellas pergit. vnde nocturna Samnitiũ fuga sine certamine receptis Fregellis, præsidioque valido impositio, in Campaniã reditum fecit: maxime ad Nolã armis repetendã. eo se intra mœnia sub aduentum dictatoris & Samnitiũ omnis multitudo & Nolani aggrestes contulerant. Dictator vrbis situ circumspecto, quo aptius aditus ad mœnia esset, omnia ædificia (& frequẽter ibi habitabatur) circũiecta muris incendit. Nec ita multo post siue à Petilio dictatore, siue à C. Iunio consule, (nã vterq; traditur) Nola capta est. qui captæ decus Nolæ ad consulem trahunt, adiiciunt Atinam & Calatiam ab eodem captas. Ex quibus clarũ fit, tũ à frequenti habitatione, q:æ circa vrbem, tum a societate cũ Samnitib. tum ab exercitibus Palæpolim Mirabellamq; missis, tũ à gloria Consulis ob expugnatam Nolã, rem Nolanam ea tempestate exstitisse nõ humilẽ, sed potentẽ atq; superbã. in quo illud spectare nos licet, Nolanos dãno doctos non etiam posteris sæculis extra muros ædificia condere consueuisse. vsq; n. ad secundũ bellũ Punicum aditus liber remansit accedere volentib. vnde quaq; ad mures: indicio alio. Nã Annibal Nolã aggressurus, scalas statim muris summittendas parauit: nõ etiã impeditus in delendis suburbiis. quod etiã vsq; ad nostra tẽpora seruatũ est. nulla n. circa vrbẽ præsentem ædificia videntur exstitisse, nec etiam extant. Secundo autẽ bello Punico, quod gestum est anno centesimo decimo post Samniticũ, quanto fuerit amplior &

plior & dignior Nolana res, effendit eũ Liuianus Annibal hortando suos: hinc vos ex tã opulenta vrbe præda, spoliis onustos vel ducã, quo voletis, vel sequar. tũ Herennius Bassus Nolanus vir primarius hisce Annibalis verbis respondes patefecit: multos annos iã inter Romanũ Nolanumq; po. amicitiã esse, cuius neutros ad eã diem pœniteret: & sibi, si cum fortuna mutanda fides fuerit, sero tam esse mutare eã. dedituris se Annibali, nõ fuisse accersendum Romanum præsidium. cum iis, qui ad se tuendos venissent, & omnia sibi esse cõsociata, & ad vltimũ fore. *Hac non sunt populis societatis specie subditi: sed potius liberi ac magnifici & per se ipsum cõstantis. Magnas ité vires Nolanas eode bella excremisse, indicare potest pugna illa illustris: qua Annibal Nola vertere terga coactus est, atq; vsq; ad castra fugere. non n. verisimile est, Marcellũ cum expedita manu præsidiariaq; multo valuisse tantum ducẽ, tantum exercitum in fugã vincendo vertere: misi Nolanorum copiæ additæ illius copias iustas æquasq; Pœnis fecisset. Magnam etiã Nolanorũ potentiã eodem bello vsurpasse, testatur illud. Samnites b. namq; atq; Campani hostibus po. Romani Nolaniq;, inter Romã Nolamq; sedentib. cum Punicis etiam præsidiis, potuere Nolani duce Marcello totum Sãnium vastare incendereq;, atq; Sãnites cogere, vt auxilio reuocarent ex Apulia Annibalẽ: Samnites inquam, qui tot annos bellũ gessere cum po. Romano Nolanarum magnarum virũ, quæ per ea tempora fuere, magnum argumentum est. Namq; senatus, si plebs aliquantũ non inclinata fuisset ad Annibalem, neq; quoq; Marcellũ è Suessula auxilio vocari fuisset opus, potuisset fretus propriis armis, Annibalẽ accedentem arcere ab vrbe atq; agro Nolano. Rem quoq; Nolanam extitisse longe grandiore atq; potentiorem etiam post bella Punica, apertissime constat. Extant n. reliquiæ quædam duorum amphitheatrorum: quorum alterũ erat ad occasum æstiuum. alterum ad ortũ hybernum. illud antiquius: hoc posterius extructum fuisse videtur. illud latericium, quæ Murara nunc dicitur: hoc marmoreum ac lapide quadrato cõpactum, quod Castellum ruptum hodie nuncupatur. siquidẽ consilium ædificandi, & sumptus immensi, atq; eorum vsus, non esse patiuntur artis, humilis, obscuræ populi: sed sua potius sunt opera ampli, magnifici, atq; splendidi senatus. Cõpertum est plurimum etiã auctam esse Nolanam rem post secundum bellum Punicum, quod in eo nihil detrimenti fecit, atq; charissima po. Romano euasit: par est itaq; fidem bello se magnã seruauit, etiam benivolentia po. Romano maximam se reddidisse in pace, quæ longissima secuta est. Namq; in Campania ab eo bello vsq; ad Syllã, nullum vsquam bellum gestum est. Quam magna fuerit Res Nolana, coniectari quoq; est, cum ab ambitu vrbis, tũ a numero ciuium. siquidem vt infernus monstrabatur, ambitus excreuerat adusq; bis mille passus: ciuium vero capitũ supra quinquaginta millia censa illud quoque rem Nolanam arguit fuisse excelsam. siquidem multa post bella, quæ Romani gesserẽ in Italia, nõ modo cum inuadentibus barbaris, sed etiam cum Latinis, cum Samnitibus, cum seruis, cum sociis, atq; post eorum intestina bella, in quibus Nola sæpe periclitata captaq; est, potuit vel magna remanere, vel breui instaurare sese, atq; magnam ac diuitem extollere. tempestate n. Beati Pauli ab Mauris Vandalisq; Nola vastata est, atq; bonis omnibus spoliata. per quæ tempora durissima tot malis superarat. quarum diuitiarum, magnificentiæq; populi Nolani testes sunt tũ ipse Paulinus in epistola ad Severum Sulpitium, tum Paulus diaconus de gestis Romanorum li. xv. Indicio nimirũ magnificentiæ Nolanæ sunt quoq; monumenta, quorũ aliqua etiã nunc extant, partim in via antiqua vrbis: quæ Neapolim ferebat: partim ad viam, quæ ab Abella per agrum Nolanum sub Cecala colle fert ad Sabias hæc n. sunt eleganter edificata: nec mediocres pœnitiũ sumptus ostentant multa quæ & marmora passim maceriis insunt in vrbe, atq; circa vrbem præsertim in quis incisa nomina, sunt eorum, qui monumenta ibi suisq; ponere, tũ oratione tum scriptura elegantiæ: quæ humilibus parumq; nulla ratione quadrare, congruere q; valent. Adde templa multa vrbis, de quibus inferius dicetur, quæ in quauis vrbe erecta non possunt nisi potentiam magnanimitatemq; ciuium testari.*

DE AMBITV VRBIS ATque portarum numero.

CAP. VII.

SIcuti ea, quæ dicta sunt, demonstrauere Nolanos potentes & magnos atq; illustri exista valent ambitũ eamq; vrbis ipsam nõ angustam ac hiantẽ, sed amplam ac sane quam refertam extitisse, conjentanee significare. magnam magnos decent. Quinetiam licet certa ratione atq; mensura colligere ab eu fragmentis reliquiisq; antiquæ vrbis, quæ adusq; nostra tempora duranere, extantq;, quantũ intra vrbis ipsa occuparit, quaq; fuerit figura: & quanto sit ambitu circumducta. videre nunc namq; est, duo memorata amphitheatra inter se distare circiter trecentis sexaginta passibus. passum esse audiendũ est spacium viij. pedũ. Quinetiã singulorũ amphitheatrũ diametrũ passuum esse quinquagenũm. præterq; ea spectare licet, extra vtraq; amphitheatra per ædere rectitudinem, in qua illa sita distant, alia vestigia ac fundamenta magnorũ ædificiorum. vt extra latericium versus occasum æstiuum circiter centum passus: extra vero marmoreũ versus ortum hybernum tantundem. amphiteatra n. extra vrbẽ, aut intra, sed iuncta muris, aut muris vicina nõ poterãt erigi: tempore n. belli plurimum potuissent officere ac impedimento esse. Quamobrem collecta in eadem longitudine mensura quinq; vt quæ est inter amphitheatra, quæq; sunt duarum diametrorũ ipsorum, atque præter eas duabus alijs, quibus vtrinq; amphitheatra erant secreta a muris vrbis, cooperta est, diametrũ vrbis sexcentis sexaginta passib patuisse. Quod si Nola rotũda erat figura, & crebris circũdata in orbem turribus, vt Silius cecinit, vtque ve-

stigia & relicta fundamenta quoque nunc indicant, A orbē vndique, quo continebantur, monstrantia: fuit minorum maximus vrbis ambitus duum millium ac septingenti quatuor passuū. Sexangulam vero vrbem si vt orbem circundatam saltem intellexeris, singula eius latera trecentenum tricenūm passuum excurrisse oportet: fuisse itaque minimum vrbis ambitum duum millium passuum demptis xx. compertum est. sin vero dodecangulam manisse vrbem velles: ambitum patuisse oportet medium inter vtrosque mensus hosce: hoc est duum millium ac xx. septem passū: fere. B Tantum ambitum continuisse vrbem, illud quoque indicio est. Namque autore Liuio, Marcellus ex tribus portis occurrisse scitur Annibali vrbem Nolam inuadenti. quas portas tres in eadem vrbis plaga patuisse oportet, atque inter se uicinas: vt milites sibi propinquiores erumpentes, denſius ac tutius in aduersas hostes incurrissent. Quod si illa tres porta non a se mansere auersa, sed ex ordine atque vicine: manifestū est, ab hisce ternas alteras auersas fuisse, atque inter vtrasque a dextera ternas, a laeua item ternas, omnesq; C fuisse xij. verum quatuor earum prestitisse principales: reliquas vero commodatarias arbitrandum est. tot autem portas campestru rotundaque vrbis tantum circuitum, quantum diximus exposcere, consentaneū est. porta enim altera ab altera illarum distare minore tractu non poterat, quam centenorum sexagenorum quinūm passu. maiorem vero portarum numerum in eo circuitu ambituque desiderare, est tempore pacis supernacaneum: belli vero non tutum. minorem vero numerum vtroque quidem tempore & pacis, & belli D minus commodum: pacis vero potius ineptum est.

DE EIS ANTIQVAE NOLAE reliquijs, quæ nunc apparent.

CAP. VIII.

QVatuor sunt, quæ nobis hactenus reliqua fecit vrbs antiqua Nola, vt amphitheatrorum duorū E partes quasdā, vt tumulos, vt pauimenta quadam tēplorum, vt fundamenta etiā terra tecta multorum aedificiorum. verum inter omnia hæc, certa & clara melius sunt amphitheatra & tumuli. amphitheatrorum igitur duorum, quæ dicta sunt, latericium adhuc seruat ambitum, atque parietem exteriorem etiam supra fornices & arcus infimos: superiora vero corruerunt, videturque habuisse duos ordines fornicum. Namque paries exterior non vsq; adeo solidus validusque est, vt etiam tertium supremumque ordinem testudinum sustinere valuisset. Quare latericium F amphitheatrum, & sicum marmoreo area pari & aequo ambitu consentiat: eo tamen minus, & humilius fuit vno ordine. marmoreum vero, quod nobis pueris magis corruptum atque dirutum erat, quam latericium, etiam paulo post fere funditus extirpatum est ab Vrso Vrsino Nolæ tum regulo, Nicolæ auitui patruele. Is enim quum reficere amplificareque regiam constituisset, omnia fere amphitheatri fundamenta fodiendo exhausit. totaque quadrata marmora effodit, quot non solum primorem parietem regia, qui Arcta spectat, construere potuerunt & extollere: sed etiam ad magnum vsum reliqua edificationis sufficere: ingq; multorum ciuium commoditatem concedere. atque praeter ea vel quam plurima alia superesse, fundamēta eius iacta adusq; viginti pedes, ac è lapidib. quadratis maximisque compacta ostēdit. antea vero quam ab Vrso excauarentur: extare nos vidimus duos arcus solos quadratis lapidibus compositos: quorum alter aestiuum, alter hybernum, est spectabat. & horum fundamenta fundamentis aliorum arcuum certo interuallo atque in eodem circuitu respondebant. Ex quo ordine ambituque atque arcubus clare scire licet, eo in loco amphitheatrum stetisse, idque altissimum: simul quia fundamenta erant amplissima validissimaque tolerare superiniecti operis altitudinem: simul quod eiusmodi marmorea amphitheatra non minoribus ternis ordinibus arcuum erigi solent. Ea autem marmora quanquam innumera, tamen aspera erant: non item pellucida, non peregrina. quamobrem in subditicio opere iacta, atque alia pulcriora effigiataque adiecta crustationi esse oportuit. veluti etiam multa crustationis fragmenta reperta indicant quorum & materia est pulcrior, & ars, quæ in eis videtur, diligentior. Hoc opus nobilissimum extitisse, indubitatum est, ac maximo animo, ingenio, labore, sumptuq; editum: sine ea marmora fuerint crate connecta Stabiis, & Stabiis plaustro Nolam, sive illa aspera exciſa fuerint de monte Gocala: peregrina vero de Liguria Circæisue adiecta. Quam maximū extitisse hoc opus, ruina etiam testatur. dirutum enim edificium verrucam grandem quasi naturalem extuberauit. In eo etiam opere certasse videntur Nolani cum Campanis. namque huic operi simile ab eis extructum fuisse manifestum est: duobus millibus passuum citra Vulturnum amnem: vbi tum Capua sita erat. Verumtamen Nolanis opus longe difficilius extitit. illi enim per Vulturnum atque scaphis: Nolani vero Stabiis plaustro domum camenta deuexere. In quo nemini velim mirum sit, si videat in medio amphitheatro hoc marmoreo quedam edificiorum vestigia: vt scalas singulas formice tectas, ac duas alias fornices, quæ in amphitheatro locum habere nequeūt, cuius medium vacuum erat & subdium. Namque a posteris illa adificata sunt. structura enim earum fornicum multo vilior est. Quinetiam eadem adiecta edificia quadrata figura fuisse, indicant tum duo fornicum latera in angulum concurrentia: tum scalæ, quæ a canedio ascendentes videntur tertio lateri haesisse. Quamobrem speciem arcis praeferunt. quam aspicientes ij, qui posteris saeculis fuere, appellauerunt eam ruinam verrucamque, Castellum ruptum, censentes arcem fuisse non amphitheatrum. sed amphitheatrum fuit nō arx. Arces enim primorem munum solidissimam continuumq; maxime volunt: non super arcubus pilisq; erectum: sicuti suum est amphitheatri super pilis arcubus atque testudinibus in ambitu ductis extare. his enim sedilia attolluntur. potuit autem hoc am-

hoc amphitheatrum supra triginta millia hominum spectatum excipere. singula enim sedilia in tanto ambitu ad septies centena capita facile capere, quorum ordines ab imo ad summum scandentes ad quadragenos atq; quinos deinceps subiecisse sibi conuenit. Extra autem amphitheatrum lateritium via ampla etiam nunc est, qua recta tenditur versus occasum vernum, fertq; Neapolim, quæ antiqua vrbis fuisse indicatur: partim quia locus ibi videatur semper appellatus fuisse porta, & sacellum quoddam quod illi adiacet, vocatum est sanctus Petrus ad portam: partim quia eidem viæ herent tumuli quidam antiquissimi, sdq; e regione illius sacelli. sunt eiusmodi tumuli eleganter conditi, non etiam multum extantes: sunt ampli atq; rotundi coronatiq;, tectiq; quorum ab orbe exurgens pedetentim fastigiatur turbinaturq; in apicem medium. structura materia est: ac tam apte compacta, vt materia solida esse videatur. ab aquilone autem latere vrbis, quod ad ortum vergit vernum, via Lauretana etiam nunc exit ampla recta oblongaq;, quæ portam aliam vrbis antiquam indicat, quæ aduersa erat porta Neapolitana. Item parvo tractu ab amphitheatro marmoreo recedens versus Arctum sanulum est: quod humi depressum est, atq; pauimentum tessellatum in eo cernitur, figuramq; basilica habet: quæ nunc sancta Victoria nuncupatur. Quod templum Victoriæ priscis temporibus fuisse videtur. est autem hoc sacellum inter amphitheatrum & arcem præsentis vrbis. In eadem parte arctica atq; maiore recessu facto amphitheatro est Episcopium, in quo pauimentum antiqui templi, quod Ioui dicatum erat, detegitur, quod nunc subterraneum sacellum est beati Felicis. atq; prope ipsum, alter locus etiam humi depressus comperitur, qui nunc vocatur sanctus Apostolus. sed ambos hosce locos depressos eiusdem templi Iouis extitisse partes, notum est, vt inferius dicetur. Adhæc parvo intervallo versus æstivum occasum secedens ab Episcopio, locus est etiam humi depressus: in quo erectus quibusdam pilis basilica constructa est, quæ nunc appellatur Sanctus Felix in platea: quod antiquum templum extitisse creditur. alterum enim templum super eo erectum est: sed ignoratur cuiusnam numinis illud antiquum fuerit. Veruntamen hæc tria pauimenta antiqua in eodem curriculo tractuve consistunt qui ab occasu æstivo in ortum hybernum distenditur: in quo, Apostolus est ab hyberno, Felix in episcopio est in medio, Felix in platea est ab æstivo latere. Nec alia pauimenta, quæ humi sint depressa, apparent intra metas ambitumq; antiquæ vrbis. Veruntamen in eo iam memorato tractu, si quis episcopio per centum passus versus hybernum ortum recta processerit, obuius fit locus, in quo templum fuit Seruatoris: nunc vero appellatur sanctus Seruator. neq; locus depressus est humi, vt illi: sed naturali solo est altior. præsens enim sacellum videtur esse erectum super fabricam atq; ruinam antiqui: nam omnis eius vicinia solum extumescit ob antiquarum ædium ruinam. est autem hoc præsens Seruatoris sacellum sub turre Megaldina præsentis vrbis: idem adiacet muro cuidam, in quo porta vrbis patuisse videtur, sed non antiqua, sed eius, quæ post casum antiquæ reserta modo quodam fuit. Præter hæc in media duorum amphitheatrorum distantia etiam inuenta sunt marmora aliquot quadrata: inter quæ, vnum erat incisum litteris discretis: TEMPLVM AVGVSTI, cætera deleta erant. quæ certo argumento sunt, illic extitisse Augusti templum, ab hoc vero loco si quis recta inter austrum & occasum hybernum ad ducentos passus processerit, incurret fragmenta quædam locumq;, vbi quam plurima marmora quadrata effossa sunt tempestate etiam nostra, eaq; Neapolim plaustris transuecta fuere a Carolo Carrafa, ex quibus constructæ sunt omnes partes imæ ædium, quas ille ædidit prope porticum, quod legum Nidi vocant. hic igitur, vbi effossa sunt marmora, templum antiquæ vrbis videtur extructum fuisse, quod fundamenta, quæ erant tacta domibus, lateritia reperiuntur: non autem tanta congerie quadratorum lapidum stabilita. atque illud templum credendum est, dicatum fuisse Mercurio: si quidem in quodam marmore inciso legimus L. Sattium fuisse magistrum & Mercurialem & Augustalem in vrbe Nola: eund m vero virum magistrum atq; duorum vicinorum templorum manisse, verisimilius est. Quinetiam ab Augusti templo recta in austrum proficiscenti trecentos passus fit obuius locus quidam extumescens ob antiquæ fabricæ fragmenta: quas reliquias murorum antiquæ vrbis fuisse, mensus atq; rotunditas vrbis ipsius ostendunt. Quinetiam illic portam cum turribus patuisse, quæ Vesuuium versus ferebat sicuti nunc via eodem ducens patet. Ab amphitheatro preterea marmoreo recta euntι versus Vulturnum ventum ad centum passus, locus extumescens alter occurrit: vbi murus vrbis stetisse, eadem ratione creditur: atque similiter porta cum turribus, quæ Sarnum Nuceriamq; euntibus iter præbebat. At vero, quod Annibal primum Nuceria via hac ipsa ad Nolam expugnandam venit, verisimile est ante hanc portam esse castrametatum, atq; cum eo sit hac eadem vrbis plaga illa illustri pugnatum esse pugna, in qua victor Annibalem docuit posse vinci. Inter autem Mercurij templum atq; portam Sarni, amphitheatrumq; marmoreum, ac portam Vesuuij, passim effodiuntur ædium antiquarum fragmenta: item antiqua oblongæ fornix ibi extat, quod nunc balneũ Ceccis vocãt. Quinetiam in omnem eam plagam, quæ patet inter templum Augusti, atq; portam Neapolitanam, lateritiumq; amphitheatrum, atque Mercurij templum, effodientibus antiqua fundamenta crebro passimque deteguntur. Regio demum septentrionalis, quæ est ab amphitheatro temploque Iouis versus arctum atque portam Abellæ, referta est fragmentis antiquarum fabricarum, vsque adeo, vt terra cum intrito lapillisque ac frustulis mista sit, non modo altius tegantur vbique locorum fundamenta parietum. Aliquantulum quinimo parietis magni & solidi in eadem

plaga

plaga extat : qui aut magnarum ædium fuit, aut templi magni, aut murus vrbis, vt dictum est : resarcta postquam antiqua pessumiisset cetiditq_3 aut bellis, aut pestilentia afflictata. Is vero paries distat a templo Iouis quadraginta passus, qua vergit ad Arctum: eius nunc pariete hærent ædes Cæsarinorum, & Matteorum, & Fricciarum, & Tangorum. Ha sunt igitur reliquiæ antiquæ Nolæ, quas area, vrbisq_3 sedes potuerunt ab iniuriis temporum omnia consumentiũ vendicare, nobisq_3 vsq$_3$ ad hanc tempestatem seruando transducere: Amphitheatra diruta pauci tumuli templorum magnorũ pauimenta arctissima, atq$_3$ deletarum ædium rudia, atq$_3$ solo tecta quam plurima fundamenta.

QVO MODO VRBS SERVAta sit in illuuionibus, quæ in eam influxerint.

CAP. IX.

HOc in loco aliquantisper sistere gradum nos cogit ambiguitas quædam : siquidem tempestate nostra vidimus, illuuiones magnas inundasse superasseq_3 quandam Nolani agri partem. veluti eam, quæ incipit abusq$_3$ radicibus Gecala, vbi colles eius in angulum protensi coniunguntur, procedensq$_3$ circa amphitheatrum marmoreum; ac ante portam Vicani cium vrbis præsentis; item circa templum Augusti, atq$_3$ secus ambitum austrâlem amphitheatri lateris, prolabitur adusq$_3$ paludes: a principio scilicet vsq$_3$ ad finem veluti arcum laxum faciens, cuius connexitas versus Vesuuium vergit, estq_3 longitudine duũ millium atq$_3$ quingentorum pass. latitudine vero trecentorum. Quamobrem non paruam antiquæ vrbis partem in hoc ipso arcu plagæ illuuionibus obnoxiã manifesto, compertum est. omnis enim australis vrbis regio in medijs illuuionibus constitit. Qui igitur factum est, vt illuuiones nullas vrbs, agerue senserit, optimeq$_3$ & in tota vrbe, & in agro, & ædificatum, & habitatum, & cultum sit? præsertim si illuuiones natura ferente statis siderum curriculis fuissent eruptura. Quam dubitationem statim delet mentio inducta fossa. siquidem via, qua Laurinium fert, a dextra etiam nunc retinet vestigium altæ fossæ: quæ secundum eam protenditur ab aggere, qui sub Megaldina turre præsentis vrbis est, quousq$_3$ subiuerit prope angulum, quem Gecala colles claudunt. Contra vero alterius fossæ vestigium apparet: quæ ab aggere, qui sub turre rotunda exurgit, incipiens versus occasum recta excurrit secundum viam, qua à porta, quæ nunc clausa est, exibat. hæ duæ, vtrinque fossa in eodem recto tractu manent. quas intercedere oportebat fossam aliam subterraneam veluti magnum aquæductum per vrbem veterem ductam, vtrasque vtrinque contingentem: quæ nunc est præsentis vrbis meridionalis fossa, à Megaldina per Vincancium ad Rotundam turrem excurrens. fossa vero, quam versus occasum descendere diximus, ad paludes declinat: quamuis non appareat, quo progressu in paludes euadebat. est enim magna ex parte aquata solo: in paludis vero parte, qua vicina Nolæ est, iterum fossa alta edita est, qua recta vsq$_3$ ad Clanium fluuium producitur, quem Lagnum corrupto verbo Græco vocant Nolani: quod dicere debent lagynum. λαγυνος enim Græcis significat non modo vas, sed etiam receptaculum quodcunq$_3$, in quod aquæ liquoresue excolantur & influunt. nam in eam fossam omnis fere aqua palustris, quæ prope Nolam stagnat, furtim penetrat. Quamobrem à radicibus Gecala adusq$_3$ Lagynum fossa alta ducta erat: in quam omnis aqua, quam Gecalanæ valles atque radices imæ in campum Nolanum profudissent, excipiebatur: atq$_3$ per eam in Lagynum Clanium quæ amnem defluebat. Quamobrem vbi non impedita aqua aluei curriculumque inueniebat, tum stagna lacusue nullus in agris vrbemq$_3$ exurgere quibat. seruabatur quoque ea fossa, sicuti Lagynus hucusq$_3$ seruatus est. Augusto enim mense, quum aquæ fundituus ab æstu feruoreq$_3$ solis exuctæ sunt, Lagynus quotannis expurgatur excauaturq_3 (si cubi ripæ corruerint) vt hyberno atq$_3$ verno tempore expeditus alueus aquis in Lagynum fluxuris pareatur. cauatur autem à cunctis paganis in agro Nolano colentibus, iussu ac more antiquo coactis. Hoc itaque ingenio & ager & vrbs vetus ab illuuionibus vendicata est. Quod si ea fossa nostra tempestate, atq$_3$ septuagesimo ante anno seruata fuisset, non tantam ciuium suorum stragem semel atque iterum Nola vidisset. Neque futurum eadem excauetur, totius pestilentiam expectare vrbem necesse est, quoties longa pluuia valles Gecalanas complerit, ac in agrum Nolanum illuuiones erumpentes profuderit.

QVOVSQVE PROTENusis sit Nolanus ager.

CAP. X.

SI qua dicta sunt, vera sunt: videtur, vt eò Nolanorum agrorum fines fuerint ampliores, quò ciues censi sunt plures: quoque vrbs ipsa grandiori area fuit dilatata. idem vero exquisitius quisque atque facillime dignoscere ex his, quæ dicemus, poterit. a Nolanis enim vel ad hæc tempora ager possessus est is, qui si non Clanium vsque fluuium, aut eius fontes: tamen ad vsque Mephitim, putidarum quæ aquarum concas protenditur, ab vrbe Nola initium sumens. fontes autem Clanii ad occasum æstiuum vergere, dictum est. Isdem rectâ progredientes ab vrbe per octo milliaria versus occasum hyber-

Digitized by Google



Digitized by Google

hybernum, assidue suum agrum calcabant Nolani: quousq; venissent ad conterminos agros Neapolitanorum. Erat autem finis is intra radices sinistri occidentalisque cornu Vesuuij montis: quem loco, quum lis de finibus agrorum cum Neapolitanis orta esset, & ad eam arbitrandam missus esset à Senatu Rom. Q. Fabius Labeo, iudicium vafrum ab eo latum est de agrorum terminis. Siquidem is, quum ad locum venisset, cum utrisq; separatim locutus, ne cupide quid agerent, ne quid appeterent, atq; vt regredi quam progredi mallent. Id quum utrisq; fecissent, aliquantum agri in medio relictum est. Itaq; illorum fines sic, vt ipsi dixerant terminauit. In medio relictum quod erat po. Rom. adiudicauit: qui vel usq; ad nostra tempora Campus Romanus appellatus est. huius meminit Cicero atq; Val. Maximus. si quis igitur limitem ducat à fontibus Clanij vel a Mephitis adusque Romanum hunc campum, certo nouit confinia Nolana: quae tum in occidentem plagam protendebantur. quod eo praesertim credere est, quod intra hosce terminos nullum oppidum alicuius nominis extitisse constat. Nostra quinetiam tempestate Nolanum solum fere porrigitur abusq; vrbe adusq; radicus dextris ac orientalis Vesunij cornu: videlicet ad terminum, qui inter verrucam, quam nunc Alterellam appellant, & dextras Vesunij radices interiacet. Si ergo intellexeris duos terminos, alterum ab vrbe adusq; campum Romanum, alterum item ab vrbe versus Vulturnum ventum protensum adusq; Alterellae metam, clauseris intra eos omnem australem sortem Nolanae possessionis: in qua Vesunij montis inga, quae vergunt ad arctum, concepta sunt. compertũq; cũ sit, nullum oppidum clari nominis tum, quum Nolani florerent, inter Vesuuium, vrbemque Nolam stetisse: etiam manifestum est, omne id Nolae possessionis fuisse, quod claudit limes ductus a Campo Ro. ad verticem Vesunij montis: ac a vertice ipso ad Alterellae terminum. At vero quod intra hos terminos cadit Octauianum oppidum, cuius nunc etiam possessiones extenduntur usq; eô, quô dextrũ cornu Vesunij declinat, ac vbi sunt agrorum confinia Pompeiorum, qui hodie sanctus Petrus scaphatae nuncupatur, iccirco eodem usq; promotos Nolanos agros fuisse par est. Namq; quae Octauianorum sunt, quum ipsi fuerint prius Nolani pagani, posterius vero Octauij Augusti, a quo nomen id sibi traxisse videntur, ea omnia Nolanorum dominatu subiecta fuisse oportet. à vertice itaq; Vesuuino, per orientale eius cornu, ad Pompeiorum confinia deductus limes, atq; per laeuum adusq; Campum Romanum porrectus clausit omnem meridionalem Nolanorum agrorum possessionem. Adhec versus ortum vernum via, quae ab vrbe Laurinium oppidum fert, nunc etiam euntes campum Nolanum calcant: quousq; ad fossam quandam turremq; pervenerint, quae sub colle australi Cecalae erecta est, quaq; Martiani Turris appellatur. hic enim sunt confinia Nolanorum & Laurinien sium. ducatur itaq; linea à cornu laeuo orientaliq; Vesuuii, confinibusq; Pompeiorum, ac scindat de monte Sarno omne id cornu, quod versum est ad occasum, protendaturq; usq; ad hanc Martiani turrim, ipsa terminabat Nolanum cãpum ea parte, quae est ortus hybernus. ab vrbe quinetiam versus aestivum ortum recta euntibus finis Nolani agri etiam nunc occurrit illic, quo declinans finit collis Vesciani: in eo enim angulo iacent campi Tophinensium & Galtensium. Tophinum enim & Gallum pagi sunt Nolani. Proinde limes ductus a turre Martiani super colles, adusq; declinationem cornuque collis Vesciani, clausit Nolanum agrum, qui vergebat ad ortum vernum & aestivum. Ab hac demum ipso cornu ductus limes adusq; Clanii fontes Mephitimve, vnde profecti fueramus, etiam nostra tempestate terminat agrum Nolanum: qua spectat septentriones. Hos fuisse agros Nolanorum, exactiore ratione ausim asseverare. Quod si nostra tempestate in eo agro sunt in occasu Marianum, vel vt aiunt, Marsianum, & Pompeianum, quod Pomilianum nunc appellant: ad meridiem vero sanctae Anastasis, ac Summa oppidum, & Octauianum, quae intra radices Vesunii existunt: item ab oriente Palma oppidum, & Democella, quae ad radices Sarni montis est, quae is vergit in occasum: atq; postremo à septentrione Titianum, quod Ciciranum vocant: nihil inquam hac turbant eos, qui dicti sunt agrorum fines. Omnia enim ea oppida fuere pagi & villarunq; Nolanorum: quae a Romanis empta (vt fit) aut rapta coepere primum seorsum, atq; per se agere: deinde paulatim crescere in speciem oppidi. Demum declinante Nolana potentia, partem Nolani agri veluti proprio iure, quam nunc possident, occupauere. licet hoc ipsum discere à T. Liuio. Sylla, inquit, Nolam à Samnio recepit, & legiones in agros captos deduxit, eosque illis diuisit. à Cicerone quoque libro decimo tertio epistolarum est cognoscere, hoc fuisse Nolanorum. scribit enim hoc pacto: & alicui des negocium, qui quaerat, Q. Faberi fundus, nunquid in Pompeiano Nolano venalis sit. Est autem Pompeianum Nolanum, quod Pomilianum hodie vocant. In quo Cicero addidit verbum Nolano: ne si scripsisset in Pompeiano solum, intellectum fuisset in Pompeianorum agro. Fuisse autem aliquos agrestes Nolanos, etiam Liuius docet: Dictator, inquit, Cl. Petilius in Campaniam reditum fecit: maxime ad Nolam armis repetendam. eo se intra moenia sub aduentũ dictatoris, & Samnitium omnis multitudo, & Nolani agrestes contulerant. Vera quinimo esse ea, quae diximus de agris, ex hisce, qui velis, coniectari valuerit. labefactatam n. multis temporum iniuriis Nolanam rem excepit posteritas, atq; recordata Nolani nominis, tum pudore tum reuerentia superioris vrbis excita est, atq; testificata quodammodo Nolanorum ius & dominationẽ in hac ipsa omnia loca, quae ausa sunt, tanquam fugitiui à dominis, atq; membra à corpore abducere se. Nolae namq; vrbi vel maximè afflictae cum omnia haec, tum alia quoq; plura oppida obnoxia fecit: vt non modo iure ciuili, sed etiam pontifi-

Pontificio regerentur ab ea, & vsq; ad nostra tempora seruatum est: quanquam aliqua eorum nunc iura ciuilia non capiunt ab vrbe, cuncta tamen dicto parent, ac pontificio iure a Nolanis gubernantur. Marianum n. Pompeianum, sancta Anastasis, Vallis Summa, oppidum iure pontificio vrbis sunt Nolæ. Octauianum vero & Palma vtroq; iure gubernãtur ab vrbe. Lauriniuum vero, Boutanum, ac Abellæ oppidum, quæ extra agri Nolani fines erant, etiam vtroq; iure ab vrbe Nola reguntur. at Montefortium, quod intra valles & confinia Hirpinorum extructum oppidum est, iure communi solum modo ab vrbe nostra moderatur. Ticianum autem in causis solis criminalibus Nolano iudici paret. a Stabiis demum quotannis magnus atque albus agnus cum cornibus auratis Nolam ad præsulem mittitur.

VBI LOCORVM STABIÆ fuerint, & vnde Nomenclatura Vesuuii montis.

CAP. XI.

EA, quæ antedicta sunt, iam postulant, ne amplius differamus docere, vbi nam loci antiquæ Stabiæ steterint, sitæue fuerint. Namque clari viri sunt, qui scribunt, Stabias esse, quod Castellum maritimum, aut Castellum ad mare hodie vocant: & verum non est. In quo, vt ea rus apertius intelligatur, audire oportet ea, quæ Galen. lib. 5. curatoriæ artis de Stabiis scripsit. solus enim is rem omnem explicuit quã enucleatissime: cuius verba hæc sunt: Stabiarum sedes ad mare adiacent, atq; ad imum littus Surentini sinus, qui Surentum Neapolimq; interfluit: & si Stabiæ potius à Surentino latere sint. Est autem in toto hoc latere magnus collis, atq; oblongus, excurrens in mare Tyrrhenum, atq; sensim declinãs occasum versus. non n. recta in meridiẽ protenditur. Idem mons tauquã tutum vallum obiectus orientalib. ventis Vulturno, Subsolano, atq; Aquiloni, ipsũ sinum tuetur. Quinetiam eisdẽ Stabianis sedibus coniungitur mons alter excelsus, qui prope imũ littus ipsius sinus est: quem montem antiqui Romani scriptores, atque qui nostra tẽpestate sunt elegantiores, appellant Vesuuium. Veruntamen celebre atq; nouum nomen monti Lesbius est. omnibus notus est, quod à profundis sedib. ignẽ excitũ cacumine hiante eructat. qui (vt arbitror) plurimum confert ad deficcãdum aerem, qui ea loca circundat: quanquam etiam absque eo igne idem aer suapte natura siccior est, quando neque lacus aliquis, neq; paludes fluuiuue alicuius momenti resident, fluitue aliqua in parte sinus. ventis vero cunctis, qui ab arcto occaluue ęstiuo perflãt, Vesuuius is vt prouallum obest, inter imum sinum atque arctum excurrens versus vernum occasum. sæpe quoque numero cinis ab eo eiectus, adusque mare deuenit: quæ sunt reliquiæ combustæ iam materiæ, atque eius, quæ nunc etiam comburitur. hæc omnia aerem illum sane quam siccum reddunt. Hæc Galenus: quæ sicuti nullo pacto congruunt Castello maritimo: ita exactissime consentiunt cum eo loco, qui Turris Nunciatæ nunc appellatur. Castellum n. maritimum non est in imo sinu, sed in latere, atque intra montem Gaurum, qui in Tyrrhenum mare protenditur, ac parum distat a Gaurano oppido: quod corrupte dicunt Granianum: parum etiam abest a Surento. Turris vero Nunciatæ in ipso imo sinu est: quanquam limite diremente sinum atque eius imũ littus in duo latera, hinc Surentinum, hinc Neapolitanum, ipsa Turris magis est à latere Surentino, sicuti Vesuuius a latere potius est Neapolitano. Quinetiã agri Castells sub Gauro monte patent, atque citra hosce sedet ager Pompeiorum, quos Sarnus fluuius alluit. Vesuuius vero multo occidentalior ac citerior Sarno fluuio iacet. Quamobrem Vesuuius non coniungitur cum Agro Castellis interiacentibus Pompeis: contra vero ager Turris in eadem ora continetur, quæ citra Sarnum fluuium est, atq; dextrum orientalemque cornu attingit Vesuuij. is enim ager inter Vesuuii dextrum cornu atque ostia Sarni extenditur. Quinetiam iguis & cinnigneſcens, qui à Vesuuio ad mare deuoluuntur, per agrum Turris, nõ autem per agrum Castellis defluunt. Quare aer Turris magis, quam Castelli ab eo deficcatur. Quinetiam Galeni dictis consentiunt, quæ Plinius Nepos ad Tacitum scripsit. Rectũ, inquit, ipse cursum, rectaq; gubernacula in periculum tenet, adeo solutus metu, vt omnes illius mali motus, omnes figuras, vt deprehenderat oculis, dictaret, enotaret. Iam nauibus cinis incidebat: quo propius accederet calidior & densior. Iam pumices etiam nigri ambustique, & fracti igne lapides: Iam vadum subitum ruinaque mõtis littora obstantia. contanti parum, an retro flecteret, mox gubernatori, vt ita faceret, monenti: fortes inquit, fortuna iuuat. Pomponianum pete. Stabiis erat: diriimit sinu medio. hæc Plinius, quæ nauigans versus Vesuuium: Turremque Nunciatæ contingere necesse est: ei vero, qui ad Castellum maritimum tenderet, non possunt. semper recta nauigauit Plinius Vesuuium versus, nec vsquam reuersus est, aut aliquo pacto diuertit. petens namque Castellum, diuertisset iter. Quare Stabiæ in ea regione erant, in qua Turris Nunciatæ nunc est. Est autem hæc Turris oppidulum tum villis & emporiis, quæ Nolanorum quoq; erant, in quas abiere antiqua Stabiæ, vt Plinius testatur. Verum hoc oppidulum parvo tractu distat a mari: Stabiæ vero maiore interuallo a mari aberant, atq; magis versus montem secedebant. Iacet hoc oppidulum ad imum littus Surentini sinus, atque ab arcto cornu orientale Vesuuij: ab occasu vero Heracleam, vel vt alij dicunt, Herculaneũ, quam nunc Turrem Græci vocant: ab ortu Sarnum fluuium, & Pompeios confines habent. Verũ enimuero his, quæ dicta sunt, obstare videtur Cölũella*

canens:

anens: Fontibus & Stabiæ celebres, & Vesuuia
ura. Namq; circa turrem Nunciatæ nulli sunt
fontes, propter quos illa tantopere celebraretur: Ni fon-
tes pro puteis, qui parum illic alti fuit, usurpari, à
quibus aqua illimes hauriuntur. Nec desunt qui in
ea sententia sunt, Columella tempestate plures fuisse
fontium scaturigines, qua nunc exeso littore tegantur à
mari, in quo et iam se vidisse aiunt, dulces aquas ab
ima salsa veluti bullientes: idq; crebris in locis exurge-
re, aut legendum est non fontibus sed flatibus. Flatus e-
nim Fauonios Apricisq; illic perpetuis atq; placidissimis
increbrescunt à mari enim eiusmodi flatus & aura
excurrentes Heracleam, atq; Stabias perflant, ac nul-
lo impediente montis iugo transeunt in campos Pom-
peianorum atq; Nucerianorum. Quamobrem omni
ex ore, in qua Stabiæ sunt, atq; Heraclea, summam
eum amœnitatem, tum salubritatem parunt, vt et-
iam Strabo & Galenus testantur, neq; silentio pra-
tereundum est capriarum lac bonum Vesuuiana ora,
quod Stabias quoq; indicat. non quidem inquã, quia
Galenus primus id summopere laudauit, neq; plurimos
curauit: verum etiam quod à salubritate laudatum
erat (vt idem auctor scriptum reliquit) atq; eo circo in
vsu magno prius habitum fuerat, Galenus deinde
etiam confirmauit, factum est, vt magnopere homines vte-
rentur: quod vsq; ad nostra tempora seruant Stabia-
nos atq; Heracleenses. pascunt enim per radices mon-
tis quæ meridionalis Vesuuij montis plurimos caprarum
greges, illaq; ad vsum solummodo lactis: quod perparum
coactum teneri mundi fiscellulis planis excipientes, ad
eas compositas vrbes conuehunt cotidie, ad quas statum
tempore matutino facile pervenire possunt. proinde Ne-
apolis, Nola, Sarni, Nuceria, cæteriq; in locis vicinis
haud pluribus XII. passuum millibus magna pressi la-
ctis copia Stabiani dauendatur. Quanquam hoc ipsum
potius Heracleenses quam Stabiani nunc faciunt. hi
enim perpauci sunt: Heracleensium verò populus mul-
to maior. Illud insuper minus prætermittendum est, q
Galenus superioribus monstrauit inter scribendum:
Monti, ait, Vesuuio nomen esse Lesbium insi-
gne atque nouum. Namq; mutata littera L. in B. atq;
V. vocali interposita, fit de verbo Lesbius Besubius: ac
deinde Vesuuius. Latina enim oratio non facile
patitur literam S. ante B. sicuti S. cum P. frequentissi-
mè coniungit. Lesbius itaq; appellatus mons est, quod
in eo Lesbij patria exeuntes aliquando incoluere. quod
verisimillimum est: siquidem legitur apud Solinum,
Lesbios imperium maris aliquando tenuisse, ipsumque
amissuros multo antea Sibyllam Erythræam præmoni-
isse, aut quoniam Lesbij ob quandam orationis turpi-
tudinem infamantur à scriptoribus: vnde Lesbizare,
prouerbium factum est, quod est inquinare cum os,
tum alia, aut iniustis aut obscœnis dictis. & alterum
prouerbium: Lesbijs digna: quum fœda, inquinata, tur-
pia, iniustaq; significare quisquam velit. Vesuuius e-
nim cacumine hiante tanquam ore aperto cineres si-
gines q; eructans fœdat omnem oram, qua ei subiecta est.
Nec ignoramus in quibusdam codicibus etiam an-
tiquis scriptum esse Besbium. atq; plerosq; dixisse Besbi-
um non Lesbium. In quo siquis sit, qui magis a-
ment legere Besbium quam Lesbium, ne crebro ac-
ceptum dictionem mutent, nihil morum: modo vi-
deant perquam facile dilucideq; verbum Besbius et-
iam deductum esse à verbo Lesbius ratione ac q; mo-
do, quem diximus. Nec erit ab re arbitrari Besbium
dictum esse non a Lesbijs, sed ab duce aliquo Pelasgo,
qui in eo monte damnatus aliquando, fecit loco nomen.
Pelasgorum enim nomen Besbicos vnum ex pro-
prijs est, vt Stephanus scribit: à quo nomine littera C.
exempta Besbius remansit. Neq; quemetiam veri
dissimile est, Besbium dictum esse à gigantis nomine
Besbicos, qui nomen indidit insulæ paruæ, quæ prope Cy-
zicum extat, vt idem auctor refert. mons enim Ve-
suuius, quum vsq; ad imum pertusus cauernosusq; sit,
videtur etiam excauatus esse, quæ opera à solis gigan-
tum esse creditur. gigantes enim quorum princeps
fuit Besbicus, leguntur excauasse littora, atq; per ma-
ria demolisse saxa: vt ostia Rhyndaci fluuij clauderent. Ex quo nomine littera vtraq; B. mutata in V. cõ-
sonam, atq; altera vocali V. inserta effectum est verbum
Vesuuius. Quod si prisci simillas nuncupauere ve-
suuias, vt quidam arbitratur Latinus Grammaticus,
erit Vesuuius Latinum verbum: dictumq; Vesuuius
quasi simillosus ob crebras simillas, quas eructare olim
solebat. cui addita littera altera V. fit Vesuuius: & mu-
tata vtraq; littera V. in B. fit Besbius. Adhæc licet
horum Latino verbum idipsum exquisite monstrare,
Latinum esse, compositumq; ex tribus, vt ne particula
adiectrice, & sui dictione, quæ motum ad superiora
ostendat, & via, nomine, quod iter vult significare, hoc
est, mõs, in quo perquam arduum sursum iter sit, si-
quando cacumina Vesuuij ascendere volentibus ardua
ad scandendum inga deinceps occurrunt: veluti Io-
annes Antonius Dondus Cremonensis vir omni litera-
rum genere redimitus interpretatus est. Quare à
loci proprietate factum nomen est Vesuuius, à quo &
per mutationem & per exẽptionem literarum & Bes-
bius & Vesenus attendere quam facillimè potest. Ve-
runtamen quòd gens Campana antiquior fuit Graca
quàm Latina, placet locorum nomina antiquissima
Graca potius, quam Latina esse reputare, atq; ratiocin-
bus Græcis magis quàm Latinis interpretari.

DE STVDIO ET BENE-uolentia Diuina erga Nolam.

CAP. XII.

QVis, rogo, non asseuerare fuerit ausus, illud fauore
Diuino quodam contigisse Iarbus, genioq; ac se-
dibus Nolanis? Secundo n. bello Punico tum præsertim,
quum res Romana vbique terrarum afflictata esset,
maxime clade ad lacum Thrasumenum, & illa om-
nium truculentissima qua ad Cannas suscepta est, extra-
req; Annibal cunctis tum terribilis, tum omnibus
appareret inuictus: Nola duntaxat concessum fuit à
deo optimo maximo, vt in eius conspectu Annibal
primum Romanis Nolanisq; terga verteret, vincique
posse monstraretur, atque deinde sæpius apud Nolam
reiectus, victus, atq; in castra fugiens reclusus sit:
qui nullis vnquam antea in tot quæ gessit bellis, ver-

isse terga hosti legitur. Qua nota tanta fuit, vt cæteris illius belli temporibus non solum superior nusquam euaserit Annibal: verumetiã longe inferior habitus sit, ac veluti pedetentim consenescens tandem, propulsus sit Italia. Apud Nolam quoque minimo abfuit Annibal, vt à Murcello obtruncaretur: iterumque illi arma ferenda Feretrio Ioui darentur. Veruntamen interim ipse periculum euadens reliquit puerum dilectissimum Cynipa deliciasque suas, cui cassidem L. Pauli dono dederat: quo obtrũcato ab illustri iuuene Pediano Patauino, insignis illa galea Romanis restituta est. Quis nõ etiã nutu diuino illud vrbi Nolæ euenisse affirmauerit? Cæsarem Augustum in ea diem claudere. quo in obitu (ait Dio) stellas comatas atq; sanguinolentas visas esse. Qua pro re a Tyberio templum Augusto erectum atq; dedicatum est Nolæ: vt idem autor atque Suetonius scribunt, nosque eius sedes & vestigia vidimus. Quis etiã non ad deos referat? rem Nolanam spectantes vasta illa incendia Vesuuij montis accidisse tempestate & imperio potius Tyri, qui liberalitate & benignitate sua pessundatã ab illa conflagratione Campaniam restituit: vt Suetonius autor est. Quorum malorum non paruam partem Nola sortita est. Namque tam & si in vrbe nihil damni susceptum est: in pagis tamen, qui circa Vesuuium erant, detrimenta multa subiuit. Ni illud multo benignius existimandum sit, Nolam ipsam non eis aliisue Vesuuinis incendiis deletam esse; veluti Heraclea & Pompeij fuere consumpti. Agrum quoque vrbemq; Nolam à torrente Abellano defensam esse, quum illi ruenti quasi obex collis oppositus sit, sola benignitate & voluntate diuina actũ esse impium est ire inficias. Magna quinetiam benevolentia Nolam agrumque Nolanũ dy prosecuti sunt, vbi profusione quadam non solum liberalitate tot gratiarum hunc adornauere, quas tum quis a deo optimo profectas esse, euidentissime viderit, quum innumeras vrbes agros ve compererit omnibus aut plurimis eiusmodi gratijs priuatos. Demum quis non asseuerare ausit etiã illud studio atque decreto quodam diuino esse Nolæ tributum: Neminem in Italica terra tempestate prisco regem aut ducem insigniti ornatiq; excellenti corona potuisse, nisi illam illi Nola misisset? Siquidem melilotos, quam sertulam Campanam nomine vocant, herba florida est: ac in Italia laudatissima ea est, qua in Campania nascitur. coronus ex hac antiquitus factitatas, indicio est nomen sertulæ: quod occupauit, vt Plinius testatur de coronis scribens. Veruntamen Campana appellata est, q; circa Nolam pulcherrima Italicarum omnium oritur: vt Dioscoridem docuisse memorauimus. Arabes autem secuti potius vsus nomenclaturamque Italorum quam Græcorum etymologiam, herbam appellauerunt Eltilelmelitũ: quæ vox quadrat cum Latina voce, quæ corona regia est, vt interpretatus est Symõ vir Arabica lingua peritissimus. Quamobrem ex herba ea corona regum vel serta contexebantur sed laudatissima: quam solammodo Nolanum agrum ferre, benignitati diuinæ placitum est. Neque mos coronandi ille vetustissimus apud Nolanos deletus oblitusue traditus est. Vere n. adolescentuli puellæq; ex ea herba florentissima concinne affabreq; intexere corollas: illisq; capiti apte impositis cãtu solido tripudiare solent. Illud quoq; ad benignitatem diuinam referendum: quod Nolæ vrbi non modo alia multa, sed etiã vim campanas inueniendi largita est: vt opa Nolana vbiq; terrarum sacrificiis atq; cerimoniis, quæ cum diuis, tum ipsius erga maiestatem agerentur & ornamento & adiumento forent, atq; vt parum digna reputabãtur regum coronationes, nisi sertula Campana fuisset intexta: ita diuina officia vt occulta transigerẽtur, ni campana illustrarẽt vocalitate. Nam vt sertula nuncupata est Campana, quod Nolæ optima oritur: ita id semiuiuum instrũentũ cãpana nuncupatum est, quod Nolæ inuentum. atque eam obrem Nola sibi insigne solam campanæ figuram assumpsit, atq; prætulit: quod vsq; ad nostra tempora in faciendis signis vsu seruatum est. Quas ob res Nolam sedesq; Nolanas magnas sacrasq; esse ausim affirmare, si sacra magnaq; solum aut ante alia dii & spectant & colunt & amant.

DE NOLANORVM FIDE, semelq; incœpta amicitia ac semper seruata. CAP. XIII.

ILlud institum esse Nolanis ingenijs, compertum est: fidem datam atq; semel incœptam amicitiam semper seruare: idq; ad vltimum vel incidentib. imminentibus ve periculis maximis, patriaq; ipsius expugnatione ac interitu. bello namq; Samnitico Nolani fœdere & amicitia cum Samnitibus coniuncti: non eam prius frãgere soluere ve voluere: quam incursiones in agrum passi sint suum: multitudinem Samnitium in vrbem, vt municipes proprios receperint: incendia omnium suburbiorũ spectarint: demum vrbem ipsam expugnari atq; capi viderint. tulere Nolani hæc omnia: quũ à Cl. Petilio dictatore vrbs Nola capta est, vt autor est T. Liuius. secũdo deinde bello Punico quantã fidẽ Romanis Nolani seruarint: monstrauit tum Herennius Bassus quum respondit multa promittenti vt se darent Annibali hisce amici veri verbis: Multos annos iã inter Romanum Nolanumq; po. amicitiã esse, cuius neutros ad eam diẽ pœniteret: & sibi, si cum fortuna mutanda fides fuerit, sero iam esse mutare eam. dedituris se Annibali nõ fuisse acersendum Romanum præsidium cum ijs, qui ad se tuendos venissent, & omnia sibi esse consociata, & ad vltimum fore. hæc illei quæ omnia facto comprobata ostensaq; sunt. namq; post quam Nola capta fuit à Cl. Petilio, cum Romanis amicitia vsq; adeo magna stabilisq; iacta fuit: vt nusquam ab eis aliqua fieri potuerit alienatio. Et in eodem bello in fide manentes Nolani, sæpe se patriamq; summo periculo exposuere. ter enim Annibal Nolam summo conatu aggressus est. In quo nemo magnitudinem Nolanæ constantiæ estimare certo quiuerit: nisi qui senserit, pauescere Romanos, Romamq; totam contremiscere tunc, quum Annibalem castra aduersus vrbem Romam mouisse nunciatum est. Quinetiam Capua, Samniumq; Annibali iam dedita exclusum Nolam à Romanis (quum ipsa interiacerent) propesticerunt: atq; eam fere vndiq; hostilibus circundedere. nec ob hæc ipsa vnquam à fide discedere placitum est Nolanis: sed potius in fide manentes totum fere Samnitũ incursionib. desistauere. Neq; si plebs Nolana spe effugiendi incomoda

qua

que obsessi ferre silent (Annibalin fauebat) ideo Nolana res infida est habenda. urbs enim ciuitasq; proprie illud est, quod caput est, atq; melior pars: qui senatus & primarij urbis existunt. sicuti enim in exercitu omnes milites imperatorem ducemue sequuntur: qualisq; hic fuerit, talis exercitus æstimatur, quanquam (pleriq; milites auerso sint animo) Similis ex habes ratio in urbe atq; populo. Qualis videlicet fuerint senatus primarijq;, talis cunctus populus est habendus, vel si ab illis auersa fuerit plebs signa ra atq; timidula. Num matora polliceri offerreue Damonis Phintias valuisset ys: quae po. Romano Nolani obtulere, & milites paratos ex formula esse, & si pluribus opus esses, plures daturos, & quicquid aliud imperaret velles q; po. Romanus, enixe facturos: ad id sibi neq; opes deesse, animum etiam superesse? Priuata vero conditionis hominis fides & constantia quanam inferior fuit illa L. Bantij? quis po. Romano ne fidem solueret, datumq; locum in ea pugna, qua ad Cannas commissa est, linqueret, maluit ab hostibus obtruncari. quare vulneribus prope confossus inter occisos semianimus inuentus est. Idem deinde recordatus veteris amicitiæ Romanæ monente Marcello adeò caterum egregie se gessit: vt nemo sociorum rem Romanam fortius ac fidelius iuuerit: testis est T. Liuius. fidei demum seruandæ Nolanis insitum ingenium causa potissimum fuit, vt sæpius vrbs capta expugnataq; sit: desciuerit nunquam. Ita ergo se habens, primum a Cl. Petilio magno cum damno capta est tum, quum bellum Samniticum gestum est. Deinde bello sociali: quum L. Cæsar cos. male aduersus Samnites pugnauit. tum enim Nola colonia in potestatem Samnitum cum L. Posthumio prætore venit: quis interemptus est. Tertium Cinnæ bello: in quo Marianis partibus hæsisse videntur Nolani. tum enim Sylla Nolam a Samnio recepit, & legiones in agros captos deducens, eos illis dimisit. Quarto a Mauris Vandalisq; anno post Augustum quatercentesimo ac quinquagesimo, quo tempore Paulinus Nolæ episcopus erat, vrbs omnis direpta atq; vastata est. Anno quoq; fere millesimo quadringentesimo post Aug. decem & octo menses obsidionem regiarum copiarum pertulit Nolana ciuitas, ne Nicolam Vrsinum regulum suum proderet. Paucis annis post illud facinus præteritis Blasius quidam, qui cum turmis militum aliquot mane summo capta clanculum vrbis porta, Nolam intrauit, regiamq; militibus circumsepsit, vt Raimundum Vrsinum Pyrrhi filium manu caperet (erat enim is tum puer ac Nolæ regulus) eo enim capto sperabat Blasius vrbe potiri. Nolani vero id sentientes, facto ciuium armatorum cuneo, statim tempore Blasium aggressi sunt, eumq; vrbe pepulere, ac regulum seruauere. Porro nostra tempestate quum Carolus VIII. Gallorum rex decessisset de regno Ferdinandum Neapolis regem, fractaq; vel potius extincta essent regia vires, atque confugissent Nolam Virginius atque Nicola Vrsini genere, atque Ferdinandi duces illustres: quorum Nicola auus tuus Nolæ regulus tum erat, paulo q; post huc aduentassent turmæ aliquot equitum Gallorum, qui recepti sunt a ducibus hisce in vrbem, posteraq; die duces ipsi

A à Gallis capti essent, dicentibus eos iure belli capi debere, atq;, ideirco volentibus illos ab vrbe abducere, Nolani obstiterunt: postulantes, ne regulos suos extra vrbem abduceret, quonsq; ab eorum Rege decretum esset, an duces iure capti essent, nec ne. de hoc enim ipso lis contentio q; erat. quibus Galli, vt eorum animum, qualis esset, explorarent, dixere: an dum id a Rege iudicatum sit, vos soluere velitis militibus nostris cunctis expensas? namq; si velletis, nos eos forte non abduxerimus. Nolani se id, quod proposuerant Galli, facturos animo perquam libenti, responderunt. at vero Galli metuentes sibi, duces eos ab vrbe Nola abduxere, minitando Nolanis, quod tantum pro eis regulis adhuc sum Gallos anderent. Duces vero paucos post dies soluti euasere. Quantum ament fidem Nolani homines, indicat quoq; odium summum atque conuicium omnium in eos, qui fregisse fidem comperiuntur. siquidem vbi quisquam non seruasse fidem, infamatur, statim tempore a cunctis maximo odio habetur, digitoq; monstratur, atq; illum tanquam scopulum quisq; vitat, ac fugit. Quumq; forte cum eiusmodi fidei corruptore aliquo rixari acciderit, tum palam conuicio proditionis tanquam vehementissimo telu illum extemplo lacessunt. Adhæc non facile in alijs locis tot paria amicorum offenderis, quot Nola semper scatens producit & alit. Neq; cum ciuibus Nolanis solis amicitia percrebrescit: verum etiam cum externis plurimum solet coalescere. Quod non spe lucri quidem Nolani agere visi sunt comperti, veluti quamplurimi idipsum de industria & arte quadam facitauere: sed idea & amicitia ipsa sola gaudentes.

DE STVDIIS NOLANORVM.

CAP. XIII.

IN omni rectè constituta atq; ordine fundata Repub. quinq; studiorum genera semper antecelluisse, compertum est. Diuinorum cultum, philosophiam, artem militarem, agriculturam, atq; mercaturam. hæc omnia vel non parua Nolanis tractare placuisse, apertissime demonstratur. Diuino nanq; cultui enixe nauatam a Nolanis operam priscis illis sæculis, testantur nobilia complura templa, quæ in vrbe erecta fuerunt: veluti templum Mercurij & templum Augusti. In marmore enim antiquo hisce literis inciso legimus, L. SATTIO LL. PHILEROTI. MAGISTRO. MERCVRIALI. ET. AVGVSTALI. NOLAE. Tranquillus & Dio scripsere Augusto templum erectum esse Nolæ. Nos quoque vt dictum est, marmor quoddam Nolæ effossum vidimus, quod erat incisum hisce literis. TEMPLVM AVGVSTI. cætera vero verba deciderant. Templum quinetiam Victoriæ erectum fuisse Nolæ, illud sacellum indicat, quam hodie sanctam Victoriam vocant. Quinetiam in angulo vrbis præsentis, qui Vulturno vento occurrit, in quo turris Megaldorū

extat, sacellum sancti Seruatoris nunc erectum est, ad decem passus distans à muris. In hoc ipso, vbi sacellum memoratum est, loco, atque in tota vicinia, qua septentrionem versus extenditur, quousq; via se se erigẽs, portam Cortesellam ostendit, terra ipsa eminentior cetero solo extat, ac tanquam verruca exurgit: non quidem naturalis, sed factitia cementitiaque. ex quibus coniecture licet, illic fuisse non arcem, sed templum potius aliquod nobile: simulque sacellum antiquiusculum superstructum est. consuerunt n. fuisse super vetera, etiam noua sacra edificandi statuendiq;. simul etiam quia extra eum locum vel tractu magno alia complura vestigia antiquorum edificiorum inuenta sunt, quod circa templum edificari potuissent: circa vero arcem non potuissent. Neque dubitarim affirmare apud veteres Nolanos priscos id templum dicatum fuisse Ioui Seruatori, appellatumq; esse templum Seruatoris: quẽadmodum apud alios populos tum Græcos tum Latinos Ioui Seruatori fana erigi consueuisse. fauet nobis eo pacto rem censentibus loci huius nomenclatura hodierna vulgarisque: nuncupatus n. vulgo semper fuit is locus, vt à senioribus audiuimus, sicuti nunc appellatur etiam, Seruator: non autem sanctus Seruator, retinens vetustiorem: non autem sacelli recentioris appellationem. Extat preter hec vel tempestate nostra templum quoddam extra vrbem ad primum lapidem, qua spectat arctum, quod Cœmeterium appellant Nolani. quanquam nomen hoc ipsum Græcũ κοιμητηριον significat locum in quo complures dormire solent: quod dormiterium aiunt, non templum. In templo vero ipso medio ara magna quadrataque est, quam ambiunt secundum quatuor eius latera aliquanto secedentes quatuor columnarum ordines: quarum singula binis insidentibus arcubus subiacent, atque super curuaturas omnium arcuum aqua atq; terminata continuitas est, non exurgens in parietem. triangula vero, qua acciderunt inter binos quosque arcus, repleta sunt fabrica lateritia. totum itaque hoc opus, quod per arcus columnis insidet, crustationibus vitreis opertum est. tesserula n. vitrea, quarum versicolores alie, alie vero atq; quam plurime deaurate sunt, graphice composite copactaq; varias rerum picturas representant. quanquam à plusculis locis cecidit eiusmodi crustatilis pictura, longitudine temporis dissoluta. Preter hoc vermiculatum antiquumq; opus basilica grandis recentiorum more edificata est, ambiẽs tegensque memoratum opus antiquũ. atque inter antiqui operis columnas, aliqua sunt marmorea sepulchra ad quatuor pedes supra pauimentum extantia, cum inscriptionibus multorum dinorum in eis tumulatorũ. Extra vero basilicam nouam multa comperta sunt reliquie edificiorum ac marmora: qua significant magnitudinem ac dignitatem antique loci eius fabrice. Quinetiã circa eandem basilicam paruo interiecto spacio sacella quadam extant, nouissimo edificandi more erecta vtiaq;, quanquam eorum aliqua sunt aliquantum hums depressa. qua res antiquitatem præ se ferre videtur. Omnia igitur ea indicantia sunt illius sacri sanctique loci dignitatem: licetque spectantibus certo certo coniectari, illic stetisse fanum pulcherrimum atque ditissimum, cum sacerdotum assidue deum orantium cœnobio ac (vt aiunt) dormitorio. Viris n. recte sacris initiatis duo loca satis esse, alterum in quo faciant sacra, alterum vbi corpora curent. structura autem illa antiqua ara videtur esse etatis sexcentorum annorum: siquando compertum est opera eo modo tressellata per ea increbuisse tempora. nomen autem loci Gracum vult antiquiores cerimonias significare: atque eas, qua tum fiebant, quum vrbi Nola cines Grecos alebat. Solita sunt namque & Rome & in plerisque aliis locis templa atque loca sacra seruari: atque vt fuerant dicata antiquis quibusuis mysterijs, ita in vsum meliorem recentiorum posterarumque cerimoniarum admitti. Quoniam vero legitur in historia diui Felicis Iunioris de templo Apollinis quodam, quod prope vrbem Nolam erectum erat, vbi responsa Apollinis per verba vatum dabantur, quos, vbi ad eos venit Felix, rogando mẽdaces arguit: quamobrem spreto Apolline imago eius deiecta est etiam à sacerdotibus templi ipsius, consentibus vitam ac verba Felicis à deo vero proficisci, inque eo oratorium constitutum est, quod a posteris Felici dicatũ est: atque nomine eius quotannis celebratum, idque seruatum adusque nostram tempestatem. Non ab re igitur credere ex hisce quisque potest, templum hoc Apollinis fuisse, quod nunc cœmeterium vocant. Ad hec templum Iouis in vrbe Nola extitisse compertum est: tum quod eorum princeps Iupiter erat, tum quia representatur etiam nunc bellum giganteum in eo templo, quod Nolanum nunc est episcopium, atque basilica princeps. Alia plura extitisse Nolæ egregia fana, credere est. Namque si à Nolanis duo nobilissima amphitheatra constructa sunt ad studia cultumque atque voluptatem: longe liberius & templa multa atque magna superbaque ab eisdem erecta dicataque diis fuisse, consentaneum est: quæ iniuria temporum deleta sunt, monumentisque literarum carent. Verum hec, qua dicta sunt, monstrare satis possunt, quantum opere à Nolanis hominib. perpetuumque diuino cultus nauatum sit. Philosophia vero Nolanos magnam operam dedisse, ex hisce cognoscere est. ciuitas n. in duas diuisa erat partes senatum atq; plebem. hec parere: ille regit. regere vero qui vsquaq; quisquã potest senatus absque legum peritia? absque historiarum cognitione? absque arte dicendi? accusatur n. defenditur, suadetur, dissuadetur, laudatur, reprehenditur? in quibus omnibus insita est philosophia pars princeps, qua prudentia est. Quin etiam Nolæ duo amphitheatra fuisse, in quibus fabule preter catera recitabantur & poemata. poeticam vero cũ philosophia vna incolere mones Synesius scribens ad Nicandrum. Et Aristoteles censuit poetam philosophum esse. proinde omnis antiqua philosophia solis poetis tractabatur Homero, Hesiodo, Orpheo, Empedocle, Parmenide, Melisso, Arato, Comicis Tragicisq;. Quamobrem Plutarchus præcepit, philosophantes

Digitized by Google

phaturos adolescentes à Poetis incipere. sive enim Comœdiam, sive Tragœdiam, sive quod velis poema antiquum spectes, maximam philosophiam inueneris, & rerum humanarum atque diuinarum scientiam. Humano autem generi insitum esse in abstrusum esse vt eorum, quibus quisq; audiendo fuerit delectatus, idem author esse percupiat, vt alios delectet. Quæ profecto, vt quum rem gratam miramq; (namq; quod mirum est, id gratum est) audiuerimus, quæramus alios, quos eadem voluptate referendo afficiamus. delectati igitur homines audiendo fabulas, easdē componere ac edere referreq;, vt alios oblectēt, amant, & gaudent. volunt itaq; facere fabulas, quos iuuat illas audire: & qui volunt, idem student, idem philosophantur. Sicuti in omnibus hominum actionibus compertum est: quæ earum apud quoscunq; honore præstiterint, eas multos magistros genuisse, aluisse, auxisseq;. Poesim igitur, quum magno honore summoq; loco apud Nolanos habita est, aliquot ex eis reddidisse poetas necesse est, plurimumq; apud eos esse philosophatum. Quod si Atella, quæ hodie Auersa dicitur (vt auctore Stephano cognoscere est) quæ distat ab vrbe Nola sexdecim millia passuum, potuit nomen Comœdijs quibusdam facere, (Namque comœdiæ Atellanæ fuisse leguntur, risum ex iocis salsitionibusq; aptissimis commouentes) cur Nolam multo illustriorem quā Atellam non huiusmodi histrionicis, sed honestioribus studijs indulgere minus iuuerit, atq; poetis & philosophis incumbere? Adde Nolanos genere Græcos, vt dictum est, fuisse: monstrabimusq; cum elegantia vixisse. quare ex hisce opinandum, eos à natura constitutos fuisse, vt scientiarum omnium studia exercuissent. sicuts de Neapolitanis idem atq; eadem de causa censuit Philostratus. Artem autem militarem eximie nonnunq; ingloriæ tractauisse Nolanos, testatur primum templum, quod Victoriæ in ipsa vrbe Nola erectum dicatumq; est: testatur societas cum Samnitibus: testantur exercitus extra vrbem missi: item incursiones in hostes. Samnium enim semustum est à Nolanis incursantibus duce Marcello. Quinetiam extollunt Historici L. Bancium Nolanum. erat vir acer, & sociorum ea tempestate nobilissimus eques, quo nemo rem Romanam fortius ac fidelius iuuit. Is igitur vnius cæterorum Nolanorum ingenia martialia fuisse, facile inducere potest. tantus enim vir accendere reliquos vel timidos valuit. cuius ipsius gloria tum plurimos peperisse æmulos, tum multos sectatores imitatoresq; credendum est: si modo inter Nolanos nusquam quisquam alius exercuisset arma. Simile enim & in aliis artibus fieri solet, vel in eadem familia vel ciuitate. à magno enim vnius fulgore cæteri quodammodo illustrantur ac eriguntur. Verumenimuero quum alias tum præsertim ea tempestate Nolani feroces ac armis vigere, cum auxere vsq; adeo copias Marcelli, vt coactus sit in pugna Annibal sæpius apud Nolam terga dare vincentibus. Qui enim potuisset vsquam prætorius exercitus cum Annibale totis castris pugnare, eumq; in fugam vertere, ni maximum Nolanorum robur acies Romanas auxisset ac æquas Pœnis reddidisset? Si non verius fuerit, victum

A esse Annibalem à Nolanis adiutore atq; duce Marcello. Marmora quinetiam martios Nolanos fuisse testantur, quæ passim cum incisis Ducum nominibus dignitatibusq; comperiuntur in agro Nolano ac in ipsis vrbis ædibus. vt illud. P. SEXTILIVS. P. F. FAL. RVFVS. AID. ITERVM. II. VIR. QVINQ. POMPEI. DECVRIO. ADLE-

B CTVS. EX. VETERIB. NOLA. AVFI-DIAE ST. F. MAXIMAE. MATRI. L. PE-TRONIO. L. F. FALVERO. VITRICO DECVRIONI. NOLA. EX. TESTAMEN-TO. HS. CVLↃↃ. ARBITRATV. FIDI. L. extat alterum in hæc verba: CVRIATIO. L.

C F. FLAMINI. DIVI. AVGVSTI. PRIMI. PIL. TRIB. MILT. II. PRAEFE. CASTR. PRAE. FABR. ARBITRATV. HYACIN-THI. LIB. hic Nolanus fuisse monstratur eo, quod flamen Augusti fuit, cuius templum Nolæ solum modo erectum fuisse constat: non etiam in cæteris Campaniæ in qua dignitate Nolanos esse præfectos intelligendum est, nisi certa proprietas cognomenti addita vetuisset. Idem & illud: T. RV-

D TILIO. VARO. TRIB. MIL. LEG. V. MACEDONIC. PRAEF. ALAE. BOS. Q. DIVI. VESPASIANI. AED. CVR. COM. IMPERATO. PATRONO. D. D. hunc quoq; fuisse Nolanum ex eo luce coniecturi. Namq; marmor magnum est, atq; Nola incisum. Quare præsentia sua nomen patriæ significatur, addiq; ipsum non oportuit. Quinetiam locus datus est à Decurionibus Nolanis. His similia quamplurima alia comperta leguntur. Demum certamina, quæ inter pueros Nolanos fieri solent, atq; cursus & magistratus quidam testantur militarem artem placuisse summopere Nolanis, de quibus inferius suis in locis amplius disputabitur. Magnam curam nimirum agrorum quoq; atq; rei rusticæ iniuisse Nolanos clarum est. omnis enim Nolanus ager à crebris villis pagisque fuit occupatus, atque eo modo ad nostra vsque tempora diuisus permansit. Quod eò factum est, quòd coloni prope agros colendos forent, ac iumenta, boues, porci, capræ, oues, gallinæ, columbi, exercitia melius curarentur & alerentur: messes quoque atque vindemiæ oportunè domum transportarentur. Non enim eodem tempore magna res commode & colligi & aduectari via multa potest. Quin etiam fœcunditas agri suapte natura ad agriculturam colendam, vt nunc allicit, ita tum homines allexisse creditur: vtilitas enim magna accedit ijs, qui agros colunt fœcundos: idque summa cum voluptate honesta. In agro item Nolano multam rerum culturam viguisse ostendunt Strabo. ad has enim omnes fructus Nolanorum venales, vt nunc deuehun-

tur, deuehebantur: atq; illinc Romam alio ve nauibus transferebantur. Quamobrem Romani erant allecti fœcunditate felicitateq; agri Nolani, & facilitate transferendi Romam agrorum fructus & prouentus, villas non paucas in agro Nolano feciſſe videntur. aliqua n. villa in agro noſtro à Romanis nominibus apparent appellationem accepiſſe: veluti Pōpeianum, Marianum, Octauianum, Fabianum. Quinetiã tanto gratior agricultura Nolanis fuit, vt non opere ſolum modo eam tractarint executiq; ſint: ſed etiã libros de re ruſtica placitum ſit aliquando edere. eoſdem nimirum docte factos, non modo Romani doctiores deinde minus ſpreuere, ſed etiam ſummo ſtudio ſecuti & edocti ſunt. Præſertim M. Cato: qui in libro de re ruſtica ſæpius legitur citaſſe Memium Percenium Nolanum. is n. prater alia primus viſus eſt docuiſſe quo pacto ſeri cupreſſeta oporteret. diligentis quoque agriculationis Nolanæ indicio ſunt inſtrumenta concinne fabrefacta. Namque prater catera Italia tota laudabantur agricolarum quædam inſtrumenta Nolana. idem Cato autor eſt. Mercaturam demum exercuiſſe Nolanos, agricultura coegit, & docuit prater innatum lucri facilitatem. Nanque collecti fructus emptorem expectant ac optant: empto vero ſit aut compenſatione numorum, aut rerum aliarum commutatione. Enehentes itaq; Nolani ſuos fructus interdũ commutationem facere cogebantur cum jis mercimoniis, quæ Nolam alio ve reuecta lucrũ maius parere valuiſſent. Quin etiam Stabiæ monſtrant mercaturã Nolanam. illic n. extitiſſe Nolanorum emporium, ſcribit Strabo: quod vſque ad noſtra tempora tum ipſum tum vſus ſeruatus eſt. Ex quibus aperte iam patet & diuinum cultum, & philoſophiam, & militarem artem, & agriculturam, ac mercaturam inter Nolanos excelluiſſe: quibus ſtudijs ingenijsque recte ſtructa conſtanſque fuit reſpub. Nolana.

DE ELEGANTIA VITÆQVE cultu atque felicitate Nolanorum.

CAP. XV.

DIctum eſt in agro Nolano plurimas villas manſiſſe diſiectas. in quibus omnia Bacchi atque Cereris arma ac inſtrumenta ſeruabantur. hos ipſum omni ruſticana ſorde liberaſſe vrbem, neceſſum eſt: hac autem amota reliqua ſola politia & vrbanitates ſole in vrbe ipſa manebant ac retinebantur. accedebat quinetiam opulentia magna, cum ex agricultura mercaturaq;, tum ex arte militari adaucta: quæ ſociata cũ mundicijs atque moribus à philoſophia temperatis, non niſi ſummam ac amulandam elegantiam viuendique cultum ciuibus cunctis parere valebat. Proinde certò coniectari atque noſſe quiſque poteſt: ſicuti amphitheatra tum duo, tum illuſtria erecta erant, ita & muri, & turres, & viæ ſtratæ, & templa, & exedræ, & ædes ornatu & decore magno adificata extructaq; cernebantur. veſtimenta quinetiam elegantia & domibilia ornata, item dapes vpiparæ, & polita menſæ. Quin etiam ſerui, & equi, & canes, & arma egregia. idque eo libentius, quo Nolanus pop. amicitia Romana tuebatur, fouebatur, gaudebat. Neque niſi conſequens his eſt, orationem Nolanorum atque mores non barbaricos difficiles ve aut ruſticitate pollutos, ſed vrbanos mitesq;, atque quales vel Athenis vel Romæ oriundos decebat. cuius vel illud indicio eſſe poteſt. Nanque populus Nolanus adusque noſtra tempora illã priſcam bonitatem ac orationem retinuit. mitis n. eſt vocesq; Latias tum exacte profert vt Italorum barbarorumque Latina verba melius quam Nolani pronũciet nemo. Quod vir aure ſolerti ac noſtra tempeſtate doctiſſimus Laurentius Valla exceptens ſententsq;, referre ſolebat atq; admirari magnopere. Eo itaque pacto Nolani educati cum concordia & amicitia trãſegiſſe creduntur, libereque caueas amphitheatraq; ſpectatum auditumque aſcendiſſe, atque muſicis & honeſte voluptati ſtatis ſuisque temporibus indulſiſſe. per quæ deprehendere quiſque poteſt, nuſquam ſeditiones atque ciuilia odia aluiſſe Nolanos: ſicuti noſtra etiam tempeſtate huiuſcemodi hominum inſanias ignorat, neſciatque popu. Nolanus. Quinetiã vbi natura ita conſtitutum eſt, vt homo antequam naſcatur, non ſolum poſtquam natus fuerit, elegantiam & vitæ diligentium atque cultum expoſtulet, vt omni ex parte completus euadat: videtur fortunatus ille vir eſſe, cui naſci, educari, inſtituique in vrbe vitæ cultus, ac elegantiæ amatrice contingit. Nã omnino pulcher erit. Deformitas n. ſemper errorem arguit atque defectum. Ea prorſe inter homines ruſticos, in quibus nullum eſt elegantiæ vitæq; ſtudium, turpitudo vehementer abundat. In vrbibus vero illuſtribus homines maxima ex parte pulcherrimi producuntur. Quod ſi Nolani quaque in re fuere elegantiæ ſectatores: æquum eſt, pulcherrimos euaſiſſe. Quibus ex locis compertum eſt, Nolanos aliquando fuiſſe vrbium præditos generibus bonorum: animi, corporis, atque rerum externarum domina: atque ideirco nobiliſſimos atque felices.

DE NOLA

LIBER SECVNDVS.

IN EISDEM IN QVIBVS PRIus erat ſedibus Nolam præſentem ſtare.

CAP. I.

VRBS Nola quæ in agro fuerit latio, quamq; magna, atq; quibus moribus Nolani fuerint, idq; abuſq; origine adusq; tempeſtatem noſtram, ijs, quæ memorata ſunt ſuperiore libello, explicatum eſt. Quoniam autem modo nunc ſe habeat, hoc eſt Anno M. D. XII. poſt

AMBITVS 924 PASS

FIGVRA PRAESENTIS VRBIS NOLAE











Digitized by Google

post Iesum Dominum consequens est, enarremus. Nola igitur præsens in eodem agro atq; sedibus eisdem iacet, in quibus olim stabilita extiterat. Quo ex loco illud conijcturi licet, nunquam bello deletam vrbem funditus fuisse, vsque adeo ve afflictatum, vt ciuium reliquiæ fugere coacta ad aliquam villam vicinam venerint, coluerint, auxerint, Nolamque illam nominarint: sicuti plerisq; accidit populis bello, aho ve casu de patrio solo propulsis, qui de monte in planiciem, aut de planicie ad montem, aut de vrbe ad pagum, sedesq; atque lares mutando transmigrauere: sed sedes antiquas, quasque primum dantibus diis occuparant, semper coluere Nolani: neq; mutando tantillo locum à laribus genioq; suis degenerauere, sequecum paganis miscuere, hospitesue apud populos alienos vsquam mansere. In eisdem autem sedibus, in quibus prius erat, vrbem præsentem stare, euidentissimum est. Pars enim hodierna vrbis, qua ad occasum hybernum vergit, quæque vocatur Turris rotunda inter duo amphitheatra prope procurrit. qua vero spectat arctum ad portam Samuelis, parietis partem latericij antiquis validisque habet, quem vel templi vel magnæ domus fuisse, necessum est. is nunc intra vrbem est: distatque à muro arctico, Samuelinaque porta circiter decem passus. Eidem pariet i videlicet domus Tangorum, Fruscarum, Macceorum, atque Cæsarinorum inhærent, atque via, qua per Samuelinam portam intrat vrbem, scindit hunc eundem inter Macceas & Cæsarinas domos. In media vero vrbe præsente episcopium est, quod erat in antiqua Nola templum Iouis. Quinetiã in ãgulo vrbis in quo turris Megalderiũ extat, fundamenta tẽpli Seruatoris antiqua vrbis à muro præsentis claudũtur. relinquo alia plura vestigia ædificiorum, qua passim per vrbem inuenta apparent, continueq; ab effodientibus reperiuntur: quod ea, quæ retulimus, satis fidei luciſque præstare tacereve possunt ad ostendendas antiquæ atque hodiernæ Nolæ easdem sedes esse.

DE FIGVRA, ET AMBITV præsentis vrbis: & quanto minor sit hæc quam antiqua: deque numero ædium atque ciuiũ vrbis vtriusque.

CAP. II.

FIgura præsentis vrbis quanquam vndecim est angulorum, aliquanto tamen est longior. longior n. est, qua ab ortu occasum versus protenditur. Quinetiam qua ad occasum vergit paulo arctior: qua vero ad ortum, latior. Latus quoq; quod occasum spectat, rectũ est: id vero quod orientem solem excipit, angulosa rotunditate curuatur. Proinde dimidio humani cubitis vestigijve. quod à talo est, vrbs hæc spectatur persimilis: mensus vero ambitus nongentorum ac xx. quatuor passuum inuentus est. Area vero tanta est, quanta capere potest duo quadrata quorum singula latera sunt centenũm quinquagenũm quaternum passuum. Ea quinetiam duo quadrata in vnum collecta efficiunt quadratum magnum, cuius singula latera sunt ducentenũm septuagenũmq; denũm passuum cum ternis quintis passus vnius: eiusdem vero ambitus est octingentorum septuaginta passuũ. cum ternis duabus quintis. Diameter us vero ipsius trecentorum ac octo passuum fere. Id ipsum autem quadratum etiã tantũ continet, quantum sunt duo minora quam illa duo, qua prius dicta sint quadrata, atque dimidium alterius. Quorum minorum quadratorum latera singula sunt centenũm tricenũm septenũm pass. cum ternis quartis. Eadem vero duo quadrata cum dimidio simul coniuncta redduntur æqualia sexangulo spacio, cuius singula latera sunt æqualia lateribus singulis eorum duorum quadratorum. Sexangulum n. spacium, quod æquilaterum fuerit alicui quadrato, est etiã eidẽ quadrato duplo sesquialterum. Quamobrem quadratum illud magnum æquum est huic sexangulo. Area itaque Nolana, quod ad quadri lateram speciem redacta fuerit, ambitus ora erit octingentorum ac septuaginta passuum fere. Diameter us vero trecentorum & octo fere. redacta vero in speciem sexangulam erit ambitus octingentorum. XXVI. cum semisse. Diameter us vero ducentorum septuaginta quinq; cum semisse. Item si circuitus sexangula areæ reddatur orbis, erit eius diameter us minor diametro sexangulæ. Est u. diameter us rotundæ areæ ducentorum sexaginta quatuor pass. fere. Atq; hac ratione non arcta breuis ve, sed ampla & tanquam possim progressa certam diameter i quantitatem inuenimus, atque comparabilem cum diametro antiquæ vrbis. oportebat n. vrbis præsentis areã cum antiquæ embado comparaturos inuenire diameter um rotundæ areæ præsentis sicuti factũ est. primum n. redegimus præsentis vrbis aream in duo quadrata æqualia inter se: secundo hæc duo coniũximus in vnum quadratum magnum: tertio magnũ hoc diuisimus in duo quadrata & dimidium alterius: quarto hæc duo cum dimidio congregauimus in sexãgulum: postremo sexangulum in orbem transformauimus: vt hinc inueniremus diameter um certam cõparabilemq; diametro antiquæ. Qua inuenta manifestum est, quanto præsens vrbs arctior minorq; sit antiquæ. ambitus n. orbis antiquæ vrbis erat duum millium septuaginta quatuor passuum, Diameter us vero sexcentorum sexaginta. præsentis vero vrbis circuitus orbis est octingentorum viginti sex cum semisse. Diameter us vero ducentorum sexaginta quatuor. Quare area antiquæ vrbis est sexcupla sesquiquarta præsentis vrbis embadi. capit n. hoc illa veteris sexies & quadrantem. Namq; duorum orbium circulorum ve alter ad alterum ea ratiõe refertur qua quadratum diameter i huius orbis ad quadratum diameter i illius: vt si diameter i huius mensura fuerit quatuor pedum, illius vero duum, illius orbis ac circulus ad huius circulum, ita se habebit comparatus, sicuti quadratum diameter i quatuor pedum ad quadratũ diameter i duũ. est autem quadratũ illius sex decim pedum, huius vero quadratum quatuor. quadruplus ille igitur huius est. Quamobrem quum diameter us antiquæ vrbis sit sexcentorum sexaginta pass. præsentis vero ducentorum sexaginta quatuor: estque illa ad hanc dupla sesqualtera, non etiam area illius est duplasesqualtera præsentis, sed sesquplasesquiquarta. quadratum n. illius

ad quadratum huius ita se habet: quod hoc modo facile est videre. pone diametrum presentis esse quatuor pedum, pones etiam diametrum antiquum esse pedum decem (est n. dupla sesquialtera) constituasq; ambas diametros in eadem linea, quae sit decem pedum A.D. hanc divideris in duobus locis B. & C. ita vt linea A.B. sit quantitate quatuor pedum. Item B.C. totidem. C.D. vero remaneat duum pedum. deinde constituas quadratum supra lineam A.D. erectis lineis D.G. & A.K. atq; ducta linea K.G. Item dividas lineam erectam D.G. duob. punctis E. & F. pari mensu quo divisa est linea A.D. eodem modo dividas lineam è regione erectam A.K. in punctis M.L. similiter quoq; dividas lineam K.G. ex transuerso descriptam videlicet in punctis I.H. ducasq; deinde lineas medias M.E. & L.F. item B.I. & C.H. feceris iam quadratum super lineam A.D. quod capit quadratum linea A.B. sexies cum quarta. Namq; A.C.O.L. sunt quatuor quadrata sibi equalia. Item columna D.N. & altera columna N.F. sociate iunctaque sunt equales quadrato linea A.B. sunt enim dimidia quadrati. similiter se habent columna L.I. & I.O. sunt n. equales quadrato linea A.B. sunt igitur sex quadrata linea A.B. quadratum verò parvum. H.F. est quarta pars quadrati linea A.B. est enim productũ ex dimidia linea A.B. Quare quadratum linea A.D. est sesquplum sesquiquartum quadrato linea A.B. Idem est videre in numeris. Namq; si latus A.D. sit decem: eius quadratum erit centum. & si A.B. latus sit quatuor, eius quadratum erit sexdecim. Centenarius verò capit senarium sexies atq; quartam eius. sicuti in his figuris spectare apertissime licet. Sin autem areas vrbium antiqua & presentis non rotundas, sed sexangulas feceris: eadem habere rationem necesse est. sin vero duodecangulas vtrasq; redegeris: proportione atq; comparatione eadem habere se oportet, qua quadrata diametrorum se habere dictum est. hanc itaq; rationem habet area presentis vrbis ad aream antiqua.

Quod si volverimus veriore comparatione rem Nolanam dignescere, oportet etiam harum ambarũ vrbium non solum embada, sed etiam habitandi modum & rationem recensere estimareq;. Ita igitur compertum est, antiqua Nola adeo frequenter habitatum esse, vt priusquam à Petilio dictatore caperetur, plurima suburbia oportuisset edificari. In hac vero hodierna Nola tum suburbia nulla manent: tum etiam intra muros areae multa ampleq; & horti quãplurimi atq; amplissimi reperiuntur. Quinetiam in aedibus singulis fere cauadia singula multo quã par est, dilatata: quas cortinas cortesq; vocant. horum omnium superfluã amplitudinem si coniunxerimus, alteram saltem vrbis partem inanem esse nimirum cognouerimus. reliquum vero si ad decentem habitandi in vrbe modum constrinxeris, inueneris presentem vrbem non sextam partem antiquae, sed duodecimam remansisse. presens itaq; pars duodecima est antiquae, vndecim vero reliquae deletae sunt. Quinetiam vbi hac ita se habere nouimus: compertum quoq; est, si nostra tẽpestate in vrbe fuerim civium ad quatuor millia, in antiqua censa fuisse ad quinquaginta millia. Sunt enim

A in vrbe presente haud pauciores quã septingenta ad: in aedibus verò singulis plurimum sena civium capita colunt, idq; seruis à connumeratione semotis. Quinetiam ex hisce rationibus videtur in antiqua vrbe extitisse ad octo millia aedium. Verum hoc ipsum nõ est vsq; quaq; asseuerandum. Nam in vrbe maiore etiam aedes maiores aliquanto stetisse decet, ad sex millia verò excreuisse, probabilius est, reputanti tantum contenuisse domum antiquam, quantam nunc occupat domus vna cum quincunce. Numerum verò civium, potius fuisse maiorem, quam qui paulo ante prolatus est. Nam quo domus est illustrior maiorq;, eo etiam familiam numerosiorem habere par est. census itaq; civium fuit congruentior, qui ad sexaginta millia capitum excreuit. Nisi quoque tantus fuisset populus Nolanus, nec amphitheatra nobilia condere, neq; Annibalem arcere ac vincere, idq; ter valuisset. Est autem Nola presentis reliquum quoddam eius partis antiquae, quae tum arctum, tum ortum spectabat. namque presens vrbs à meridie spectat amphitheatrum marmoreum, ab occasu vero laterituum, quae intra vrbem veterem extitisse dictum compertumq; est.

DE FINIBVS ATQVE FIGVRA Nolani agri presentis.

CAP. III.

QVo vrbis ambitus arctior nunc est quàm prior, eo minor quoq; nostra tempestate in agris ora & possessio redacta est. Quam hoc nunc pacto se habere intelliges, si ab vrbe protendas lineam versus occasum vernum ad mille & quingentos passus, in cuius fine metam ponas: Item altera educta versus occasum hybernum linea ad duo millia pass. metam alteram in calce figas: deinde à Mephite rectam ducas ad metam vernam antepositam: atq; ab hac iterum alteram extendas adusq; metam hybernam, quam fundaras, terminatus erit prope ab occidentali plaga Nolanus ager. Rursum ab vrbe educta linea versus meridiem, interque anstrum & libonotum ad duo passuum millia & quingentos metam constituas. Iterum ab vrbe altera ducta versus meridiem, ipsumq; austrum ad tria millia passuum, alteram metam statuas. Insuper ab vrbe recta tertia protracta inter Notum & Vulturnũ ventum, atq; versus dextrum cornu Vesuuij ad quinq; millia passuum tertiam metam signes: quibus metis positis ductus sit limes à meta hybernaper ceteras metas, omnis ora Nolani agri, qui sub Vesuuio est ad meridiem vergens, terminata est. Quin etiam ab vrbe extensa linea versus ortum hybernum, atq; sub cornu Sarni montis, vbi Palma oppidum exeat, ad quatuor millia passuum, positaq; illic meta, ad quam limite tracto à meta Vulturno memorata, atq; ab hac ad turrem Martiani, qua meta antiqua nobis posita erat, concluса est ad ortum vernum ea orientalis pars: à turre vero Marciani procedens linea super collem Gecala meridionalem, descendensq; per vallem, quam facit collis Gecala occidentalis atq; Vesciani collis, vsq; ad pagum Nolanum, qua Casamarciana vocatur, & qua

quæ sub ipso colle Vesciani iacet, atq; ab hoc pago profitiscens secundum radices eiusdem collis vsq; ad exitum cornuum ipsius, scilicet metam antiquam, quæ erat versus ortum æstivum, terminat Nolanam possessionem reliquam, quæ vergit ad ortum. ab hoc vero cornu recta linea occasum æstivum versus, aliquanto citra Tutianum oppidum reprimens se, atque deinde procedens secundum radices Abellæ vsq; ad Mephitim, claudit omnem Nolani agri septentrionalem plagam. Intra hosce limites metasque Nolanorum agri tempestate nostra continentur. eidem limites metæque dicta figuram describunt, præsentantque prope quadrangulam: cuius duo anguli oppositi longe plus inter se distant, quam reliqui inter se duo. Angulus enim qui ad Mephitim est, oppositus est illi, qui vergit ad Vulturnum ventum: distat quæ ab eodem decem prope millia passuum. Qui verò angulus ad ortum æstiuũ meurrit, opponitur ei, qui ad metam hybernam cogitur: atque ab eo quinque ferè milliaribus abest.

QVAE PARTES SINT NOLANI agri, qui planus est, & earum quis vsus, atque quorum possessio, & de aucupio Regio atq; vini varietate.

CAP. IIII.

ACcedenti à Mephiti versus vrbem Nolam per duo millia & quingentos passus, duæ partes agri, qui in eo angulo est, obtusæ sunt: quarum altera vergit ad Abellam montem: altera ab occasu hyberno est. illa vacat arboribus omne genus, atque arua sola sunt, ac interdum palustria, eadem verò frumentariũ ac leguminum omnium feracissima tum, quum palus aquis non exundarit, ac vomeri copiam sulcandi fecerit: altera pars omnis nemorosa est, quercis præsertim densissimè exurgentibus, quæ plurimum palustris est maxime hyberno vernoque tempore. Contra verò si quis ab angulo Vulturni venti, qui huic oppositus est, vt antea diximus, per tantundem tractus accesserit versus vrbem, campum quoque vtrinque arboribus vacantem videris, non lapidosum, sed terrenum vomerique aptissimum, non palustrem, sed siccum adeo, vt fodientibus etiam puteos aqua non facile occurrat, nisi ad viginti passus descenderint exeauando. Omnis ea plaga quoque, vt luto hyeme, ita æstate puluere caret. herbida quinetiam semper est, pabulique ac omnis generis frumenti fœcunda. nobis verò pueris is angulus duas quoque habebat partes, alteram, quæ spectat Vesuuium, quæque perpetuum nemus atque quercetum erat densissimum: alteram, quæ spectat cornu Sarni montis occidentale, quæ campestris erat, vt dictum est. idem verò angulus tam hisce quam superioribus temporibus planum Palmæ appellatus est, non eo, quod ager sit possessio Palmæ oppidi, quod in monte Sarno exiat: sed quod oppidi illius prospectu subiaceat. Hoc ipso campo primũ delectatus est Alfonsius Aragonum primus, qui Neapolitanis imperitauit, idem auunculus tuus: deinde eius Filius rex Ferdinandus in eodem regno primus. item huius filius Federicus rex, quotannisque verno tempore eorum quisque aucupatum eo veniebat. nam cæteris anni temporibus campus concedebatur omnibus, bobus, equisque solis ad pabulandum. Aucupium erat milvorum aquilarumque, quod hoc pacto agebatur in medio campo. Milvum aquilamue aliquam alto volantẽ per carnis humi sparsas, aut etiam vtarum nidores prius alliciebant, vt aliquanto propius terram deuolaret. Nam vbi ad quinquaginta passus abesse humo aquilam aut milvum vidissent, tum hieraces, quos falcones sacrosque vocant, ad id edoctos soluebãt, ternos scilicet aduersum singules milvios. sacri verò diuersum primo volitabant ascendendo ita, vt crederes auersos a milvio abituros: atque à domino fugituros: deinde reuertebantur ad milvium, & sursum summo nisu petentem: sed non redibant, nisi superiores illo se esse vidissent. At vbi supra redyssent, tum ab alto impetum faciebant in milvium, inque ipsum subiectum inuolantes alter post alterum, ea cursus temporisque mensura se regentes, vt secundus nondum percussum descenderet, ni qui prior percusserat, cecidisset reuolando ascendere. milvius contra interdum subuolando vitabat. inuolatum superioris hostis, interdum sursebatur: qui etsi aliquãdo dexteritate quadã & volandi vi post longissimam altissimamque pugnam euadebat, frequentius tamen non potens tribus hostibus deinceps inuadentibus obsistere, tandem capiebatur ab vno atq; altero sacro, ac ex tribus ipsis, duobusne, aliquando omnibus veluti globus factus deuolsebatur humum versus. quibus cadentibus statim auxiliabantur equites celerrimi ad idipsum parati, atq; assidue subtercurrentes auibus pugnantibus. hi itaq; milvium capiebant, ac fractis eius alis, collo, & tibys raptandã libertatem aliquantisper sacris exponebant, sinebantq; deinde scisso illius pectore cor extractum cum sanguine etiam dissiliente alteri sacro vorandum præbebant, cerebrum alteri, tertio medullas. Hac pugna rapacium auium adeo delectatus est quisq; regum, quos diximus, vt sæpenumero in eo spectaculo diem totam insumpserit: atq; vt creberrima deinceps pugna spectaretur, vsq; ad trecentos sacros domi aluit. Quinetiam vt campus foret amplior ad cursum q; equitum liberior (Nam longum tractum sæpe præteruolant aues pugnando) totum vicinum campo nemus Ferdinandus extirpauit atq; consumpsit, idq; vsq; ad radices Vesuuij usta, vt nemus in similem campum abierit. Nunc verò vbi aucupia ea summota sunt, omnis campus aruum est, & aratro facile scinditur, frumentiq; omne genus ferax. Idem quinetiam angulus atq; alter, qui è regione est, non est possessio Nolanorum ciuium. Regulorum enim est: quamquam vsus per solutam partem fructuum quartam concessus est ciuibus. reliqua verò campi pars, quæ inter hosce angulos patet, in qua media vrbs ipsa sedet, consita est arboribus: qua quoquo angulorũ versus protenditur ab vrbe ad bina millia passuum, atque tam eius diametri, quæ ab ortu æstivo ad occasum hybernum, quam quæ ab ortu hyberno ad occasum æstiuũ porrigitur, mẽsus quatuor ppe milliũ passuũ est. Cẽsiti igitur agri huiusmodi pars altera coryleta cõtinet.

hæc

hac ad meridiem occasumq; in extimo agro sita est. ac ab occasu verno incipiens procedit adusque occasum hybernum, atque ab hoc discedens per meridianam agri oram ambit arboreta, quoad ortum hybernum perueniat. Est ea corylorum pars longitudinis quidem quatuor millium passuũ, latitudinis vero ad mille: sed in eiusmodi coryletis nec sementis quidem alsqua fit, neque vites seri recte possunt. Auellanae hastatum crescit, quasi ex eadem radice aut cespite eodem complures hastæ in orbem exeant, quæ ad vicenos quinos pedes crescendo extendi solent. harum mediæ erectæ stant: quæ vero in ambitu oriuntur, terrã propius sese demittunt. Proinde sub eis magnam iactant vmbrã, quæ sementem perdit: vitem contra tolerare nequeunt, quæ inclinantur: quæ vero in medio cespite erigũtur, densitate sua cultum vindemiamq; supprimunt. Altera vero pars, quod reliquum agri est, arboreta continet: sunt autem hæc loca, quæ etiam Nolani arbusta vocant, parte maxima populis, minore vlmis, minima quercis in quincuncem distincta. omnes tamen hæ arbores in magnam altitudinem grandescunt: quibus adiunctæ ac maritæ vites scandunt quoad cacumina illarum superarint, atq; exuperantes ab ramis pẽdeant. Quamobrem racemi alte pendentes melius sole coquuntur, atque vindemia tempore scalis lõgissimis adhibitis commodius colligunt arboreta: quinimmo præter arbores vitium sustentatrices etiã inter antes habent malos, sorbos, mespilos, cydonios, piros, iuglandes, atque hisce similes. Solum præterea horum arboretorum quotannis vomere scinditur, atque sementem recipit cuiusque generis, acceptamq; cumulatius reddit: quamuis ab vmbra arborum imminentium aliquantum lædatur. Eorundem item arboretorum quæ iacent ad meridiem, inter vrbem atque coryleta, debile ac tenue, sed odorum vinum ferunt: quæ vero ad ortum hybernum versus Sarnum montem, subtilia atq; alsquanto austeriora: ad septentrionem autem vergentia, præsertim quæ à radicibus collis Vesciani per Tophinum pagum (cœmeteriumque procedentia vsq; ad paludes, vina odora, plena, validaque gignunt. Ea vero quæ sunt ad ortum vernum inter collem Gecalam atq; vrbem: item ea, quæ ad occasum vernum iacent, vina ferunt mollia atque aquea. Sunt item vina Nolana, etiam colore variantissima: alia enim sunt nigra: alia rubra: alia rosea: alia hyacinthina: alia aurea: quædam lutea: non nulla pomea: quædam vt aqua candida. Sunt demum hæc arboreta coryletaq; omnia possessa à Nolanis atque paganis: exceptis perpaucis, quæ regularum sunt, veluti priuatos ciues decentibus.

DE COLLIBVS GECALAE deque nomine ipso atque Vesciano.

CAP. V.

IAm de planis agri partibus dictum est, superest vt colles recenseamus: qui nullis alij sunt in agro Nolano nisi Gecalani. hi igitur duo sunt occidentalis & meridianus, coalescentes tanquam ad angulum vnũ-

A que, quem iacentem ad ortum vernum Nola spectat. is vero angulus secedit ab vrbe mille fere passibus. Duorum autem collium eorum meridianus, recta procedit ab ipso angulo per sex milia passuum versus ortũ vernum, quousq; Sarno monti connectitur. Veruntamen finis Nolanæ possessionis in eo statutus est ad Marciani turrem ita, vt pars, quæ à Nolanis possessa est, præstantior sit. non enim hac pars vallem claudit cũ Sarno monte, veluti reliquus collis: quamobrem dextera eius iuga soli post ortum, meridianoq; atque post meridiano patefacta. Alter vero Gecalanus collis ab eodem angulo proficiscens, inter occasum æstiuum & arctum, ad mille & quingentos passus, ad usque pagum Casamarcianum excurrit: iuga eius læua antemeridiano soli, meridianoque, atque in occasum inclinanti: dextera vero orienti atq; postmeridiano pandens. Proinde angulus ipsaq; collium curuitas hybernum occasum spectat. (ollis tem occidentalis maxima parte, atq; qua ad arctum vergit, terrenus est: vix n. marmora in eo vides, idque vel in cacumine, vel in iugis: meridianus vero quique in ortum excurrit, atque ipse vncus marmoreus est, præsertim circa verticem: rursus terrenus, idq; per iuga atque radices. & ille placide exurgit, raroque ad quingentos passus: hic vero meridianus frequentius ad mille passus ascendit, est arduus atque circa verticem non facile cultum suscipit. His itaq; Gecala colles parui quidem, ac per breues sunt: verum quo minores eo gratiosiores atque præstantiores, feracitate tanta, quanta ne vllis orbis partibus siue colles, siue campi, siue verruca sint, cedant. In his enim Bacchi vis maxima est. vina n. dulcissima suauissimaq; gignuntur: alia item austera: alia Muscatella vocata: atque præter hæc vina Græca (vt aiunt) quæ omnia alba sunt. cætera rubra pellucida & odoratissima, cuncta preciosa habentur. Olea nusquam generosior liquor. pomorum vt omnia genera: ita nullis secunda. sunt specus, sunt specula, sunt aspectus gratissimi: æstate auras petuas, hyeme asperitatem magna ex parte inuenis, niues, aut gelu, aut pruinas nesciunt hi colles. Quamobrem fructus & flores præcoces quam plurimi in eis veniunt: alij contra serotini vsq; ad hyemem in arboribus integerrimi pulcherrimique seruantur. Citreorum item omnis varietas, prunus, cupressus, myrtus, rosmarinus, atque complures frutices nusquam frondem linquentes. medicarum herbarum ingens numerus. Apibus certa atq; optata mansio: luscinarum, aliarumq; auiculorum vocalitate gaudentium ciuitas in eis collibus esse creditur. Et ne alsquando aures offendat Gecala dulcis, cicadas nullas gignit, aumentq; veluti omnis ager Nolanus etiã ea molestia caret. Demum colles hi non inferioribus gratijs afficiunt incolas, quam quibus stirpes & aues prosequuntur. salubres enim vsque adeo sunt, vt plerique maiores nostri ad centenos annos in eis vixisse compertus sint. ob has itaque partes gratiasque, omnes ea collium regio a Græcis illis, præcipueque Nolanis appellata est γηκαλα, Gecala, hoc est, terra bona pulcraque: qualibet enim in parte tum bona, tum pulcra, tum feracitate sua vtilissima, tum aspectu prospectuq; iucundissima. Oppidum vero, quod in concursu duorum

um ipsorum collium, angulog extructum est, terra A uecto Syricum est, & Sabinianum. Quorum ulterio-
gnomine est. Cecala enim ei quoque nomen est: quā- res incolatu minore, ita Sabinianum maxime frequen-
quam po

quia ampla mansiuncula aliquot, nunc qui vulgus atque rusticam eo tempore habebantur. In ipso autem campo planicie ve, qua Vesuuium meridiemque spectat, est pagus appellatus Sanctus Eramus ab urbe distans ad octingentos passus. deinde pauco tractu inter-

ens nomencl a porta. veram quod Regia aliquanto ab ipsa aberat: iccirco alteram parvam portam huic vicinam regulo aperuere: ne vero duæ manerent portæ, vicina veterē clausere muro, nouam vero reddidere maiorem, cui nomen minutum iam inditum, remun-

Digitized by Google

hac admeridiem occasumq; in extimo agro sita est. ac ab occasu verno incipiens procedit adusque occasum hybernum, ab hinc discedens, non [illegible] A que, quem iacentem ad ortum vernum Nola spectat. is vero angulus secedit ab vrbe mille ferè passibus. Duorum autem callium eorum meridianus, recta procedit

Iam ae planis agri partibus dictum est, superest vt colles recenseamus: qui nulli alij sunt in agro Nolano nisi Gecalani. hi igitur duo sunt occiaentalis & meridianus, coalescentes tanquam ad angulum vnci- lata est γη καλα, Gecala, hoc est, terra bona pulcraque: qualibet enim in parte tum bona, tum pulcra, tum feracitate sua vtilissima, tum aspectu prospectuq; iucundissima. Oppidum vero, quod in concursu duorum

um ipſorum collium angulo extructum eſt, terra cognomine eſt. Gecala enim ei quoque nomen eſt: quãquam poſteritas mutatis literis, & Cecalam & Cicalam appellauerit, ſicuti hodierni Nolani appellant. Horum autem collium pars à Regulo vrbis, pars à Nolanis, pars à Gecalanis ciuibus poſſeſſa eſt. oppidum vero ipſum ſolius reguli eſt. Legitur autem apud Stephanum Veſcia vrbs fuiſſe antiqua Auſoniæ: & vt quidam arbitrantur in Samnio: à qua, quum eſſet deleta, videntur quædam reliquiæ ciuiũ tranſmigraſſe in eam vallem, quam ad ortum facit collis Veſcianus, qui à Gecala proficiſcens verſus Abellam extenditur, atq; in eo oppidum ſtruxiſſe, ipſumque feciſſe oppidanis cognomine, Veſcianum appellantes. Eſt autem hoc oppidum in confinibus Hirpinorum & Campanorum. Collis vero Veſciani fere gratias omnes conceſſit collibus Gecalæ. eſt enim obſcurus & vmbratilis: quippe qui eo prope vertitur, vnde vix occiduum & inclinantem ſolem excipiat. Nam qua Gecalam attingit, aliquam parit vtilitatem, oleas præſertim per ſaxa producens atque fouens.

DE OPPIDO PAGISQVE, atque cæteris quæ in agro Nolano erecta ſunt.

CAP. VI.

OPpidum vnum ac pagi complures, qui nunc in agro Nolano extant, hi ſunt. Namque in collium vnco Gecala oppidum circunſpectatur. hoc primum à Nolanis ædificatum eſſe, credere licet: ſimul propter belli occaſiones (imminet n. vrbi Nolæ locus is) ſimul etiam propter commodiorem eorum collium cultum. Nolanos vero aliquos eo habitatum aſcendiſſe veluti in coloniam quandam, indicio eſt illud, quod ab antiquo tempore ad noſtram vſque tempeſtatem in vſu Nolanis eſt. Quum n. matrimonia nuptiæ ve ſanciuntur, pactaq; & dotes ſpondentur, illa more antiquo Nolæ atq; Gecalæ rata ſeruari oportere exprimuntur. quod proprium eſt ſummæq; coloniarum. Hoc autem oppidũ ſuperioribus temporibus grandius fuiſſe, reliquiæ ædificiorum ac murorum oſtendunt: nunc vero pauculas caſas circa arcẽ retinet eaq; muro ſeptas. ſolitudinẽ atq; pudis videntur feciſſe oppidani, qui alia loca relinquẽtes ad iuga, radicesq; collium habitatum deuenere: idque ob meliorem locorum conditionem, præſertim, quum etiam campos colere placitum eſt. commodius enim & colles & campos colunt, qui inter vtroſque habitant. Quamobrem ſub vnco ipſo atque colle meridiano per radices paſſim incolunt Gecalani pagos multos ſurgentes. Quorum primus ſub vnco ipſo eſt Sanctus Paulus nuncupatus: deinde Leber: ac Lebers: viterſus vero Bardi. Nam vt eorum nomina pluratiua oſtendunt, plures villæ fuere: atq; eorum, qui aliqua ratione liberi atque egregij, item qui bardi atque ruſticani eo tempore habebantur. In ipſo autem campo planicie ve, qua Veſuuium meridiemque ſpectat, eſt pagus appellatus Sanctus Eramus ab vrbe diſtans ad octingentos paſſus. deinde pauco tractu interuecto Syricum eſt, & Sabinianum. Quorum vti priores incolatu minores, ita Sabinianum maxime excellit. Quinetiam prope Syricum ac ab occaſu hyberna veſtigia ſunt magni pagi iam deleti, qua Centuria appellabatur, quæq; nomen loco, atq; veſtigia pauca adium reliquit. ab occaſu vero pagus nullus extat. Ea vero pars agri, qua vergit ad arctum complures pagos continet: vt Cœmeterium templum iam memoratum atque cognominem pagum: vlterius vero Campaſanum, Fabianum, ac verſus Veſciani collem Tophinum, Vineolam, Gallum, Comitianum, Cotinianum, Reſinianum, Ponticulum. Sub colle vero ipſo Pedemontium, quod prope deletum eſt: atq; ad valiẽ Gecalæ, Caſam marcianam. Præter hæc in iugo Gecalæ occidentalis templum eſt diuo Angelo dicatum, cũ cœnobio ſacerdotum præcepta diui Franciſci ſectantiũ, atque inter hoc monaſterium & pagum Sanctũ Paulum ſub ipſum oppidum Gecalam ad ipſiſque radices collis, fanum extructum eſt, ac Diuo Ioanni dicatum, cognomento Caſcum (caſcum enim Nolani ſaxum magnum vocant) quaſi de monte caſum: fanum n. ſuper ſaxo erectum eſt. complura quinetiam ſacella huic ſimilia paſſim per omnem Nolani agri plagam licet videre. At vero inter Caſcum ac memoratum Franciſci monaſterium extat quaſi ſubterranea porticus, antiquum opus, quam cryptoporticum architecti quidam vocant: quæ ad voluptatem nunc repore nunc frigore captandam extrui ſolebat: non publica modo publicoq; ære: verum etiã vt quiſque amabat, ære priuato ſibi ædificabat. Colle etiã ſub ipſo lapidicinæ marmorum videntur fuiſſe, vnde abſciſſa creduntur cæmenta, quæ ad conſtruendum adiecta ſunt amphitheatrum.

DE MVRIS, POMOERIIS, promurali, foſſa, portis, & aggere præſentis vrbis.

CAP. VII.

TVetur ſe noſtra hac tempeſtate Nolana ciuitas muris, pomœriis promurali, foſſa, portis, atque aggere. murus eſt latitudinis quinq; fere pedum, altitudinis v. xx. idẽ diſtinctus eſt frequentib. turrib. quadratis terna latera extra murum exerentibus, interq; ſe diſtantibus per octogenos pedes. quas vero turres ſupra portas, aut in concurſu murorum angulo ve, extrus contigit, hæ cæteris ſunt excelſiores. atq; nomine proprio ſunt inſignes. Quinetiam in hoc muro quatuor portæ patent binæ binis auerſæ, atq; ſingulæ ſingulas cæli plagas ſpectantes. ad meridiem n. Veſuuiumq; prima verſa eſt, qua Vicancius appellatur. is n. locus in vrbe veteri videtur fuiſſe vicus Anciorum: vnde attendit vicus Ancius atque Vicancius. Altera porta ſpectat occaſum vernum, cui nomen eſt Portellum. Nam in eodem muro occidentali erat porta antiquior, cui nomen erat porta. verum quod Regia aliquanto ab ipſa aberat: iccirco aliam paruam portam huic vicinam regulis aperuere: ne vero duæ manerent portæ, vicina veterẽ clauſere muro, nouam vero reddidere maiorem, cui nomen minutum iam indutum

remun-

remansit. claudendi veterem portã etiã hoc causa fuit. Namque via, qua per eam ferebat, magna aqua ex vrbis stillicidijs collecta defluebat, quæ adeo illam excauarat fluendo, vt in fossam prope descendere redacta sit. Qua prore portam ineptam transeuntibus reddstam clausere. Tertia porta spectat arctum ac montem Abellam Vicancio auersa. hæc appellata est Samuelis à custode vel vicino id nomen assumens. est n. familia ciuium Samuelium. Quarta ad ortum vernum versa est, ac occidentalem Gecalà collem conspicit: eadem Portello auersa. nominata autem est Cortesella: videlicet à malo. Namque Cortem Nolani vocant tum domus cauedium, tum magni viri domum. fellum vero hominem appellant, qui felleus prauus falsusque est. in quo itaque loco porta statuta est, domus aliqua egregia quidem, sed pranorum dominorũ fuerat: qua deleta & loco & portæ nomen id ipsum reliquit. atque à posteris seruatum simul ad infamiam facti, simul etiam vt qui infamari metuunt, caueant malefacere. Murus item à Vicancio procedens versus occasum æstiuum, per parum in vrbem incurrit: primumque angulum ac foris cauum facit. in quo turris præstans est, appellata Pinus: quod intra vrbem vicina ei pinus altissima stabat, quam etiam vidimus. ab hoc angulo exiens murus ad occasum vernum procedit quodam tractu vsque ad angulum: quem claudit cum muro occidentali recta veniente ab arcto. In quo angulo turris enim appellata Rotunda, quod magna ac ea figura est. spectat hæc turris occasum hybernum, atque prope media est inter duo amphitheatra. Item murus occidentalis ab hac turre proficiscens vsque ad portellum in quo turrem habet nominatam à Portello: deinde recta procedit quousque facit angulum cum muro occurrente ab ortu. In quo angulo turris extat vocitata Quinque pontarum; q angulosa turris erat. pontam n. a pungendo angulum omnem appellant. arcticus vero murus ab hac turre exiens in ortum vernum vsque ad portam Samuelis tanam, in qua turrẽ habet aliam nominatam turrem Samuelis: deinde paulo etiam recta procedens, angulum facit cũ muro occurrente ab ortu fere hyberno, in quo angulo turris est appellata Prioris, q eis subiacent ædes Prioris. Prior autem is intelligitur sacerdos, qui præfectus est monachorum Annunciatæ: cuius templum ac monasterium est in iugo collis Vesciani, quod Casamarciana pago imminès. ab hac item turre murus excurrens in ortum fere hybernum recto atque longo tractu quousque facit angulum cum muro occurrente fere à Vulturno vento. in eo angulo turris est Masseorum, quod illorum domus ei turri subiacet. abeo vero idem, qui occurrit, murus breui tractu progressu attingit murum venientem prope à meridie, atque in concursu turrem habet Comunorum appellatam ab ædibus illorum. Ab hac item exiens murus recto ac longo progressu vsque ad Cortesellam portam peruenit, in qua turrem habet nuncupatam à porta. Item vltra portam hanc ipsam exiens parum declinat ab austro, atque breui spacio, quousque angulum facit cum muro veniente fere ab Aphrico, ac in eo turrem sancti Spiritus habet, quod fanum huic dicatum

A subiacet. ab ea item turre murus progressus versus Aphricum vnde occurrerat, longo recto que tractu obuius fit muro venienti ab occidente prope verno: & in eo concursu turris est Megalderum, quod omnes domus, quæ sub eo sunt angulo, eiius familia sunt. à Megaldina turre procedit, qui dictus est murus ad occasum vernum recto ac longo spacio, quoad ei fit obuius murus ab occasu prope æstiuo veniens, angulumque cum eo claudit, in quo turris est Scrignariorum: quod vicina est domus, quæ eius familia fuit. ab hac demum B turre paruo tractu murus proficiscitur ad fossam vsq; arcis. arx n. inter hunc murum atq; portam Vicancium interiacet. Citra vero murum omnem vrbis pomœrium est ad XV. pedes latum, quare nulla domus pacto aliquo attingit mœnia. vltra quoque mœnia alterum est pomœrium aliquanto arctius, quod inter murum & promurale procurrit. promurale vero altitudinis est decem fere pedum: latitudinis duum, inter binas quasque pinnas habens interualla singula: à fundamento etiam promuralis erisma demittitur in C fossam vsque ad aquam ita, vt tegat internum fossæ latus, atque promurale suffulciat. quod erisma cum promurali, verbo nouo Barba canis appellatur. In eo quinetiam promurali propugnacula quadam prominent. sunt hæc ipsa turres veluti trilatera meta inuersa. namq; angulum solum exertantes, conum vsq; ad imã fossam demittunt. Turrium autem harum trilaterarium singula inter binas murorum turres respondent spectantiq;. In angulis vero huius promuralis, turres sunt rotundæ. Promurali quinetiam subiacet fossa D alta ad x. pedes, lata ad quindecim, cuius latus externum terrenum est, non vlla anteride, quam scarpam vocant, munitum. vltra fossam agger extat latitudine x x. pedum, altitudine supra naturale solũ sex pedum: super quo via est, fossam vrbis omnem ambiens. Verum vltra aggerem occidentalem forum Boarium patet longitudine centum, latitudine vero quindecim passuum. vltra verò cæterum aggerem horti atque olitorij campi dilatantur, qui multo spacio patentes amotis altis arboribus, omne genus ambiunt vrbem: quanquam in foro Boario quod ante Portellum est, Tiliæ aliquot ordine digestæ extant, quæ ab Vrso sunt satæ, vt sub vmbra possent mercatores pacisci. fossa itaq; vrbem ambiens facit, vt ponte sit opus ante portam vnamquamque, vt in vrbem fiat ingressus. structura autem murorum ac turrium non ex quadrato est lapide, sed è ruderibus nouis tophi atque intrito confecta.

DE ARCE NOLANA.

F

CAP. VIII.

ARx erecta est inter portam Vincancium atque murũ extremũ, qui ab ortus plaga adusq; fossam arcis protenditur. Est insula quadã quatriquetra, cuius latera singula ad octogenos pedes longa sunt, quanque undiq; circundat fossa altitudinis x x. pedum, latitudinis prope totidem: excepta meridiana parte, qua arctior quam cætera est, erismatis & anteridibus

utrinq;

utrinque firmata: qua ab imo ad summum exurgentia terram lateraque defendunt, ne fossam ruendo compleant. In insula vero sunt quinque turres rotundæ, quarum una cæteris maior in media insula extat, ambitu (XX. pedum, altitudine totidem. Ferunt eam fuisse altiorem quadraginta pedibus cum pinnis mœnianis super mutulis stantibus: sed ab Vrsō Vrsino minutam ea celsitudine fuisse. In imo turris huius carcer est, in quem per ostium, quod in prima est testudine, sontes demittuntur, retinenturque quoad causam dicant, atque pœnas dent. Quatuor vero turres reliquæ minores sunt, hærentes singulæ singulis insulæ angulis, exurgentesque ab ima fossa quousque supra solum ad quadraginta pedes extent: circuitus vero earum ad LX. pedes est. harum quælibet super mutulis pinnas mœnianas ac propugnacula habet: inter binas vero angulares turres paries ductus est latitudinis quatuor pedum, altitudinis paulo minoris quam turres. à quo media turris abest quindecim fere pedes. Duo arcis ostia sunt, alterum ad meridiem, quo itur extra urbem: alterum vergit ad arctum, quod ab arce in urbem ducit, atque ponte erectis gressus in arcem utrinque fit. ambo quinetiam ostia velut in semiturribus quadratis sunt aperta: quarum summitas expositis mutulis propugnacula habet. Quinetiam ultra fossam meridianam arcis, altera insula parua est in speciem hemicycli figurata, cuius curuatura & umbo exterior est: frons vero e regione iacet ostio arcis. hæc etiam circumdatur à fossa simili continuaque cæteris arcis fossis, ab ima vero fossa exurgit crisma quousque extet XVI. pedibus supra solum: idque in curuatura ipsa umbonis. Namq; in fronte crisma supra solum non exurgit: umbonis vero ambitus est ad LX. pedes. Est hæc velut semiturris tanquam præmurale: quod ante ostium arcis externum erectum est. ab arce itaq; ad hoc præmurale ponte erectis transitur. In arce semper est præfectus a regulo, quem castellanum appellant. Ex quibus iam liquet vrbis præsentis principem partem atque caput hoc in loco esse.

A

B

C

D

E

F

DE REGIA.

CAP. IX.

ANtiqua regulorum domus ad portam eam vrbis erecta est, quod Portellum appellatur, vt dictum est. Verum ea principum domus regiaq; non scindit vrbis murum altera parte intra, altera extra vrbem manens, velut arces extare ancipites solent: sed vniuersa intra vrbem comprehenditur, tanto a muro portaque secedens, quantum internum pomœrium semel atque iterum patet. Regia itaque ab occasu, pomœrio: ab arcto area longa, in quam Portello intrantes, recipiuntur, ab ortu atq; meridie hortis cingitur. Hæc autem sub Raimundo Vrsino atque regulis superioribus, ita seculo ferente, abiecta erat atque structura vilioris. Sub Vrsō vero Vrsino, qui domi militiæque vir fuit illustrissimus, magnificentius ædificari cœpit: idque nostra tempestate. Vrsus n. diruto fere cunctis ædificijs veteribus domum quatriquetram erigere aggressus est cuius arctici latus longitudinis est ad XXV. passus: orientale vero prope par est. sed opus inchoatum reliquit: ea autem latera, quæ finem sunt consecuta, altitudinis sunt fere duodenum passuum. Fabrica autem cæteri parietes tophacei sunt: paries vero septentrionalis solus ex marmore quadrato est cōmissus, exceptis fundamento ac parte eius interiore. Fundamentum enim totum est tophaceum: parietis vero facies exterior marmorea, interior vero tophacea constat: quod forte quadam euenit. Mens erat Vrsō fabricam omnem ex tophis conficere, ignoranti multitudinē marmorum, quæ in fundamentis amphitheatri latebant orientalis. ergo iacta sunt regia fundamina ex tophis, auctaq; quousque solo terra aqua esse videbantur. Interea vero aliqua effossa sunt marmora in amphitheatro, vt illis regia anguli firmarentur: at effossa effodientibus alia subesse marmora patefecere: quamobrem tot effossa sunt, vt eius parietis tres ordines ex eis marmoribus, non modo anguli, erecti sint supra fundamenta. Res cœpit apparere magnifica vsque adeo, vt Regulo auctus sit animus erigendi modo eo parietem, quoad marmora suppeterent. Cui amphitheatrum tot præstitit, quot non modo totum parietis altitudinem atque angulos regia pilasque moulias & bases atque coronamenta omnia conficere: sed innumera quoque potuere superesse. at vero vbi visum est id opus expediri, omnes, qui fabricam eam ab initio norat, iudicarunt illum parietem breui decisurum: quod tophacea fundamenta nequirent diu tolerare tot immensa marmorum pondera, atque in tantum altitudinem erecta. In eodem pariete ostium marmoreum est: atque supra ostium statua ex marmore Pario Vrsiregulis: in pariete vero meridiano alterum est è regione apertum ostium, quod in hortos ducit. Fabrica autem abusque mediocritate fere lateris occidentalis incipiens ac procedens versus arctum, vertensque ante arctum, deinde vertens ante ortum usque ad mediocritatem orientalis lateris, finita est ita, vt tectum etiam sit indepta: sequens vero usque ad ostium meridianum iam dictum, inchoatum opus est. in hac enī inchoata parte sola sunt cœnationes testudinibus altis validisque contecta: quæ velut primam contignationem præstitere: reliquus vero regia angulus, qui occasum hybernum spectat, vetusta illa ædificia etiam retinet. quod euenit, bello Hetrusco Vrsum trahente. Rex Ferdinandus enim cum Florentinis bellaturus in Hetruriam misit Vrsum ducem exercitus: is inibi contractis torminibus Viterbij ægrotans hominem exuit: nec fabricæ deinde quisquam vnquam quicquam adiecit.

DE PORTICV NOLANA atque viis vrbis.

CAP. X.

IN media vrbe tethredra quædam extat, quod Segium vocant a sedendo. mihi vero non tethredram hexedramue: sed porticum licet appellare. figura est

Digitized by Google

quatriquetra: ac altera longitudinis est quinque passuum, altera latitudinis pedum XX. altitudinis vero ad tres passus. extenditur autem ab ortu versus occasum vernum. Huius latus occiduum atq; arcticum solidus paries est. Lateris vero meridiani sinistra pars paries quoque est, dextera vero arcu ducto adaperta est. Latus autem orientale est solus arcus: sed vterque arcus altero earnu super vno eodemq; capitello columna firmantur: quae in angulo, quem ipsi concurrentes arcus terminant, sola extat. hac alta est ad X. pedes. tegitur autem porticus testudinibus duabus medio intercedente ac longitudinem porticus secante: cacumen plateis coronariis circunductis finitur. Quare ab ortu toto & à dimidiato meridiano porticus aperitur, totaque intus videtur, catera clauditur. Neque viis ambientibus aquum pauimentum habet: sed altius adeo, vt sex gradibus ascendendum in ipsum sit. Intus autem ambitu toto sedilia solummodo eriguntur: qua diuiduntur à duobus, qui in ipsa scandunt aditibus: altero sub medio arcu meridiano: altero sub medio arcu orientali: qui aditus sunt latitudinis ternorum pedum. Viarum autem vrbis duae sunt principes: altera à porta Vicancio ad portam Samuelinam extensa est: altera à Cortesella ad portam antiquam, qua nunc clausa est, protenditur. Sed harum Vicanciana est nobilior. à capite n. principeque vrbis parte, qua Vicancius est, exoritur, atque eò hospitum aduenarum viatorumque transitus hac ipsa fit. domus quinetiam meritoriae fere omnes atque nobiliores via huic adiacent. hae vero principes viae duae sese concidunt sub porticu eo modo, vt illius columnae basis coronaque prematur ab angulo ipso viarum, qui ad occasum aestiuum vergit. Neque rectà procurrunt hae vie. Nã praesertim dextrorsum sinistrorsũq; serpentes, partim recte procedunt. Ex quo licet coniectari: praesentem vrbem, non vt diuisa: sed vt rapta fuisset, ita edificatam esse. Neque edificiorum viarumue ratio & ordo habitus est in edificandi principio: sed lubentia & propria cuiusque commoditas antecellit. Praeter autem has vias celebrantur aliae duae, non vt principales, sed secundo loco praestantes, quae à meridiano pomerio exortae versus arctum sulcando vrbem protenduntur eadem secant viam principem, quae à porticu ad Cortesellam portam excurrit. Verum earum duarum altera, quae orientalior est, paulo citra turrem Megaldinam exorta, anteque fanum Seruatoris procedens, ad murum pomeriumque septentrionale pertingit ita, vt sinistrosum, parumque distantem turrem prioris habeat. eadem item medio curriculo viam Cortesellanam incurrens de transuerso secat: atque angulo, qui vergit ad ortum aestiuum, sacellum sanctae Mariae Noue concipit. ab hac vero sectione adusque murum arcticum ipsa via ampla rectaque patet, quae Casale nouum appellatur. Altera vero huius socia ac non principalis via à turre Scrignariana, quae prope arcem extat, incipit, principio parum obliqua: deinde ampla & recta procurrit, ac viam Cortesellanam etiam incidens secat paulo inferius sectione antedicta, atque in

A angulo huius sectionis, qui vergit ad occasum hybernum, erectum est fanum diuo Paulino dicatum. Deinde versus arctum serpens per quinquaginta passus finitur, inque eius fine monasterium obtinum fit virginum, quod Collegium appellant. Est insuper tertia ac non principalis via, quae non ab Austro ad Arctum vt illae: sed ex transuerso ab occasu versus ortum excurrens. hac enim initium sumit à pomerio, quod inter portellum ac turrem quinque pontarum interiacet: primumque recta, deinde parum obliqua procedit, secatque viam Vicancianã, quae inter Porticum est & portam Samuelinam ita, vt absit ea sectio à porticu triginta quinque passus, habetque in angulo, qui vergit ad occasum aestiuum, emporium extructum complurib⁹ pilis arcubusque tum in ambitu tum in solo ipso, quod non fornice sed contignatione tectum est: qua docana hoc est susceptorium appellatur. in angulo vero, qui ad occasum hybernum vertitur, templum Felicis in platea erectum est. eadem deinde via XII. passus B procedens paulum extumet, Macellumque inibi à sinistra ostendit. extumet autem quod fundamenta & reliquae templi ac basilicae diui Felicis Iunioris, quae vsque eo extendebatur, vt diceretur inferius, extuberant eo in loco solum. Superato vero hoc solo serpens procedit eadem Portellana via, incurritque in extremam viam, qua ab austro & à turre Scrignariana venire memorata est, atque angulum vnum cum ea facit. non enim se scindunt, nec praetereunt. Cuius angulo regione monasterium est Virginum, vt dictum est. Verum ab eo angulo viarumque earum C concursu angiportus quidam deriuatur, qui per anfractus per breues versus ortum vernum procedens in Casale nouum erumpit. Catera autem vrbis viae veluti riuuli sunt ab hisce, quae dictae sunt, defluentes, atque insularum sectiones, & vicinia sunt: excepto pomerio interiore, quod sub moenibus perpetuo procedens tanquam Oceanus cunctas vrbis vias gignit & ambit. Harum quinetiam viarum aliquae strata marmore spectantur: quae marmora Nolani vocant D silices. Ea enim quae à Vicancio ad Samuelis portam tenditur, strata tota est: qua vero à Cortesella venit quousque scindit Vicancianam viam sub porticu, atque paulo vlterius, ea omnis strata est: catera vero, quae adusque portam clausam, quaque Clara stella vocatur, silice vacat. Quinetiam adiectuarum viarum atque non principalium ea pars, quae inter sacellum sanctae Mariae Noue atque fanum Seruatoris interiacet, strata solum modo est. Item ea, quae à sacello Seruatoris versus Cortesellam E vertitur, donec cum porta huius via iungitur, silice contecta est. Contra vero quae à Portello ascendit vsque eo, vbi Vicancinnam secat sub docana, strata perstat: catera silice caret. eadem via quae à Portello tenditur, antequam Vicancianam attingat, ramum sinistrosum producit, qui docanam ab occasu ternus inans reuertitur serpendo versus occasum aestiuum: quoad in latus tẽpli Francisco dicati incurrit: is ramus silice stratus est.

F Item

Item Vicanciana statim in urbem intrans ramum dextrorsum findit viam Scrignarianam usq; procurrentem, qui marmore tessellatus est, quique nostra vicinia est. Eadem insuper Vicanciana citra portam Samuelinam, ultra vero parietem antiquum, alterũ ramum dextrorsum derimat pomœrium usque protẽsum, qui quoque stratus est: reliqua vero via omnes silice atque stramento marmoreo omni vacant.

DE BASILICA VRBIS principe & Episcopio.

CAP. XI.

SInistri via primaria sese rectis sectione concidentes in angulo, qui vergit ad occasum æstivum à duobus lateribus porticum ambiunt: Ita in altero angulo, qui vertitur ad ortum æstiuũ insulam quandam claudũt ab occasu quidem Vicanciana, à meridie vero Cortesellana. sed tamen Vicanciana recta procurrens à Porticu ad usque alteram sectionem, quæ sub Docana sit curriculo XXXV. passuum: Cortesellana vero ab eadem porticu recta procedens usque ad sectionem fani Paulino dicati, tractu passuum quinque & quadraginta. Eandem quinetiam insulam ab arcto claudit via Portelli, quæ à Docana usque ad angulum, cui Collegium monasterium hæret, procedit mensu quoque XXXXV. pass. ab ortu vero claudit via Scrignariana, quæ ab hoc angulo adusque sectionem Diui Paulini protenditur, curriculo quadraginta fere passuum. In hac itaq; insula templum vrbis maximum primũque extat, Diuæ Mariæ nunc dicatum, quod Episcopium vocant: aut q ipsi templo Episcopium, hoc est Episcopi domus hæret: aut quod in eo sacra facit episcopus. verumtamen verbum id diuersa pronunciatione à Nolanis quam à cæteris Latinis profertur. hi n. episcopium cum accentu in antepenultima Latina facta dictione pronunciant. Nolani vero Græcam & peculiarem loco vocem seruantes cum flexo in penultima proferunt. Tempore autem Diui Paulini dedicatio templi fuit Dominedio. deus n. tũ Dominedius vocabatur: quod verbum in ore iurantium ac inuocantiũ deum usq; ad nostra tempora seruatũ audimus. Præter hæc ædis huius si nõ figurã sed sacrificia spectaueris, templum appellare conuenit: sin vero figuram non sacrificia, basilicam potius dices. basilica enim ædes oblonga quadrangulaq; est, altera tanuam, altera è regione cellam, vel dicas hemicyclum habet. Neq; quoq; certa basilica est: nam inter ædem & cellam transuersa interiacet altera oblonga ædes, quem titulum appellant. Quamobrem hæ duæ ædes figuram T. litera præsentant: cui si cellam superaddideris, tunicam cum cucullo ac extentis manicis fixeris. Neq; in hoc templo hæc memorata solum reperiuntur: sed etiam hæc ipsa tanquam cum capite tunica additas continet duas alias basilicas, titulo eodem discriminatas à cellis: quarum ædes, mediam iam dictam maiorem edẽ utrinq; adiacentes continent: cellæ vero circa cellam maiorem locantur. Quoniam vero totum ædificium templum ve constat ex cellis ædibusque: quæ partes sunt ba-

A *silica non templi: basilica potius appellanda est quam templum. Sunt itaque huius basilicæ septem partes: tres quidem ædes pari longitudine, sed media amplior cæteris: quarum media appellatur media ædes, à recentioribus vero Nauis: altera laterales ædes, nunc ala dicuntur. quarta pars est ædes transuersa his tribus, quibus & ipsa aliquanto est brevior, vocaturque trabs sine titulus. Quinta pars est Hemicyclum sive cella maior, quam tribunam dicunt, debentes dicere tribunal. qua in altero tituli latere est è regione mediæ ædis respondens, sexta septimaque sunt duæ*
B *cellæ minores vtramque alam è regione spectantes, ac in eodem latere tituli, in quo maior cella est, posita mediam cellam circunstant, siquando titulus altero longiori latere ac occidentali capita ædium trium terminat: in altero vero orientali huic æquè distantis cellas tres habet, sive tribunalia dicas. basilica autem longitudo pates à pariete ianuarum adusque curuaturas cellarum: latitudo vero ab externo pariete dextræ alæ ad externum sinistræ ca-*
C *put basilicæ est titulus atq; cellæ, præcipueq; cellæ maior: quod ab eis tanquam a capite cætera unitum habent. pes vero eius, paries est, in quo sunt ianuæ. adeum n. terminatur basilica: sicuti ad pedes desinus corpus à capite originem sumens. Quod si parietem ianuarum frontem velis esse, eo quod à fronte est: cellas basilicæ dices occiput atque recessum. Longitudo quoque basilicæ ab ortu versus occasum tenditur: atque pes basilicæ est prope mediam viam Vicancianam: à qua per interiectam paruam are-*
D *am distat: caput vero in insulam penetrat. Est autem tituli longitudo ad XV. latitudo ad quinque. altitudo ad XII. passus. Eiusdem paries occiduus, quo cum tribus ædibus coniungitur, habent tres magnos arcus, quorum medius est alijs maior: per quos arcus non modo transitus amplissimus fit de titulo in alas & nauem: verum etiam idem aer, & eadem innanitas omnium quatuor ædium redditur. paries autem tituli orientalis cellas tres memoratas habet, singulas singulis arcubus præductis è re-*
E *gione iacentes: atque singula cellæ singulas continent aras, sed ara maioris cellæ aliquot gradibus excellit. Quinetiam tituli paries australis in angulo orientali parvo arcu aperitur: per quem transitus fit descendentibus in templum Apostolorum, de quo inferius dicetur. Media autem ædes in longum porrigitur ad XX. passus: cuius latitudo altitudoq; pares sunt titulo. Eius vero dexter atq; lævus paries, quibus distinguitur ab alijs suprema in parte, fenestras multas atq; oblongas continet: in ima vero pilis ac in-*
F *terpilaribus & arcubus magnis æqualibus apertus est: vnde & mediæ ædis & alarum vtrarũq; inanitas & prospectus idem redditur. Alarum vero parietes exteriores solidi sunt, raras solum modo fenestras habentes. Et in eorum, qui septentrionalis est, medio ostium est, quo iter fit in paruam aream: quæ ante fanum diui Ioannis Baptistæ patet. sunt iidem parietes longitudine pares parietibus ædis mediæ, altitudine vero dimidio minores. Eodem modo & ala ipsa sunt longitudine pares ædi mediæ:*

amplitudo vero earum alarum est triente quam media minor. Demum media edes atque ala in pede basilicæ clauduntur pariete uno, in quo tres sunt ianuæ. quarum media multo aliis maior, supra vero maiorē ianuam sunt duæ fenestræ oblongæ, supra quas est oculus, atque fastigium. at supra maiores ianuas singulæ sunt fenestræ, illis, quas diximus minores, supra quas semifastigium erigitur. tectum imbricatum: solum vero lithostratum. media quinetiam ades diuisa est in duas partes: quarum maior vergit ad ianuam: minor ad titulo est, parietibus paruulis distinguentibus ac in medio arcum vt ostium continentibus: per quem arcum de maiore in minorē Nauis partem transitur. alti sunt hi parietuli ad X. pedes. non solum ea minor pars hisce parietulis in longitudine terminatur: sed etiam à læuo ac dextro latere clauditur. Quamobrem ab occasu arcum, ab ortu vero interpilare magnum tituli habet: quæ expedita apertaq; sunt. ille quidem vt ingredientibus pateat aditus: interpilare vero vt ara magna videatur. In hac ipsa parte sunt quatuor sedium ordines, quæ ex asseribus nuceis compacta sunt: bini à dextra, ac bini à sinistra. qui ab antis ostij arcusue ad angulos dextrum læuumq;, & ab angulis adusque pilas tituli porriguntur. eorum ordinum vero exteriores duo sunt eminētiores, atq; concameratione vna veluti fornice contecti: in quib sella distincta sunt opere pulcherrimo segmentato ac virgulato: reliqui vero ordines duo sunt inferiores carentesque & tegmine camerato & ornamento segmentationis. quam obrē, qui in medio eo loco est, omnes vndique intuetur sellas. Quinetiam sub ordinibus inferioribus sedilia quædam alia extenduntur, non distincta in sellas, sed vnā communemque sedem facientia. Appellatus est locus is Chorus. dicitur quoque à recētioribus chor hospita numero pluratiuo: hoc est loca vel sōlia hemicyclaue suscipientia chorum. sunt qui dicunt Chor hospita: hoc est, sellæ capientes chorum. hospitum n. id esse vult, quod suscipit cum amplexu & charitate quadam: chorus autem ordo canentium est. hic n. sacerdotes sedentes quotidianas rogationes & hymnos diuinos cantant. Reliqua vero adis pars nomine caret: appelletur ergo prochorus, seu chori atrium. sub choro autem hoc ipso sacellum est subterraneum, diuo Felici dicatum: quod testudine tegitur, quæ tribus columnarum ordinibus fulcitur. huc descensus duo per gradus aliquot fiunt: singuli de altera basilicæ ala adeuntes. In occiduo vero sacelli huius latere ara extat: & supra aram mensa marmorea erecta ac pertusa traiectaque canaliculo argenteo, vnde liquor quidam stiriatim fluens decidit tū, cum maxime vrget hyemale gelu. quem liquorem mannam vocant, idemque diui sudor esse creditur: cuius corpus in puteo iacet. hic nempe à tergo tabulæ marmoreæ patet, ac in imum descendit. Hoc quinetiam sacellum antiqui partem templi fuisse, arbitrandum est: quod subterraneum est humi & depressum. appellant hoc subterraneum sacellum insum corpus: insum dicentes contrarium eius quod sus & susum dicunt, hoc est, locus corporis

A beati Felicis quod subterius est: sed basilica tempestate nostra constructa est. Cuius Fabricæ præfectus fuit etiam gratuitus patronus noster Leo vir militiæ domique egregius, patriæ amantissimus adeò, vt dum illius curaret rem, negligeret frequentissimè suam: modestia ac iustitia tanta præditus, vt omnia Reipub. præclara ei credita sint munia: non modo magna huius fabricæ præfectura. Gratus insuper fuit populo, gratissimus regulis, præsertim Raimundo Vrsino Salerni Nolæque Principi, atque Ioanni Antonio Vrsino Tarenti regulo potentissimo. idem malos conniuenter præteribat: bonos ac doctos colebat, obseruabat, sectabatur. Pollebat oratione non quidem celeri longaue, sed breui, seuera, plena ac lucida. quamobrem in consessu dicens semper laudatus fuit. privatim quoque quam familiariter se gesserit, vita & viuendi ratio argumento esse potest. cum Marino enim fratre tum superiore ætate, tum maximè senescens triginta annos in eadem domo amicissimè vixit, in eademque mensa semper cum eo cœnauit. vixit annis octoginta. Longe demum maior dignior que fuit is Leo, quam qui hoc nostro calamo repræsentari valeat. Sub basilicæ autem fronte præter arcam viamque, Area magna est in conspectu, quem Mercatum appellant. Quinetiam lateri meridiana ala hæret turris, in cuius summo vertice campana pendent: vnde illam vocant Campanarium. hoc quadratum est, atque celsitudine templo imminet, infima vero pars amplior, ac è lapide quadrato compacta, quæ marmorea pars altitudinis sexaginta fere pedum existit. in ambitu vero eius marmora quædam ordine locata sculptaque sunt, tum poesim, tum militarem artem ætatis suæ testantia. opus id ipsum sculptile à manu docta elaboratum, antiquissimum est: atque non vt campanariæ turri basis fundaretur, sed vt superbiori potius ædificio subiaceret. Quinetiam in eadem insula atque angulo basilicæ, qui ad Vulturnum ventum vertitur, basilica alia parua antiquaque hæret, media ade aliisque atque cellis tribus composita: titulus vero deest. huius media ædis parietes supra columnas ex marmore peregrino tornatiles pulcherrimasque insidentes erecti sunt: quarum columnarum singulæ longitudinis sunt senum denum pedum. Sed in meridiano latere vndecim earum erecta sunt. in arctico vero nouem: quod huius lateris duas columnas occupauit angulus tituli basilicæ maioris, in quo angulo, vt dictum est, transitus per arcum apertum de altera in alteram harum ambarum basilicarum fit. parietes vero tantundem super eas columnis exurgunt. Pauimentum autem fani huius depressius XII. pedibus, quam vulgare solum est: ala vero frons que atque cella, parietibus claudunturr: tectum imbrice structum. Eiusdem longitudo ab ortu in occasum tenditur ad decem passus.

Ianua

Ianuà non in fronte, sed in ala meridionali patet. Ala enim eadem per aream XX. pedum latam distat à via Cortesellana: ea vero ianua non statim descensum praebet in templum: sed secus eius frontem iter aequale habet vsq; latus meridianum, arcumq; illic apertum tituli magnae basilicae. Quare ianua sua vtrinsq; basilica etiam alterius est. Est autem hoc iter latum quindecim fere pedum, longum autem quinquaginta: à quo toto dextrorsum per multos gradus descenditur in hanc minorem basilicam: cui nunc nomen est sancti Apostoli. Eadem item in insula, atq; à plaga septentrionali extat altera basilica minor simplexq;, habens angulo tituli ac alae arctice maioris basilicae, appellaturq; domus Ioannis Baptistae, eadem versus occasum vergens ab angulo tituli procurrit, sicuti basilica Apostoli ab angulo oppositi in orientem extenditur. basilica Ioannis tota tophacea fabrica constat: cuius arcticum latus ianuaq; viam attingit, quae à Portello exoritur, macellumq; è regione spectat. Duorum vero angulorum insula qui circunstant, frontem basilicae magnae, alter ad emporium docanamq; ad Porticum alter spectantes, officinis tabernisq; domus occupantur. Nam à ianua meridiana ala Episcopij adusq; angulum sinistrum insulae, qui Porticum spectat, atq; ab hoc adusq; ianuam Apostoli tabernarum ordo distenditur. eodem modo ianua arctica ala Episcopij adusq; angulum dextrum insulae, qui emporium spectat, atq; ab hoc adusque ianuam Ioannis Baptistae alter tabernarum ordo protenditur. In eadem praterea insula atque à tergo cellarum basilicae, domus extat Episcopi: cuius ostium patet à tergo cellarum basilicae Apostoli, in Cortesellanam viam exiens. Ab hoc vero ostio vsque ad angulum insulae, qui templum Paulini spectat, tabernae sunt. Caeterum autem insulae, quod ab angulo quarto continetur, horti sunt amplissimi episcopalis domus. Tota item insula possidetur ab Episcopo excepta basilica Ioannis Baptistae: haec enim à vespillonibus seu libitinariis possidetur. magna enim cuiusm multitudo in vespillonium munus nunc conspirata est, quam fraternam appellant. hi enim praeter alias lustrationes rerum sacrarum atq; munia, vbi fuerit opus, saccos induti funus efferunt, ac longo ordine bini incedentes pompam, aut augent aut soli faciunt: lustrandoque à domo defuncti proficiscuntur, atq; vsq; ad locum sepulturae procedunt. namq; primum perpauci abiectiq; homines esse solebant eiusmodi vespillones, qui solummodo funera efferebant: paupercula deinde eorum multitudo etiam per ingenuos viros conscripta, aucta est, simul pra misericordia, simul etiam pra mutua pietate atq; proprio quodam diuinorum cultu. est autem saccus is, quem induunt, tunica talaris ex tela linea albaq;, cui consutus est cucullus, qui & collum undeque & caput tegit. à cucullo vero fronte oritur buccula, quae à fronte vsque ad pectus descendens faciem omnem occulit adeo, vt induti hominis nihil cerni possit. in buccula vero tria sunt foramina, quorum duo praebent oculis visum, tertium oris spiritus viam pandit: Induti lactos fune cinguntur, idem saccus à tergo pedale foramen habet, vt nudum tergus appareat. atque a manica dextra scutua pendet, vt quum quis A grauiter commissorum paenitet sit Deo supplicaturus, non solum paenitentia factorum, sed etiam corporis dolore, induitus solummodo eum saccum vel ambulando ad stationa complura, vel genib. flexis ante crucem domini rogando, scutica acrius percutiat tergus: idque vbi dextra sumptam scuticam nunc super humerum laeuum, nunc sub dextram axillam celeriter versando agitat. Hac de insula deque basilica principe atque Episcopio, quae nostra sunt tempestate.

B

DE BASILICA ET EPISCOPIO antiquo, deque reliquiis diuorum, quae inibi erant.

CAP. XII.

C AT vero referre posthac, quonam pacto basilica eodem hoc ipso in loco se habuerit tempore diui Paulini, operae precium est. lucebit enim videre tum & insulam hanc ipsam, de qua superius aliqua sum memorata, tanquam diuino nutu semper fuisse dedicatam mysteriis atque caeremonijs sacris: atque quantopere sit vel veneranda vel obseruanda vel timenda: non solum ob tot millia millium tot annis factarum in ea rogationum atque celebratorum sacrificiorum, sed etiam quod sub eius solo multa latent, occultaque sunt, quae ignorantur nostra hac tempestate, corpora diuorum & martyrum & confessorum. Quam autem res ita se habeat, diuus Paulinus ad Seuerum Sulpicium scribens enucleatissime patefecit. In ea enim epistola docet Seuerum de basilica Fundana atque Nolana. Nãque Paulinus prius extitit Fundanus Episcopus: deinde Nolanus, quod ipse quoque hisce verbis monuit: Egrediamur, inquit, iam Nolana hac basilica, & in Fundanam transeamus. Fundis nomen oppido est, quod aeque familiare mihi fuit, dum maneret possessio, quam illic visitationem habui. De Nolana vero hac scripsit: Basilica igitur illa, quae ad Dominedium nostrum communem patronum in nomine domini CHRISTI DEI iam dedicata, celebratur, quatuor eius basilicis additis reliquiis Apostolorum & martyrum intra absidem trichoraque subtectaria sacratis, non solo Beati Felicis honore venerabilis est. Absidem solo & parietibus marmoratam camera musaeo infusa clarificat. Et paulo post ait: totum vero extra concam basilicae spacium alto & lacunato culmine geminis vtrinque porticibus dilatatur: quib. duplex per singulos arcus columnarum ordo dirigitur. cubicula intra porticus quaterna longis basilicae lateribus inserta, secretis orantium vel in lege domini meditantiũ, praeterea memoriis religiosorum ac familiarium accommodatos ad pacis aeternae requiem locos praebent. Et paulo post subdidit: prospectus vero basilicae, non vt vsitatior mos est, orientem spectat: sed ad domini

D

E

F

mei Beati Felicis basilicam pertinet, memoriam eius aspiciens: tamen cum duabus dextra lævaque conclusis intra spaciosum sui ambitum absidibus multis laxatur. vna earum immolanti hostias sublationis antistiti patet: aliæ post sacerdotem capaci sinu receptant orantes. latissimo verò conspectu tota simul hæc basilica memorati confessoris aperitur trinis arcubus paribus perlucēte transenna, per quam vicissim sibi tecta & spacia basilicæ vtriusque iunguntur. Nā quia nodam à veteri paries absidæ cuiusdam monumenti interpositi obstructus excluderet: totidem ianuis patefactus à latere cōfessoris, quot à fronte ingressus sui foribus noua referabatur: quasi diatritam speciem ab vtraque in vtramque spectantibus præbet. *hæc ille. quibus apertè monstrare videtur, duas tum extitisse basilicas, quarum altera erat diui Felicis confessoris, hoc est Iunioris: altera erat Episcopium suum Paulini, & illam fuisse antiquam, Paulini verò episcopium mansisse nouum: atq; alteram ab altera solius fornicis pariete sequestratam, qui vbi pertusus fuit atq; per tres arcus apertus, veterem & nouam basilicam in vnam consunxit vsque adeò, vt ambarum idem esset prospectus, & templi inanitas. vixit autem Paulinus post tempestatē Felicis Iunioris anno centesimo ac sexagesimo. At verò quoniā exploratam habeamus in præsente episcopio basilicam Felicis (nam ea est, quæ sub choro est) conuenit q;, vt illa protenderetur vsq; ad viam Portelli, super qua erant tria ostia templi, veluti in eo loco solum exiuberatum indicare nunt videtur, spectaret q; arctum, ac extensa foret versus meridiem, consentaneum est: basilicā verò Paulini habuisse ianuas supra viam Cortefellanam atq; protensam fuisse versus arctum. Nam (vt ait) ea basilica non erat orientem spectans. Ex quo perspicere licet, aream tituli præsentis episcopii atque eius trium cellarum omnem basim conceptas mansisse in area basilicæ Paulini. Neque id solum conceptum fuisse: sed etiam aream sacelli totius, quod nunc appellatur Sanctus Apostolus, atque omnem eam aream, quæ à tergo est triū cellarum, quousque dilataretur secundum longitudinem sacelli Sancti Apostoli. namque longitudo basilicæ Paulini, quæ à meridie versus arctum porrigebatur, erat ad XXV passus: tantundemque patebat in latera, ac diuisa duobus columnarum ordinibus. Ergo dextrum & orientale latus basilicæ Felicis coniunctum erat tum sinistro ac occidentali latere basilicæ Paulini vsquè adeò, vt figuram repræsentarent duarum tesserarum: quum sibi ita hæserint, vt angulus alterius medium, alterius latus attigerit. Tam magnam autem patuisse Paulini basilicam conijciendum est ex ordine columnarum: ex alto lacunatoque tecto: ex marmoribus: ex opere musæo: quæ omnia arguunt multos sumptus. multi autem sumptus non possunt esse arcti paruique ac humilis populi. magnum verò magnificumque populum etiam magna nec minor, quam quæ dicta est, basilica decet. quæ quum verisimilia sunt, inducunt etiam nos credere, fanum, quod nunc Sanctus Apostolus vocatur, non tum temporis extitisse: sed post ruinas magni illius templi editum esse à pauperculo populo ex fragmentis reliquijsque magni templi: columnasque pulcherrimas, quæ in eo nunc sunt erectæ, fuisse etiam illius templi manifestum apparet. Quinetiā ex hisce perspicere licet, antiquum episcopium fuisse basilicam Felicis: quam declarauimus, ipsam superioribus priscisque temporibus extitisse templum Iouis. In quo mortuus est Felix Iunior, vt etiam dicemus apertius: sepultus verò in latere orientali eius templi, atque iccirco de episcopio mutatam esse in basilicam Felicis. Episcopium verò translatum esse per noua ædificia, erectumque vbi erat basilica Paulini, quam monstrauimus: ita vt vtraque basilica esset secreta pariete ab altera. quem parietem Paulinus factis tribus arcubus magnis aperuit, atque ex vtrisque basilicis vetere & noua vnam effecit, vt ipsemet docet. paries autem diuidens vtrasque basilicas erat, vbi nunc est paries occiduus tituli. is enim habet ab occasu fanum subterraneum beati Felicis. Videtur quoque Paulinus adeò eo opere delectatus: vt in illis arcubus pluscula quæque loca carmina depinxerit, decantantia, & coniunctionem basilicarum manifestè congruentissimam, & diuinam, atque omnibus spectantibus iucundam atque commodam. quæ hæc sunt:*

Vt medium nulli pax nostra resoluit Iesus,
Et cruce discidium perimens duo fecit in vnū:
Sic noua destructo veteris discrimine tecti
Culmina conspicimus portarum fœdere iungi.
Sancta nitens famulis interluit atria lymphis
Cantharus: intrantumque manusque lauante ministro:
Plebs gemina Christum Felicis adorat in aula
Paulus Apostolico quā temperat ore sacerdos.

Hi versus, vt eorum autor scribit, erant è regione basilicæ nouæ sup medianum arcum, ac intra ipsam transennam, qua breue illud, quod propinquas sibi basilicas prius disclauserat, interualium continuabatur. Quinetiam hæc binis notata versibus epigrammata super arcus alios dextra lænaque erant:

Attonitis noua lux oculis aperitur, & vno
Lumine consitiens geminas simul aspicit aulas.

In altero:

Tergeminis geminæ patuerunt arcubus aulæ:
Miranturque suos per mutua limina cultus.

In eisdem item arcubus à fronte, quæ ad basilicam diui Felicis patebat mediana, hi erant versus:

Quos deuota fides densis celebrate beatum
Felicem populis diuerso suadet ab ore:
Per triplices aditus laxos infundite cœtus.
Atria quamlibet innumeris spaciosa patebunt
Quæ sociata sibi per apertos comminus arcus
Paulus in æternos antistes dedicat vsus.

Super alios arcus hi bini:

Antiqua digressæ sacri Felicis ab aula
In noua Felicis culmina transgredere.

Item:

Vna fides trino sub nomine, quæ colit vnum,
Vnanimes trino suscipit introitu.

Basilicam

Basilicam beati Paulini habuisse à fronte tres ingressus eam solam, idem ipse auctor meminit, quum dixit:
Paries totidem ianuis patefactus à latere, quot à fronte ingressus sui foribus nona referebatur
versu unoetiam epigrammate, quod super ianuis erat edito monstrauit, quod hoc pacto habet:
Alma domus triplici parte ingredientibus arcũ,
Testaturque piam ianua trina fidem.

Basilicam vero Felicis per tres item ianuarum ingressus adiri non monuit Diuus Paulinus: sed ex dictis eius facile est perspicere. Nam vbi dixit: paries tribus ianuis patefactus, *quasi diatritam speciem ab vtraque in vtramque spectantibus præbet: docuit de trib. etiã ianuis basilicæ Felicis. Nam quum basilica Paulini trèis contineret porticus, vel dicas aedes, vel aulas, duobus columnarum ordinibus discriminatas, factisq; tribus arcubus in pariete medio per eos accidit, tres alias aulas conspici ita, vt qui fuisset in basilica noua latere septentrionali, is spectasset versus meridianam partem, trinas aulas, quæ in ipsa basilica erant, & versus occasum alias trinas, quæ de noua in veterem basilicam per arcus protendebantur: Eodem modo qui mansisset in latere meridiano basilicæ veteris, idem spectasset versus arctum trinas aulas, quæ in ipsa basilica erant, atq; trinas alias ab ortu, quæ de vetere in nouam basilicam directe porrigebantur. hoc enim pacto est species diatritæ vel diatritæa. Illudquoq; ex ea Paulini descriptione basilicarum compertum est. Nam vbi de omnibus basilicæ partibus docuit vel vsq; ad sacrarium, & secreta oratoria, nihil de campanaria turre, & campanis meminit. quod indicio est, illius Diui tempestate campanas aut vllas aut magnas inuentas non esse. Nam apud Hieronymũ legitur:* quousque campanula in claustro pulsabitur. *Præter hæc autem, quæ omnia sunt hominum operæ & copiarum potius vires: etiam aderant in eis basilicis pleraq; alia multo cariora & admirabiliora. Nã præter Paulini sanctissimi viri præsentiam, aderat corpus Beati Felicis Iunioris, atq; vt dicemus in inferius alterius Felicis martyris: aderant etiam reliquiæ quædam apostolorum atq; martyrum: veluti idem auctor scribendo docuit. quamobrem, ni fallor, altaria ea sub quæ erant sacratæ reliquiæ, in eo loco basilicæ nouæ extabant, vbi nunc est fanum sancti Apostoli. Posteritas enim vbi alia reficere nequisset: eum saltem angulum basilicæ nouæ vt venerabiliorem erexit in formam, quæ nunc est. quæ res quum ita habere videatur, etiã expostulat, vt illa basilica fuerit antiquitus appellata sanctorum Apostolorum & sancti Apostoli numero pluratiuo: non autem vnius Apostoli: vt nunc pronunciatur. illic enim Apostolorum non autem apostoli vnius reliquiæ sacratæ sunt. Quinetiam aderat inter alia diuina dona pars quædam è ligno crucis, quo munere solo impartita vrbs Nola connumerari potest inter eas orbis partes, quæ vel fortunatissimæ fuere, vel Deo gratissimæ. lignum igitur illud sanctissimum Nolam abs portatum esse à Iudæa Hierosolymaq;, & à quo viro delatum, & quo in loco seruatum sit, atq; cum quibus socijs, idem auctor clarum carmen cantando docet hoc pacto:*

Hic pietas, hic alma fides, hic gloria Christi:
Hic est martyribus crux sociata suis.
Nam crucis è ligno magnum breuis hastula pignus
Totaque in exiguo est semine vita crucis.
Hoc Melani sanctæ delatum munere Nolam,
Summũ Hierosolymæ venit ab vrbe bonũ.
Sancta Deo geminum velant altaria honorem,
Cũ cruce Apostolicos quæ sociant cineres.
Quam bene iunguntur ligno crucis ossa piorũ:
Pro cruce vt occisis in cruce sit requies.

Ergo in sacello Apostolorum cum eorum reliquijs lignum crucis seruatum fuit. Quamobrem si eiusmodi reliquiæ in eo loco obrutæ sunt, præsentia & honore tantarum rerum locus is venerandissimus est. sin verò illa non sunt, dispersa obrutaq;, sed amota: nihilominus locus sacer est, quod sacrarium fuit non auri, sed magnarum diuinarumq; rerum. verum autem obrutæ maneant, an amotæ surreptæq; fuerint, incertum est. Veruntamen si coniectura vti velimus, dicere valeremus, eas seruatas esse vsq; ad nostra tempora: nec fortè summotas raptasue esse, aut obrutas latere. Namq; in sacrario præsentis episcopi custoditur manus ex argento ad quantitatem naturalem effigiata, in qua multa sacra reliquiæ ab antiquo diligentissime seruantur: eas esse illas, de quibus Paulinus locutus est, verisimillimum est. fertur tamen in ea argentea manu inclusam esse manum beati Paulini: namque cæterum corpus, vbi nam sit, ignoratur. quamobrem pridiè festum eius Beati per vrbem fertur à præsule, tum, cum fit lustratio sacrorum. At nihil vetat manum Paulini posteritatem coniunxisse cum illis reliquijs. Namque si sanctitate animi cum illis vna fuit Paulinus, & corpus cum corporibus sociari dignũ visum est: manus autem argentea à cubito extat, habetq; medium atque indicem digitos erectos iunctosque, reliquos verò conclusos. Nam episcopus ea specie manus signum benedictionis populo facit, signando in aere crucem. digiti enim illi duo erecti iunctique indicant gratiam Dei cum animo hominum coniunctam. nihil enim aliud esse videtur benedictio, quàm cum homine Dei gratia & benenolentia coniunctio.

DE RELIQVIS VRbis basilicis.

CAP. XIII.

Cæterarum basilicarum egregiarum prima est ea, quæ dicata est Diuo Francisco: hæc erecta est in angulo vrbis, qui spectat occasum æstiuum sub turre Quinqueponturum. simplex basilica est, habet ædem & cellam: longitudinis vero vl. fere pedum: latitudinis XXXV. altitudinis LXX. eadem à meridie arctum versus extenditur frons meridiana, sub qua area magna est. inter eam & alteram aream quæ ante regiam panditur, interiacet via Portelli. haret lateri basilicæ occidentali campanaria turris atque dormitory pars. sed hæc, quæ ab arcto, reliquaq;

pars, quæ ab occasu est, ambiunt cauedium quadratum amplumque, atque præter hoc etiam alterum sequitur parvum cauedium oblongũque, quod ad pomœrium vrbis internum pertenditur. inter quæ cauedia altera pars dormitorij eaque maior interiacet. est cauedium quadratum proprie vt antiquitus fuisse legitur. subdium n. quadratum circũcurrunt quatuor porticus testudinatæ: quarum latera, quæ subdiũ terminant, ordines columnarum sunt basibus coronis atque capitellis & arcubus. Verum hoc non cauedium vocant, sed inclaustrum & inclostrum. dormitoriũ est supra primam contignationem, longus amplusque locus tecto imbricato opertus: in quo medio curriculũ est: cui vtrinque ordo cubiculorum adiacet. singula n. cubicula singulis sacerdotibus ad dormiendum manendumque delegata sunt, tota vero horum sacerdotum habitatio monasterium sancti Francisci vocatur. sub dormitorio vero atque ameridie horti sunt pomœrio & via Portelli atque area memorata ambiti. hic sacra faciunt sacerdotes, quos diui Francisci fratres appellant, quod indumenta & viuendi ratione diui illius sectantur. Altera quinetiam basilica erecta est inter porticum & portam clausam, cuius latus arcticum attingit viam Cortesellanam, qua via hac in parte Clarastella vocatur, vt diximus. hac autem basilica antedicta similima est: præterquam quod cella & tribunali caret. Haret vero basilica campanarium & dormitorium cum cauedio quodam hortisque amplis ab altis parietibus clausis. dicata est hac basilica diuæ Clarę. sacerdotes sunt virgines: quas monachas diuæ Clarę vocant. Angulo præterea, quem claudunt via Portelli & via Scrignariorũ adiacet alterum cœnobium virginum: quod collegium vocant. Est hic dormitorium & horti atque basilica simplex cũ quadam cella & Campanario parvo: basilica vero annũciatæ Mariæ sacra est. sub Angulo vero vrbis in quo turris est sancti Spũs, sacellum ignobile superioribus tẽporibus erectum erat, cui nostra tempestate additum est cœnobium virginum. vetula n. diues coemptis aliquot vicinorum domibus monasterium mediocre confecit, in quo ipsa prima initiata cœpit incolere, atque locum alijs dare. sacellum vero Diui Paulini vbi nũ sit, clarum est. edes sola est absque cella: herẽt illi magna domus, quæ nobis pueris hospitium mendicorum solummodo aduentantium erat: Hospitale eam obrẽ appellatum, & ab ipso tota vicinia cognominis facta est. nunc vero in cœnobium mutata est: in quo Diui Augustini sacerdotes inhabitant. In eo vero sacello quotannis cærimoniæ atque nundinæ aguntur, cum pompis, spectaculis, atque magistro nundinarum: vt inferius amplius dicetur: quod diuus is seruitute solutus atque ab Aphrica rediens Nolam, secum omnes etiam Nolanos, nomine eius liberatos, transuexit, qui capti seruiebant in Aphrica. Nam quum illic cuiusdã principis olitor fores Paulinus, mira quædam prædixit suo domino. quamobrem solutus liberq; factus est, atque omnibus Nolanis, qui tum in ea prouincia seruirent, (Nam multis capta Campania a Mauris Vãdalisque in Aphricam delati fuerant) petitis donatus est a principe. seruus autem in Aphrica fuit

A quod eo cum vidua quadam naufragauit, vt sese dando redimeret illius filium, quum alias sua omnia pereuntibus fuisset libentissime largitus. redeuntem ergo tãtum Nolanæ ciuitatis patrem, tantumque de Nolanis bene merentem, omni pompa lætitiaq; excepere Nolani: atque deinde eundem diem statis pompis, festis, spectaculisque venerati sunt, atque vsque ad nostrã tempestatem venerationes sunt factitatæ: idque à XVI. kalen. Iulias vsque X. easdem. Quod si in cærimoniis sanctorum legitur memorata die celebrari
B natalis diui Paulini, hoc est eius obitus (Namque tum diui & sancti nascuntur, quum obeunt) non cogimur audire, pompas & spectacula agi ob natalem diem beati: quoniam pompas, vt reditus ab Aphrica longe prior fuerat obitu & natali, ita multo prius inceptum erat quotannis agi. Quare potius natalis dies redactus, confususque fuit cum die reditus: vt huius diei pompis etiam natalis celebraretur, quum dies reditus promotus sit ad natalicium diem. fanum quoque diuo Felici dicatum, iam mõstratum est extare ad sectionem, quæ sub Docana est. vocatur autem
C Felicis in platea. Verum fanum ipsum duplex est: alterum n. est subterraneum in humumque depressum, alterum vero supra huius testudines erectum. in illud subterraneum alteris scalis descenditur, ad hoc alteris ascenditur. Et infernum rudis inanitas est: in qua pilæ quædam extant testudinem fulcientes. Supernum basilicæ figuram habet. herent sacellis his habitacula pauca, ad quæ etiam mendici aduentantes excipiebantur, atque ideirco
D appellatum est hospitale. idem a ciuibus vespillonibus regebatur: nunc vero ejectis vespillonibus prohibitisq; medicis prouentus & vsum capit sacerdos vnus. huius autem fani depressa sedes atque pauimenta indicant, in eis templum antiquum fuisse extructum. Verum enimuero hoc in loco scire oportet, plures Felices fuisse diuinitate donatos. fuere namque duo Felices fratres genere Romani, ambo sacerdotes, atque citra dignitatem episcopatus iidem sub Diocletiano, anno post dominum Iesum fere trecentesimo. horum maior natu a Draco
E præfecto vrbis Romæ capite mulctatus est, idque ad mille passus extra Romam, ac in fossa, quam forte illic euulsa arbor fecerat, atque cum Adaucto socio obtruncatus est. Iunior vero ab eodem Draco verberibus cæsus est, ac missus ad Circeos, vt illic exilium agens vitam finiret. In quis tum forte locis præfectus erat quidam Probus genere Nolanus. hic igitur Felix incolatum agens, præfecti filiam, quum furens esset, ac vxorem, qua aqua intercute laborabat, sola nomine Iesu liberauit. Probus igitur miris hisce commotus, (christianus factus est: atque exacto magistratu Nolam rediit, Felicemque secum duxit.
F is vero paucis Nolæ muratus primum ad templum Apollinis, quod propè vrbem erat, quodque hodie Cœmeterium dicunt, accessit, vatemque Apollinis, qui illic vera respondere rogantibus profitebatur, mendacem arguit. quamobrem tanta cunctis suborta est indignatio, vt statim tempore ipsa imago Apollinis a populo sacerdotibusque deiecta fit, ac dein

ut deinde illic oratorium Christicolarum constitutum est. XII. vero anno (tot n. annos post eius aduentum Nolæ vixit Felix) quum factis sacris populo dedisset pacem, idque in vrbe atq; in templo, non discedens loco obiuit: deo eum vocante, non autem martyrio aliquo: ac in eo templo tumulatus est. Anno verò post hunc quinquagesimo alius Felix illuxit pontifex atque martyr, qui Roma electus ad villam, qua cum sacello erat, secessit, itaq; illic capite truncatus est ab inimicis, ibidemque sepultus, idque XVII. Kl. Decembres. Legitur quartus micuisse Felix Aquileiensis ac frater Fortunati etiam sub Diocletiano, amboque fratres hi capite truncati fuere: sed alter in Aquileia, alter Vincentiæ tumulati sunt. Per eadem tempora extitit quintus Felix genere Scillitanus Cucufatis concivis & socius: qui in Gerunda Taraconensis Hispaniæ vrbe martyr obiuit: quinetiam per eadem tempora Diocletiani fuit sextus Felix Tubzacensis episcopus. is Roma Nolam missus est omni interdictus cibo ab cõpede etiã vinctus (nauen. vectus est) qui quum primum Nolã deductus est, à præfecto vrbis capite multatus est, idque XVIIII. Kl. Februarias. Horum itaq; sex diuorum duo corpora Nolæ habentur. Verum quum Iunior ille in templo obiuerit, atq; illic sepultus sit, antiquumque testimonium dicentium doceat in sacello subterraneo, quod sub choro basilicæ est, manere diui Felicis corpus: censendum est, Iuniorem Felicem illic esse. Atq; ea pro re basilicam Episcopi templum Iouis fuisse licet coniectari. Nanque ille pacem populo dedit factis sacris in templo: quod primum vrbis fuisse consentaneum est. primum autem tum tẽplum primo deorum, qui Iouis erat, sacrum fuisse, nemo ambigit. corpus vero Felicis episcopi ac martyris ignoratur vbinam sit. In quo si coniecturali ratione rem licebat diuidicare, arbitrandum est, huius corpus in eodem sacello cum Felice Iuniore tumulatũ esse. vulgo n. & dicitur & creditur Felix martyr illic esse. Quinetiam quoniam iunior Felix in cœmeterio deturbarat vatem Apollinis, eratque hoc ipsum quoque factum magnum ceremoniis illustrandum: Felix vero martyr XVIIII. K. Februarias obiuerat: eadem dies quasi facta societate vtrorumque festiuitate celebratur in cœmeterio. illic n. ea die multa cærimoniæ aguntur, accedentibus vniuerso Nolano po. atque circumpositis oppidanis, diem testantibus, & in memoriam reuocantibus concursum populorum, qui ea die factus est, qua diruta est Apollinis imago. Templũ autem duplex, quod in sectione empory est, duobus etiam diuis videtur esse dicatum. Nam ne à cærimoniis, quæ XVII. Kl. Decembres aguntur illic, dicatio arguitur Felici pontifici ac martyri. at vero quod eadem die etiam sacellum, quod sub choro magnæ basilicæ est, ornatur, ac in eo ceremoniæ factitantur: videtur esse templum Felicis Iuniores, aut Episcopi martyris, qui sub choro tumulati sunt. Quod si non ob eandem martyrii rationem (nam in vtrisq; de martyribus dicitur) fit vt in duobus fanis eadem die eadem ceremonia habeantur: erit vt templi duplicis pars subterranea sit sacellum Felicis Episcopi martyris: superna vero Felicis pontificis ac martyris, cui à Nolanis etiam erectum est fanum atque dicatum: quanquam Nola non fuit aut mortuus aut sepultus (cum qua sententia concors esse videtur in epistola Paulinus, qui basilicam, quæ erat, vbi nunc est chorus episcopi, ad Felicem confessorem, id est, iuniorem refulsit) aut pars subterranea dicata est Felici sacerdoti martyri fratri maiori natu Felicis iuniores: superna vero Felici pontifici. Qua sicuti complicata sunt, ita quoque antiquula pictura, quæ in duobus parietibus atrij basilicæ superioris spectatur, composita est è facinoribus mirus, atque supplicys diuersorum diuorum, non vnius Felicis. Illud quoque ex prædictis claret, neminem eorum diuorum Nolanum genere fuisse. iunior vero Felix Nolanus vocatus est, quod XII. annis Nolæ vixit, ac Nolæ obiuit, Nolaque sepultus habetur. atque ob hunc vnum tum ei, tum pluribus cognominibus diuis cæremoniæ ac sacella Nolæ increuere adeo, vt solorum Nolanorum videantur creduntque esse diui Felices. Est insuper fanum domino Iesu dicatum. ædes sola est sine cella; sed turrem campanariam habet. idem spectat ab occasu verno aream eandem, quæ ante basilicam diui Francisci patet. regitur autem à vespillonibus multis, qui nunquam mendicis locum dedere: quosque imitati vespillones diui Ioannis Baptistæ, mendicis ostia clauserunt. Namque illos in quadam habitacula, quæ basilicæ hærent, excipiebant. Hæc sunt clariora vrbis sacella sanauc: præter hæc etiam plura alia sunt ignobilia, quæ passim in vrbe erecta sunt. quorum & si aliquorum meminimus enarrando vias, cætera referre non opus est. Illud potius meminisse decet, multum in vrbe numerum basilicarum atque sacellorum non nisi multum studium Nolanorum erga diuinas cæremonias testari: idque non modo orando, sacraque audiendo, sed etiam efferendo funera, mendicosque domo lecto & alimentis excipiendo. Quinures a Felice iuniore atq; Paulino vrbis episcopo introductis esse videntur. Quippe quod Paulinus non sibi sua pauperibus licenter ac mendicis largiebatur, verumetiam pro liberando redimendoque vidua filio, sese in perpetua seruitia intrusit ac dedidit.

QVA RATIONE IN VRBE præsente sint subterranea cauaue sacella.

CAP. XIIII.

IN superioribus sæpenumero dictum est, in basilica maiore, atque sub choro sacellum esse subterraneũ: item basilicam Apostolorum ad multos pedes depressam in humum: sacellum etiam infernum diui Felicis subterraneum spectari: id nequam, mirum quibusdam videri posset in vrbe campestri, præsertim quum solum aliarum basilicarum, atque vrbis ipsius, & agrorum æquum omne esse vbique loci comperiatur. sed miri nihil erit, si vetustati hoc ipsum referatur: qua hæc quoque in solo æqua erant cum vrbe & agris: referaturque fabricis

fabricis vrbicis, agrorumq; incrementis. solum enim vrbis altius redactum est ex fabricis atq; ruinis, multisq; aliys, quæ in vrbem ad continuum vitæ vsum commodumq; inuecta sunt. hæc enim tantum illa loca pauimentaq; templorum adaugere potuerunt: quantum vias & domos impleuerunt, si quando domus aliqua etiã nunc demissius solum occupant. aliquæ quoque visæ sunt demissioribus sedibus prius fuisse, deinde ab ædificijs & ruinis repletæ æquatæq; sunt viarum solo, vti nos pleraq; vidimus. Sed tamen nemo passus est, quoad fieri potuit, vt pauimenta templorum obruerentur omnia, aut ea, quæ magis videbantur populo veneranda. Quamobrem depressa, vt erant, semper seruata sunt. Agros quoq; altiores totidiè redditos esse, necesse est, quod à tribus lateribus sunt circundatis montibus, è quis multa materia deuoluitur excussa depulsaq; à pluuijs, à ventis, à tonitribus, à terræmotibus. In quo illud nosse operæ precium est, non solum agros augeri, sed etiam aquas certis temporum interuallis in altiore vel alueo fluere, vel strato fundoue iacere. limo enim tenuissimo vel confluente, vel incidente fundum aquæ, assiduè excrescit, tolliturq;. quam rem apertè cernere licet in Pado limum fluxu multum trahente: qui non inter ripas, inter margines aggeresque fluit, inter quos alueus fluminis longè altior est, quàm agrorum solum vtrinq; adiacentium. Aqueductus quoq; & riui omnes nisi expurgentur statis temporib. aut à cursu & impetu proprio, aut à manu hominum, obstruuntur ac impediuntur. Proinde quo nunc solum vrbis abest ab aqua puteorum (nam altius est plurimum XXV. pedibus) eo tum altius erat solum subterraneorum horum locorum quam puteorũ aqua. Quod si solum aqua auctum sit: horum verò sacellorum pauimenta aucta nusquam sint: nihil mirum etiam esse debet, si sacellorum pauimenta tam vicina aqua nunc sint. aqua enim ipso inferior est octo fere pedibus. subter enim fundum aqua excreuit, solo sacellorum nihil supercrescente. compertum itaq; esse remur, ea sacra loca cæteris vetustate præstare, inq; eis templa priscis extitisse temporibus.

QVAE SIT FIGVRA AEDIVM præsentis vrbis, & qualiter earum partes se habeant.

CAP. XV.

QVa figura quoue modo antiquorum ædes habuerint Nolanorum, nulla earum in præsentiarum extante, ignoramus. Ne igitur posteritas aliquando idem desideret, cognoscereque nequeat: placet hoc in loco illas illarumq; partes scribẽdo repræsentare. Aediũ itaque species aut quatriquetra conspicitur, aut, quod frequentissimum est, oblongior quam lata patet. ædium quinetiam ita habentium quædam ac perquam pauca inueniuntur, quæ carent cauædio: quædam verò atq; quàm plurima reperiuntur cauædium continentes. Quæ verò cauædium amplectuntur, illa frequentius vnum latus eius attingunt: multæ tamen sunt, quæ binis illud lateribus ambiunt: quædam, quæ ternis: rarissimæ omnium offenduntur, quæ vndequaque cauædium cingant. Domus autem partes, ædium nunc quæ magno interstitio separantur, sunt hæ: atrium, cella vinaria, æquile, conclaue, cubiculum, porticus superior, bibliotheca, penus, nauis, turris, cauædium atq; horti. atrium locus est in solo ipso sedibusq; domus, in quem primum per ianuam de via excipiuntur intrantes. hoc sæpius protenditur adusque cauædium, vt lucidius sit, atque ad introducenda vtensilia expeditius. idem latitudinis minima est decem pedum: maxima vero XXV. altitudinis verò XVI. aut plurium, ita, vt vsq; ad XXXII. pedes interdum tollatur, quousque contignationem primam subieris. est autem latius quã ianua. hæc enim ampla est pedibus quinque aut pluribus (nam vsque ad XII. pedes dilatatur), alta verò tantundem cum semisse, aut triente, aut quadrante. Contignatio vero atrij frequentissime ex tignis constat, raro testudine tegitur. solum vero pauimento stratum est: quod ex calce & paruis pumicibus, quos lapillos vocant, ac pauca arena conficitur, quod lithostratum seu pumicistratum volentes dicere Nolani, astracum dicunt, verbum Græcum sequentes. pumiculi verò hi tum in agro Nolano fodiuntur, quum altius fuerit excauatum, tum in radicibus Gecalæ collis occiduis, vbi quoque arena præstantissima abundè comperitur, quæ argumento sunt, eorum collium imas sedes magna ex parte arenosas pumiculosasq; esse, non argilleas, atq; aquarum sustentatrices. atrium demum hoc porticum vulgo appellant. In eodem etiam solo æquile, quam stallam vocant, ædificatur. locus oblongius porrectius est, in quo equi muliq; ad equi tundum vehendumq; curantur. Est cella vinaria oblongior quoq;, quod etiam cellarium, verbis illis corruptis in vnum hoc ipsum, vocant: in ea seruantur vina doliis ligneis recondita. sunt autem eiusmodi dolia vasa rotunda duabusq; partibus inter quas porriguntur, compressa, duploq; longiora quam lata. longa vero sunt, quantum homo tendere potest brachia: media in parte parum extumida. structura ex tabellis castaninis, interdum quernis tantundem longis, palmo latis, digito altis ad vnguem commissis, atq; vtrinq; à plurimis circulis ligneis arctantibus perficitur. Quin vtraq; frons aut cornu dicas, orbe ex compactis asseribus tabulato clausa est, quem orbem tympanum appellant, quod speciem tympani præ se fert. in media vero dolij longitudine foramen ad amplitudinem mali terebratur, per quod impletur vas: illudq; cauonem nuncupant, quod dolio fabricato cauatur. Quinetiam in altero cornu tympanoue tria duoue foramina parua faciunt, vt in vno eorum insito canaliculo vinum (vt lubet) hauriatur. hoc ipsum vas bottem vocant, sectantes vocem Græcam, hoc est, magnum conceptaculum. Cui namq; magnitudinem vuls significare: θήκη verò id, quod rem impositam ambiendo capit, ex quibus cõpositum est βουθήκη butheca: à quo verbo abscissa vltima remansit buthe, & bothe, & botte mutatione literarum atq; pronunciantis asperitate. Atrio autem frequentius æquile hæret quã cella vinaria. hæc enim strepitus odit, qui & in atrio & in via fiunt sæpissimè. Super his autem aulis inferioribus prima sternitur con-

Digitized by Google

tignatione ex trabibus castaninis constructa : raro enim inferna domus partes testudine operiuntur. Equile quinetiamnō careꝫ pauimento : cella vero creberrimum pauimentatur : atq; in quibusdam cellis etiam fouea ad magnitudinem dolij fit, quæ pauimento incrustatur. hisce vero partibus cauedium adiacet, in quo plurimum puteus coronatur : is pluuiarum aquarum nihil suscipit. Nam ad eam, quæ suapte natura ac subterranea scatet, descendit. Post cauedium patēt horti paruo duntaxat pariete exclusi à cauedio, interdum pars domus inter cauedium hortosq; interiacet. In eodem quinetiam solo frequentius & furnus & lauacrū: quod cantarium pannorum vocant, ædificatur. Ab atrio præterea cauedioue scalarum gradibus ascenditur supra primam contignationem, quod solarium primum nuncupant. in hac frequenter conclaue & cubicula sociata struuntur: conclaue autem vel Græce dicas triclinium, salam Nolani vocant à saltando. Nā in ea saltare solent, vel quum nuptiæ fiunt, vel quum conuiuia parantur. locus est longior duplo, quam latus: in altum vero tollitur, quantum est latus. solet imminere via, atq; ab eo latere fenestris duabus magnis aperiri, vnde quæ fiant in via (vt lubet) spectarēt. harent conclaui cubicula, quæ cameras appellant. hæc laudatissima sunt quæ exacte quadrata figura cernuntur. latera enim singula ad XXXII. pedes extendi solent. singula autem cubicula singulis alterisue fenestris illustrantur. fenestrarum altitudo est sex pedum : latitudo trium. Quarum pedum non altius tollitur quam vt ad cingulum nostrum pertingat : conclauis vero fenestra multo sunt maiores quam cubiculorum. interdum cubicula non omnia conclaui herent, sed eorum vnum solummodo: cui cætera deinceps sunt adiecta, ab eoq; ad reliqua transitus, quæ aut serie diriguntur, aut primo cuncta herent cubiculo. Habet conclaue caminum magnum cum foco: cubiculum verò hac eadem, sed dimidio minora. Hæret quoque conclaui bibliotheca. locus est cubiculo minor : interdum æqualis. in eo libri in pluteis pendentibus, parietiue affixis panduntur. hic contemplatur, literarijsque rebus incumbitur, tractaturq;, quod studiū vocant. Interdum etiam hæret conclaui porticus superior. huius aut duo latera arcus sunt, duntaxat insidentes super pilis columellisue, aut vnum latus adapertum est vno duobusue arcubus, quam logiettam, hoc est, scenulā, vocant: quod in ea sedentes sub vmbra λόγου, id est, sermonem serere solent, & colloqui. tegi consueuit ea porticus contignatione laquearibus pulcris ornata: raro vero testudine picta. vsus huius etiam est ad captādum lucidiorem amplioremq; aeris prospectum, atq; auras excipiendas. ædificatur quoq; in hac prima contignatione coquina. Illud tamen referre oportet : nam in quibusdam ædibus sunt cœnationes solummodo, in plurimis vero cœnacula & cœnationes, vbi & amplitudo soli, & animus magnus, atq; diuitiæ consenserint. quemadmodum ab horum contrariis contingit, vt in ædibus plerasq; ex hisce desint. Vicina quinetiam conclauis manet penuaria cella: quæ sæpius in cœnatione statuitur, quam spensam vocant. Prima autē contignatio ordiatur ex trabibus castaninis passim super duobus parietibus sitis, atque ex transuerso asseribus coassatis confixisq;: atque his iniecto pauimento pumicistrato teguntur conclaue, cubicula, cæteraq;, quæ super contignatione erecta sunt, ab altera contignatione, quæ inferiori similis edi solet. interdum vero ex trabibus ac asseribus absq; pauimentatione construitur : super qua plurimum vnus atque indistinctus locus patet, qui super cœnaculis exurgentes etiam habet parietes cum crebris ac paruis fenestris. cooperitur vero hoc supremum spacium, à pectinato tecto: interdum à semifastigiato, ac imbricibus iniurias cœli defendentibus. Vsui autem hic locus Nolanis est ad stipandas seruandasque maxime anellanas, quarum ingens nunc hisce copia nascitur. appellant hunc locum nauem domus, a similitudine longa nauis, quæ pectinato tegmento solet operiri. a Nolanis vero nuncupatur verbo Græco megacenum anellanarum. μεγακενον enim Latini interpretantur magnum vacuum. est enim hic locus magnus vacuusq;, vbi merces multa stipari atq; seruari possunt. Turris autem rara in ædibus Nolanis extat : sicuti rara pauimenta subdialia. his enim aliqui cuius loco tectis vtuntur. At vero tertia contignatio omnium rarissima in ædibus Nolanis reperitur. fabrica autem Nolana non latericia, tophacea sunt. omnes. ex cœmētis enim topheis arena, calceq; corrupta conficiuntur. Numerus ædium Nolanarum omnium, quæq; in vrbe nunc sunt, ad septies centum censetur. sunt & super ædes eiusmodi semota à tabernarum locis: quod factum est honestioris vitæ causa. non enim decens esse dicunt, vt in eo loco & matrona & puella inhabitent, in quo omnis est virorū consuetudo. Namq; taberna ac meritoria domus sita sunt in media vrbe circa porticum, circa emporium, circa forum frumentarium, circa insulam basilicæ: cæterum vero vrbis solum ades occupauere. Quamobrem virorum omnis congressus & exercitium interdiu agitur in tabernis, & in earum vijs : noctu vero quisque vbi seruat tabernam, suas ad ædes se confert. Ea vero loca, quæ supra tabernas manent aut megacena sunt, non hominum habitationes: aut diuersoriarum domorum triclinia cubiculaq;. atq; prætoris est, noctu custodire tabernarum solitudinem, circa eas assiduas excubias facientis.

QVI FVERINT, QVI ædificando benemeriti sunt de vrbe Nola.

CAP. XVI.

OPerapretium erit hoc postulante loco, ea referre, quæ a suis autoribus in vrbe edita ac ædificata sunt: quiq; illi fuerint, declarare. idq; quantum aut scriptores, aut inscriptiones, aut relatio, aut præsentia ipsa facti præstare docereq; possent. Tiberius igitur Cæsar templum Augusto erexisse legitur. Nicola Vrsinus Pyrrbi pater cœnobium diui Francisci, atque diuæ Clarę, atq; Collegium virginum condidit : in media vero vrbe porticum fundauit. Arcem alij ad Ladislaum regem, alij ad Pyrrhum Vrsinum Nicolæ filium referunt. Raimundus Vrsinus Pyrrhi filius prætorale cūersionatus fecit: idem semiturrem, quē vmbonē vocauimus

simus, ante ostium arcis externum construxit, omnes quinetiã vias, quas silice stratas esse monstrauimus, adeo plantatas esse, atq; extra vrbem in clino ipso collis Gecalæ occiduo basilicam cum cœnobio erexit, Diuoq; Angelo dicauit. Vrsus Vrsinus nostra tempestate regiam instaurare magnificentius aggressus dimidiatum opus expediuit. Namq; morte præreptus ædificium imperfectum reliquit. Idem aream, quem Mercatum appellari monuimus, ampliorem apertioremq; atq; specie quatriquetra reddidit. Carnarium quoq; quod superioribus temporibus in hac area exercebatur amouit, illudq; inclusit in angiportu, qui à via Portelli diuertitur, vt dictum est. Emporium quinetiam, quod antea arctissimum ac vetustate nutans erat, instaurans amplificauit. Basilica Episcopij incepta est à Raimundo Vrsino memorato: finita vero est ab Vrso atq; Episcopo Nolano Ioanne Antonio Tarentino. Chorhospitale basilicæ fabricatæ sunt ab hoc ipso Ioanne Antonio Episcopo, à quo episcopale palatium etiam instauratum magna ex parte fuit, atq; aptius distinctum. Palatium, quod in medio plano Palma extat, conditum est à Nicola Vrsino Petiliani Nolaq; regulo auoq; tuo, in quo Ferdinandus primum, deinde Federicus eius filius reges incolebant, quum eo ad aucupiũ miluiorum rapaciumq; auium certamen spectandum se contulissent. Gentilis Vrsinus pater tuus columnas earumq; coronas & spiras, item latera cuncta pauimentumq; ac testudines omnes sacelli Beati Felicis, quod sub choro obstrusum est, lauigatis asseribus quernis concinne contexit, ac sacelli eiusdem totum parietem, qui supra altare extat, signo marmoreo elegantis adornauit. In quo principe animus magnus erat illustrandi mire factis vrbem Nolam adeo, vt frequens ab eius ore verbum audiretur, se omnes de vrbe benemeritos superaturum. quod fecisset profecto, ni ab inchoata iuuenilitate febris iniquissima virum tantum eripuisset. Basilicam diui Ioan. Baptistæ atq; domini Iesu sus cuiusq; vespillones tum are collato, tum legato extruxere. Idem cœnobium fanumq; diui Angeli, quod vt monitum est, in Gecalæ iugo erectum est: partim amplificauit, partim elegantius atq; commodius reddidit industria, studio, & auctoritate sua Ioannes Infantius concionator diuinorum. Quinetiam omnem clinum, qui ante templum ipsum ac monasterium assurgit, ductis arcubus atque testudinibus pilisq; oportunis fundatis adeo affabre cõtexit, vt ab ima eius collis radice gradus rectos longosq; exciperet deinceps exurgentes, quo vsq; aream, quæ ante templum & monasterium est, scanderent. opus magnum pulchrumq; atq; ascendentibus facilimum sternens iter, atq; veluti erisma firmissimum iugo suppositum est, quo, ne fanum cœnobiumq; labante clino ruinam faciant, tutissimè sustentantur.

QVAE FORA ET QVIBVS in locis pateant, atque quæ res in eis tractentur.

CAP. XVII.

LOcus iam ab his datus est, vt paucæ de foris referantur. fora namq; complura exercentur: quorum vnum est boarium, quod extra Portellum amplissime patet, in quo armenta, greges, & animalia omne genus venduntur: idq; Mercurij quaq; die, quæ octaua queq; est. Namq; pridie diem Mercurij illucet Martis dies: ac pridie Martis est Lunæ dies. pridie item Lunæ Solis dies illucescit, quæ etiam Dominica nuncupatur. est q; semper dies festus nefastusque. at dies postera Mercurij, Iouis dies est, & huius postera est Veneris, atque post hanc est dies Saturni, quod Sabbatum vocant. Alterum autẽ forum est farinarium: quod emporium & docana est. verum in hoc ipso non farina solum, sed etiam caseus, oleum, cera, lana, panni, coria, ac pleraque alia venduntur: idque non paulatim libratimue, sed summatim. hæc omnia Mercuriana die præsertim à circumpositis oppidis apportantur, venduntur que. farina vero die Lunæ atque Veneris quoque inuecta foris diuenditur. Est tertium forum frumentarium in conspectu basilicæ, quem Mercatũ appellant: in quo Mercurij die frumentum omne genus venditur, & legumina, & poma, & linum, & quæcunque à domo rustica cistis asportare in vrbem possunt paganæ mulieres. In hoc a foro spira magna quædã marmorea sita est, sup quæ trabs etiã marmorea quadrilateraque transuersa iacet, qua in trabe excauata sunt omnia mensurarum publicarum genera: vt vini, frumentorum, anellanarum, cæterorumque pomorum, vt omnes harum rerum mensuræ, quæ ex alia materia fabrefiunt, tum probarentur, cum hisce illas æquas esse magistratus compererit. olei namque mensuræ à pondere non à vasis capacitate accipiunt emendationem. Quinetiam ab alterutro trabis eiusdem cornu magna catena pendet, qua collare ferreum vltimo ligatur. hic fontes quidam citra dolorem corporis dant pœnas, siquidem nudi atque eo vincti collari exponuntur conspectui & maledictis omnium, qui ea die mercandi causa Nolam se conferunt: exacta vero vendendi hora, quæ ad inclinationem vsque solis prorogatur, fontes tãquam satis pœnarum eo pacto soluissent, dimittuntur. Qui locus pœnaque vergonia vocatur, quod fontes assidue auersi faciem in humum vergunt. Est insuper forum asserum, quod eadem die exercetur in area, quæ sub basilica patet apostolorum, in quo trabes, asseres, ac similia noua lignorum rudera venduntur. Forũ quinetiam cupedinis patet, sed quod in duobus vrbis locis atque cotidie habetur. alterum n. ad sacellũ diui Paulini, quod Hospitale etiã, appellatum est: alterum prope emporium frequentatur. in his manent cupedinarij omnis generis, ac omnia, quæ esu apta sunt, venduntur exceptis pisce ac visere. Est laniena eo in loco, quem diximus, atque in eodem forum piscarium etiã statutũ est. Artes vero vtensilium in officinis tabernisque, quas apothecas appellant, exercentur, quæ circa ea fora passim adiacent, vt dictum est. Lupanari vero, quod tanquam prostituentium puellarum forum est, locus nullus descriptus est. meretriculis n. concessum est, vt in diuersoriis domibus solummodo se prostituant, suique corporis operam illic, vt lubet, diuendant.

DE

DE NOLA.

LIBER TERTIVS.

DE SACRIS, INITIATIS, ET dignitatibus, ac prouentu eorum: item de Beginis, & Vespillonibus Nolanis.

CAP. I.

SVPERIORE Volumine praesentis vrbis forma structuraq; omnis atq; locorum viarumque descriptio, quinetiam ager ac eius partes explicatae sunt exacte: In hoc autem tertio quē mox exaraturi sumus libello referentur ciues, atque eorum mores & exactiones: ciues inquam tam profani, quam sacris initiati & addicti: item tam principes praesulesque quam qui hisce regnntur, hisq; obnoxij sunt. Verum prius de sacris imbutis: posteriusde profanis narrabimus. sunt igitur sacerdotum Nolanorum alij episcopales, quos clericos presbyteros. que vocant: alij cœnobita, quorum hosce monachos & fratres, feminas vero monachas appellant. clericorum autem alij sunt conscripti statutiq; in officio quoad vixerint: nonnulli vero extraordinarij vagantur. statuti vero sacerdotes ij sunt, qui in chorho spitis sedent: quiq; omnes duo sunt atq; xxx. Quorum xx. canonici: duodecim vero numerales appellantur. canonici sedent in chorho spitis superioribus deni, quidem in ordine dextro, ac deni in sinistro: numerales vero in sedibus inferioribus sessitant, seni in latere dextro, atq; seni in latere leuo. Atque sicuti canonici sede excellunt numeralesita quoque in quanis re participanda praferuntur. Quamobrem maiores partes capiunt & prouentuum & rerum ceteraruum, quae communi conditione ad eos accesserint. Canonicorum quinetiam quatuor sunt dignitates Archidiaconus, Thesaurarius, Decanus, & Cantor. Querũ Decānus & Cantor primi sedent in ordine sedium dextrarũ: Archidiaconus vero ac Thesaurarius a latere Episcopi in ordine leuo, harum dignitatum quelibet semel concessa nunquam tollitur, nisi possessor renunciauerit episcopo. tum igitur alter loco renunciantis tanquam defuncti adscribitur ac admittitur: sed tamen in locũ canonici tam absque dignitate praedictarum aliqua dignitatum ornati, adscribitur vel vnus è numeralibus, vel aliquis qui extra omnem ordinẽ episcopii manserit: vel etiam canonicus ad aliquam earum dignitatem attollitur. Ad numeralis vero sacerdotis locum, vbi mortem cum vita commutarit, solummodo recipiuntur, qui extraordinarij sunt. hac enim spe plerique sacris initiati & disceni gratuito templo seruiunt: quorum nemo aut canonicus est aut numeralis. qui & si nihil rerum clericalium participant, dicunt se tamen inuellis, qua orationes faciendo colligunt, atque parentalibus vectigalibus, qua ab extraordinariis sacellis, in quibus sacra agunt, capiunt. Quinetiam praeter eas personas etiam eligitur Sacrarius, quem Sacristanum vocant: qui vnus è numeralibus computatur. Sed ea dignitas non est illi perennis. mutatur enim ab episcopo, quum mutandi necessitas aut voluntas aderit. praeter hosce sunt duo procuratores, atque quaestores: quorum alter è canonicis, alter è numeralibus designatur. Neq; eiusmodi quaestura perpetua manet: quotannis enim quaestores deliguntur. Episcopus autem, qui omnium Dominum est primum sedet in choro ac in ordine sedium laeo superiore. Namq; sedem primam, quae in ordine dextro est, regulo concessit. Episcopus quinetiam in aedibus habitat, quae basilica contermina structae sunt. canonici vero atq; ceteri omnes clerici, sua quisq; (vt lubet) domi. sacrarius autem solummodo cum ministris eius assidue in templo praesens est, ac in aula sacraria corpus curat. Namq; diluculo primum campana pulsata citantur clerici omnes ad matutinas orationes: inclinante vero ad occasum sole iterum campana reuocantur ad orationes vespertinas. Nec aliis horis ad templum clerici se conferre cogunturi. Prouentus autem tam episcopi quam cleri colliguntur ex agris, aut domibus tabernae locatis aut tributariis: quarum possessioni succedere legatis & testamento defunctorum. Veruntamen separata est possessio ac reditus locorum episcopi ab ea, quae est cleri. Quamobrem prouentus cleri in status suos sacerdotes diuidunt eo pacto, quo singuli canonici tricenis senis aureis quotannis impertiantur: numerales vero vicenis quaternis. Nam praeter hosce prouentus, quilibet eorum alios habent reditus ex aliis extra ordinem possessis sacellis. Episcopi vero annalis prouentus ad octingentos aureos consummatur. aureus autem atq; argenteus pondere pares sunt: sed censu differunt. Namq; aureo decem argentei aequum censum faciunt: quamobrem aureus etiam decatus appellatus est, quod decies argenteo valeat. Cœnobita autem distinguntur, Nam alij sunt monachi sectantes beati Augustini statuta, qui in monasterio viuũt, q; beati Paulini fano haeret: alij vero beati Francisci ordines ac praecepta subeuntes vitamq; agentes in cœnobiis duobus, quorum alterum est intra Nolam in angulo, qui est sub Turre Quinq; pentarum, alterũ in ingo Gecala collis. Verum hi nudos pedes soccutis & soleis duntaxat ligneis muniunt, atq; interulam pilis asperis confectam assidue indutã gerunt, linea omnia tam vestiendo quam dormiendo fugientes. Quamobrẽ obseruantes appellantur. illi vero & lineas interulas induunt, & in lecto lineas sternũt, atq; caligas laneas, & calceos crepidasq; quae è subere corioq; consuuntur, admittunt: conuentualesq; vocantur. Omnes, qui praedicti sunt, ostiatim in vrbe medicant: sed Augustinenses atq; Franciscani conuentuales, praeter praedicamenta, etiam vectigalia ex agris ac domib. & tabernis colligunt: obseruantes vero solis

mumsculis atq; petitis mendicatisq; alunt se, possessio- A
nibus quibuscunq; non solum redditibus abrenunciã-
tes. Cœnobitæ autem fœminæ omnes virgines sunt, atq;
tria intra vrbem cœnobia habẽt. Nã alia in monaste-
rio clausæ sunt, quod collegium appellari, dictum est:
alia in cœnobio diuæ Clarę. Item in sanctę Spiritus
conuentu alię. aluntur omnes redditibus atq; luscellis,
quæ fuendo filandoq; faciunt. Nec vlla in cœnobium
prius admittitur, quam decentem pecuniæ quantita-
tem, tanquam dotem ferat, cœnobioq; largiatur. sex
itaq; Nolana cœnobia sunt. Veruntamen vt in mona- B
steriis marium cœnobitæ perpauci sunt Nolani: ita
fœminæ cœnobitæ maxima ex parte de familiis Nola-
nis sunt exceptæ: paucissimæ enim externæ admittun-
tur. quod eo factum est. Nanq; monachi fere quotan-
uis cœnobium mutant: fœmina vero non solum non
mutant monasterium, sed quod semel intrauerunt,
nusquam ab eo proficiscuntur foras. Sunt præter hosce
vmbræ quædam initiatorum veluti begine, seu vt alius
placet dicere, beZegnæ, quos Nolani biZogas vocant:
atq; veluti sunt vespillones, quos confratres appellant. C
Nanq; begine siue mares siue fœminæ sint, non inclu-
duntur: domi enim quisq; suæ vitam agit, atq; vt pro-
fani consuetudinem ineunt. videntur tamen initiatis
quod ex eodem panno indumentis similibusq; prope fi-
gura iis, quibus sacerdotes vtuntur, atq; statis quibus-
dã horis ad fanũ accedũt veluti sacerdotes. statasq;
quasdã orationes faciunt: item institutiones & legis
obseruant, quas potissimum à cœnobitis diui Francis-
ci accipiunt. hos enim tanquam magistros audiunt
& venerantur: atque ad eorum fana maxime oraturi D
accedunt. Vespillones autem vt fanum proprium ha-
bent, ita ab orandi temporibus statis, atq; obseruandis
aliorum sacerdotum præceptis se vendicauerunt. Nã-
que profani prorsus sunt: vmbræ vero videntur ini-
tiatorum, quod curam quandam subeunt regendi ba-
silicam, quam collato ære construxerunt, atq; efferen-
dorum funerum. adhæc se vinculo insuper ãdi mutuo a-
strinxere ita, vt eq; ac fratres se colerent ac adiuuarẽt.
Quamobrem conuentus eorum, & veluti familia
numerosa appellata est fratraria. Quinetiam tam hi E
quam begine nihil rerum prouentuũq;, quod ad fana
spectaret, attingunt, ingq; proprium vsum aut alimen-
tum abducunt: Sed potius contra de suo assidue pecu
facculoq; erga basilicam atq; sacerdotes, quos sequun-
tur, aliquid effundunt atq; conferunt.

DE SACELLIS SEPVLCRIS-que priuis: deque funeribus atque eis, quæ circa funera tractantur à Nolanis. F

CAP. II.

INcrebuit tempestate tam superiore quam nostra, vt sicuti in vrbe quisq; sibi domum condidit, in qua cum familia bene ageret atq; viueret: ita quoq; conuenerit extruere sacellum cum sepultura in qua mor-

tuus humaretur honeste cum fide. Neq; eiusmodi sa-
cellum sepulcrũq; extruitur extra vrbem secundum
celebres vias, vt viatoribus nomina magna ponentiũ
ostentarentur in marmore incisa candido, veluti pri-
scis seculis consuetum fuit: Neq; in excauatis in monte
verrucane aliqua magnis concameratisq; cuniculis,
quæ aliquanto tractu semota sint ab vrbe, incauantur
sepulcra singulis defunctis, quæ sicuti capsæ longa serie
ac sibi hærentes eidinute, tum in dextro tum in læuo
cuniculi latere soloque calle, qui in medio est cuniculo
relictus, discriminante structa spectantur. Quamob-
in visceribus montis terrane facta esset veluti ciuitas
defunctorum, atque tanquam per vicinias, ita per cu-
niculos tumulatorum iretur: quemadmodum etas,
quæ secuta est illam priscam, fecisse comperta est, vt
Neapoli atq; Syracusis eiusmodi mortuorum ciuita-
tes excauatas etiã nunc est cernere: quanquã neq; tem-
pestate nostra neq; legis anteactis temporibus quisquã in
eis conditus sit. Verum nostrates sacella priua, quæ
capellas vocant, (hoc est ades parum capientes) in ba-
silicis magnis vrbis non in cuniculis struunt: vt in e-
piscopio, in sanctis Apostolis, in basilica diui Francisci
ac ceteris: quasi defunctos sacris initiatos minus
deceat, nisi in locis sacris iacere. Sacellum igitur
parieti basilicæ hærens extruitur latum ad octo, de-
cemue pedes. namque factis vtrinque duabus semipi-
lis in pariete ipse arcus superiacuratur, qui à solo
extat ad xij. pedes. Quinetiam eriguntur duæ co-
lumellæ singulæ ante singulas semipilas: super qui-
bus testudo vertitur ita, vt cum arcu prædicto eun-
dem faciat camerationem. deinde super testudine
opus fastigiatur in figilla imagunculasque vel viro-
rum vel foliorum apte se complicantium. In medio
vero sacello ara exitat longitudine trium, latitudine
quatuor pedum hærens etiam parieti. super qua fi-
unt sacrificia & diuina rogationes quædam, quas mis-
sas vocant. super ara vero tabula magna erigitur, quæ
parietem, quem à tergo habet, omnem fere tegit. in
hac frequentius picta est dei mater sinu gerens I E-
SVM Dominum infantem: atque a latere vtro-
que diuæ matris pinguntur diuorum imagines, quos
sacelli dominus maxime colit. Hanc tabulam Gra-
co verbo econam vocant. in aliquibus vero sacellis non
tabula est, sed in pariete ipso eedem picturæ conspicun-
tur. tegitur itaque econa & ara atq; sacerdos, quum
sacra in ea facit, à testudinis camerazione: sub ara
vero fossa alta ad xvj. pedes canatur, lata ad viij. lon-
ga ad x. erismatis vndiq; firmata atq; subterranea
quoque testudine operitur. fossa ostium quadratum
est, lateriſque trium pedum, quod claudatur à
mensula marmorea: estque hoc ipsum ostium ante
aram. lapis autem tegens interdum protensus est ad
hominis magnitudinem, latus vero pedes tres:
atque insculptus in eo esse solet sacelli dominus, at-
que circa eius imaginem, nomen etiam & laudes
inciduntur. idque tum præsertim fit, quum vir
fuerit virtute præstanti. hoc itaque modo se habent
sepulcrum domusq; defunctorum atq; sacellum. Quã
igitur quisquam ciuium egregius mortem cum vitæ
commu-

commutarit, etiam biduo defunctus continetur domi frequenter die una: pridie vero quam exequiæ agantur, ad primas faces campana maxima pulsatur, prius quidē in episcopi campanaria turre, atq; quamvehementissime percuti potest, vt sonus sit terribilior, ac tāquam pro mortuo clamores etiam campana mittere videatur: pulsaturque ad ducentos ictus. Post hāc pulsatur altera campanæ etiam maxima in campanario diui Francisci ad totidem ictus, modoq; eodem vtraq; vicissim ter pulsatur, quum defunctus mas fuerit. Namq; pro femina semel atq; iterum singula pulsantur. si vero defunctus fuerit opifex aut nō ex ordine meliorum, tum campana ha ad quinquagies sexagiesue ictum accipiunt: interdum non vtraq; sed altera vtra dunt exactū ictū agitur. Quum vero quis obiit, puer infansue fuerit, campana parua pauciſque ictibus, idq; in altero solum cāpanario auditur. Quin etiam sub diluculum posteræ diei pro primario solum modo viro campana eadem vt pridie tractantur: itē tertio post exortum solem, atque sub ipsam funeris elationem. Defunctus vero quum domo educendus est, in capulo strato culcitra & lodice pulcherrima imponitur vestitus eo modo, quo preciosissime ornatus fuisse viuens. sequuntur ipsum mulieres vsq; ad capulum passis capillis, lugubri veste plorantes plangentesq;: inter quas siqua vxor fuerit defuncti, ipsa palam resectis forfice capillis omnibus pectus mariti contegit, ac relinquit largiens, vt illos in sepulturam rem suam vxoris carissimam conferat. deinde osculis postremis datis lamentationibusq; magnis factis euellitur a cadauere, quod amplexa tenet. plorantem illam euellunt magistri pompæ ac viri amici. postea filiola atq; affines mulieres etiam plorantes defunctum osculantur, atq; vltimis his officijs actis tollitur capulum humeris quatuor validorum iuuenum vespillonum, atque effertur. mulieres sequi conantes domi retinentur ab aliis amicis: quarum numerus ingens ad id ea die accurrit. Pompa vero partim precedit, partim sequitur funus. precedunt enim primum libitinarij bini incedentes tacentesq;: sequuntur hosce cœnobitæ: postremo sacerdotes episcopi bini quoq; sed continentes psalmos naniales. eorum vero trium generum singula præferunt altam crucem, quam veluti vexillum comitantur: atq; singuli omnium ordinum horum candelam accensam gerunt. sequuntur funus primū affines pullati omnes, idem bini gradientes plorant: eis amici caternatim comitem præstant. vehitur funus ad basilicam sacelli sui, atq; in ea media capulum demittitur, collocaturq; in mediis castellaminibus. Castellamina autem ad id extruuntur hoc pacto. eriguntur quatuor tigna veluti pila, singula senis pedibus alta, quorum bina a reliquis distant sexdenos pedes: binorum vero alterum ab altero pedibus octonis. his insident quatuor triangula ex tigillis constructa, binis tigillis singula triangula fastigiantia angulum: per eorum vero triangulorum latera omnia passim candela accensa eriguntur: in angulo vero faces extant. hanc itaq; structuram fabricamq; lignorum ad id tēporis paratā, castellamina vocāt. Defunctus antē intra ea tenetur quousq; diuina preces, atq; nenia à sacerdotib. decantantur, atq; collaudatio facta sit. siquidē interdum habetur oratio, qua defuncti mores ac vita laudantur in ipso funeris officio: interdū vero post ipsius humationē, q; magis probatum est. quo n. oratio habetur humatione posteriore, eò magis a silentio & hominū oblitione veluti ad vitam defunctus renocatur, magisq; amari ac desiderari videtur. contra vero quū presente defuncto oratur, una cū eo humari ac sepeliri videtur oratio. Proinde Gentilis Albertinus iuuenis magna eloquentia præditus biennio post tumulatos luculentissima oratione collaudauit Sigismūdū Alfanum atq; Baldasarē Iudicensem. actis itaq; inferis nenisq; primū dimittitur ab editimis tota lugubritas, qua comitata funus erat. vt domū redeat. illaq; prius ad defunctū accedit, atq; osculo dato reuertitur domū versus. Deinde defunctus in arca lignea linteis solis conuolutus includitur, atq; in fossa sacelli sui stipatur ac tegitur. Illustrioribus vero viris atq; episcopis & regulis arca fit excauato insculptoq; marmore: quæ non in fossā demittitur, sed erectis quatuor columellis pilisue superponitur extans a terra ad sex pedes. in qua vbi defunctus situs est, tegitur altero marmore imagine defuncti effigiato, atq; nomine & laudibus eius inciso. quorum vero tanta non est vel vis vel ambitio, in fossas publicas intruduntur, quæ per reliquā basilicam sunt excauatæ: neq; castellaminib. incalescūt, aut collaudationib. illustrātur. Illi vero qui occisi sunt tā repētē, vt ne sacra quidē a sacerdotib. accipere queant, extra basilicā humantur. fit n ligone fossa alta ad quinq; sexue pedes: in qua cadauer absq; pōpa & manib. delatū a pauculis sola terra operitur. est autem hisce occisis sepeliendis area quædā destinata, quam ambit a meridie ala episcopi, ab ortu vero areola basilicæ diui Ioānis Ba. ea area quadrilatera patet. cuius singula latera sunt ad quadragenos pedes protensa totaq; sub dio, appellaturq; est olearū horti. nāq; consita illic alias fuere olea, quas nos vidimus. illud quoq; referendū est: qui nāq; sacellū primum sibi suisq; condere cupit, eū oportet, non prius restruere, quā mercari locū a prefectis basilicæ, vel episcopo, vel sacerdotibus. atq; preterea opus est, tradere edito sacello agrū edesue subditis tantas redditusq;, vt ex eis pecunia tanta valeat exigi, quæ iustū premium orantibus statis horis in eo sacerdotibus esse possit. contingit quinetiā, vt ea possessio amittatur: vel quū domini familia extinguitur, vel obscuratur adeo, vt nullus hæres appareat. quamobrē iterū a prefecto venditur sacellum: interdū vero ipsū hæres vendit emptor antē vbi factus est sacelli dominus. statim tempore fossam expurgat eximens & terrā & ossa omnium eorū, qui superiore sæculo illic sepulti fuerint, illaq; planstris extra vrbem tanquam alteris exsequiis efferunt, ac in vijs cænosis spargūtur: vt viatoribus calcata reddant itinera ficciora. prefecti quoque basilicarum vel quum publicas foncas mundare purgareq; volunt, aut nouas aliquas excauare. purgamina & terra immista ossa defunctorum eodem modo extra vrbē eiiciunt, viatoribusq; sternūt: ne ita ferente cōditione humana sit aliquis etiā mortuus quieti

locus, vtq; non animaduertat, inter ipsum atq; terram quam pedibus calcat, nihil interesse. Post quã autem à funere editimisq; dimissi sunt filij affinesq; defuncti, domum se conferunt sola amicorum turba comitante: vbi offenduñt mensas magnas opipare paratas. vicini n. amiciq; ac affines varias optimasq; dapes eo præmiserant. discũbitur à cunctis: fiunt colloquia nihil ad defunctũ attinentia: sed ea, quæ tristes animos mitigent ac leuent. atq; interim si qui sint, qui plorent, illos consolantur ij, quibus curæ est communiũ & leuamentũ. nam illud, quod dici solet, seruare velle, videntur, solatium in aduersis: familia vero defuncti post humationem triduo biduoue domi se cõtinet: deinde ad officia quisq; sua foras exit. Sed tamen pater pro filio, atq; filius proparente: item frater pro fratre, ac patruus auunculusq; pro nepote: & hic pro illis annum lugubris inter homines agit, nigram pallam vestiens quæ vbi in collari vincta sit, soluta descendit vsq; ad talos tegens omnes corporis partes, quam Gramaticam vocant. verbo enim gramum significatu nouo lugubre significatur. capitis quoq; tegmen nigrum est: strophium vero quod capiti intortum gestari deberet, soluium humero pendet. barba quinetiam promittitur, capillos intonsos alit. per id quoq; tempus non ridet præ virtibus: non læta loquitur, auditue: nec ad ea loca accedit, in quibus aut nuptiæ celebrantur, aut sodalitia aguntur. Cæteri vero affines per tres menses, interdum duos, aliquando minus lugent. Mulieres autem domi forisq; lugent: vxor quidẽ vidua facta perpetuo pullata est, tum nigris vestibus, tum velo capitis fuscis vtens, nisi transierit ad alteras nuptias. Filiæ item defuncti aut semper, aut vsq; quo maritentur, nigra induunt: cætera vero affines aliquot menses luctum ostendunt, vittis tribus seruis nigris rubrisue, pede longis, digito latis, quæ sub velo pellucido alboq; ab occipitis per verticem vsq; ad frontem distincta locis tenduntur.

DE FAMILIIS PRÆSENtis vrbis egregijs.

CAP. III.

NEmo (quæso) me Nolanus accuset, si scribens de familiis Nolanis neq; de omnibus neq; de paucis earum tanquam de illustrioribus mentionem fecerim. Nanq; si paucas duntaxat referre velim, multas alias memorandas honore suo defraudem necesse est: siquidem præter paucas etiam plerasq; aliæ numerantur memoria dignæ familiæ. sin vero omnes censerem, profecto multas quoq; iniuria quadam afficerem: inter omnes n. plerasq; sunt, quarum nomen est in obscuro quarumq; qui meminerit dicendo cunctas, is indignas dignis æquas fecisse existimatur. Eas itaq; censere familias recte videor facere, quæ studijs ingenuis non artibus sordidis aut multum seruitij continentibus incumbentes, alunt se: quæq; vel mercaturæ studio, vel literis, vel armis vtentes clarius cæteris degunt, atq; ad honestum vitæ modum bene beateq; viuendum cotidie attollere se summa ope nituntur. In quo nemini quod id mirũ esse velim, si alicuius familia vnum alterumq; nominauerim virum egregium, atq; horum causa etiam familiã exceperim enotarimq;: quamuis illa tota sordida sit. Siquidem bonitatis atq; virtutis munus hoc ipsum potissimum est, vt potius a viro vel modice studioso claroq; familia ignobilis obscuraq; possit illustrari: quũ lumen virtutis viri solius valeat extingui ab obscuritate familiæ, quasi minima scintilla facilius magnas tenebras, quam tenebræ maximæ paruã scintillam vincere atq; superare possint. adde nullam esse familiam etiam nobilissimam, quæ non ab vno paruoque aliquo tanquam igniculo cœperit illustrari: quod si magna gradu fecerunt à primis inchoantibus, nefas est, de primis non etiam suæ merita cõmemorare. Neque hoc in loco mihi negocium est conferendi laudandique vnamquanque familiam, viroſque in eis præcellentes: sed vt dictum est monendi repræsentandique duntaxat posteris eorum, duos præsentium ordines esse, alterum obscurorum, clarorum alterum: vt illorum quisque possit iudicare, quo pacto consentiant posteriora cum præsentibus: cernereque vnde nam genus trahat: atque an receptitius sit, an indigena ciuis: & an à seruitijs ad honestos euectus, an à claris ad seruitia degenerarit, quod summopere nũc nos cupientes conferre cum præteritis præsentia, cõsequi non possumus. nequimus n. comparationem facere præsentium cum anteactis sæculis. de familijs n. vt de plerisque aliis rebus Nolanis nihil a quoquam relatum vsquam legimus. Verũenimuero recte censuros Nolanas familias, primum omnem vrbem in quatuor partes veluti tribus diuisam tueri oportet: quarum vna continetur à pomœrio Vicancij atque via Cortefellana, quæ oritur a porta clausa procurrente adusque sectionem, quæ sub sacello beatæ Mariæ noue sit, atque via, qua ab hac sectione descendit adusque turrem Mergaldorum: hec enim populi pars Vicancianorum est. altera concluditur à pomœrio Cortefellano atque via procurrente a turre Megalderum per sectionem beatæ Mariæ noue, atque per Casale nouum adusque pomœrium arcticum: quæ pars populi Cortefellana est. Tertia clauditur ite à pomœrio Samueleitano atque Casali nouo a via Cortefellana, quæ tenditur a sectione beatæ Mariæ adusque Porticum, atque a Vicanciana, quæ procedit à Porticu adusque emporium, demum à ramo viæ Portelli, qui ab emporio adusque diui Francisci basilicam reflectitur: quæ regio Samuelini populi est. Quarta pars est reliquum vrbis, quod clauditur ab eodem ramo, eidemque Vicanciana atque via Cortefellana, quæ à Porticu protenditur vsque ad portam clausam, atque pomœrio Portelli. quæ vrbis pars Portellanorum est. In hisce sita factis vrbis populique partibus tribubusque he familiæ meliores tempestate nostra incolæ reperiuntur.

Nam in regione Portellena sunt Ferarij: inter quos Bartholomæus inuenitur, ac Adrianus eius filius etiã inuento-

iurisperitus atq; poeta: item Placitus scientia iuris vtriusq; floruere. Censentur Iofantij, inter quos Altobellus eques acerrimus extitit, atq; Ioannes monachus concionator diuini verbi: cuius industria studioq; multa addita sunt in templo atq; cœnobio diui Angeli, quod in Gecalaingo erectum est. Antonius quoq; huius frater, quod & decanus in Episcopio, atq; episcopi Vicarius perpetuus vixit. Incolunt Calabrij, quorum Hieronymus excelluit moribus, elegantia, atq; armis non modo in Campania, verum etiam apud Insubres. Sunt Coreua, quos inter Iacobus atq; Antonius eius filius arte chirurga polluere. comperiuntur Corriales, ex quibus Ioannes eques micuit. censentur Boccalati, inter quos Marcus Philosophus atq; medicus praecelluit. Aloisius vero Marci filius atq; Ioan. Paulus, item Pyrrhus & Franciscus arma exercuere: & Bernardinus mercatura studio pollens. Sunt Albertini: ex quibus Iacobus vtriusq; iuris peritia excelluit, atq; Neapoli regius index conscriptus est in foro, quam Magnā curiam vocant. idem in bello Gallico, magno habitus est loco. Quinetiam Gentilis huius filius legum scientia atq; eratione praestanti floret. Symo item Troianus, ac Ioannes Antonius senatores boni existunt. Angelus quinetiam canonicus atq; thesaurarius clericatus praestat: Felix quoq; arma exercens. Hieronymus vero & Antonius legum scientia redimiti. Sunt Fulcij: inter quos Hercules musica & armis excellit. Praeterea autem hoscefamilia tua Vrsinorum fulget: qua & si Romae ac Italiae tota illustrissima est: ex ea tamen multos duces protulit Nola vrbs, vt Colam, Pyrrhūque, qui Nolae princeps atq; multorum in Vmbria oppidorū dominus fuere, item Raimundū, qui Fregellarum quod quidam Atripaldum nunc vocant, ac Sarni Salerniq; non modo Nolae princeps fuit. Ioannē Antonium itidē, qui Tarenti magnaq; Apuliae partis, quae olim Calabria dicebatur, regulus extitit. is aliquando tantum praestitit consilio, potentia, atq; armis: vt Regem Ferdinādum primum ad fontes Sarni fluuij magno cum exercitu verterein fugam quirit, penesque eum aliquando fuerit, illum Neapolis regem futurum, quem ipse designaßet. tum enim inter Ferdinandum ac Ioannem de regno bellum gerebatur. extitit alter Ioannes Antonius frater tuus è Gentile atque Catharina Ferdinādi regis nepte ortus, q; vel ante pubem eleganti & soluta & numerata polluit eratione, atq; memoria tanta praeditus fuit, vt vel quatuor quosnq; scribentibus varia epistolarum genera eodē tempore dictaret. equo quoq; & hasta accommodatissime vtebatur. vixit annis xviij. Ex eisdem parentibus tu quoq; Enrice dignissime genitus es: qui tam praeclaro & paterno & materno genere illustratus, etiam ingenio ac moribus regis prefulges, ornatusq; magno excellis imperio. Nola enim vrbis praestantis Regulus euasisti, in cuius aetate tenella posita est spes generis patriaq; summa, & indoles maxima conspicatur: quae gesta clara, ac auis patreq; tuo digna pollicentur. quem Deus optimus maximus benignitate summa cum illustri Maria Sanseuerina carissima coniuge complectatur, vt & Nestoris annos superetis prolemq; dignam producatis, atq; res summa omnes cum gloria geratis.

Haec familia sunt in Portellana vrbis plaga. In Samnalitana vero sunt haec. siquidem Sarni primum occurrunt, inter quos Marcus ac Bartholomeus ob magnam equorum curandorum peritiam claruere, quamobrē etiam ducibus regibusq; cari habiti sunt. numerantur Todeni, in quorum numero Melchionius & Antonius ingenio mercaturae polluit. Item Alexander: qui arma exercuit, atq; contra Turcas in Asia recte sē gessit. Censentur Iordani, inter quos Iordānus magno mercaturae studio valuit. Verginius vero arma tractauit. Incolunt Meunati, quorum Leonardus literas exercuit. Antonius vere frater atq; horum pater Georgius peritia curandi equos praestitere. Alexander vero nepos eques acerrimus floret: ac Silnagius huius patruelis, qui armis gloriose incumbit. Censentur Coci: qui & si literis & armis caruere: nusquam tamen ausi sunt eorum aliqui foedare se abiectarum artium seruitio, sed honestiore studio vixere mercaturam exercentes, vt Pyrrhus pater & Antonius & Iacobus & Santillus & Alexander filij. Incolunt Casarini, quos inter Colangelus armis floruit. vir enim manu fide atq; cōsilio praestans, duxq; exercitus etiam extitit. is inter Salernum, Ebulumq; Aloisium ducem strenuum cum exercitu fugauit, inq; ea pugna cum eo singulari certamine manus conseruit, spoliaq; casi ducis cum ingenti gloria reportauit. huius tres filij extant: Ioannes alter, qui eques laudatus est: alter Micheles canonicatus dignitate honoratus: Tertius Iacobus Antonius, qui scientia legum consilio atq; facto floret. is n. ab Aldobrandino patruo tuo in Hispaniam missus est, ad regem nauigauit, cū rege tractauit, obtinuit. Sunt praeter eos Landi: inter quos Martinus mercaturae diligentia polluit, atq; Sylvester eius filius arithmetica. numerantur Matrenses, quos egregios reddidere Antonellus atq; Felix Antonius literas exercentes. spectantur Tangi, vnde Sanctillus studio mercaturae singulari excellit, atq; Baptista eius filius canonicatus dignitate decoratus. Item Antonius, qui literas exercuit. Extant Fricia: Ex quibus Troianus armis inseruiuit, ac Antonius eius filius miles acer extitit. Item alter Antonius poeta, qui doctam atatulam cum morte commutauit. Sunt Candita: de quorum numero Alexander eques floret egregius. Censentur Maccei: inter hoscepraestitere tum Lionellus senator bonus ac elegantia vivendi ornatus: tum huius tres filii, Ioannes Felix, Pyrrhus, & Philippus. omnes enim fuere equites praestantissimi atq; in singulari conflictu hastiludiorum, quam giostram appellant, debentes clostram dicere, excellentissimi: idq; praesertim in Insubribus. clostra enim concursus duorum certantium est, atq; locus clausus in quo hastis concurritur. Illorum autem Ioannes Felix domum reuersus Ferdinando regi gratissimus fuit: bisq; orator ad Matthiam Pannoniae regem ab eo missus est. vnde multis muneribus honoribusq; onustus redit. In bello vero Turcico, quod ad

Hydruntũ gestum est, glãde igneſcente genu ictus obiuit. Pyrrhus in conflictu cecidit ſurculo & haſta ſciſſa traiectus tẽpora. Philippus peregre ſemp arma exercẽs vixit. Quinetiã ex eadẽ familia atq; genere altero duo fratres claruere, Frãciſcus atq; Vincẽtius. Ille n. ſæpe Regia exigenda pecunia quum pax fuiſſet, quum vero bellum, commeatuum prefectus extitit. Vincentius vero regis erat à ſecretis: quiq; ſtudiis humãitatis atq; muſica polluit. Incolunt Sanctori: inter quos Nardus iureperitus excelluit atq; Ioãnes mercaturam exercens. Sunt Sardi: ex quibus Angelus Felix ſtudio mercature peritia nituit. numerãtur Samueles: quos inter Hiironymus mercatura tractanda præſtitit. Itẽ Pasca innumerantur: quorum Angelus & Antonius eius filius literas exercuere. ſunt Gratiani inter quos Vincentius literas exercuit: atq; Franciſcus mercature ſtudio pollens. cenſentur Perilli: quos Franciſcus nobilitauit dignitate archidiaconatus. Item Philippus ſagacitate mercatura egregius.

Certefellana autem regio hiſce nationib. illuſtratur: ſiquidem cẽſentur in ea Abundi, ex quibus Felix præſtanti muſica redimitus floret. Sunt Galluciii: inter quos Ioannes gladiatura magiſter illuſtris extitit. incolunt Ruſſi: quos Angelus Felix præſtans curſu, vi, & armis nobilitauit. Sunt Sicoranſa, quos inter armis excelluere Angelus ac Nardus. cenſentur Tancilli: ex quibus extitere duo Micheles, alter monachus philoſophus & cõcionator verbi diuini, alter philoſophia atq; medicina ornatus. Item horum patruelis Vincẽtius philoſophus ac medicus. numerãtur Capoſcroſa: quorum numero Orolandus ſenator, Felix vero eius filius iureperitus extitit. Immorantur Griphi: vnde Aloiſius extitit, qui in Aquilanorum vrbe prefectus vrbis electus eſt: & Felix eius filius arma exercuit, item Dantes mercaturam exercens, atq; alter Felix, mercatura indulgens: ac Alexander eius frater, qui armis incumbit. Sunt Maſſei: ex quibus Ioannes philoſophia & medicina ſcientia polluit: Blaſius Marinus vero eius pater ſenatorio ordine aſcriptus eſt. Cenſentur Ballete: ex qua gente Marchiſella mater orta eſt noſtra: atq; Iacobus miles. Item Patricius canonicatus dignitate honoratus: atq; Ferdinandus, qui armis tractandis delectatus eſt. comperiuntur Rehe: inter quos præſtitit Ioannes ſtudio mercature pollens. Item Nicolaus muſicus atq; canonicus. quinetiam Carulus hiſtoricus, & huius filius Annibal, qui arma exercuit: atq; Hieronymus vir ſenatorius. Sunt Suſſolani, quos inter Franciſcus atq; Laurentius eius filius iuris vtriuſq; ſcientia clari prefulſere: atque Petrus ſacerdotio ac literis circumſeptus. numerantur Marſeole. in quorum numero Fuſcus extitit mercatura præſtantiſſimus ditiſſimuſque, & huius filii duo Marcus ſenator optimus: ac Felix corpore & manu validiſſimus. Item Hierardus literis inſignitus. Quinetiam Ioannes atq; Antonius eius filius boni ſenatores. Cenſentur Lie: inter quos Petrus ac Vincentius iureperiti præſtitere. Petrus vero in Apuliam Oenotriamque, quam nunc Calabriam vocant, ſæpe auditor cauſarum à Rege miſſus eſt. item Petrus canonicatus dignitate honoratus: & Symo mercatura pollens: atq; Paulus huius filius literis ornatus. Cenſentur Maſtrilly: inter quos Antonius medicus præſtantiſſimus atq; philoſophus extitit. Gabrieles vero eius filius iureperitus & ſenator optimus viguit, gratuſq; regulis atq; populo, oblegenarius, atq; felicitate prope potitus obiuit. veruntamen filij filiaq; totq; nepotes atq; pronepotes exorti ſunt ab eo, vt octoginta vnus numerati ſint omnes: quos ſenex ille quotannis conuiuio excipiebat, vt in eadem mensa cunctis diſcumberent, ipſeque ſedens in altero mensæ cornu longam ſummna cum voluptate prolem conſpectaret. Cyrus huius filius armis polluit: quo rex ſæpe vſus eſt, ac ſenator optimus fuit. Franciſcus alter filius iureperitus extitit, ac regius magna curia Neapolitana iudex conſedit. Angelus vero tertius Gabrielis filius mercature diligentia præſtitit atq; ſenator optimus. à Cyro orti ſunt Matthæus, qui eques inuenisq; in caſtris obiuit: & Antonius, qui ſenator optimus atq; publicis in rebus ſæpe prefectus, tertius Nicolaus eques atq; ſenator optimus: vtrique populo ac regulis cari. Alfonſius vero rex in Hiſpaniam Nicolaum miſit. Erat enim is regis familiaris. atq; præter hoſce ortus eſt Victorius mercatura magna pollens. Franciſco autem quatuor filij orti ſunt: Ioannes Thomas iureperitus egregius, idem auditor cauſarum in Oenotriam Brutioſq; à rege miſſus eſt. Neapoli quoque regius iudex adſcriptus fuit in eo foro ſummo, quod ſacrum vocant conſilium: atq; in altero foro, quæ magna curia nuncupatur, Fiſcalis aduocatus ſeſſitauit. alter Felix, qui in epiſcopatu locum præſulis tenens clerũ iuraq; epiſcopatus multos annos gubernauit. idẽ canonicatus cãtoriſq; dignitate præcelluit. tertius Ambroſius, qui adoleſcens arma egregie exercens obiuit: quartus Cornelius ſenator bonus. Verum hoſce Franciſci filios inter Vicancianos connumerari oportet. in illa enim tribu incolunt. Angelo vero complures filij orti ſunt. Sed vnus Innocentius ac Ioannes alter legum ſcientia præſtitere. Alexander vero ingenio mercatura, ac Antonius literis ornatus extitit. Quinetiam altero genere Maſtrilliorum Enricellus ac eius filius Micheles extitere magna mercatura diligentia pollentes, ſenatoreſq; præſtantes. huius vero filij tres, Bernardinus ſcientia legum emicuit: qui tandem cõtemta hominum conſuetudine cœnobium arctum intrans ſacris initiatus eſt, vt ſolitaria vita gauderet. Quinetiam Vincentius, iuuenis paruo corpore animoque audaci extitit. Ioannes vero ſenator bonus natus ſit. Computantur Barones: inter quos Colucia præſtitit arte medica. Felix vero eius filius ſenator bonus extitit. Felicis vero filii quatuor: Palamedes ſenator optimus ac elegantia & liberalitate nobilis, poeticaq; gaudens, à quo complures orti ſunt. vt Petrus ſenator bonus, Albentius, qui iureperitus excelluit: Lucius, qui eques euaſit: Argentinus, qui equeſtri ordine floruit, ac à ſingulari certamine, quod ſæpe iniuit, ſemper victor atq; cum gloria rediit. Mirantes, qui arma exercuit: quos ille filios nominauit ſecundum ordinem elementorum nominis ſui. atq; præter hoſce Annibal

Petri

Petri filius senator præstans excellit. Ioannes vero alter Felicis filius eques bonus extitit: cuius item filius Marianus eques laudatus: & alter Adrianus, qui arma exercuit. tertius vero Felicis filius Franciscus fuit senatorio egregius munere. cui etiam duo filij orti sunt: alter Felix, qui senatoria diligentia fulget: atque Andreas, qui literis ornatus ante frugem obiit. At Senator quartus Felicis filius dignitate archidiaconatus atq; canonicatus insignitus est. Sed tamen hi tres Colucia nepotes ac pronepotes in plaga Vicanciana sunt censendi: illic n. immorantur. Sunt præter hos Saxi: inter quos Marinus cum literis ornatus, tũ urbis architectura peritissimus. item Marius huius filius poesi atq; scientia legum excellens. Sunt Scrignari: inter quos Restaurus senator: Thomas vero atque Raimundus Carulusq; utriusq; iuris scientia præstitere. Maximus item mercatura pollens atque senator magnus: ac huius filius Petrus Cola literis insignitus, cuius alta ingenia, quæ in legibus præferebat adolescens mors cita vetuit explicari. Censentur Ianuarii: quorũ Iesueles senator optimus extitit, Regique Ferdinando carissimus. Felix vero huius filius literis ornatus ac senator præstans præcellit. numerantur Alfani: inter quos Ioannes præstitit, vir adeo continens, vt ab omni reipub. Gubernatione se temperarit. Vrso vero regulo earus fuit. Sigismundus huius filius excellit tum eloquio tum legum scientia: qui vir magnus euasisset nisi mors te præreptus fuisset in adolescentia. Quinetiã Franciscus ac Ciccus senatores boni. Sunt Campiones: inter quos Ioannes philosophus ac medicus magnus præstitit. item Franciscus huius filius monachus atq; philosophus. Carulus quoq; ac Pyrrhus Aloisius mercaturam exercuere. Sunt Motones: inter quos Iulianus mercaturam exercuit. Extãt Caraccioli: ex quibus Altobelius floret arte musica, ac Felix & Ioannes armis inseruere. numerantur Basilii: in quibus Bernardinus philosophus ac medicus viguit. Carulus vero pater ac Antonius arma tractauere. Incolunt Peruisij: in quorum numero Colantonius inreperitus existit ac senator optimus: ac Iacobus senator bonus. Caspar item eques egregius: & Aloisius, ac Vincentius monachi philosophi atq; diuini verbi concionatores: & Hilarius iuris peritia insignitus. Bernardinus quoq; philosophus ac medicus: ac huius pater Ansoichus, qui arma exercuit. sed hi duo Vicanciani sunt. cẽsentur Sclani: quorũ Bernardinus monachus philosophus & concionator extitit: ac Iacobus & Thomas, qui arma exercuere. sunt Cucurbitæ: inter quos Daniele sacerdos ac peritia iuris pontificij pollut: & Nardus qui literis fuit ornatus. Item Ambrosius scientia legum redimitus. Ioannes quoque canonicatus dignitate honoratus: cuius opera Pannonum Regina usa est. sunt Pappones: inter quos Ciccus extitit canonicatu honoratus, ac regi Ferdinando perearus: item Pantaleo, qui literas exercuit. Paulinus quoque canonicatus dignitate insignitus. numerantur Thetii: inter quos Citatinus vir illustris emicuit, duxq; exercitus. Orolandus vero huius filius eques egregius atque elegantia vita nitens. Bernardinus vero & Vrsus huius filij literis redimiti fuere. numerantur Vicarienses: ex quibus Palamedes vir prudens laudatur ac Regulj rerum curator atque magister (vt aiũt) huius filij duo Felix alter: Alter Bernardinus: ille sacerdotio canonicali ac humanitatis studio: hic scientia iurium atque vi dicendi emicuere. cui tanta innata fuit suauiloquentia, vt quum loqueretur alios conticentes intentosq; redderet. Proinde ab orationis suauitate cognomentum assumpsit. Lepidus enim cognominatus est. mores vero vtriusque elegantiores: amor ingens erga iusta honestaque, apud eos vt locum nullum occuparet pecuniæ tenacitas, liberalitate vbique gentium nemini concedebant. Regulis ac populo cari amiciq;: ac nullius vnquam malevolentiæ altores extitere. incolunt Tocci: inter quos Robertus eques egregius extitit: idem Clanchetellæ oppidi cuiusdam, quod in Samnio, domenus. comperiuntur Hierardi: vnde Gabrieles chirurga arte præstitit. huius filij duo Felix ac Antonius philosophi ac medici euasere. ac tertius Cæsar: qui literas exercuit. Sunt Palmenses. inter quos Philippus eques acer floruit, ac senator senescens optimus.

In angulo vero Vicanciano censetur primum Risia natio: in qua Gabrieles inreperitus ac senator optimus virque grauissimus extitit. Antonius Felix vero huius filius vtriusque scientia iuris eximius, eloquio quinetiam magno excellens, senatorque optimus habitus est. Idem auditor causarum in Apuliam sæpe missus est a rege. Nolæ vero à Regule electus est auditor vniuersi Nolani dominatus. cui tres filii orti sunt: Franciscus, qui legum scientia ac morum bonitate præstitit: Gabrieles alter, qui armis nisu magno insudauit, Felix vero tertius canonicatus dignitate honoratus. Sunt Angelici: in qua gente Felix micuit poesi atq; scientia legum: & Sansonettus, ac Ioannes pater: auusq; eius ob ingentem mercaturam magni viri. item Siluius: qui arma cunctis rebus anteposuit. Censentur Iudicenses in qua familia Baldasar præstitit poesi atq; philosophia. Item Paulus huius frater minor natu, philosophus illustris atq; medicus. is autem quum patriæ Campaneq;, scholæ parum placerent, ad Venetas adq; Patauinas nauigauit, in quis breui subtilis disputator euasit, ingensq; opus edidit de contradicẽtib. doctorũ locis, quæ antilogica nũcupauit. Sunt Cãpasani: inter quos Antonellus senator optimus præstitit, præfectusq; vrbis tũ quũ pestilentia afflictata fuisset, quam summa diligẽtia iuuit. Pyrrhus vero huius filius literas exercuit: item Colafrãciscus, qui mercaturã sectatus est. Sãt Cyrolij: vnde Masellus ac Antonellus fratres, & Alexãder huius filius equites laudati euasere. Antonius alter filius miles extitit. cẽsentur Sãsones: quorũ Sãsonettus & duo eius filij Antonº cognomẽto ac Robertus arma exercuere. Ioãnes Maria vero mercaturã tractauit. Reperiũtur Triuphij: quos Ioãnes Baptista arma exercẽs illustrauit. Numerãtur quoq; Mõtorij: quorũ vnus Matthias elegãtia viuendi, atq; arte musica canonicatuq; honoratus excelluit. Ioannes Antonius vero armorũ fulgore delectatus est. Sũt Bulini: inter quos Lysias ac Georgius eius filius studio magno mercaturæ præstiterũt: & Laurẽtius huius filius literas

exercuit : item Thomas filius alter legum excelluit A
scientia: vtrig3 patriæ amantissimi. Iacobus vero eiusdem filius arma præter cætera secutus est. Altero vero Bulinorum genere Ciccus ortus est, qui & animo & armis & constans & valens fuit: quo sæpenumero vsus est Ferdinandus rex, cui quoq3 perquam carus extitit. ex hoc ortus est Franciscus: qui iureperitus senatorq3 optimus præstitit, atq3 inter Nolanos callidissimus. Auditor quoq3 causarum omnis reguli ditionis declaratus est. item Vennerellus huius frater magni animi iuuenis: is arma exercens Hydruntum aduersus Turcas missus est, ac in aggressu quodam in oppidum, murum scãdit, hostem deiecit, in eo glande ignescente caput ictus decidit ad suos, ac paucos post dies obiuit. præter hosce Ferdinandus miles extitit sunt hic quoq3 Tancilli altero genere orti, inter quos Cola, atq3 Ioannes Bernardinus eius filius philosophia & medicina egregia præstiterè. Censentur Campobasi, ex quibus Antonellus illustri extitit robore, prudentia arteq3 militari : duxq3 aliquando exercitus, magno quinetiam loco rege Ferdinando habitus est. & huius filius Baldasar senior floret egregius: item Carulus qui armorum decore perfulget. Sunt Perioannii, inter quos Don Petrus clarus armis atq3 potens fuit: & Ioannes Rubinus eques acerrimus, ac Ambrosius huius filius eques, iuuenisq3 ingenti animo, ac omne audens adire periculum. Quinetiam alio genere ortus est Laurentius laudatus philosophus atq3 medicus filius primus Calliander iureperitus euasit: alter Eugenius, tertius Suauius philosophi atq3 medici. quartus Iocundus scientia legum præstans. quintus Amenus Theanensis decanus, Nolanusq3 canonicus ac Iulij secundi cubicularius: sextus Benignus eques excellẽs. Vltimus Perioannis vtriusq3 scientia iuris ut: signis, extitere. at Perioannis in Oenotria regius auditor iura dixit. Quinetiam Rainaldus Suauij filius canonicatus dignitate ornatus. ac Aloisius Iocundi filius, qui arma exercuit. Sunt Morgani, inter quos Angelus canonicatus dignitate præditus. Sunt Candicij: inter quos Bernardinus literas exercuit: atq3 Felix canonicatu redimitus. Sunt Morra inter quos Antonius armis excelluit: atq3 Felix qui arma tractauit. Sunt Lysii. Quorum Micheles armis præstantissimus antecelluit. is enim in plerisq3 Italiæ locis singulari certamine, quod stichatum clausum vocant, pugnauit, semperq3 eo hoste palmam ingenti cum laude atq3 illæsus reportauit. Quinetiam in plerisq3 bellis dux tor magnæ peditum turmæ militauit, ducibus carus, cunctis terribilis. erat enim iuuenis quadrato quodam validoq3 corpore, capillo fuluo intortoq3 non crispo, facie fulua, animo interrito, oculis acerrimis, vir tacitus, iustus, F innocuus, impigerrimus, laboris tolerantissimus, callidus, ac si velis nihilominus similia audire alter L. Bancius. Scaramella itẽ huius frater exercuit arma. Extant hic Barones: vt dictum est. Inueniuntur Cerij: inter quos præstitit Iacobus mercaturæ ingenio. Sunt Caietani: ex quibus Nardus atq3 Oliuerius literas exercuere, Narduſq3 musica præstitit: & Bernardinus, qui arma tractauit. Manent Labrones: inter quos Barbatus miles laudatus micuit: immorantur Samueles hic quoq3: quorum Ceccius eques floruit: ac Antonius Felix eius filius, qui literas exercuit, spectantur Fellichia: quorum Iacobus eques laudatus extitit, atq3 Andreas huius filius iureperitus: atque Antonius Ferrandus Andreæ filius legum scientia præditus. Item Leonardus ac Federicus eius filius senatores boni. Felix item qui arma & literas tractauit. numerantur Angeli: inter quos Felix iureperitus atq3 poeta extitit, & Colantonius literis & canonicatus dignitate ornatus. Sunt Munciola, inter quos Cola eques optimus extitit ac Alfonso regi carus. spectantur Claramontij. Quorum Pacellus perstita rerum magna excelluit, hoc sæpe Ferdinandus rex vsus est. idem tanti ingenij atq3 iudicij fuit, quanto primus viam dixerit Nolanis, si voluissent, potuit monstrare. Angelum enim filium iuuenem patre non inferiorẽ in Ægyptum atq3 Alexandriam nauigare iussit, euehentem summã ingẽtẽ auellanarũ. adiuit ille: rem bene tractauit: rediit onustis cinnammomis ac speciebus (vt aiunt) quæ sita in Italia sunt preciosa, vt in Campania viliores Auellanæ. item Vincentius alter eius filius philosophia & medicina singulari micuit. & Sigismundus senator bonus: item Antonius mercatura pollens. incolunt Venæ: inter quos Angelus literas exercuit. sunt hic quoq3 Mennati alio genere orti: inter quos Ioannes dignitate canonicatus & literis ornatus: item Marinus ingenio mercaturæ præstiterè. sunt Miranda, inter quos Bernardinus canonicatus dignitate ornatus extitit. spectantur Romani, in primis Serpentinus, qui eques eximius præstitit. is corpore parvus: magnus vero consilio rerum militarium erat, ductor equitum turmæ. Regi carus adeo, vt ille sæpius viri huius prudentia vsus sit. Marcus item eius filius eques egregius extitit. incolunt Baruli: inter quos Andreas miles in iuuenta, senescens vero mercatura excellenti præstitit. Censentur Burselli, inter quos excelluit Cola magno mercaturæ studio, atq3 diuitijs magnis. Comperiuntur Fontanæ rosæ, inter quos Aloisius senatorio ordine nituit. Ioannes ac Polydorus eius filij scientia legum redimiti. comperiuntur Verteraimi: quorum Andreas philosophia præstanti floruit (is episcopus Sarni extitit) atq3 Troilus literas exercuit: & Franciscus huius filius literator. sunt hic quoq3 Griphi alio genere orti: vbi Danieles ac Darius eius filius literas exercuere. Manent Iosepi: inter quos Turcus eques præstitit. Mattheus vero eius filius armis magno usu inseruit. Item Angelus & Contarenus, arma exercuere, ac Petrus Musica præstans. Sũt hic quoq3 Maccei: quorum Antonius rerum antiquarum fuit studiosissimus, atq3 Mirabilis senator bonus. Censentur Martini, vnde Felix studio mercaturæ præstanti excellit, atq3 Gaspar. qui optime mercaturam sectatur, item Rentius Geometra. sunt Florentij, inter quos Neapolitanus extitit Geometra. comperiuntur Perusini : inter quos Antonius mercatura pollut, ac Baro Geometra. Ioannes Thomas vero huius filius legum scientia præditus. Sedent Vitaliani, inter quos Ambrosius & Deminicus & Ioannes Baptista

præstabiliter tractauere: Andreas vero Antonius huius filius mercaturam. Censentur Magaldi: inter quos Verterannus inreperitus extitit. is animadvertens immensum istum pelagus, conversus ab eis ad sacer detia animum applicuit. Item alio genere ortus est Colella, atque tres huius filij Angelus, Antonius, ac Ioannes Baptista, qui literas exercuere. verum hi sunt numerandi cum Cortefellanis. Sunt Verrilli: ex quibus Petrus literas exercuit, Paulus vero bonum filium musica arte & philosophia emicuit: item Minichellus, qui arma exercuit. Censentur Crucius: quorum Ioannes Franciscus literas exercuit. Sunt Carminiani inter quos Angelus ac Felix Antonius eius filius vterq; senator bonus perfulsit. Sunt Scamotti: in quorum numero Franciscus ac Lucius eius filius arma exercuere: Aurelius vero literis redimitus. Comperiuntur Hiasij. Quorum Maccius literator laudatur: & Nardellus, qui literas exercuit. Felix vero canonicatus dignitate ornatus. sunt Vinaque: inter quos Paulinus monachus & cõcionator diuini verbi præcellit. Numerantur Hierordi: inter quos Patrocius literas exercuit. Censentur Spatarelli: e quibus Felix inreperitus, atq; Colangelus eius filius literator extitere. fuere item hic alterò genere Scriptorij. Sunt Gramina: inter quos Sansonettus atque Carulus: item Validus Sansonetti filius literas exercuere. immorantur item Mastrilij. de quibus dictum est sunt Supinis: inter quos Ioannes Paulus philosophus ac medicus, Raimundus vero eius frater medicus extitere: & Franciscus musicus & canonicatu insignitus & Bernardinus qui literas exercuit. Censentur Leones, quæ familia nostrũ est genus. inter hosce Leo patruus, qui tum armis præstitit, tum senator optimus habitus est: de quo superius satis dictum est. Marinus item noster pater vir prudens ac studio mercaturæ excellens. Masellus horum pater mercaturæ quoque polluit. Damianus vero musicus præstantissimus extitit, regi Alfonso primo carus. Quinetiam Masellus noster frater arma exercuit. Camillus vero noster filius literis insignitus. me quoq; inter hosce cõmemorato Leones, qui maximis amicitiæ vinculis cõnexus sum cũ Marco Masuro Crotensi viro optimo grauissimoq;, ac in vtraq; lingua & doctissimo & facũdissimo omniq; scientiarũ genere ornatissimo. Demũ inhabitãt hac in nostra vicinia Notarij: inter quos Michales atq; Caroli ætates extitere. ac huius filij duo Nicolaus atq; Vincentius arma exercuere. Item Franciscus, Robertus & huius filius Bernardinus senatores boni. quinetiam Siluester canonicatus dignitate ornatus. In hac quoque familia Beatrix puella venustissima illuxit: cuius ora ne an ingenia potius diuina forent, non erat hominum etiam Paridis opus dijudicare. vtraque enim visa sunt summa esse, atque supra quam vbi vis humana constituta est, erecta. hanc Thomas Malucius sculptor præstantissimus è marmore finxit: sed inter cælandum creduntur Gratiæ atque Horæ affuisse, opificisque oculos illuminasse, manusque eruditissimas reddidisse. siquidem marmore Pario mirandæ proprietate edita est. vbi enim marmor vinaque coram prostoque fuissent, Beatrices gemina cernebantur: altera audiens, loquens altera: ridens altera, altera læta. Neque Malucium solummodo magnus ille puellæ decor atque splendor ad effingendum commouit: verum etiam omnes Italos poetas ad canendum excitat, atque inter primos Antonium Thebaldeum Ferrariensem virum, vt diuino ingenio, ac eloquio fulgentissimum: ita vtrus doctissimus assidue atque vbique terrarum laudatissimum. Quamobrem poematis innumeris vtraque illa diuinitatis imago celebrata est, prænomenque accepit a Musis. namque Diua Beatrix ab omnibus est cantata. Eadem duodecimesimum iam annum agens, atque ad Gecala pulcherrima inga profecta, quum inter oleas quercusque ascenderet, è medio (rem miram) statim tempore sublata est, nec vsquam a quoquam deinde visa fuit. creditur tamen ob eius optimos diuinosque mores viua volare cum superis, atque alio successisse cœlo. Hæc sunt Nolanorum genera, quæ tempestate nostra in vrbe excellunt: quos vero in singulis vtros generibus memoranimus, parte maxima nouimus, viuuntque plerique eorum. quanquam plurimi ob eam post silentiam, quæ ab illusione anni milleſimi quingentesimi quarti post Dominum IESVM, orta est, desiderantur: seniores vero perpauci a senioribus, qui illos cognouere, didicimus.

DE IVDÆIS, QVI NOLÆ sæculo nostro habitauere ac eorum eiectione.

CAP. IV.

DE Nolanis familiis & habitatione satis dixisse videmur: consequens est, docere de incolatu Iudæorum, quem aliquando fecere in vrbe Nola. tanquam de corpore locutus, consentaneum fit, etiam de accidentarijs rebus memimisse. accidit enim forte quadam Iudæos incoluisse Nolam. Ex qua facti una ratione erit, posteritas multo doctior earum rerum, quæ nostra tempestate acta sunt in hac vrbe. Anno itaque milleſimo quatercentesimo quadragesimo in vrbe Nola incolere cœpere Iudæi atque perquam pauci. Quorum fuit Vilielmus chirurgus medicus, homo pannosus ac pauperculus: veluti senes nostri retulere. is vbi Nolã ingressus est, vrbe statim totam commouit nouitate præsentia Iudaica: vsq; adeo, vt post quã auditum fuisset aduentare Iudæum, tum matim Nolani per vrbem ruere, vt illum tuerentur: tanquam speraſſent vnum ex illis cernere, qui Dominum IESVM cruci affixere. illi vero conductis ædibus cœpere viuere ciuem Nolanum: quum antea nullum in vrbe Iudæum habitauisse auditum cognitum-

Digitized by Google

cognitum sit à senioribus nostris. Deinde huisce velut inuitum aditumq; facientibus aduenere paulatim alij totáq;, vt ad viginti ædes conduxissent. Priores vero paucos annos ditissimi euasere fœnore faciendo. namq; vestes omnis generis, vasa ænea, stannea, argentea, annulos, gemmas, cæteraq; preciosa quæcunq; potuissent accipere in fidem & pignora capientes fœnerabant. fœnus autem erat menstruum: velut pro sexageni mutuatis nummis singulos cum semisse expilabant. qua lucella super pignore vltra mutatam pecuniam adiecta breui augebant sortem adeo, vt vsura debitum precio iusto res æquaretur. vnde res de pignoris proprietate in Iudæi possessionem silente denoratione transigebatur. Neq; id eis satis fuit: sed Vilelmus etiam primus, senex iam ausus est ædes magnas mercari, easq; fabrica maiores pulchriores q; efficere: idq; super via Vincanciana. Item agrum amplum emere ad Turrem Martianam. quæ ades ageráq; postea possessi sunt à Cæsarinis tum, quũ aduentantibus Gallis Iudæi omnes expoliati fuere. Incoluerunt vero Iudæi in vrbe Nola annis septuaginta. Nanq; millesimo quingentesimo nono electi fuerunt, non solum a Campania, sed etiam de Pelignis, Apulia, Calabria nunc dicta: ac longe antea de Sicilia, omniq; Hispania ab altero Ferdinando Aragonæ, qui primus Hispaniarũ rex erat ac Siciliæ, deinde pulsis nostris regibus longo bello habito cum Gallis, ipse successit imperio Neapolitano. quo in bello Gallico Iudæi plurima passi sunt damna. Nanq; diuitiis omnibus spoliati sunt partim à militibus, partim à populis, idq; anno M.cccccvi. post Iesum dominum.

DE STVDIIS NOLANORVM Præsentium.

CAP. V.

EX ante facta de tribus historia plusculisq; locis aliis memoratis quam facilime perspici possunt omnia studia Nolanorum, qui hodie extant: atq; eadẽ illa vetusta a præsentibus hominibus tractari: vt cerimoniæ diuinæ, philosophia, militaris ars, agricultura atq; mercatura. hanc u. peculiarem Nolanis esse: atq; magnopere cultam multitudo eorum ciuium, qui solis mercatura muneribus se domumq; egregios reddiderunt, apertissime testatur. quanquam mercatura longe maior ditiorq; agi posset, quam agitur à Nolanis. materia enim magna atq; via facilima data eis est. via n. breuissima facilimaque patet ab vrbe ad Stabias. Stabiis vero nauæ exire licet ad omnes orbis partes, præsertim in Ægyptias Alexandrinasq; nationes, vbi Nolani fructus preciosi habentur: atque illine remectare aromata speciesque in Italiam, in qua carius vẽduntur. quod vtilissimum expeditissimumque esse, ostendit aperuitque primus Pacellus Claramontius ac Angelus eius filius, vt antea dictum est. maximi quoque momenti id esse docuere Veneti, atq; Ligures mercatores: quorum quicunque (nam complures venere) Nolam mercatum fructus nostros accesserunt, ij ditissimi in patriam rediere. quam rem animaduertentes Neapolitani, & ipsi summo cum lucro idem tractauerunt: vt Franciscus atque Matthæus Coppula, Colantonius Galiardus ac plerique alij. materiam vero noster ager tum alias, tum nostra tempestate aptissimam produxit: vina enim optima plurimaque Nolana sunt, atque Auellanarum ingens copia. vina quidem Roma Venetiisque paratum liberalemque inuenium emptorem: auellanæ vero gratissimæ omnibus non solum Italis, sed etiam Aphris populis habentur. quod si ad ea loca exteri mercatores hæc deuectant magna cum vtilitate: cum eadem deuehere facilius possent Nolani, si vellent. id autem abeis, vt satis perspectum aliquando fuisse videtur: ita nec factu atum vnquam, quod me diserte ineuis ingenius insitum esse creditur, humi hærere velle potius, quam vndis fluctibusque hinc atque illuc more piscium actitari. Agriculturam vero rem magnam dignamque esse, animo concepisse Nolanos, illud maxime indicare potest: siquidem omnis ager Nolanus colitur. In quo quanquam cætera omnia lætissime ventant: duobus tamen Nolani præsertim nunc indulgent, arboretis atque coryletis. Proinde summum Nolanorum vectigal ex hisce duobus capitur. Vina enim atque auellanæ abunde colliguntur. Quantitas autem vini omne genus, quæ vendi potest, quæque superesse ei, quæ vsui cuique est, dũm milium dolierum est. dolium autem vas est capiens xxxiij. cados, quos baryles vocant, à pondere iusto decentiq; humero hominis. βαρύ nanque ponderosum est. Cadus enim vasculum est ligneum, quod quum plenum sit, sit hominis iustum ad ferendum pondus: eque vero tres cadi iustam sagmam sarcinamque faciunt. venditur autem Nolæ vini dolium, quum mustum est, triginta argenteis. Est autem argenteus nummus ex argento ponderis quatuor scrupulorum: horum singuli vicena grana frumenti ponderant. Auellanarum autem summa collectio est sexaginta centenaria Nolana: centenarium vero triginta modios capit. modium auellanarum apud Nolanos mensura est decem & octo tumulorum, aut duas iumenti sarcinas capiens, singula enim iumenta nouenos tumulos iuste ferre possunt. tumulus vero auellanarum mensura est capiens decem & octo rotula cum semisse fere. nanque tumulus frumenti lx. rotula capit. rotulum vero est pondo triginta trium vnciarum cũ triente: uncia vero pondus est triginta scrupulorum. Quinetiam centum rotula pondus complent, quod cantarum circumflexa penultima vocant Nolani. Quamobrem si pondera auellanarum collegeris, quæ in vno sunt centenario, inuenies centenariũ capax esse centum cantarorum: hoc est centenarium centarorum. quod sine illa adiectione proferentes, centenarium appellant: quodq; duntaxat de auellanis intelligunt. Neque tamen hæc pondera audienda sunt, quum auellanæ siccæ fuerint: sed tum, quum de coryletis domum vehuntur. Centenarium vero mensura, quod primum a pondere sumptum est, auditur tam in ficis antiquisq;, quam recẽtibus auellanis.

lidis. Venditur autem Nola modius mutlamarũ fre- A quentius xxiij. argenteis.

DE ELEGANTIA ET gratis moribus Nolanorum.

CAP. VI.

SEruant Nolani hac etiam tempestate morem illum antiquum atque vetustum viuendi elegantiam. in urbe enim nulla rusticitas admissa est. soli enim fabri & rerum vtensilium opifices incolunt atque viri primarij : quorum (vt nosti meminimus. Gaudent pulchris edibus sumptuosisq; domiciliis atq; domus ornamentis, præsertim lecti, cubiculi, conclauis, atque mensæ : gaudent pulchris vestibus, annulis, gemmisq; mulieres vero sola aureos torques bullasque pulcherrimas a collo pendentes gestant, atque in vtraque manum immissa bina ternaue dextrocheria sendicas armillas argenteas aureasue, quas madilias vocant. Quamobrem Antonellus Campobasius vir grauis atq; censorius sæpe numero carpere accusareq; solebat Nolanos, quod nimis impenderent vestibus & ornatu corporis. vtuntur equis mulabusq; atq; seruis : alunt canes ad venandum, atque ad aucupandum accipitres. hi enim edocti in coturnices à domino de manu immissi insolans, capiunt, atq; captas domino seruant. Gaudent quinetiam hospitalitate, libentissimeq; hospitibus domum adaperiunt : opipare lauteq; illos excipiunt, vt spectatores testesq; habeant ornamenterum atq; ergaeũ ctos innatæ familiaritatis. Cibos rusticorum fugiunt. Laudant siquid ornatè dictum factumue senserint: sordidos oderunt, castigant, vt quisque quantum fieri possit elegans honestaq; vita studeat. Nates quinetiam diligenter ac liberaliter educant : neque hisce contenti student etiam in nuncupandis filiis. vo- E lunt enim & puellis & pueris statim ortis nomina pulchra indere. Quamobrem pulchriores & viros & mulieres Nola gignit, quam quauis ex circumpositis locis. Ex quibus studiis mores placidissimi increbuere, præsertim mutua omnium benevolentia. factiones quoque nescisunt Nolani, neq; homicidia, neq; proditiones, neque latrocinia. Illud quoq; mirũ est, nusquam visus esse Nolanas meretrices, neque mendaces per alias vrbes vagari. Quorum omnium fons atque magistra est domestica patriæ atq; pe- F rinax vitæ elegantia atq; cultus. Has ergo partes Nolanorum sentiens Ioannes Franciscus Caraccciolus poeta illustris, virque moribus integerrimus, ac (vt aiunt) Petrarcha Neapolitanus, summopere & nomina & corpora & ingenia & frugalitatem atq; elegantiam Nolanam, non modo mirifice laudabat: verumetiam admirabatur magnopere, eamque ob rem frequentissime Nolam spaciandi gratia se con- ferebat. Et Iouianus Pontanus nostra tempestate florentissimus philosophus & poeta, vrbe & moribus Nolanis delectatus est adeo, vt pestem Neapolitanam fugiturus omnibus circumpositis vrbibus posthabitis, Nolam diuerterit, ac in ea integram etiam ætatem magna cum voluptate (vt nos vidimus) contriuerit. Laurentius quoq; Valla, qui Latinæ orationis atque elegantiarum auctor ac indagator summus superiori tempestate fuit, Nolam sæpe se conferebat, delectatus Nolanorum oratione, non modo amœna, atq; ab omni rusticitate remota : sed etiam quod antiquam Latij proprietatem seruatam in ea videbatur agnoscere. proinde sæpius dicere solebat : Latina verba nec à Barbaris rectius quam a Nolanis pronunciari : voluit compertum habuimus ab Antonello Petrucio Attellano Laurentij Vallæ discipulo, atque Philippino Bononio Laudensi, qui nunc monasterij Sancti Basilij commendatarius est : quorum vterq; vir optimus atque doctissimus habitus est, atque Regis Ferdinandi primi a secretis extitit. Ioannes quinetiam Attaldus philosophus præstantissimus, quanquam Archiepiscopus Tranensis erat, maximam tamen partem ætatis Nolæ consumpsit: hic mortuus est: hic quoque opertus tumulo. Eadem ratione Aurelius Brennatius poeta atque orator optimus, & si Episcopus erat Martorani : Nola tamen allectus frequentissime ad eam se conferebat. Annibal etiam Ianuarius vir acri ingenio ac literis omnibus ornatus: & si Salerni, Neapoliq;, multa digna possideret sæpe numero tamen Nolam se contulit delectatus vrbe ac moribus Nolanis. Antonius quoque Galateus vtroq; literarum charactere atq; scientia omni vir maxime circumseptus, Nolam libentissime veniebat, semperq; domum nostram diuertens. is prater cætera dicere solebat: Nolam sibi solam Syracosias esse Neapolim Syracosiæ videntur appellatæ, quod eolomnitos hominum ob amœnitatem trahant. Petrus Gratiani Pomberniti a orator atq; poeta illustris vtq; vitæ elegantioris diligentissimus, aliquot annos Nolæ suauissime vixit. Quinetiam Raimundum Vrsinum Nolæ, Sarni, Salerni, multorumq; aliorum locorum principem, Nola sola potuit trahere, delectare, ac per omne vitæ curriculum detinere. Vrsium Vrsinum quoque virum grauissimum adeo Nola oblectabat, vt creberrime Neapoli & a regis latere Nolam discedere cogeretur. Gentilis patruus tantopere Nolam gaudebat, vt semper tristis ab ea proficiscereturad eam vero reuerteretur lætissimus. Neque mirum id est : si eadem etiam tum, quum iniurijs Sylla lacessita fractaque iacere potuit Augustum allicere destinereque, atque Ti. Claudium excire, vt in Campaniam Nolamque crebro accederet. Multos prætereo alios, ne multos recensiam Nolæ conditionis amatores. Hæc insuper in causa est, cur multi è Nolanis peregre diu viuere, atque extra patriam incolere nequeant: sed quam celerrime fieri potest, vbi exierint, domũ reuerti cupiãt. non nunquam in exteris morũ suorũ dulcedine, quib. domi educati aliti q; fuere quare asperuatẽ quandã offen-

dentur

dētus ab ea vt à contrario hostem repelluntur ad suos. Vnde factum est Nola veluti prouerbium: Nolanum campanarium: in eos, qui nō longius tolerant aut manere, aut proficisci, quam vnde campanarium spectare queant. Laurentius Bulinus nepos iam adolescens, quum triduo peregre mecum forte per Samnium venisset, adeo offensus est moribus externis, vt reuersus Nolam, non prius portam Samuelitanam ingredi voluit, quam equo desiliens antas oscularetur: quod sapius inter equitandum venerat, si cito Nolam reuerteretur. sed huius felicitatis fortuna quasi inuida illa, quæ ex illuuione iam dicta orta est, pestilentia multū rem Nolanam afflixit, atq; non magnum modo hominum numerum sustulit: verumetiam diuitias immēsas exhausit. quamobrem æqua ratione cetera quæque diminuta perditaq; esse quoq; oportere, compertū est.

DE MAGISTRATIBVS Nolanis.

CAP. VII.

NOlani magistratus sunt hi: Prætor, Auditor, Electi, Prefecti edulitorum, Prefectus mēsurarum Ædilis, Quæstor vrbis, Magister nundinarū. Quæstor reguli, prefectus arcis. Horum plurimi constituūtur a regulo: pauci a populo. Regulus prætorem quotannis in vrbe præponit, quem Capitaneum vocant, atq; eū, quem ei lubeat: is tamē vir externus est frequētissime, non ciuis Nolanus, controuersias omnes ciuium primum iudicat, sontesq; quoscunq; punit. Nam lites, quæ sacerdotum sunt, Episcopi est componere. vbi vero forū agit, domus est conductitia, quæ circa medium vrbis propeq; Porticum esse solet. salarium prætori statutum est a Regulo, cui quoq; licet nonnullas paruas pecuniarum exactiones facere. Nāq; sontium multæ in ærarium fisci deferuntur: verum prætori qualicunq; literarum genere fuerit redimitus, aut literis carnerit, semper adhibetur aliquis iureperitus, quem assessorem vocant: eius officium est controuersias dirimere. iudicia n. quæ ab hoc ipso feruntur, ea prætor fecisse, existimatur. idem plerunq; ex ciuibus Nolanis atque a regulo quotannis constituitur: a quo etiam salarium delegatur. Regulus etiam Auditorem prætore superiorem constituit: qui non modo prætoris vrbani: sed ceterorum etiam oppidorum, quæ Nola subdita sunt, causas assumit: si quando in his aliquid male transigantur. is n. qui iniuria lite cecidisse credit, appellat Auditorem. Est autem Auditor frequentius Nolanus ciuis, forum conuentumq; iuridicum domi sita habens: præmiaq; quoq; statuta a regulo capit: tempus autem magistratus, annus est. Electura vero senes homines excipit, quos electos vocant. quod quarto quoque mense a populo eliguntur terni de primariis: totidemq; de plebeis. horum suprema vrbis potestas est: de vnaquaq; n. re verba facere possunt, atq; repub. intercedere regi, regulo prætori atq; ceteris magistratibus, atq; cum ea auctoritate rempub. gubernant. Exercent autem in magistratum suum electionem, stipendio munereue cōducti: sed prorsus gratuiti ac ea charitate ceteros amplectuntur, qua patres filios prosequuntur. prefecti vero edulitorum a populo etiam statuuntur, quos catapanes vocant, debentes dicere catapan. hoc est prefecti catapan id est circa omnē edulitorum genus. nihil n. esculenti vendi in vrbe potest, nisi indicto declaratoq; ab eis precio. siquis sint ergo, qui rem plurus vendiderint, aut iniusto pondere mensuram, aut rem vitiatam adulteratamue, vt ab illis pecunia mulctantur. conscribuntur autem hi à populo altero quoq; mense atq; bini, sed alter ex primariis, et plebeus alter. pro præmio vero his mulctæ concedantur, quas ab his, qui cum fraude vendidere, exegerint. Verum quum acriores in puniendis pœnis sunt, ab Electis refrenantur. Quæstor autem vrbis, (quem Syndicum Græco verbo appellant) populi magistratus est: is enim syndicus est, ad quem communia a populo publicata deferuntur, quod ea iuste recipit. ergo pecuniam exigit a Publicanis populi, atque a conciuibus secundum publicatam a populo Electi formulam. Eligitur autem quotannis atque vnus a populo Electi, cui præmia quædam soluuntur, quod laboris multi subit in eo officio, illaque ex pecunia publica sumit. Ædilis vero magistratus a regulo pronunciatur. verum is quoad vixerit, rem tractat: prefectus est, viarum, æquarium tam in vrbe quam extra vrbem stillicidiorum & ad hæc spectantium. idem solus vnus est, eique nulla stipendia solluntur. Namq; mulctæ, quas a transgressoribus exigit, illi concedantur. Prefectus vero mensurarum etiam vnus est, atque a regulo declaratur, ei cura sunt mēsuræ statera, trutina & cetera id genus: mulctæ vero, quæ ex iniuste his vtentibus exigitur, stipendia præbet. solet idem semper in magistratu esse. Prætor hosce quæstor reguli, quem ærarium vocant, a regulo eligitur cum annuo salario: sed ad incerta tempora. is colliget omnem reguli pecuniam: verum quotannis quaterni homines de plebe vrbana paganisque deliguntur, quibus ille vt lictoribus semper præsentibus vtitur. horum vnus ex plebe Nolana iubetur: alter de paganis, qui a Vicanciana porta sunt. Tertius de paganis, qui a Cortefellana sunt plaga: quartus de paganis, quos Samuelis porta excipit. singuli quinetiam horum baculum tanquam insigne assidue ferunt, vnde Baiuli sunt appellati: vel quod Ærario baiulant, hoc est ferendo, quod velit, seruiunt. Habent hi baiuli forum, controuersiasq; minutulas cognoscunt: præsertim eas, quæ oriuntur ex damnis illatis in agris. verum quod literis carent, index eis datus est ex ciuibus Nolanis, qui literas exerceat, pœnaq; pecuniarias dum exigunt. Prefectus vero arcis a regulo statuitur, qui vt custos est arcis: ita nemini obnoxius est iudici nisi vni Regulo. statuitur autem ad interminata tempora. Magister autem nundinarum etiam a regulo constituitur: sed ex primariis Nolanis. fit quotannis quidem, verum ad tenuum dierum imperium habet, quibus nundinæ & Cærimoniæ Beati Pauli agantur, vt superius dictum est.

Licet

Liceat enim tum omnibus libere impuneque in urbe publiceque esse, vel si alios magistratus fugerint. tum enim omnium magistratuum potestas interdicta conticescit, sicuti omnia vectigalia sublata sunt. Quamobrem ab externis populis mercatores quamplurimi ad urbem se conferunt, cum mercimonijs innumeris, ut venda ui emantq; absque solutione vectigalium ac portoriorum. Huic itaque conventui domino magistratū praesse oportet, ut controversia compescantur, quae inter negociantes solent excitari. Ea ergo prima die magnum imperium ostentat. Nam a Regia sumpto vexillo magno reguli, exiens ordine longo, per urbē totam procedit. primum n. omnis multitudo paganorum pedes progreditur armaq; gerentium, quae turmam peditum in aciem descendentiū praeferit. hos sequuntur tubicines Tibicinesque atque tympanistae equo sedentes, ac vexillum precedentes. sequitur hosce vexilliger: is iuuenis validus est atque ex equestri ordine delectus: equo sedet pulcherrimo, quem nunc in hoc nunc in alterum latus agitans, gestat vexillum erectum, quum dextra ac cubito exerto illud fixerit, ubi genu premit equum, atque dederit, ut eius velum assidue obnixus ventus crebras in undas verset. Post hunc lictores magistratus pedes sequuntur, hosce sequitur ipse magno equo delatus ornatusque vestibus, gēmis & auro, sceptrumque dextera tenens. comitantur omnes Nolani cives, qui equo sequi possunt. tandem facta lustratione ad Porticum, qua per eos dies aulaeis ac frondibus ornatur, deuenitur. hic vexillum erigitur super Porticus fastigio. Magister vero solio alto sedens iura cunctis dicit. Septimo vero die ac pridie festum beati Paulini altera fit lustratio. primum n. agricultores cum falcibus procedunt, sequentes tanquam vexillum eorum, ingentem ut columnam facem accensam, spicisque triticeis redimitam. haec adeo magna est, ut pondus ininstum sit homini ferenti. quare in capulo quodam erecta praefertur à pluribus. ex collata pecunia agricolarum confecta est: atque quotannis augetur, non solum reficitur id quod in lustratione impenditur, quod cereum vocant. similiter fax alia conficitur ab alijs, quam in hac pompa suam quisque praemittentes sequuntur. deinde ergo sequitur fax olitoria capsa allijsque corollata: quam sequuntur olitores, ac deinceps reliquae faces opificum. Post hosce incedunt ordines coenobiarum, ac ordines sacerdotum clericorum: quorum vltimus episcopus est, ferens manu reliquias apostolorum, ac ligni crucis, quorundamque martyrum, ac diui Paulini, easque in manu argentea clausas. Episcopum comitantur reguli, atque magister nundinarum, deinde primarij vrbis, atq; plebs reliqua: omnes videlicet pedes incedentes. Postrema vero die nundinarum, quae festa dies est, praemia cursoribus exponuntur in ipsa porticu pendentia: quae tria sunt. Primum militares vestes: alterum Scorpio cum pharetra: tertium ensis. conueniunt ergo vndique, qui cursu praestant. curriculum est mille & quingentorum passuum, curritur per portam Vicancium: carceres sunt extra vrbem ad Caudicios, meta est ad Porticum. cursores nudi ac renunctis capillis certant. horum primo vincenti primum: sequenti alterū: tertio tertiū praemium datur. Post hoc currendi certamē primores adolescentuli, qui duodecim annis natu non fuerint maiores, equo insidentes cursu altero certant hastulas gestantes curritur eadem via per trecentos passus: carceres sunt extra portam Vicancium, meta ad porticum. hic enim in media viarum sectione orbis auratus pendet amplus, quem hastula sub axilla dextra firmata directaq; incurrentes transfigunt. Transfigentibus crumena serica donantur. Haec omnia gradum facere videntur ad militarem artem: non solum ad pompam instruuntur. testanturq; apud veteres horum spectaculorum autores magnam curam fuisse rei militaris, non modo diuini cultus. Quibusque expeditis magister abdicat se magistratu, demumque se confert priuata facturus.

DE TRIBVTIS ET VECTIgalibus, quae in vrbe populoque Nolano fiunt.

CAP. VIII.

IN vrbe Nola tum publica pecunia exigitur, tum priuata. publicam exigit populus Nolanus, priuatam vero regulus atq; ciuis. Verum ea, quae publica est Nolanorum etiam in priuatam mutatur. transfertur enim in tributa regia: à rege nanq; inssa est anniuersaria pecunia pro numero aedium, quae & in vrbe sunt, atque in pagis villisque Nolanis palantur. itaque ut pro singulis aedibus populus inssus sit denos quinos argenteos soluere: atq; praeter hosce singulae aedes inssae sunt accipere ab eo modios singulos salis. modius n. hic (qui & tumulus dicitur) pondo est centum ac decem librarum. atque pro sale distributo exiguntur argentei quini cum semisse in singulos modios. quamobrem aedes singulae, quas focos appellant, vicenos argenteos cum semisse soluere tenentur. Nolana vero aedes tum vrbana tum pagana, quum vsque ad millenarium numerum censeantur, fit ut singulos annos po. Nolanus tributum vicies centenum quinquagenúmque aureúm regi pendat. Verumtamen & si populus numerum pro numero aedium pensurus est: non tamen ea tessera pecuniam colligit, ut pauperes sortes aquas locupletioribus soluant, sed rem cuique ita impartitur, ut summa cuiusque peculium ac census est. Quineciamne omnis ea summa hauriatur à ciuibus, indixit annuente rege atque regulo quatuor vectigalia rebus quibusdam, quae publice venduntur, quas gabellas appellant, volentes dicere capiellas à capiendo. Eorum vnum est super farina, quod in emporio venditur: in quo emptor solummodo solui in singulos tumulos memorati ponderis obolos quosdam, qua argentei decima est pars. Alterum vectigal indictum est super vino, quod duntaxat in tabernis diuersoriis venditur. Campo enim in singula dolia aureos quaternos soluit. Tertium est super viscere rotulatim vendendo. lanium enim pro boue vitulone, aut porco, aut ceteroTi rum

rum, quolibet soluit habita ratione aequ ac rotulatim libratimue fieret solutio. Quartum est super eis, quæ sale macerantur, inter quæ etiam recentes pisces audiuntur: in quo venditor solum soluit pro numero rotulorum. omnium horum vectigalium, atque distributi salis pecuniam Syndicus & quæstor vrbis colligit, idemque ex ea tributum regi nomine Nolanorum pendit. Regulus autem priuatam pecuniam excipit simul per vectigalia quædam, quæ super mercatura rerum iniecta sunt, simul per reditus agrorum atque ædium & tabernarum, quas possidet. Vectigalia sex sunt: vnum est super statera. nam pro omnibus rebus, quæ publicè summatim venduntur pondere, quũ statera sint libranda, solutio fit libratori à venditore. Alterum super animantibus, quæ venduntur, soluitur pro precio animantis venditæ. solutio fit ab emptore atque par à venditore: quo vectigali soluti sunt Nolani tàm emendo quàm vendendo. Tertium est, quæ Grassa nuncupatur. Namque pro abspportandis rebus ab vrbe aut transigendis per vrbem agrumue Nolanum portorium soluitur à rerum domino. Neque huic vectigali obnoxius est Nolanus ciuis. Quartum est super iugulandis animalibus, quorum viscus diuenditur, quod Lanius etiam soluit pro magnitudine animalis, quod iugulat. Quintum est super mensuris frumentorum & leguminum, atque fructuum, quæ in Mercatu venduntur: cui Nolanus ciuis si emptor fuerit, non manet obnoxius: venditor vero frumentimetra pro numero mensurarum soluit. Sextum super pannis, in quo duena, si in vrbe vendiderit, pro venditorum precio pannorum facit solutionem. Collectio igitur regulinæ pecuniæ, quæ in agris vrbeque Nola quotannis fit, excrescit ad bis millenos atque quingentenos aureos. Pecunia autem priuata ciuibus exigitur, partim à feudis, partim ab agrorum fructibus. feudum enim est ius quoddam regium, quod habetur in plateisque aut ædibus aut tabernis aut agris, aut omnibus his, quorum feudatarij tenentur quotannis tributula quædam pendere feudi domino. Quod ius nusquam diuiditur, sed integrum semper venit ad hæredem eum, qui natu fuerit primus. ciues autem, qui feuda non possident, ex agris tabernisue aut domibus vsum fructusque capientes, vectigalia faciunt. nemo tamen ciuis Nolanus est vel cum feudo vel sine feudo, qui præter impensas factas in agris, tantum pecuniarum exigere potest, quod excedere valeat trecentos aureos.

DE MATRIMONIIS & dotibus.

CAP. VIIII.

MAtrimonia Nolani contrahunt primum per occulta pacta: deinde antequam fidem dent sponsi, referuntur ad præsulem, atque in episcopio audiente populo publicantur: vti si quid forte consugium occulto fuisset patratum, detegeretur, neue duo consugia coniungerentur. atque vbi compertum sit, nullam adesse fraudem, illud de quo agitur paucos post dies data fide compleretur. In quo mulier dotem fert viro. Contra vero vir dono mulierem prosequitur. Namque ob sumptum primum osculum illi mulieri de pecunia sua tantum largitur, quanta est dotis decima. Quinetiam pro onere prolis tollendæ, quanta est dotis quarta. Dos autem si parua aut mediocris fuerit, frequenter ex triente vtensilia sunt, è besse vero numi, aut domus aut ager, qui nummis sit censu par. si vero magna, è sextante utensilia sunt, è dextante vero nummi aut prædia. vir vero veluti acceptæ summæ, quæ fit ex dote constituta, & quartæ & decimæ memoratis, obnoxias & obligatas facit possessiones suas, præsertim domos & agros, adeo vt illarum vsus ipsius sit, mulieris vero hypotheca seu primum ius. Manet autem sponsa domi paternæ aliquot menses, interdum vsque ad annum virginitate seruata. exacto vero tempore manendi statuto ad episcopium deducitur à parente cum pompa & sonis: atque illic idem sumpta filiola manu, eam viro tradit, dedit, atque addicit. at is cum accepta sponsa ad aram accedit ducente sacerdote: & actis illic orationibus, acceptaque benedictione demum viri, puella cum eadem pompa deducitur, atque illic tum die tum biduo, interdum triduo nuptiæ celebrantur inter sonos & tripudia & & choreas, & cantus, & epipara amplaque conuiuia. Nam quamplurimi ad conuiuia inuitantur, ad tripudia vero & choreas cuique accedere & intrare licet. hoc pacto Nolani ante prolem gignendam præludũt, vt summo honore & lætitia eos excipiant, quibus sunt senectutem grauem commissuri. summa vero dos adusque septingentenos aureos excrescere, minima vero non infra quinquagenos minus & tenuari solet. Quamobrem vbi tantum auri cum puella transferri videretur, autore Raimundo Vrsino Nolæ regulo cautum est, edictumque factum, ac à po. Nolano iureiurando sanctum, quod hoc pacto habet. Nolano homini à centesimo terminis populis vxorem ducere licito, in vxorem vero Nolanam puellam mulieremue ad externos populos mittere non licito. quod multis annis seruatum est: nostra vero tempestate prope antiquatum.

DE SPECTACVLIS histrionum atque ludo equestri.

CAP. X.

QVanquam per hæc tempora nulla extant amphitheatra, neq; vestigia aliqua videntur eorum, quæ extare potuissent. post illa duo, quæ in vrbe antiqua (dictum est) marsisse: spectacula tamen quodam modo aguntur, quæ similitudinem & speciem faciunt illorum ludorum antiquorum: siquando nunc spectacula redduntur tum per senatorum, tum etiam iuuenum veris armis certantium, atq; illis pedes, hi vero equo sedentes rem agunt. Veruntamen ea perso-

per senatorum spectacula quadam sunt ad ostendenda mysteria religionis: veluti quum representatur resurrectio Domini Iesu, aut quum Reges tres stella monstrante viam, visere natum Iesum. qua omnia in basilicis solent agi. In quibus reddendis parasiores exstiterunt actores Paulus monachus, Baptista Tangus, Bernardinus Miranda, Bernardus Gratianus & Antonius frater eius, Ioannes Morsortes, Ioannes Mescarellus, Petrus Paulus eius filius, atq; Cerulucius Tangus. Quadam vero ad voluptatem apparantur: quæ quoq; maxime varia sunt. neque ipsa hac in templis, in areis vrbis magnis exhibentur. veluti in foro frumentario, vtin area ea, quæ est ante basilicam diui Francisci, atque ante Periscium: aut etiã vagando per vrbem. In his quam maxime comœdia Atellana introducta esse videtur. omnia n. vel choreas & tripudia capiunt, vel iocos & salas habentia, risum creberrimo mouent. Peritiores quam plurimi etiam in his apparuere histriones: sed præstantissimi omnium tres, Ioannes Gratianus cognomento Rosta (rostam n. dicunt frustulum assum carnis: erat n. illius corpusculum rosta perquam simile) Damianus Capuanus, atque Angelus Masselius Saffius. Is adeo facetus fuit, vt ne moriens quidem iocorum obliuius sit. quum n. rogaretur, quo nam in templo placeret humari? voce sanequam tenui respondit: in sancto Apostolo: vt scilicet vinum bene bibi: ita morientes bibam assidue. erat n. vini amantissimus: in sancto vero Apostolo pauimentum adeo humo depressum est, vt aqua ibi absit ab aqua. Proinde qui illic sepulti sunt, fere semper aqua madent. Eorum vero qui equo sedentes, spectaculum tanquam equitum certamen est. singuli enim armantur vbi primum, calcaria fuerint calciati, ocreis à talo ad vsque inguina à quarum scineries, quibus tibia, armilas vero, quibus ossa tegantur, appellant. item galeris, quæ à cingulo adusque genua pendentes ambiunt clunes ac coxas, quisque faldas vocant. Tertio semilorica vel semitunica, qua & brachia & caterum corpus, quod à collo ad singulum est, operit, quod fiancale appellant. verum tam falera, quam semilorica tela quædam est ex solis annulis ferreis textilis. Item thorace, manicis, casside, atque buccula, quam baueram appellant. Quinetiam humero sinistro veluti quadam ala, quod spallarolum vocant, adnexa est, qua tegit vsque quaque humerum axillamq; atque scapulam, habetque anterius ea ala veluti parmum scutum: quo & axilla & pectoris pars sinistra tutius armantur. Quinetiam adiicitur femorale. hoc n. est tegmen, quod à cingulo pendens tuetur alus sinistram partem atque coxam. læua n. validius armantur, quod læuo latere ictus hostis excipiuntur. sunt autem hac arma præter falcras atq; semitunicam solido duplicique ferro constantia, tersaque, ac veluti speculum fulgentia. cassidi quoque semper assidet crista aliqua aurea argẽteaue, vt equitis fert libido. habet is eques armatus in conflictu turbinatum hastam longam pedib. quatuordecim: cuius citra capulum cauda est longa trium pedũ, crassa vero tantum, quantum apte ab axilla astringi possit. vltra capulum vero turbinis ambitus est decem pedum: cuspis vero summa ambitus est digitorum sex. quinetiam vltra capulum latius affixus est orbis ferreus magnus ac nitidus, qui vbi hasta cauda sub axilla tenetur, regit & manum & axillam tenentis, quod schisma vocant. in cuspide vero hastæ speculum nullum. ea n. secta est solummodo. Neque tam longa magnaq; hasta, vbi inclinata in hostem fuerit, possit teneri ab axilla atq; dextra manu: nisi ea ita exertus à thorace esset ferreus veluti dens per cinnus. hoc n. tanquã uncus mutuione hasta quam maxime sustineatur, quem dentem restam appellant. Ascendit itaque is armatus equum magnum ac validum, atq; eum exeuntem quatuor iuuenes etiam equo sedentes antecedunt, quorum singuli singulas hastas, quales diximus, gerunt erectas: atque cum cæteris ad curriculum spectaculumque gratum incessu deuenit. locorum vero certissimus huius alter extra vrbem est in foro Boario: alter intra vrbem atque in ea via, quæ à sacello Paulini versus turrem Scrignariorum procurrit. est enim ampla, recta, planaque, cuius solum non consutum est, neque silice stratum. Sed tamen vt in foro Boario rarissime sit conflictus: ita hoc in loco frequentissime agitur. In hac autem via media sepes extruitur altitudinis sex pedum, longitudinis vero passuum XX. contexta ex perticis tenuibus viridibusque atque frondosis, primum quidem pedatim humi fixis, deinde altera inclinatis, quam telam appellant. conflictus vero sit aut quum dimicaturi concurrunt vterque ab altero tela cornua ita, vt concurrentes tela sua mutuo dirigat, atque discernunt: aut quum eorum alter ictum excipit expectans in altero cornu tela, alter vero ab altero impetum facit. Sæpius tamen eodem in spectaculo alterque socius omnes incurrentes expectando excipiunt. expectantes tabularij nuncupantur: qui duo interdum sunt, vt vnus eorum semper sit in spectaculo. licet autem singulis quaterna incurrere, & quaternæ hastæ feruntur à singulis, atque quod in eo numero omnis vis & equi & equitis experitur. Neque singula paria certantium in singulis spectaculis: sed deinceps quamplurima numerantur. accidit itaque in eo conflictu hastarum confractio aut omnium aut plurium. verum qui omnes eas frangit feriendo, is præmia refert: ni fuerit, qui hostis cassidem eiusque frontem feriat. is enim præfertur cunctis, vbi nemo hostem ab equo feriendo destruxerit. Nam hic ante omnes dignus habitus est. accidit casus, accidit confractio, aut brachij aut tibiæ aut capitis: accidunt vulnera ob furculas frustaque fractarum hastarum, quæ per commissa arma infiguntur ab impetu: accidit interdum etiam mors tum à vulnere quam à casu. Præmium vero aliquando tela serica est, aliquando pannus, aliquando annulus aureus. Neque in conflictum hunc Nolanum milites descendunt, sed iuuenes, qui militarem artem inire cupiunt paranturque. appellant autem hunc conflictum, nostrum, docentes discere claustram: quippe quod in loco veluti clauso id genus certaminis agitur. Ex quibus licet videre veluti quasdam vmbras antiquarum institutionum, quibus populus oblectabatur & discebat

in amphitheatris, atque quibus iuuenes ad ingenium pugnandi erudiebantur. Namq; sicut in scholis primũ adolescentes declamando docentur orare, vt in foro cõcioneve appositè dicendo suadere valerent: Ita in spectaculis iuuenes & equos & hastam regere atque arma tolerare, vt discunt, ita assuescunt, ne in pugna veriore ab ignorantia & noxitate facti tardarentur. Verumenimuero mos hic vsque ad nostra tempora seruatus, si non per se degeneranit, cœpit tamen corrumpi à more alio, qui nuper in Italiam fortim inductus esse videtur, hoc pacto se habens. In eodem enim curriculo funis è transuerso tenditur, à cuius medio pendet bacillus vltimo annulum ferreum continens, non maiorem eo, quem medius digitus indueret, quam quintanam vocant. Curritur igitur ab equite inermi atque cum hastula tenui ad transfigendum eum annulum: transfigenti cuique datur pecten, aut speculũ, aut crumena, aut muscarium setaceum: ei vero qui equo decidit (namque hoc etiam contingit) vtriculus quidam mittitur. currunt hic equo sedentes tam personati quã non personati, atque in curriculo nulla his tela sepesue erigitur.

DE CONSVETVDINE QVAdam sacerdotum præsulem venerantium.

CAP. XI.

ANtiquus mos Nolæ increbuit is. septimo enim quoque KL. Maias omnes sacerdotes episcopales, quos presbyteros vocant, tam qui in vrbe, quam qui in conterminis oppidis immorantur, ad vrbem episcopũque se conferunt: oppida vero, quæ sub præsulatu Nolano sunt, superius enumeranimus. veruntamen non licet clericis vrbem intrare, nisi coronatis, atque ordine canentibus cum plusculis tibicinibus. cantus sunt Dei ac sanctorum hymni: corolla vero contexta sunt è rosis floribusque citreis aliisque, si quos pulcherrimos ea dies producere solet: manu quoque ferentibus fasciculos rosarum affabre contextos ac apte distinctos. Eo itaque modo ornati sacerdotes vrbem templumque episcopi ingrediuntur: singulæ vero turmæ eorum à singulis oppidis aduentantes. Deinde vbi omnes in thoro congregati sunt, singulatim vocantur ad episcopum. Is vero tum sedet in solio quodam alto, quod situm est sub paruatestudine: testudo autem hæc inter maiorẽ cellam atque minorem leuam, erecta à duabus columellis atque pariete, tribus arcubus paruis interiacentibus sustentatur, quaque per solia atque imagines quasdã fastigiatur. Sed hoc solium, quod in cella maiore esse deberet, expositum est eo pacto, quo dictum est. vocatus igitur sacerdos de ordine ac turma sua solus ab ede ad cellam, & a choro ad Episcopum accedit coronatus atque floribus redimitus: deinde solium ascendit ac genu flexo extractaque capiti corolla Episcopum venerator, corollamque ac fasciculos florum omnes illi largitur, & exosculata præsulis manu recedit ad suos, atque eodem modo cæterorum singuli vocati accedunt, floridaq; munuscula ferentes donant. Episcopus vero vbi pluscula corollæ fuerint collectæ, dono eas mittit ad primarias vrbis matronas. Populus enim omnis ad hunc veluti triumphum spectandum collectus est. Inter hosce vero sacerdotes vnus à Stabiis mittitur, qui agnum baiulo portante conducit. agnus est magnus candidusq; atq; cum cornibus auratis: quem ille dono ad præsulem ducit, vt alij serta rosasq; largiuntur. facto itaq; eo pacto censu sacerdotum, cum communi omnium eorum cantu sacra rogationes finiũtur, domumq; cunctis suam hilares reuertuntur. Ea res atque clericorum quasi census vsum basilicæ antiquum autoritatemq; ostendit. Prætor enim tum in cella alto loco sedens iura dicebat populo collecto in ede. Nolanorum quoque antiquum imperium in circumpositis oppidis, quod superius monstratum est, testatur. Quinetiam cæremonias quasdam Iouis indicare videntur, quas Nolæ in templo eius conterminis populis quotannis factitabant: in quibus agnus albus cum auratis cornibus à Stabianis mactabatur. auratum enim agnum Ioui mactari cecinit Apollonius Rhodius in secundo Argonauticorum ab eis, quibus in profugiendo Iupiter præfuisse. Proinde videre licet quod ex his, Nolanum episcopium, non modo templum atq; celeberrimum Iouis extitisse: sed etiam Iouis Profugij atq; Fœdericij, Stabianosq; aliquando profugisse ad Nolanos atq; Nolanis deditos fœdus deditionis percussisse. Nam apud Homerum III. Iliados à Menelao Græcisque ducibus Ioui mactatur agnus albus, qui seruatores fœderum iuuaret: male contra puniret eorum transgressores atque ruptores. Rosarum autem atque florum serta, fasciculi & glomi lætitiam ac hilaritatem vbique testari volunt. flores enim sunt veluti gaudia & lætitia stirpium. Sunt enim apertiores pulcherrima atq; gratissima. At vero qui ad dominum præsulemq; suum veneraturi accedunt, eos primum benignos hilaresq; lætosq; esse atque gaudia animi præ se ferre decet. quamobrem ad illud maximum iudicium Paridis legitur ipsse Venus non solum Horis & Gratijs redimita: sed etiam rosas manu ferens, ob quas tam læta grataque visa est iudici, vt pro rosis palmam reportarit. Seueritas contra atque tristitia, & superciliorum corrugatio: item vacuæ manus, & inornatum caput, quandam animi auersionem atque detestationem ostendit & arguit, quare quam plurimum ab officio venerantis reputatur aliena.

DE ALTERA SACERDOtum consuetudine.

CAP. XII.

COnsuetudo sacerdotum altera ita habet. Paucis enim post memoratam diem coronarum sertorumque prætentis, atque tum, quum dies illuxit, quod posca rosarum appellatur, Basilicam episcopium fronde atque floribus spargunt ornantque sacerdotes. ac inter sacrificandum ex eis vnus vasculo arctissimi orificij roseaque semipleno singulos accedentes irrorat. exactis deinde rogationibus sacris in spectaculum erigun-

erigunt populum hoc pacto. templo enim pendet porcella viua, magna, valida, præcepsque atque tota sæuo illita, cuius posteriores pedes ligantur fune ductorio, qui per trochleam templo alligatam fluitat: Nam alteram funis partem trahentibus porcella statim extollitur, eisdemque laxantibus & illa humum versus celerrime ruit. trahentes autẽ non humi, sed supra fornicem minoris cellæ dextra firmantur. Super trabibus tæduli quinetiam coassatio quædam asserum contabulatur adeo, ut certa contignatio videatur: in qua parantur copia maxima aquæ, ac ingentes cumuli fascium urticarum, stupeorumque glomerum magna multitudo: ut iisce porcellæ defendantur. Contra vero ad raptandam porcellam datur iis, qui in pauimento sunt libertas aditus. iccirco ad eam capiendam accinguntur iuuenes validissimi rusticique nudi brachijs coxis & cruribus, quorum capita cerussicalibus conteguntur: quibus non licet accedere pluribus quam quinque aut sex: trahentibus vero vno altero ve licet pluribus esse. permittunt igitur superiores porcellam paulatim defluere vsque ad capita ipsam aggredientium. hi vero primum manu (vt lubet) pedes aures ve illius prehẽsant, sed quum tenere abducereq; arbitrantur, statim tempore à superioribus retracta e manibus tenentium dilabitur. idem vero saltando sequuntur ascendentem, iterumque capiunt detrahuntq; sensim etiam sinẽtib. superioribus: deinde iterum cogentibus extollunt eam quam facilime dilabentem interea à contignatione aqua infunditur in raptores maior omni pluuia omni nĩbo & imbri. Neque qui fundunt, videri possunt ab eis, qui in pauimento manent. illinc quoque raptores feriuntur fascibus urticarum, atque glomis stupeis inflammatis vstulantur tam apte iactis, vt fulminibus videantur esse percussi. raptores vero tolerant hasce veluti cœli iniurias maximas, intenti summopere vt porcella potiantur. crebri risus primum cuncto fiunt populo, deinde cachinni: demum etiam conclamationes nunc hosce, nunc illos hortantium. certantes autem tam superni quam inferni non amplius de porcella contendere, sed de robore honoreq;, quem populus exclamans polliceri se vincentibus, ostendit, accenduntur. Quare vis omnis vtrinq; colligitur adhibeturque, pugnaq; vehementissima redintegratur: raptorumque cernuntur alter super alterius dorso humerisque scandere, ac sæpe eorum duo super tribus sese summittentibus extare ita, vt cumulus ex eis veluti mons ex montibus erectus esse videatur, vnde porcellam facilime capere sperant. verumtamen quo se altius aggerant, eo acrius feriuntur, facilusq; veluti vasta moles quassata precipitantur. hoc itaque pacto per horam certatur, ac interdum victoria horum est, rupto, inciso, aut soluto fune: interdum superiorum. Sed tamen superni vincentes demum porcellam sinunt raptoribus prædari, vbi multum afflictatos esse senserint, spectaculumque soluitur. Huius quinimmo simile Neapoli fieri statur atque in basilica Archiepiscopali: quod à plerisque vitio magno datum est. Quorum vnus est Iouianus Pontanus. is enim in Charonte scripsit, id tractari ab iis, qui vt porci luto gaudent. Nobis vero aliter visum est, censentibus eum morem vetustissimarum cærimoniarum rationem retinere, bellumque eo illud repræsentari, quod gigantes cum Ioue disque quondam ausi sunt gerere, vt à poetis fictum est. In quo raptores validi rusticique pro gigantibus inducũtur: porcella vero illis obiecta est, vt in eam faciant impetum. quare demonstrantur gigantes, vbi opinãtur aggredi cœlum Iouemque atque deos, in abiectissimam atque fœdissimam quadrupedem inuehi. veluti Sophocleus Aiax: qui quum contemneret deos, atque aggredi obtruncareque Agamemnona, Vlyxem, ac cæteros Heroas Græcos, vt pararat, crederet, in bones arietesq; impetum fecisse dicitur. aut porcella significat cupiditatem abõni ratione semotam, quæ in gigãtibus imperare creditur. hanc igitur secuti gigantes in cœlum impetum facere præsentãtur, dum iuuenes porcellam insultare cernuntur. percussi sunt gigantes iaculis cœlo missis, fulmine, imbre, æstu, frigore, pro quibus in spectaculo sunt igneſcentes globi, aqua, & vrtica à contignatione intorta. demum vt iuuenibus sanequam attritis afflictisque sordidum ãtal solummodo lucro est præque manibus habetur: ita gigantibus spe frustratis præterquam quod pœnas maximas dedere, insita etiam est temere appetendi turpitudo atq; infamia. cuius facti simile omnibus iis euenire solet, qui nimia atq; ea quæ supra captum hoĩs sunt, consequi animum inducunt. Nanq; pro rebus magnis appetitis abiectissimas ac indecoras solummodo nanciscuntur. Quamobrem spectaculum eiusmodi in honorem Iouis, ac opprobrium gigantum factitatum esse ætate illa prisca credendum est: idq; in templo ipso Iouis dicato maximaque diligentia & paratum & actum. Quinetiã basilicam ipsam episcopii templum Iouis fuisse, vel hoc spectaculum indicio maximo est. Christiana vero posteritas, cui semper placuisse videtur corrigendo seruare vetusta, omniaq; ad vsum bonum sanctumq; quãtum licuit, transferre: minus id spectaculum turbauisse: sed potius vt conuenientissimum religioni ac populo consuetum & gratum reliquisse. Eo enim significatur deus optimus maximus vltor tum malorum, præsertim superborũ hominum, ac iniuste raptare honesta nitentium, tum eorum, qui rato fortiq; animo cogitant in cœlos atq; dei sanire maiestatem. Iouianus vero nõ omnino ab re rem vitio dedit. Nanq; illud scripsit, dum Neapolitanorũ spectaculum cerneret. In quo non solum ea, qua dicta sunt, superni iaculantur in raptores: sed etiam lotium, excrementa, faces, & omnia quæcunque potuerunt suggerere purulenta.

DE MORE QVODAM ADOLESCENTIUM NOLANORUM.

CAP. XIII.

QVæ sacerdotum consuetudines sint, explicatum iam est: nunc de quodam adolescentulorum vrbanorum more transigendum. A Ianuariis igitur Kalendis adusque Kalendas Martias bellum quoddã ciuile Nolani adolescentes gerunt, scilicet quousque dies abstinendi à viscere edendo, aderint: qua Quadragesima nuncupatur. Tres igitur portæ sunt vr-

bis, quibus adolescentes sui cuiusq; addicti bellum gerũt Vicantius, Cortesella, Samuelis. Nam interdum Vicanciani cum Cortesellanis pugnant: interdum hi cũ Samuelitanis: aliquando vero Vicanciani cum Samuelitanis. Locus vero pugnandi Vicancianis & Cortesellanis totus agger est, qui inter utrasq; eorum portas extenditur: Cortesellani vero & Samuelitani pugnant in aggere interiecto inter eorum portas. At locus pugnæ Vicancianis ac Samuelitanis non extra vrbem atque in aggere, in vrbe ac via ipsa Vicanciana est: præsertim sub ipsa porticu, quæ in media vrbe erecta est. Pugnatur in aggere eminus quidem glebis, cespitibus, ac lutu: interdum, quum irritantur vtriusq; animi, etiam lapidibus. Comminus vero pugnis, æstu, inuolatu, impulsu vt de aggere hostem defendat, alterutro aut in fossam aut in hortum. item raptu: nam adiecta manu aut capillos aut collare capientes rapiunt hostem in humum. Neq; silendo manus eiusmodi conserunt, sed cum clamore pugnantes magno, suosq; quisq; hortantes: aliquando vero pugna æquo marte solvitur, plerunq; ab altera victoria est. Sed tum videntur fugientium cadentia multa corpora, atq; passim alia super alia corruentia: aliqui quinetiam capiuntur, in quos atq; prostratos pugnis quantum lubet, sæuitur. Interdum fugientes refecta acie additoq; animo conuertũtur aduersum vincentes tam acriter, vt illorum impetum sustineant, perstringant, coganteq; eos etiã terga dare atq; reddere vicem pœnæ. interdum victis nulla spes reficiendæ aciem restat. Quare quanto maximo cursu possunt, fugiunt: victor vero acriter instat sequendo aduersq; portam aduersam, quam claudere quoq; aliquando coguntur, qui victi sunt. Victores vero tum verba cantant in contemptum fugientiũ inclusorumq;. Sed tamen hoc non diu licet agere. Nanq; omnes vicinia tum colliguntur, ac aperta porta in pauciores incurrunt: quos superant, profligant, ac in fugam retrouertunt, insequuntur fugatos aduersq; portã aduersam. Ea prorę raro vincentes aduersq; portam fugientem insequuntur. In hisce certaminibus frequenter pugnant adolescentes natu quindecim annorum plurimumq; vsq; ad XX. Veruntamen vtriq; veniunt spectatum quam plurimi natu maiores, quorum quisque suis fauet, atq; quum rem inclinatam vident, ineunt pugnam: in quo adeo turgescunt interdum spectantium animi, vt etiam senes nihil pudeat in aciem eam descendere, ac se pugnis vehementer contundere. Hora vero pugnæ postmeridiana datur. Neq; omnes adolescentes cuiusue ad hanc semper pugnam descendunt: sed frequentissimè plebei, interdum etiam primarii. Longe autem frequentius in aggere pugnatur, quam in vrbe: atque vt rarissimè certatur inter Cortesellanos Samuelitanosq; : ita creberrima maximaque pugna committuntur inter Vicancianos & Cortesellanos. In quo illud maxime mirum licet spectare. nanque & si vespere pugna maxima pugnatum sit, postera omnes amici consuetudinem agunt, qui hesterna tãquam hostes inter se concurrerant, simulq; ridentes egregiè facta recensent, ac validiores laudantur: victi vero æquo animo fortunam ferunt. Hic ipse mos ab antiqua profectus esse videtur institutione. Prisca enim illa ætas omni ratione, qua potuisset, conata inuenes ad bella ac pugnas euocabat, parabat, instruebat. Hæc enim imago præludiumque quoddam est illius, quæ armis pugnæ certa committitur. Ex quo fides quoque nobis maior sumitur, non paruam fuisse curam artis militaris apud priscos Nolanos, veluti superioribus sæpe iam monstratum etiam est.

DE VINDEMIA ET MORE quodam paganorum cum vindemiam faciunt.

CAP. XIIII.

ARboreta omnia non vineta Nolana esse superioribus dictum est, eam ob rem vindemia fit scalis longissimis pluribusque arbori admotis. vndique enim rami veluti promissa brachia exerti sunt: quibus malleolis flagellaq; cum racemis plurimis deorsum luxuriantes sustentantur: quaterna quinaue scala singulis arboribus admouentur. singulis verò scalis singuli racemorum decerptores, quos vindemiatores vocant, vtuntur. Turba vero horum varia est. Nam aliquando quindecim decerptorum est, aliquando viginti, & XXV. ac XXX. fert quisq; surculum cistã turbinatam cuius basis cotus est, suprema pars ampla ac virgulata. amplitudo est decem palmorum, altitudo pauco minor brachio. habet capulum quâ vimen in semicirculum flexum supra os vtrinque affixum est, cui longus funis atq; vncus ligneus alligantur. hæc fiscina nuncupatur a findendo. namq; quum plena descendit suo cono vites ac ramusculos implicatos findit: aut (vt Varro) a ferendo: aut quod contexta viminibus tota est fissilis. fiscinam ergo racemorum plenam manu veluti facta trochlea per dictarium funẽ demittit ab alta arbore vindemiator: atq; alta voce assidue clamat nuncians fiscinæ descensum. hi mi vero pueri sunt, quos fiscinarios vocant, qui demissas fiscinas capientes in solium inuertunt extemplo, racemosq; de fiscina in illud excutiunt. solium vero cupellum a cupo & capacitate vocant: vel Græcum nomen seruantes κύπελλον· nam hoc est calicis pars, qua humore impletur. solium autem tres fiscinas capit, fiscinam vero euacuatam vindemiator sursum iterum per eundẽ funem paulatim retrahit. Cupella singulatim capiti imposita defert ad currum mulier vna: aut altera aquã cophinariam appellant. currui enim magnum solium superpositum est, quod recte vocant labellum Nolani: est enim labrum & labellum vinarium. curru deinde labellum plenum vuarum conculcatarum ad lacum conuehitur. hæc est Nolana vindemia. At vero vindemiatores ea die, qua pro quoquam vindemiam faciunt, atq; per totum vindemiæ tempus Bacho Deo pleni esse, ac furere prorsus videntur. Tria enim præter onera consuetudinem modumq; factitant, æsum, vindemiam, clamorem lasciuientium. singuli enim tantum comedunt vna die, idq; ter, quantum alias quatuor hominibus satis esset: quinetiam celerrimam vindemiam, omnem omnem agunt ridentes, saltantes, currentesq;, quãquam humi sunt. scalas quoq; altissimas erectasq; altera manu de

un de arbore ad arborem assidnè facillimeq; transiA runt. Clamor vero captum omnem hominis superat, atq; qui vix audientibus creditur. Nam omnino furentium est. In agro quinetiam in quo vindemiant, semper pudibunda vindemiando inclamant, obscœnasque quasq; partes suis nominibus pronunciantes, veneres vel obscœnissimas se optare exclamant, eas inclant, minitantur. idq; omnibus iis, qui humi sunt: atq; ob hac dicta etiam risitant atq; cachinnãtur. Quod si agri dominum dominamue aut domesticos horum spectarint (Nanque tota familia ad agrum vindemiamB que se conferre solet) tũ veluti crabrones irritati simul omnes exclamant, atque certatim efflãt, quod cuique venereum libet. reliquos vero aduenientes ad agrum aut forte pertranseuntes, non modo his ipsis verbis excipiunt, sed etiam omni genere conuiciorum lacessere gaudent. quod si in itinere obuij fuerint vel curribus vel hospitibus tum conuicia audatia mirabilia inueniunt, atque contorquent in eos praeter iniectas omne genus veneres. Nec parcunt regulis, magistratibus, alijsue summis viris. Sacerdotibus quoque praesertim cœnobitis, omnium furiarum furentissimi eadem male obscœneque dicta incutiunt, ficubi viderint. Neque ob has pœnas vllas soluunt, more loci eos absolutos ferente. Monentem vero, si quis eos castigare velit, deridentC, ac extra linguam contemnunt, ore quidem in eum oppedunt, pudor nullus, reuerentia omnis deleta est in eos. loquendi summa licentia atque arrogantia in promptu est, denique non homines videntur, sed Satyri ac Bacchi sacerdotes petulantes, iniurij, lasciuientes, luxuriantes. Postquam vero vindemia exacta est, omnia sanant, oblitionique omnem illam obscœnitatem mandant, modestiam amant, eademque temperantur. pudor eos regit: verba omnia (vt decet) ab omni obscœnitate purgata proferuntur, quasi exhalarit insania. eundem n. spectare est honeste viuentem, qui non ita pridem fuerat maximus corruptus insanijs. Veruntamen hunc ipsum morem inolauisse paganis Nolanis ab orgijs Bachicis atque trieterscis, veluti Bacchum ipsum nascentem quot annis atque vindemia ipsa celebrantibus: quamobrem modo quodã sacer habitus esse videtur mos isce. Ex quo nobis coniectari licet, priscorum Nolanorum diligentiam summam atque studium magnum in re agraria extitisse. Nanque sicuti rusticis aquo animo tantam libertatem concedentes, videntur voluisse Bachum per sua sacra coli, excipi atque doliis condi: Ita vites, arbores, arboretaque summa cura atque diligentia colussse, creduntur. At vero Enrice princeps eo iam (vt vides) reuersi sumus, vnde principium facientes sumus progressi. ab agro enim auspicati in eundem cunctis, qua ad vrbem Nolam patriamque nostram spectarent pertractatis, redymus. Quod nisi eadem seuerum recensere velimus, fas est, modum huc atque finem faciamus.

GAB. BARRII
FRANCICANI
DE ANTIQVITATE ET SITV CALABRIÆ, LIBRI QVINQVE.

PIVS PAPA QVINTVS.

MOTV proprio &c. cum sicut dilectus filius noster Gabriel Barrius. Franciscanus nobis exponi fecit, ad communem omnium studiosorum vtilitatem opus quoddam de antiquitate & situ Calabriæ à se compositum hactenus non impressum imprimi facere velit, maximumque sibi damnum foret, si postmodum ab aliis imprimeretur: Nos igitur motu simili, & ex certa nostra scientia inhibemus omnibus Christi fidelib. vbique existen. præsertim bibliopolis, & librorum impressorib. sub excommunicationis latæ sententia, in terris vero S.R.E. mediatè vel immediatè subiectis etiam ducatorum ducentorum aureorum cameræ apostolicæ applican. & amissionis librorum pœna toties quoties contrauentum fuerit, ab ipso facto & absque alia declaratione incurrenda, nequis per septennium ab impressione dicti operis computandum dictum opus sine ipsius Gabrielis expressa licentia imprimere, vendere, seu venale habere, aut proponere audeat. Mandantes vniuersis venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis, episcopis, eorumq. e vicariis in spiritualib. generalibus, & in statu temporali S. R. E. etiam legatis, vicelegatis sedis apostolicæ, & ipsius status gubernatorib. vt quoties ex ipsius Gabrielis parte fuerint requisiti; eidem Gabrieli efficacis defensionis præsidio assistentes ad omnem dicti Gabrielis petitionem contra inobedientes & rebelles per censuras ecclesiasticas etiam sæpius aggrauando, & per alia iuris remedia opportuna auctoritate apostolica exequantur: inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, non obstantibus constitution. & ordination. apostolicis quibuscunque. Quia vero difficile admodum esset præsentem motum proprium ad qualibet loca deferri, volumus, & apostolica auctoritate decernimus præsentium transumptis vel exemplaribus etiam in ipsis operibus impressis fidem plenam & eandem prorsus vbique tam in iudicio quàm extra haberi, qua præsenti originali haberetur, & quod præsentis motus proprii sola signatura sufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio & extra, regula nostra quacunque in contrarium non obstante.

Placet motu proprio M.

GAB.

Digitized by Google

GAB. BARRIVS FRANCICANVS

DE ANTIQVITATE ET SITV CALABRIÆ,

Ad BERNARDINVM SANCTOSEVERINVM Besidianensium Principem.

PROOEMIVM.

CVM ego amplissime princeps probè scirem, & à natura institutum esse, & vno omnium ore celebratum, tum multorum exemplis confirmatū; vt summo nos opere patriæ debeamus: pro qua si nobis ingrati animi notam inuri nolumus, sanguinem effundere, & mortem oppetere, nedum quemuis subire laborem cogimur: sedit animo vltrò munia obire, vt totius Italiæ laudes ex pluribus & Græcis & Latinis auctoribus excerpens, librum de eius laudibus, nec non pro lingua Latina, & de vrbis æternitate scriberem. Nimirum Latinæ linguæ honos, & vrbis laus ad Italiæ gloriam attinent, quòd Latium, à quo illa dicta, & in quo vrbs est, in Italia sit. Inde vero Calabriæ laudes, quæ itidem ad Italiæ gloriam pertinent, colligere, & librum de ipsius antiquitate & situ scribere mihi certum fuit: quo patria charitate deuictus pensum meum pro virili parte soluens meritis eam illustrarem laudibus: quinetiam eam per se primū ex nomine ipso, inde verò postea à plerisque grauibus auctoribus illustratam ostenderē. Cæterum nequaquam legentes id fugere velim, quod mouit quoque me scilicet, vt pro lingua Latina, & de æternitate vrbis & de Italiæ laudibus, ac de antiquitate & situ Calabriæ scriberem, communis omnium studiosorum vtilitas & delectatio, non tantum patriæ charitas & amor. Itaque omnes & Latinos & Græcos auctores diurna nocturnaque versaui manu, succisiuis tamen operibus, vt quæque memoratu dignissima ad Calabram regionem attinētia carptim perscriberem. Collegi autem plurima omni atque immortali laude digna, quæ fere sepulta iacebant. Siquidem eam, vt quamque Europæ regionem Ausonum primo habitatione vetustissimam, inde vero à clarissimis Græcorum principibus populisque. & ante & post Troiæ ruinas habitatā, multis nominibus à Græcis ipsis appellatam, magnis insuper à Græcis & Latinis scriptorib. laudibus celebratam, magnas præterea ac potentes in ea vrbes fuisse, eamque quamplurimos, & eos præstantissimos viros ac mulieres, variis disciplinis eruditos, vtpote Poetas & Philosophos, & Mathematicos, & Medicos, & legislatores, & musicos, aliarumque rerum scriptores, ac multarum rerum inuentores, tum ingeniosos artifices, nec non robustissimos athletas, ducesque edidisse reperio. Adde quod à Romanis Coloniis etiam & municipali iure, tum Ciuitate Romana honestata fuit & exornata. Nec desunt ei sanctissimi viri ac mulieres, quos ipsa peperit regio. Cæterum nequid laudis

laudis regioni deesset, eam minutatim, ac seriatim, ac cuncta quæ in ea gignuntur, accuratè scribere libuit. Noua veteribus iunxi, vetera locorum nomina, quoad fieri potuit, vestigaui, vt opus absolutius esset, & Calabrum nomen apud omnes gentes in sempiternum ævum illustrius redderetur, tum venerandum & admiratione dignum. Quandoquidem vt est Calabra regio vetustate, laudibusque prædictis clara: ita & rerum vbertate ac varietate, quæ in ea siue vltrò proueniunt, siue incolarum cura fiunt, tum ingeniorum præstantia, & corporum robore nulli Italiæ regioni cedit. Quinetiã, absit verbo inuidia, omnium Italiæ regionũ est nobilissima. Nam præter ea, quæ in reliqua Italia, aut parte eius quota fiunt, multa alia in ea ob soli felicitatem & cœli clemẽtiam aut fiunt aut gignuntur. Has ob res eam Græci Ausoniam primum, inde Calabriam appellauere, quod bonis omnibus scateat, eorumque prouentus in dies augeatur. Quod vtique nomen nulli aliæ Italiæ regioni conuenit. Cum itaque talis ac tanta sit Calabra regio, ac per omnes ætates in ea eruditi floruerint viri: nemo tamẽ vnus per tot sæcula, hanc prouinciam suscepit, hosce labores obiuit, vt patriæ gloriam propriæ vtilitati præponens eam celebraret. Quod opus, vt ipse conficerem, nulli parcẽs labori, regionem vniuersam lustraui, neue falsa scriberem, neue in vestigãdis veterum locorum nominibus in eos errores inciderem, in quos neotericorum scriptorũ plerique vulgi & leuiter eruditorum opinionibus innixi lapsi sunt: vt Guido Rauennas, Blondus Foroliuiensis, Raphael Volaterranus, Pandolphus Pisaurienſis, aliique plurimi. Quod opus in quinque libros distinctum tibi, qui in tota regione primarius princeps es, nuncupaui. Magna quidem ac præstans res, magno ac præstanti viro conuenit ac debetur. Præsertim etiam quòd Sanctoseueriana domus antiquissima est & nobilissima, ex qua plurimi præstantissimi viri floruerunt. Et maiores tui Besidianensium Principes, tum maxime Petrus Antonius pater tuus, cui regius animus inerat, tyrannidem veris Principibus prorsus exosam, semper abhorruerunt, & iusticia, clementia, & liberalitate, quibus virtutibus tu quoque præstas, polluerunt. Es quidem tu in tanta expectatione, vt nulli maiorum tuorum virtutibus cessurus sis. Neque mater tua Herina laude caret, quæ Scanderbech sanguine genita præstanti animo fuit, pudicitia quoque ac religione nulli matronarum cessit, atque in rei familiaris administratione prudens fuit. Accedit quod id quoque, vt hoc agerem me adegit, quod cũ tu de hoc libro certior factus fueris, patriæ charitate incensus, ne tot meæ vigiliæ, totq; labores tot inquam perpetuæ Calabriæ laudes perirent & oblirerentur, hac in me, imo in patriã liberalitate vsus es, vt liber ipse tuis auspiciis sumptibusque in medium prodeat. Proinde non mihi modo Calabria vniuersa, verum etiam tibi quandiu cœlum mouebitur, gratias maximas agere, etiam habere maiores, & Francicanos ciues meos ciuitate & immunitate donare debet.

CALABRIA Italia regio, quæ in extremis eius finibus, vt lingua porrecta inter vtrumque fretum, Inferum, Superumq; interiacet, incipit è mari Infero, quod Græci Tyrrhenum vocant, à Talao flumine, à Supero vero, quod idem Ionium nuncupant, à Syris amni: & protenditur ad Euripum vsq; Rhegiumq; Atque Apennini montis iugo in longitudinem secta duo cornua emittit, Leucopetram dextrâ, Lacinium sinistrâ. Qua tum montuosa est, tum campestris Latij instar aquarum scaturiginibus irrigata. Ipsius vero regionis ambitus, ad DCCXXX. M. pas. colligit. A Talio enim Fluuio ad Laum amnem milliaria sunt XII. A Lao autem, vt Strabo fert, ad Euripũ, qui à Cœnide promontorio incipit millia pas. sunt CLXIX. communi vero extimatione CLXI. Euripi autem tractus, qui vt dixi, à Canide ad fretum vsq; Herculeumque promontorium porrigitur, LX. millium passuum est: A freto, quod ab Herculeo promontorio initium habet, idem Strabo Polybij auctoritate, ad Lacinium Junonis templum CCLXXXVIII. interuallum esse tradit. A Lacinio ad Syrim amnem mil. sunt CXXIII. A Syris fluminis ostijs, ad Talai amnis ostia interuallum est M.P.LXXVI. Est scilicet Calabria omnium Italiæ regionum vetustissima à diluuio. prima n. ea inhabitari cœpta, vtpote ab Aschenaz pronepote Noe. Nam post vniuersalem aquarum inundationem, cum Gomer maior natu filiorum Japhet filij Noe, Galatas instituisset, Aschenaz filium maiorem natu in Italiam transmisit ad habitandum. Qui eò loci, vbi nunc Rhegium est, cum peruenisset, cum quia is sibi locus primus oblatus est, tum vero loci amœnitate captus (viget enim

illic

illic peremis quadam ac beata cœli temperies) ibi con A
sedit, vrbemq; statuit, quam à suo nomine Aschenaz,
eiusq; incolas appellauit Aschenazeos. Iosephus e-
nim, qui Tito imperante floruit, Iudaicarum An-
tiquitatum libro primo ita scribit: Aschenaz institu-
it Aschenazeos, qui nunc Rhegini vocantur à
Græcis. Et Hieronymus in quæstionibus Hebrai-
cis super Genesim inquit: Aschenas Græci Rhegi-
nos vocant. Liquet sane nusquam locorum gentis-
mq; Rheginos alios inuenisse, neq; à quoquam aucto-
re scribi, quam qui in Calabria sunt. Hanc vrbem B
postmodum Græci Rhegium dixere aut à fissura, vt
quidam volunt (ῥῆγμα enim fissuram sonat) quod in
ea parte Sicilia ab Italia disiuncta sit. Quam Antio-
chus Neptuniam appellauit, quod Neptunus ea loca
diremerit. Aut, quod credibilius est, ab aeris beati
& iuge temperie: nam ῥήγιον vtile iucundum & bo-
num notat, Hebraice autem, vt Hieronymus tradit,
Pascua eorum significat. Inde Cethim patruelis A-
schenaz in Italiam & ipse profectus Latium incoluit,
vrbemq; in eo construxit, quam Cethiam nuncupauit. C
Calabria autem multis fuit appellata nominibus: nam
primo dicta est ab incolis Græcis, aut à finitimis Au-
xonia ab auxo verbo Græco, id est augeo, quod semper
ibi rerum prouentus augeatur, dicta est & tum ab O-
rientalibus Græcis Hesperia, quod hespero, id est, occa-
sui subiecta sit. Inde dicta est Oenotria ab Oenotro Ar-
cade, postea Italia ab Italo Oenotro genere in Calabria
nato ac regnante. Quare hallucinantur, qui Ausoniã
ab Ausone Itali, siue Vlyssis filio dictam fuisse opinan-
tur. Nam Homerus itemq; Strabo Vlyssem ad Teme- D
sam Calabriæ vrbem, quam nec non & Besciam, præ-
ter alias vrbes, Ausones condidisse memoriæ prodi-
tum est, venisse scribunt. Id quod argumentum est, ante V-
lyssem Calabriam vocitatam fuisse Ausoniam: quod
ipsum ex Dionysio etiam Halicarnasseo constat. Dicta
est autem Auxonia, vt Etymologicus fert, quod eius
finitimi eam appellassent Auxenam, & mutatione
x in s. & e in o Ausonam. fuere quidem Ausones ad-
modum potentes, de quibus Dionysius Apher de ea
regione, quæ nunc Calabria est, loquens ad verbum E
translata sententia sic ait:

Hinc Italorum filii in continenti pascuntur
Ab Ioue Ausonii sæpe magnopere dominã-
Incipientes à Borea vsque Leucopetram. [tes,
Quæ in freto Siculo radicata est.

Quibus super verbis Eustathius ait: Italos quon-
dam monarchas magnopere dominatos fuisse
Dionysius ait, quos & Ausones appellat, eosdem
enim & Ausones & Italos appellat. Hinc Ausoni- F
um Pontus, ait idem Eustathius & Suidas, mare, quod
orientalem Calabriæ oram alluit, quod & Siculum ap-
pellatur. Et rursus de Locris loquens dicit, ipsos Au-
xoniam tenere, qua currit flumen Halecis. Et Dionys.
Halicar. Occiduam Calabriæ oram Ausoniam
dictam scribit. Item Strabo libro tertio ait Ausoniam
mare nunc Siculum vocitatur. Et Plinius orientalem
Calabriæ plagam Ausoniam dictam ab Ausonibus,

primam habitatam tradit, Et Lycophron in Alexan-
dra Philoctetem ab Auxonibus circum Crotonem ha-
bitantibus interfectum fuisse scribit. Quare vtramq;
Calabriæ oram Ausoniam dictam fuisse palam est.
Fuit & quingentis sexagintaseptem annis ante Ilij ex-
cidium Oenotria dicta ab Oenotro Arcade in eum si-
num Auxonium aduentante, regionisq; occiduam o-
ram occupante. Qui & illic oppida quamplurima
condidit. Horum quorundam memoria apud Stepha-
num extat, à quo hæc scribuntur. Arintha, Arian-
tha, Aithemisium, Brystacia, Cossa, Cyterium, Heri-
mum, Ixias, Lametia, Menecina, Malanium, Ninea,
Patycos, Setia, Siberena, Sestium, Thyrella. Item Pan-
dosia, quam Oenotrorum regiam fuisse Strabo prodit.
Inde Oenotri ipsi potentes facti alia Italiæ loca occupa-
runt. Eregione vero Oenotria dicta est Peucentia à
Peucetio Oenotri fratre, qui eam partem suis iuris ef-
fecisset, Peucentiam nominauit. Quo vita functo Oeno-
trus orientalem quoq; Calabriæ partem possedit, quæ a-
re sibi cessit, quam etiam nuncupauit Oenotriam, vi-
busque in ea quoque parte ædificauit. Postea vero haud
multo ante ruinas Troiæ regnante in Latij parte qua-
dam Enandro, vt Dionysius Halicar. libro primo au-
ctor est, Hercules classem in Italiam aduexit, ac Ca-
labriam petens oppida quædam illis extruxit, ac loca
quædam à se nominauit, id est promontorium Hercu-
leum, portus Herculis, aut ab ea factus, aut crebro re-
peritus. Herculis autem ætate, aut paulo ante Cala-
bria dicta est Italia ab Italo quopiam Oenotro genere
huius regionis rege, siue, vt alij, a bobus. Deus dicta
est Morgetia à Morgete Itali filio. Exinde pars eius
quota circa Rhegium Sicilia nuncupata est. Quæ
vero pars circum Peretiam & Crotonem appellata est
Chonia & Iapygia, & Salentinia, quod ostendam. Post-
modum Græci à rerum copia ac bonitate eam appella-
runt Calabriam, vt prisci Auxenam, inde magnam
Græciam magnis vrbibus. Postremo pars quædam
circum Sybarim Lucaniæ dicta est, Lucanis eam par-
tem occupantibus. Atq; ita hæc regio ob frequentes Gra-
corum Colonias, qui loci amœnitate, ac rerum u-
bertate ac præstantia allecti eò confluebant, tot est
appellata nominibus. Nouis tamen superuenientibus
veteres, aut vtrisq; identidem euenire soles, desinebant,
aut aliam in oram transibant manubantq; vt Ausó-
nia, Oenotria, & Italia in eam figuram, qua nunc Ita-
lia est, Sicilia in Trinacriam insulam: Calabria in
eam modicam oram, quæ modo Apuliæ pars est. Nam
cum magna Græcia dici est cœpta, desiit interdum vo-
cari Calabria. Dicta quoq; fuit pars eius quota occi-
dentalis Brettia à Brettia muliere, siue vt alij,
à Brento filio Herculis. Sed tandem postea quã magna
Græcia desiit appellari, Calabria, quod nomen regionis
præcipue continent, rursus appellata est. Quæ semper à
claris Græciæ populis ac principibus & ante & post
euersionem Troiæ fuit inhabitata, magnaq; in ea
vrbes ab ipsis condita, quare & Magna Græcia dicta
est. Nam, vt dixi, ante Troiæ ruinas Oenotrus & Pen-
cetius fratres Arcades, & inde Hercules concesserè.
Post vero Troianum excidium complures Græco-
rum proceres, qui bello Troiano præsentes adfue-

runt

runt, in Calabriam contenderunt, ibiq; ciuitates statuerunt, vt Philoctetes Herculis comes & hæres, Orestes, qui & portui cuidam nomen dedit, & in Calabria fluminibus se eluens matricidium expiauit: Aiax Oileus. siue, vt alij, eius socy, Sagaris filius. Vlysses, à quo insula parua contra Hipponium nomen sunt, mutatæ, qui & Mineruæ templum insigne in Calabria extruxit, vt Solinus ait: Epeus, Nestor, Idomeneus, Menelaus: Item Phocenses, Athenienses etiam in Calabriam Colonias miserè. Contulere se in Calabriam & Mnestei Troiani viri comites. Quod autem Calabria hæc nomina, quæ dixi, sortita sit, auctores sunt quamplurimi. Dionysius enim Halicar. vt ait Eusebius, Romana historiæ atq; Italiæ peritissimus, ita libro primo fatur: Arcades Græcorum primi sinum Ionium traiicientes Italiam incoluerunt, sub Oenotro Lycaonis filio, qui quintus erat ab Aegeo & Phoroneo, qui primi in Peloponeso, regnarũt. Nam Phoroneus quidem Niombes pater fuit: Huius autem & Iouis filius, vt dicitur, Pelasgus, Aegeique filius Lycaon, huiusque filia Deianira: & ex ea & Pelasgo Lycaon alter. Lycaonis filius Oenotrus decem & septem ætatibus ante Troiam obsessam. hoc enim tempus erat, cum colonos in Italiam miserunt Græci. Reliquit autem Oenotrus Græciam, non satisfaciente sibi portione sua. Nam cum essent Lycaoni duo & viginti filii, totidem in partes diuidi Arcadiam oportebat. Hac igitur causa Peloponnesum relinquens Oenotrus, classemque instruens Ionium secat mare, & cum eo Peucetius vnus ex fratribus. Secuti verò sunt eos etiã ex domestico populo complures. Nam populosissima fuisse dicitur hæc gens à principio Græcarum omnium, quæcunque ex eis regionem sortitæ sunt, minorem quàm pro multitudine sua: Peucẽtius igitur in quam partem Italiæ cursus tulit supra vertices Iapigis populum suum deportans ibi collocat: Peucentiique ab eodem dicti sunt, qui circum ea loca habitant. Oenotrus autem maiorem exercitus partem ducens in alterum venit sinũ ab occidente secundum Italiam diffusum: & qui tunc Ausonius ex occolis eius Ausonibus dicebatur. Postquam vero Tyrrheni denominationem maris habuere, sumpsit eam, quam nunc habet appellationem. Inueniens autem Oenotrus regionem ipsam multam pecori, multamq; cultui percommodè expositam, magna autem ex parte desertam, ac ne illam quidem, quæ incoleretur, hominibus frequentatam, cum expurgasset barbaris partem eius quandam, vrbes condidit in montibus paruas & crebras, qui mos erat condendi priscis. Vocata est autem ea ora & quidem multa, quantuncunque occupauit, Oenotria, atque homines, quibuscunque imperauit, Oenotrii, tertiam hanc assumentes cognominationem. Nam Aegeo quidem regnãte Aegei dicebantur. Suscipiente autem imperium Lycaone, Lycaones dicti sunt. Oenotro vero transportante eos in Italiam, vocati sunt quoddã tempus Oenotrii. Testimoniumque mihi est Sophocles tragicus in Triptolemo. Inducitur enim Ceres in ea fabula docens Triptolemum quanta ei peragranda sit regio iaciendis seminibus, quæ à se acceperit. Atque orientalis Italiæ primum mentionem faciens, quæ est à verticibus Iapygis vsque ad fretum Siciliense. Posteaq; oppositè commemorata Sicilia ad occidentalem Italiam rursus diuertit, gentesque maximas maritimam oram incolentes percurrit, ab Oenotrorum habitatione principio sumpto. Abunde autem sufficiens hæc sola de iambicis dicta, in quibus ait: hæc autem à tergo manus in dexterã Oenotriaque omnis, & Tyrrhenus sinus, & Ligustica tellus excipiet. Antiochus autem Syracusanus historicus vetustissimus in Italiæ habitatione conditores vetustissimos discurrens, & vt partem eius quandam singuli occuparẽt Oenotros primos dicit: Antiochus Xenophanis hæc scripsit & sermonibus priscis valde credita, & certissima. Hanc terram, quæ nunc Italia dicitur, antiquitus habuerunt Oenotrii. Postea pertransiens quemadmodum gubernabantur, & vt Italus aliquando rex eorum fuit, à quo denominati sunt Itali, huicque successit Morges, à quo Morgetes vocati sunt. Et vt Siculus hospes Morgeti factus proprium sibi constituens Imperium, distincta gente huic infertur, atque ita Siculi & Morgetæ, & Itali fuerunt, qui erãt Oenotrii. Age iam & genus Oenotrorum quantum erat ostendamus ex priscis historicis, testem alium habentes, Pherecydem in Atheniensium originibus nemini secundum. Fit autem ei sermo de regnantibus in Arcadia sic: Pelasgo & Deianiræ fit Lycaon, hic Cyllenem ducit nympham Naiadem, à qua mons Cyllene dicitur. Postea qui ab his deceenderunt enumerans, & quæ vnusquisque eorum loca incoluerit, commemorans, cum Oenotri & Peucentii meminit, sic inquit Et Oenotrus, à quo Oenotrii vocantur, qui in Italia habitant, & Peucentius, à quo Peucentii, qui in Ionio sinu. Quæ igitur à veteribus poetis & fabularum scriptoribus dicta sunt de habitatione Oenotrorum sunt talia, quibus ego assentio, si vera Græca origo Aboriginibus fuit, sicut à Catone & Sempronio aliisque pleriisque traditur, Oenotrorum ipsorum progeniem eos fuisse arbitror. Nam Pelasgam quidem nationem & Cretensem, & cæteros, quicunque alii sedes in Italia posuerunt, posterioribus temporibus aduenisse reperio. Neque antiquiorem hac ipsa classem aliam ex Græcia in occiduum Europæ possum vllam percipere. Atque Oenotros ipsos multa alia loca Italiæ obtinuisse existimo, alia deserta, alia infrequentia occupantes, atque Vmbriæ pars est etiam, quam sibi vẽdicarunt expulsis inde Vmbris. Vocati autem Aborigines puto ex habitatione ipsa montium: nam & illud Arcadum est montes sequi. *Et paucis interiectis:* Italia autem post aliquod tempus vocata est

est à viro præpotente nomine Italo. Hunc vero bonum sapientemque fuisse Antiochus Syracusanus dicit, atque aliis finitimorum oratione persuasis, aliis vi adactis, terram omnem ditionis suæ effecisse quantacunque intra sinus Nepetinum & Scyllaticum esset, eamque primum vocatam esse Italiam ab Italo. Qui postquam huius dominus fuit, multosque homines habuit dicto audientes, statim etiam consequentia appetiit, vrbesque congregauit multas: fuisse autem eum Oenotrum genere. Hellanicus autem Lesbius dicit Hercule agente boues Gerionis in Argos, dum esset in Italia, iuuencus quidam è grege fugiens oram omnem peragrauit, & in Siciliam venit, quem Hercules persecutus est, atq; oram omnem, quantam vitulus permeauit, dictam esse Vituliam. Transisse vero post tempus id nomen in eam, quam nunc figuram habet. Minime mirum est, cum multis etiam Græcorum nominum id acciderit. Cæterum siue vt Antiochus à duce, quod probabilius est, siue vt Hellanicus putat, à tauro nomen sumpsit, illud certe ex vtriusque manifestum est, quod ætate Herculis, aut paulo ante ita nominata est regio. Nam antea quidem Græci Hesperiam & Ausoniam eam vocabant: incolæ vero, vt dictum est, Saturniam. *Et rursus libro eodem:* Antiochus Syracusanus ait: Regnante in Italia Morgete (erat autem tunc Italia à Metaponto vsque ad Neptuniam maritimam) veniisse ad eum virum quendam profugum Roma, sic enim dicit. Cum autem consenuisset Italus, regnauit Morges, eiusq; tempore vir aduenit Roma Siculus nomine. *Secundum itaq; eum antiqua quædam & Troiana precedens tempore Roma inuenitur. Est autem ætas, vt id etiam dilucidemus, secundum quosdam spatium triginta annorum, secundum alios triginta trium annorum & quatuor mensium, ita quod tres ætates centum perficiunt annos. Quare decem & septem ætates, anni sunt quingenti sexaginta septem, quatuor mensibus minus. ergo tot annis Oenotrus & Peucentius ante euersas Troiæ in Calabriam venerunt: Ante vrbem conditam annis mille. Ergo ab aduentu Oenotri hucusq; anni sunt ter mille trecenti viginti duo. Nam ab aduentu Oenotri ad Ilium captum anni quingenti sexaginta septem, vt dixi, supputantur. ab Iliy excidio ad vrbem conditam anni fluxere, vt Solinus tradit, quadringenti triginta tres. Ab vrbe condita ad CHRISTI natale anni interceßere septingenti quinquaginta & vnus. A CHRISTO nato iam annus agitur hic milleßimus quingenteßimus septuageßimus & vnus. Licet Naso Met. libro duodecimo ætatem centum annorum spatium esse senserit. Aristoteles, vt ad rem redeam, Polit. libro septimo ait:* Tradunt periti homines Italiæ fuisse Italum quendam Oenotriæ regem, à quo mutato nomine pro Oenotriis Itali sunt vocati, oramque illam maritimam Europæ, quæ est inter Scyllaticum & Lameticum Sinum (distant vero hæc loca iter meridiei) Italiæ nomen primo recepisse.

A *Hunc ergo Italum tradunt agriculturam Oenotros docuisse, illisq; leges posuisse, & commeßationes instituisse primum. Quapropter etiam nunc quidam illorum populorum commeßationib. vtuntur, & legibus quibusdã ab illo positis. Incolebant autem eam Italiæ partem, quæ ad Tyrrhenum versa est, Ausones. Alteram vero partem, quæ ad Iapigiam & Ionium pertinet, incolebant Chones, Sirtim appellatam, & ipsi quoq; ab Oenotry sorti. Inuentio igitur commeßationum hinc primum exitit. Fuit autem Italus, aut idem Arist. Pol. libro secundo, longe antiquior Minoe Cretenßium rege. Strabo etiam libro quinto ait:* Post infimas Alpium radices, eius quam hac ætate Italiam vocant, initium est. Namque maiores Italiam, quæ ab Siculo freto vsque ad Sinum Tarentinum & Hipponiatem progreßa est, Oenotriam appellabant. Nomen autem obtinens vsque ad Alpiũ radices proceßit. Assumpsit etiam ab ora Ligustica Vari fluminis confinia, mariſque proximi à
C Tuscię finibus Istriæque vsque Polam. Opinati vero cuipiam licet priscos Italorum florentes in communionem deuocasse finitimos. Hunc in modum auctis viribus in Romanorum Imperiũ peruenisse. Tandem vero quandoque ex quo Romani in regni societatem & in ciuitatem Italos vocauere, decretum est, & Gallis Cisalpinis & Venetis id honoris impertiri, vniuersosque Italos Romanosque vocare: permultas insuper Colonias partim prioribus annis, partim poste-
D rioribus emittere, quibus meliores alias non facile dixerim. *Et libro sexto:* Tarentinum sinum Chones & Oenotri incolebant. *Antiochus in conscripto ab eo de Italia volumine hanc solam & veram Italiam asserit, deq; ea se scribere, quam prisci Oenotriam appellauere, eius terminum ostendit, quem è Tyrrheno quidem mari Brettia terra diximus Lamum flumen, è Siculo autem Metapontum. Tarentinam vero quæ Metaponto conjunis est terram extra Italiam nominatim explicat Antiochus. Item anti-*
E *quitus Oenotrios, & Italos appellatos fuisse dicit, qui intra isthmum ad fretum vergunt Siculum. Est autem Isthmus ipse inclusa terra pelago viginti mil. pass. intra geminos Sinus Hipponiatem scilicet, & quem Antiochus Nepetinum dixit, & Scyllaticum alterum: nauigationis autem ipsius ambitus & spatium terra comprehensum ad interiorem Euripum ducentorum quinquaginta millia pass. est. Hucusq; vero inquit, Italia & Oenotria nomen ostenditur, ad Metapontinos & Syritides videlicet, & hanc regionem Chones gentem*
F *Oenotriam & quidem insignem habitasse, & terram nominasse Choniam. Autumo quod Oenotri Chonim oppidum Coloniam deduxerunt, seq; Chones ac circumiacentem regionem Chonam appellauere. Namq; Apollodorus, apud Strabonem Philoctetem Chonam oppidum super Crimissam promontorium aut iuxta ipsum construxisse dicit. Nec quidem quicunq; Græci primum Colonias in Calabriam apportarunt, sed Arcades, qui omnes alios Græcos virtute antecellunt. De quibus Polybius libro quarto ait:* Gens

Digitized by Google

Arcadum quandam omnis virtutis formam habet, non solum propter felicitatem morum, & benignitatem naturæ, summamque erga omnes hospitalitatem, verum etiam, ob pietatem atque obseruantiam in Deos, cum confessione omniũ à reliquis Græcis sceleré, & crudelitate differũt. *Cum igitur Dionysius Halicar. rerum Græcarum diligentissimus & indagator & scriptor, Oenotros primos è Gracia quingentis sexaginta septem annis ante res Troianas in Auxoniam, id est, Calabriam profectos fuisse, & aduenas aliunde illo aduentasse nulli explora-tum sit: consequens haud dubium est, ante Oenotri aduentum in ipsam indigenas, hoc est, Aschenazi posteros Auxones dictos incoluisse, etsi raro. Nam Oenotrus eam magna ex parte desertam, & illam, quæ incolebatur, hominibus minime frequentatam inuenit. Antiochus quoq; vt ad institutum redeam, Strabone referente, locum circum Rhegium antiquitus ab Siculis habitatum simul & à Morganis fuisse dicit, qui ab Oenotris electi in Trinacriam traiecere. Item Dionysius Halicar. libro secundo, Siculos ea loca incoluisse refert, vbi nunc Roma est, qui inde rursus exacti in inferiorem Italiam transiere, & inde rursus electi transmisere in Sicaniam insulam. Thucydides etiam libro sexto inquit:* Siculi ex Italia (ibi namque habitauere) fugientes Opicos in Siciliam traiecerunt, &, vt credibile est, & fama fertur, ratibus obseruato, cum ventus posuisset, freto, forte & aliter transuecti. Et sane adhuc extant in Italia Siculi, ipsaque regio ab Italo quodam Arcadum genere hoc nomen habente, sic est cognominata. Hi magno cum exercitu in Siciliam transeuntes, victis prælio Sicanis, & in partes, quæ meridiem Occasumque spectant, remissis, fecerunt, vt pro Sicania Sicilia vocaretur, & eius optima quæque loca incoluerunt, & nunc quoque mediterranea eius, atque ad aquilonem vergentia obtinent, annis ex quo transierunt prope trecentis ante Græcorum in Italiam aduentum. *Dionysius vero Halicar. libro primo ita scribit:* Hellanicus Lesbius ait: Siculi reliquerunt Italiam, trib. ætatibus ante res Troianas. Philistius vero Syracusanus octoginta annis ante Troianum bellum. Et quidem credibilius est octoginta, aut centum annis, id est, tribus ætatibus ante ruinas Troiæ, Siculos ex Calabria pulsos in Sicaniam transmisisse. *Plinius libro tertio Calabriæ habitatores describens, ait:* Post Lucanum agrum ager Brettius incipit: nec ibi rara incolarum mutatio, tenuerunt enim Pelasgi, Oenotri, Itali, Morgetes, Siculi, Græciæ maximi populi, vltimo Lucani à Samnitibus orti duce Lucio. *Et rursus:* à Locris Italiæ frons incipit magna Græcia appellata, in tres Sinus incedens Ausonii maris, quoniam Ausones tenuere primum, patet LXXXI. mil. pas. vt auctor est Varro, plerique LXXII. fecere. *Strabo & Polybius plerisq; in locis fretum, quod Siculum vocant, quod orientalem Calabriæ plagam abluit, Ausonium mare vocant. Vergilius Æned. libro tertio Helenum Æneæ ex Epiro in Italiam tendere cupienti loquentem inducens, atq; enim docentem quanta ei peragranda sit regio, antequam vrbem tuto in loco condere queat, circumacta Sicilia Ausonium mare primum scribit, dein Lucrinum & Auernum Campaniæ lacus. Ait enim:*

Ante & Trinacria tentandus remus in vnda,
Et salis Ausonii lustrandum nauibus æquor,
Infernique lacus, Aeæaque insula Circes,
Quàm tuta possis vrbem componere terra.

Etrursus eandem Calabriæ regionem, quam Ausoniam appellatam fuisse dixit, Hesperiam quoque, & Oenotriam, & exinde Italiam à rege scribit, inquit enim:

Est locus Hesperiam Graii cognomine dicunt,
Terra antiqua potens armis, atq; vbere glebæ,
Oenotri coluere viri, nunc fama minores
Italiam dixisse ducis de nomine gentem.

Marcus vero Varro rei rusticæ libro secundo eam à bobus dictam putat, ait enim: Denique Italiam à vitulis, vt scribit Piso, Romanorum vero populum à pastoribus esse ortum quis non dicit? *Et paulo post:* Bos in pecuaria maxima debet esse auctoritate, præsertim in Italia, quæ à bobus nomẽ habere, sit existimata. Græcia enim antiqua, vt scribit Timæus tautos vocabat Italos. à quorũ multitudine & pulchritudine & fœtu vitulorum Italiam dixerunt. Alii scripserunt quod è Sicilia Hercules persecutus sit eò nobilem taurum, qui diceretur Italus, hic socius hominum in rustico opere, & Cereris minister. *Proinde eam tantum regionem, quæ nunc Calabria dicitur, primum Ausoniam, & Hesperiam, & Oenotriam & Morgetiam, & Italiam appellatam fuisse satis diluciде ostendimus, & eius partem quotam Chonam & Siciliam nominatam fuisse. Cæterum Antiochus & Dionysius Halicar. & Arist. & Thucyd. & noster Maro Italiam ab Italo rege dictam fuisse rentur: Hellanicus vero, & Peso, & Varro à vitulis. Partem vero Calabriæ quotam, & quæ ad orientem spectat, Iapygiam & Salentinam appellatam fuisse, ex his, quæ mox subnectã liquebit. Dionysius Halicar. vt ostendit, Orientalem priscam Italiam à verticibus Iapygis vsq; ad fretum Siculiense esse ait; quam à Metaponto & Lao amni initium habuisse in apertum protuli. Ouid. Met. libro quintodecimo Iapygis arua post Sinum Tarentinum, quem ipse à Thurio Thurinum appellat, Scyllæcum versus ponit, ait enim:*

Præterit & Sybarim, Salentinumq; Neæthum,
Thurinosq; sinus, Meliseuq;, & Iapygis arua
Vixque peerratis quæ spectant littora terris,
Inuenit Aesarei fatalia fluminis ora.

Et rursus libro eodem:

Italiam tenuit, præterque Lacinia templa,
Nobilitata dea, Scylleiaque littora fertur:
Liquit Iapygiam, læuisque Amphissia remis
Saxa fugit.

Strabo quoque libro sexto Iapygiam inter Scyllæcum & Lacinium promontorium locat, inquit enim:

enim: Post Scyllaceum Crotoniatarum fines sunt, & Iapigum terna promontoria, deinde Laninium Iunonis templum. *Et rursus:* Crotonem Iapiges incoluerunt. *Item Polybij auctoritate:* à Lacinio, *inquit*, ad vltima Iapigiæ spacium est LXXXVII. mil. pass. cum dimidio, quod Tarentini sinus os esse ferunt. *Tarentini autem sinus os in littore Coriolani est. De Salentina autem Ouidius, vt supra ostendi, Neathum flumen secundum Crotonem Salentinum appellat. Et Vergilius Aeneid. libro tertio Helenum loquentem inducens Salentinos campos ab Idomeneo Cretensi in magna Graecia obsessos inter Locros & Peteliam Calabriæ vrbes scribit. aut quidem:*

Has autem terras, Italique hanc littoris oram,
Proxima quæ nostri perfunditur æquoris æstu
Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graiis:
Hic & Naritij posuerunt mœnia Locri,
Et Salentinos obsedit milite campos,
Littus Idomeneus: hic illa ducis Meliboei
Parua Philoctetæ subnixa Petilia muro.

Item Probus in sextum eclogam Vergilij inquit: Varro in tertio rerum humanarum refert, gentis Salentinæ nomen tribus è locis fertur coaluisse, è Creta, Illyrico, Italia. Idomeneus è Creta oppido Licto pulsus per seditionem bello Magnesium, cum grandi manu ad regem Clinicum venit ad Illyricum. Ab eo item accepta manu cum Locrensibus plerisque profugis in mari coniunctus amicitiaque per similem causam societatis Locros appellit, vacuata eo metu vrbe ibique consedit, aliquotque oppida & condidit, in quis Vria & castrum Mineruæ nobilissimum, in tres partes diuisa copia, in populos duodecim. Salentini dicti quod in salo amicitiam fecerint. *Idipsum & Sextius Pompeius tradit, qui Salentinos in magna Graecia ponit. ait enim:* Salentinos à salo dictos Cretas & Illyrios, qui cum Locrensibus societatem fecerunt eius regionis Italiæ, quam magnam Græciam appellabant. *Item Liuius ab vrbe condita lib. decimo inquit:* Cleonymus Lacedæmonius Thurios vrbem in Salentinis cepit. *Qua vrbs haud dubio in Calabria est. Et Sallustius referente Seruio in tertium librum Aeneid. ait:* Omnis Italia coacta in angustias scinditur in duo promontoria, Brettium & Salentinum. *Italia autem, vt omnes innuunt, & res ipsa loquitur, nusquam est angustior quam inter sinus Scyllaticum & Terineum, cuius latitudo, vt relatum est, XX. mil. pas. est. Vt autem Italia angustior in hac duo promontoria scindatur, ea se inuicem spectent est necessium. Brettium autem promontorium Tyrrheno Pelago in Terineo sinu prominet, Subarum vocant accolæ. Salentinum vero è regione Bretij promontorij Ionio mari in Scyllatico sinu incumbit, Stalatum indigenæ appellant. Tot igitur nominibus appellata est Calabria regio. Calabriam appellauere Graeci à calon, quod bonum, pulchrum, & honestum significat, & brio, id est, emano & scaturio, quòd bonis omnibus scaturiat. Magnam autem Graeciã appellauerunt, aut vt Iamblycho placet, ob Pythagoræ frequentes discipulos, qui, inquit eloquentissimus & doctissimus erant, obq; magnã frequentiq; eius gymnasium: aut, vt Eustathius in Dionysium Aphrum vult, ob in eam regionem frequentes Graecorum Colonias deductas, ciuitatesq; crebras & magnas ab eis conditas. Siquidem, vt prafati sumus, quamplures Graecorum proceres regionis fœcunditate, & felicitate allecti & ante & post Troianum excidiũ ello contenderunt. Athenæus autem lib. duodecimo, & Archilochus poeta apud eundem Calabriam Graeciam magnam dictam volunt ob delicias & felicitatẽ vniuersæ regionis, & multitudinem hominum. Ob has ergo tres causas Calabria regio magna Graecia dicta est. Strabo quoq; lib. sexto dum Calabriæ regionem describit, ait:* Tantopere res Græca amplificata fuerat, vt hanc magnam Græciam appellarent. *Et de Neatho fluuio loquens:* Troia cuersa Græcorum complures, nauibus à Troianis mulieribus combustis secundum Crotonem regionis bonitate inspecta multas sedes fecisse, hoc est, oppida cõdidisse scribit, *Trogus item Pompeius libro XX. de Metapontinis loquens inquit:* Omnis illa pars Italiæ maior Græcia appellatur. *Item Plinius in Italiæ descriptionis primordio fert:* Ipsi de ea iudicauere Græci, genus in gloriam suam effusissimũ, quotam partem ex ea appellando Græciam magnã. *Quotum inquit, non totum. Et Ouid. Fast. lib. quarto.*

Italia nam tellus Græcia maior erat.

Omnes quidem qui de magna Graecia locuti sunt, eam Italiæ partem esse dixerunt, quæ & Ausonia & Hesperia & Oenotria, & Italia sola primum dicta est, nunc Calabria vocatur. Verg. Aeneid. lib. tertio Helenum Aenea in Italiam tendere, & Graecas vrbes fugere iubentem introducens, ait:

Has autem terras Italique hanc littoris oram,
Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graiis.

Inde Locros & Peteliã commemorat. Quib. verbis Verg. insinuat eam tantum partem Italiæ, quæ id temporis Calabria est, à Graecis habitatam: aliquin non dixisset Aenea Helenus: ? in Italiam, & Graecas vrbes fuge, si tota tunc Italia, vt quidam falsò opinantur, magna Graecia fuisset, præsertim etiam quòd hanc eram Itali littoris dicens eam Italiæ partem intelligit, vbi Locri & Peteliæ sunt. Iam vero etiamnum nonnulla oppida pagiq; Graeci nominis sunt in Calabria, qui in quotidiano sermone Graeca & Latina lingua vtuntur, sacerdotes vero Graeca lingua ac ritu res diuinas faciunt. Atq; cuncta ferè Calabriæ prisca oppida, ac pagi ac propria loca Graecis sunt appellata nominibus. Cicero etiam Tusc. libro quarto inquit: Quis est enim, qui putet cum floreret in Italia Græcia, potentissimis & maximis vrbibus, ea, quæ magna Græcia dicta est, in hisque primum ipsius Pythagoræ, deinde Pythagoreorum tantum nomen esset, nostrorum hominum ad eorum doctissimas voces aures clausas fuisse? *Id idem passim.*

& præsertim libro tertio de Orat. scribit. Quibus in locis, & libro primo & quarto Tusc. scribit Pythagoram ipsam Græciam præceptis omnibusque doctrinis artibusque expoliuisse, atque ita Pythagoreos doctos fuisse, vt nulli alij docti viderentur. Qui non Calabros modo, sed reliquos etiam Italos, vt Romanos, vt Cicero tradit, atque etiam orientales Græcos institutis ac disciplinis erudierunt. Quorum auctoritatem Cicero plurimum apud se valere dicit. Ait enim in Lælio, de immortalitate animæ loquens: Plus apud me antiquorum auctoritas valet vel nostrorum maiorum, qui mortuis tam religiosa iura tribuerunt, quod non fecissent profectò, si nihil ad eos pertinere arbitrarentur, vel eorum, qui in hac terra fuerunt, magnamque Græciam quæ nunc quidem deleta est, tunc florebat, institutis & præceptis suis erudierunt. Quibus verbis Cicero Calabros Philosophos immortalitatem animæ tenuisse ostendit. Nam & Philosophi summi, & poetæ & legumlatores, & rhetores, & dialectici, & medici, aliarumque rerum scriptores complures euaserunt. Subinde procedente tempore Calabria pars quota, quæ ad Occiduum, & septentrionem vergit dicta est, Brettia: vltimo, vt Plinius tradit, pars eius minima dicta est Lucania, circum Thurios. Qui Lucani, vt quidam volunt Bretty postea dicti sunt. Nam Samnites Lucanos duce Lucio, quos barbaros Strabo vocat, eò Colonos deduxerunt. Ait enim Strabo ipse libro sexto: Cum autem res Samnitica eò magnitudinis creuisset, vt Chones & Oenotros eiecissent, Lucanos eam in partem Colonos Samnites deduxerunt. Cumque Græci vtrumque simul littus ad fretum vsque tenerent, inter Græcos & Barbaros diuturnum conflatum est bellum. Demum postea barbari hoc est Lucani Græcis inde exacti sunt. Bretty autem admodum potentes extitere. nam Apuliæ & Lucaniæ, quæ trans Laum amnē est partes quotas bello armisque sui iuris fecerunt, & Colonias aliquot ibi deduxerunt. Nam Sipontus Apuliæ ciuitas Brettiorum Colonia fuit, Liuio lib. octauo prodente. Tarentinos infestarunt ita, vt Tarentini Alexandrum Epiri regem accire cogerentur, vt sibi opem ferret, vt Liuius libro octauo prodit, qui apud Pandosiam vrbē, à Brettijs trucidatus est. Bretty autem vt Diodorus Siculus in Philippo auctor est, in ditionem suam redactis Arponio, Thuriis, aliisque aliquot vrbibus sibi suam remp. instituerunt. Atque Q. Seruilio & M. Tusilio Coss. cum milites Timoleontis ab eo vti desertores vrbe pulsi, duce Thrasio ex Sicilia in Italiam transissent, oppidum maritimum Brettiorum occuparunt & diripuerunt. Qua iniuria Bretty commoti coactis magnis copijs contra eos profecti sunt, oppidoque, in quo erant, vi potiti omnes eos trucidarunt. Et Iustinus libro vigesimo tertio, sic ait: Agathoclici Siciliæ regi in Italiam transeunti Brettii primi hostes fuere, qui fortissimi & opulentissimi videbantur, simul & ad iniurias vicinorum prompti. Nam multas ciuitates Græci nominis Italia expulerunt. Auctores quoque suos Lucanos bello vicerunt, & pacem cum eis æquis legibus fecerunt. Namque Lucani iisdem legibus liberos suos, quibus & Spartani instituere soliti erant. Ab initio pubertatis in siluis inter pastores habebantur, sine ministerio seruili, sine veste, qua induerentur, vel cui incumberent, vt à primis annis duritiæ parsimoniæque sine vllo vsu vrbis assuescerent. Cibis his præda vēatica, potus, aut mellis aut lactis, aut fontiū liquor erat. Sic ad labores bellicos indurebantur. Horū igitur ex numero quinquaginta primo ex agris finitimorum prædari soliti, confluente deinde multitudine & plures facti, infestas regiones reddebant. Itaque fatigatus querelis sociorum Dionysius Siciliæ tyrannus, sexcentos Afros ad capescendos eos misit, quorum castellum proditum sibi per Brettiam mulierem expugnarunt: ibique ciuitatem concurrentibus ad opinionem nouæ vrbis pastoribus statuerunt, Brettiosque se ex nomine mulieris vocauerunt. Primum illis cum Lucanis originis suæ auctoribus bellum fuit, qua victoria erecti cum pacem æquo iure fecissent, etiam cæteros finitimos armis subegerunt. Tantasque opes breui assecuti, vt pernicioſi etiam regibus haberentur. Denique Alexander rex Epiri cum in auxilium Tarentinorum cum magno exercitu in Italiam venisset, cum omnibus copijs ab his deletus est. Quare ferocia eorum successu felicitatis incensa diu terribilis finitimis fuit. Ad postremum imploratus Agathocles spe ampliandi regni à Sicilia in Italiam traiecit. Principio aduentus, opinionis eius concussi legatos ad eum societatem amicitiamque petentes miserunt. Quos Agathocles, ad cœnam inuitatos, ne exercitum traiici viderent, in posterum statuta his die, conscensis nauibus frustratus est. Sed fraudis haud lætus euentus fuit. Siquidem reuertendi eum in Siciliam interiectis paucis diebus vis morbi coegit. Dicta est autem Brettia longe ante Dionysium tyrannum à Brettio rege, siue à regina Brettia, vt Oenotria ab Oenotro, & Italia ab Italo, & Morgetia à Morgete, & Sicilia à Siculo duce. Nimirum Alexis Sybartia poeta comicus vetustissimus, inter alias comœdias, scripsit quam Brettiam appellauit. Ait itaque Iornandes eo in libro quem de rebus Getici scripsit: Brettiorum regio nomen quondam à Brettia sortitur regina. Itaque respublica Calabria Dionysium non socium habuerunt, sed aut tyrannum pertulerunt, aut hostem. Stephanus vero & Eustathius, Brettium nomen à Bruto deductum autumant. ait enim ille in libro de vrbibus: Brettium vrbs Brettiorum Tyrrhenorum à Brento filio Herculis, & Baletiæ, quæ fuit Baletij incolæ Brettii, & regio Brettia & linguæ Brettia. Aristoph. ait: Nigra grauis lingua Brettia est. Antiochus autē Italiā dicit appellari Brettiā, deinde Oenotriā. Hic vero in Dionysiū Aphū ait: Brettii à Brēto filio Herculis dicuntur, qui Brēti

per

per n, vel Brettii per duplex tt scribi debent. Iam vero omnes Graci Auctores Brettios scribunt, & ipsimet Bretty in suis numismatibus Bretty, per duplex tt inscribunt. Cudebant enim nummos tum argenteos varijs signis, Gracis literis inscriptos inscriptione hac ΒΡΕΤΤΙΩΝ. hoc est, Brettiorum: nam vt opinari licet Graca lingua & fortasse etiam barbara, id est, Lucana vtebantur, quod Lucania finitima essent. Caterum de Bretty nominis origine hallucinatur Iustinus siue Trogus. Nam sub id tempus, quo Dionysius regnabat, quatuor in Calabria resp. erant, Rhegina, Locrensis, Crotoniensis, & Thurina, qua totius Calabra regionis dominabantur. Et Thurina eius quoq; partis dominabatur, qua Lucanus vtra Laum amnem conterminus est. Proinde fieri nequaq; potest, vt L. pastores quicunq; hi fuerint Thuriorum, quorum potentia non modica erat, oppidum aliquod etiam confluentibus accolis expugnarent. Neq; Thurij aduersus illos externo auxilio egebant, vt illos profligarent: neq; si egnissent, illud a tyranno, quo cum nullam vnquam societatem habuerunt, imploraſſent, qui iam Thurios oppugnare conatus est. Nam quod Diodorus Siculus dicit Brettios Arpenium & Thurios infestasse, id non à L. pastoribus, sed à Brettijs Calabria populis, vbi successu temporis potentes effecti sunt, factũ fuisse, docendũ. Sed neque etiam fortes & bellicosos viros à mulercula prodítrice cognomen sumere credendum est. Nam proditoribus nulla amplius fides habetur, nullus honos. Signabant quandoq; Bretty in denario ducem exercitus sui, siue praefectum regionis sine nomine galeatum, & in galea Gryphonem qui velocitatem significat, & a tergo victoriam alatam & tropheum, duos clypeos & malleum Vulcani instrumentum, & Amalthea cornu regionis vbertatem significans. Quandoq; a tergo signabant Palladem cum hasta & clypeo, & iuxta nunc lyram, nunc lampadem, nunc noctuam. Aliquando effingebant Iouem, & ex postico nunc Martem cum hasta & clypeo quasi pugnantem, & in clypeo fulgur, nunc aquilam fulgur pedibus habentem, & iuxta nunc Amalthea cornu, & supra stellam Martis: nunc iuxta aquilam, incudem, & forcipes Vulcani instrumenta, quibus fulgura Iouis fabricare fingitur, nũc hexangulum mutuo nexu coniunctum sex lineis constantem Pythagorae Symbolum, quod sanitatem & animorum concordiam nuncupabat. Quandoque effingebant Milonem Crotoniatam iuuenem Leonis tergum in capite habentem, item clauam quasi alterum Herculem, & ex aduerso Palladem post se respicientem quasi praetexta cõtemplantem cum hasta & clypeo, item fulgur. Interim sculpebant Iouem altera manu fulgur quasi in terras iacientem, altera sceptrum habentem, item stellam & Amalthea cornu, & ex aduerso Victoriam. Nonnunquam imprimebant Apollinem, & ex postico bigam cum auriga & fulgur. Interdum signabant Neptunũ tenentem tridentem pede tauri capiti appositi, item cancrum, & ex altera facie pietatem siue Iunonem, & pyrausta, quae vigilantiam notat. nam opes, quas Iuno suggerere dicitur, sine vigilantia haberi non possunt. Aliquando effingebant Martem amiculum in capite habentem, & manu hastam & spolia, & ex postico caput victoriae alatae. Signabant & quandoque Minervam cassidem cancri instar, in capite habentem, & ex postico cancrum & bouis caput.

Item sculpebant Iouem in biga, fulgur in terras iacientem, & ex postico victoriam. Licet neoterici quidam scioli ac perversi, & in scriptis suis & in veterum auctorum libris de industria pro Brettio nomine Brutium comunij loco falso ac temerè scribant & mutent, quasi Brutiorum, Rusticorum, Porciorum, & Bestiarum nobilissima Romanorum familia a brutis, rusticis porcinis, & bestialibus moribus dicta sint. Nomina enim cognomenta vitio redacta posterorum moribus animisq; obest: neq; parentum vitia in posteros perpetim manant, vt ijs accidit, qui sub eadem cœli grauitate naturali & ingenito quodam vitio nascuntur. Qui huiusmodi mordacissimi & maledicentissimi homines Calabros, quia morum probitate, animorum magnitudine, & corporum robore pollent, regionis felicitate valent, iudicio florent, & ingenio praestant, liuore quodam & rusticitate atq; inciuilissimo odio prosequentes genuino dente mordent, in ipsosque sua ac suorum ciuium probra arrogant. Ansam quoque ipsos conuitijs impetendi ex Gellij textu libro decimo ab ipsismet depravato sumentes. In quo legunt Brettios, quos ipsos Brutios perverse scribunt, primos totius Italiae populorum post aliquot aduersas Romanorum clades ab Annibale acceptas, ad ipsum defecisse: & ob id deuicto pulsoq; Italia Annibale Brettios ignominiae causa non milites scripsisse, nec prosocios habuisse: sed magistratibus in prouincys euntibus parere & praeministrare seruorum vice iussisse, magistratibusq; secutos, & quos, erant iussi, vinxisse aut verberasse. Quem Gellij locum a malignis ipsis, vt dixi, ac praui depravatum, & pro Boys & Botanis siue Baianis Campanisq; immutatum esse ex his, quae mox promam liquido patebit. Quandoquidem si haec ignominia merito ys inurenda fuit, qui primi a Romanis ad Annibalem defecerunt: porro ex Transpadanis Boys, ex Cispadanis Campanis iniusta est. Siquidem, vt rem altius repetam. Annibal non ex Sicilia, vt Bretty primi ei occurrerent, sed per Alpes Coeltias in Italiam iter fecit. Cui primi ex Cisalpinis in Italiam aduentanti Boij, qui inter Padum & Trebiam amnes sunt, occurrerunt. Qui multis Romanorum millibus ab ipsis caesis, Italorum primi ad Annibalem defecerunt, qui longe ante Annibalis in Italiam aduentum insenserant Romanis. In quos ingenti odio flagrantes Transalpinos Gallos contra ipsos acciuerunt, vt apud Polybium libro secundo scriptum legimus. Qui sic ait: Boii & Insubres trans Alpes legatione missa Congolitanum, atque Anerestem Gallorum reges, itemque alios eius prouinciae circa Rhodanum populos hortantur, vt coacto exercitu in Italiã contra Romanos transeant. Id arbitror tũ fuisse, cum Romani audito Gallico tumultu cẽtũ mil. ped. & LXXX. mil. equitũ absq; vllis externis auxilijs, & absque Transpadanis armauerũt. Quibus non modico adumento eo in bello fuit

Ibicus Poëta idemq; Musicus patria Rheginus: Inde antequam Annibal Pyreneos montes transiisset, *ait in eo Plutarchus*, Boii legatis Romanorum per fraudem captis, Manlio prætore magna clade affecto solicitatis Insubribus ad Pœnũ defecerunt. Quem fluctuantem animo in Italiam transire, an aduersus Cornelium Consulẽ Massiliæ commorantem exercitum ducere, legati Boiorum in eam partem traxerunt, vt omnibus rebus postpositis in Italiam concederet. *Et rursus:* Satis constat magnam multitudinem Ligurum & Gallorum ad Annibalem confluxisse, qui non minori odio in Romanos, quàm Pœni, ardebãt. Atque, *ait Liuius belli Punici libro primo*, solicitatis Insubribus defecerunt ob veteres in populum Romanum iras: & quòd Placentiam & Cremonam Colonias in agrum Gallicum deduxissent. Ii, *ait idem libro tertio*, exercitu Romano deleto poculum ex calua L. Posthumii consulis fecerũt. *Quinetiam Romanorum proditores fuerunt: nam, ait idem Bel. Pun. libro primo*, ex castris Romanorum, quæ Placentiæ erant Galli auxiliares ad duo millia peditum, & ducenti equites, vigilibus ad portas trucidatis, ad Annibalem transfugerunt, quos Pœnus benigne alloquutus, & spe ingentium donorum accensos in ciuitatem quenque suam ad solicitandos popularium animos dimisit. *Quare Boij ipsi pulso Italia Annibale à L. Valerio consule fusi sunt, ac grauiter à Romanis multati fuere: nam Lorarij ac Lictoris carnificisq; officijs attributi sunt. Vnde etiamnum ab omnibus Italis, vulgari vocabulo carnifices Boij nuncupantur, & Boia vincula, & torquis damnatorum. Clastidium vicus quo magnum frumenti numerum congesserant Romani à P. Brundusino præfecto præsidij numis aureis quadringentis acceptis Annibali tradidit, vt idem Liuius, & Polybius libro tertio tradunt. Per id autem tempus, quo Annibal Placentiæ erat, Carthaginienses viginti quinqueremes ad maritimam Italiæ oram vastandam miserunt, vt idem Liuius libro primo bel. Pun. indicat, qui ait:* Amilcar Carthaginiensis classis præfectus vastatis Locrorum & Brettiorũ agris, cum omni classe in Panormitanum agrum reuertitur. *idipsum scribit Liuius libro primo:* Viboniensis autem, *ait Liuius*, libentius agri depopulationem, vrbisque terrorem pati, quàm à Romanorum fide discedere voluerunt. Senatusque postea hoc perscito, Sexto Pomponio legato cũ viginti quinque longis nauibus Viboniensem Agrum, maritimamque oram Italiæ tuendam attribuit. *Et libro quarto Græcas vrbes in Romanorum societate manentes Hannonem tentasse, Locrensesq;, inter alios, sua sponte vrbem omnibus necessarijs rebus, quo Pœnis pertinacius, resisterent, instruxisse scribit. Non enim Carthaginienses Locrorum, Brettiorum, Viboniensiumq; agros, ac demum vtranque Calabriæ maritimam oram omnem vastassent, depopulatisq; fuissent, si hi populi ad Pœnos defciuissent societatemq; cum illis iniissent. Itaq; ex Transpadanis Italis Boij primis omnium Italorum, & cum ipsis Insubres & Ligures à Romanis ad Annibalem defecere, societatemque cum eo iniere, non Brettij cæterique Calabri. Qui, vt dixi, simulatque Carthaginienses in Calabris oris sese ostendêre, vrbes necessarijs rebus munierunt, atq; iuxta cum aliis fidis socijs & amicis Romanorum in fide perstitere, damnaque plurima perpessi sunt. Ex Cispadanis autem Italis primi ad Annibalem defciuere Campani. Qui etiam ignem in vrbe circa forum domibus iniecere eo animo vt totã vrbem incenderent. De quibus Q. Flaccus, qui Campanos mœnibus inclusos tenebat, ita de eis apud Liuium bel. Pun. libro sexto Lemnium Consulem alloquens dixit:* Sibi priuatam simultatem cum Cãpanis negare vllam esse: publicas inimicitias & hostiles esse: & futuras, quoad eo animo in Populum Romanum esse sciret. Nullam enim in terris gentem esse, nullum infestiorem populum nomini Romano: ideo se mœnibus inclutos tenere eos, quia siqui euasissent aliqua, velut feras bestias per agros vagari, & laniare, & trucidare quodcunque obuium detur, alios ad Annibalem transfugisse, alios ad Romam incẽdendam profectos. Inuenturum in semiusto foro Consulem vestigia sceleris Campanorum, Vestæ ædem petitam, & æternos ignes & conditum in penetrale fatale pignus Imperii Romani. se minime censere tutum esse Campanis, potestatem intrandi Romana mœnia fieri. *Iam vero Vrbius Campanus homo, apud Liuium libro eodem suos alloquens fassus est, Campanos Annibalem ad oppugnandos Romanos vocasse, ipsumque ad oppugnandam Romam misisse, in defectione præsidium Romanum, quod poterat emitti, per cruciatum ac contumeliam necasse, aliaque multa, quæ aduersus Romanos egerint, recenset. Et belli Mac. libro primo L. Ruffius legatus de Campanorum ignominia hunc in modum verba fecit:* Capua quidem sepulchrum & monumentũ Campano populo data, extorri, elato, & ejecto populo supersest vrbs trunca, sine senatu, sine plebe, sine magistratibus, prodigium relicta, crudelius habitanda, quàm si deleta foret. *Et paulo post Campanorum ingratitudinem exprobrans, eosque ex Cispadanis Italis primos à Romanis ad Annibalem defeciss ostendens infit:* An Campanorum pœnę, de qua neque ipsi quidem queri possunt, nos pœniteat? Hi homines, cum pro iis bellum aduersus Samnites per annos prope septuaginta cum magnis nostris cladibus gessissemus, ipsos fœdere primum, deinde connubio, atque inde cognationibus, postremo ciuitate coniunxissemus, tempore nostro aduerso primi omnium Italiæ populorum, præsidio nostro fœde interfecto ad Annibalem defecerunt: deinde indignati se obsideri à nobis Annibalem ad oppugnandam Romam miserunt. Horum si neque vrbs ipsa, neque homo quisquam supereset, quis id durius, quàm pro merito ipsorum statutum, indignari posset? Plures sibimet ipsi conscientia scelerum mortem consciuerunt, quàm à nobis supplicio affecti sunt. Cæteris ita oppidum

oppidum, ita agros ademimus, vt agrum locumque ad habitandum daremus, Vrbem innoxiam stare incolumem pateremur, vt qui hodie videat eam, nullam oppugnatæ captæue ibi vrbis vestigium inueniat. *Et rursus de Campanorum natura:* Etenim Campana gens ferox atque superba suopte ingenio est. *Et belli Pun. libro tertio.* Campani cum postularent Senatum Romanum, vt alter Consul Campanus fieret, summoti indignatione à curia sunt, atque per lictorem ex vrbe educti, extra fines Romanos manere iussi sunt. *Cuius rei meminit etiam Cicero in prima de lege agraria contra Rullum, vbi, præter cætera, inquit:* Maiores nostri Capua magistratus, Senatum, consilium commune, omnia denique insignia reip. sustulerunt, neque aliud quicquam nisi inane nomen Capuæ reliquerunt. *Et in oratione secunda:* Itaque illam Campanam arrogantiam, atque intolerandam ferociam ratione & consilio maiores nostri ad inertissimum & desidiosissimum otium perduxerunt. Et neruis vrbis omnibus exectis vrbem ipsam solutam ac debilitatam reliquerunt, *Et rursus:* Coloni Capuæ in domicilio superbiæ, atque in sedibus luxuriæ collocati sunt. *Item Liuius libro sexto de Campanorum pœna & ignominia ait:* Senatores Campani catenati, in custodiã missi, inde ad palum deligati, virgis cæsi, & securi percussi sunt, multi verunundati, multi per Latinas vrbes in custodiã missi, variis suppliciis interfecti sunt. *Et Plut. in Annibale:* Campani ita turpiter se summiserunt Pœno, vt quasi libertatis obliti non socium in vrbem, sed dominum accepisse viderentur. *Fuere quoq; Campani infidi Romanis & eorum socijs. nã cum Romani ipsi Pyrrhi bello legionem Campanæ gentis præsidium Rhegium sibi amicam & sociam vrbem misissent: Campani ipsi scelerati & nefarij Rhegium & Cauloniam, atque alias Calabriæ vrbes Romanis sociis diripuere. sed debitas luere pœnas. Proinde liquet sane ex Transpadanis Boios & cùm eis Insubres: ex Cispadanis vero Campanos primos omnium Italorũ à Romanis ad Annibalem defciuisse, & magnis pœnis & contumelijs à Romanis affectos fuisse, non Brettios. Post autem Cannensem cladem Campani, Lucani, Hirpini, Samnites, Appuli, Cisalpini omnes Galli, aliique multi Italiæ populi non Annibale infestati, sed odio in Romanos moti ab ipsis ad Pœnos defecerunt, vt in Liuio bel. Pun. libro secundo, & in Plutarcho in Annibale scriptum est.* Vt vero ex Campania, ait *Liuius bel. Pun. libro quarto,* in Brettios reditum est, Hanno Græcas vrbes in societate manentes Romana tentauit, Rhegium obsedit, sed aliquot dies nequicquam absumpsit. Peteliam validum propugnaculum post longam, vndecim inquam mensiũ, obsidionem vi cepit. Locrenses vrbem omnibus necessariis rebus, quo pertinacius Pœnis resisterent, munire statuerũt: sed magna ciuium multitudine in agris ab Carthaginiensibus intercepta, ipsos in vrbem accipere coacti sunt, præsidio tamen Romano clam in portum incolumi deducto, & in naues imposito, vr Rhegium deueheretur. Croto vi oppugnata est. Peteliа recepta Pœnus ad Consentiam copias traducit, quam intra paucos dies in deditionem recepit. *Nam cum illi populi tam potentem & efferum hostem domi haberent, viderentq; Peteliam validum propugnaculum illius potentiæ obsistere non potuisse, sed vi expugnatam fuisse, & Romanos Petelinis opem ferre non potuisse: noluerunt extrema experiri ac perpeti. Præsertim quod eam copiam a senatu Petelinis, vt quod vellent, agerent facta, sibi quoque tacitè factam intelligerent. Respondit enim Senatus Petelinorum legatis: nil tam longis socijs inse præsidij esse, atque sibimetipsis in punctis fortuna consuli sussit. iam vero Liuius bel. Pun. libro sexto ait:* Annibal Roma eiectus in Brettios proficiscens, repentino aduentu illos populos incautos oppressit. *Et Plut. in Annib. inquit:* Asdrubalis fratris morte audita se in Brettios recepit, vbi excursionibus magis, quàm iustis præliis bellum gerebat. *Et rursus idem & Eutropius libro tertio,* Peteliam, & Consentiam, & Pandosiam, aliasque in Brettiis vrbes ab Annibale expugnatas, non vltro illi datas scribunt. *Thurini autem, qui Romanis fœdere & societate coniuncti erant, ad Annibalem defecerunt, motis ira in Romanos propter obsides nuper interfectos, vt Liuius bel. Pun. libro quinto dicit. Et libro nono:* Latrociniis magis quam iusto bello in Brettiis habebantur res à Numidis, Brettiis, & Romanis militibus. Q. Fuluius Flaccus Crotone Iunonis templum detegit. Pleminius Locris Proserpinæ delubrum spoliauit, & Locrenses vtriusque sexus, & omnis ætatis infandis contumeliis iniustè affecit. *Nam quod Liuius Peteliam Brettiorum vrbem scribat, eamque a Pœnis & à Brettijs obseparata à se consilia oppugnatam dicit, miror: cum Petelia Græca vrbs à Philoctete condita sit. Sed his Brettij, qui Pœnis adiuncti non aduersus Romanos dimicauisse, sed Calabræ regionis Græcas vrbes infestauisse dicuntur, quis, id est, ex qua vrbe fuerint, compertum non est. Opinandum est ipsos agrestes, & tumultuarios, & exules latrocinijs addictos fuisse. Quanquam negare non ausim Brettios quosdam stipendiarios Annibalis fuisse. Thurini autem haud diu in Annibalis fide permanserunt: sed & ipsi & Consentini vltrò ad Romanos reduerunt, redissentque & alij multi, ni Romani ducis temeritas obstitisset. Ait enim Liuius Bel. Pun. libro quinto:* Ex duodecim populis Brettiorum, qui priore anno ad Pœnos defciuerant, Consentini & Thurini in fidem populi Romani redierunt: & plures rediissent, ni L. Pomponius Veientanus præfectus sociorum, prosperis aliquot populationibus in agro Brettio iusti ducis speciem nactus, tumultuario exercitu coacto cum Annone conflixisset. magna ibi vis hominum, sed inconditæ turbæ agrestium sociorumque cæsa, aut capta est, minimumque iacturæ fuit, quòd præfectus inter cæteros est captus, & tum te-

merariæ pugnæ autor, & ãte publicanus omnib. malis artibus & reipublicæ & societatibus infidus damnosusque. *Et lib. septim.* Ad Q. Fuluium Consulem Hirpini & Lucani & Volscentes traditis præsidiis Annibalis, quæ in vrbibus habebant, dederunt sese, clementerque à Consule cum verborum tantum castigatione ob errorem præteritum recepti sunt. Et Brettiis similis spes veniæ facta est: cum abiis Vibius & Pactius fratres longe nobilissimi gentis eius, eãdem, quæ data Lucanis erat, conditionem deditionis petentes venissent. *Et libro nono*: Deuicta Petelia à P. Sempronio Consule Consentia & Pandosia, & ignobiles aliæ ciuitates volũtate ad Consulem in deditionem venerunt. *Et libro decimo*: Consentia, Vffugum, Vergæ, Besidiæ, Hetriculum, Sypheum, Argentanum, Dapetia, multique alii populi ad Cn. Seruilium Consulem redierunt, qui cum Annibale in agro Crotonienſi acie conflixit. nihil vltra rei in Italia ab Annibal gestũ. *Et rursus*: Annibal inutili militum turba præsidii specie in oppida Brettii agri quæ pauca magis metu, quàm fide continebantur, dimissa, quod robotis in exercitu erat, in Africam transuexit, multis Italici generis, qui in Africam secuturos abnuentes concesserãt in Iunonis Laciniæ delubrum, Inuiolatum ad eã diem, in templo ipso fœdè interfectis. *Et Eutropius libro tertio ait*: Q. Cæcilio & Valerio consſ. omnes ciuitates, quæ in Brettiis ab Annibale tenebantur, anno quarto ante Annibalis receſsũ Romanis se tradiderunt, anno XIII. postquam in Italiam venerat: abiit autem ex Italia anno XVII. *Itaq; perspicuum quidem est Brettios populos repentino aduentu ab Annibale oppressos fuisse, quosdam Romana ope destitutos, aut vi captos, aut necessitate ad Pœnos desciuisse, eorum quosdam intra defectionis annũ ad Romanos rediisse, quosdam, ne rediirent, temeritate Romani ducis prepeditos, eandem eorum multos voluntate ad Q. Fuluium Consulem: paucos alios metu prius ab Annibale detentos ad Cn. Seruilium consulem existente adhuc in Italia Annibale, anno quarto antequam Italia excessisset, voluntate ad Romanos rediisse, ac siquid à Brettiis quibusdam erratum fuit à Consule eis ignotum fuisse. Qui nunquam postea à Romanis desciuerunt, quemadmodum Italorum plerique fecerunt. qui non modo existente in Italia Annibale, sed longe etiam post ipsum eiectum rebellabant, vt Ligures, quos Maro libro XI. vanos, & elatos, & superbos, & lubricos, id est inconstantes, & fallaces vocat, & L. Æmilius Paulus cons. apud Liu. Bel. Mac. libro X. latrones appellat, qui fraude pace petita inducijs datis per ipsum inducarum tempus contra ius gentium ad castra Romana oppugnanda iuerunt. Et Cicero in Orat. contra Rullum Ligures duros vocat & agrestes, Cato fallaces, qui sæpe rebellarunt: Item Boij. Boiorum gentem vniuersam, ait Eutropius libr. quarto quæ eiecto Italia Annibale, duce Amilcare Cremonam & Placentiam vastauerunt, Marcellus & Furius consſ. igni ferroque vastantes propemodum vsq; ad nihilum deleuerunt. Alique Cisalpini Galli, item Picentes, Lucani, Samnites, Vestini, Marsi, Peligni, Marrucini, Vmbri, vt Liuius Bel. Mac. lib LXXII. & LXXIIII. passim & Appianus Bel. Ciuilium lib. primo scribunt, vnde sociale bellum est exortum. Samnites per centum annos cum Romanis conflixere, vt in Liu. Bel. Pun. libro tertio scribitur. De Samnitum autem perfidia & ignominia Strabo libro quinto infit:* Samnites in perfidia aduersus Romanos soli consistentes, à Sylla aliisque Romanis ducibus deleti sunt. Qui vero arma proiecerunt ad millia tria, vel, vt alii, quatuor in campo Martio ad ouilla coacti iugulati sunt. *Et Liuius, referente Floro in Epitome libro* LXXXVIII. Samnites soli Italicorum populorum arma non deposuerunt, eorum octo millia deditorum in via publica Sylla trucidauit. *Et Augustinus libro quinto de Ciuitate Dei:* Iam pacata Italia, multisque aliis nationibus Romano Imperio subiugatis, delectaque Carthagine, Picentes, Marsi, & Peligni post diuturnam sub Romano Imperio seruitutem, in libertatem caput erigere tentauerunt, in quo bello Romanis sæpissimæ victis, vbi duo consules, & alii nobilissimi senatores perierunt. Quintus ei annus finem dedit. *Multi externos hostes aduersus Romanos concitarunt, vt Boij Gallos Transalpinos, & inde Annibalem, vt ostendi.* Etrusci, *ait Liuius ab vrbe condita libro quinto,* à quibus Romani bellum Gallicum in se auerterant, cum viderent Gallos in agrum Romanum incursiones facere, & Veios præsidium & spem vltimam Romani nominis oppugnare volentes, ingrati Romanos irridebant, eisque Romanæ clades ludibrio erãt. ac luere pœnas. *Rursus ait idem libro decimo,* Inducarum tempore bellum parant ac societatem cum Gallis hostibus ineunt, & aduersus Romanos pugnarunt. Tarentini *ait Strabo,* Cleonymum Lacedæmoniũ aduersus Romanos acciuere. *Item & Tarentini ipsi, & Campani, & Appuli, & Samnites, & Lucani, & Messapij Pyrrhum ex Gracia aduersus Romanos accersiuerunt. Quare plerisque Italiæ populis ob voluntariã defectionem, infidelitatem, & perfidiam in Romanos ignominiæ nota inusta est. Nã vt pecudes ad palum ligati, sub hasta & corona vt mancipia venditi, iugulati vt pecora, sub iugũ vt boues missi fuere, vt in Liuio scriptũ legimus. Samnites enim nudi sub iugũ missi, & eorum multi iugulati. Tusci & Tarentini venundati. Volsci sub iugum missi, sic & Æquicoli, vt Val. Max. lib secundo auctor est. Istri sub corona venditi, & eorum quinq; millia DCXXXII. auctores belli virgis cæsi, & securi percussi sunt. Ligures securi peremssi, & eis Posthumus arma ademit. Campani catenati vt amentes, ad palum ligati vt pecudes, virgis cæsi & venundati vt mancipia, securi percussi vt pecora, extra solum Romanum vt importuni pulsi, agris priuati vt rebelles & obstinati, atque infidi. Rursus Campani omnes, Attellani, Calatini & Sabatini Romano*

Digitized by Google

mano & Latino nomine primati sint. Ni quidem tale de Brettijs reliquisq; Calabris ab aliquo prisco auctore scribitur. Itane merebant Rhegini, Caulonitæ, Locrenses, cæteriq; illius oræ populi, qui Pyrrhi bello ob præclaram in Romanos fidem tot mala & à Pyrrho ipso, & à scelerata Campana legione perpessi sunt? Et Mamertini Brettiorũ, qui soli per se absq; Rom. duce aut milite Pyrrho ex Sicilia per Mamertinum agrũ Tarentum euntis, opem Tarentinis aduersus Romanos ferenti, cum decem millib. amatorum obuiam factis, cum ipso conflixerunt? Et Terinæi quorum urbs ab Annibale solo æquata est? Rursus Rhegini & Petelini, qui ad vltimum in fide Romana permanentes mala plurima a Pœnis pertulere? Et Locrenses, Vibonienses, Brettij, ac denique vtriusq; Calabræ ora populi omnes existente apud Placentiam Annibale, mala ingẽtia passi sunt, & solis suis sponte urbes muniebant, vt Pœnis ipsis obluctarentur? Rursus Rhegini quorum vnus Ibicus ingenio & artificio suo magno adiumento Romanis in Gallico conflictu fuit? Crotoniatæ, quorum urbs post lõgam obsidionem vi expugnata fuit, & Pyrrhi bello ingẽtem calamitatem perpessa est? licet Liuius Brettios & aliquot Græcas urbes post Cannensem cladem cum aliis Italiæ populis ad Annibalẽ defecisse scribat. Thurini, qui semel à Romanis data causa defecerunt, ipsi & alij ante annum voluntate ad eos redierunt, qui & omnium primi Romanos statua & aurea corona donarunt, ex qua urbe Octauius Augustus oriundus fuit? Merebant, inquam hi & alij Calabri, qui improuiso aduentu ab Annibale oppressi, non fide, sed metu ab eo desciuerant, qui sponte vel existente in Italia Annibale ad Romanos redire, & si quid erroris patrauerãt, in partem venia, atq; Lucani, Hirpini, & Volscenses à consule recepti sunt, vt lorarij & lictores essent? Quos Romam & socios & ciues suos esse voluerunt. Siquidem Liuius ab vrbe condita libro nono, inter alios Italiæ populos, quos Alexander magnus si in Italiam Romanis bellum inferre aggressus venisset, aut socios validos Romanis, aut bello fractos inuenisset, Thurinos omnemq; Græcorum infero maris oram scribit. Cumq; nullibi scriptũ legatur Thurios Græcamq; Calabriæ oram ad eam diẽ bellum cum Romanis gessisse, restat, vt Thurini & alij illius regionis populi validi socij tum Romanis decernantur. Et libro quarto Bel. Pun. Annonem, vt ostendi, Græcas urbes in Romanorum societate manentes tenuisse scribit. Et lib. 5. L. Pomponiũ temeritatis insimulat, quòd in agro Brettio sociis infidus damnosusq; fuerit. Et lib. 6. D. Quintius a sociis Rhegnisq; debitas exegit naues, & circa Crotonem Sybarimq; supplerunt remigio naues. Postea vero quam Brettij Calabriq; reliqui omnes ad Romanos, anno scilicet quarto, vt ostendi, ante Annibalis ex Italia recessum, redierunt, Romani ipsos pro socijs, vt antea habuerunt, & milites scripserunt. Liuius enim Bel. Pun. lib. 9. scribit legatis Locrensium in senatu de Pleminio querentibus quòd fana spoliasset, responsum fuisse, Senatum populumq; Romanum eos viros bonos, socios q;, & amicos appellari velle, & lib. xliij. ab vrbe condita: Q. Fabius Flaccus, qui Crotone Iunonis templum detegit, in Senatu increpitus est, quòd sociorum templum detexisset. Et rursus lib. eod. Locrenses iussu ab socijs ex fœdere accepti naues

A nibus ad Cephaleniam classi occurrere, ab Rheginis triremes vna, a Locrensibus duabus, ab Vsib. quatuor. Et bellitra. ac lib. 5. Stipendium nauesq; Romanis ab Rheginis ex fœdere accepisse scribit. Et lib. 6. C. Liuius præfectus Romanæ classis ab Rheginis, Locrisq; & eiusdem iuris sociis debitas exegit naues. Cæsar bell. ciu. lib. 1. Cato naues nouas ciuitatibus imperabat in Lucanis, Brettiisque per legatos suos. Thurini, vt dixi, Romanis fœdere & societate coniuncti erant, & omnium primi Romanos statua & aurea

B corona donarunt. Cumq; sæpe tota Italia multum delectus habitus fit Senatus consulto, & interim rep. in extremo periculo posita sublatis vacationibus, vt Appianus & Liuius, & Cicero, & Cæsar vulgo scribunt, quis neget huiusmodi delectum in Calabria, quæ non modica Italiæ pars est, & vbi gens admodum fortis & ad bellicos labores apta viget, fuisse habitum? Imo vero Liuius lib. XXIIII. aut, consules delectum habere instituerunt, & ad nouas scribendas in Brettios legiones, & in cæterorum (iam n. iussi a Senatu erant) exercitum supplementum. Ergo ne ex omnib. Italis solis Cala-

C bris Brettijq; bellicosi homines ac robore præstantes à Romana militia repellendi erant? Quib. igitur ex Italis magis quam Calabris bellicis in rebus fidendum erat? Apulis fortasse, quos Silius fallaces armis appellat? Lucanis & Messapijs, qui vnà cum Campanis & Samnitibus Pyrrhum regem abusq; Epiro in Italiam contra Romanos accuere? An Campanis infidis & Romano nomini infestissimis, qui ex Cispadana primi ad Annibalem defecerunt ipsum ad opprimendos Romanos

D vocauere, & ad oppugnandam Romam misere, eamq; incendere tentauerunt? Quos Romam ingredi consul minimè tutum censebat, & iccirco eos mœnibus inclusos tenebat? An Samnitibus, qui vel longe post pulso Italia Annibale in perfidia manentes diu bellum aduersus Romanos gessere? An Tuscis perpetuis Romano nomini hostibus, qui præter cæteros, inducierum tẽpore bellum Romanis parauerunt, & fœdus cum Gallis inierunt? Et quos Tarchon eorum Rex apud Virg. lib. XI. impudentes, quod nunquam doleant, hoc est, nũ-

E quam se sceleris pœniteat: eiicum timidos, inertes, ignauosq;, & imbelles vocat, quòd magnam ipsorum turmã Camilla Volscorum Regina parua manu, paruoq; negotio profligarit: & inertia ac luxuria, ac gula adactos his verbis obiurgat, imo vero Virg. ipse sub Tarchontis persona eorum vitam describit:

Quis metus o nunquã dolituri? o semper inertes
Tyrrheni, quæ tanta animis ignauia venit?
Fœmina pulsantes agit, atq; hæc agmina vertit?
Quo ferrũ, quidue hæc gerimus tela irrita dextris?
At non in Venerem segnes, nocturnaque bella,
Aut vbi curua choros indixit tibia Bachi,
Expectare dapes, & plenæ pocula mentæ.
Hic amor, hoc studiũ, dũ sacra secũdus aruspex
Nuncient, ac lucos vocet hostia pinguis in altos.

An Liguribus, qui & ipsi, vt dixi, vel inducierum tempore castra Romana oppugnarunt? Quos consul latrones, & Cato in Orig. fallaces vocant. Et Virg. lib. XI. eos vanos, elatos, superbos, fallaces, & lubricos, id est, inconstantes his verbis appellat.

Vane

Vane Ligur frustra animis elate superbis,
Nequicquam patrias tentasti lubricus artes,
Nec fraus te incolumẽ fallaci perferet Auno.

An Cisalpinis Gallis, Boys præsertim, qui cum Insubribus Transalpinos Gallos, & inde primi ad Annibalem desciscentes ipsum in Italiam aduersus Romanos accersere? quorum corpora vt in Liuio legitur, magna magis, quam firma esse, item emollita ac fluida & intolerantissima, humori & frigori assueta, tum æstu & angore vexata: quorum prælia, præter prima, minus quam fœminarum esse experientia deprehensum erat. Quos tandem Romani Italia eiecerunt? Quinetiam Romani multas Colonias in Calabria deduxere, quot in nulla alia Italiæ regione deducta sunt, vt Tempsam, Hipponium, Crotonem, Rhegium, Scyllaceum, Poteliam, Cosam, aliasque in agro Thurino & Brettio. Item Rhegium & Thurium municipia fuere populi Rom. aliaque vrbes vt Cicero in oratione pro Planco insinuat, vbi sic ait: Iter à Vibone Brundusium terra petere contendi, cum omnia illa municipia quæ sunt à Vibone Brundusiũ, in fide mea iudices essent, tuncq; iter tutũ multis minitantibus magno cũ suo metu mihi præstiterũt. *Fuit siquidẽ Cicero totius Calabriæ patronus, vt ipse hic innuit. Et lib. secundo de leg. Locrenses clientes suos vocat. Fuit enim apud Romanos mos, vt socij P. R. in clientelã sese darent Romanis proceribus, qui eos sibi adoptabant, non sũ publicè, sed etiam priuatim. Municipes autem honoribus & magistratibus populi Romani fugebantur, & suis moribus & legibus vtebantur. De quibus & de Coloniis plura Gellius libro sexto. Calabria etiã oppida Romanis societate coniuncta, ciuitate Romana donatu sunt, sicut & alia Italiæ oppida societate Romanis coniuncta, vt Cicero in oratione pro L. Cornelio Balbo scribit. Qui ait:* Lege Iulia ciuitas Romana est sociis & Latinis data. *Et Plinius libro XXXVI. de Praxitele loquens inquit:* Hic in Græcia Italiæ ora natus, & ciuitate Romana donatus cũ iis oppidis. *Donati autẽ ciuitate ciues Romani erant, & ciuiũ iura habebant. Vnde L. Posthumius Tempsanus Romæ prætor fuit, & Q. Manilius Thurinus ædilis plebis, & inde prætor. Honestauerunt quoq; ac decorarunt Romani Calabriã ingentiũ sumptuũ ædificijs. nam præter cætera Hipponij prostatua araq; Proserpinæ reficiendæ DCCLXX. M. XC. HS. hoc est, vigintinouẽ millia nummorum aureorũ, & duos cum dimidio supra ducentos expendêre. Proinde satis abunde ostensum est, non Brettios reliquosque Calabros primos ad Annibalem defciuisse, sed Boios & Campanos: Brettias vero Græcasque Calabriæ vrbes in fide & societate Romana manentes ex improuiso ab Annibale oppressas, vi ac metu tentas, breui vtrò longe ante quam Annibal ex Italia excesserit, ad Romanos rediisse, & vnquam amplius ab eis defecisse, & si quid erratum fuerat, ipsis à consule ignotum fuisse, & ab eis, quibus parcitum est; Romanos ob eam ipsam ciuitatem pœnas exegisse asserere quis audet? Senatum Romanum ipsos socios & amicos habuisse, milites scripsisse, Romana ciuitate donasse, Colonias in Calabria deduxisse, sua municipia ipsis impertiisse. Cum igitur ita se res habeat, Gellij textum à peruersis depravatum fuisse, & non Brettios sed Boios, non Brettios sed Boianos & Baianos & Campanos Lorariorum & lictorum officijs fuisse additos liquido constat. Decuit enim, vt qui agrestis & incitatissimo odio in Romanos cæteras gentes aduersus eos excitarunt, primi ad ipsos defecerunt, & perfidia in ea defectione quamdiu licuit perstiterunt, ac sæpe rebellauerunt, quinq; ad palum legati, virgis cæsi, & vincti ac catenati, & securi percussi sunt, hi Lorariorum & lictorum officijs assignarentur, qui sontes noxiosque suis similes vincirent, virgis cæderent, & securi percuterent, qua in se ipsis experti fuerant. Quare quicquid contumeliæ in priscis auctoribus Brettijs alijsque Calabris attributum legitur, à falsarijs maledicentissimis obtrectatoribus adscriptum, aut immutatum esse hærendum non est. Ab his præsertim, quibus ob in Romanos odium & perfidiam ignominiæ nota est inusta. Arbitrantes huiusmodi homines eam sua in alios maledicentia diluis posse. Nam quod Silius libro vndecimo dicat:* Brutius ambiguus, fallax mox Appulus armis. *Brutius ambiguus scilicet fortuna: Appulus fallax armis. Id quod non vidit luscus ille vulgaris scriptor Leander, qui quod Latinè scribere nescisset ingens volumen conuiciis & mendacijs refertum sibi suisque similibus dignum scripsit. Videat nunc eruditus & pius lector obtrectatorum ac detractorum malignitatem & peruersitatem, sitque æquus iudex. In bellis autem ciuilibus Calabria vniuersa Cæsaris partibus studuit, vt in commentarijs eius, & in Appiano liquet. Ab subinde Octauius fuit vti ea oriundo, vt in Appiano constat. Quæ regio cum plurima damna à Q. Pompeio accepisset, Octauius ad Brettiorum maritimam oram, quam Pompeius diripuerat, milites pro custodia misit, vt idem App. bel. ciu. libro quinto prodit. Ac sæpenumero ipse Hipponium ac Rhegium se conferebat, & interdum ob securitatem præter Locros Rhegium pedester vno famulo comite meabat, vt Suet. tradit. Et quanquam, vt reliqua prosequamur, omnium eruditorum ac prudentium sententia propalam sit, Europam & habitatoribus & rebus Africa atque Asia nobiliorem ac præstantiorem esse, quia tamen Troiana Asia à Marone in Iulia familia gratiam celebratur, ostendẽdũ est etiam plures Troianorum, qui cum Æneã, quem ex Latio oriundum in libro de æternitate vrbis demonstrauimus, in Italiam contenderunt, in Calabria consedisse. Ait enim Dionysius Halicar. lib. primo:* Qui vero cum Aneã erant non vnum in locum omnes Italiæ descenderunt, sed alii cum pluribus nauibus, ad Iapigis arces aduecti sunt, qui tunc campus Salentinus dicebatur. Reliqui vero iuxta Athenæum, quod & obuiam Aeneas habuit ascendens in Italiam. Hic autem locus est promontorium, & in eo statio æstiua, quæ ex illo portus Veneris vocatur. Præternauigauerunt autẽ vsque ad fretũ manu tenentes Italiam, & in eis locis etiam vestigia relinquentes aduentus sui, cũ alia, tum paterã æneam in templo Iunonis scriptura veteri demonstrantem Aeneæ nomen donantis deam.

Item

Item Strabo libro sexto & Lycophron in Alexandra scribunt Troianas mulieres captiuas iuxta Sybarim, & Neathum fluuium Crotonis Græcorum naues incendisse, qua ex re Græcos cum Troianis & uxoribus & mulieribus captiuis ibi mansisse coactos fuisse: Troianosq; alios multos ibidem consedisse, ut suis locis ostendemus. Sunt Calabri, absit verbo inuidia, suopte ingenio benignitate præditi, atq; erga omnes hospitales. Erga Deum ac cœlicolas religione ac pietate affecti, ut minime ab Arcadibus, qui in Calabria consedere, & ab Atheniensibus qui complura illic oppida constituxerunt, aut Colonias deduxerunt, & à Romanis, qui multas ibidem Latini sanguinis Colonias deduxerunt, degeneres videantur. Vigent insuper in Calabria vegeta seruidaq; ingenia seu gubernande rep. virtutem, seu bonarum artium earumque scientiam, proposueris, seu eorum in re militari robur & animorum promptitudinem. Calabri anno à Christo nato M. LXX. Roberto Guiscardo duce Lucaniam, Apuliam, Campaniam, & Samnium quæ nunc una appellatione regnum Siciliæ citra Pharum dicitur, quod Calabriæ pars cum Rhegium Sicilia quondam dicta fit, Roberto ipsi subegerunt. Quare & ob id, & quod Calabria & antiquitate & rerum omnium copia ac varietate aliis suprascriptis regionibus nobilior sit, regis filius maior natu Calabriæ dux appellatur, ac patri in regno succedit. Christi antè fidem Calabri Italorum primi, Romanis exceptis insulæ complexi. Paulo Apostolo Rhegij concionante. Qui ut in gestis Apostolorum scriptum est, ex Iudæa in Italiam tendens, Rhegium peruenit, quinto & vigesimo anno à passione Christi. Atq; illic diem vnum commoratus, Deiq; verba faciens, Rheginos ad Christi pietatem ac fidem traxit, & Stephanum ibi Archiepiscopum ordinauit, reliquitque. Stephanus autem ipse circumiacentes populos ad Christi fidem conuertit, & Episcopos ac Sacerdotes ordinauit. Qui aliquot post annis cum Suero Episcopo, atque alijs & viris & mulieribus, ut suo loco dicemus, obijt martyr. Hinc Rheginus Archiepiscopus in generalibus conciliis post Romanum pont. siue eius legatum semper primum locum obtinuit. Quare permultos utriusq; sexus, & omnis ætatis Sanctos viros & martyres, & confessores, Virgines atque viduas ex Calabria extitisse opinandum est: sed scriptorum incuria, aut fortasse dolo derelictos, aut alijs pronunciis, & præsertim Calabriæ finitimis attributos. Atque ita fit, ut certis malignis ac peruersis hominibus sua suorumque ciuium aut aliorum probra & ignominias (tanta est horum in Calabrum nomen inuidia & inuidia) malignè ac perperam Calabris ascribant: Contra vero Calabrum gloriam claroque & doctrina & sanctitate Calabros viros suis, aut aliorum regionibus ac ciuitatibus tribuunt. Cassiodorum Calabrum hominem in Apuliam, diuum Thomam cognomine Aquinum itidem Calabrum hominem in Frentanos Samnij partem, Stesichorum poetam Calabrum & ipsum hominem in Siciliam insulam, Augustinum Niphum Calabrum quoq; hominem Sinuessam repetunt. Raphael Volaterranus diuum Franciscum Paulitanum Siculum scribit. Franciscus Maurolycus homo Siculus in martyrologio vbi septem martyres minores a Calabri homines, pro Christi fide occubuerint scribit, sed ciuitates fuerint, subticet. Beatum Phantinum Calabrum hominem quasi Iulia lege repetit Syracusas. Quidã inquit veteres Latinos auctores emẽdare existimantur, in tertio Ciceronis de Orat. libro locum quendam secus atq; res est legunt. Nam cum Philolaus Architam doctrinis instituisset, locum illum immutarunt, quasi Architas Philolaum instituerit. Cũ ibi Cicero primo rectũ inde obliquũ casum, id est, primo præceptorem inde discipulũ ponat, sic: Lysias Epaminundam, Xenophon Agesilaum, Philolaus Architam, Pythagoras Italiæ Græciam. Fuit quidem Philolaus Pythagoræ auditor, Architas vero Platonis tempore qui Pythagoram non vidit. Aliy siue errore & incuria, siue quia sola Calabria insula Sicilia, & magna Græcia, & Italia dicta est (vnde etiamnum rex qui Calabriæ & Trinacriæ insulæ, quæ nunc Sicilia dicitur, dominatur, vtriusque Siciliæ citra & vltra Pharum rex cognominatur: Et Innocentius tertius ad Consentinum Episcopum scribens Consentinam Ecclesiam vnam ex antiquioribus Ecclesijs regni Siciliæ esse ait) Res vrbesque Calabras, nec non Calabros etiam & doctrina & sanctitate, & dignitate claros homines patrium solum reticentes confuse & indistincte aut sub Sicilia, aut sub Græcia, aut sub Italia nomine scribunt. Cæterum nequaquam quidem recte. nam nemo sua propria laude est fraudandus, sed vnicuique regioni, ciuitati, pago, homini, sua propria laus omni simultate atque inuidia post habita est tribuenda. Et vbi Siculi ex Calabria exactis in Trinacriam transmisere, eaque Sicilia dicta cœpta est, & Italiæ nomen ex Calabria Alpes vsque manauit, & Calabria quibusdam locis exceptis, Latina facta est, nostrique amplius Calabros confuse & indistincte, vrbis ac loci nomine sublato sub Siciliæ, & Græciæ, & Italiæ nomine scribendæ sunt. Stephanus Byzantius in libro de vrbibus Mystiam Calabriæ vrbem Samnij esse dicit: Scyllæum vero & Metaurum, & Lagariam, & Prostropeam Calabras vrbes, Siculas scribit. Multas insuper alias Calabriæ vrbes, vt Acram, Crimissum, Macalium, Morgetiam, Petelinum, Sybarim, Faurianum, Temesam, Ternam, Reatinum confuse & indistincte Italiæ vrbes scribit. Item quidam Leoncin secundum, & Agathonem, & Stephanum tertium siue quartum Romanos Pontifices, Calabros homines, Siculos scribunt. Ioannẽ XVI. siue XVII. Romanum Pontificem gente Calabrũ, patria Rossanensem, lingua Græcum hominem, Græcum genere fuisse omnes perhibent: sed ex qua Græcia, orientali, an occidentali, id est ex Calabria, & ex quo oppido is fuerit, elucidat nemo eorum, qui vitas Romanorum Pontificum scribunt. Cum, vt ostendi, Calabria à Græcis habitata magna Græcia appellata fuerit, & Rossanensis Ecclesia abhinc paucos annos Latina facta est. Extant etiamnum in Calabria diui Basily & virorum & mulierum cœnobia pleraq; qui mysteria Græco sermone ac ritu peragunt. Quin etiã oppida sunt non pauca Græca, & in horum agris pagi complures Græci & oppidani vtraque lingua Græca & Latina vtuntur, sacerdotes vero rem diuinam Græca lingua Græcoue ritu faciunt. Quare haud dubio censendum est, & Telesphorum, & Dionysium monachos, &

& Antherium, & Zosimum, & Ioannem Sextum. & Zachariam Romanos Pontifices, lingua Græcos homines: quorum patrium solum scriptores siue per ignorantiam, siue potius per malitiam subticent, occidētales Græcos id est Calabros fuisse. Vtiq; credibile est Græcos Calabros, vtpotè in Italia natos, quorū vita & doctrina nota erat Romanis, potius Romanos Pontifices eligi, quàm Græcos orientales in longinquis partibus ortos, vt iam de Philolao Rossanensi homine lingua Græco Ioāne XVI. siue XV y. dicto acidit. Græcia orientalis, & vlterioris Sicilia, hoc est Trinacria res memoratu dignas aperte & distinctè scribunt, Calabria vero non item. Adde quod nec desunt, qui libros etiam à Calabris eruditis viris compositos sibi attribuentes, nomine suo foras dederunt. Cum itaque, vt unde digressa est, redeat oratio, Calabria à Paulo Apostolo ad Christum conuersa sit, & à conuersione sua vsque ad Constantini & Siluestri tempora anni propemodum trecenti fluxerint, & Imperatorum sæuitia in Christicolas vbique efferbuerit, qui fieri potuit, vt sola Calabri hanc rabiem effugerent, impuneque essent, & qui in Calabria commorabantur, & qui in vrbe, aliisque locis reperiebantur? Quare opinari, imo credere licet, permultos Calabros vtriusque sexus, & omnis etatis & ordinis ob Christi fidem mortis subiisse sententiam, sed, vt dixi, aut scribi omissi sunt: aut aliis prouincijs attributi. Iamuero statim à sua conuersionis primordijs persecutionis rabiem perpessa est. nam vt suo loco ostendemus, Stephanus à Paulo Apostolo Rhegij constitutus Episcopus cum aliis quibusdam eadem die pro Christi fide necati sunt. Et in Martyrologio Caroli magni XVIII. Kal. Octob. legitur: Apud Calabriam Sanctorum martyrum Scanterij, Viatoris, & Dominicæ eorum matris, quorum corpora in æde Episcopali Marci vrbis quiescunt. Et nudius tertius, vt sic dicam, diui Francisci Assisini euo septem Calabri eiusdem Francisci cœnobitæ martyrij palmam adepti sunt. Cumque etiam Romani præsules à Lino ad vsque Siluestrum tot Episcopos, presbyteros & diaconos ordinauerint, eosque ad diuersa Italiæ loca miserint, quis neget horum aliquos fuisse Calabros, quosdamque in Calabriam, quæ non modica Italiæ pars est, misisse? Iam vero vniuersa ecclesia à Constantino pace reddita, Nicena prima vniuersalis synodo ipsius Constantini & Siluestri tempore celebrata adfuit præsens Marcus Episcopus Calabriæ, vtique Rheginus, solus ex tota Italia, Victore & Vincentio Romanis presbyteris exceptis, qui gessere vices Papæ vnà cum Marco ipso præsule Rhegino. Et deinceps aliis synodis sub Iulio primo, Sixto, Hilario, Felice, & Symmacho Romanis Pontificibus celebratis, Episcopi Calabri plerique, quod ostendam, interfuere. Qui non à Siluestro vel à Iulio primo consecrati & ordinati fuere, sed ab aliis ante Siluestrum ipsum. Agatho Romanus Pont. Calaber duos conterraneos suos Episcopos, Ioannem Rheginum & Abūdantium Paternensem Constantinopolim ad synodum misit, qui vnà cum Ioanne Episcopo Portuensi vices suas gererent. Sunt nunc in Calabria sedes Episcopales quatuor & viginti, metropolitana Rhegina est.

A Olim plures fuere, nam Anianthea, Hipponium, Taurianum, Stilum, Taberna, Episcopales sedes fuerunt. Fuit præterea Calabria quondam altera Ægyptus Monachorum, Monialiumque, & parens & nutrix sanctorum Basilij, Benedicti, & Bernardi, quorum adhuc templa adeſque passim visuntur, quæ Monachis eiectis (heu tempora) in secularium libidinem ac delicias peruenere: quædā semidiruta & vepribus obducta cernuntur, ex quibus plerique sanctissimi viri ac mulieres extitere. Referta est & modo Calabria
B diui Augustini & Francisci Assisini, & Frācisci Paulitani, & Dominici Monachorum cœnobijs. Sunt quoque in plerisque Calabriæ templis multorum sanctorum reliquiæ. De qua Ioannes Ioachimus Abbas ita fatur in Esaiam: Nazareth non in maritima, sed in montanis posita Galilææ cum Calabria montuosa concordat in spiritu. vt sicut ibi ad virginē dirigitur angelus Lucæ primo, sic ad religionem Cisterciam doctor angelicus dirigatur. Nec defuerunt, qui eremiticam vitam
C ducentes sanctitate floruerint. Qui ex sinu nunc modo gnoti sint, quod eorum cognitio ad nos, præter vnum Telesphorum, non peruenerit, Deo tamen, cui omnia patent, noti sunt, & æterna vita fruuntur. Nuper autem octo eremitarum Calabrorum, qui eodem tempore fuere, apud me fama percrebuit. Quorum nomina sunt hæc, Hilario, Nicolaus Græcus (non modo enim ab oppidis, vicisque: verum etiam à regionibus cognomina sumuntur, manantque ad posteros) Rinaldus, Frāchus, aliorum trium nomina me latent.
D Horum magister & doctor fuit Hilario, qui cum septem alijs ex Calabria abiens in Samnium contendit, atque in valle Auentina in Frentanis, in loco, cui Plata est nomen, secundum Casulum & Lamam castella cōsedit, ibique eremiticam vitam degentes Deo seruierūt. Mortuo autem Hilarione vnoquoque eorum ob humilitatem alijs præesse renuente, conuenerunt, vt singuli lancem suam ligneam in fontem conijcerent, & is, in cuius lancem piscis ingrederetur, aliorum gubernacula susciperet. Lancibus autem, prius tamen
E exorato Deo, in fontem coniectis, protinus Dei nutu piscis in lancem Nicolai subiit, tum ille Dei numen agnoscens regendi alios munus obiuit. Excessit è vita cētum annos agens Eugenio quarto Pontifice. Eius corpus Vardagrelæ iacet miraculis fulgens. Eius festum agitur sept. Idus Augusti. Corpus beati Rinaldi quiescit Falascosi, eius festum agitur Nonis Maij. Corpus beati Franchi iacet Francauillæ, eius festum agitur eodem die. Corpus beati Falci iacet Palenæ. Hæc antiphona à sacerdotibus illis canitur: O proles
F Calabriæ, splendor septem syderum, nouum Vardagrelæ decus nobile depositum, fero iubar gratiæ, Christi beneficium, ne breue veniæ tēpus inane defluat. Anno domini DCCCCVIII. Anastasij tertij tempore Patricius Leonis Constantinopolitani Imperatoris dux Italiam ingressus, se omnia breui euersurum minabatur, ni Leoni Imperatori properè obtemperarent. Sed à Landulpho Beneuentanorum principe ingenti prælio superatus fuit. Quo circa Græci Agarenos in Italiam accersunt, qui

Calabriam.

Digitized by Google

Calabriã, Lucaniã, Apuliam anno à Virgine partu DCCCCL. vastarent etq; inde monentes vrbi Romæ exitium se illaturos minabantur, qui à Ioanne undecimo superati, loca omnia fermè, quæ in littore Italiæ obtinebant, incenderunt. Quam vastitatẽ beatus Nilus, diuinæ mentis instinctu præsagiit. Inde Otho secundus Ioannis quartidecimi tẽpore Agarenos Consentia recepta, cecidit, & Græcos, qui cum Mauris fœdus inierant magnis præliis attriuit, atq; eos omnes fere ex Calabria & Apulia eiecit. Quæ Nicephorus Constantinopolitanus Imperator filiam ei pactam in matrimonium tradere negabat. Postea Benedicto septimi tempore Otho ipse magno exercitu comparato contra Basilium & Cõstantinum Imperatores Græcos, qui Calabriam occupauerant, apud Basentum amnem iuxta Consentiam à Græcis superatus, scapha salutem sibi fuga comparauit. Anno post Christum M.LXXVI. demum Græci & Cretenses Mauri & Pœni inita societate, ac cõparato exercitu ingenti, classe, adiutoribus Siculis, Calabriam Lucaniam & Apuliam depopulati sunt, præter Rhegiũ & Scyllaceum, quas vrbes expugnare non potuerunt. Quos Guilielmus Tancredi filius, siue, vt alij, Robertus eius filius, frater Rogerij, Sergij quarti Rom. Pont. tẽpore, Mauros Pœnosq; etiam Græcos ex Calabria exegit, præter sacerdotes Græcos. Et à Nicolao secundo rex Siciliæ citra & vltra Pharum appellatus est. Vtuntur Calabri in vernaculo sermone Latina lingua, quã à Latinis eò à senatu missis didicerunt: quanquam pleraq; adhuc Græca vocabula retineant, nonnullaq; Græca oppida, vt dixi, in ea pagiq; Græci sint. Et præter ea Latina vocabula, quæ tota nũc Italia cõmunia sunt, multis aliis Calabri vtuntur, quæ nullibi, quod sciã, Latio excepto, in vsu sunt. Vtunturq; Calabri verborum terminis proprijs vt à Latinis didicerunt. Quare si Boccatius Florentinus Latinam & Græcam linguam probè callu isset, nunquã dixisset Calabros Teutonicè loqui, agnouissetq; Tuscos suos pessimè omnium Italorum Latiali lingua abuti, ac semibarbarè loqui. Seruatur aliubi in Calabria priscus Latinus lugendi mortuos ritus, vbi præfica in funere pretio conducta alijs ad naenias canendas & lamentabile cantum, einlatumq; modũ dat. Inferijs vero peractis, mortui consanguinei & affines edulijs comportatis, defuncti domi vna vescuntur. Licet temerarium quidam bonarum literarum & historiarum nescium morem hunc irrideat. Mulieres Calabræ suapte natura virtutis gratia & quod aquæ nobiles sint & innoxiæ, sunt abstemiæ. Probro datur eis si vinum gustent, nisi vetula sit, aut puerpera. Quamuis Alcinous Siculus, Athenæo libro 10. referente, fabulosum quippiam hac de re scribat, & Herculi assignet, quod ob negatum sibi à muliere quadam vinosa secundum Cretensem vinum, mulieribus vini vsum interdixerit. Anno à Christi natali M.D.LV. Franciscus Galliarũ rex suimet ac Christianæ pietatis oblitus, cum Turcarum tyranno aduersus Carolum quintum Cæsarem societatem iniit, & eius classem è Byzantio accinit, qua omnia Calabriæ & Lucaniæ maritima oppida diripuit, & magnam vtriusq; sexus & omnis ætatis manibus captiuam duxit. Franciscum rebus humanis exemptum imitatus est Henricus eius filius, qui & ipse cõcedente tyranno paternam societatem renouans, illius classem ad Italiã accersiuit, qua rursus cuncta Calabriæ & Lucaniæ maritima oppida direptioni & omni crudelitati, & reliquos oppidanos captiuos duxit. Ob quod factum paulo post Lutherana hæresi Gallia infecta, semper plagis & direptionibus vexanda. Nunc reliquum est, vt de eius vbertate aliquid dicamus. Equidem si eam cum regione conferendo omnium Italiæ regionum, vt sit verbo inuidia, est Calabria optima. Nam præter vetustatis nobilitatem, qua, vt palam est, omnes Italiæ regiones, Latio fortasse excepto, excellit, regionis præstantia, fœcunditas ac bonitas ex ipso nomine percipi potest, a calo enim, vt alias dixi, idest bono, & bryo scaturio est dicta, quòd bonis omnibus scaturiat. Eo, vt Herodotus libro primo ait: Nec vna regio cuncta sibi ipsi suppeditat, sed aliud habens, alio indiget, quæ tamen habet plurima, ea est optima. Et Dionysius Halicar. Eam regionem optimam esse dicit, quæ quicquid vitæ mortalium est necessarium gignit, sibiq; per se satis est, nec multis aduentitiis bonis indiget, hanc solam Italiam esse asserit. Hac ergo ratione omnium Italiæ regionũ Calabriam optimam esse dico. Nam, vt retuli, quicquid mortalibus est necessarium terra ipsa per se fœcunda unde gignit, nullisq; adfœtitijs bonis eget, sed per se sibimet suppetit. Quinetiam multa ferarum genera, & quidem nobilia, Messana sine Calabro commercio viuere possunt: multaq; in ea proueniũt ac fiunt, quæ pertinet ad ornatum. Est quippe vniuersus Calabrum solum fœlix & amœnum, non stagnis impeditum, sed liberum & herbidum pabulis accomodatum. Vbi Cerealium inuicta fœcunditas viget, & vini ac perspicui fontis emanant. Tellus pulla est, de bonitate in libro de laudibus Italiæ Plinij auctoritate diximus. Et vt singula recenseam, sunt Calabriæ arua pinguia, & feraces cãpi, vbi cernere est simul & mirari quam grandes segetes nouales, & campi ipsi roscidi emittant. Montes in eis sunt frugiferi: & aprici pinguesq; colles frugibus, vitibus, arboribusq;, impendio apti, ac benigno ventorum afflatui expositi, valles amœnæ & frugales, extant & amœna opaca nemora, singulari quadam voluptate conferta spiritibus vsquequaq; undiq; suauissimis auris, pascua item pabulaq; ibi florentissima sunt, generis herbas floribusq; virentia, perennibus riuis irrigata. Ac, præter cætera, prouenit ibi sponte sua Medica herba ingens copia, qua armenta greges què saginantur. Quam herbam è Media in Italiam adnectam quidam astruunt, sed nempe in Calabria, & præsertim orientali tractu multis locis, quæ nunquam vomeres sensere, neq; ligones sarculare, vltro nascitur locis argillosis. Quare opinandum est, cum è Media allata est in Latium, ignotum fuisse Romanis in Calabria nasci. Habet ad hoc Calabria munificas ac pulcherrimas siluas tum optimæ picis & resinæ ac terebinthinæ feraces, tum proceris omnis generis arboribus & aquis frigidis refertas, & ad domorum tigna, reliquaque vten-

ne vtensilia, & ad nauium fabricam aptas, ac venationi satis commodas, præstant enim cubilia feris. Habet & passim glandiferas silvas ad porcos alendos adeo commodas. Suns enim glandifera arbores, ait Plin. quercus bigenæ, harũ altera latifolia dicitur ab effectu, farnam vocant: robur, ilex bigena, harum altera parua est, & coccum fert, æsculus, fagus, cerrus, ægilops, corylum vocant: bemeris & haliphleos. ferunt glandiferæ arbores, ait idem, Agaricum: fungus est candidus, oderatus nocte relucens, nascitur in Calabria à quercu aculeatis spiculis, sed tenellis erinacei modo obductus, arnacem vocant accolæ, quo in cibo vtuntur. In Subalpina Italia & in Carnis fine lapidia legitur ex Larice arbor est altissima, mouet amat foliis Pini similibus, quæ non decidunt, fert & resinam, decerpunt illum mense Augusto vel Sept. cũ triennio in arbore steterit, & fit optimus. Nascitur sub ramorum trunco pediculo innixus, atq; eò melius, quo arbor vetustior. Siccatur Sole, & decorticatur. Habet præterea Calabria vulgò castaneta & ad mortalium vsum, & ad porcos alendos opportuna. Adde & nobilium herbarum ad morbos pellendos copiam, proueniunt & passim sponte nobiles plantæ, vt platanus, vitex, terebinthus, oleander, siliqua Syluestris, arbutus. Item crocum Syluestris, rubea tinctoria, glycyrrhiza, id est radix dulcis, tubera. Nec desunt tepẽtium caldarum, scaturigines aquarum morbis curandis opportunæ. Frigidarum quoque lacticum dulcium, leuium, & innoxiarum scatebræ, perspicuæque passim erumpunt, quas parens ipsa natura ad incolarum commoditatem & salutem comparauit. Effluunt & multis locis fontes salsam aquam manantes, ex qua fit muries. Irrigatur & tota Calabria regio innumeris propè simul paruis simul magnis fluminibus, & hu pisculentis. Quorum quidam ad morbos depellendos aliosque insignes effectus sunt commodi. Mare quoq; Calabrum ex vtroq; latere piscosum est, variis claris q; piscibus, tum tynnis, xiphiis, & murænis secundum. Vbi multis locis corallium optimum album & rubeũ nascitur. Venatio ibi & aucupium nobiles sunt & varia: nam multigenæ quadrupedes stabulantur, & ulteriùs nidificant, vt apri, cerui, capreæ, lepores, vulpes, lynces, lutræ, sciuri, martes, meles, vinearæ, istrices, erinacei, testudines, tam aquatilæ, tum terrestres, glires, ex alitibus phasiani, externe, perdices, coturnices, rusticulæ, gallinagines, palumbi, phasæ, cornices, turtures, turdi, merulæ, ficedulæ, & aliæ paruæ aues, & necipitrum genera plura, item aquatilæ aues, & præsertim ardeæ. Nec caret armentis, gregibusq;. Quam rem Varro rei rust. libro secundo commemorans inquit. nobiles pecuariæ in Brettiis habentur. Equi præterea peropimi ibi gignuntur eximiæ pernicitatis & magni, quorum armenta multis locis existunt. Metallis olim nequaquam carnit, & in præsens eisdem exuberat, cum sit sanè tota metallifera, vbi aurum, argentum, ferrum, sal fossile, marmor, alabastrites, chrystallus, pyritides, id est marchasita, gypsitria genera, sinopes, siue vt alij, minium, rubrica fabrilis, chalcanthum, bolum, alumen, sulphur, aetites, hæmatites, gagates, magnetis. Magnetis, ait Plinius libro trigesimosexto, genera quinque sunt. Quintum in Magnesia nascitur, ruffus est, & niger, nec attrahens ferrum. Item beryllus, smiris, pumex, cos, silex, cos aquaria & olearia, lapis molaris olearius, & frumentarius, lapis obsidianus, lapis, quo pestores imagines inumbrant, lapis specularis, lapis phrygius, lapis ophites, lapis siue color cyaneus. Sunt, qui emianthum in Calabria secundum salisfodinam nasci tradunt, sed mihi compertum non est. Honestatur insuper Calabria nobilibus crebrisq; emporijs, quæ passim in annos singulos celebrantur. Quæ alicubi quindecim diebus, alicubi octonis, alicubi quatriduo, alicubi minimum biduo perdurant. Opifica quoque pergulchra fiunt, siue ex terra ac creta, siue ex ligno vasa quæras, siue ex lana vel coloria vel tincta, siue ex lino, cannabinè, & ex gossipio, & serico vestis, supellectilisque manus. Exuberat verumuentum & frumento, & eo nempe probatissimo, quod, Plinio libro decimo octauo referente, ante mortem Alexandri Magni annis ferè CXLV. Sophocles poeta tragicus in Tripolemo quæ in fabula Dionysio Halicarneste, Ceres inducitur, ante cuncta laudauit. Ad verbum translata sententia: Et fortunatã Italiam frumento canescere candido. Quod sane de Calabria tum tantum Italia dicta intelexit, ceu ex Dionysii verbis in propatulo est, quod iam exposui. Sunt in Calabria frumenti genera plura, triticum, siligo, far, secale, trio, diminutum vocant, trimitum, quod Turcicum appellant, sagria, robus, vesiam vocant, tingia. Fiunt Zea, Peliam vocant, hordeum, oriza, & sesami copia ingens. Affluit & omnis generis leguminibus, inter quæ etiam lupinis quibus tellus & armenta pinguescunt. Redundat & vino, oleo, ac melle: & his porro optimis. Abundat præterea arborum fructibus omnis generis sapidis & innoxiis, præcipuis saporis. Et, præter cætera poma, mila in ea fiunt, quæ alibi sana, alibi astiua appellantur: magna sunt & præcipuis saporis, quæ in arcis asseruata mirum spirant odorem, & ægris ac febre laborantibus innoxia: quæ in ære instar saccari liquefiunt. Laudatur & Romæ viscum Calabrum, quod tenacitate alia omnia præstat. Existunt & passim horti nemorosi malorum aureorum, limorum duúm generum, & citrorum arboribus instructi, & amœnitate referti. Fit & serici probatissimi copia ingens, quod inter Italica sericæ bonitate obtinet principatum. Plurimum enim mechanicalis bombicibusque nutriendis dant operam. Gossipij item idem plurimum fit. Lina affatim fiunt, horum genera duo, masculum vocant alterum femineũ, alterũ Martio mense satũ superiori præstantius, Alexãdrinũ minimum inuidens. Carnabis etiã bigena fit, & crocus, saccarum, anisium, coriandrum & id laudatissimum. Sed quid de cœli elementia ac temperie dicam? Habet nempe Calabria terras hyeme æstateque vernantes & amœnas, verè quidem humana voluptatis loca, aer ibi purus, mitis, & blandus, vbi nec vistrigide hyemis, nec solis æstus immensus terra virentia perurit.

perurit, aut incolas fatigat, sed quieta moderatio, cõ- A
positaque, ac grata temperies salubri suauiq; eos ve-
getatione sustentat. Ita fit vt plurimis locis anos pro-
anosque videas. Sed quid his immorer? Quid mul-
tis opus est verbis? Quando, præter ea, quæ dicta sunt
vnum maximum de huius regionis temperie ac cle-
mentia cæli argumentum esse potest, quod aëreũ mel,
quod manna vocant, cæleste alimentum, atque verò
nectar atq; ambrosia passim affatim stillat ac legitur.
Et quod Israelitæ in deserto pro miraculo longè mira-
bantur, hîc felix ipsa natura sua sponte præstat. Quod B
quomodo fiat Pontanus in libro Meteororum Cala-
briam felicem appellans, sic scribit:

Quinetiam Calabris in montibus, ac per opacũ
Labitur ingenti Crathis siqua cærulus aluo,
Quaque Syriis siluæ conuallibus horrent.
Felices syluæ, quarum de fronde liquescunt,
Diuini roris latices, quos sedula passim
Turba legit, gratum auxilium languentib. ægris,
Illic æstate in media sub sole furenti
Dum regnat calor, & terræ finduntur hiantes, C
Tum tener ille vapor sensim sublatus ab æstu,
Versatusq; die, mukoq; incoctus ab igni
Concaua per loca, & arescentibus vndiq; syluis,
Ingratum vt sensit frigus sub nocte madenti,
Cum nullæ spirant auræ, & silet humidus aer,
Contrahitur paulatim, & lento humore coactus
In guttas abit, & foliis silentibus hærens
Lentescit, rursumque diuturno à sole recoctus
Induit & speciem ceræ, melliſque saporem.
Quod & apes præstant arte, ingenitoq; fauore, D
Hoc medicos natura hominũ producit in vsus.

Et libro altero rerum Calabriam laudans, eamq;
cum cæteram Italiam sub leone esse asserens ita fatus est:

Et tellus latè ingenti circundata sile,
Diues agri, diues pecoris, longe optima nutrix
Leneæ vitis, ditisque argentea gleba,
Clarorum inventrix studiorũ, atq; æmula diuis,
Magna viris, magna ingeniis, atq; vrbibus ingẽs.

Cum itaq; Pontanus tam optime de Calabria E
eiusq; incolis senserit scripserit q;, opinari cuiq; prudẽ-
ti ac probo viro licet cõuicium, quod in eius libris de
Calabris scriptum est, à Campano quopiam subdolo
ac peruerso fuisse insertum, vt sub tanti viri nomine
fides perhibeatur mendacio. Item Ioannes Aut. Cam-
panus in Epistola, quæ est ad Secundinum, nullum lo-
cum in Italia nomine ac vetustate clariorem esse exi-
stimat, quam Calabriam. Ac nullibi philosophi plu-
res & meliores, quam ibi: nullibi ingenia cultiora, quã
Calabris, & vndiq;. Item Horatius de eadem Cala- F
bria ora scribens carminum libro 2. sic inquit:

Ille terrarũ mihi præter omnes angulus ridet
Vbi non hymeto mella decedunt, viridique certat bacca venafro,
Ver vbi longum, tepidasque præbet
Iupiter brumas, & amicum Aulon Fertilis Baccho
Minimum Falernis inuidet vuis.
Ille te mecum locus, & beatæ
Postulant arces: ibi tu calentem
Dedita sparges lacryma fauillam
Vatis amici.

Sane palam est apud Strabonem Aulonem eũ-
dem & Caulonem montem, a quo Caulonia oppidum
ductum est, in Calabria esse. Mare quoq; libro tertio
Caulonis arces commemorat. Euripides, vt dudum
ostendi, Calabriam fertilem esse, & fortibus viris
abundare scribit. Plurimos quidem, & eos præstan-
tissimos viros, & philosophos, & poetas, & geometras,
& medicos, & legislatores, aliarumq; rerum scripto-
res, & ingeniosos variorum operum artifices, & pi-
ctores, & sculptores, ac nouarum rerum inuentores,
necnon robustissimos athletas ducesq; eruditasq; mu-
lieres, & sanctissimos viros ac mulieres edidit Cala-
bria, vt suus locus est ostendemus, quot qualesq; nulla Ita-
lia regio, Latio excepto ob Romæ maiestatem, protu-
lit. Item Athalaricus rex in Epistola ad Senatũ, apud
Cassiodorum libro octauo, de hac regione ita scribit:
Redeant possessores & curiales Brettii, ad ciuitates suas, Coloni sunt, qui agros iugiter colunt, patiantur se à rusticitate diuisos, quibus & honores dedimus, & actiones publicas probabili extimatione commisimus. In ea præsertim regione, vbi affatim veniunt inelaboratæ deliciæ, Ceres vbi multa fœcunditate luxuriat, Pallas etiam non minima largitate congaudet. Plana rident pascuis fœcundis, erecta vindemiis. Abundat multifariis animalium gregibus, sed equinis maxime gloriatur armentis. Merito quando ardenti tempote tale est vernum Syluarum: vt nec muscarum aculeis animalia fatigentur, & herbarum semper virentium satietatibus expleantur. Videas per cacumina montium riuos ire puriſſimos, & quasi ex edito profluant, sic per Alpium summa decurrunt. Additur, quod vtroque latere copiosa marina possidet frequentatione commercia, vt & propriis fluctibus affluenter exuberat, & peregrino penu vicinitate littorum compleantur. Viuunt illic rustici epulis vrbanorum, mediocres abundantia præpotentum: vt nec minima ibi fortuna copiis probetur excepta. Hanc ergo prouinciam ciuitatibus nolunt excolere, quam velut in agris suis se fatentur omnino diligere? *Et in calce epistolæ:* Sed ne vlterius in eandem consuetudinem mens aliter imbuta relabatur, datis fideiussoribus tam possessores, quam curiales sub extimatione virium, pœna interposita, promittant anni parte maiore se in ciuitatibus manere, quas habitare delegerint. Sic fiat, vt eis nec ornatus desit ciuium, nec voluptas denegetur agrorum. *Et in alia epistola ad eundem:* Quicquid enim præcipuum opulenti Brettii mittunt, aut Calabri peculiosi. *Et in epistola ad Bergantinũ apud eũdem Cassiodorum lib. 9.* Quapropter ad Massiam ruris nostri ad Rusticianam in Brettiorum prouincia constituram magnitudinem tuam iubemus chartariũ destinare.

Et si, vt ab artifice harũ rerum, Theodoro dicitur moderatis rebus terra fœcunda est, officinis solemniter institutis montium viscera perquirantur, intretur beneficio artis in penetrale telluris, & velut in thesauris suis natura locuples inquiratur. *Et infrà:* Proinde quicquid ad exercendam huius artis peritiam pertinere cognoscitis, ordinatio vestra perficiat, vt & terra Brettiorum ex se tributum, quod dare possit, inueniat, quæ fructibus copiosa luxuriat. Decet enim vt inter tanta bona, nec illa desint, quæ putantur esse præcipua. Cur enim iaceat sine vsu, quod honestum potest esse compendium? *Et libro 12.* Brettiorum mare dulces mittat acetras. *Et lib. 13.* Brettii boum pecus indigena vbertate præstant. *Iure igitur optimo sapientissimi illi Græci hanc regionem Ausoniam & inde Calabriam appellauere, hoc vno vocabulo optima eaq; plurima, vt dixi, in ea gigni prætendentes. Et licet regio hæc ob incolarum vicissitudines, & regnantium nomina multis fuerit, vt ostendi, nuncupata nominibus: priscum tamen illud & peculiare nomen Calabria, vt semel atq; iterũ retuli, quod regioni aptissime & propriè conuenit, retinet. Rediit nanq; tandem & quidem iampridem in hanc regionem patriam quondam suam Calabria nomen, iusq; priscum suum sibi vindicauit, quod olim ab aliis huius regionis nominibus motum, ac relegatum, extra eam inquam, angustissimo loco exul permoleste aliquandiu iacuit. Videbat enim quòd nullibi in Italia, præterquam in hac regione rite ac iure esse posset. Rediit autem iis regionis huius nominibus, quæ se antea relegauerant, vice versa relegatis, aut toti nunc Italiæ, aut parti eius attributis & impertitis. Morgetia enim & magna Græcia nomina obsoluerunt prorsus & obliterata sunt: Ausonia autem, vt ostendi, & Hesperia, & Oenotria, & Italia toti nunc Italiæ impertita: Sicilia vero Trinacria insulæ: Iapygia & Salentina Apuliæ parti quotæ. Iam vero Constantini & Syluestri temporibus Nicenæ synodo primæ Episcopus ex Calabria, vt potè Rheginus, interfuit præsens. Inde Constantij Constantini filij, & Iulij primi temporibus synodo Sardicæ, quæ Illyrii est ciuitas, celebratæ affuere Episcopi ex Calabria, vt tradit Theodoritus: quod ipsum argumentum est, lõge ante hæc tempora Calabrum nomen in hanc regionem rediisse. Ait enim libro secundo Hist. Ecclesiastice:* sancta synodus Sardicæ Dei gratia coacta à Roma, Hispania, Gallia, Italia, Campania, Calabria, Africa, *& quæ sequuntur. Calabria præcipue vti magna ac nobilis, Italiæ pars, & Græcis orientalibus notissima, scilicet antea magna Græcia appellata, commemoratur. Iam vero Isacius in Lycophronem Temesam Calabriæ vrbẽ scribit, & Pausan in Eliacis de Temesa & Euthymo loquens, mentionem facit de Calabro fluuio. Cum igitur Calabria regio talis sit, ac lõge compendiosa regibus ab omni onere etiam iusto vacare deberet, & dignis honoribus honestari. Sed, heu tempora, non modo ordinariis exactionibus fatigatur, sed iniustis etiam ac grauibus extorsionibus vexatur. Quare multi etiam vineas exciderunt, ob nimiam earum census existimationem. Adde quòd vtraque regionis maritima plaga annis singulis grauissime à piratis infestatur: vnde oppida pagiq; crebrò direptioni, sanguini, & igni traduntur, segetes exuruntur, vineta, oliueta q;, cæteraq; arbores excidũtur, pecora ac pecudes, &, quòd miserabilius & infelicius est, vtriusq; sexus, & omnis ætatis homines prædæ dantur. Qua ex re oppida pagiue ciuibus vacui sunt, & agri multis locis rudes sunt & inculti. Nemo est, qui maria tueatur, itinera à prædonibus & latronibus infesta securitati det, tam magnam captiuorum manum recenseat, eosq; à barbarica seruitute redimat, & Christianæ libertati reddat: sed sunt, qui nulla belli necessitate singulis tribus lustris omnes sexus & ætatis populos recenseant, & vel à pauperrimis tributa exigant. Id quod nequaquam erat apud Romanos, sed denarius tãtum in singula capita quotannis Imperio soluebatur. Seruius Tullius sextus Romanorum rex ciues infra numerum quinq; millia eris habentes sine censu reliquit, quasi tenues & impotentes. Senatus Porsennæ tempore & semper in magna necessitate plebem à tributo liberauit, decreuitq;, vt diuites conferrent, qui oneri ferendo essent: pauperes satis stipendij pendere, si liberos educarent. Adde quod regio ipsa monstris etiam, regulis inquam & tyrannis abundat, qui eam expilant & deglubũt, ac veluti alteri Campani Lestrigones ob inexplebilẽ sitim & inexhaustam auaritiam, mortalium labores depascunt indies, & syluas, saltus, agros, pabula, flamina, ancupia, venationes, omnem demum populorum iura sibi vsurparunt. Quare populos sibi subiectos quod eos longè vexent, vexatos, hoc est vexatos appellant. Quos Romani modestiæ causa non subiectos appellabant, sed socios. Mercaturam insuper vilem rem, ingenuis hominibus indignam, eorum plerique exercent. Apud Romanos in tanto Imperio nequaquam tot famelicæ & insatiabiles harpyiæ erant, mortalium labores depascentes. Verumenimuero multæ claræ Vrbes molestissimas excussere à cervice bipennes, quòd durę seruitutis iugum ferre non valerent.*

LIBER

LIBER SECUNDVS.

NVnc autem, quia de regione vniuersè satis dictum habeo, superest vt eam singillatim scribere aggrediar, ac quicquid quoquo in loco memoratu dignum sit annotare. Qua in re maius mihi opus incumbit. Nam cum quorundam locorum atq; vrbium prisca nomina immutata sint, & oppida quædam interierint prorsus: quorundam, quæ solo æquata fuerunt, mutatæ sedes: magna ad ea indaganda, adhibenda mihi cura fuit, magnus subeundus labor. Præsertim etiam quod veteres scriptores loca pleraque haud quidem distinctè, sed confusè scribant. Siquidem Strabo locorum ordinem interdum ita cõfundit, vt vix eo facile dignosci possint. Nam supra Locrum & Cauloniam, Mamertum, & Brettianam Syluam esse scribit, quæ in hac ora non esse suis locis docebimus. Item post Scyllaceũ Crotoniatarum fines, & Iapygum terna promontoria esse dicit, sed qui Locrensium & Crotoniatarum fines sint, vtpotè Crotalus fluuius aut Semiris, quæ tria hac promõtoria sint, nequaquam enodat. Rursus Philoctetem iuxta Petiliam Crimissam condidisse ait, atq; Apollodorum dixisse Philoctetem in Crimissa promontorio agri Crotoniatarum Chonim oppidum extruxisse, sed in qua parte agri Crotoniati, vt potè læua aut dextra sit Crimissa promontorium, nõ elucidat. Et duo oppida in hoc promontorio à Philoctete condita fuisse ostendit, Crimissam, & Chonim, cum de Petelia & Cerillis fatur, adeo simpliciter scribit, vt quo in loco sint ex eo sciri non possit: Neq; hoc crimine carent alij plerique. Adde quod veterum scriptorum codices mẽdis plurimis scatent, tum temporum malignitate, tum quia dum quidam eos emendare desudant, atq; elaborant, magis depranant. Neoterici quoq; scriptores tum veterum mendosis libris tum vulgi & imperitorum opinionibus ac fabellis innixi in multos errores lapsi sunt. Vt Raphael Volaterranus, Guido Rauennas, Blondus Foroliuiensis, Pandulphus Collenutius Pisaurienſis, Sebastianus Corradus, & alij plurimi. Quid de vulgaribus ignorantissimis scriptoribus dicam? Quibus magna cura fuit ingentia quidem, sed nugis, conuitijs & mendacijs conferta volumina scribere. Qui suos ineptos & indignos & insanos, ac propediem perituros labores Italia equisonibus, lanijs, coquis, canponibus, pistoribus, basulis, morionibus, setarijs, sartoribus, cupedinarijs, cerdonibus, veterementarijs, & eiusmodi infimæ sortis hominibus, & deliris aniculis, & mulierculis, ac domum scortis parant. Nam Latinè scribere nesciunt, & Latina quæstum gratia vulgaria faciunt: quod facilius sit opus dissoluere quam conficere. Graues autem & eruditi viri grauia, ac Latina lingua nitorem, grauitatem, ac maiestatem sectantur, & Latina scripta legunt, & Latinè scribunt, quo suæ ingenia iudicia, ac doctrina, vbiq; gentium, pateant, cunctis vtilitati sint, & æternitate donentur: vulgares vero libellos vtis indignas & viles res abominantur & execrantur. Quare ego illu, qui hos aliosq; meos libros, Latinè à me editos, in vulgarem sermonem vertere audebunt, iam nunc Deũ iram imprecor, ne exigant annum. Atque ne hæ imprecationes meæ in huiusmodi improbos, nefarios, & lucriones homines irrita sint, Deum ipsum vindicem implore. Nolo enim eas lucubratiunculas, qualescunq; hæ sint, in Italia tantum malignis ac sordidis & imperitis vulgi obtuso & hebeti iudicio exponi, ac breui aboleri: sed vbiq; gentium in eruditorum manibus versari, & æternitate donari. Futurum est enim, & vt quantum auguror, è proximo, vt Latina lingua simul cum fide & Imperio Romano rursus vniuersum orbẽ permeet. Vulgares autem libelli propediem cum suis Auctoribus interibunt. Sed hac de re, & quod ingenua disciplina cum vulgo communicanda non sint, vberius in libris pro lingua Latina fati sumus: quare ad instituta rè deamus. Attamen id vnum præfari mihi visum fuit, quòd loca, quæ sanctorum nominibus à vulgo appellantur, sine sancti additamento scribenda: & quæ duobus nominibus ab eo ipso vulgo appellantur, vt Latinitas patitur, componenda censuimus. Nõ enim portus & mons sanctus appellandus est, aut oppidum sanctum, quia sic ignarum vulgus appellat, etiam si in eo alicui sancto ædes dicata sit. Iam vero Laurentum Latii opidum à Pico rege conditum sanctus Laurentius vocatur à vulgo: Et Seuerena Calabriæ vrbs ab Oenotrijs extructa sancta Seuerina à vulgo appellatur. sunt & alia eiusmodi propè innumera. Proinde non insani & ignari vulgi consuetudinem, sed historiæ, & Latinitatis rationem sequamur. Vulgus enim vt est imperitum ac rude, ita est credulum, præceps, audax, & obstinatum, de quo plura diximus in libris pro lingua Latina.

Talaus amnis nunc Calabriam à Lucania dirimit, cuius meminit Strabo. A Talao ad duos lapides Turtura oppidum est edito loco, à mari M.P. duobus distans. Est Turturinus ager pabulis & venationi & aucupio aptus. sunt & in eo siluosa loca: legitur mãna, fit saccarũ & oriza, & ficus optimæ fiunt. Nascuntur & optima vina: Item chalybs & ferrum. Non longe à freto locus est, Palæcastrum vocant, vbi veteris oppidi vestigia visuntur. A Turtura ad secundum lapidem Aëta oppidum est, ab aëto, quod aquilam significat. dictum edito loco: sunt enim hic præruptæ loca, in quæs accipitres multigeni congerunt: abest à freto M.P. quatuor. est Aëtinus ager ferax, & venationi & aucupio & pabulis idoneus, extat & Silua glandifera ad porcos alendos commoda. Nascuntur & vina generosa, fit gossypium legitur manna, nascifilex, & lapis molaris, & lapis phrygius. Secus littus index passim reperitur. lapis est, cuius astrictu aurifices

ergenti bonitas indicatur. *In mari portus est Dinus, & eiusdem nominis insula paulum à continenti distans, in qua cuniculi stabulantur, & circum coralliorum capitur, sit trichiarum & halecum captura, quæ sale in cadis condiuntur. Sunt & retia thynnaria. A Dino portu m p. duobus portus alter existit Nicolus dictus. Inde Scalea oppidum occurrit, Talaus olim dictũ, cuius meminit Strabo. Qui ait:* Talaus amnis & Talaus tenuis sinus, & vrbs Talaus paululum à mari semota Lucaniæ postrema Sybaritarum Colonia. *Nunc mari abluitur. Mare enim alicubi crescit, alicubi recedit. Abest à Talao amni m.p.x. Ab Helea, ait Strabo m.p. L. Iuxta Talaũ vrbem ait idẽ Draconis sacellum erat, qui comitũ Vlyssis vnus extitit. Pandulphus Collenutius Pisaurensis parũ prudenter Scaleam esse Heleã scribit, cũ, vt in Strabone & Plinio videre licet, Helea vltra Palinurum sit, distetq; à Silari amni m.p.xxxi. Aliusquidã Trebatiũ Heleatem fuisse somniat: hac, vt quantũ augurer, deceptus causa, quia Cicero ad Trebatium ipsum scribẽs dicit:* Veni Heleam, & vidi tua & tuos. *Quasi vero Romani proceres villas ac rura extra solũ Romanum non habuerint, in quibus colonos & rerum suarũ habebãt curatores. Scaleanus ager frugifer est, & venationi & aucupio, ac pabulis aptus. Extant & silua glandifera ad porcos alendos opportune, & silua ad nauiũ fabricam & domorum tigna cõmode. Fit & in hoc agro saccarũ & xylon. Nascitur plumbũ & vina bonitate præcipua fiunt. Ex aduerso oppidi insulæ paruæ adiacent nõ longe à terra. A Scalea ad duos lapides Laus fluuius in pontum mergitur torentinis & anguillis uber, & circum Lutra sunt: cuius Strabo item & Plinius meminere, antiqua Ausonia, Hesperia, Oenotria, Italia, Magna Grecia & Calabria terminus. Est & intus oppidũ eiusdem nominis, de quo mox. Post Laum flumen, Batum flumen alterum in mare influit, quod peruium sign. torentinis, abundãs, cuius meminit Plinius. Et supra oppidũ est eodem nomine vetustissimũ ab Ausonijs aut certe ab Oenotrijs conditum. Distat à mari m p. duobus. In hoc agro fit saccarum, & mel optimũ: nascuntur & vina bonitate mirifica, ager hic fertilis est. prouenit affatim radix dulcis: nascitur eos aquaria. Excidituꝛ lapis molaris olearius & frumentarius. Est & silua glandifera ad porcos alendos, & pascendis pecoribus opportuna. Inde ad ortum proficiscenti Papesiderum oppidũ sese offert, quasi admirabile sidus supra saxum situm, natura munitum: abest à freto m p. ix. quod eiusdem nominis fluuius adlabitur, qui Laum amnẽ influit. Supra Laum oppidum existit loco edito situm vetustissimũ ab Ausonijs vel Oenotrijs conditum, & Laus fluuius preter fluit, de quibus commeminit Plin. lib. 3. Oppidani coriis soleisq; concinnandis operã nauant. Deinde ad occiduũ redeunti Merimagnũ oppidũ offertur, in cuius agro pabula insignia sunt. Fit caseus probatissimus, & mel non vulgare, oriuntur berilli. Vbi hinc cesseris, Vrsimarsum oppidũ inuenies, ab euentu fortasse, hoc est ab Vrsimorsu ita in a verso dictũ, Abistrũ olim Ptolomæo, humili petra situ, cui maximi imminent montes, sed mutata sede in radicibus Appenini, & eiusdẽ nominis fluuius torentinis & ãguillis fœcũdus præterfluit, qui Laos fluuio miscetur. Hic Lutræ sunt, est à mari M.P. v. à Lao amni duobus. In hoc agro vina, olea & mella laudabilia fiunt, extat & silua ad domorũ tigna & nauiũ fabricã apta, & venationi cõmoda, prouenit terebinthus affatim. Nascitur lapis molaris frumẽtarius & olearius. Et gypsũ è terra effoditur. Sunt & testudines terrestres. Ad mare Cerilli oppidũ est vetustum, edito loco situ, ab Ausonijs vel ab Oenotrijs conditũ. abest à Lao flu. M.P. vij. Iã certe ostendi eram hanc ac totã Calabriam ab Ausonijs indigenis Aschenazi posteris initio fuisse habitatã, rarè tamen: inde ab Oenotrijs occupatã & celebris oppidis cultã. Cerillorũ meminit Strabo lib. 6. qui ait:* Isthmus à Thuriis in Cerillos extẽditur ꝓpe Laum. Ipsius autẽ isthmi milliaria sunt triginta septẽ cum dimidio. *Supraq; hos Brettii chersonesum habitant. In qua isthmo parte Phocensiũ habitauit, vt Herodotus libro primo tradit. Est & Cerilli promontoriũ Talai sinus finis. Et portus Partheniꝰ, cuius meminit Plinius. In Cerillensi agro vinum bonitate mirificũ nascitur & Roma habetur in precio: subest & oleũ clarium, fit & saccarum: ex oleribus cepa laudãtur. Mare hoc & Scaleanũ piscosum est, vbi thynni & alij nobiles pisces capiuntur. Contra oppidũ insula parua adiacet modicũ à terra distans. A Cerillis ad secundum lapidem Diamas fluuius freto miscetur. Hic portus Phocensiũ est, cuius Plinius cõmeminit, & Phocenses post Troia ruinas Rheginum primo peruenientes, postea huc cõmigrarint, vt Isacius in Lycophronem scribit. Sunt autẽ Phocenses Græciæ populi, qui aliquot vrbes in Calabria condiderunt, vt Amphissam, vt Crissam, vt Hyelã, vt Lagariam, vt Arianthã, vt alias multas. Supra Cerillos paululum Machara oppidũ est, quod gladium significat, cũ specie vino. In cuius agro berilli oriuntur. Ex regione Machæræ, Crisæoꝛa oppidum existit, editiori loco super saxum situm, quasi aureus mons, quæ mediũ inter se & a Cerillis distant. Hic etiã generosa vina fiũt, nascuntur berilli, & silices, & lapis phrygius, prouenit terebinthus & vitex, sunt & castaneta ingentia, & silua glandifera, ad porcos alendos opportune: præstãt & vbera gregibus armentisq; pascua. Congerunt & in his locis accipitres multigeni, & syluestria animalia stabulantur, vnde & nobilis venatus fit in hac ora passim, & vbertim fœnicula marina nascuntur. A Crisæoꝛa M.P. quatuor Vernicarium oppidum est à vernante aere dictum: forte Aprestium Plinio, in cuius agro silua sunt ad domorum tigna & nauium fabricam apta, prouenit terebinthus. Procreanturꝛ testudines terrestres. Inde est Summuranum oppidum, cuius meminit Antoninus Pius in itinerario, qui fuit anno Christi exl. ex Sybet ruinis, vt autumo, excitatum, quod Sybaris fluuius torentinis & anguillis uber præterfluit vbi gammarorũ magna copia nascitur. Hic sericum optimum fit, texuntur pannipobili*

Digitized by Google

nobiles ex stamine lineo, vellineo, vel bombicino, vel gossipino, & subtegmine lineo albi coloris. Genus hoc panni frendinum vocant. Celebratur mercatus annuatim. In hoc agro oriuntur beryllí, gypsum, & specularis lapis, legitur manna. Provenit & tragium, quod barbari & pharmacopolæ Calabri dictamnum appellant: habet enim, vt Dioscorides scribit, dictamni vim, & vtrang; herbam in Creta tantum nasci ait. Est & in agro hoc planicies ingens, Tenesium campus dictus, agricolationi pabulis, & aucupio percõmoda, inde vallis ob amœnissima lympidis aquis referta. A Septentrionali parte mons est sublimis, Pollinum apollineo dictus, quod nobilibus herbis medela commodis polleat. Provenit enim ibi, vt ab herbariis accepi, tragium, dictamnum Cretense, chamaleõ bigenum, dracunculum, metum, nardus celtica, anemones, anemone, peucedanum, turbit, rheubarbarum, pyretrum, iuniperus vbertim stellaria, imperatoria, cardus mastichem fundens, dracacas, cythisus, vnde & caseus & hippaces probatissimi fiunt: erumpunt & in hoc monte aliæ plures nobilissimæ herbæ sunt & aurifodinæ. Nascitur & lapis phrygius fungos procreans in singulos menses esu suaues & innoxios. est mediocriter ponderosus, & inæqualis coloris concretione, candidas Calmia modo venas habens. Quem rudes vulgus ex lyncis vrina condensam falso putat: cum eà, vt Plinius, gemma fiat, quam lynx mortalium vsui ridens, vt primũ minxerit terra obruit. Phrygius autẽ lapis ait idẽ libro trigesimo sexto, Glebæ est pumicosa. Hic Sybaris fluuius oritur. Non longe à Summurano, Sybari oppidi vestigia visuntur, cuius meminit Liuius, quod vnà cũ aliis quibusdam Calabriæ oppidis ad Romanos rediisse tradit. Vbi Sũmurano abieris, tenderisq; ad occidentem, Seracenam oppidum inuenies, Sestium olim, vt coniicio, dictum ab Oenotriis conditum, vt scribit Stephanus, qui ait: Sestium vrbs Oenotrorum mediterranea. Abest à Summurano m.p. quatuor, quod Garga fluuius adlabitur frigidissimus, qui Sybari miscetur. In delubro, quod diuæ Leoni est dicatum, quorundam sanctorum frusta asseruantur, vt mentum Ioannis Baptistæ, frustum vestis Christi, frusta Petri, & Pauli, Andreæ, & Bartholomæi Apostolorum, Georgii, Cornelii, Cypriani, Theodori, digitus Stephani protomartyris, dens genuinus Blasii, cista Luciæ, phiala vitrea cum particula vnguenti, quo Maria Magdalena Christi pedes vnxit. Est & arcula cum quorundã aliorũ sanctorum fruſtis. In hoc hoc agro vina generosa nascuntur, fiunt & olea nobilia, legitur mãna, fit gossipium, nascitur plumbum, sunt & aurifodinæ, eximitur gypsum. Gypsi, ait Plinius, duo genera, alterum è lapide coquitur, alterum è terra effoditur. Qui coquitur, lapis est, non dissimilis alabastrite esse debet, aut marmoreso: coquitur fimo bubulo, vt celerius vratur. Omnium autem optimum fieri compertum è lapide speculari squamam vitalẽ habente, findituri in tenuissimas crustas. De quo Plinius libro trigesimo sexto sit ait: Lapis specularis faciliore multo natura finditur in quaslibet tenues crustas talcum appellat aromatariorum turba. Est & in agro hoc Charitores. id est gratia mons Apennini, herbis medendi arti commodis, oppletus: sunt & silua glandifera alendis porcis aptæ: fiunt venationes nobiles, stabulantur & lynces. Post Seracenam M.P. quinque Altimontium est oppidum vetustum edito loco, Balbia olim dictum. Sed an ab Ausonio, an ab Oenotriis conditum sit ignoratur. Vnde vinum Balbinum bonitate præcipuum, cuius meminit Plinius libro quartodecimo, illudq; cum aliis Calabris vinis plurimum commendat. De quo Athenæus libro primo inquit: Vinum Balbinum generosum & admodum austerum, & semper ipso melius nascitur. Hinc vitis Balbina, alias hyblina in Siciliam allata est, vt Athenæus tradit, qui sic libro primo scribit: Hippias Rheginus vitem illam vocatam fuisse hyblinam asseruit, quam Polis Argiuus, qui Syracusis regnauit, primus ad Syracusas ex Italia detulit, & id fortasse vinum quod dicatur polium apud Siculos ipsum est hyblinum. Hic emporium bis annis singulis celebratur. In fano beatæ Mariæ & multorũ sanctorum frusta asseruantur. Est enim spinarum vna corona dominicæ, frustum crucis Christi, sexendix cum crure & pede cum carne & cute Ioannis Chrysostomi, lacertus diui Basilij, pars crinium beatæ Mariæ Virg. & Mariæ Magdalenæ, frustum Matthiæ & Philippi Apostolorum, Pontiani, Laurentij, Stephani Protom. Barbaræ, Clarę, Georgij, Gamalielis, Virginis Messis, & aliorum quorundam, pars digiti Thomæ Aquinatis, sanguinis Blasij Episcopi. Iacet & corpus beati Pauli Militensis ordinis prædicatorum. Est in hoc agro beata Maria Aquæformosæ cognomine templũ, Cisterciensium Monachorum Cœnobium. In quo multorum quoque Sanctorum frusta asseruantur. Sunt enim frusta vestis Christi, ac beatæ Mariæ Virg. Sixti, Gregorij, & Syluestri Rom. Pont. Apostolorum Thomæ, Iacobi, Simonis, Iudæ, & Philippi: Item Ioannis Bapt. Chrysogoni, Fabiani, Phantini, Seantoris, Luciani, Chrysanti & Dariæ, Paulinæ, Annæ, Felicissimi, & Agapiti, Theodori, Primi & Feliciani, quatuor Cereostatorum, Bibianæ, Marii, Marthæ, Audifax, & Abacu, Vitalis, Margaritæ, Armeniæ, Blasii, Saturnini, Barbaræ, Nerei, Achillei, & Pancratii, Mennæ, Georgii, Crescentij, & sociorum, & aliorum quorundam. Non longe à fano hoc vallis est, in cuius medio riuus labitur, & in altera parte castaneæ, in altera cirrhi nascuntur, ita vt in hac nullæ castaneæ, in illa cirrhis nullus oriatur, vt naturæ miraculum sit. In hoc Balbino agro montes sunt nitri salis candidissimi, quod lapidicinarum modo cæditur: est pellucidus densus, concretione sua æqualis nec lapidosus, intus gemmæ est salis candidi ac translucidi. Nascitur & alabastrites. Extant & aurifodinæ duobus locis: & argentifodinæ, ferrifodinæ, & lapis cyaneus. In huius agri Appenino nascitur chry-

stallus, exciditur gypsum. Est & Balbinus ager frumenti, & aliarum frugum ferax & pabulis apus, quem Crondus fluuius irrigat, torentinis & anguillis vber, vbi & lutræ sunt. Nascitur in montibus Tirrus fluius. Stabulantur & siluestres quadrupedes, fiunt & aucupia phasianorum, perdicum, & aliarum auium. Existit & silua glandifera ad porcos alendos commoda, optimaque gregibus armentiq; pabula suggerens. Sunt & castaneta, legitur & in agro hoc manna. A Balbia ad quintum lapidem, Ninetum oppidum est, Donatum vulgus vocat, Ninæa olim dictum ab Oenotriis conditum, vt scribit Stephanus. Ninæa, inquit, vrbs Oenotrorum mediterranea. In hoc agro Grondus & Acida fluuij nascuntur, qui Isauro fluuio miscentur. Nascuntur Berilli & silex, sunt & montes natiui salis. Prouenit Terebinthus, & Iuniperus frequens. Fiunt vina, olea, & mella non vulgaria: erumpunt & perspicui fontes. Est & mons e cuius in Appennino, cui Mula est nomen nobilibus herbis medela aptis referius, in quo chrystallus gignitur. Atq; in ima eius parte quadam Synopis nascitur nobilis, & lapis Phrygius prouenit, & terebinthus. Est & Sylua glandifera & alendis porcis opportuna, suggerit & gregibus armentisque pabula. Existunt & castaneta, necnon Sylua ad domorum tigna reliquaque vtensilia, & ad nauium fabricam apta. Stabulantur in montibus siluisq; apri, caprea, & alia siluestria animalia. Nidificant & accipitres multigeni, vnde & venationes nobiles fiunt. Non longè a Donato Polycastrellum oppidulum est. In cuius agro lapis molaris frumentarius, & olearius, & cos aquaria nascuntur, in montibus chrystallus gignitur. Postea est Folonum oppidum, quasi folia, hoc est ferarum cubile, inter Rosam & Acidam amnes, quorum alter torentinis & anguillis fœcundus est, & vterq; Isauro miscetur, fortasse Ariantha, quam, ait Stephanus, Phocenses inter duos fluuios condiderunt. Cum enim, vt ostendi, ante casum Troiæ, Ausonij indigena, & inde Oenotrij aduenæ, & post Troiæ ruinas, præter cæteros, Phocenses Calabriam incoluerint, vrbesq; in ea extruxerint, & harum quarundam nomina immutata sint (quædam enim prisca nomina aut integra, aut litteris tantum vel syllabis immutatis retinent) difficile est quænam ha sint pro certo asserere. Folonensis ager frugifer est, & pascendis pecoribus aptus: quamobrem armentis abundat, & gregibus. Sunt & in agro hoc glandifera arbores, ad porcos alendos opportuna: sunt & castaneta, sed castaneæ insitæ sunt. Nascuntur & præclara vina, exciditur lapis molaris frumentarius & olearius. Non procul ab oppido vberrimus fons è saxo manat, vt statim flumen fiat torentinis affluens. A Folonio ad quartum lapidem Agatha oppidum est, Artemisium, vt arbitror, ab Oenotriis, ait Stephanus, conditum, incola Artemiata. Distat à freto M. P. octo. In hoc agro Isaurus fluuius pisculentus erit. Nascitur chalcanthum, & rubrica fabrilis, & lapis phrygius, legitur manna. Sunt Sylvæ glandifera ad porcos alendos commodæ, & silua siluestribus arboribus oppleta, præstant & pecuariis pabula. Agathini adeo agiles sunt & apti, vt veluti viuerræ ferè celsissimas arbores scandant, & vnco ramus applicito, ex alia in aliam transeant, venantes glires. Ab Vrsinata si agro huiusque; & deinceps Leucopetram vsq;, in Apennino apri, cervi, caprea, sciuri, lynces, martes, molæ, viuerræ, lepores, istrices, erinacei, & alicubi vrsi etiam stabulantur, vnde & pulchræ venationes fiunt. In planis autem locis optima phasianorum, externarum, perdicum, coturnicum & aliarum auium aucupia. Nec desunt testudines. congerunt & in præruptis locis accipitres multigeni, & hi optimi. Ac passim terebinthus abunde nascitur, ex qua terebinthina fit. quæ etiam ex pino, abiete, & larice fit. Cumq;, vt dixi, passim in Calabria flumina, & perennes ac perspicui fontes, tum amœnæ valles, colleseque, & optima pabula, & castaneta, glandiferæque siluæ sint, & nec nimius calor, nec vehemens algor in ea vigeat, sed temperata cœli temperies: præter cætera, vulgo nobiles pecuaria habentur. Ab Agatha M.P. quatuor Ginetum siue Thyetum opidum est. Thyella Oenotrorum vrbs, ait Stephanus, in qua pars Phocensium habitauit. Est à mari M.P. trigus, quod eiusdem nominis fluuius præterfluit, qui vehementi impetu se in mare præcipitat, & ob id formidabilis est nautis. In hoc agro fit saccarum, existunt & horti nemorosi malorum aureorum & limonum. Fiunt Gineti operæ figulinæ, fiunt, & ficus probatissimæ. nascitur ferrum, chalcanthum, & lapis ophites. Inter Ginetum & Agatham fragarum mira vbertas nascitur. A Gineto ad quatuor lapides Bombicinum oppidum est: in cuius agro saccarum fit, nascitur terebinthus. Extra oppidum beati Cyriaci templum est, & diui Basilij monachorum monasterium. In quo templo ipsius Cyriaci monachi corpus iacet. Existunt in hoc agro horti nemorosi Limonum, & malorum aureorum. Ad mare Blanda oppidum est edito loco, ab aere blando salubri dictum: Bellinidarium vulgus vocat, ab Ausoniis, aut ab Oenotriis conditum, & inde à Phocensibus habitatum, quod Solimus flumen adlabitur, abest à Cerillis M.P. nouem. Huius oppidi meminit Plinius, itemq; Mela, qui ipsum inter Laum flumen & Temesam vrbem locant. Quod oppidum oppugnauit Fabius, vt Liuius Bel. Pun. libro quarto tradit. Qui hanc vrbem Blandas plurativo numero declinat, & in Lucania ponit, alicuius auctoris scriptis deceptus: vt Plutarchus, qui Vibonem Lucaniæ vrbem esse scribit. In Blandinensi agro fit saccarum, & gossypium, ac ficus generosæ: nascuntur & vina & olea præclara, nascuntur & tubera, fit & seritum nobile. Supra Blandam M.P. quatuor, parte læua, Bonifatum oppidum est. Hanc Hyelam esse arbitror: de qua Herodotus in Clio sic: Hyclæa ciuitas est, quam Phocenses Rhegium cum liberis & vxoribus peruenientes in agro Oenotriæ condiderũt. Non in Rhegino agro, qui ad Metaurum amnem prope Tauricanum protenditur, vrbes condiderunt Phocenses. Fit Bonifati caseus laudatissimus. Vbi & pulchra ouium greges sunt, fit & vinũ & seri-

& sericum nobile, ac ferrum optimæ. Ad mare Lampetes promontorium est Terinæi sinus initium, distat à Blanda m.p. sex. Milliario ab eo statio est. Meminit de hoc promontorio Lampeto Lycophron, vt alibi diximus. Supra est Melitum ciuitas olim Episcopalis sedes, sed in Marcum translata, à vitium vinique bonitate dicta, edita loco Tempsa quondã appellata, prater quam Isaurus fluuius excurrit. Abest à freto m. p. sex. Hic arx est natura inde manu munitissima & vrbi incumbit. Est quidem vetustissima vrbs ab Ausonijs condita, Homeri & Lycophronis, aliorumq; posterũ præconio clara. De qua ita Strabo libro sexto scribit. A Lao prima vrbs Brettiæ Tempsa, quam Ausonij condiderunt, nostræ autem ætatis homines Tempsam etiam vocitant. Post illos eam habuerunt Thoantis Comites Ætoli, quos eiecere Brettij. Prope Temesam sacellum est oleastris circumseptum, Politæ Vlyxis socio dicatum. Quem barbarorum fraude trucidatum graues exercuisse iras tradũt. Ab eoq; exstare prouerbium: heroem Temesæ ingruere sibi dicat nemo. Locrensibus autem Zephyrus ipsa vrbe potitis, Euthymũ fabulantur pugilẽ, post q̃ ad eã descendisset, victorem euasisse pugna, atq; vt finitimos ab eo tributo absolueret coegisse. Huiusq; Temesæ poetam meminisse auum, non autem illius, quæ in Cypro est Temesa. Nam vtroq; modo dicitur. quod ad Temesam erarium est, & æris fodinarum locus ostenditur, qua hisce defecêre annis. Quod autem Strabo hanc primam a Lao Brettiæ vrbem dicat, de claris quidem vrbibus intelligit, nam & ipse Cerillos prope Laum, & Plinius, utrumq; Mela, Blandam inter Laũ & Temesam ponunt. Item Strabo ipse Temesa Terinam proximam scribit, quæ multum abest, inde in mari stimata ora, Hipponium, & Medamam & Scyllæum tantum scribit. Meminit de Temesa Ouid. Fast. libro 5. Vbi ait: Rursus aquam tangit, Temesæ aquæ concrepat æra. Et alibi Et quamuis aliquis Temesæa remouerit æra. Et Met. lib. 7. Medeam sic facit loquentem, Te quoque luna traho, quamuis Temesæa labores Æra tuos minuant. Et lib. 15. Temeseſque metalla, Leucosiamque petit. Ité Statius Syl. lib. 1. Et quis se totis Temesæ dedit hausta metallis, Et rursus: Nusquam Temesæa notabis æra. Et Homerus Odyss. lib. 1. Pallas ipsa Telemacho, Nunc autem hic cum naui deueni & socijs Nauigans nigrum mare ad alienigenas homines, Ad Temesim æris gratia, duco autẽ nigrũ ferrũ. Et Lycophron in Alexandra de Menelao loquẽs ait: Dona dedicauit virgini spoliatrici Minerux, Temesæam craterem & clypeum. Quibus super verbis Isacius interpres ait: Temesa vrbs est Calabriæ in qua optima æra effodiuntur. Hanc eam post Troianũ excidium cõcessere Phocenses socij & Schedii & Epistraphi ducum Phocensium, vt idẽ scribit, qui ait:

Naboliorum vero in Temesam filiorum,
Nautæ pernenient, vbi Lampetes
Hipponii verticis ad mare promontorium
Aſperum vergit, contra autem Crissæ fines,
Crotoniatam mari oppositum sulcum,
Boum arabunt acuto vomere.

Super quibus verbis Isacius ait: Naboli filius fuit Ephitus, cuius filii fuerunt Schedius & Epistraphus, Phocensiũ duces, qui apud Troiã cęsi fuerunt. Post autem Troiæ expugnationem illorum socii in Italiam pulsi Temesam incoluerunt, quæ ciuitas est Calabriæ, quæ generosum aurum habet, quæ nunc Tempsa vocatur, quam Lycophron nunc Temesum, nunc Temesam nominat. Lampetes est promontorium iuxta Temesam, & Lampetia vrbs. Hipponium est Italiæ vrbs & promontorium. Vbi Crissa vrbs est Phocensium, à Crisso Panopei fratre condita, è regione Crotonis. Meminit de Temesa Ptolemæus & Mela, de qua plura Callimachus. Est Temesa Colonia ciuium Romanorum, vt Liuius bel. Mac. lib. 4. auctor est: deduxit, inquit, eam L. Cornelius Merula. Tempsanus ager de Brettijs captus erat. Eã prædari solitus erat Verres. vt Cicero in Verrẽ ipsum actione quinta scribit. Meminit & actione septima de Tempsano incommodo. Ex hac fuit L. Tempsanus Romæ prætor. Fuit Tempsa sedes Episcopalis, quæ, vt dixi, in Marcum translata est, aut certe Maruentia adiuncta. Hilarus Episcopus Tempsanus interfuit Synodo Romanæ quartæ, quæ sub Agathone Papa celebrata est. Et Abundantius Episcopus Tempsanus interfuit Synodo Constantinopolitanæ sextæ, sub Agathone. Signabant in numo Tempsani templum cũ ædituo: & ex postico politem inscriptione græca Τεμεσέων. Hic præclarissimum vinum nascitur, quod Plinius quarto decimo, inter cætera Calabra vina laudat: fiunt & olea & mella & serica clara, ager hic frumenti & cæterarum frugum ferax est, poma omnis generis fiunt. Aer blandus est, sit in agro hoc gossipium, legitur manna, nascitur gypsum, & lapis phrygius, sit vtriq; copia ingens, sunt castaneta & siluæ glandiferæ ad porcos alendos commodæ, & silua ad domorum tigna & nauium fabricam aptæ. præstant & optima gregibus armentisq; pascua. Supra Temesam m.p. quatuor Vergialum oppidum est, Regianum vulgus vocat primis literis immutatis, Vergæ olim dictum. Vetustũ quidẽ est, sed an ab Ausonijs, vel ab Oenotrijs conditũ sit, cõpertum non habeo. Meminit huius vrbis Liuius, quã cũ alijs quibusdã ad Romanos, vt ostẽdi, rediisse scribit. Vergianus ager frugifer est, fiũt & vina & mella clara. Legitur manna, sit & sericũ nobile. Texũtur Vergis panni quales texuntur Murani. Extat est Marcũ ciuitas sedes episcopalis, Tempsa suffecta. Argentanũ olim, dicta. quã cũ Vergis alijsq; quibusdã ad Romanos redisse Liuius tradit. In æde Episcopali sanctorũ martyrũ Seanteris, Vitalis & Cassiodori & Dominatæ eorũ matris corpora quiescunt, qui huius vrbis ciues fuere. meminit horũ Vsuardus in martyrologio suo. Hãc episcopalem sedem Maurolycus Siculus Messenio Archiepiscopo olim subiectã fuisse, insulsè nimis nugatur. Vrbem hanc Folonum fluuius præterfluit, nec longe Maloſa fluuius alter fluit, qui Folonio miscetur. Ager hic vberes fructus refert, fiunt vina & olea non vulgaria, & sericum nobile, legitur manna, exciditur lapis molaris, nascitur silex. Extant castaneta & siluæ glandiferæ

A

fera ad porcos alendos commoda, sunt & silua ad domorum tigna & nauium fabricam apta, præstant vbera gregibus pabula, & cubilia feris, nec desunt præclara aucupia. sunt & in hoc agro pagi: Cerusicatum, Casaletum, Mucrasanum, Canalatum, Corcetum, Iacobum, Casalenouum, Martinum & Dominicà. Inde est, Fagianum castellum, quod Calabrices fluuius torentinus uber præterfluit, qui Sybarim influit. Exuberat Castaneis insitis, sunt & silua ad domorum tigna ac reliqua vtensilia & ad nauiũ

B

fabricam apta, sit visci ingens copia, prouenit in Fagianensi agro ingens fragorum copia. Nascitur lapis phrygius. Oppidani ligneis vasis conficiendis nauant operam. Calabrices fluuius Fagianensem agrum à Marcensi disterminat. propè Fagianum Lociũ vicus est, in hoc agro Albani populi in tuguriolis habitant. Hic gypsum è lapide coquitur. Ad mare Cetrarium oppidum est edito loco, super saxum situm mari incumbit, quod eiusdem nominis fluuius adlabitur, Lampetia olim dictum; à Lampetia sorore

C

Phaethontis condita, cuius meminit Lycophron, & Polybius libro tertiodecimo, referente Stephano: à qua gentile Lampetiensis & Lampeticus. vnde Lampeticus sinus, abest à Lampete promontorio m.p. sex. Meminit & vrbis huius Pompo Mela, itemq; Plinius: licet quidam mendosè Clampetia legant. Hic nauale est, vbi naues Triremes fabricãtur. olei optimi copia, & ficus laudatissima fiunt, cõquitur gypsum è lapide. Nascitur vitex, & fœniculi marini. A Cetrario ad quartum lapidem Vardia castellum est,

D

montis vertice paululum à mari semotum, cum balneis non vulgaribus, à transmontanis habitatum. Hi bilingues sunt, nã sua, & Latina lingua vtuntur. Sed nuper à Transpadanis Gallis Lutherana hæresi infecti, sui sceleris pendêre pœnas: nam omnes ferè vitam suspendio finierunt. In hoc agro gypsum nascitur. Extant & glandifera Sylua. Nec longe est Fiscaldum castellum alterum. Vbi saccarum fit, & mel ac vinũ non ignobile. Nascitur & lapis phrygius. Supra est Hetriculum oppidum, quod vulgus corruptè Lataracum appellat. Quod vnà cum aliis quibusdam ad

E

Romanos rediisse, Liuius astruit. Ager hic frumẽti & aliarum frugum ferax est, fiunt vina, ac lina, cannabis, & serica, & fructus optimi, ex quibus castanea ex insitis arboribus laudantur, fit & xylon. Nascitur gypsum & filex. Prope est Torranum oppidum cum spectato temeto. Hanc Dapetiam esse arbitror, quam cum aliis multis ad Romanos rediisse Liuius tradit. Hic figlina operà fiunt. In hoc agro eadem fiunt, quæ in Lataraci agro. Torani agrum Turbidus fluuius à Marci agro dispescit. Nec longe Regina op-

F

pidum est edito loco, Herinũ olim appellatum, ab Oenotriis conditum: Herinum, ait apud Stephanum Hecatæus, Oenotrorum vrbs est mediterranea. Iuxta Perditium flumen labitur, & inde Neia fluuius alter fluit. Fit hic optimi olei copia, nascitur alabastrites, & sulphur, & filex, & nitrum, cos aquaria, & olearia, lapis molaris frumentarius, & olearius. Inter legumina maxime laudantur cicera, prouenit Terebinthus. Est & ager hic frumenti & aliarũ frugum ferax. Quem Finetium fluuius Toranensi agrò disterminat. Deinde est Montaltum ciuitas, Vffugũ olim dictum, quod simul cũ aliis multis ad Romanos rediisse Liuius scribit, sedes Episcopalis qua Consentina tuncta est. Hic nobile emporium in annos singulos celebratur. Fit Serici optimi ingens copia. Texuntur panni sericei, & frondinei. In hoc agro nascitur alabastrites, & lapis molaris frumẽtarius & olearius, & sulphur oritur & chalcãthum & plumbum. Iuxtà Vincentium vicum sal fossile nascitur. Est in hoc agro Xostum vicus. Agrũ hunc Manilianus & Septimius amnes pisculenti irrigant, qui Crathi miscetur. Nunc ad fretum redeundũ est. Vbi Paula oppidum est cum fonte nobili, quod eiusde nominis fluuius præfluit, diuo Francisco minimorum ordinis fundatore inclytum, Patycos olim dictũ, ab Oenotriis conditũ, vt Stephanus fert, incola Patycita. Est à Cetrario m.p. duodecim. Ortus est diuus Franciscus, vt de eo, vt par est, aliquid dicamus, à partu virgineo anno M. cccc xv. honestis parentib. ac Christiane fidei cultoribus, haud sanè sine futuræ suæ sanctitatis portento. Nam ea nocte & hora, qua concepimus est, visa fuit super parentum domũ trabs ignea. Qui duodecimũ annum agens cum parentib. Assisium Vmbriæ vbem religionis gratia diui Francisci Assisini corpus veneraturus petijt. Inde in Calabriam reuersus diuino instinctu iuxta prophetæ dictum: Ecce elõgaui fugiẽs & mansi in solitudine, patriam amplius ingredi renuit, sed hominum cœtum consuetudinemq; declinãs secessum delegit. Vbi diuino cultui iugiter die ac nocte impiger versabatur, ieiuniis, vigiliis, obsecrationibus & contemplationibus incumbens. Mansit autẽ hunc in modum totum quinquennium. Subindè simulatq; excessit ex ephebis vndeviginti annum natus, cœnobitas ad eremum facta sibi prius à Consentino antistite copia, admittere cœpit. Ac præter cetera, crebris etiam corporis laboribus operam nauabat: sic ita vt nulla vel momenti intercapedo interciperetur, quin & sibi & aliis frugi plurimum esset. Erat nimirum cunctarum virtutum specimen. Eius vultus verum præ se numen ferebat. Pedes toto suæ vitæ tempore nudos gessit. Signis plurimis fulsit. Quippe qui leproſq; vita functos ad vitam, lepra aliisq; vlceribus & languoribus confectos ad pristinam secundamq; valetudinẽ reuocauit. Luminibus captis visum, auribus auditum restituit. Sæpe ignem nudis pedibus illæsus calcauit, calcariam ardentem & ruinam minantem nudis pedibus ingressus, nudis manibus ne rueret firmauit. Dæmonibus obsessos liberauit. Nec prophetiæ munere caruit: nã diuino afflatus spiritu plerasq; præcinuit. Sæpe plures dies ac noctes mansit impastus. Sæpe quadragesimam totã absq; cibo potuq; trãsegit. Carnes nunquã comedit, quinetiam suis cœnobitis carnibus, ouis, Lactarijsq; infirmitatis tempore excepto, & tum consulente medico, penitus interdixit. Eius sanctitatis nomen ad Ludouicum Galliarum regẽ cum percrebuisset, omni posthabita cunctatione rex ipsum summa veneratione ad sese accersiuit. At

ille non-

illo nonnisi Sixti quarti summi pontificis iussu ad eum accessit. Obiit diem suũ Turonę Gallię, senio confectus, vnum & nonagesimum annũ agens, a natali dominico anno MDVII. quarto Non. Aprilis Iulio secundo Pontifice, die vero & hora qua Christus pro humani generis salute, parasceues inquam, & hora nona expirauit, idest, more Romano horas a solis occasu precedentis diei vsq; ad occasum sequentis numerando, hora vigesima prima, vt etiã in Euangelij vmbra loquut. Sui quidem finis die, quo è vita hac excessit, suis alumnis Christi exemplo quam humiliter pedes lauit, Eucharistiaque viaticum, multis ebertis lachrymis suscepit. Qui à Leone decimo post Christum natum anno MDXIX. in numerum sanctorum relatus est. Sed de die Romano in Dig. scribitur, & de horis Martialis lib. 4. Paula clara vina sunt, & dulce, vernaculũ dictum, & austerum, laudantur caparia. Fiunt & figlina opera, è quibus phiala & olla laudantur. Erat hic palma frugifera. Sed agitata vento corruit. Inhoc agro lapis molaris excidituer frumentarius & olearius. Mare hoc pisculentum est, in quo verriculis ingens piscium copia, necnon & coralium capitur. Post Paulam fluuius labitur Tyunaris dictus, quod contra eyuorum captura fieret. Inde Leudus fluuius alter mare influit. A Paulam, p. quatuor Nicetum oppidum est, edito loco mari incumbens, quod vitorem significat. Hic clarissima vina fiunt dulcia vernaccia dicta, & ficus optima, laudantur & persica, & ollaris vna: pleriq; fructus precoquuntur, vt Pusolis ager hic frugifer est. In quo etiam lapis molaris eximitur frumentarius & olearius, & cos aquaria. Nascitur gypsum & silex. Fiunt palumborum & aliarum auium aucupia generosa. Ex hoc oppido fuit Nicolaus dictus Franciscus Paulitanus, sacris integra ac sancta vita vir. Post oppidum Mosa fluuius labitur. Intus est Arintha oppidum inter duos amnes Emulam & Serdum ab Oenotrijs conditum vt Stephanus refert, distans à Nicreto m. p. octo. Hic figlina opera pulchra fiunt, & præsertim olla coquinaria & olearia. In hoc agro præter cætera ingens cicercularum copia fit, item gossipium, legitur manna. Nascuntur cos aquaria, & silex & magnesia. Est & Felum pagus. Dein est Castrofrancum oppidum, edito loco, Pandosia olim dicta, quam Oenotrij condiderunt. Quæ Oenotrorum regia fuit, quam Acheron amnis, quem Capaniaum vocant, præterfluit: à quo, ait Plinius, oppidani Acherontini. De qua Strabo lib. 5 ita scribit: Supra Consentiã paululum Pandosia est, validum propugnaculum, vbi Molossorum rex Alexander trucidatus est, Dodonęo deceptus oraculo, Acherontem atq; Pandosiam cauere iubente, cum similis appellationis loca in Thesprotio monstrentur agro. Triuertex autem ipsum est propugnaculum, cui Acheron amnis præterfluit. Aliud insuper fraudauit oraculum. Pandosia perdes populum quandoq; triuertex. Credidit enim hostium, non suorum cladem ostentari. Oenotrorum quoq; regũ regiam fuisse Pandosiam memoriæ proditum est. Fuit Alexander à Tarentinis in Italiam accitus, quo ipsis aduersus Brettios opem ferret, nam Tarentini per se Brettiorũ potentiæ resistere non valebant. De qua re Iustinus lib. 12. ex Trogo Pompeio infit: Alexander rex Epiri in Italiã à Tarentinis auxilia aduersus Brettios precantibus solicitatus, ita cupide profectus fuerat, vt in diuisione orbis terrarum Alexandro Olympiadis sororis suæ filio oriens, & sibi occidens sorte contigisset, non minorem rerum materiam in Italia, Aphrica, Siciliaq;, quam ille in Asia & Persis habiturus. Huc accedebat, vt sicut Alexandro magno Delphica oracula insidias in Macedonia, ita huic respõsum Dodonęi Iouis vrbem Pandosiam, amnemque Acherontẽ prædixerat, quæ vtraque cũ in Epiro essent, ignarus eadem & in Italia esse, ad declinanda fatorum pericula, peregrinam militiã cupidus elegerat. Gessit cũ Brettiis bellum: sed iuxta vrbem Pandosiam & flumen Acheronta, nõ prius fatalis loci cognito nomine quam occideret, interficitur. Morienq; non in patria fuisse sibi periculosam mortem, propter quam patriam fugerat. Corpus eius Thurii publicè redemptum sepulturæ tradiderunt. Idadrus Liuius ab vrbe condita lib. 8 scribit. Hanc vrbem aliquando Lucanorum fuisse Theopompus apud Plinium tradit. Signabant Pandosini denario Apollinem, & ex postico tripodem. Hic ingens serici copia fit. Nascitur in hoc agro gypsum, & silex. Non longe Cyterium oppidum est, quod Isteria immunitatis Cyrenæum vulgus appellat, ab Oenotrijs conditum: Cyterium ait apud Stephanum Hecatæus, Oenotrorum vrbs est mediterranea, à qua oppidani Cyterini. Situm est edito loco in radicibus Appennini, cui mõs sublimis imminet Casucinus ab alto cacumine dictus, nobilibus ac salubribus herbis apletus. In hoc monte bolum nascitur haud ignobile, & fragarum copia ingens. Inde est Consentia ciuitas nobilis, diuitijs polleus, & vetustissima, inter Crathim & Basentum amnes, ab Ausonijs, aut certe ab Oenotrijs condita. Nã vt dixi, ante Oenotrij & Pencetij in Calabriam aduentum, Aschenazi posteri Ausonis siue Ausonii à Græcis dicti, vniuersam regionem, vrbes in ea rarè tamen condentes, incoluerunt. Inde Oenotrij aduenæ vrbes in ea crebras extruxerunt. Post vero Troianum excidium, præter alios Græcos, Phocenses & Philoctetes multas vrbes in ea condiderunt. Est Consentia declini loco sita Septentrionem spectans, atq; à Nicreto idest Tyrrheno mari m. p. duodecim distans. Ab vrbe ad orientale vsq; fretum vallis est amœnissima ad xl. m. p. longitudine, Crathi fluuio nobili & piscolento, de quo alibi plura, aliisque plurimis fluuiis, qui Crathi miscentur irrigata, ac crebris oppidis in speculis collibusq; sitis ac villis vndique cincta. Nam parte læua sunt Domanicum, Menecina, Carolenum, Pandosia, Arintha, Mensalitum, Regina, Lataracum, Toranum, Marcum, Regianum, Fagianum, Tarsia, Terranoua, & Albanorum, vici complures. Parte vero dextra sunt Castionum, Lucii, Rosa, Acra, Besidia, Terranoua, & item Albanorum vici frequentes. Qua vallis rerum omnium vber-

Digitized by Google

ubertate referta est, nam frumenti & alicubi vel si- A
liginis & aliarum frugum ferax est. Fiunt omnis ge-
neris fructus optimi, in quibus castaneæ laudantur, nõ
quæ ex natiuis, sed ex insitis castaneis proueniunt, un-
de & insertas castaneas vulgus appellat. Fiunt item
hortensia non vulgaria, ac vina, olea, mella, lina, can-
nabis, gossipium, sesama clara, legitur passim manna.
Extant & læta pabula, atq; in planis ancupia, in mõ-
tibus venationes perpulchræ fiunt. Sunt & sylua glan-
difera, & sylvestres. Fluuij omnes, quibus planicies hæc
ex utraq; parte irrigatur, piscosi sunt, in quibus, præ- B
ter cæteros piscus, torentina capiuntur. Cingitur &
utrinq; Consentia ditionis suæ subiectis crebris castel-
lis, de quibus mox. Est Consentia sedes Archiepisco-
palis cui Montaltina sedes adiuncta est. Quam vnã
ex antiquioribus ecclesijs regni Siciliæ esse, Innocen-
tius Papa huius nominis tertius ad Consentinum Epi-
scopum scribens, asserit: cuius consuetudines quod se-
rum canonibus non contrariãtur, immutari nolit. De
qua Ioannes Ioachimus Abbas super Esaiam inquit:
Licet opprimi habeat in futurum ecclesia Con- C
sentina, quæ cum Israel Carmelo, tertio Regũ,
vicina concordat in spiritu: ad eam tamen ac si
ad alteram Bethlehem angelus sani consilij diri-
getur. Qui filios eius ad interiora solitudinis
transferat, & seculares Aegyptios tyrannorum
furijs derelinquat. Iulianus Episcopus Consentinus
interfuit Synodo Constantinopolitanæ sextæ, quæ sub
Agathone Papa celebrata est. In ede Episcopali mul-
torum sanctorum frusta asseruantur. Sunt enim cal-
citinus Gregorij Nazian. brachium Martini Epi- D
scopi, Brachium Hippolyti, & brachium Bernardi
Abbatis, tibia beati Hieronymi frustum crucis domi-
nica, & crucis Andreæ Apostoli, pollex Rhodes, qui
fuit vnus ex LXXII. discipulis. Est & arbuscula &
arcula cum frustis ossium multorum sanctorum. Item
in ara maxima recondita sunt frusta crucis dominicæ
vestis beatæ Mariæ virg. & manna Ioãnis Euang. ba-
culi Pauli Apostoli: frusta Annæ, Simeonis Iusti,
Marci & Lucæ Euangelistarum, Stephani Prot.
Dionysij Areopagitæ, Xisti, Cornelij, Syluestri. & E
Damasi Rom. Pont. Blasij, Laurentij, Anastasij, Pri-
scæ, Martini, Nicolai, Hilarij, Basilij, Malachiæ, Ma-
riæ Magd. Teclæ, Sabinæ, Agathæ, Luciæ, Euphemiæ,
& Samaritanæ, cũ qua locutus est domin. In ara à par-
te meridi. sunt frusta Ioannis Bapt. Zachariæ patris e-
ius, Ioseph ab Arimathia, Eufratæ, qui fuit vnus ex
lxxii. discipulis, Fabiani Papæ, Donati, Gerualij, Pro-
tasij, Sebastiani, Luciani, Iuliani, Bonifacij, Panta-
leonis, Cosmæ, Eustachij, Marcelliani, Antonij Abba-
tis, Macarij Abbatis, Constitij & Iustinæ. In ara à F
parte Aquilonari beato Petro & aliis Apostolis dica-
ta recondite sunt frusta crucis dominicæ, pars crinium
Petri Apostoli, frusta Pauli, Andreæ, Iacobi, Philippi,
Matthæi, Matthiæ & Bartholomæi Apostolorum:
Clementis & Bonifacij Rom. Pont. pars crinium Gre-
gorij Papæ, frusta Ioannis Chrysost. Camesini & Ca-
taldi Episcoporum, Rhodos, Nerei, Achillei, Mer-
curij, Christophori, Georgij, Dariæ, Vitaliani, Hele-
næ Augustæ, Cæsarij, Cyriaci, Tiburtij, Pancratij,
Luciæ, Geminiani, Primi & Feliciani, Felicitatis,
Luciæ, & Agnetis. In templo minorum beati Ioannis
eiusdem ordinis cœnobitæ corpus quiescit. Fuit Con-
sentia, ait Strabo, Brettiorum Metropolis. Quã An-
nibal, capta Petelia expugnauit, quæ ante annum cũ
aliis multis circumuicinis vrbibus in fidem P. R. re-
diit, vt scribit Liuius. Est Reinæ statua qua Consen-
tini Iulium Agrium donarunt. In cuius Superiori
parte hi versus dimidiati extant. Iulii. Arciani V.C.
& in l. In basi vero statuæ: Iulio Agrio Tarrute-
nio Marciano V.C. & in l. Nobilitate, iustitia
clementia. Conspicuo & à primo ætatis flore.
Probato quæst. candidato pro Consuli Siciliæ,
pro cons. Orient. Legato amplissimi ordinis tert.
Vrbi. iudici sacrarum cognitio. Item ob egre-
gia eius in Sena. Quod illis summus in cuius
loc.. Per annos triginta sententia. vetustate
præfucet. eique ea honesta seu iusta consen. No-
bilissimus ordo Consen. Statuam meritæ eius
perpetua ætate primus agens cum suis. In Basen-
to amne sepultus est Alaricus Gothorum rex, qui Ra-
dagiso fuerat suffectus. Ait enim Iornandes eo in libro
quem de rebus Geticis scripsit: Alaricus subito im-
matura morte præuentus rebus excessit humanis. Quem Geti nimia dilectione lugentes, Ba-
sentum amnem iuxta Consentiam ciuitatem de
alueo suo derivant. Nam hic fluuius à pede mõ-
tis iuxta vrbem dilapsus fluit vnda salutifera. Hu-
ius ergo in medio alueo collecto captiuorum a-
gmine, sepulturæ locum effodiunt, in cuius fo-
ueæ gremio Alaricum cum multis opibus obru-
unt, rursusque aquas in suum alueum reducen-
tes, ne à quoquam quandoq; locus cognosceretur, fossores omnes interimunt. Idipsum scribit
Paulus Diaconus. Apud Basentum quoq; Otho Fe-
dericus Cæsar à Basilio Constantinopolitano regu su-
peratus, scapham conscendens salutem sibi fuga qua-
sivit. Afrorum rex quidam, qui magnam Calabriæ
partem occupauerat, dum Consentiam oppugnat, ful-
minis ictu diuinitus in ipsa oppugnatione interijt. Fuit
Consentia depopulata & combusta ab Agarenis, an-
no a partu virgineo Dcccclxx. Ioanne xii. Pontifice.
Hic nobile emporium quoto quoque anno celebratur,
fiunt opera figlina, & præter reliqua ferramenta, cul-
tri fiunt. Atque, quòd ciuitas in umbilico ferè Cala-
briæ sit, & rerum vbertate polleat, regionis præses resi-
det. In Consentino agro, ait Varro rei Rust. libro I. po-
mus bifera erat: quam tamen Plinius libro 15. trife-
ram fuisse dicit. Nascitur in hoc agro vinum bonita-
te mirificum, cuius meminit Plinius libro 14 illud in-
ter præclara Ausoniæ, id est, Calabriæ vina enumerãs.
Vbi sic scribit: Verum & longinquiora Italiæ ab
Ausonio mari non carent gloria Seruiciana, &
Consentiæ genita, & Tempsæ, ac Balbiæ, Luca-
naque, antecedentibus Thurinis. Omnium ve-
ro eorum maxime illustrata Messallæ potu ac sa-
lute Lagaritana, non procul à Grumento nascen-
tia. Laudantur præter cætera hortensia & Consentina
inubi

mubi satiua, & brassica. Est & coriandrum & fa-
nigracum. Et Castanee, quas insertas vocant, quòd
ex insitis castaneis fiant: sunt enim crassa & oblonga.
Secundum Consentinam arcem, quæ imminet vrbi,
aurum & argentum & plumbum nasci fertur. Fuere
operæ figlina. Sunt in Consentino agro syluæ glandiferæ
ad porcos alendos opportunæ. Est & in hoc agro Sila
Syluæ, pice terebinthina nobilis. De qua Strabo lib.
sexto sic scribit: Est silua picis ferax optimæ, Brettiana dicta, proceris arboribus, & aquis recentibus referta ad LXXXVII. longitudinis. Meminit & Sila Maro lib. XII. quam vocat ingentem, & pulcherrimum taurorum armentis frequentem esse ostendit. Meminit & Sallustius de fugitiuis loquens. Hanc inter veteres Vibius primus. Est & crebris & ijs pisculentis fluuijs opplens, quorum torentina laudatissima sunt. Arborum mira est frequentia ac varietas: nam alicubi pinastri frequentes tantum nascuntur, alicubi tedæ crebræ: alibi aliud arborum genus. Atq; ita tam vasta Silua arborum varietate distincta est, vt id naturæ opus mortalium solertiæ distributum videatur. Est & Sylua hæc venationi & pabulis mirifice accommodata. In loco Miliano dicto sal fossile, in loco, cui Machua germana nomen est, aurum & plumbum, in colle nigro dicto lapidem molarem nasci ferunt. Nascitur & in Sila hac frutex rubo minori simulis, fructus ferens similes fragis, paulo minores, gustu suaues, frabôsis vocant. Nascitur & arbor, cacomalum vocant, fructus ferens simules prunis, colore electri. De huius Silæ pice meminit Columella libro XIII. & Vegetius sæpe libro 4. Veterinariæ, & Scribonius Largus medicus, qui Tiberij principatu fuit. Celebratur & hæc pix à multis medicis. Dioscorides enim libro primo eam commendat ait: Pix priuatim sicca vel spissa probatur, quæ pura pinguisque est, odorata, resinosa & leuiter rutila, talis Lycia & Brettia est: coniuncta est simul picis & resinæ natura. Meminit & Galenus Antidotorum libro secundo in emplastro Menippi, & libro tertio de copia medicamentorum, & de compositione pharmacorum libro octauo, & alibi sæpe. Item Paulus Ægineta in tertio libro de arte medendi, & Aetius libro XV. Plinius etiam libro quartodecimo eam impendio commendans. ait enim: Pix in Italia ad vasa vino condendo maximè probatur Brettia. Fit è picea resina. Et rursus: Picis duo genera spissum & liquidum: spissarum vtilissima medicinæ est Brettia, quòniam pinguissima vtraq; præbet vtilitates. Et libro XV. Picinum oleum laudans, docensq; quomodo fit, inquit: Oleum in Italia ficticium picinum dictum fuit, cum concõquitur, velleribus supra halitum eius expansis atque expressis, probatum maxime è Brettia resina, est enim pinguissima & resinosissima. Ex hac vrbe fuit Theolepharus presbyter & eremita vir non mediocriter doctus, & sanctimonia præditus. Qui sacris initiatus hominum consuetudinem declinans, eremum petijt, vbi deq; noctuq; Deo famulabatur. Hic res futuras nosse percupiens, apud Thebas Calabriæ vrbem nunc Lucy dictam, admodum supplex & mœrens magis orationibus & lachrymis die ac nocte, nec non & ieiunijs Deum precabatur, quo mala ecclesiæ imminentia sibi reuelare dignaretur. Vix tandem à virgineo partu anno MCCCLVI. diluculo Resurrectionis dominicæ, ei leuiter dormienti angelus domini virginei vultus, altitudinis cubitorum duorum, duabus longe nitentibus ornatus, candida talariq; veste amictus, apparuit. Atq; ipsum dulcib alloquens verbis, quæ iamdudum soore concupierat, sibi aperuit. Inuenit etiam apud Thebas inter cætera libellos Cyrilli, & Ioannis Ioachimi, & Lucæ præsulis Consentini historias. Edidit de statu Ecclesiæ & tribulationibus futuris libruum. Obijt senio confectus. Huic Lucas monachus fuit, & Ioannis Ioachimus alumnus, qui ob morum probitatem & vitæ sanctitatem in Archiepiscopum Consentinum electus fuit. Scripsit quædam de Ioachimo magistro suo, & historias à natali domini vsq; ad annum MCCXVI. Fuit & ex Consentina ciuitate Ianus Parrhasius præstanti ingenio ac iudicio vir, & flagranti studio, ac doctrina longe præditus, poeta idemq; orator, Latinæ Græcæque linguæ sane quam eruditus, nulli sui seculi secundus. Mediolani bonas litteras publicè est professus, tanta facundia & doctrina, vt Triumuirus sexagenarius ac summa dignitatis vir inter frequentem iuuentutis caternam conspiceretur. Inde Leone decimo Rom. Pont. conducente venit in vrbem, professus est in ea publicè bonas litteras. Duxit vxorem Demetrij Chalcondylis filiam, qua felici cognatione & socer & gener vtriusque linguæ imperium tenuerunt. Edidit commentarios in Claudianum, & in Nasonis Ibin recondita eruditione refertissimos. Scripsit & in Poeticam Horatij, & libellum de arte dicendi, & in Epistolas Ciceronis ad Atticum. Edidit & fragmenta quædam fortasse Linguæ latinæ aut artis grammaticæ, cuius rei meminit Aldus Manutius libro quarto inst. gram. Ait enim: In fragmentis illis antiquis sine nomine, quæ Ianus Parrhasius homo vtriusque linguæ doctissimus, cum Mediolani publicè bonas literas profiteretur, edidit. Nouissimè autem in manibus erat pene absolutum volumen de rebus abstrusis per Epistolam quæsitis Valgium Ruffum æmulatus, quod quinq; & viginti libros continebat. Scripsit & super Epistolas Ouidij, & in primam Epistolam commentum de opere per Epistolas, vbi ait: Copiosius & distinctius ostendam in eo opere, cui nomen feci de rebus per Epistolam quæsitis. Nunc autem, quia plerique alieno ingenio ac labore, & eruditorum nomen induunt, & magnum quæstum faciunt, quædam Parrhasij opera sub aliorum nomine legunter, tempore, & nominibus, ad quos scribebat, & fortasse phrasi quoq;, quo magis furtum lateat, immutatis. Id quod Carolus Iardinus eius alumnus præsagiens semper querebatur. Iam certe commentarij in Ciceronis Epistolas ad Atticum in Sirpandi, & inde ab eo in Pauli Manutij manus cum peruenerint, sub eius nomine leguntur. Et quidem vel ipse aliquando mecum loquens, se eos à Sirpando habuisse fassus est. Fuit & ex Consentina vrbe Petrus Paulus Parisius Pontificio & Cæsareo iure consultissimus, qui Patauij & Bononiæ plures annos frequente iuuentũ cœtu publice Romanum ius est professus. Inde à Paulo Rom. Pont. huius nominis tertio Romanæ Ecclesiæ car-

dinalium ordini est additus. Opus ingens & preclarũ ciuilis iuris consilia continens edidit. Fuit & Antonius Thilesius vir impensè eruditus. Edidit librum de coloribus, & coronis, & librum elegiarum, & tragœdiã, quæ inscribitur imber aureus. viuit modo Bernardino eius ex fratre nepos, Græca lingua eruditus & philosophus scripsit de principijs naturæ libros duos. Fuit & Coriolonus Martiranus Marci urbis, de qua diudum dixi, antistes spectatæ virtutis vir, vtraq; lingua satis eruditus. Scripsit tragœdias, Medea, Electra, Hippolitus, Baccha, Phenissa, Cyclops, Prometheus, Plutus, Nubes, Odyssea libros XII. Batrachomyomachia, Argonautica, Epistolarum librum vnum, & alia quadã, quæ nondum sunt impressa. Fuit & Ioannes Antonius Pandosius Campanus Episcopus. Scripsit de prædestinatione & gratia, de arbitrio, & operibus, de vera Christi carne & sanguine: de cœna Domini. Viuit modo Ioannes Thomas eius ex fratre nepos: qui scripsit de speculo comburẽte libros duos, de practica arithmetica, & geometrica demonstratiua librum 1. de Mechanica librum 1. Archimedis omnia opera explicauit. Fuit & Ioannes Baptista Amicius. Qui iuxta Peripateticorum placita cœlestium corporum motus descripsit, nullis vsus eccentricis aut epicyclis, res ab antiquissimis Philosophis & mathematicis tot secula frustra tentata. Et ni immatura morte fuisset præuentus, aggressus esset maiora. Egit diem supremum annum natus vigesimum septimum. Sunt in Consentino agro pagi circiter centum, quorum pleriq; sunt oppidis magnitudine pares. Omnes autem in viginti duas præturas, siue XXII. corpora distincti. Horum primum est Castionum nõ longe ab Crathi amne in colle atq; natura egregiè munitum, amœno loco situm. Non longe ab vrbe Arenthum flumen labitur, qui Crathi miscetur. Ager hic frugibus, oleribus, & varij generis fructibus fœcundus est: affluit oleo & vino, fit & sericum optimum, & legitur manna. Oppidum clarius reddidere duo Cæsarij, pater & filius, Ioannes Antonius, & Ioannes Paulus. Ambo ingenio & doctrina clari. Quorum ille grammaticæ institutionis rudimenta, & notationes in Linium edidit, & quatuor millia carminum. Reddidit Plutarchi opusculum de immoderata verecundia Latinè. Hic vero vtraq; lingua eruditus, nunc Romæ Latinas literas publicè profitetur. Scripsit in primum librum odarum Horatij, scripsit & poemata. Non longe ab oppido Arenthum flumen labitur. Sapanum beato Francisco venerandum. Fuit hic Sancta vita vir, militauit Christo sub habitu Eremitarum diui Augustini, eius corpus Suberati iacet. Lapanum, Rubetum, Cœlicum Ioanne Ioachimo Abbate gloriosum, & prope Iouinum flumen torrentinis uber fluit. Secundum quod aurum & ferrum nasci ferunt. Fuit Ioannes Ioachimus Abbas Mauri Tabellionis & Gemmæ filius. Qui non sine futuræ sanctitatis portento conceptus fuit. Siquidem matri, cum Ioachimum concepisset, iuuenis quidam forma decorus, & lineis candidis vestibus amictus per quietem apparuit, eiq; dixit: Puerum concepisti, quem cũ pepereris, si ipsum viuere cupis, ante septennium baptismatis fonte lauari ne finas. Eo vnato patri super aram diui Michaelis Archangeli, quod sacellum non longe à domo sua aberat, puerũ aspicere videbatur, cuius vertex templi tectum tangeret, & chorum astantem albis vestibus indutum alta voce concinnentem, Puer natus est nobis alleluia, & filius datus est nobis alleluia. Elapso septennio cum pater diem baptismatis statuisset, mater grauiter ægrotare cœpit, eoq; morbo decessit. Atq; tribus alijs annis defluxis, decimo anno non sine mysterio puer baptizatus est, & vsq; ad quartumdecimum grammaticæ operam dedit. Atq; non multo post Hierusalem religionis gratia perrexit, quo itinere inopes quosdam sumptibus aluit. Et monachalem habitum albi coloris & asperum sumpsit. Cumq; deserta quædam loca esset ingressus nimia siti confectus, mori veritus fabulo se obruit, ne insepultus feris esibus foret, ac dum scripturarum intelligentiam meditatur, sopore corripitur. Et ecce olei flumen, & iuxta hominem stantem cernere, sibique dicentem: bibe de hoc flumine, eiq; ad satietatem bibere videbatur. Cumq; euigilasset totius diuinæ scripturæ intelligentia illi patuit. In monte, in quo CHRISTVS se transfiguraut, in cisterna quadam veteri totam quadragesimam vigilijs, obsecrationibus, ieiunijs, hymnis & psalmis vacans transegit. Nocte vero resurrectionis dominicæ ingens illi claritatis splendor apparuit. Atq; ita cœlesti numine afflatus est, vt vtriusq; testamenti concordiam, omnesq; difficultates & inuolucra intelligeret. Quare totũ se diuinis lectionib. dedit, vtraq; opera tũ cœpit, concordiã duorum testamentorũ, expositionem in Apocalypsim, & Psalteriũ decem chordarũ. Ex Hierosolymis in Siciliam concessit, vbi in quadã specu latitans iejunijs, & orationib. vacabat, & die Mercurij, Veneris & Saturni nil prorsus gustabat. Postea in Calabriam transmisit: & sacris initiatus monasterij Coratij abbas eligetur. In eius vita nulla erat intercapedo laboris, semp enim aut orabat, aut legebat, aut scribebat, ficq; pernoctabat assiduè. Orabat flexis genibus, manibus & oculis in cœlum erectis, vultu alacri angelicum præ se ferens vultum, ac si Christum præsentem alloqueretur. Quotidie altaris sacra peragebat, ac ipsæ lachrymabatur. In monasterio, cui nomen est Petralata totam quadragenam dominicis diebus exceptis panem tantum & aquam gustabat potius, q̃ edebat. Claruit multis miraculis. Scripsit libros quinque concordiæ vtriusque testamenti, quod pridem, vt dixi, inchoauit, adhortante eum Lucio Papa huius nominis tertio, & inde Vrbano & Clemente subentibus, vt in epistola ipsius Clementis ad illum directa videre licet. In quibus de quinq; sigillis agens eximia & arcana mysteria enodauit: & in quinto nonnulla Danielis, & aliorum Prophetarum capita dilucidauit. Expositionem quoq; Apocalypsis octo partium tubulis insignitum dictorum pontificum iussu lucubrauit: Item psalterium decem chordarum tribus voluminibus distinctum exaraunit, quorum primum dedicauit Deo Patri, secundum Filio, tertiũ Spiritui Sancto. Quod opus die Pentecostes, vt ipse dicit, inchoauit. scripsit & in Euangelium Ioannis, & contra Indeos, & super Merlinum, & in Cyrillis reuelationem, & librũ de flore nuncupatũ de summis pontificibus, & librum de consolatione, & sententiarũ volumen egregiũ, & in Heroldum

Item

Item Henrici sexti Cæsaris regatu anno à Christo nato M.CLXXXXVII. ad eundem, vt ipsemet super Hieremiam ferr, in Esaiam, & in nonnulla capita Nauum, Abacuch, Zachariam, & Malachiæ prophetarum. Scripsit & in Hieremiam, in quibus se spiritum prophetiæ habuisse manifestum est. Pleraq; enim est vaticinatus, quorum multa adimpleta sunt, cætera adimplenda supersunt. Nam & Græciam ob in Romanam ecclesiam perfidiam gentibus dandam, & prædicatorum hc minorum ordinis initiatores mox futuros, quin etiam in sanctis ecclesiæ esse prædixit. Et quidem cum hæc præsagiuit, ipsi in mundo erant, sed qui futuri essent ignoti: ordines autem initiarunt paucis post annis quam ille prædixerat, vtpote diuus Dominicus tribus, diuus Franciscus nouem. Quos vel Venetijs in diui Marci delubro, quod Salomonis templi instar fieri curauit, effingi fecit. In cuius pauimento, parietibusq; ac fornicibus, testudinibusq; simulacra alia pleraq; effigiata emblemate, vermiculataq; opere futura portendentia, quæ in dies exitus comprobat, formari atq; effingi fecit. Efflauit animam in monasterij Floris loco, qui canalis dicitur, cœnobitis suis benedicens. Eius corpus postea in monasterium Florense translatum est. Ex cœnobitis eius, qui ipso viuente sanctitate floruerunt, hi sunt, Peregrinus, & eius frater Bonatius, quibus futurum & proximam tribulationem reuelauit. Lucas eius scriba, qui postea Episcopus Consentinus fuit, Gerardus Abbas, Ioannes & Nicolaus, quorum alter Abbas monasterij Ceratij fuit, alter istius vices gerebat: item Matthæus, qui post Ioachimum Abbas Floriacensis fuit, & postea Gerentinus Episcopus, Rogerius Diaconus Ecclesiæ Squillacensis, Petrus & Nicolaus. Qui omnes sancta vita viri extiterunt. De Abbate autem ipso Ioachimo Guilelmus Parisiensis in libro de virtutibus sic dicit: Debes scire, quia donum intellectus tantæ claritatis est & acuminis in quibusdam, vt valde assimiletur spiritui prophetiæ, qualem crediderunt nonnulli fuisse in Abbate Ioachimo. Et ipsemet de seipso dixisse dicitur, quia non erat ei datus spiritus prophetiæ, sed spiritus intelligentiæ. Si quis autem respexerit libros eius, quos scripsit super Apocalypsim, & super concordiam duorum testamentorum, mirabitur donum intellectus in eo: verum in libris super prophetas liquet fuisse in eo spiritum prophetiæ. Licet quidam diuinarum literarum ignari negent ipsum fuisse propheram, quòd Christus Apostolis dixerit: Non est vestrum nosse tempora vel momenta: & alibi, omnes Prophetæ & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt. Quod vtiq; de primo Christi aduentu intelligendum est, vt Hieronymus in Matth. & in Amos, & Ioan. Chrysost. & Athan. in secundam Epist. Pauli ad Cor. & Aug. contra Faustum asserunt. Iam vero in ecclesia, quæ erat Antiochia, prophetas fuisse Lucas in actibus Apostolorum scribit. Et Agabus, & quatuor Philippi filiæ, & Corinthij, & Apostoli ipsi prophetauerunt, vt passim in Epistolis Pauli videre licet. Et Iustinus Philosophus & martyr apud Eusebium Ecclesiastica historia libro quarto, vsque ad eam tempora suæ prophetiæ gratiam in Ecclesijs floruisse ait. Quid multis opus est verbis? Cum Ioël Apostolos, absq; in ecclesia prophetaturos prædixerit, vt Petrus in Actibus Apostolorum dicit, & Christus se ad Iudæos, inter cæteros, prophetas etiam missurum ab ipsis in Synagogis suis occidendos dicit. Nam ait Amos, non faciet dominus Deus verbum nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Cur autem Deus secreta sua seruis suis reuelat, & quare non necesse est omnia fieri, quæ dicit, quis scire cupit, legat Hieronymum in Ionam, & in Ezechielem. Alij quidam Ioachimum vti hæreticum calumniantur, quòd Innocentius tertius libellum quendam Ioachimi nomine, hoc est, iniustam aduersus Petrũ Lombardum reprehensionem in concilio damnarit. Cum ipse, in epistola, quam propria manu exaratus similiter & humiliter fatetur, se eam fidem tenere, quam Romana tenet ecclesia, ubiq; cuncta sua opera composita & componenda summo Pontifici assignari, qua ipsemet morte fortasse præuentus offerre non valeret, Apostolicæ sedis iudicio approbanda & corrigenda. Idipsum Innocentius ipse in decretalibus illa asserit. Extat in bibliotheca Vaticana epistola Honorij tertij Rom. pont. ad episcopum Lucan. in fauore Ioachimi aduersus obtrectatores, quæ hæc est: Ad audientiam nostram nouerimus peruenisse, quòd cum abbatem & monachos ordinis Floris de crimine hæreticæ pranitatis infamas, & à tuis permittis subditis infamari, sumens occasionem ex eo, quòd felicis memoriæ Innocentius Papa prædecessor noster libellum siue tractatum, quem abbas Ioachimus eiusdem ordinis institutor edidit contra magistrum Petrum Lombardum de vnitate seu essentia Trinitatis, generali approbante concilio damnauit. Cum igitur idem prædecessor noster in sententia prædictæ damnationis expresserit, quod per hoc Florensi monasterio nolebat aliquatenus derogari, quoniam in eo & regularis est institutio, & obseruantia singularis, idemq; Ioachimus omnia scripta sua ipsi prædecessori nostro assignari mandaret Apostolicæ sedis approbanda iudicio, vel etiam corrigenda, dictans epistolam, cui propria manu subscripsit, in qua firmiter confitetur se illam fidem tenere, quam Romana tenet ecclesia, quæ disponẽte Deo mater est cunctorum fidelium & magistra: Fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, atq; præcipimus, quatenus fratres ordinis supradicti super hæreseos crimine nec ipse infamare præsumas, nec à subditis tuis permittas, seu aliquatenus dissimules infamari. Datum Romæ apud Sanctum Petrum IIII. Nonas Decembris pontificatus nostri anno primo. *Post Calicum, Spatianum est, cum fonte nobili, hic marmor effoditur. Inde est Spatianum iterum, vbi aurum & ferrum nasci dicitur: ex huius corporis vico quopiam, cui Casulæ nomen est, fuit Antoninus Ponta vtraque lingua eruditus. Pedatium, hic etiam aurum nasci fertur, nec longe Cardonum flumen auriferum labitur, quod cadit in Crathim, terentinis aureis maculis sparsis fœcundũ. Ex huius corporis vico quodam, qui Serra dicitur, fuit*

Ioannes Craſſus vtraq; lingua ſatis eruditus, poeta & orator clarus, ingenij acumine & memoria tenacitate pollens, fuit & accumulata virtutis vir. Inde eſt Petraſicta, & iuxta Iſpica fluuius labitur. Hic plumbū & chalcanthum & ſal foſſile naſcuntur. Aprilanum, ſecundum quod Crathis fluuius oritur. Hic præter alia ferramenta, cultri fiunt nobiles, & ſclopimachinulæ. Filinum, Magonum, Rublanum, & iuxta Sabatum flumen labitur, incolæ bouina coria, & ſoleas optime concinnunt. Fiunt & hic ſalſamenta optima vt farcimina, perna, pet aſinesq; ex huius corporis vice Ferueto dicto, fuit Nicolaus vtraq; lingua eruditus, & bonis moribus præditus. Scripſit librum de rebus ſaeris, & Syluarum libros quatuor, conqueſtionis Italiæ, heroico carmine librum. Carpacianum, Syllanum, cuius incolæ pectinibus conficiendis & lanificio plurimū vacant. Nam & aula, & tapeta, & ſitarchas texunt, & lodices, quas quod alicubi ex caprina lana fiant, capritas vocant. Altilia. Nec longe Crepiſitum vicus eſt, vbi ſpecularis lapis naſcitur. Maleſum, ex quo fuit Carolus Iardinus Parrhaſij alumnus, acerrimus ingenij vir, Romanæ facundiæ haud inglorius, Græca quoq; lingua apprime eruditus. Sed enim in literarum ocio ſe mirum in modū accinxit. Romæ bonas literas publice eſt profeſſus. Rebus exceſſit humanis iuuenis admodum. Paternum cum emporio annue. Incolæ hircinis, veruecinisq;, & ouinis pellib. aptandis dant operam. Depinanum, cuius incolæ æreis vaſis conficiendis nauant operam. nam & lebetes, & ahena, & ſartagines & pelues & cacabos, & alia eiuſmodi vaſa optime conficiunt: Theſſanum, Donitium, hic chalcanthum naſcitur, & prope Album flumen labitur. Per omnia autem loca hæc generoſa vina fiunt, & præſertim Rublani. Fiunt & lina nobilia eius generis, quæ ſemina vocant. Extant & in Conſentino agro pulchra boum armenta. Supra Conſentiam Menecina oppidum eſt, Oenotrorum vrbs mediterranea, ait Hecataus apud Stephanum, ciuis Menecinus. Ager hic frugifer eſt, ſit ſiligo, & lens laudatiſſima, & caſtaneæ optimæ, quas inſitas vocant, & optimi ſerici copia, naſcitur & ſilex. Non longe à Menecina Caroleum oppidum eſt, Ixias olim dictum, vrbs quoq; Oenotrorum mediterranea contra Menecinam, ait idem Hecataus eodem Stephano referente, & prope Baſentum flumen labitur. Hic etiam ſiligo ſit, & caſtaneæ inſitæ, & ſericum, naſcitur & ſilex, inter reliqua hortenſia cerules laudantur cinaræ, quorum ingens numerus ſit. Ex hoc oppido fuit Baſilius Latina lingua eruditus. Iuxta Carolenum Domanicum caſtellum eſt cum ſiligine & caſtaneis, quales fiunt Carolei agro. Ad mare Fligidum oppidum eſt freto imminens, quod eiuſdem nominis fluuius adlabitur, diſtat à Niceto m. p. VI. hic optimi ſerici numerus immodicus ſit, naſcitur & vinum non vulgare, ſunt in hoc agro Syluæ glandiferæ ad porcos alendos commodæ. Ex hoc oppido fuere Franciſcus Maioranus & Antonius Bonius integerrimæ vitæ viri, beati Franciſci Paulitani ſocij: ſunt in hoc agro vici Falcunaria, & Longoburgum, ex quo fuit Archangelus itidem ſancta vita vir, et beati Franciſci Paulitani ſocius. Poſt Fligidium Bellimontum oppidum eſt in tumulo ſitum à loci amœnitate dictum, milliario à mari ſepoſitum, abeſt à Fligidio m. p. VI. Hic marmor naſcitur. Sunt et horti nemoroſi citrorum, limonum, et malorum aureorum. Fiunt et omnis generis fructus, et hi præcoces. Dein Verres fluuius cadit in mare: eſt et eodem nomine promontorium. Linum quondam dictum, quod Lycophron, vt mox oſtendemus, appellat iugoſum, et contra ſcopuli adiacēt duo. Exin Amanthea ciuitas occurrit, maris ablutur. Amanthea enim nympha eſt, quaſi per arenam currens, egregiè loci natura, inde vero poſtea manu munita, quam Catocaſtrus fluuius adlabitur: ciuis Amantheanus. Diſtat à Verre promontorio milliario, à Belimonte m. II. Hanc Nepetiam eſſe arbitror, à qua Antiochus apud Strabonem ſinum hunc Nepetinum dixit. In æde diuo Bernardino dicata beati Antonij Scoceti minorum ordinis cœnobita corpus iacet, qui beati Franciſci Paulitani æuo floruit, & beati Joſue epiſcopi corpus quieſcit. Sedes hæc Epiſcopalis Tropeana eccleſiæ iuncta eſt. Hic optimi oleis copia fit, naſcitur caparis. Eſt in agro hoc Petreium vicus. Nec longe Lacū puſillum caſtellum eſt. Poſt vrbem, Oliua & Turbidū fluenta labuntur: & Cerica promontorium promittes. Tyleſium olim dictum, abeſt ab Amanthea milliario. Eſt & intus Tyleſium oppidum, Agellum nunc dictū, edito loco ſitum, & eiusdem nominis fluuius, diſtat à freto m. p. IIII. à Cerica promontorio III. Tyleſy & Lini meminit Lycophron in Caſſandra. Vbi ſic ait:

Alij autem colles inacceſſos Tyleſios,
Linique maritimi verticem ſupremum,
Amazonis conſortem munient ciuitatem,
Seruæ mulieris iugum recipientes,
Quam ferreā mitram ſtrenuæ puellæ habentes
Errantem ducet vnda ad peregrinam terram.

Super quibus verbis Iſacius ait: Tyleſium mons & vrbs & ſiluain Italia, & Linum promontorium Italiæ. Meminit & Stephanus. Arx eſt hic ſuper ſaxum [illegible]tura munitiſſima, celebrantur nundinæ quotannis. Hic iacet corpus beati Martini Beſidianenſis minorita. In hoc agro marmor effoditur, & gypſum coquitur è lapide. In ſiluis apri & alia id genus animalia ſtabulantur. Sunt & in hoc agro Serratum & Serra, vici. Inde eſt Petramala caſtellum, Cleta olim dicta, à Cleta Penteſilea regine nutrice condita, validis turribus vndequaque munita, à Crotoniatis euerſa, vt Lycophron in Caſſandra ſcribit, vbi ſic ait:

Crotoniatæ vero ciuitatē deuaſtabūt aliquādo
Amazonis perdentes intrepidam puellam,
Cletam reginam cognominis patriæ.
Multique prius terram ab illa dentibus
Mordebunt præcipitatæ, neque ſine laboribus
Turres deuaſtabunt Lauretę filii. Super quibus verbis Iſacius ait: Cleta Amazonis Penteſileæ nutricis fuit, quæ cum intellexiſſet Troiæ mortuā eſſe Penteſileā, nauigauit vt illam quæreret, pulſaq; ventis in Italiam peruenit: vbi cum ciuitatem condidiſſet, in illis locis regnauit. Porrò multo tēpore elapſo, exercitum ducētes Crotoniatæ, interfecerunt vltimā reginam Cletam.

Omnes

Omnes enim Cletæ vrbis Reginæ Cletæ dictæ sunt. Laura autem ciuitas est Crotonis à Laura Lacinij filia dicta, à quo Lacinium promontorium in Italia nomen accepit. In Petremala agro sal fossile nascitur. Non procul à Petramala Sabatium oppidulum est, & eodem nomine flumen nauigabile & pisculentum cadit in mare, Ocinarus olim dictus, de quo mox. Intus est Mamertum ciuitas vetusta, sedes episcopalis, Martiranum nunc dicitur, secundum quam Ocinarus fluuius, id est, Sabatium labitur, cuius meminit Antoninus Pius in itinerario. Dequa vrbe Strabo, vbi de Locris & Caulonia scribit, sic ait: Supra has vrbes mediterraneam Brettii occupant, vbi est Mamertum oppidum nobile, & silua picis ferax optimæ, Bretriana dicta. *Fuere Mamertini* viri bellicosi, Romanisq; amici & fidelissimi. Qui primi ac soli absq; Romano duce aut milite, Pyrrho, ex Sicilia à Tarentinis aduersus Romanos accito, occurrerunt, vt Plutarchus in eo scribit. Qui, Messana cū clade soluens, Tyrrhenumq; pontum legens transmisit in Italiam, ac Terineo sinui iuxta Lametum flumē appellens, ibi exercitum cum elephantibus exposuit, ibiq; fecit Tarentum per Neocastrensem & Mamertinum agrum, valle, quæ ab indigenis dicitur Decollatura, & per Silam siluam ad Crathis fluminis ostia. ait itaque Plutarchus ipse: Pyrrhus compluribus nauibus in Messanensi portu amissis, in Italiam peruenit. Mamertinorū haud pauciores decem millib. primo transgressu signis collatis dimicare cum non auderent, iniquis locis, impetu contra regem facto, totum exercitum turbauere. Ibi duo elephanti ex iis, qui posterius claudebant agmen oppressi, ipse rex à fronte discurreas aduersus homines bello assuetos magno cum periculo restitit: vulnere autem in capite accepto, cum paulo ex pugna cessisset, etiam magis extulit hostes. Quorum vnus præ cæteris ferox, procero corpore & splēdidis armis, superba voce regem, si viueret, in certamen prouocabat. At Pyrrhus ob hæc irritatus, iraque incensus, & sanguine fœdatus, truciq; aspectu terribilis in pugnam rediit hominem illum consequutus ita caput percussit, vi vi ictus, & virtute gladii vsque ad partes inferiores plaga descenderet, cederēque hinc inde diuisæ corporis partes. Hoc reliquos continuit, nè amplius persequerentur, quasi supra humanam vim Pyrrhum admiratos conterritosque. Ipse vero quod reliquum erat itineris secure profectus, Tarentum peruenit, Peditum XX. equitum tribus millibus secum adductis. *Signabant Mamertini in numo Martem nudum stantem, at galeatum altera manu ensem, altera hastam habentem, & iuxta ipsum scutum & thoracem, & ex altera facie gallum, qui Marti est dicatus, eiq; ob vigilantiam sacrificabatur: item Martis stellam, inscriptione Græca talis,* Μαμερτινῶν Βρεττίων. *Quandoq; signabant Martem tenentem equum, ex postico Apollinem. interdum signabant Martem galeatum sedentem in saxo innixum clypeo, & dextra hastam tenentem, & ex postico Apollinem. Interim signabant Iouem, & ex altera facie Martem cum hasta & clypeo pugnantē. Aliquandoq; signabant Iouem imberbem, & ex altera parte aquilam fulgur in pedibus habentem. Quandoq; ex postico Iouis signabant taurū. Interdum signabat ex postico Apollinem. In Mamertino agro vinū generosum nascitur, sic mel & sericum optimū, nascitur & lapis molaris, & lapis phrygius, & chalcanthum, & rubrica fabrilis, & color cyaneus. Sūt & in hoc agro pagi, Constitum, Mota, & Conflentū. Exinde ad fretum proficiscenti Nuceria oppidū occurrit, inter Sabatū & Grandū amnes, Terina reliquit, abest à mari m.p. II. circum Sabatum lutre sunt. In hoc agro vina & mella bonitate præcipua fiunt, nascitur & lapis phrygius. Sunt & silua glandiferæ ad porcos alendos opportuna, & sylvæ siluestres, vbi siluestrium animalium venatrones fiunt. Secus mare Terinæ oppidi vestigia vrsuntur. Terina locus eminet, ruprbus quaqua versū circūseptus, vbi sugiter benignæ spirant aurę, planities est satis magna vt vbi capax, vbi aer vigeat amœnissimus & salubertimus, abest ab Amanthea m.p. XII. Fuit enim Terina dicta à loci amœnitate, quod aer hic mollis sit & blandus, vbi incolæ, vt creditur, longam agebant ætatem, & vegeta ac felicia vigebant ingenia. Erutæ fuit ab Agarenis beati Nili tempestate, quo tempore vniuersa Calabria, Lucania & Apulia magnas calamitates perpessæ sunt. Abest ab Amanthea m.p. VIII. Collem hunc Sabatium flumen olim Ocinarus dictus adlabitur, cuius radices mare abluebat, sed nuper paululum recessit, & Terinæum scopulum, cuius meminit Plinius, nauem vocant nauta, reliquus in sicco. Meminit Terinæ Pomponius Mela, stemq; Plinius. Fuit Terina, vt Solinus, & Plinius, & Phlegon apud Stephanum scribunt, à Crotoniensibus condita, quo tempore vt quantum augurer, Cletā vrbem fustulerunt. De hac vrbe Strabo libro 6. ait,* Temesæ proxima est Terina, quam Annibal cū tutari se posse desperaret, solo æquauit, quatē pestate in ipsam confugerat terram Brettiam. *Solo, inquit, æquauit, mœnia vtiq; diruit, non vrbem. A Terina Plinius Terinæum Sinum nominat, eūq; ingentem esse ait. Siquidem a Lampete promontorio ad Vaticanum vsq; promontorium protenditur, cuius ambitus vno supra centum m.p. est. Meminit & sinus huius Thucydides. Quem interum Hebonienſem eram, Plinius appellat, a Vibone vrbe, sic & Cicero in epistola ad Atticum. Strabo autem ipsum Hipponiatem vocat ab Hipponio, id est, Vibone. Aristoteles vero Lameticum a Lamesa vrbe. Antiochus autem apud Strabonem Neporinum vocat, a Nepeti vrbe. Nuper Terinæ plumbei aquæductus cuniculi reperti sunt, inscriptione hac: L. Appius magister viarum. Meminit & vrbis huius Lycophron in Alexandra, in qua Ligia vnà Sirenib. interijt, sepultaq; est. Aio enim:*

Ligia vero in Terinam à fluctibus eiicietur
Per vndam natans, illamque nautæ,
Hanc quidem Phaleri
Littoribus sepelient in oris,
Ocinari vorticibus conterminam.

Lauabatque sepulchrum bouis cornua habens aquis Martis. *Super quibus verbis Isacius ait:* Ocinarus fluuius est iuxta Terinam, Mars, id est, robustus vocatus, & bouis cornua habens propter strepitum. *Quod autem fluuios cornutos, & boum cornua habentes inducunt, fortasse fit propter violentiam & strepitum vndarum. Maris enim non est fluuius iuxta Terinam, sed aris, vnde illud epitheton imposuerunt. Item Lycophron ipse:*

Alii rursum Terinam, vbi irrigat aquis
Ocinarus terram, puram eiiciens aquam,
Oberratione inhabitabunt laborantes amara.

Isacius: amara oberratione infortunati, vbi circa Terinam, Ocinarus fluuius terram irrigat, aquam puram eiiciens. *Cicero Tusc. primo de Elysio Terinaeo sic scribit:* Terinæum Elysium cum grauiter filii mortem mœreret, venisse in psychomatium quærentem quæ fuisset tantæ calamitatis causa: huic in tabellis tris huiusmodi versiculos datos:

Ignaris homines in vita mentibus errant
Euthymus patitur funere læto.
Sic fuit vtilius finiri ipsique tibique.

Notabant Terinæi in numismate Ligiam Sirenam, & iuxta tubam & lyram, & ex altera facie victoriam alatam in sella sedentem, & manu sertum habentem, quandoq; vero tenentem aquilam Græca inscriptione τερινέων. *Aliquando effingebant eandem Ligiam diadema in capite habentem, et ex postico victoriam alatam sedentem in sella, altera manu sertum, altera olea ramum, & quandoq; caduceum tenentem. Interdum signabant Apollinem, & ex altera parte solem. Mare hoc Euripum vsq; longe piscosum est: nam & paruorum & magnorum piscium, & præsertim thynnorum & xiphearum captio fit, quibus membratim dissectis cataria replent: capitur & corallium multis locis. Post Terinam Castionum oppidum offertur edito loco paulum à mari sepositum. Huius oppidi dominus est nunc Cæsar Aquinius, ex diui Thomæ Aquinij familia. Distat à Terina loco m.p. IIII. Hic vina & mella præclara fiunt, & gypsum coquitur è lapide, sunt etiam verricula thynnaria. Archestratus apud Athenæum libro septimo Thynnos, qui in hoc sinu capiuntur, mirifice laudat, ait enim de thynnis loquens:* Si forte Hipponii Italiæ perueneris oras, optimi erunt illic cunctorum. *Thynni biennio extedentes orcyni dicuntur, ante vero annum palamides. Non longe Subarum promontorium est, Brettium à Sallustio appellatum. Secundum quod Euphemia oppidum occurrit haud nimium à mari semotum, à Castione m.p. VI. distans, Lametia olim dictum à Lameto fluuio, quod adhuc nomen retinet.* Lametia, *ait Hecataeus, referente Stephano,* vrbs est Oenotrorum à Lameto fluuio dicta. *fuit Crotoniatarũ. Ab ea Lameticus & Lametinus ciuis, à qua Aristot. vt dixi, sinum hunc appellauit Lameticum. Meminit & Lametiæ vrbis Lycophron in Alexandra, vbi & Tyrrhenum vadum esse dicit: meminit & Philogenes referente Isacio in Lycophronem. Hinc ad Scyllaticum fretum m.p. sunt viginti, vbi Italia angustior est. Euphemia diui Ioannis fanum & diui Benedicti monachorum cœnobium, in quo diui Ioannis lacertus, & diua Euphemiæ caput, & pars quoad brachij Sancti Stephani proto. asseruatur. Sunt & nonnullorum aliorum ossea frusta. Haud procul ab oppido Lametum flumen nauigabile & piscosum labitur. In hoc agro iuniperus frequens prouenit. Supra est Neocastrum ciuitas, sedes episcopalis cũ emporio nobili, edito persilig; loco sita, fontibus riuisq; affluenti, distat à freto m.p. septem. Huius vrbis ager est frumenti & aliarum frugum ferax, & pascuus, sunt perpulchra limonum citrorum & malorum aureorum nemora, abundat & omnis generis fructibus, fit & optimi olei vbertas & vina ac mella præclara. Nascitur rubrica fabrilis: prouenit & iuniperus. Fiunt multarum alitum pulchra aucupia. Extat & silua glandifera ad porcos alendos opportuna. Est in agro hoc Blasium pagus, Turres olim Antonino Pio Cæsari in itinerario dictus, cum melle spectato, & balneis nobilibus, aqua sulphurea est, qua multis medetur morbis. Vico Marcinara, via qua Neocastro Catanzanum itur, lapis specularis nascitur. Post Neocastrum Ipoletum & Pesipum fluuij labũtur, qui Lameto miscentur. Supra est Lametum vicus, vbi marmor effoditur: & prope est Feroletum castellum cum melle optimo. Ex hoc castello fuit Matthæus Collacius eruditus vir, qui Venetijs Latinas literas publice est professus. Scripsit quadam. Exinde Maida oppidum nobile est, edito eoque amœno loco situm, olim Malanium dictum ab Oenotrijs conditum mediterraneum, ait Stephanus, ciuis Malanius & Malanienses. Orientem solem spectat, quod Panopletus, id est, bono omni repletus, fluuius perlabitur. Abest à freto m.p. octo. à Neocastro totidem. Hic vina & mella laudata fiunt. Ager hic totus prope in planitie est, frumenti & aliarũ frugũ vber, pabulo, aucupio & venationis commodus. Nascitur gypsum marmorosum. Est & fons salsam manans aquam, ex qua muries fit. Est & Calocrius mons in Apennino sublimis quasi Pulcher mons, vel pulchra sublimitas, aut pulchrum, id est, suane frigus, vbi fons scatet. è cuius iugo vtrinque fretum conspicitur. Prouenit & in agro hoc Iuniperus. Ex hoc oppido fuit Vincentius Vianeus medicus chirurgus eximius, qui primus labia & nasos mutilos instaurandi artem excogitauit. Fuit & Bernardinus eius ex fratre nepos, & artis hæres. Viget modo, huius filius & isidem artis hæres. In hoc agro pagi sunt Cortalis, Coriga, Petreinum, & Iacorsum. Post Maidam, Lacania castellum offertur, abest à mari m.p. tribus, à Maida sex, quod Mocata fluuius præterfluit. Hic lina optima fiunt eius generis, quæ fœminina dicuntur, fit & sesama, nascitur vitex, & nymphea herba, gignuntur tubera, eximitur marmor, extant & retia thynnaria. Ager hic saccaro apissimus est. Proueniunt sponte platani frequentes. Quanquam quidam, qui plantarum peritiam habere præseferunt, platanos in Italia sponte nasci temerè negat. Hic si Calabriam reliquamue Italiam sedulo perlustrasset, plurimas plantas, aliaq; in ea esse, quæ vltro gignuntur, vidisset, si tamen veram huiusce rei notionem habebat. Verum quia in vno tantum Italiæ loco diu commorabatur*

Digitized by Google

rabuit & emarcuit, quicquid ibi non nouit, nullibi in Italia nasci audacter asserit. Supra Lacaniam Mons saurum exiguum castellum est, cum melle claro. Et prope est Montardum oppidum edito loco, cuius ager frugifer est, aprorum, caprearum & aliorũ quadrupedum venationi, ac palumborum & phassarum, aliarumque auium aucupio, nec non pabulis aptus. Nascitur lapidis phrygius, gignuntur tubera. Dein meridiem versus est Francauilla oppidum cum temeco laudatissimo eoque austero. Distat à freto m. p. tribus, à Lacania totidem, salubri amœnoque loco situm. Ager hic fœcundus est, venationi & aucupio commodus. Est sesama, prouenit vitex, & iuniperus. De lentisco & myrto nil attinet dicere, cum tota Calabria his referta sit. Postea est Angitula oppidum edito loco, & eiusdem nominis fluuius nauigabilis & piscosus, torentinis & anguillis uber, cuius meminit Antoninus Pius in itinerario. Fuit olim dicta Angitula, Crissa urbs Phocensium, cuius meminit Lycophron, ut supra ostendimus, à Crisso Panopei fratre condita, aut Isacius in Lycophronem, propè Hipponium è regione Crotonis. Hic nobile emporium annuatim celebratur, distat à freto m. p. duobus, à Francauilla tribus. Fit in hoc agro sesama & gossipium, nascitur marmor, & intus smiris lapis reperitur, prouenit vitex, est & fons salsam aquam scaturiens, ex qua fit muria: fiunt in agro hoc aucupia & uenationes uberes. Sunt quoq; pagi Maberatum & Pimanum à pimano verbo Graco, quod pasco gregem significat. Intus sunt Polia & Montusum & Monsantum tentia castella, cum spectato melle: in montibus lapis phrygius nascitur. In Monsanto mulier est nomine Angela, quæ vestes in telario inconsutiles conficit, ut induſia, dupleidas, brachas cum ocreis calgisque, & capitis operimenta. Est in hoc agro Capistranum pagus. Ad mare est Picium oppidum freto immissum nouum opus, abest Euphemia m. p. XVIII. Conditum est id oppidum ut piratis depredandi hac transeuntia nauigia facultas intercipiretur: nam hic secessus est, in quo pirate latebant. Hic thynni è verriculo exponuntur. Quem locum oppidani segiolam vocant, & à Cicerone in epistola ad Atticum sedeculam appellatam opinantur: cum ibi Cicero Aristoteleam disciplinam intelligat, quam Atticus sedeculam suã appellare consueuerat. Oppidani piscationi & nauigationi dant operã, merces hominesque lembis vltro citroque traijcientes. Mare piscosum est. Sunt & retia thynnaria, quibus ingens thynnorum copia capitur, quos cæsis membratim cæsos sale asseruant, conduntque in cadis. Fit & magna trichiarum piscatio, quibus sale conditis cados opplẽt. Est Picij aqua ferrea, qua tamẽ bibi potest. Nascitur in hoc agro marmor, intus quoq; smiris reperitur. Fit in hoc agro gossipium: sunt & limonum & citrorum nemora. Intus est Philocasa tenue castellũ, idest amabilis casa. Ager hic frugifer est frumenti & aliarum frugum ferax & pabulis aptus. Fiunt oleæ & vina non vulgaria, prouenit nardus montana. Est in hoc agro Stephanaculum vicus, qui coronam significat cum melle optimo. Fiunt & in agro hoc phassianorum & externarum & aliarum auium aucupia pulchra, & caprarum & leporum venationes. Philocasæ conterminus est Panagia pusillum castellũ, quod nomen totum purum significat. Exim est Vallonga exiguũ castellum, cũ caseo probatissimo, in hoc agro siluæ sunt glandiferæ, & castaneæ ad porcos alendos opportunæ. Sunt & pulchra pabula, fiunt venationes, & aucupia. Prouenit vbertim fraga. Sunt in hoc agro pagi Pizonum, vbi fit charta. Erumpit & squilla. Nicolaum, Batianum, vbi quoque squilla prouenit. Broniataruũ, quod tonitrua obseruantem significat, quod Ancinalis fluuius intermeat. In hoc agro glandifera arbores ferunt agaricum. A Vallonga m. p. duobus Belisarium oppidulum est edito loco, Subficinum Antonino Pio in itinerario. Quod Medama fluuius adlabitur. Intus diui Stephani ædes est Cartusiensium monachorum cœnobium à Rogerio Guiscardo iunioris Roberti ex fratre nepote conditum, in qua ade beati Brunonis huius ordinis fundatoris, beati Januum eius socy corpora quiescunt. venit in Calabriam beatus Bruno Vrbani secundi pont. max. & Rogerij iunioris tẽporibus. Excessit è vita anno à Christo nato M. C. pridie nonas octob. Est & digitus Stephani protom. Frustula crucis dominicæ, & mensæ & virgæ Aaron, & Ioannis baptistæ, & Zachariæ patris eius, vtriusque Iacobi, Philippi, Matthæi, Bartholomei, Thomæ, Symonis & Iudæ Apostolorũ, Ioannis Chrysost. Athanasij, Basilij, Gregorij, Felicis, & Calisti Rom. Pont. Marcellæ, Mariæ Magdal. Christinæ, Catherinæ, Priscæ, Georgij, Dionysij Areop. Cosmæ & Damiani, Ioãnis & Pauli, Cyriaci, Hippolyti, Pantaleonis, Theodori, Antonij, & multorum aliorum Sanctorum. Item dens Agathæ, dens Goberti, dens Ioannis Ioachimi. Sunt & frustula sanctorũ locorum, vt sepulchri Christi, & lapidis, vbi fuere pedes eius transfigurati, & cripta in qua ieiunauit, & montis assumptionis, & columnæ in qua fuit flagris cæsus. Secundum eadem lapis obsidianus nascitur, ex quo fit vitrum optimum. Quo lapide accolæ in ædificijs vtuntur. In agro monasterij lapis ophites caditur, granitum vocant scalptores, eius generis est, quo colũna in Romano Pantheo sunt. Nõ longe à monasterio via qua itur Stilum, lapis specularis nascitur. Sunt in hoc agro pagi Mosaurum, vbi asparagi optimi omnibus anni mensibus prouenisunt: Gasparium, Spatula, quod cibum delitiasque sonat, cum caseo & hyppace optimo. Et iuxta Cecinos fluuius fluit, vbi lutra sunt. Bouangium, vbi aurum & ferrum nasci traditur: nascuntur & asparagi cunctis mensibus anni. Cimbarium itidem cum caseo & hyppace claro, vbi & obsidianus lapis nascitur. Sunt & in huius monasterij territorio siluæ ad domorum tigna reliquasque vtensilia, & ad nauigiorum fabricam aptæ. Glandifera arbores agaricum ferunt. Fiunt siluestrium animalium venationes. Indè occidentem versus Sorianum oppidum est, pensili loco situm. Soria congeriem sublimitatemque sonat. Hic figlina opera fiunt haud ignobilia, variaque vasorum genera, quæ vsus humano sunt accommodata. In hoc agro gypsum è terra foditur, quo vtuntur figuli, excidituntur & lapis molaris frumentarius & olearius. Sunt & siluæ grandiferæ ad

porcos alendos oppertuna, & pabulo, venationi & aucupio commoda. Sunt in agro pagi Basilium, & Barbara. Fiunt in Surianensi agro olea preclara. Dein ad fretum eunti Dimitrium tenue castellum offertur, cuius ager frugifer est. Subinde est Montileonũ oppidum, Hipponium olim ab Hippone Heroe, vt vult Stephanus, dictũ, fortassis Phocense. nam Phocẽses multas vrbes in hac ora, & alibi in Calabria, aut condiderunt, aut ab Ausonijs & Oenotrijs conditas incoluerunt. Huius vrbis meminit Lycophron in Alexandra. Strabo vero libro sexto hanc & Medamam à Locris conditas tradit, qui sic ait: Hipponium Locrorum ædificium, quã obtinentibus Brettiis eripuere Romani, qui Vibonem Valentiam appellauere. Hic Agathocles Siciliæ tyrannus ea potitus vrbe, nobile emporium instituit, cuius florentissima regionis amœnissima prata esse constat, ad quam Proserpina è Sicilia carpendos ad flores venit. Hinc matronarum vsus inualuit, vt collectis ex floribus coronas texant, cum dies festos agunt: quoniam empta gestare serta, vitio illis datur. A qua vrbe Hipponienses & Hipponiates, Vibonienses & Valentini incolæ. Hic Gelo nemus amœnissimum extruxit, quod cornu Amalthea appellauit. De quo Duris apud Athenæum libri XII. sic scribit: cornu Amalthea locus est, quem struxit Gelo in memoriam amœnissimo egregię pulchritudinis, aquisque irriguum iuxta Hipponium ciuitatem. Fuit nempe vrbs hæc opibus ac gloria, vel portu inclyta. Hanc & Rhegium inter septem illustriores & opulentiores Italiæ ciuitates fuisse, quæ substantia & domorum pulchritudine pauimentisque præstabant, Appianus bellorum ciuilium libro quarto memoriæ traditum reliquit. Fuit quoque Romanis amica ac socia. Quæ cum sub id tẽpus, quo Annibal Placentiæ erat, Carthaginenses classem ad eam oram vastandam misissent, Hipponienses agri libentius depopulationem, vrbisq; terrorem pertinaciter sunt perpessi, in fideq; & societate P. R. perstiterunt, vrbemq; necessarijs rebus, quo hostibus resisterent, munierunt. vt Liuius Bel. Pun. libro primo tradit, vbi sic scribit: Iam forte Carthaginienses viginti quinqueremes cum mille armatis ad populandam oram Italiæ misere, populatoque Vibonienſi agro, vrbem quoque terrebant. Repetenti Siciliam T. Sempronio Consuli excursio hostium in agrum Vibonienſem facta nunciatur, Sexto Pomponio legato cum viginti quinque longis nauibus Vibonienſem agrum, maritimamque oram Italiæ tuendam attribuit. Fuit & Colonia Romanorum ciuium perillustris, vel ut Liuius Bel. Mac. libro V. autor est, ad quam, inquit, mille septingenti pedites & trecenti equites iuere. Velleius etiam Paterculus Valentiam Coloniam deductam scribit. Fuit quoq; nobilissimum municipium Romanorum, vt Cicero in Verrem actione septima innuit, vbi sic inquit: Ipsis Valentinis ex tam illustri nobilique municipio tãtis de rebus responsum nullum dedistis. Cicero exulq; sustempore cum Melitam insulam petere statuisset, vt ibi cõmoraretur, quousq; res suas componeret, Vibonem ad Siccam terrestri itinere concessit, vt inde transmitteret. Cæterum vbi Clodij regationẽ de suo exilio allata percepit, per quã CCCC. ab Italia milliaria aqua & igni sibi interdicebatur, vt ipsemet ad Att. libro tertio & XVI. scribit, cum Melitæ sibi esse non liceret, consilio repente mutato à Vibone Brundusium conuertit, vt se in Græciã reciperet: verũ prius Locrẽs ad clientes suos petit, quo ex loco scribit ad Att. inde Crotonem contendit, & Thurios. Quo in itinere omnes Calabriæ ciuitates, ad quas diuertebat, ipsum quàm humanissime excipiebant hospitio, vt ipsemet in oratione pro Planco dicit. Post vero reditum suum in vrbẽ, Senatus vniuersus, vt ipsemet Cicero in oratione pro domo sua ad pont. scribit, gratias agendas censuit ciuitatibus iis, quæ M. Tullium recepissent. In bellis autem ciuilibus, Hipponium Cæsaris partes est secuta, vt Appianus Bel. ciuilium lib. tertio scriptum reliquit. Hic Cæsaris naues quinq; à Pompeianis combustæ sunt, vt Cæsar ipse Bel. ciuilium libro quarto prodit. Hanc vrbem Plutarchus Lucaniæ esse dicit. Ex hac vrbe fuit Pestanus scriptor antiquus, cuius meminit Macrobius Satur. libro sexto, quem adducit in verbo transmitto pro transeo. Signabant Vibonienſes in numo Proserpinam habentem in capite tiaram, quod ibi eius templum esset celebre: & ex postico gemina Amalthea cornua regionis vbertatem significantia, inscriptione Latina, Valentia. Interdum incidebant Iouem & ex altera parte fulgur. Aliquãdo incidebãt Herculẽ & ex altera facie duas clauas. Interũ incidebant Mineruam, & ex postico noctuam eius alitem. Quandoque incidebant Apollinem & ex altera facie lyram. Erat Hipponii magnificentissimũ Proserpinæ fanum plurimis marmoreis columnis ornatum, quas Rogerius Guiscardus Calabriæ princeps Miletum transtulit, & in episcopali ade, atq; in Sancta Trinitatis delubro locauit. Huius Proserpinæ signum aras q; Romani religionis cultores, Hipponio ab eis deducta colonia, reficiẽtes, DCCLXX. m. XC. Sestertios expendere, hoc est vsualis nostra moneta numorum aureorum scutatorũ XVIIII. millia ducenta quinquaginta duo cum quadrãte. Nam mille sest. masculino genere, & sestertium neutro genere idem sunt, valetq; aureos numos viginti quinque. Basis cũ inscriptione est Miletensibus episcop. adis infimo loco sita transeuntium pedibus conculcata. Quod hi, qui eam ibi locarunt, quiue destituunt, sint vetustatis contemptores, vnde & primæ versus litera quædam absumpta sunt. Cum potius huiusmodi rerum memoria magna esset studio conseruãda, vt nobis esset ad imitandam exemplum. Nam si idololatriæ vanæ ac falsæ religionis cultores tanto studio ac tam magnis sumptibus idolorum templa ac signa aras q; decorabant, quid nobis est faciendum? Inscriptio a. huius basis hæc est L. vid. vir. L. Q. Cincius. C. Aul. IV. viri D. Signũ Proserpinæ reficiendum statuendumq; aras q; reficiendas ex S. C. curarũt HSDCCLXX. m. XC. fuere. Heluia Q. F. Orbia M. filia. Curæ esse debet Hipp. tatib. basim illã alibi locare, ne tantæ rei memoria prorsus aboleatur. Fuit etiam Hipponium sedes episcopalis. Synodo Romanæ sub Symmacho Papa, interfuit Ioannes episcopus Vibonien-

Digitized by Google

bonienſis, & ſynodo Nicæna ſecunda ſub Hadriano Papa primo interfuit Stephanus epiſcopus Vibonienſis. Eruta fuit Vibo ab Agarenis ſub beati Nili tempus, quo & Terina & Taurianum, & Triſchenes euerſa fuere. Sedes hæc epiſcopalis, necnon Tauriani Miletum translata ſunt à Gregorio Papa huius nominis ſeptimo. Celebratur Hipponij nobile emporium ter in annos ſingulos. Ager hic frumenti, & aliarum frugum ferax eſt. Fit ſaccarum, & ſeſama, & oleum clarum. Fiunt perdicum & phaſianorum aucupia, extant verricula thynnaria. De bonitate thynnorum Hipponiatis ſinus diximus. Sunt in hoc agro pagi Piſcopiū, Gregorium, Vena, & iuxta Vena iterum, Treparuū, vbi lapis ſpecularis naſcitur: Lōgoburgum cū linis non ignobilibus. Poſt Hipponium Briaticum oppidum eſt edito loco milliario à mari ſepoſitum, diſtat à Montileono m. p. quatuor. In mari ſtatio eſt Nicola dicta, & iuxta Praca, & Braces, & Turreculæ modicæ inſulæ ſunt. Ithacuſæ, à Plinio nunc pagæ. Aiſt enim: contra Hipponium inſulæ parua ſunt, quæ Ithaceſiæ appellantur, Vlyſſis ſpecula. ſunt & retia thynnaria. In Briaticenſi agro vina & olea clara fiūt, item xylon, & ſeſama, & amygdalarum copia, & varij generis fructus optimi, laudatur & apiana vua. Extant & viridaria citrorum, limonum, & malorum aurcorum. Naſcitur & ſponte vbertim in collibus aridis loco, vbi nec aliud ſeri, aut naſci poteſt herba anguſta & longa duorum cubitorum, ad piſcorum ſporturū, & reſtium verriculorumq; uſum, & vinearum ligamenta apta, præbet & bobus pabula, votiuum vocant incolæ, ego ſpartum id eſſe autumo. Sunt in hoc agro pagi, Mantineum, quod vaticinium notat: Paraconium quod ſignificat ſalutare: nec procul eſt Paradiſonum, quod præter odium ſonat: & ei contermi-nus eſt Cœnadonium, id cōmune donum ſignificat: & prope eſt Meſonium, a meſo id eſt medio dictum. Inde eſt Syconium à ficuum vbertate dictum: & ei vicinum eſt Fauelonium, & iuxta eſt Ciſidonium à Ciſſo deſidero nominatum. Inde eſt Cochiceronium, & Marcum, & Sophadum, quod ſapientem cantum ſignificat. Itē Conium, & Piſitonum, quod humidum locum ſonat. Exin Tropæam verſus ſunt Polycarpum, Leum, vbi rubrica fabrilis naſcitur: Conſtantinum, Potentiemū, cum ſoleis optimis: Roſarnum, Madaradonium, quod ſaluum donum ſignificat, Sterapodonium, quod ſolidū pedem notat. Poſt Briaticum Sabronum promonterium eſt, Hipponium appellatum ab Iſacio, diſtat à Briatico m. p. VIII. Intus eſt Meſianum oppidum cū nundinis, quæ in ſingulos annos celebrantur. Ager Meſianenſis frumenti & aliarum frugum ferax eſt, fit & optimi olei copia, prouenit in agro hoc crocus ſilueſtris. Suntque pagi Zegarium, quod iumentum ſonat, Papelontum, Picunum, quod denſum ſignificat, Argiona, quod venationem notat, Scaletum, Calandarium, quod ſignificat vallem, Praſinacum à praſia areola herbarum, Pernocarium à pernes aquila ſpecie, & Perricarium iterum, Orciladum, ab orcillo aduro. Rombolum, à rombeo volvo dictum: Caryanum à Caryanuce: Moladum, ab euentu aliquo, molæ enim ſignificat pugno. Ad mare Tropea ciuitas eſt, mari incumbit, à tropeo retrouerto dicta, quòd, vt licet opinari, dux quiſpiam Romanus Claſſis præfectus ex Africa, aliunde reuerſus eam condiderit, aut ex caſtello quod hic erat, in vrbem aucta. Non enim ora hæc vinetis & olivetis, aliisque arboribus impendio commoda abſq; habitatoribus, frequentibuſque villis ab Auxonys, & inde ab Oenotrijs, aliisque Græcis deſtituta fuit. Meminit huius vrbis Stephanus Byzātius, quam Poſtiopeam vocat. Fuit Iuſtiniani Imperatoris temporibus. Diſtat à Sabrono promontorio m. p. ſex. Eſt & ſedes epiſcopalis antiqua. Theodorus epiſcopus Tropienſis interfuit ſynodo Conſtantinopolitanæ ſextæ. Et Stephanus epiſcopus Tropienſis interfuit ſynodo Nicænæ ſecundæ, & Laurentius epiſcopus Tropienſis interfuit ſynodo Romanæ ſub Symmacho Papa. In æde diuæ Franciſcæ vna ſpinarum corona dominica aſſeruatur. Hic mercatus quotannis celebratur. Fiunt panni goſſipini nobiles. Secundum vrbem inſulæ adiacent duæ cum ſtatione. Viuit modo huius vrbis ciuis Petrus Vianeus medicus Chirurgus: qui, præter cætera, labia & naſos mutilos integritate reſtituit. In hoc agro prouenit ſtaphys agria, naſcitur & ingens votiuum copia. Sunt in Tropienſi agro pagi plerique Græcis appellati nominibus. Iuxta vrbem parte laua eſt Paralia, quaſi maritima, quod ſecus litus ſit. Inde eſt Sabronum, quod decem ſignificat, cum oleo & vino nobile. In his pagis gōſypij vbertas ſit, ſupra eſt Ioannum. Inde vrbem verſus eſt Daphna, & iuxta Daphnam iterum, à lauris dicta. poſtea eſt Phytalis, quod plantam hortumq; arboribus conſitum ſignificat. Supra eſt Zacharopolis, quaſi vtilis cuncta, & prope eſt Aliphium, ab bonitate olei dictum. Cui Contermina eſt Drapea, quod matutinam meſſem ſonat. Deinde eſt Cheſpanum, à cheo fluo dictū, cum optimi olei copia. Et ei propinqua eſt Charia, à valle dicta. Exin eſt Briarium, quod ſcatens ac ferūs notat: & prope eſt eiuſdem nominis amnis: intus eſt Chorametum, quod regionem vini ſonat: ei proxima eſt Dominica. Hic pagus quomodo initio vocatus ſit, compertum non habeo, nunc Dominica dicitur, quòd in eo beata Dominica nata ſit, eoque templum erectū, tametſi quidam eā Campanæ tribuant. In mari portus eſt Herculis, Formiculas vocāt accolæ, quaſi Herculis formas: cuius meminit Plinius, itemq; Strabo, qui vbi de Hipponio fatus eſt ait: Cum ad Herculis portum nauigas, extrema Italiæ circumflectis: eſt enim haud procul à Vaticano promontorio: Secundum portum hunc ſtatio quædam eſt, & Gadanum ſcopulus, nec longe Meſcheta & Proteria ſtationes alteræ ſunt: dehinc Vaticanum promontorium occurrit Terinæum Hipponiatemque ſinū efficiens, à vaticinio aliquo dictum, & eiuſdem nominis amnis, diſtat à Tropæa m. p. ſeptem. Hinc rurſus Geolienſis ſinus incipit & vſque ad Canidem promontorium protenditur. Contra eſt Mantineum ſcopulus, à vaticinio itidē dictus. Ab vrbe huncſq; ora hæc vinetis & olivetis eſt referta. Intus eſt Nicolaum pagus, & prope eſt Briadum, quod floridum, lætum ac deliciosum ſignificat, cum ficis optimis. Inde eſt Orciladum, ab olei copia dictū: orci enim

enim lecytum sonat: iuxta est Rigadum, quod sedis ruinas notat. Intus rursus sunt Bryanacalum, à bryo & ana, iterum & Calos dictum, quod hic bonũ semper scaturiat: prope est Lapathonum; à lapatho herba dictum, hic bumasthus una optima fit: exinde est Panagia, quod totum purum significat, & iuxta est Spilinga, quod saxum concauum significat: dein est Condrochinonum, quasi fructus particeps, nec longe est Carciladum, quod cancrum sonat. Inde est Iopolis exiguum castellum edito eoque salubri loco situm, quasi diopolis, hoc est, Iouis ciuitas, haud spirituum à mari semotum, Augustini Niphi philosophi patria. Quem Sinuessani quasi Inlia lege repetunt Sinuessam. Hic cum iam puer, mortua matre, à patre & à nouerca (duxerat enim eius pater aliam vxorem) male haberetur, aufugit domo, & se Neapolim recepit. Quem praclaram pra se indolem ferentem, Sinuessanus quidam cum esset intuitus, Sinuessam in domum suam duxit, vt liberis suis inseruiret. Qui quòd acris ingenii, ac gloria cupidus esset, simul cum illis in literarum studium incumbit. Atque inde cum eisdem Patauium profectus, philosophiæ studio acriter nauauit operam. Cumque postea Sinuessam ac Neapolim reuersus patrem omnia bona dilapidasse, atq; subinde mortuum esse percepisset, noluit amplius Iopolim patriam suam redire, sed Sinuessæ vxorem duxit, & Neapoli multos annos philosophiam publice est professus. Florus Leonis decimi temporibus, & obijt Pauli tertij pontificatu. Scripsit in omnes Arist. libros commentarios. Extat adhuc Iopoli Nipharum familia. Verum ipse in Sinuessorum gratiam, quòd apud eos aliquando degerit, vxoremque duxerit, Sinuessanum se scribebat. Quanquam sepius in gymnasio palam Calabrum se esse fateretur, & in epistola, quæ est ad Ioannem Arenarium principem in Commentario super perihermẽias, se Calabrum esse testatur. Id quod tamẽ in secundâ operis editione sublatum fuit. Sed porro vani ac dementis est alienam gloriam aucupari, & inopem laudis aliena laude predicare se gloriosum. Fit Iopoli olei copia, & amygdala laudatissima, ac præter cateros fructus, pira nobilissima, & pepones optimi, sit & sericum nobile. Extant & horti nemorosi citrorum, limonum & malorum aureorum. In hoc agro votiumi herba copia nascitur. Est & Cocurinum pagus. Exinde est Nicotera ciuitas sedes episcopalis edito salubriq; loco sita, mari imminente. Septem millium interuallo à Vaticano promontorio abest. Olim vel Domitiani ætate Medama dicta, quo tempore scripsit Plinius. Antonini vero Pij tempestate aut paulo ante Nicotera ideſt Victrix dicta, est cœpta. Cuius idem Cæsar in itinerario semel atque iterum meminit: Quidam puerili atque anili opinione ducti in littore duobus locis Medamam fuisse, bisque euersam fabulantur: Cum à Domitiano ad Antonini tempora anni intercesserint quadraginta paulo amplius aut minus. Iam pulso ab Italia Annibale vsque ad Honorij principatum, quo tempore Gothi irruperunt, nil ab exteris passa est Italia. Sed qui priscis condendarum vrbium mos fuerit alibi dicemus. Coniiciendum est Romana Classis præfectum, aut Nerua, aut Traiano, aut Adriano Imperante, qui inter Domitianum & Antoninum Pium fuerant, ex Africa aut alisunde cum victoria reuertẽtem, acceptos è classe permultos huic vrbi dedisse accolas, & ea ex victoria nominasse Nicoteram, & insuper Tropeam ciuitatem à se auctam appellauisse; & à reuersione appellauisse Tropeam. Fuit Medama vrbs à Medama fonte appellata, vt vult Hecataeus apud Stephanum. De hac Strabo ita refert, Medma Locrorum ædificium, Medama à Romanis, & prope eiusdem nominis fons magnus: Qua nobile emporium habuit. Ante littus hoc Leparenſium iacent insulæ longe ab euripo XXV. m. p. Hæc ipsum scribit Plinius. Ex hac vrbe fuit Philippus vir, aut Stephanus, maximæ existimationis, qui scripsit de ventis. Sergius episcopus Nicoterensis inter fuit synodo Nicena secunda, sub Hadriano Papa anno Christi DCCLXXXI. Memini huius vrbis Ioannes Ieachimus abbas super Esaiam, licet mendose pro Nicoterensi Geracotranensis legatur. In æde beatæ Mariæ beati Pauli Synopolitani minoritæ corpus quiescit. Hic serica & lina clara fiunt: In hoc agro pagi sunt Comerconum, Pryetonium, Calosytonum, quod pulchram plantam significat, Vatunium, à baseo abundo, & Carynetum, à carya nuce. Non longe ab vrbe statio est fida nauigiis. Inde Metaurus amnis nauigabilis mari illabitur, cuius meminit Strabo. Intus est Philocastrum oppidum edito amœnoque loco situm, quasi amabile castrum. Hic serica, & vina, & olea clara fiunt, & fructus optimi: Sunt in hoc agro pagi, Nicolaum cum emporio nobili; Libadum à loci amœnitate dictum: Caronum, quod significat sortẽ, & Madaranum. Exinde est Calimera castellum, quod bonam diem significat, cummercatu annuo. Cuius ager, sicut Philocastri, aquis irriguus est. Extant & horti nemorosi limonum, citrorum, & malorum aureorum, fiunt oleæ laudatissimæ, & fructus optimi. Extat & fons salsam aquam manans, ex qua fit muries. Nec longe est Calocerum pusillum castellum, quod bonam cœli temperiem significat. In hoc agro, gypsum marmorosum & speculare excidi tur in ripis Latromæ fluuij, qui hunc à Militensi agro descernit. Postea est Miletus ciuitas vetusta inter duos amnes edito loco à Milesijs Asiæ populis condita. Nam, vt Herodotus libro sexto auctor est, Mileto Asiæ à Dario euersa, Milesij, qui ea clade superfuere, priuati patria, vt quondam Troiani, vna cum Samiis, liberis & coniugibus susceptis nouam sedẽ conquirentes Rhegium peruenerunt. Qui ab Anaxilao Rhegiorum tyranno suasi Zanclem, hoc est, Messanam vi siãt: sed quia numero longe erant inferiores, à Zanclæis victi fusique sunt, superstites vero simistra fortuna tadio affecti, cum in Sicilia esse sibi non liceret, in Calabriam redeunt. Et Samij Samum Calabriæ vrbem à Samiis iam olim conditam pergunt ire, Milesij vero ad Medmæum littus appellunt (abest Medama à Messana m. p. XL.) ac quietẽ ac à maritimis casibus pertum batuionibusq; semotam sedẽ quærentes hanc condunt vrbẽ, quæ distat à Medmæo littore m. p. octo, eamq; priscæ patriæ nomine, quasi adhuc illam colentes Mileum vocant.

vocant, vt Locri Naritij Locrum in Calabria condidere, vtq; illi Locri, ab hac Locrenses: ita à Mileto Asiæ Milesij, ab hac Milætenses dicuntur. Sunt nempe in Calabria pleraque loca iisdē nominibus appellata, quibus Græcia aut Asia loca: vt Tempsa, Pandosia, Thuria, Miletus, Scylleum, Amphissa, Locrus, Samus, Thebæ, Melissa vrbes. Item Acheron, Butrotus, Crathis, Sybaris amnes. Hic Rogerius Guiscardus iunior, Roberti ex fratre nepos, Calabriæ princeps, nobile templum divo Nicolao extruxit, marmoreisque columnis, quas ex Hipponio exportauit, ornauit, Atque anno humanæ salutis M. CLXXXXV. Gregorio huius nominis septimo Pont. Max. iam Hipponio & Taurino ab Agarenis eruti, in episcopatum erexit, & magnis prouentibus ditauit. Primus episcopus fuit Arnulphus. In huius templi valuis inferiori loco est basis illa, de qua alibi locuti sumus. Fr. Iacobus Maurolycus homo Siculus, neotericus scriptor Sicula vetustate præditus, Militensem, & Marcensem Calabriæ episcopatus Messenio Archiepiscopo olim fuisse subiectos temerè scribit, depravatis textus Ioannis Ioachimi lectione deiectus, nescies inducis inops Ioachimū singulæ regionis episcopatus describere, & cum Calabriæ episcopatus describit, Militensem, & Marcensem episcopatus in ea describit: & Marcensis episcopatus Melitensi, Tempsano quondam, suffectus est, qui Melitensis episcopatus ad sedem Apostolicā olim pertinebat. Militensis vero, vt dixi, Hipponiatis & Taurianō Rhegino præsuli subiectis, est subrogatus. In hoc Militensi delubro multorum Sanctorum frusta asservantur. Sunt enim frustula linteaminis, quo Christo fuit condutus in sepulchro, pepli beatæ Mariæ Virginis, Perpetuæ, & Felicitatis, Victoriæ & sororum, Processi & Martiniani, Petronillæ, Anastasij, Arnulphi episcopi, Siluestri, Macarij, Leonis, Chrysanti & Dariæ, Martini, Stephani, Blasij, Cornelij papæ, Alexij, Marcellini, Christophori, Sebastiani, Barbaræ, Domicillæ, Laurentij, Hilarionis, Pancratij, & aliorum quorundam: in adicula quadā est frustulum crucis dominicæ. Condidit etiam idē Pius princeps anno virginei partus M. C. II. in Mileti suburbio, in specula, magnificentissimum sanctæ Trinitatis templū, quod marmoreis columnis ex Hipponio allatis, sustentatur. Quod templū Callistus Rom. Pont. huius nominis secundus anno à Christo nato MCXXII. consecrauit, plurimisq; criminū expiationibus decorauit. Hic Rogerij corpus in nobili marmoreo sarcophago conditū est. Sebastianus Corradus in epistolam Cic. ad Att. libro tertio putat Melitum oppidū idesse, quod inquit, positum est non procul à Vibone. Ex hac vrbe siue eius pagis fuit beatus Paulus prædicatorum ordinis Cœnobita, cuius corpus in Alexmonte esse diximus, qui primus prædicatorū ordinem in Calabriam duxit. Hic mercatus annuatim celebratur. Fiunt lagenæ tantum. Et bonum coriū concinnantur. Est Militensis ager frumenti & aliarū frugum ferax, fit olei copia, excidituꝛ gypsum marmoreum, & speculare. Sisō nascitur, quam aromatarij & herbarij amomum esse opinantur. Sunt in hoc agro pagi Ioannacum, Camparonum cum linis non vulgaribus, Petrosium, Paranatum quod transgressionem significat, Ionadum oppido par, quod violarium notat, Naus ab aquarum copia ac bonitate, Cotofonium, quod vocem vratā ac eadem significat, Calaurū quod notat deliciosum. Secundū Miletū milliario cū dimidio Francica oppidū est cum emporio nobili, & serico laudatissimo meum natale solum, optimis lymphis fœcundū. Est Francicanus ager penè totus campestris & pulla tellure frumenti & aliarū frugum ferax: quem Scotopetus fluuius, à Militensi, & Medama amnis à Seminensi agro diuidit. Fiunt in hoc agro olea & vinacea vulgaria. Item phasianorum, externarū, palumborū, phassarū, (torquatos vocant incolæ) rusticularū (reuersiones appellant) & gallinaginū, & ficedularum. & cornicū aucupia. Nascitur radix dulcis, radix tinctoria, raphanus, & sisō herba ea, quam amomū vocant, & alia medicinales herbæ nonnullæ. Hic circiter annū Christi M.D.VI. magna Gallorum strages edita est. Sunt in hoc agro pagi, Pmgnadum, Mutarium à mutata sede, Clamista, quasi pensilis, Constantiū. Ex hoc oppido fuit Fernandus Kitura presbyter, vir imprimis intergerrima vita, Latinis literis satis eruditus, poeta idemq; orator, atq; etiā sacri eloquij præco eximius. Ineratet peracre ac facile ingenium, in edendis carminibus facilis erat, & elegans. Fuit & flagitiorū obiurgator seueriſſimus, ac cunctarum virtutum simulachrum repræsentabat. Milliario ab oppido haud lōge à Constantino pago locum sibi delegit, cui nomen est Comerconum, vbi quietis ac literarum otio commodius incumberet. Seenim mirificum doctrinæ laboribus addixerat, non paruamq; sibi bibliothecam comparauerat. Ibi beatæ Mariæ deiparæ ædem statuit, cœnobiumque erexit, in quo cum Nicolao Aloisio Baremo, & Marco Cardoto presbyteris cimbus suis, probis itidem moribus referta agebat. Ac primum, ne talentum sibi à Deo præstitū abstrusum retineret, literarum ludum aperuit, cuius schola cuncta circum regiones patuit. Ad quem scitu est audiendum frequens hominum turba non ephebꝛorum modo, sed trigesimū etiam excedentium annum ingenti veneratione confluebat. Inde vero se se colligens ad spiranit ad potiora. Quandoquidem Dei obsequio se totum tradens, eius eloquij concionator perspicuus effectus est. Vestibus cæruleis & ipse & contubernales tale tenus vtebantur. Vitam cum morte commutauit nono Cal. Iulij senio confectus à natali dominī anno M. D. XVI. diem obitus sui ante præsagiens. Intus Arenæ oppidū est, edito loco situm, in cuius agro ingens olearum numerus est, vt sylua propè videantur, vnde & magna olei copia fit. Extant & castaneta ingentia, & sylua, ad domorum tigna & nauigiorum fabricam apta, fit & sericum optimū, nascitur saxifragia, & lapis molaris. Sunt in hoc agro pagi Dasa, cum vino optimo, quasi siluosa, quod olearū sylua sint, quam eiusdem nominis fluuius adlabitur: Aquarium, cū mero nō vulgari e Sinnatonum vuidem, cū claro vino: Lympidum: Brazaria cum vino optimo: Potamia, quod secus flumen sit: Melianum: Ceanum, vbi gypsum è terra fodiuntur, quo vtuntur figuli ad vasa luniendā: & Ieroçarnum, cum fluuio eodem nomine, quod sacram

carnem

carnem significat. Arenis, eiusq; pagis incola vasis supellectilibusq; ligneis conficiendis operam nauant. Vbi Arenis cesseris tenderisq; ad meridiē, Soretum oppidū inuenies, à Soro, hoc est, acervo, dictum, cum mercatu annuo. Altanum, Antonino Cæsari in Itinerario, distat à Subsicino, id est, Bellisorto, m.p. decem, ab Arenis quatuor. Quod Metaurus amnis torentinis & anguillis affluens praeterfluit. Fiunt Soreti vina & olea clara, & syluestrium animalium venationes: & gallinaginum, turdorum, phasianorum, externarum, & ardearum aucupia. Sunt & Erinacei, & testudines terrestres & aquatica. Exciditur lapis molaris optimus, frumentarius & olearius. Est & ager hic frugifer, pronemt terebinthus. Suntq; pagi Melichlochia, à melle & chloazo abundo dicta. Dynamis, quod robur significat, & eiusdē nominis amnis, anguillis uber: hic coria hircina caprina & arietina optimè concinnantur, vt merito his palma detur: solea quoq; perbenè concinnantur. Est vinum & oleum optimum, nec longè Melanda fluuius, torentinis uber labitur. In agro hoc glandifera arbores agaricum ferunt; arnacem accola vocant, quem è quercu decerpunt, eoq; in cibo vtuntur. Non longè à Soreto Charida oppidulum est, quod gratiam conferens significat. Hic generosum vinum nascitur, fit & oleum laudatissimum. Extant & castaneta, & glandifera arbores, quercus agaricum ferūt. Sunt in hoc agro pagi Charopolis, quod gratiosam vrbem significat, & Petreium. Fiunt & venationes, quales Soreti. Inde ad meridiem tendenti Borellum oppidum offertur, edito loco situm, quasi aquilonare, boreas enim aquilonem significat. Quod Metaurus amnis nauigabilis anguillis uber praeterfluit, hic lutra sunt. Abest à freto m.p. sex. Hic emporium quotannis celebratur. Ex hoc oppido fuit beatus Randisius dini Benedicti monachus Cassini agens, vir sanctitate plenus. Qui dum ægrotaret beatum Stephanum protomartyrem cum innumerabili turba ad se venientem in visione perspexit, quod cum alijs recenseret, continuo è vita hac abijt. Borellensis ager frumenti & aliarum frugum ferax est. Fiunt lina non vulgaria, nascitur & spectatum vinum. Extant & pulchra nemora limonum, & malorum aureorum. Subius oppidum in hortis Camillis protospatharij pistacius arbor est, fert pistacia, sed inania, quod mas desit. In hoc agro cepuria & fructus optimi fiunt. Sunt & erinacei & testudines aquea. Exciditur lapis molaris, qualis Soreti. Suntq; pagi Serrata cum temeto bonitate præcipuo. Hic rubrica fabrilis nascitur. Candisonum, Belatonum, quod floridam sagittam significat: Stridanum, quod significat pingue, hic fons est salsam manans laticem: & Lauriana, à lauris dictum. Non longè est Pretianum, pusillum castellum edito salubriq; loco situm, cum vino & oleo claro, & ficis laudatissimis, quorum magnus fit numerus. Sunt in hoc agro syluæ glandiferæ, & castaneta ad porcos alendos opportuna. Est & Feroletum pagus, vbi aqua sulfurea scatet. Intus est Calatrum oppidum, imo loco in raditibus Apennini situm: collibus undequaq; circumseptum, quod bonam uberemq; terram notat, quod Metaurus amnis anguillis & torentinis gratissimis saporis fœcundus intermeat, vbi lutra sunt. Hic vina, olea, & serica probatissima fiant. Et solea longè optima cōcinnantur, vtuntur inter Calabras, & fortassè Italiæ etiam, bonitate obtineant principatum, vt coryi hircini & arietini Dynamis. Harum solearum magnus numerus in annos singulos eximitur; & in Siciliam inuehitur. Hic sulphurea aquæ scaturiunt, nascitur ferrum, & lapis phrygius. Est in hoc agro beati Heliæ abbatis templum olim diui Basilij monachorum Cœnobium, nunc minoritarum. Fuit hic beatus Helias diui Basilij monachus patria Bonensis, vigint beati Nili temporibus, eiusque amicus fuit, cuius corpus hic esse creditur. Sunt in Calatrensi agro syluæ glandiferæ porcis alendis opportunæ, & sylua aid domorum tigna ac suppellectilia commoda. Fiunt & venationes pulchræ syluestrum animalium. Nec longe ab oppido vnus est Micropolis, ab effectu. Et propè est Anogeum castellum, quod sursum & cœnaculum sonat. In hoc agro lapis molaris exciditur frumētarius & olearius: sunt q; pagi Micopetum, & Tritantum. Exīde est Quinq; frondium castellum in Apennini radicibus, quod Cherapotamius fluuius, anguillis uber, praeterfluit, & salubre flumē significat. Fiunt hic vina non vulgaria, & fructus optimi. Extant & horti nemorosi limonum & malorum aureorum. Scaturiūt & sulfureæ aquæ, fiunt venationes, quales Calatri. In syluis Labunum arbor nascitur. Inde est Georgetum oppidum in Apennini radicibus celso tamen salubriq; loco situm, Morgetum olim siue Morgetia dictum, à Morgete conditum, vt ait Stephanus, Georgium vocat vulgus. In hoc agro Milichlochium pagus est. Est ager hic pascuis aptus. Subius est Polystena oppidum, quod robur, magnamq; vim significat, quod Cherapotamus fluuius torentinis, & anguillis uber influus, & iuxta Bracalis fluuius alter labitur. Distat a freto m.p. octo, affluit bonarū aquarū scaturiginibus. Fit optimi serici copia, fiunt cepuria clara, ac lina laudata, vina item optima nascuntur. Nundinæ bis annis singulis celebrantur. Laudātur & huius oppidi sepatiæ candelæ, & telæ. Fiunt in hoc agro phasianorum & externarum, & coturnicum auium aucupia. Inde est Rosarnum oppidum à freto m.p. duobus sepositum, à Nicotera quatuor. Quod Metaurus amnis nauigabilis adlabitur, cuius, vt alibi diximus, meminit Strabo. Inter huius oppidi cepuria pepones laudantur, inter legumina vero cicerēs, crassi sunt & coctibiles. Fit & ingens phaseorum copia. Extant & testudines aquea. In hoc agro sylua extat nobilibus herbis medicaptis referta, vbi præter cæteras, crocus syluestris, renponticum, tragium, & sison qua amomum à pharmacopolis dicitur, erumpunt. Est Felum pagus, Hipporum Antonino Pio in itinerario, abest Altanio, id est, Soreto m.p. decem. Post Rosarnum Geolia oppidū Jese offert quasi gemma, paulum à mari semotum, distat à Rosarno m.p. sex Metauria siue Metauriolum, olim dicta à Metauro amni, qui haud longè ab eo fluit. De quo mēinit Strabo, q; duos fluuios Metauros in hac ora post Medamam, non nimium inter se distantes scribit. Post Metaurum inquit, Metaurus alter occurrit, & eiusdem nominis statio. Metaurus hic

lus Rheginorum agrum à Locrensium olim agro discriminabat. Hunc Cato in Originibus, vt mox ostendã, Paccolinũ vocatum refert, & ex septẽ fluuiis, quib. Oreſtes à matricidio ſe expiauit, ſeptimum eſſe ait, ſupra Rheginorum atq; Taurianum diſpeſcentem. Taurianum Rheginorum erat, cum omnis hac regione Alecem amnem vſq;, Metauria vero, & Medama, & Hippanium, & itẽ Temeſa Locrenſium. De Metauria oppido meminit Mela, qui illud inter Taurianum & Medamam locat. Locrorum ædificium, aut Stephanus, licet Solinus illud à Zanclenſibus Peloponneſi populis conditum ſcribat. Ex hac vrbe, fuit Steſichorus muſicus & poeta lyricus filius Euphemi Metaurẽſis, licet quidam ipſum Medmæum dicant. Fuit vnus è nouem lyricis. Hic, vt quidam volunt, in Siciliam cũ vxore & filiis transiens Himeræ habitauit: hunc quidam ipſum Himeræum putarunt, vt Pythagoram Calabrum putarunt Samium, quia pater eius cum vxore & filijs Samum incoluit. Fuit Steſichorus Pythagoræ, & Phalaridis tyranni æuo. Cuius etiam filiæ poemata ediderẽ. Luſcinia, aut Plinius libro decimo, in ore Steſichori cecinit infantis, mirabili auſpicio ſummum eum poetam futurum præmonſtrans. De hoc Suidas ſic ait: Steſichorus, vt nõnulli volunt, ex Metauria Italiæ ciuitate natus eſt olymp. XXXVII. obiit autem olymp. quinquageſima ſexta. Habuit fratrem Mamertinũ geometriæ peritum, & alterum Helianactem legiſlatorem. Sunt eius poemata Dorica lingua libri vigintiſex. Dicunt a. ipſum cum ſcripſiſſet vituperationem Helenæ excęcatum fuiſſe, & rurſus cũ laudẽ Helenæ ſcripſiſſet ex inſomnio palinodiam feciſſe, & viſum recepiſſe. Appellatus eſt autem Steſichorus, quoniam primus conſtituit chorum ad cantum citharæ, alioqui ante vocabatur Tilias. *Plato etiam in Phædro inquit:* Eſt autem his, qui confabulando peccant, expiatio, quam Homerus non nouit, ſed Steſichorus: oculis enim priuatus ob Helenæ vituperationem non ignorauit cæcitatis cauſam, vt Homerus, ſed vt pote muſicus eam agnouit. Itaque ſtatim illa fecit carmina:

Num verus ſermo ille fuit.
Nec nauibus altis exiſti fugiens, Nec adiſti Pergama Troiæ.

Atque ita edito poemate, quam palinodiam, *id eſt, cantum contrarium vocant*, confeſtim recuperauit amiſſum. *Meminit de Steſichoro Ouid. & Hor. libro quarto car.* Steſichori, *inquit*, graues camœnæ. *De quo Quintilianus libro decimo ait*, Steſichorus quã ſit ingenio validus, materiæ quoque oſtendunt, maxima bella, & clariſſimos canentem duces, & epici carminis onera lyra ſuſtinentem, reddidit perſonis in agẽdo ſimul loquendoque debitam dignitatem: ac ſi tenuiſſet modum. Hic, *aut Ariſtoteles rhetoricorum libro ſecundo*, in Locris dixit, non oportere eos contumelioſos eſſe, quia cicadæ non cantãt deſubtus, *id eſt cum patiuntur iniuriam non murmurant. fuit & Ameriſtus Steſichori frater geometra. De quo Proclus libro ſecundo:* Thales geometriam apud Ægyptios repertam in Græciam tranſtulit, multa quidem inuenit, multorum autem principia ſibi ſuccedentibus enarrauit. Alia quidem vniuerſalius, alia vero ſenſibilius attingens. Poſt hunc autem Ameriſtus Steſichori poetæ frater tanquam qui geometriæ ſtudium tetigit deguſtauitque memoratur, cuius Hippias quoque mentionem fecit, veluti in geometria gloriam reportantis. Poſt hos Pythagoras eam philoſophiam, quæ circa ipſam geometriam verſatus, in liberalis doctrinæ figurã commutauit, altius ipſius principia conſiderans immaterialiterq; & intellectiliter theoremata perſcrutans. Qui ſane eorum etiam, quæ explicati in geometria non poſſunt, tractationem, mundanarumque figuratum conſtitutionem inuenit. *Non longe à Metauro amne eſt portus Oreſtis Ranagoſum appellant accolæ, cuius meminit Plinius, licet locorum ordinem confundat, meminit & Strabo, quis Metaurum fluuium, & eiuſdem nominis ſtationem ſcribit. Cum enim Oreſtes oraculo admonitus vt in ſeptem fluuiis ſe ablueret Rhegium petijt ſecum, illuc Dianæ Phaſcelidis portans ſimulachrum, in eisq; ipſis ſe abluit fluuiis, vt Probus in Bucolica Virg. ſcribit, vbi ſic ait:* Oreſtes poſt parricidium furens reſponſo didicit, quod deponeret furorem ita demum, ſi recuperata ſorore Iphigenia ablueretur fluuio, qui ſeptem fluminibus confunderetur, diu vexatus cum in Taurica Iphigeniam reperiſſet, venit ad fines Rheginorum illique inuẽto flumine elutus eſt. *Huius autem fluminis, apud quod purgatus eſt Oreſtes, Varro meminit rerum humanarum libro decimo ſic:* Iuxta Rhegium fluuii ſunt continui ſeptem Lapadon, Micodes, Eugiõ, Stracteros, Polmæ, Melciſſa, Argeades, & in his à matris nece dicitur purgatus Oreſtes, illique diu fuiſſe enſem, & ab eo ædificatum Apollinis templum, cuius loco Rheginos cum Delphos proficiſcerentur re diuina facta laureã decerpere ſolitos, quam ferrent ſecum. *Item Cato in originibus tertio ait:* Rhegini Taurocini vocantur de fluuio, qui præterfluit. Id oppidũ Arunci primò poſſederunt, id eſt, Achæi Troia domum redeuntes. In eorum agro fluuii ſunt ſex, ſeptimus fines Rheginorum atque Taurianum diſpeſcens, fluuio nomen Paccolino. Oreſtem autem cum Iphigenia, atque Pallade dicũt maternam necem expiatum veniſſe, & non lõginqua memoria eſt, cum in arbore enſem viderint, quem Oreſtes abiens reliquiſſe dicitur. Faſcelitis autem Dianæ. *Lucilius quoq; in tertio Satyrarum meminit ſic:* Et ſæpe quod ante optaſti, feceta Meſſanæ, & Rhegina videbis mœnia, tum Lyparas Faſcelinæ templa Dianæ. *Geolia mercatus annuus celebratur. Eſt Geoliensis ager frugifer. Mare hoc piſcoſum eſt, vbi, præter cæteros piſces, magna trichiarum captura fit, quæ in cadis ſalo condiuntur. A Geolia Geoliensis ſinus dicitur, qui à Vaticano ad Canidem protenditur. Poſt Paccolinum hoc eſt Metaurum amnem Tauriani oppidi veſtigia viſuntur,*

proculum à mari semotu. Taurianum, siue Tauriana ciuitas his locis erat, cuius meminit Plinius. Itemq; Pomp. Mela, qui ipsam inter Metaurum, & Scylleum oppida locat, meminit & Stephanus. Tauriana, *inquit*, vrbs, à qua Taurianus ciuis. *A quo oppido piscem quendam nomen sumpsisse Athenaus libro sexto refert. Scribit enim Taurianum absonium.* Thimos, *inquit*, Taurianus à Taurisno oppido piscis, qui Taurianus est appellatus. *Plinius autem libro trigesimo secundo*, Taurianus, *inquit*, alii xiphiam vocant. Et rursus xiphiam, *id est*, gladium rostro mucronato esse, ab hoc in oceano naues perfossas mergi. Inueniuntur quandoque qui delphini magnitudinem excedunt, *ait idem libro nono. Hos Strabo Galeatas appellat, vulpus pisces spatus vocat. De quorum capturamox. fuit Taurianum sedes episcopalis, Georgius Taurianus episcopus interfuit Synodo Constantinopolitanæ sexta. Et Theodorus episcopus Taurianus interfuit Synodo Nicenæ secundæ. Et in decretis Gregorij Papa tertij, qui fuit anno à virgineo partu DCCXXXV. fit mentio de Opportuno, episcopo Taurinensi, licet mendose legatur Metaurianense. Ex hac vrbe fuit beatus Phantinus abbas monachus diui Basilij, vere lumen. Hic primo cuiusdam ciuis sui equisio fuit, eius vitam ciuis quidam suus Græce scripsit. Qui in æde diui Phantini, quæ non procul à Parma oppido extat, sepultos esse ait beatos Ioannem & Georgium episcopos Taurianos. Floruit autem beatus hic Phantinus beati Nili seculo, de quo suo loco dicemus. Cuius mutua benevolentia beatus Phantinus ingenti suauitate ac delectatione fruebatur. Quem beatus Bartholomæus in vita beati Nili celebrem appellat, præerat beati Mercurij monasterio. De quo Bartholomæus ipse ita scribit:* Beato Phantino ecstasis contigit, verius fuit mutatio dextræ excelsi, qui vere Propheta fuit, atque vti Ieremiam audiuimus capite ac mento abraso Hierusalem in luctib. versantem obambulasse, atque extimationem delirantis stultis de seipso exhibuisse. ad eundem modum erat videre hunc celebrem virum, verequeprophetam ac beatum effectum esse. Siue enim sensibilem Calabriæ vaticinans destructionem, ac miserandam Agarenorum inuasionē, siue omnimodam virtutis euersionem, ac monachorum ad uitia declinationem atque vulgaritatem, quod magis credendum est. Verum & ipse obambulabat luctibus deplorans ecclesias, monasteria librosque. Has quidem dicens asinis & burdonibus repletas esse ac coinquinatas: Hæc vero igne combusta sunt, inquit & pereunt: Hi vero quòd araneis pleni sunt, & euanuerunt, fracti sunt: neque deinceps habemus quos legamus. Cum a. videbat aliquem è suo monasterio cœnobitam vt mortuum eum lugebat, dicens: ego te fili interfeci. Hæc & huiusmodi faciebat ac loquebatur. Nec sub tecto stare, sed sub dio, nec cibum gustare volebat, sed per deserta oberrans viuebat agrestibus oleribus. Hæc in maximam tristitiam induxerunt Nilum (tunc enim in ea crypta prope monasterium beati Mercurii commorabatur aram habente beato Michaeli Archangelo dicatam) ac penè nocte & die lugebat, & ipse beatus Nilus boni socii, amici, & cooperatoris priuationem. Sæpe illum secutus est, vt ei suaderet, quòd ad monasteriū reuerteretur, & illic conquiesceret. Ipse vero eius monitis parere noluit, dicens, qui in monasterio habitant, non sunt mei cœnobitæ: si n. essent, mecum lugerent. At contra me furentē ac mente captum vocant. Scito igitur dilecte pater, quòd ad superiorem regionem semigrabo, atq; ibi perficiar, & ad monasterium meum non amplius reuertar. Atque ita beatus fecit, vt dixit, apprehendens locum, quē Deus ante omnia sæcula illi præfiniuit. Eius festum agitur nono Cal. Aug. Hunc Franciscus Maurolycus Siculus Siracusius repetit, & eius parentes Fantum & Deodatam martyres fuisse Sicula vanitate nugatur. Erat in eodem monasterio beatus Lucus frater beati Phantini, illi prudentia, & vita similis, & ad gubernandum idoneus, ac sacrarum literarum mediocriter eruditus. Quem inuitum beatus Nilus vnà cum ceteris eius monasterij monachis beato Phantino in monasterij regimine suffecit. Erat etiam in eodem monasterio beatus Zacharias magnæ virtutis ac sanctitatis vir, quē beatus Bartholomæus angelicū appellat, cuius quoq; benevolentia beatus ipse Nilus fruebatur. Non longe ab hoc monasterio erat aliud monasterium (erat nempe tum Calabria altera Ægyptus monachorum parens) cuius nomen beatus Bartholomæus subticuit. Arbitror id esse, quod est Meliclochie, de quo mox, in quo monasterio degebat beatus Ioannes abbas beati Nili coenobita, vir cum sacris literis longe eruditus, tū sanctitate plenus, quem beatus Bartholomæus magnū appellat. Huic lectioni incumbebat assidue, præsertim Diui Gregorij Nazianzeni, eumq; aliis edisserebat. Hunc beatus Nilus veluti Ioannē Baptistam venerabatur: ita vt sæpe vel vestigia pedum eius ingenti deuotione exoscularetur, eūq; sacræ scripturæ dubia consulebat, quæ ille sapientissime & doctissime elucidabat. Eruptiones autem fuit Taurianum ab Agarenis, Mauris, Carthaginensibus impia inter se inita societate, ac magno exercitu comparato aduersantibus Siculis, beati Nili ætate, quo & alia & Calabria, & Lucania, & Appuliæ oppida euersa sunt. Ob quam vastitatem quia ciuitates quædam ciuibus vacuæ remanserunt, Episcopatus sedes in alia oppida translatæ, aut aliis adiunctæ sunt. Supra Geoliam Drosum castellū, quod rorē significat. Et supra est Terranoua oppidū nobile edito loco, quæ na versū rupib. septū in Appēnini radicibus, quod Marnus fluuius ad labitur torentinis uber, vbi lustra sunt. Abest à freto m.p. decē. oppidū vetustum est sed post Calabria vastitatē abhinc annos sexentos nouis colonis susceptis sic appellatū est. Hic emporiū nobile in nimbus singulos celebratur, fit & optimi serici ingens numerus. In templo diuæ Catherinæ duæ spinæ Coronæ dominicæ & frustulū ligni crucis, & columnæ, in qua Christus fuit flagris cæsus asseruantur: item frustula peplī beatæ Mariæ Virg. Matthæi Apostoli, Blasij, Christophori & aliarū sanctorū. Id oppidū in specula existēs magna planicie gaudet, quæ frumēti & aliarū frugū ferax est, & pabulis apta. Hic vina præclara nascuntur, sitæ & luna*

Digitized by Google

Et lina laudatissima duûm generum, quæ indigena masculæ & fœminæ vocant, fit & cannabis, fiunt & pulchra aucupia phasianorum, externarũ, perdicũ & aliarum alitum, in montibus venationes siluestriũ animalium. Sunt in hoc agro pagi Rigitanum, Leonũ, Martinum cum caperys claris vbi aqua calida ac sulfurea scaturiunt, Martinum iterum, Chrestõ quod bonum & vtile significat, Vatonum à vateo abundo. Radicina oppido par: Iatrinonium quasi medicinale cũ linis optimis, Bracadum cũ mercatu annuos Certiladum, Galatonum ab euentu fortasse (galotonus enim lactentem puerũ significat) Scrophonium, Molochum, quod molle notat, & Molochium iterum cum emporio. Deinde est Castellatum pusillum castellũ. Et supra est Opedũ comitas sedes episcopalis in radicibus Appennini edito salubriq; loco sita, quasi opem incolis dans inter duos amnes Trecetum & Madam Torentinis & anguillis fœcundum, quæ est vndiq; vallibus cincta. Hic nobilis nundina quoto quoq; anno celebrãtur. Ager hic cunctis incolis suggerit necessaria, nam frumenti & aliarum frugum ferax est, & pascendis gregibus aptus & irriguus, vbi regia equorum armẽta æstiuo tempore pabulantur. Fiunt olea & vina, & serica nobilia. Sunt in hoc agro pagi Varapedum oppido par cũ ẽporio, quasi grauis stabilisq; pes, Choreonum quod laudẽ sonat, Tresilicum, Mesinadum, & Sargonadum. Hic oliua ad amygdalarum magnitudinem crassa, & carnosa condita in cupis optima sunt esu. Nec longe est Christina castellum humili loco sitũ in radicibus Apennini, quod eiusdem nominis fluuius præterfluit. In hoc agro sylua plandifera sunt ad porcos alendos opportuna, nec non sylua ad domorũ tigna, ac supellectilia, & ad nauigiorum fabricam apta, fiunt venationes, quales Calatri, fit & oleũ nobile, oliua ad amygdalarũ magnitudinem crassa & carnosa condita in dolijs optima sunt esu. Sunt in hoc agro pagi Pedanum quasi pinguis pes, vel puerorũ aula, cum linis optimis, qua Alexandrinis minimum inuident: Sidumum cum emporio annuo, quod assulam scandulamq; significat, itidẽ cum linis optimis, qualia Dantis fiunt, Georgia, quod agricolationẽ sonat, Cocypedenũ, quod puerorum pleratum notat, Lebricum, & Sitizanũ à Sitizo nutrio dictum, vbi marmor nascitur. Hi pagi Græci sunt, & rem diuinã Græca lingua ac more faciunt, in quotidiano vero sermone Latina & Græca lingua vtũtur. Exin ad meridiem proficiscenti Synopolis oppidũ se offert in Apennini radicibus edito, sed perfido loco, quod Vadius fluuius, torẽtibus & anguillis vber, adlabitur. Ex hoc oppido fuit beatus Paulus monachus, cuius corpus Nicotera quæsiit. In hoc agro castaneæ sunt, & pagi Euphemia, Præcopũ, Synopolis Græcus pagus, cũ mercatu annuo, Aquariũ: nascitur vinũ nobile, fit optimi olei vbertas, hunc etiã oliuam ad amygdalarũ magnitudinẽ crassa & carnosa sunt, quæ condita in cadis optima sunt esu. Non lõgè à Synopoli Cosilorũ tenue castellũ est. Inde Melichlochia oppidũ, vbi oleo optimo copia ingens fit, & oliua quales Synopoli. Hic emporium in annos singulos celebratur. Est & beati Heliæ abbatis diui Basilij monachi templum, cuius corpus Calatri esse existimatur. Deinde Seminaria

A

B

C

D

E

F

ciuitas effertur Tauriani reliquiæ à fratrum p. tribus semotæ dictum hoc eruere solent spelunca. Nam post Tauriam vastatorum populum ea clade superbita cum suo Pontifice hanc sẽ contulit, perstatq; hic episcopalis sedes annis plurimis. Sed Rogerius Guiscardus & hãc, & Hipponiatem sedem Mileti tum translatas, quod tũ & Hipponiatus, & Tauriamensis, quæ hanc occupauerat, populus exiguus esset. Nunc autem & Hipponium, & Seminaria clara oppida sunt, ac satis populosa. Quare vtriq; episcopalis sedes restituenda esset, remanente Mileti sua. Nam nunc Mileticensis diœcesis ingens est, vt in tres diœceses commode distribui possit. Fit hoc fœnici & oleo probatissimo copia, oliua crassa, & carnosa sunt, qualis Melichlochia. Fiunt tele nobiles, nascitur vinum non vulgare, & gypsum speculare, fiunt aucupia phasianorum, externarum, & aliarum alitum. Haud procul est beati Philareti ædes diui Basilij monachorum cœnobium, vbi ipsius Philareti brachium, & beati Heliæ eius magistri caput asseruatur. Fuit beatus hic Philaretus diui Basilij monachus huius regionis accola, eius magister fuit, vt dixi, beatus Helias. Festũ beati Philareti v. Idus Aprilis celebratur. Subtus oppidũ Metaurus amnis excurrit. In hoc agro pagus est Anna, Decalstidiũ Antonino Pio in itinerario, cũ olei optimi copia, & olivis crassis & carnosis, qualis Seminaria. In hoc agro, vsq; Canidẽ, crocus syluestris affatim prouenit. Inde est Parma oppidũ supra mare cũ oleo nobili, distat à Gerace m. p. sex. Non longe est beati Phantini delubrum, olim beato Mercurio dicatũ, diui Basilij monachorũ monasteriũ ad quod beatus Nilus monachalẽ habitum suscepturus accessit, vbi tunc plerique sanctis vere erant, ac præter cæteros, erant beatus Phantinus, beatus Zacharias, beatus Lucas, & beatus Philaretus. Supra oppidũ mõs est sublimis mari imminens, hic specus est, in quo beatus Helias abbas solitariã vitam interim degere solebat, quã interdum etiã beatus Nilus incolebat. Parmam retia thynnaria sunt: est enim mare hoc piscosum, vbi thynni & xiphiæ & murenæ, & aurata & congri, aliiq; nobiles pisces capiuntur. Capitur Coralliũ. Post Parmã Balnearia oppidũ offertur, cum statione, mari adluitur edito loco sita inter duos amnes Catanæum & Stalassam, abest à Parma m. p. septem. In fano diuæ Mariæ plerarq; sanctorum reliquiæ asseruãtur, inter quas est fragmentum crucis dominicæ, & tabula, in qua dominus cœnauit, & vestis beatæ Mariæ Virg. post Balneariã ad tertium lapidem Crateus fluuius in mare cadit, cuius meminit Plinius, qui ait: Crateus omnium mater, vt dixere Scylla. Id quoq; scribit Solinus, itemq; Ouidius Met. libro tertiodecimo, meminit & Virgilius in Cyri, & Homerus Odis. libro duodecimo. Deinde Scylleũ oppidũ occurrit, mari incumbit supra Scylleũ promontoriũ, sublime saxum, distat à Balneariis m. p. septẽ. arx est hic loci natura & inde magis satis munita. De quo Strabo libro sexto ait: Scylleum excipit saxum sublime, quod humilem à tergo tellurem abluentibus vndis habet, in Chersonesi faciem, quam Rheginorum tyrannus Anaxilaus ædificato muniuit muro, vt Tuscis nauale struerctur, & prædonibus nauigandi per euripum fa-

culcatè interelpeset. Craſſus, *aut in eo Plut.* Spartacum in hac Rheginorum chersoneso, exercitum statuentem loci naturam diligenter contemplatus, fossa & muro intercluſit. Iſthmum enim muro clauſit, & Spartacum à continenti diſiunxit. Et licet opus magnum eſſet & perdifficile, breui tamen temporis ſpacio ex tranſuerſo iſthmi vtrinque ad mare pertingentem trium millium paſſ. cum dimidio foſſam quindecim pedum latitudine atque altitudine totidem duxit, ſuperq; eam murum conſtituit robore atque altitudine mirandum. Hæc primo Spartacus contemnere, ac nullius omnino momenti ducere ſimulabat. Inde vero deficientibus commeatibus, cum, iam nihil in chersoneſo ſupereſſet, quod ad victum ſuppeditaret, noctem obſeruans nebulis obſcuram & vehementer ventorum flatibus turbulentam, non magnam foſſæ partem abſciſſis arborum ramis, ac ſuperiniecto aggere compleuit, & ſic Craſſum fruſtratus euaſit. Scyllei, *ait Solinus*, Vlyſſes Mineruæ templum extruxit. *Hinc Dionyſius Apher Scylleum Mineruæ promontorium nuncupat. Dictum eſt autem Scylleum à Scylla monſtro, vt poëtæ fingunt. In ſuperioris enim parte promontorium id humanam effigiem, in inferiori vero plures reſectos ſcopulos ſub radicibus caernoſos habet, intra quos dum æſtuoſum mare ingreditur, ab iis refractum tumultuando canum latratum, & luporum vlulatum ſonat ac repreſentat. Hinc poëtæ fabulantur monſtrum eſſe virgineam faciem pubes tenus, reliquam vero corporis partem piſcium vel canum, atq; luporum habens. Hinc igitur fabulæ Scyllam & Charybdim peperere, hinc latratus auditos, hinc monſtri creditæ ſimulacra, dum nauigantes magnis verticibus pelagi deſidentis exterriti latrare putant vndas, quas ſorbentis æſtus vorago collidit. Hanc cecinere Homerus Odyſſ. libro duodecimo, & Virg. Æneid. libro tertio, & Ouid. Met. lib. tertiodecimo & ſequenti.* Hic Vlyſſes, *ait Dyctis Cretenſis*, inter Scyllam & Charybdim mare vorticoſum ſæuiſſimum, & illatas ſorbere ſolitum naues plurimas cum ſociis amiſit. *Fulgentius hanc fabulam ſic eſt interpretatus.* Scyllam ferunt virginem pulcherrimam, quam Glaucus Anthedonis filius amauit, quem Circe Solis filia diligebat, iirataque Scyllæ, fontem in quo lauari ſolita erat, venenis infecit. Vbi illa deſcendens ab inguine lupis canibusque marinis inſerta eſt. Scylla enim Græce quaſi Scyllon dicta eſt, quod nos Latine confuſionem dicimus. Et quid confuſio niſi libido eſt? Quam libidinem amat Glaucus. Glaucus enim Græce luſcitioſus dicitur. vnde & glaucomata dicimus cæcitatem. Ergo omnis, qui luxuriam amat, cæcus eſt, nam & Anthedonis filius dictus eſt. Anthedon enim Græce quaſi Antidon, quod nos Latinè contraria videns dicimus. Ergo lippitudo ex contrariis viſione naſcitur. Scylla enim in modum pœnitur meretricis, quia omnis libidinoſa canibus lupisque inguina ſua neceſſe eſt, miſceat. Iuſte ergo lupis & canibus mixta, quia neſcit ſua alienigenis deuorationibus ſaturare ſecreta. Sed hanc odiſſe Circe dicitur. Circes manus diuidiario & operatio nuncupatur, quaſi chironetica. Laborem enim manuum & operationem libidinoſa mulier non diligit, ſicut Terentius ait, à labore procliuam ad libidinem accepit conditionem, dehinc quæſtum occipit. Nam Vlyſſes innocuus tranſit, qui libidinem ſapientia contemnit. *In Scylleo agro nobile vinum naſcitur, mehuſſum dictum, quale naſcitur Creta. In hoc mari, vt dixi, piſcium, & præſertim galeatarum, Xiphiarum magna piſcatio ſit. De quorum captura ita Strabo lib. 1. ſcribit:* De galeatarum piſcatione, quæ circa Scylleum tractum inſtituitur, manentibus in ſtatione frequentibus remorum ductorum ſcaphis, ſpeculator quidam communis ſuperne inſtar, duos ſingulæ ſcaphæ tenent, alter nauigat, alter haſtam habens ſedet in prora. Cum primum veto ſpeculator ſupereminétiam galeatæ ſigno indicat, belluæ vero ſupra mare pars tertia eminés fertur, ſcapha propius appellitur, deinde iacto manu telo vulnus incutitur. Tum euulſa ſine cuſpide de corpore haſta, quod telum ſane eſt hamatum vt educi facile queat, apteque infixo ei funiculo, appenſum lauciata acclinat bellua, donec agitata ſuffugiensque laſſatur. Tunc in terram deducunt, aut intra ſcapham accipiunt. Quod ſi in mare telum exciderit; haud ſane perit. Eſt nanque vel è quercu, vel ex abiete compactum, adeo quòd querna grauitate demerſum, deinde in ſublime relatum facile poſſit apprehendi. Contigit autem interdum vt remigem in ſcapha per magnum galeatarum gladium vulnerari. *Et cum inſtar apri bellua vigeat impetu, aſperrime ſit ipſa venatio. Thynni enim cum gregatim prater Italiam acti elabuntur, & in Siciliam attingere prohibentur, in maiores incurrunt belluas, vtputa delphinos, canes, aliaſq; balenis ſimilis, è quorum venatione canes & galeolas pingueſcere, quos Xiphias, id eſt, gladios appellari ferunt. Vnde Homerus odyſſ. XII.*

Illic circa Scyllam & eius ſcopulum piſcoſum delphinorum canumque indagatrix, & ſiqua apud Græcos eſt balena. De bonitate gladii piſcis huius & Byzantei maris Archeſtratus apud Athenæum lib. ſeptimo ait.

Accipito gladii accedens Byzantia fruſta
Vertebramq; ipſam poſtremã: eſt optima ea q;
In Siculo ponto circa oſtia ſumma Pelori.

Canem vero marinum Nicander, Athenæus lib. eodem referente, lamiam & Scyllam vocari inquit. Laudatur & latus piſcis in hoc mari. Athenæus lib. eodem ait: Latum optimum naſci in Italia *ſcribit Archeſtratus hunc in modum.*

Italiæ nemoroſa latum ſibi præbeat ora
Quod Scylleus habet epulũ mirabile portus.

Eſt, *ait Athenæus*, hic piſcis cãdidiſſimus, atq; optimus, ſuauiſſimuſque quacunq; ratione fuerit conditus. *Supra Scylleũ Mallæ oppidũ erat, quod interiit, cuius meminit Antonin. Pius in itinerario. Aberat à Nicotera m. p. vigintiquatuor ni textus depraua tus eſt. Poſt Scylleum Canis promontoriũ occurrit*

Geben-

Geoliensem sinum efficiens, & euripi initium. Abest à Scylleo m. p. tribus, à Lao, ait Strabo m. p. CLXX. Euripi tractus vsque ad Herculeum promontorium milliaria sunt LX. De Euripo ita Strabo infit: Cænis promontorium, vltimas conficit oras, & angustias freti ad prominens Siciliæ promontoriũ Pelori, quod in æstiuos vergit ortus, sicut Cænis in occasum, cum mutuam inter se faciant inflexionem. A Cænide in Posidonium recessum & Rheginam columellam ad euripum angustus prouenit meatus, ad stadia sex vbi minimus traiectus, paulo maior est: Ab ipsa vero Columella ad Rhegium m. p. XII. cum dimidio, cũ prodeũtibus in exterius & orientale pelagus, quod Siculum dicitur, latior extenditur Euripus. Minimus autem Euripi traiectus in Cænide est. Cænis autem, *ait Plinius*, abest à Peloro Siciliæ promontorio milliario cum dimidio. *id etiam affirmat Diodorus Siculus. Thucydides vero & Polybius dicunt Siciliam à continente abesse m. p. duobus cum dimidio: id etiam asserit Parrhasius, qui locum hunc se metatum fuisse ait. De Euripi autem natura Strabo libro primo ita scribit:* Quolibet die & nocte Euripi fretum bis fluxum alternat, quòd ex altiore superficie Tyrrheni maris inundatio descendit. Nam fluxus ipse eodem tempore incipit & quiescit, quo ipsæ inundationes. Incipit enim cirea exorientem lunam & occidentem, desinit autem cum vtique cœli medio & super terram adiungitur, & decrescentiæ contrarium exeuntem vocari, vtriusque per cœlum mediis sitibus lunæ incipientem, sicut ipse, excrescentiæ. Inundantiæ vero coniunctionibus ad ortũ & occasum desinentem. *Homerus vero & Virgilius ter de die id fieri scribunt. Ait n. ille Odyss. XII.*

Ter q; die remouit, ter sorbet deinde defluxus,
Terrificũ est, ibi nec fueris sorbente Charibdi
Te neque ab hac peste seruauerit Enosigeus.

Hic vero tertio Æneidis ait:

Dextrũ Scylla latus, læuũ implicata Charybdis
Obsidet, atque ima barathri ter gurgite vastos
Sorbet in abruptũ fluctus, rursusq; sub auras
Erigit alternos, & sidera verberat vnda.

Idipsum scribit Ouid. in Medea. Aristoteles autem libro primo de mirabilibus, stupendum quiddam de hoc Euripo scribit, ait enim: De Siculo freto cum alii complures scribunt, tum hic stupendã rem euenire inquit Polycletus rerum Sicularum scriptor. Tyrrheni n. maris æstum strepitu ingenti vtrinque cum Siciliæ, tum Italiæ oram, quam Rhegium vocant, ferire, delatumque ex mari vasto in angustias postremo concludi, atque ibi sublimem tolli sonitu magno, spacioque altissimo, vt procul distantibus cõspicua sit hæc aquarum ebullitio, vt puta alba, & spumosa, nec similis maris incremento. Hæc vt credibiliter narrentur, ita contueri oculis nemo sustinet. Interdum enim diffusi rursus ex collisione mutua æstus, adeo profundum atque horribilẽ aspectum necessario intuentibus præbent, vt nonnulli præ timore animi impotentes, velut offusa oculis tenebra concidant. Postquam vero ad alterutram partem fluctus allisi sublatique ad littus supremum, denuo in subiectum mare deuoluuntur, tum magno rugitu cũ vorticibus & immẽsis & crebris ex imo fundo ebullit, inque girum eleuatur, & omnigenos etiã colores reddit. Interdũ n. ater, nonnunquã cæruleus, frequenter purpureus apparet. Cæterum cursum atque immensitatem fluxus refluxusque ne reptilia quidem vel audire vel videre sustinẽt. Quocirca ad radices montium iuxta confugiũt. Tempestate autem desinente, in sublime efferũtur voragines specie relucẽte varia, turbinibusque ac motibus ventorum aut ingentium serpẽtium spiritis non absimiles. *Euripi pisces laudatissimi sunt, tum maxime murena & anguilla.* Quæ, *Macrobius ait*, olim accersebantur ad piscinas vrbis abusque Euripo, & vtræque ex illo loco plotæ à Græcis, à Latinis flutæ, ideſt nauigabiles vocatur & in summo supernatantes sole torrefactæ curuare se non possent, & in aquã mergere desinunt, atque ita facile capiuntur. *De his Martialis ait,*

Quæ natat in Siculo grandi murẽna profundo.
Non valet exustam mergere sole cutem.

Et Archestratus apud Athenæum lib. 7.

Italiam si intra, pelagique angusta Sicani
Murẽnam captam videas, quæ fluta vocatur,
Hãc eme nãq; illic epulũ admirabile nosces.

Et rursus ibidem de Euripi anguillis inquit:

Anguillas omnes laudo, præstantior illa,
Quæ capitur Rhegii maris è regione profundi:
Hanc aliis cunctis mediam tu ponito tales
Sin eas epulas opulentius os erit ipsum.

Capitur etiam circa Rhegium piscis exormiston, de quo mox dicemus. Post Canidem promontorium, Columella est, siue columna Rhegia, cuius meminit Antoninus pius in itinerario, quam distare à Mallis oppido ait m. p. XIIII. à Nicotera XXXVIII. ni locus sit depranatus. Commeminit de columna ipsa Cicero in oratione pro P. Sextio. De qua Strabo libro tertio inquit: Rhegini Columellam turrem exilem supet freto pro confinio locauerunt, cui e regione turris posita est, quam Pelori nuncupant. *Distat à Rhegio m. p. XII. cum dimidio. Supra Canidẽ promontorium m. p. tribus, Canis, siue, vt Stephanus ait, Canisium oppidum est, licet ipse Sicilia, vt alia Calabriæ oppida multa scribat. Abest à Medama, ait Strabo, m. p. XXXI. edito eoque pensili loco situm, meridiem spectans, quod eiusdem nominis fluuius adlabitur. Quem quia vtrinque frequentes mororum arbores syluarum instar sunt, flumen morum pro mororum vocant. Hic sesama laudatissima fiunt, & horũ copia ingens. Extant & horti nemorosi limonũ & malorum aureorum. Nouimus ego Hieronymum Fabã presbyterum huius oppidi ciuem integerrima vitæ virũ, literarũ Latinarũ minime expertem. Qui in numerato habet ingenium. nam & carpentariam & sutoriam artes, quandiu libuit, exercuit, picturam,*

Digitized by Google

quoq; & sculpturam optimè scit. fructus fucit ex buxo eiusq; suis generis artificio mirabili, vt facile credares veros esse, ac recenter decerptos ex arbore. Quare pleriq; decepti sunt. Rhedam fecit ex ligno magnitudine grani tritici (incredibilem videor fortasse quibusdam rem scribere, at vera refero) in qua statiuncula, hoc est, viri ac vulieres sedentes, & boues, qui rhedam trahere videbantur, & rhedarium sedentem, rhedamq; regentem. Aliam fecit, quam pulex catena lignea alligatus trahebat. Fecit item ex buxo opus, in quo tota passionis Christi series continebatur, vt cœna, in horto cum Apostolis captura, à Iudæis & Iuda, flagellatio ad columnam, coronatio spinea corona, & delusio, damnatio à Pilato, & Christus crucem baculans, crucifixio cum latronibus, & resurrectio. Quod opus tanto erat artificio, vt in cortice nucis auellanæ contineretur. Fecit eodem artificio, ac magnitudine, domum Pilati cum ministris educentibus Christum per scalas, Crucem baiulantem, & Pilatum lauantem manus. erat ibi & hortus pensilis, in quo flores erant & aues, erat & cauea cum carduele aue, vasa item cum floribus. Fecit eodem artificio & magnitudine historias veteris testamenti, & alia eiusmodi pleraq; Eius opera ad Carolũ quintum Cæsarem, & ad Gallorum regem, & ad Philippum regem Hispaniarum pro miraculo aduecta sunt. Post oppidum Gallicum & inde Lubonum amnes cadunt in fretum. Supra oppidum haud procul ab eo Calanna oppidum est in radicibus Appennini, quod pulcherrimum agnum sonat, cum serico & oleo nobili. In cuius agro pagi sunt Allessium, & Stephanum. Intus Apennini silua est nobilis mire longitudinis proceris arboribus & aquis recentibus referta, ac picis ferax optima, vberemq; ad domorum tigna reliquaue vtensilia opera, & ad nauigiorum fabricam materiam suggerens. Sunt & glandiferæ arbores alendis porcis opportuna. Prouenium & frugifera arbores sponte, erumpunt & herba nobiles medicinales. Lata ibi ac diffusa planicies, montibus virentibus herbis coronatis cincta, valles ibi amœnæ susurrantibus riuis irrigatæ. Pascua pabulaue vulgo læta ac florida. Frequens illis & varia venatio: est enim ferarum lustrum. nam, vt semel atq; iterum dixi, in Apennino Calabriæ varia siluestrium animalium genera stabulantur, congerunt & accipitres multigeni, in planis vero multarum auium genera sunt, quare in vtraq; Calabriæ ora aucupia & venationes vberes sunt. Nascitur passim lapis phrygius, prouenit anisum, cuminum, Crocus syluestris, fraga, cythisus & uberes fontes in ea manant perspicui, ac flumina prope innumera pisculenta torrentius & anguillis fœcunda, quæ vtranq; Calabriæ oram vbertim irrigant. In loco dicto Petrona agri Synopolitani nascitur marmor. Huius siluæ meminit Plinius, & Solinus, qui eam Rheginorum saltum appellat. De hac ita Pontanus hortorum libro secundo scribit:

Est nemus extremis Calabrûm inuiolabile ter-
Diis sacrum patriis multa & pietate verendum:
Arborei diues fœtus, voluctumque rapinis
Opportuna domus, tuta & spelæa ferarum:
Hoc nemore in ipso, luciſq; horrentibus olim
Aduectam memini stirpẽ, quæ citron ab omni
Parte & odore quidem, foliis & flore referret
Sed fructus variata, & longe aliena figura
Vix orbem retinens, protẽto & corpore longo
Sese agit in ductus, varia & trahit agmine cauda.

LIBER TERTIVS.

RHegium in Italiæ humero, ait Plinius, situm, à quo veluti ceruicis incipit flexus, inter Lubonem & Calopinacum Taurocinum olim dictum amnes est. Abest à Messana m.p. septem. Vrbs equidem longe nobilissima & vetustissima, totius Calabriæ metropolis, vtpote q̃ prima in Calabria, imo v. in Italia, Romæ excepta, vt mox latius ostendam, Christi fidem sit complexa, primaq;, vt libro primo ostendi à diluuio condita. Quæ multas colonias in Calabria deduxit: nam ante Oenotrorum in Calabriam aduentum, qui è Græcia primi in eam aduentasse dicuntur, Rhegium Aschena, prius a conditore dicta, colonos per totam regionem, & stirpe, emisit. Quos Græci Auxones, & regionem Auxoniam, vt alibi retuli ab auxo, id est, augeo, quod rerum prouentus ibi semper augeatur, appellauere. Fuit autẽ condita, non multo post diluuium Noe ab Aschenaz ipsius Noe pronepote, filio Gomer, vt iam libro primo demonstrauimus. Qui Aschenaz à Gomer in Italiam ad habitandum directus, cum is sibi primus locus esset oblatus, loci amœnitate captus, hîc consedit, vrbemq; hãc statuit, quam à suo nomine Aschenam, atq; incolas appellauit Aschenezaos. Viget medius fidius in hac ora beata felixq; quædam amœnitas, vbi ver perpetuum, arborum frondes perennes. Hinc horti nemorosi omni optimorum fructuum genere referti: nemora insuper malorum aureorum, citronum, & limonium arboribus oppleta, vt totus Rhegius ager iam irriguus pomœrium videatur. Hic palma ob cœli gratum temperiem dactylos ferebant, qui ad maturam frugem perueniebant, sed à Turcis excisæ sunt. Nam post virgineum partum anno M.D.XLIIII. Iulio mense à Turcarum & Gallorum classe Rhegium & omnes eius pagi, templa quoq; & monasteria agri Rhegini direpta & exusta sunt, vineta & arbores omnes ferè incisæ. Quando Gallorum rex Franciscus sumpsit, ac Christiana pietatis & religionis oblitus, societatem, fœdusq; cum Turcarum tyranno aduersus Carolum quintum Cæsarem iniens, classem Turcicam Constantinopoli accersiuit. Qui vtramq; Calabriæ & Lucaniæ, & Appuliæ oram diripiens igne concremauit, magnamq; vtriusq; sexus & omnis ætatis hominum turmam captiuam duxit. Inde anno à Christo nato M.D.LII. Iulio itidem mense Henricus Francisci filius impia patris vestigia secutus cum eodem tyranno paternam societatem ac fœdus innouans classem iterum è Byzantio aduersus eundem Carolum accisuit. Quæ rursus eadem oras peruastauit, magnamq; captiuorum manum duxit. At ob tantum flagitium soluit partim iam multos annos Gallia pœnas, pendituq; etiamnum. Nam Lutherana hæresis infecta semel intestinis dissidijs, cædibus, & direptio-

bus vexauit, & vexat. Vidi Rhegij (vt vnde digressa est, redeat oratio) plantam, musam vocant & paradisi malum, quæ folia habet cubitalis longitudine, lata palmo prope: eius caulis haud diu perdurat, aresc it enim, & iterum pullulat, fructus fert digitalis longitudine crassos & gibbosos dulcis saporis, maturescunt mense Nouembri. Fit Rhegij sericum laudatissimum vbertim, nascitur & vinum probatissimum: de quo Athenæus libro primo ait: Vinum Rheginum cum Surrentino pinguius fit, vsque ad annum quintumdecimum est vtile. *Sunt Rhegij figlinæ, vbi olla coquinariæ laudatissimæ fiunt. Olim etiam patinæ nobiles fiebant, vt Plinius libro trigesimo refert.* Rhegium, *inquit, figlina & plastice nobilitatur. Et rursus.* Nobilitatur Rhegium patinis. *Hic nundinæ nobiles in annos singulos celebrantur. In Rhegino littore post Caniden promontorium m.p. quatuor vsq; ad Leucopetram, simulatq; mare exieris, pede vno, & interim eo minus, terra effossa aquæ dulces scatent. In hoc agro vitex, siliqua siluestris, & absinthium sponte prouenium. Nascitur & molaris lapis frumentarius & olearius. Palladiæ arbores, id est, oliuæ affatim nascuntur. Oliua ad magnitudinem amygdalarum crassa, & carnosa condita in doliolis optima sunt esu. Sunt in hoc agro pagi Mota, Sabatelum, Diminutum, Boracianum, Orthiũ, quod rectum altumq; significat, Aresium, ab arezo placeo dictum d. Etum: Casaretum, Turetum, Trezenum a trezo gemo: Perlupum, Naseetum, Pamliariũ, Cannanum, Peratum, Velanedum: & eiusdem nominis fluuius. Olim Rheginorum ditio à Poccolino, nũc Metauro amni, vt ostendi, vsq; ad Halecem fluuium protendebatur. De piscibus, qui in euripo, circa Rhegiũ capiuntur, diximus. Cassiodorus epistolarum lib. duodecimo ad Anastasium Cancellariũ Lucaniæ, & Brettiorum præpositum scribens de Rhegina ora, sic ait:* Rhegini ciues vltimi Brettiorum iniqua suggerunt se exactorum præsumptione fatigari, implorantes non aurium, sed oculorum nostrorum nota remedia, qui possumus scire territorium eorum, quod petitur non habere. Rheginorum terra est montanis lapillis ratissima, arida pascuis, sed vndosa vindemiis, segetibus aduersa, sed oliuis accommoda. Ideo cultura eius omnis in sarculis est. Quia superficies ipsius sicca nutrire non valet superne nascentia. Stercore illic ager nudus industria potius, quàm natura vestitur. Nam Palladiæ siluæ viriditate contegitur, quæ in solo aridissimo approbantur. Talibus enim locis illa præficiunt, quæ radicibus proceris ad humi penetrale descendunt. Segetes irrigantur vt viuant, & conditione mutata hoc artis impenditur, quod olerib. exhibetur. In hortis autem rusticorum agmen habetur operosum, quia olus illic omnium saporum est marina irroratiõe respersum, quod humana industria fieri consueuit. Contra Maronis autem sententiam intuborum illic fibræ dulcissimæ sunt, quæ præcinctæ foliis dulcissimis tortuosis calloſa teneritudine conglobantur. Vnde in morem vitri aliquid decerptum frangitur, dum à fœcũdo cespite segregatur. His victualibus, si vis nosse, regio ipsa fœcunda est. Nam & marinis deliciis copiosa iucunditate perfruitur. Quia ibi mare superum atq; inferum insertis fontibus adunatum delicias vtriusq; pelagi in vnam congregationem sinus sui volubilitate perducitur. Necesse est enim illuc & pisces properare, vbi constat & vndam posse defluere. Exormiston quoq; inter pisces regium genus compar murænis corpore vel colore, distans naribus setosis, colostrea delicatitudine præditum, oleoso ac suaui liquore coagulatum appetibilis grataq; pinguedo. Cum spumis fluctuantibus inter aeris confinia cœpit enatare, nescit ad cubilia redire, quæ deserit. Credo immemor reuersionis, aut teneritudine summa mollitus nequit vndis eleuantibus contraria obluctatione demergere. Fertur velut corpus exanime nullis nixibus periculum, nulla arte deuitans, & hinc viribus destitutus creditur non redire, quia neque fugere posse sentitur. Hic plane tantæ dulcedinis esse dignoscitur, vt & nullus piscium comparetur. Hæc sunt in littore Rheginо, quæ diximus, quod nõ alio referente cognouimus, sed visuali probatione retinemus. Quapropter laridi atq; tritici species nullis temporibus coertionis nomine inde decernimus postulari. Quia nimis calumniosè petitur, quod loci beneficio non habetur. Deinde sufficere debet ostensio veritatis, & testimonium iudicis. Quia nimis execrabile malum est, si cum aliud noueris conscientia, aliud lingua decernat. Additur etiã quòd tantis commeantium fatigatur aduentibus, tanta exurentium laceratione deteritur, vt rationabiliter illi remitti debuisset, vel quod apud ipsam nasci posse constaret. *Inde vero post ea Chalcidenses vnà cũ Messenijs è Peloponneso Rhegium incoluerunt, Antisthene siue Antinesto duce, qui, ait Heraclides, in Rep. Aristocratiã constituerit: nam milleoptimates electione creati ciuitatẽ administrabant, licet Strabo eam à Chalcidensib. conditã dicat. Eã Græci Rhegium appellauere à fractura, vt quidam volunt, ῥήγνη n. vt dixi, fissuram significat: Siculum Italiæ cõiunctam erat, sed terræmotib. auulsa est. Quocirca Strabo lib. 6. de Rhegio loquens ait:* Sed ei Aeschylo teste, casu quodam hoc nomen inditũ est: namq; Siciliã ab continenti vi terræmotus auulsam & ille & alii memoriæ prodiderũt, ex quo erhagine, id est, à frangendo nomen affecutum. Referatis n. tum oribus per quæ ignis respirat, & igniti lapides & aquæ effluunt, raro vicina freto tellus motibus quatitur: cũ v. omnes ad superficiem meatus occluderentur, in subterraneis concauitatibus ardentes ignes, & spiritus vehementes terræ motus efficiebant. Agitati v. ventorum violentia loci cessere, & abscisſi vtriq; mare admiserunt. Cum Sicilia tota cauernosa sub terra sit, fluuiis & igne plenissima, sicuti Tyrrhenum mare vtq; Cumæ est. *Idipsum scribit Trogus Pomp. apud Iustinum libro quarto. Et Virg. lib. 3. Aeneid. idem affirmans, ait:*

Hæc loca vi quondam & vasta conuulsa ruina,

Digitized by Google

(Tantum cui lõginqua valet mutare vetustas)
Dissiluisse ferunt, cum protinus vtraque tellus
Vna foret, venit medio vi pontus & vndis
Hesperium Siculo latus abscidit, atuaque & vrbes.
Littore deductas angusto interluit æstu.

Caterum credibilius est, vt alibi dixi, Rhegium ab aëris temperie cœlíq; clementia dictum, nam ῥήγιον vtile iucundum, & bonum notat. Hebraicè autem pascua eorum. Callimachus autem Rhegium Ioacasti vrbem dixit. nam Ioacastus Æoli filius eam tenuit: id etiam Diodorus Siculus libro sexto asseuerat. Meminit de Ioacasto & Dyctis Cretensis libro quinto. fuit enim non multò post excidium Troianum. De Æolo Strabo libro primo sic ait: Aeolus in Euripi Siciliæ locis, quæ percursus & recursus est, & nauigationis asperitas per fluxus atque refluxus, aggrediendi signa præmonstrauit. Itaque ventorum custodem, atq; regem creditũ fuisse Polybius refert. *Antiochus a. apud Dionysiũ Halicar. Rhegium Neptuniã appellauit. Quia & P. Ss. deniadicta est. Nã Possidon Neptunius dicitur. Quare Strabo à Cnide vsq; in Possidonium, recessum & Rheginam columellam angustum protensire meatum ait. Inoleuerunt quoq; Rhegium Aruncι, vt Cato in Orig. ait. Dicti quoq; sunt Rheginι Taurocini, ait idem, à fluuio. Frequens de Rheginis, Locrensibus, & Thuriis, apud Thucydidem fit mentio. Hanc & Hipponiũ inter septem illustriores & opulentiores Italiæ vrbes, quæ substantia, & domorum pulchritudine, pauimẽtisq; præstabant, Appianus bellorum ciuilium libro quarto, fuisse, memoriæ prodidit. Cicero in Verrem actione sexta, Siculos Rheginorum ciuitati inuidere ait: Polybius etiam libro X. hanc & Locrum & Cauloniã & Crotonem clarissimas vrbes fuisse refert. Strabo quoque libro sexto ait:* Antiochus locum hunc vniuersum ct: cum Rhegium ab Siculis antiquitus habitatum, simul & à Morgantiis fuisse tradit. Qui deinde ab Oenotriis eiecti in Siciliam traiecere. Sunt qui Morgantium ab hisce nomen duxisse scribant. Ingens vero olim Rheginæ ciuitatis potentia fuit, validis quaqua uersum castellis munita. Propugnaculum assidue imminens habens insulæ & priscis annis, & ætate nostra. Cum sollicitante Sex. Pompeio Sicilia desciuit à Romanis. *Cumq; de separatione Siciliæ ab Italia, Rhegiq; ob id nomine disseruisset, adiecit:* Veruntamen siue ob eam causam nomen ciuitati factum est, siue propter illius claritatem, considerare licet, vtro veritas se modo habeat: Cum Samnites Latino sermone regiam illam appellarint: Et prisci eorum auctores regendis ciuitatibus communia cum Romanis instituta seruarint, ac plurimum Latinam linguam vsurparint, & in pleraque oppida colonias deduxit, ac permultos celeberrimos viros edidit, seu gubernandæ reipublicæ virtutem, seu doctrinæ magnitudinem proposueris. *Eam Dionysius solo æquauit, illa commotus causa: nam cum ex ea ciuitate puellam in matrimonium petiisset, Rheginι seruι pu-*

blicι seu lictoris filiam ei pretendarunt. Eius filium quandam vrbis partem acceptam instaurans, Pyrrhi, ætate Phœbiam nominauit. Inde Campanorum præsidium Rheginos maxima ex parte deleuit. Terræmotibus quoque paulo ante bellum Marsicum vrbis pars magna corruit. Postea Cæsar Augustus fugato ex Sicilia Pompeio cum desolatam hominibus vrbem cerneret, acceptos è classe permultos ei dedit accolas. Nunc autem bona satis est ciuitas. hinc Rhegium Iulium dictum est. Iulius etiam in libro de prodigijs inquit: L. Martio & Sex. Iulio consulibus pars vrbis muri Rhegij terræmotu diruta fuit. Atq; L. Furio & Attilio Serrano consulibus Rhegium pene totum incendio consumptum sine vllo humanæ fraudis vestigio. Dionysius, *ait Sex. Iulius Frontinus Stratag. libro tertio,* multis vrbibus captis, cum Rheginos aggredi vellet, qui copiis abundabant, simulauit pacem, petiitque ab eis, vt commeatus exercitui ipsius subministrarent, quod cum impetrasset, exhausto oppidanorum frumento, aggressus vrbem alimentis destitutam, superauit. Hic, *ait Aristoteles Oecon. libro secundo,* cum cepisset Rhegium conuocato populo dixit, quam ob causam ab eo iuste capti essent: nunc tamen impensas, quas in belli vsum consumpsisset, percipiens, & insuper ab vnoquoque minas tres, absolueret eos. Rheginι vero quæcunque absconderant in apertum eduxerunt, & egeni à ditioribus, & peregrinis mutuo accipientes, conflarunt summam, quam præceperat. quam ab ipsis accipiẽs, nihilominus omnium corpora vendidit, & cunctam supellectilem, vniuersaque bona siue occulta siue aperta diripuit, à ciuibus accipiens pecunias ea lege, vt illas restitueret, cũ ab eo repeterẽtur, iussit ad se afferri quantum quisque posslideret argenti, alioqui mortem mulctam indixit. Delato autem argento, numum percussit nouo charactere, deditque drachmam duarum drachmarum valore, sicque debitum penes ipsum remansit. *Hæc Rhegium à Sicula crudeli tyrannide, simulatione ac fraude perpessa est. Tulit & Rhegina ciuitas malæ plurima à Siculis ipsis & Campanis, insidis & leuibus hominibus.* Nam cum Rheginι, *ait Iustinus in Trogo libro quarto,* discordia laborarent, ciuitasque per dissensionem diuisa in duas partes esset, veterani ab altera parte ab Himera vrbe in auxilium vocati, pulsis ciuitate, contra quos implorati fuerant, & exinde cæsis, quibus tulerant auxilium, vrbem cum coniugibus & liberis sociorum occupauere, ausi facinus nulli tyrãno comparandum. *Quippe vt Rheginis melius fuerat vincι, quam vicisse: nam siue auctoribus captiuatis iure seruauissent, siue amissa patria exulare necesse habuissẽt: non tamen inter aras & patrios lares trucidati crudelissimis tyrannis patriam cum coniugibus ac liberis prædam reliquissent.* Tempore autem, *ait Polybius libro primo,* quo Pyrrhus Epirotarum rex in Italiam copias traiecit, aduentu eius territi Rheginι, simul quod Carthaginienses tunc mari dominantes metuebant, populi Romani opem, atque præsidium

lidium postularunt. Missi ab Romanis ad Rheginos milites aliquandiu vrbem tutati, fidem ciuitati seruauerunt, erant numero quatuor millia hominum, quibus duces præcerant Decius, & Campanus, sed tandem Mamertinorũ exẽplo permoti, & eos tanti facinoris cõspiratores habentes, ipsi quoque Rheginis fidem violant, tũ rei opportunitate, tum Rheginorum opulentia pellecti, ciues alios ex vrbe depellunt, alios cædunt. Denique vt Mamertini fecerant, ciuitatem detinent. *Id etiam Liuius ab vrbe condita libro XII. scribit. At tanti sceleris legio ipsa merstas iuis pœnas. Nam vt bel. Mac. libro primo Liuius ipse tradit,* Romani eam bello persecuti in potestatem redactam tergo & ceruicibus pœnas sociis pendere cum coegissent, vrbem, agros, suaque omnia cum libertate, legibus Rheginis reddiderunt. *idipsum scribit libro XV.* Rheginorum resp. *ait Arist. Pol. libro sexto,* in Anaxilai tyranni hidem cõmutata *est.* Hic *ait Thucydides lib. sexto,* exterminatis Samiis, qui antea Siculos e Zancla expulerant, Zãclam vrbem promiscuis hominibus frequentem reddidit, & à sua quondam patria Messanam appellauit. Hic, *ait Iustinus ex Trogo libro quarto,* iustitia cum cæterorum crudelitate certabat, cuius moderatio haud mediocrem fructum attulit. Quippe decedens cum filios paruulos reliquisset, tutelamque eorum Micytho spectatæ fidei seruo commisit, tanti amor memoriæ eius apud eos fuit, vt parere seruo, quam deserere filios mallent, principesq; ciuitatis obliti dignitatis suæ regni maiestatem administrari per seruum paterentur. *Id etiam scribit Macrobius Sat. libro primo. Sunt Rhegini suapte natura summa humanitate ac benignitate præditi. Fuere Rhegini Tarentinis amicitia connecti. Horum ad tria millia, qui opem Tarentinis, ait Herodotus libro septimo, aduersus Messapios tulerant, quo tempore Micythus regnum administrabat, interiere. Ipse vero Rhegio excedens Tegeam Arcadum incolit.* Cumque Tarentini, *ait Aelianus de Varia historia lib. 5.* à Romanis obsiderentur, & fere parũ abesset quin præ nimia fame caperentur, Rhegini publico decreto sanxere decimum quẽque diem ieiunium agere, & illis cibos præbere, recedentibus postea Romanis seruati sunt, & memores periculi illius festum agunt quotannis vocatum nistian, idest, ieiunium. *Magna etiam erga Athenienses vsi sunt humanitate:* nam, *ait Thucydides libro sexto,* cum classis Athenienſium in Italia appulisset à nulla ciuitatũ recepti sunt, neque in mercatum, neque in vrbem, aquationẽ tantum eis & statione concessa; ac nec his quidẽ concessis à Tarentinis atque Locrensibus, donec ventum est Rhegium Italiæ promontorium, vbi contractis iam copiis extra vrbem, quoniam intra muros nõ recipiebantur, castra tenerũt, & apud Rheginos verba fecere, vt illi quia Chalcidenses essent, Leontinis, qui & ipsi Chalcidenses erant, auxilium ferrent. Rhegini negare, vterutris affuturos, sed quicquid Italicis cæteris communiter placeret, id esse facturos. *Verumenimuero* aliquando Rhegini *ait idem libro sexto,* in bello Syracusanorum cum Leontinis, Locrenses vero Syracusanis studebant. Rhegini & Athenienses, *ait idem libro eodem,* cum triginta nauibus Æolias insulas inuaserunt, Rhegini & Locrenses, *ait Cicero in oratione pro Archia poeta,* Archiam ipsum ciuitate cæterisque præmiis donarunt. *Dionysius maior Sicilia tyrannus platanos arbores, vt Theophrastus libro quarto de plantis tradit, primus ex Sicilia in Italiam transtulit, & Rhegi in hortis domus suæ miraculum plantauit, quæ in gymnasio stant, ibi enim postea factum est gymnasii, nec vllam magnitudinem capere possunt. Id etiã scribit Plinius lib. duodecimo,* Rhegii Q. Luceius, *ait Cicero in Verrem actione septima,* argentariam maximã fecit. *Cicero Rhegij aliquando commoratus Topicorum libros edidit, vt ipse in epistola ad Trebatium scribit. Rhegini & Petelini in fide & amicitia P. R. ad vltimum permanserunt, vt Liuius bel. Pun. libro tertio prodidit. Fuit Rhegiũ Romana ciuitate donatũ, ac colonia Romanorum, inde municipium nobilissimum, vt Nonius Marcellus & Festus Pomp. scribunt. C. Paterculus libro primo ait:* Scyllaceum & Neptunia coloniæ deductæ, Coſæ donata ciuitas. *Et Cicero in Verr. libro sexto, inquit,* Quid arbitramini Rheginos qui iã ciues Romani sunt, mereri velle, vt ab iis marmorea Venus illa ne auferatur? *Et Philipp. prima:* Cum autem me ex Sicilia ad Leucopetram, quod est promontoriũ agri Rhegini, venti detulissent, ab eo loco conscendi, vt transmitterẽ, nec ita multũ prouectus sum in eũ locum, vnde conscenderã. Cumq; intempesta esset, mansissemque in villa P. Valerii comitis & familiaris mei, postridieque apud eundem ventũ expectans manerem, municipes Rhegini complures ad me venerunt. *Et in epistola ad Cornificium eos tribus Cornificia attributos esse ostendit. ait enim:* Ego iratus temporibus in Græciã desperata libertate rapiebar, cum Auster aduersus maximo flatu me ad tribules tuos Rheginos retulit. *Vnicuiq; enim tribus Romanæ municipia attribuebantur, vt in Liuio bel. Mac. libro octauo liquet. In foro Rhegino hæc inscriptio erat. T. Tarsinius, T. F. Sabinus triumuir ed. Pot. ii. testamento legauit municipibus Rheginis Iul. in prætoriaco statuam auream Mercurij, trullam argenteam anaglyptam p. ii. S. . . . : lares argenteos septem p. ii. S. peluim aream corinthiam. Item in templo Apollinis maioris pugillares membraceos operculis eboreis. Pyxidem eboream. Tabulas pictas XIIII. Heredes eius ponenda curauerũt. Extat & Rhegij lapis Græcis literis insculptus sic:* ὁ δημος τον ῥηγινον νικαϲαντα νικης ἕνεκεν. *Erat olim Rhegium, vt dixi, vrbs munita propugnaculis. Hanc vrbem Hannibal, vt Liuius bel. Pũ. libro quarto scriptũ reliquit, obsedit, sed deos aliquot nequicquã absumpsit.* Gothi, *ait Procopius libro tertio de bello Gothico,* vbi Rhegiũ peruenere haud quaquam prius inter medium fretũ traiiciũt, quam Rhegii præsidiũ pertentassent. Præerant tũ eius loci custodiæ Teremũdus & Imereus per Belisarium præ-

præsides constituti, qui cum multos & fortissimos apud se milites tum forte haberent, à mœnibus non solum hostes erumpendo propellũt, sed vel pugnam cum his consetentes victoriam retulerũt. Verum cum numero essent longe inferiores intrà muros quieti de cætero se continebant. Totilas vero exercitus ibi parte in obsidione relicta, potiturum se fame præsidium, & Romanos simul operiendo victurum ratus, Tarentum cæterò exercitu misso sine vllo negotio præsidium cepit. *Idipsum scribit Agathias de eodem bello libro 4. In illa tam furiosa persecutionis rabie Crotonsium & Carthaginiensium, quam vniuersa Calabria, & Lucania, & Appulia perpessa sunt, nil aduersi sensit Rhegium. Id q; obsanctitatem Eusebij archiepiscopi Rhegini, cuius precibus seruata est ciuitas. Franciscus Maurolycus homo Siculus neotericus scriptor, atq; bonarum literarum nescius Sicula vanitate ac crassitudine delibutus, insanis & ieiunus, Arcadium Imperatorem Rhegium nobilissimam vrbem, Messena ciuitati assignasse peculium, nulla eriam proposita causa temere nugatur, & Militensem & Marcensem Calabria episcopatus Messenæ archiepiscopo olim subiectos fuisse blateraret. Apertissimum & vanissimum commentum Siculæ gentis peculiare.* Qui, *vt probe Plutarchus in Nicia de Timæo Siculo historico scribens, ait*, in historia scribenda sæpe ad ridenda quædam ac leuia, minimeq; ad historiæ contextum pertinentia digrediuntur. Qui Timæus, *ait in Bruto Cicero*, Lysiam Athenien sem oratorem quasi Licinia & Mutia legè repetit Syracusas, *Franc. Maurolycus in suo martyrologio diuum Phantinum Taurianum sancti Basilij monachum, de quo dudum scripsimus, quasi Licinia & Mutia lege, vt (ciceronis verbis vtar) repeat Syracusas, illius q; parentes martyrio vitam finisse blaterat. Beatum Domimcam Tropiensem Campaniæ tribuit. Quid multa? cũ Siculi Calabros claros viros, vt se Siculos esse dicerent pecunia, quod ostendemus, subornarint. Messana autem colonia fuit Rheginorum: nam, vt dudum ex Thucydide ostendi Anaxilaus Rheginorum tyrannus exterminatis Samijs, qui Zanclem incoluerant, vrbem promiscuis hominibus frequentem reddidit, & à sua quondam patria Messanam appellauit. Iam vero Calabri, vtpote Locrenses, Messenæ, quod ostendam, aliquando dominati sunt. ergo Messana nunc sub Rheginorum, nunc sub Locrensium ditione fuit. Nec Messenij sine Calabro commeatu viuere possunt, nam ciuitia, vel quidem certe ligna & saxa ipsis ex Calabria subministrantur. Effingebant Rhegini in numo leporem & currum:* nam, *ait Arist. Iulio Polluce referente*, Anaxilaus cum Sicilia ante lepores non gigneret, hic inuehens nutriensque simul rheda in Olympia vincens, Rheginorum monetæ rhedam insculpsit & leporem. *Imprimebant etiam in numo interdum musam, & ex postico lyram, forsasse in Ibici poetæ gloriam, inscriptione Græca ἐηγιων: interdum ex postico musa signabant leonem gradientem. Quandoq; insculpebant Mercurium altera manu caduceum, altera marsupium tenentem, & ex altera facie Castorem & Pollucem. Interim effingebant Ionem & ex altera parte Minervam hastã dextra tenentem. Aliquando signabant Proserpinam, & ex altera parte Ionem sinee Æsculapium sedentem. Quandoq; signabant lunam bifrontem, & ex postica facie Ionem sedentem. Signabant & solertis sub imagine leonis quasi custodem: leo enim dormit apertis oculis, vigilat clausis. Imprimebant nonnunquam Apollinem, & ex altera facie solem. Plerumq; signabãt Castorem & Pollucem, & ex postico mysten sacrificantem super aram tenentem craterem. Item Apollinem & Dianam, & ex altera parte tripodem. Item Ionem & ex altera facie salutem, hoc est, Ygiam Æsculapij filiam dextra serpentem tenentem. Item Martem, & ex postico Minervam tenentem scutum & Victoriam. Rhegina autem Ecclesia Archiepiscopalis sedes est vetustissima ab Apostolo Paulo fidem edocta, totius Calabriæ metropolis. Et Archiepiscopus Rheginus in generalibus conciliis post Romanum Pontificem legatum semper primas tenuit. Cum enim vt alibi dixi, Paulus Apostolus ex Iudæa Romam peteret, Rhegium deuertit, vt Lucas in Actis Apostolorum tradit. Qui diem totum hic commoratus, & Dei verbum apud populum, vt suus mos erat, faciens, Rhegenses ad Christum conuertit, & Stephanum quendam archiepiscopum Rheginum constituit. Extat Rhegij ipsius beati Stephani vita è Græco in Latinum versa hunc in modum:* Paulus Apostolus Rhegium perueniens, ac die vno ibi moratus, Deique verbum apud Rheginos adhuc idola colentes conionatus, ipsos ad Christi fidem conuertit. Et sicut bona terra semen recipiens centuplum reddit: ita Rhegini verbum diuinum receperunt, in eoque vsque perstiterunt, quos beatus Paulus instruxit, & plurimos eorum baptizauit in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Quibus Stephanum Nicænum hominem, qui ipsum è Iudæa fuerat comitatus Archiepiscopum constituit. Cumque Stephanus ipse septem & decem annos Rheginæ ecclesiam optime rexisset, & multos circumuicinos populos prædicatione ad fidem duxisset, atque episcopos & presbyteros ordinasset, orta in Christianos persecutionis rabie, ipse & Suera circumuicinæ ciuitatis episcopus, nec non Agnes, Felicitas, & Perpetua mulieres beati Stephani discipulæ Christum constanter confitentes, idola vero ligna & saxa insensata esse libere farente, Rheginæ ciuitatis præsidis Hieracis nomine iussu laxis pectti, ac fractis oculis in fornacem proiecti fuerunt, ex qua illæsi egressi sunt. Quod videntes, qui adhuc erant idololatræ, clamantes Deum beati Stephani & Sueræ verum & magnũ esse, crediderunt in eum. Illi vero Nonnis iubentibus interempti sunt. Corpus autem beati Stephani intempesta nocte à viris catholicis in australi parte ciuitatis, milliario ab ea in secessu, oratorio suo sepultum est. Aliorum vero corpora eodem loco humata sunt, vbi fuerant trucidati. *Haud dubium & Rheginos, & circumquaq; regionis ac demum vniuersæ Calabriæ vrbes, & sum-*

deles per multos postea vsque ad Constantini & Syluestri tempora martyrij palmam fuisse assecutos, plurimosq; absque martyrio sanctitate floruisse. Nicena synodo prima Constantin & Syluestri tempore celebrata, interfuit præsens Marcus Archiepiscopus Rhegium solus ex tota Italia Victore & Vincentio Romanis presbyteris exceptis, qui gessere vices Papæ. Ioannes archiepiscopus Rheginus vna cũ Ioanne episcopo Portuensi & Abundãtio episcopo Paternensi, quæ cunctas, vt ostendam, in Calabria est, gessit vicem Papæ Agathonis Rhegini civis in synodo Costantinopolitana sexta. & Constantinus archiepiscopus Rheginus interfuit synodo Nicenæ secundæ sub Adriano papa celebratæ. Anno à partu virginis CCCCXXXVIII. sub Sixto Papa tertio, & Theodosio iuniore & Valentiniano Imp. habita fuit Rhegij prouincialis synodus Hilario archiepiscopo aduersus Bruticensem episcopum qui minime legitime fuerat ordinatus. Gregorius papa libro quinto ad Bonifacium archiepiscopũ Rhegium scribens Catiatensem ecclesiam ob ciuũ paucitatem Rheginæ ecclesiæ committit. Erat enim olim, vt dixi, Rhegina ecclesia totius Calabriæ metropolis, quæ cum opus erat, prouinciales concilia indicebat. Sed ambitione Archiepiscopalem dignitatem affectante, & se vni subijciatur, suffraganeo superbia, quatuor nunc sunt in ea Archiepiscopales sedes, quos vix fermè sunt in reliqua Italia. Atqui certe sicut vnum corpus non plura capita vt monstrũ, sed vnum duntaxat habere expedit, & vna prouincia vnum præsidem, cui vniuersi pareant, habere decet: ita vnum præsulem, eius omnes episcopi ac sacerdotes obtemperent, habere conuenit. Et in vna prouincia non plures sed vna duntaxat synodus est habenda, ad quam cunctis prouincialis episcopis eant. Quare mea quidem sententia, optime prouideretur si vnus Rhegino Archiepiscopo in tota prouincia primatus dignitas deferatur, cuius vnius partes sint prouinciales synodum cum oporteret, cogere, & ad quẽ vnum habeatur relatio, qui iure archiepiscopus dicitur. Archon enim Græcè, Latinè principem significat. Ano autẽ episcoporum princeps dicendus sit, qui in tres tãtum in prouincia episcopos, aut in duos, & in nullum prorsus potestatem habeat, non video. Iam vero Consentinus Archiepiscopus tres solummodo episcopos subditione sua habet, Seuerinas duos, Rossanensis nullũ prorsus. Elegit Rhegina ecclesia beatum Brunonẽ Carthusiensis ordinis institutorem in suum Archiepiscopum Vrbani secundi temporibus, qui ipsum in Archiepiscopum confirmauit, vt Dionysius Carthusiensis in Acta apostolorum scribit, sed ille eremiticam vitam prætulit Archiepiscopatui. Cumq; Rhegium locuples olim ac potens vrbs fuerit, & vt semel dixi, prima à diluuio in Calabria condita, coloniasq; in ea plurimas emiserit, ac prima Christi fidem susceperit, plurimũq; Græcam & Latinam linguam vsurpauerit, haud dubio plurimos præstantes viros & gubernandæ reip. idoneos, & doctrina ac sanctitate præditos protulit. Quorum pleriq; simul cum alijs Calabris multis, aut memoria à scriptoribus traditi non sunt, aut sub Sicilia nomine sunt scripti, idque scriptores siue dolo Calabriæ gloriæ inuidentes egerunt, siue inscitia, siue quia Rheginum Rhegina quæ regio Sicilia insula vicina est, vt libro primo ostendi, olim à Siculis habitata, Sicilia dicta est. vel quidem certe Thucydidis tempore: apud quem libro tertio Rhegium & Messanam opulentissimas Siciliæ vrbes fuisse scriptum est. Et Steph. Byzan. vt alibi dixi, multa Calabriæ loca sub Sicilia nomine scribit: & Rogerius Guiscardus Calabriæ & Trinacriæ insulæ dominus vtriusq; Siciliæ citra & vltra Pharum Innocẽtij secundi tempore ab Antipapa Anacleto rex cognominatus est. Sed certe cum quælibet regio suo proprio & peculiari vocabulo nominetur, & vt de alijs nunc taceã, Trinacria insula Sicilia, citra Pharum vero Italiæ pars vsq; ad Talaum & Surim amnes Calabria dicatur, nequaquam res Calabræ confuse & indistincte sub Sicilia nõsine scribi debent. nã, vt alibi dixi, nulla regio, nulla vrbs, nullus locus, nullus homo sua propria laude fraudandus est. Quòd si quis eximij ac memoria digni viri confuse & indistincte sub Sicilia nomine ab auctoribus scripti sunt, vtiq; hi Calabri intelligẽdi sunt. Nam Calabria & antequitate, & quod non insula, sed in continenti Italiæ, eiusque non minima pars sit, nobilior est, quam Trinacria insula, & primo à Siculis habitata, Sicilia dicta est. Et ob id rex, qui Calabriæ, Apuliæ, Lucaniæ, Campaniæ, & Samnio dominatur, citra Pharum rex cognominatur: non quod hæ regiones, præter Calabriam, aliquando à Siculis habitatæ Siciliaq; dictæ sint. Cæterum nequaquã mihi fugit, aliquos fore, qui claros viros ab auctoribus confuse & indistincte sub Sicilia nomine scriptos propriæ Siciliæ insulæ locis asserent, id quod iã hucusq; de alijs multis egerunt. Fuerunt ex Rhegina ciuitate, aut certe ex Rhegina regione Leo iunior, Stephanus tertius siue quartus, & Agatho Romani pontifices sub Siciliæ nomine indistincte ab alijs scripti, quorum postremus Ioannem Archiepiscopum Rheginum, & Abundãtiũ Episcopum Paternensem conterraneos suos synodo Constantinopolitanæ sextæ præfecit. Fuit & ex hac vrbe beatus Cyprianus diuini Basilij monachus diui Nicolai monasterij Abbas, quod est in Calamitio pago. Fuit & beatus Thomas eiusdem diui Basilij monachus abbas monasterij in Tiriensi pago. Fuêre & nostra memoria Ludouicus diui Francisci Assisini monachus sancta vita vir, & Georgius integra vita vir Ludouici socius. Cumq; vt semel atq; iterũ dixi, Rhegina ciuitas Paulo concionante Christi fidem amplexa sit, ambigendum non est plurimos vtriusq; sexus homines pro ea vitam cum sanguine fudisse, aliosq; post Constantini baptismum sanctitate floruisse. Quòd si ab hominibus, siue dolo, siue incuria scribæ prætermissum fuere, in Dei tamẽ libro stylo ferreo exarati sunt. Nunc scribendi sunt qui disciplinis claruerunt. Sed primum is est scribendus, qui non philosophiæ præcepto, sed suo ipsius exẽplo qualis in patriã charitas esse debeat, docuit. Python Rheginus, ait Philostratus de vita Appollonij Tyanei, exul, cum ad Dionysiũ Siciliæ tyrannum confugit, atque honoratius ab eo susceptus, quàm exuli conuenire videretur, tyranni mentem intellexit Rhegii capiendi percupidam: cumque id Rheginis per epistolam nunciasset, à tyranno deprehensus est. Quapropter tyrannus illum vni ex machinis, quas pro Rhegio expugnãdo cõstruxerat, viuũ suspendit, eũq; muris admouit, exisli-

existimans Rheginos ne Pythonem vulneraret aduersus machinam tela non emissuros. Ille autem magnis vocibus exclamans Rheginos hortabatur, vt in machinam tela torquerent, se nãq; aiebat signum libertatis esse propositum. *Hic Academicam disciplinam secutus sapiens liberq; euasit. Eruditos a. homines ex hac vrbe complures fuisse opinandum est, cum, vt relatum est, Rhegini plurimum Græcam & Latinam linguam vsurparint: tum quidem maxime Pythagorica disciplina instructi fuere. Nam præter eos, qui agente Crotone Pythagora eo commigrantes eius discipuli extitere,* Pythagorici, *ait Iãblychus*, exustis ducibus philosophiæ, Rhegium contendere; ibiq; diu versati sunt. Pythagoræ autem discipuli præclarissimi viri fuere, *ait idem Iamblychus in libro de secta Pythagorica*, Aristides, Aristocrates, Demosthenes, Athosion, Calais, Euthycles, Elicaon, Hipparchides siue Hipparchus, Mnesibolus, Obsimus, Phetius, Selinuntius, & Theocles. *Horum Elicaon, & Hipparchus, sũ Phytius philosophi clari fuerunt, & legumlatores, qui Rheginas resp. constituerant, & eam, quam gymnasiarchã vocant, & eam, quæ sub Theocle dicebatur. Hipparcho Plato librum inscripsit de studio lucrandi. Ex Hipparchi autem dictis, hæc sunt apud Stobæum in sermone, Quod euentus.* Homines, qui breuissimum vitæ tempus habent, si totius mundi æuo comparetur, optimam in vita veluti peregrinationem transigent, si vixerint in tranquillitate. Hoc autem assequentur si imprimis diligenter scientiam, & cognitionem sui habuerint: nempe quòd mortales sint, ex carne consistant, corpus offensu facile & corruptibile gerant. Denique grauissima quæque ad vltimum vsque spiritum expectare cogantur. Primum enim lugẽda sunt, quæ circa corpus eueniunt, morbi cottales, pulmonarii, phrenitides, podagræ, stillicidia vrinæ, tormina, veterni, comitiales, putredines, & infinita alia. Circa animam vero longe maiora & difficiliora contingunt. Siquidem omnia quæ per vitam committuntur nefanda mala, illegitimæ, & impietates ex animi affectibus oriuntur. Nam propter immoderatas contra naturam cupiditates, multi in affectus effrenatos inciderũt, & nec à filiabus, neque à matribus suis impiissima voluptate capienda sibi temperauerunt: quin etiam patricidæ facti sunt, & multi eorum suos liberos iugularunt. Quid illa recensem, quæ foris impendent nobis, per imbres, squallores, æstus immodicos, & nimia frigora, ita vt frequenter propter inæqualem aeris intemperiem pestis & fames, & alii multi diuersique casus fiunt, & integræ ciuitates desolentur? cum igitur huiusmodi multa nobis immineant, neq; corporis dotibus gloriantes efferri debemus, vt quæ vel exigua febricula Deũm voluntate immissa statim immarcescant, nec externa prosperitate, vt putatur: & hæc enim vt plurimum citius perire, quàm oriri solet. Quippe hæc omnia incertam atque instabilem obtinere naturam, & in multis variisque mutationibus gigni exploratum habemus, & nil ipsorum permanere, neque immobile, aut firmũ aut continuum esse. Quapropter si hæc cogitemus, tranquille viuemus, quosuis euentus fortiter sustinentes. Nunc vero multi omnia, quæ natura, fortunaue ipsis contulit, quam optima fore animo secum præsumentes, & non qualia sunt reputantes; sed qualia in præstantissimo statu fieri possent, subito illis priuati animam onerant multis magnisque, & illegitimis, ac temerariis malis: atque ita vsu venit ipsis, & vitam acerbissimam tristissimamque agant. Contingũt autem talia amissis pecuniis, vel amicis mortuis, aut liberis, aut alterius rei pretiosæ existimatæ facta iactura. Deinde flentes ac lugentes se solos infortunatos & infelices esse putant. Nec meminerunt quod similes casus & aliis multis acciderunt, & adhuc accidant: neq; animo perspicere possunt, vel aliquot nostri sæculi hominum vitã vel iam defunctorum in quantis calamitatibus & malorum tempestatibus illi quidem adhuc sint, illi quidem quondam fuerint. Considerantes igitur quod multi pecuniis amissis ipsi deinde seruati sint propter pecuniæ iacturam, cum aliter in periculum à latronibus, aut à tyranno patiendi aliquid venturi fuissent. Item quod multi cum amore & maxima benevolentia prosecuti quosdam essent, eosdem paulo post vehementer odio habuerint. Hæc inquam omnia postquam cognouimus ex historia nobis tradita, & intellexerimus, quòd multi à liberis & amicis dilectissimis perditi sint, vitamq; adeo nostram cum infelicioribus contulerimus, & euentus omnes humanos nec nobis solum contingentes reputauerimus, tranquillius degemus. Non enim æquum est hominem aliena mala leuia putare, sed propria etiam leuiter ei ferenda sunt, cum videat omnem humanam vitam multis aduersitatibus obnoxiam esse. Qui autem flent ac lugent, præter id quod rem pereuntem aut discedentem nihil plane iuuant, in maiores perturbationes animã suam impellunt, in medio multorum prauorum affectuum constitutam. Quamobrem conuenit vt abnuentes ac repugnantes modis omnib. næuos illos in philosophiæ corpore iam induratos abstergamus. Hoc autem faciemus si prudentiam & temperantiam colamus; præsentib. vtamur, & non multa desideremus. Quid est quòd homines multi sibi conquirant, cum post illud vitæ tempus vsus eorum nullus sit futurus? Vtamur igitur bonis præsentibus, quæ per philosophiam decora & honorifica sunt, & insatiabili malorum cupiditate liberabimur. *De hoc Plinius libro 2. ait:* Vtriusque sidetis cursum in sexcentos annos præcinuit Hipparchus, mensesgentium, diesq; & horas, ac situs locorum & vicos populorum complexus æuo teste, haud alio modo, quam consiliorum naturæ particeps. *Et infra:* Ducentos annos Hipparchi sagacitate deprehensum est, & lunæ defectum aliquando quinto mense à priore fieri, solis vero septimo. Eandem bis in triginta diebus supra terras occultari,

sed

sed ab alijs, atq; alijs cerni, quæque sunt in hoc miraculo maxime mira, cum conueniat vmbra terræ lunæ hebetari: nunc ab occasus parte hoc ei accidere, nunc ab ortus. *Et rursus:* Hipparchus nũquã satis laudatus, vt quo nemo magis approbauerit cognationem cum homine siderum, animasq; nostras partem esse cœli, nouam stellam & aliam in æuo suo genitam deprehendit. Eiusq; motu qua die fulsit ad dubitationẽ est adductus, an ne hoc sæpius fieret, moueréturq; & eæ, quas putamus affixas. *Et rursus:* De terræ vniuersæ mẽsura Eratosthenes ducentorum quinquaginta duorum millium stadiorum prodidit. Quæ mẽsura Romana cõputatione efficit trecenties quindecies centena millia passuum. Hipparchus & in coarguendo eo, & in reliqua omni diligẽtia minus, adiecit computationi illius stadiorum paulominus viginti quinque millia. *Itẽ,* Hipparchus nomina stellis omnibus imponẽs, siderum stellarũq; numerũ explicauit. *Esus epitaphiũ apud Stobaũ sic erat:* Sepulchrũ hoc Hipparchi est. Perge iusticiam animo complectens. *Fuit & ex Rhegina urbe Androdamus philosophus & legulator, qui, Aristotele Pol. lib. 3 referente, Chalcidensibus leges scripsit, eis qui sunt in Thracia, cuius extant de cade leges, & de hæreditatibus. Fuit & Theætetus philosophus & legulator, cui Plato librum de scientia inscripsit: fuit & Lycus philosophus Pythagoricus, Alexandri magni temporibus, ad quem magnum librũ scripsit. De quo Suidas inquit:* Lycus & Buteras historicus adoptione pater Lycophronis tragici, qui fuit sub Alexandri successoribus. Insidijs petitus à Demetrio Phalereo. *Hic historiam Libyæ & Siciliæ scripsit, meminit huius Stephanus. Fuit & Hippias sine Hippis philosophus, & orator, poeta, & historicus, vt Suidas tradit. Qui floruit Persicis temporibus primus Siculas res scripsit, quas postea Myes in compendium redegit. Scripsit de Italia constructa, de rebus Siculis libros quinq;, de temporibus totidem, de rebus etiã Argolicis libros tres. Qui & primus parodeam, choliambrumq;, & alia scripsit. De quo Plutarchus de oraculis deficientibus meminit, ait q; de eo mentionem fecisse Phaniam. Meminit huius & Galenus in libro de historia philosophica. Qui materiam ignem & aquas esse dixit, & fœminas non minus maribus semẽ effundere opinatur, quicquam tamen ipsum ad conformationem fœtus non conducere, cum extra vterũ incidat. Hic mulieres aliquot, viduas præsertim absq; virili cõcubitu semen interdum emisisse.* Hic, *ait Stobæus in sermone de inuidia,* dicit duplicẽ inuidiam esse, iustam quidem, cum quis inuidet improbis honoratis, iniustam vero, cum bonis. Et inuidi duplo magis quàm cæteri calamitosi sunt: non enim propriis malis grauantur, vt alij, sed alienis quoque bonis. Hic, *ait Plutarchus in libro de calumnia apud ipsum Stobaũ,* grauissimã rẽ calumniã esse dicit, quia nulla pœna lege sancita sit calumniatorib. vt furibus, quamuis amicitiam, quę optima est possessio, furentur. Quamobrem cõtumelia licet malefica sit, iustior tamen est, quam calumnia quæ quia latet nocentior est. *Xenophon facit interlocutores de iusto Hippiam & Socratem, cui Plato duos libros inscripsit, de pulchro, & de mendacio.* Vtebatur Hippias, *ait Ælianus de varia historia libro duodecimo,* vestibus purpureis. *Fuit & Glaucus siue Glaucia philosophus Pythagoricus & musicus excellentissimus Democrito cotemporaneus, qui scripsit de poetis & musicis antiquis, ait Plutarchus in musica, scripsit, & alia, suius meminit Laertius Diogenes in Democrito. Fuit & Theagenes poeta clarus, qui, vt Eusebius libro decimo de præparatione euangelica refert, Cambysæ regis patris Cyri temporibus floruit. Qui, vt Tatianus in libro contra Græcos prodit,* ante omnes alios perscrutatus est Homerum, scripsitq; de eius poesi ac tempore. *Fuit & Cleonymus poeta dithyrambicus. Scripsit ad Alexandrum Magnum epistolas & dithyrambos, vt Athenæus libro nono auctor est. Fuit & Ibycus poeta Lyricus & historicus & musicus Certandus filius. Quem deridet Aristophanes in Cerealibus:* Ibycus, inquit, poeta circa musicam & concentum versatus est. *Fuit vnus ex nouem lyricis vniuersæ Græciæ, vt Isacius in Lycophronem, Auctor quidam epitomatum aiunt. A quo Ibycium metri genus dictum est, pluraq; lingua Dorica scripsit. De quo Suidas inquit:* Ibycinum dictum, sed Ibycini versus. *Ipsum ait idem Suidas, & Plutarchus in Symposiis, Nequid ergo Deos peccans pœnam ab hominibus acciperet, est autem consonum cum Sacerdotio: Hic, ait ide Suidas, Certandus Rhegini filius fuit, Samumq; petijt Olymp. xlviij. Polycrate Polycratis tyranni patre regnante.* Ibycinum instrumentum, *ait idem,* ab Ibyco inuentore in conflictu Celtarum cum Romanis. *Erat autem innumerabilis tibicinarũ & tibicinum multitudo simul totius exercitus canentium pæana. Clamor erat commixtus, vt & vicina loca resonarent, & videbantur edere vocem terrificam. Id magno adiumento tum Romanis fuit.* Fuit etiam Ibycus, *ait Athenæus lib. 4.* inuentor Ibyci instrumenti musicẽ triangularis, trigonum dictum. Scripsit libros sexaginta, & triangularem cytharam inuenit. quæ Sambuca dicitur. Sambuca, *ait Pomphyrius,* est triangulum instrumentum, quod ex inæqualibus longitudine, sicut & crassitudine neruis efficitur. *Hic dilucidum clitoris appellauit, quod eo tempore clin, hoc est audere iam, & loqui liceat.* Hic etiam, *ait Athenæus libro 1.* affirmat Ambrosiam ad mellis naturam decuplam habere dulcedinem, mel dicens nonam Ambrosiæ partem habere secundum suauitatem. *Abest Ibycus equus prouerbium est: ait enim Plato in Parmenide:* Ibyci equo athletæ & seniori currũ subituro certamen, & propter experientiam euentũ extimescenti, Ibycus ipse se cõferens, intuit⁹ inquit, & ipse iam senex ad amores regredi cogor, vnde Ibycius equus prouerbium. *Fuit autem puerorum amator, de quo Cicero Tusc. Quæst. lib. quarto ait: maxime vero omnium flagrasse, amore Rheginũ*

Ibycum apparet, ex scriptis. De quo auctor epigrammatum ita scribit:

Rhegium Italiæ palustris extremum cano
Semper Trinacriam gustans aquam
Propterea quod amantē lyram, amātem pueros
Ibycum frondosa posuit sub vlmo
Hic multa passus, multam sub sepulchro hederā fundit. Et candidi plantam calami. *Fuit autem occisus à latronib. de cuius morte Plutarchus de futili loquacitate ait:* Ibycus cum in latrones incidisset iam occidendus grues forte superuolantes obtestatus est. Aliquanto post tempore cum ijdem latrones in foro sederent, rursumque grues superuolarent, periocum inter se susurrabant in aurē, adsunt Ibyci grues. Eum sermonem assidētes in suspicionem rapuerunt, maximè desiderato iam pridem Ibyco. Rogati quidnam sibi vellet ea oratio, hæsitanter atq; inconstanter respōderunt: subiecti tormentis facinus confessi sunt, atque ita velut gruum indicio pœnas Ibyco dederunt, ac potius suo ipsorum indicio, vt dicitur, perierunt: Vnde paræmia orta est, Ibyci grues. *Simile quidpiam Crotone Pythagoræ tempestate accidisse Iamblychus in libro de secta Pythagorica, de nautis quibusdam, qui quosdam è naui in mare demerserunt, refert. Fuit ex hac vrbe & Aristo musicus, de quo meminit Strabo, vt in Locris dicemus. Fuit & Sillax pictor celebris, qui, vt Athenæus lib. 6. tradit, porticum in Phliunte egregiè pinxit, quod polemachio dicebatur. Fuit & Clearchus statuarius celeberrimus: de quo Pausanias in Laconicis ita scribit:* in dextra Chalcioeci parte Iouis ex ære signum factum est omnium, quæ ex eadem sunt materia vetustissimum: neque n. vna & eadem fuit vniuersi operis fabricatio, sed particulatim membra excusa inter se deinde sunt aptè clauis confixa, atq; ita ne dissolui possint coagmentata: feciſſe aiunt, Clearchum hominem Rheginum, quem Dipoemi & Scyllidis nonnulli, alij Dædali discipulum dicunt fuisse. *Fuit & Pythagoras Græcis litteris eruditus statuarius & fictor clarissimus. qui primus statuarum proportionem considerauit.* Floruit, *ait Laertius*, tempore Pythagoræ philosophi & primus numerorum ac modorum repertor fuit. *Qui, vt Pausanias in Eliacis, prodit, discipulus fuit Clearchi Rhegini in plastica arte celebris, vt siquis alius, ideſt fictor. Fecit imaginem Astyli, quam stadiodromostylon vocant. Fecit in Olympia statuā Mnasæ cursoris cognomento Lybin. Fecit statuam Euthymi, & Leontiſci cuiusdam. Fecit, vt idem Pausanias in Phocaicis scribit, in Olympia statuam Protolai Mantinei athletæ, qui pueros in pugilatu vicit. Fecit Tarenti ex ære egregiam imaginem tauri exportantis Europam Agenoris filiam ex Phœnice, vt Varro lingua Latina lib. 1. scriptum reliquit. De hoc Plinius lib 34. infit:* Pythagoras Rheginus statuarius vicit Myronem diligentissimū statuarium pancratiaſte Delphis posito Licet ipſe primus multiplicasse varietatem videtur, numerosior in arte, quàm Polycletus, & symmetra diligentior. Fuit, *ait idem Plinius*, Olympiade lxxxvij. circiter vrbis annum cccxvj. *Fuit & alius Pythagoras Samius statio pictor nepos ex sorore & discipulus Rheginī, eiq; indiscreta facie similis. Ergo Pythagoræ Rheginī statuarij soror Samio homini nupsit. Fuit n. in Calabria vrbs Samos, quam ædificauerunt Samij vt Locri Naritij Lucrum, & Milesij Asiæ Miletum vrbes in Calabria condiderunt. Sunt, vt retuli in Calabria & alia loca complura ijsdem appellata nominibus, quibus & orientalis Græcia loca, quare haud quidē abre D. Thomam & Pythagoram philosophum ex Samo Calabriæ vrbe fuisse dicut. Fuit ex Rhegio Nicolaus medicus eximius Latina Græcaue lingua apprime eruditus, qui Nicolaum Alexandrinū medū, atq; omnia Galeni opera è Græco in Latinum vertit, sed pauca extant. Edidit librum de Cemate, qui Græcè desideratur, collationem locorum Galeni & Hippocratis emendationem. Eius exemplaria castigatissima & integerrima si extarent, non tot erratis scateret Galenus. Floruit à natali domini anno M. cccclx. fuit & ex hac vrbe C. Antistius vir magna prudētia preditus, & in re militari peritus legatus C. Iulij Cæsaris in bello Gallico, vt lib. 6. bell. Gal. scriptum est. Fuit & Lucius Romæ tribunus plebis, cuius meminit Val. Max. libro quarto. Fuit & Ludouicus Cherens Iureconsultus, edidit opus quoddam ad ius ciuile attinens. Post Rhegium Calopinacum flumen Taurocinum olim dictum excurrit. Aparin Virgineo anno MD LXII. non procul à flumio hoc dissiluit resediq; tellus iugeris spacio, & mare ingressum est. Supra Rhegium m. p. quatuor Agatha Græcum oppidū est, quod bonum significat, edito loco natura satu munitū, quod vndiq; rupibus clauditur, & eiusdem nominis fluuio torrentinis & anguillis facūdo abluitur, ab Ausonijs conditum. Cum enim, vt semel atq; iterum, ac tertio dixi, Ausonij ideſt Aschenazei vtranq; Calabriæ oram primum incoluerint, oppidaq; plurima, licet, vt dixi rarò, ædiderint, certe haud dubium in hac Rhegina ora oppida condidere, coloniasq; deduxere. Inde Oenotrii & Itali Oenotrij genere, deinceps Morgetes, postea Phocenſes, & in ora Crotoniata Philoctetes vrbes in Calabria condiderunt. Hic serica & olea optima fiunt, nascuntur cappares. Sunt in hoc agro pagi Cardetum & Miſoripha. Incolæ in communi sermone Latina & Græca lingua vtuntur, rem verò diuinam Græca lingua Græcoue ritu faciunt. Post Calopinatum amnem Agatha fluuius excurrit. Inde est Leucopetra portus, distat a Rhegio millibus passuum quinque. Et supra est eiusdem nominis Græcum oppidulum olim P. Valerij Villa vt dudum ostendi, abest à Rhegio m. p. octo. Incolæ in communi sermone Latina & Græca lingua vtuntur, sacra verò Græca lingua Græcoue more faciunt. Inde est Leucopetra promontorium distat à Rhegio m. p. duodecim. De quo Strabo ait:* E Rhegio ad orientem nauiganti Leucopetra promontorium occurrit, quod à colore Leucopetram, *id est saxum album* appellant, per stadia quinquaginta, vbi mōtis Apennini finem adesse aiūt. *De hoc promōtorio plurimi veterum scriptorum meminere, vt Strabo ipse, & Plinius,*

nius, & Mela, & Dionysius Apher, & Cic. ad Att. libro 16. & Plin. prima. Quare miror Paulum Manutium Leucopetram Tarentinorũ semel atq; iterũ impressisse. In hoc mari coralliũ capitur. In agro hoc nascuntur capparis. Inde est Pentedactylum castellũ, q̃ quinq; digitos significat, milliario a freto distãs, in cuius agro sesama fit, & amygdalarum & capparum vbertas: fiunt & mella optima, nascuntur eos aquaria nobilis. Fit in hoc mari optimarum trechiarum captura ingens, quas sale in cadis condunt. Ex hoc castello fuit Petrus sancti Basilij monachus Cryptæ ferratæ, quod monasterium ab vrbe m.p. duodecim distat, abbas vtraque lingua satis eruditus, acrisq; ingenij, & integræ vitæ vir. Interfuit Florentinæ synodo Eugenio Rom. Pont. huius nominis quarto. In qua aduersus Græcos pro Romana ecclesia doctissime disputauit. Opus sane egregium absoluit multa ad vtranq; linguam attinentia continens. Quædam eius opuscula reperiuntur, vt epistola, logisticæ libri, arithmetica, de numeris, geometria, super inuentione festi paschæ, theologica speculatio. Fuit præceptor Pauli Perusini legislatoris. Supra est Montibellum tenue castellum suo loco situm cum amygdalarum copia. In littore sal marinus fit. Deinde est Laurentum, oppidum edito loco, quod eiusdẽ nominis fluuius adlabitur, abest a mari m.p. octo, a Pẽtedactylo decẽ. Hic lina optima fiunt, & caseus probatissimus, prouenit terebinthus, nascitur lapis molaris frumentarius & olearius, nascuntur capparis, cuminũ syluestre, & faniculum marinũ, & scriphium siue absynthium marinum, quod & Santonicum vocant. Nascitur herba, quam alij votiuum vocant, Græci Calabri laxin, & sinacũ appellant, nascitur & sparti teres est & lini modo, sed crassius, bulliunt, & terunt, macerãtq; In templo diuo Angelo dicato beatæ Gerasimæ huius oppidi ciuis corpus quieuit. Eius festũ decimo octauo Cal. Iulij agunt. Exin Halex fluuius labitur torentinis & anguillis vber, qui Locros, ait Strabo, a Rhegio disterminat. Qui per vallem profundã cursum habet. Peculiare quiddã de cicadis obuenit: quæ enim in Locrorum ripa versantur sonantibus strident, illis aliis vox nulla contigit. cuius rei causam suspicantur esse: nam cum vt omnino vmbrosa regio sit, vnde roscidas alarum pelliculas minime pandant, illis sole feruida est, quæ aridas & vti corneas habẽt, vnde apte stridor emittitur. Diodorus Siculus lib. 5. de antiquorum gestu fabulosis, huiusce rei aliam causam tradit: Cum, inquit, Hercules ad fines Rheginorum & Locrensium peruenisset, deque via fessus quiesceret, cicadarum strepitu pertæsus Deos orasse fertur, vt eas inde amouerẽt, exaudita prece non solum tunc, sed etiam postmodum cicadæ nunquã sunt his locis repertæ. Id quod asseuerat Granius apud Solinum. Athenæus lib. 15. & Ælianus in libro de historia animalium negant huiusce rei causam scripsisse posse. Canunt autem cicadæ, ait Ælianus, mẽbranulæ verberatione, & non ore, vt cæteræ animalia. Quod si ita est, vera est causa q̃ scribit Strabo. Iuxta Halecem amnem Amygdalia oppidum est, Peripolis quondam dictum eodem loco natura satis munitum cum lintis, & caseo, & melle optimis, a mari m.p. quatuor distans, a Laurento totidem, Locrensium quondam natus, vt dixi, vltra Halex fluuium Locrensis agrum. a Rhegino disterminabat. Fuit hoc oppidum simul cum tota ora hac Romana ciuitate donatum, vt Plinius tradit. De quo Thucydides libro tertio sic ait: Athenienses, qui circa Siciliam agebant, cum in Locridem nauigassent, Peripolim oppidum in congressu quodam Locros qui loco auxilium ferebant, superantes cæperunt. In hoc agro lapis Phrygius nascitur, prouenit & asparagi omnibus annis mensibus, sunt q; pagi Rigudum, Arotha, & Gallicum. Ex Peripoli oppido hoc fuit Praxiteles ille statuarius & pictor celeberrimus, qui arte sua naturam ipsam imitatus: cuius simulachra vitis adeo similima erant, vt volucres animalia deriperentur, & homines ad concubitum alicerentur. De quo Plinius libro trigesimo tertio ita scribit: Praxiteles primus specula fecit magni Pompei ætate CIIII. Olymp. Et quadragesimo quarto: Praxiteles marmore feliciot, ideo clarior. Fecit tamen ex ære pulcherrima opera Proserpinæ raptum, item Catagusam, & ebrietatem, & Liberum patrem, nobilemque vnà Satyrum, quæ Græci periboetoti cognominãt. Signa etiam, quæ ante Felicitatis ædem fuere, Veneremque, quæ cum ipsa æde incendio cremata est Claudii principatu, marmoreæ illi suæ per terras inclytæ patem. Item Stephusam, Spelumenen, Oenophorum, Harmodium, & Aristogitonem Tyrannicidas, quos à Xerxe Persarum rege captos, victa Perside, Atheniẽsibus remisit magnus Alexander. Fecit & puberem Apollinem subrepẽte lacerto comminus sagitta nidiantem, quem Sauroctonon vocãt. Spectãtur & duo signa eius diuersos affectus experimentia, flentis matronæ, & meretricis gaudentis. Hanc putant Phrinen fuisse, deprehenduntque in ea amorem artificis, & mercedem in vultu meretricis. Et libro trigesimo quinto: Possunius laudat Praxitelem, quia plasticen matrem statuariæ sculpturæque & cœlaturæ esse dixit. Et libro trigesimo sexto: Praxiteles marmoris gloria superauit etiam semet, opera sunt Athenis in Ceramico, sed ante omnia, & non solum Praxitelis, verumetiam in toto orbe terrarum Venus, quam vt viderent multi nauigauerunt Gnidum. Duas fecerat, simulque vendebat, alteram velata specie, quam ob id quidam prætulerunt optione, quarum conditio erat Coi, cum alteram etiam eodem pretio detulisset. Seuerum id ac pudicum arbitrantes, reiectam Gnidii emerunt immensa differentia famæ. Voluit eam postea à Gnidiis mercari rex Nicomedes, totum æs ciuitatis alienum, quod erat ingens, dissoluturum repromittens. Omnia perpeti maluere, nec immerito. illo enim signo Praxiteles nobilitauerat Gnidum. Ædicula eius tota aperitur, vt conspici possit: vndique effigies deæ, fauente ipsa, vt creditur, fa-

cta, nec minor ex quacunque parte admiratio est. Ferunt amore captum quendam, cum delituisset nocte simulachro cohæsisse, eius cupiditatis esse indicem maculam. Sunt in Gnido & alia signa marmorea illustrium artificum, nec maius aliud Veneris Praxitelicæ specimen, quam quod inter hęc sola memoratur. Eiusdem est Cupido obiectus à Cicerone Verri: ille, propter quem Thespiæ visebantur, nunc in Octauiæ scholis positus. Eiusdē est alter nudus in Pario colonia Propontidis, pat Veneri Gnidiæ nobilitate, & iniuria. Adamauit enim eum Alcides Rhodius, atque in eo quoq; simile amoris vestigium reliquit. Romæ Praxitelis opera sunt Flora, Triptolemus, Ceres, in hortis Seruitianis, boni euētus, & bonæ fortunæ simulachra in Capitolio, item Mænades, & quas Thyadas vocant & Caryatidas, & Silleni in Asinij Pollionis monumentis, & Apollo, & Neptunus. Praxitelis filius Cephisodorus rei & artis hæres fuit. Cujus laudatū est Pergami Symprega signum nobile, digitis corpori verius, quam marmori impressis. Romæ eius opera sunt Latona in Palatij delubro, Venus in Asinij Pollionis monumentis, & intra Octauiæ porticus in Iunonis æde Æsculapius, ac Diana. *Et rursus infra*: Admiratur & Praxiteles qui etiā quinq; volumina scripsit nobilium operū in toto orbe. Natus hic in Græca Italiæ ora, & ciuitate Romana donatus cum ijs oppidis. Iouem fecit eburneum in Metelli æde, qua campus petitur. Accidit vero ei, vt cum in nauibus, vbi ferę Africanę erant, per caueam intuens leonem cælaret, vt ex alia cauea panthera erumperet nō leui periculo diligentissimi artificis. Fecisse opera complura dicitur, sed quæ fecerit nominatim nō refertur. *Ex libro 35.* Ceris pingere ac pictura inurere quidam Aristidis inuentum putant, postea cōsummatum à Praxitele. De quo Varro. Praxiteles propter artificium egregium nemini est paulo humaniori ignotus. *Et Cicero de diuinatione lib. 1.* Praxiteles cælauit argento Roscij pueum circumplicatum serpentis amplexu, quod eius futuræ probitatis indicium fuit. *Et in Verrem actione sexta.* Apud Heium erat signum Cupidinis marmoreum Praxitelis. Idem opinor artifex eiusmodi cupidinem fecit illum, qui est Thespiis, propter quem Thespiæ visuntur, nam alia visendi causa nulla erat. *De hoc etiam meminit Strabo lib. 9. qui & libro 13. eadem templi Diana Ephesina, totam Praxitelis operibus plenam fuisse tradit. Et Val. Max. lib. 8.* Praxiteles Veneris statuā in marmore quasi spirantem in templo Gnidiorū collocauit, propter pulchritudinem operis libidinoso cuiusdam amplexu parum tutam. Equus etiam visa equæ statua hinnitum edere coactus est. Et canum latratus aspectu picti canis latratus, taurusq; ad amorem & concubitum vaccæ Syracusis nimiæ similitudinis irritamenta compulsus. *Hunc quoq; decantauit Propertius sic*: Praxitelem Parius vindicat arte lapis. *Fecit & Niobis statuam pulcherrimam a Gracis poētis celebratam. Extat hoc epigramma adverbum Latinum factum.*

Ex vita me dii fecerunt lapidem, ex lapide vero
Vitam Praxiteles iterum fecit. *Item Ausonius.*
Viuebam, sum facta silex, quæ deinde polita,
Praxitelis manibus vita iterum Niobe.
Reddidit artificis manus omnia, sed sine sensu.
Hæc ego cum læsi numina non habui. *Et Pausanias in Atticis.* Bellonæ signum Praxitelis filiorū opus. Fecit & statuam equestrem militari ornatu non longe à porta Athenensium. Fecit & equū ipsum & hominem insidentem. In Cereris templo ipsius deæ, & filiæ, & Inachi facem præferētis signa fecit. Fecit & deam sandalam, & deam quàm parēgoron, hoc est, consolatricem vocant, & Satyrum in sacello Dionysij, è Pario lapide, quem patrium vocant, & alterum Dionysium, quæ Dasyllum appellant è lapide Pario. In templo quodam fecit duodecim deorum signa. In arce Athenienſium fecit Dianam. In templo Veneris fecit ipsam eburneam cognomento praxim à nomine suo. Fecit & Fortunam in templo eius, & Latonam, & Dianam, & Apollinem in tēplo eius longe præclarum, & Dianam Brauronian. Phryne interim eum percontanti quodnā eius esset pulcherrimum opus, Praxiteles dicere noluit. Accurrens autem Phrynes famulus dixit, multa Praxitelis opera consumpta esse igne accenso in domicilio, non tamen omnia absumpta fuisse. Praxiteles respondit, nil refert, dum ignis Satyrum & Cupidinem non absumpserit. Tum Phryne dixit Praxiteli, nil dubites, nam nihil amissum est, nec ignis in domicilio accensus est. Hoc commento mulieris confessus est Praxiteles quod pulcherrimū opus fecerit. Tum Phryne petijt ab eo Cupidinem. Fecit *ait idem in Arcadicis*, signa Latonæ & eius filiorum. Fecit & Iunonem in templo eius sedentē in sella, & Heben filiam eius, & Minervam Iunoni assistentes. Fecit & Platensi, *ait idem in Boēticis*, Rheam, quæ saxum fascis inuolutum pro puero, quem peperat Saturno habet, & Taleam, id est adultā Iunonem è lapide Penteleſio & Cupidinem ex eodem lapide, & commentum Phrynes in ipsum. Quem Cupidinem Gaius Imperator abstulit, Claudius vero eum remisit Thespias, quem rursus Nero abstulit, quem postea ignis consumpsit. Fecit & Phrynem & Venerem. Fecit & in laquearibus Thebanorū maiorem partem duodecim laborum Herculis, & signum quoddā ingēti magnitudine, vtrumq; è lapide Penteleſio. Fecit & Æsculapium. Fecit, *ait idem in Eliacis.* & Mercurium portantem Bacchum infantem in templo Iunonis. & Dionysium in templo eius. Fecit, *vt idem in Phocaicis*, Dianam dextra facem, sinistra canem, in humeris vero pharetram habētem. *Callistratus etiā de Cupidine Praxitelis duobus locis plura scribit. Cephisodorus autem Praxitelis filius, præter ea, quæ Plinius scribit*, fecit, *ait Pausanias in Atticis & Boēticis*, Bellonam &

Cadmum

Cadmum. Post Peripolum, hoc est Amygdaliam Bo- A
ea est: ex qua oritur fidus Episcopalis in montis cacu-
mine sita, distans à freto m.p. quinq, ab Amygdalia
tribus. Laurentium Episcopus Bouensis interfuit Sy-
nodo Romanæ sub Symmacho Papa. Ex hac urbe fuit
beatus Helias Abbas dicti Basilij monachus, beati Ni-
lis contemporaneus, eiq, benevolentia coniunctus. Eius
corpus Calabriæ esse creditur. Cuius festum agunt ter-
tio Idus Septembris. In hoc agro est Africanus pagus, ex
quo fuit beatus Leo dicti Basilij monachus, cuius cor-
pus Bouæ asseruatur in æde Episcopali. Eius festum agunt B
tertio Nonas Maij. Fit hic casium laudatissimum, ità
vinum, oleum & mella præclara. Extant & sylua glandi-
fera ad porcos alendos commoda, congerunt & acci-
pitres multigeni. Prunt & coturnicum aucupia non
vulgaria. A Leucopetra villa hucusq, incolæ in fami-
liari sermone Latina & Græca lingua vtuntur: sacra
vero Græca lingua Græcoq, ritu faciunt. Post Bouã
Palitium tenue castellum est humili loco, quod eius-
dem nominis fluuius præterfluit, abest à Boua m.p.
sex, a freto totidem. Hic quoq, casium laudatissimum C
fit, & vina, olea & mella clara, extant & sylua glan-
difera ad porcos alendos commoda. Fit in hoc agro se-
samum, nascuntur capparis affatim, & tubera. Est &
ager hic frumenti & aliarum frugum ferax. In hac o-
rientali Calabria plaga prouenit passim & vbertim
filicum siluestris, asparagum vocant indigenæ, & te-
rebinthus, quam alij acroscinum, idest siluestrem
sebestum, alij transpositis dictionibus Scinocrastum
vocant. Sebestum autem lentiscum significat. Item o-
leander rufus & albus, vitex, Lachanum vocant D
græco vocabulo, quod herbosum & fruticosum signi-
ficat. Item tamarix, lentiscus, & eryngium. Item in
hac ora vulgò, & præsertim Palitij agro, & Branca-
leonis Bianco, Gioiosa, Arocella, Castri, Cretonis, Co-
riolani, Castrouillari, aráq, alibi herba nascitur, quæ
mastichem fundit. Quam Plinius libro duodecimo in
Asia & Græcia reperiri tradit, de qua sic scribit: Sed
mastix quoque gemina est, quoniam & in Asia
Græciaque reperitur herba è radice folia emit-
tens, & cardui similem malo, seminis plenũ E
lachrymaque erumpit incisa parte summa, vix
vt dignosci possit à mastice vera. Fit autem vera
mastix è lentisco. Post Palitiũ Herculeum promon-
torium occurrit ab Hercule dictum, portum habens
ab occasu. Distat à Leucopetra promontorio m.p.
XXXVI. De quo sic scribit Strabo: Herculeum
promontorium extremum ad meridiem incli-
natur. nam cum deflexeris, statim vento nauigã-
dum est Africo usque in Iapygiam: postea in Se-
ptentrionem semper, & magis in occasum ver- F
git in sinum Ionium. A Leucopetra hucusque
pisinarum trichiarum vbertim captura fit, quas
sale asseruant in cadis. Nascitur & in ora hac vulgo
vocatum herba. Deinde est Brancaleonum pusillum
castellum in montis supercilio locatum, abest à mari
milliario cum dimidio, ab Herculeo vero promonto-
rio m.p. quatuor. Hic meloptimum fit & gossipium,
& sesama, sunt aprorum, & aliarum quadrupedum
venationes, & aucupia minutarum alitum, nascun-
tur tubera: prouenit terebinthus, nascitur lapis mola-
ris frumentarius & elearius, item magnesia lapis, quo
vtuntur figuli. Exinde est Bulsanum oppidum super
saxum conditum, distat à Brancaleone m.p. tribus, à
freto quatuor. Hue Cretensium, Maurorum, &
Carthaginensium classis primo applicuit anno post
Christum natum M.LXXV. qui & oppidum id, &
totam Calabriam, Appuliam, & Lucaniam diripue-
runt. In monasterio D. Mariæ, Epesaca cognomine,
agri Tabennensis, scriptura quædam est, in qua scri-
ptum est Bulsanum siue Brettianum sedem episcopa-
lem fuisse, & eius dioecesim partim Bouensi, partim
Locrēsi additam. Ager hic frugifer est, fiunt aucupia
paruarum auium, prouenit tubera. Est in hac a-
gro Motanicum. Inde est Crepacorium castellũ edi-
to loco cum molle spectato, abest à mari m.p. quinq;
fortasse Samos olim dicta, per hæc enim loca Samij
Samum vrbem condiderunt. In hoc agro Agatha
vicus est, vbi eos aquaria eximitur. Postea Zephy-
rium promontorium extat, distat à promõtorio Her-
culeo m.p. xij. De quo Strabo sic scribit: Zephyrium
promontorium agri Locri, à quo Locrenses
Zephyrii dicti sunt, portum habens ab occasu
venientibus commodum, vnde & nomen acce-
pit, habet & portum alterũ ab ortu. Hic Locrus
vrbs primo condita fuit. Hic, ait Plinius, includi-
tur Europæ sinus primus, ab eoque maria nun-
cupatur. Et rursum: primus Europæ sinus à Cal-
pe Hispaniæ extimo monte Loctos & Zephyriũ
vsque protenditur immenso ambitu. Pomponius
Mela in hac ora tres sinus ponit, primum inter pro-
montoria Salem & Lacinium, qui Tarentinus &
Thurinus dicitur ab oppidis. In quo Tarentum, Me-
tapontum, Thurium, & Crotonem locat. Secundum
inter Lacinium & Cocynthum promontoria, (licet
diuersa pro Cocyntho Zephyrium legatur) qui Scyl-
laticus sinus nuncupatur, in quo portum Castra An-
nibalis, Petelium, Scyllaceum, & Cacinum locat, e-
ius ambitus lxx. m.p. est. Tertium inter Cocynthum
& Zephyrium (licet mendose pro Zephyrio Brettiũ
legatur) qui Locrensis sinus appellatur: in quo Consu-
linum, Caulonium, & Locrum ponit. Plinius autem
inter Zephyrium & Cocynthum, Mistram, Consu-
linum, Locrum, Caulonium, Sagram, & Locanum
ponit. Qui libro trigesimo quarto ait: Molybdena,
idest Galena laudatissima, quæ in Zephyrio fit.
Mare hoc pluribus locis scopulosum est secus littus.
Post Zephyrium, Biancum oppidum est edito loco si-
tum, distat à freto milliario cum dimidio, a Zephyrio
vero m.p. tribus. Hic vinum bonitate mirificum na-
scitur, album est & austerum, semper seipso melius,
cuius & magnus numerus fit. Sunt in agro hoc
sylua glandifera alendis porcis commoda: oriuntur
capparis, nascitur eos aquaria probatissima: est &
Casignana pagus. Inde est Potamia oppidulum cum
molle spectato abest à freto m.p. sex. hic tubera nasci-
tur, & lapis phrygius. Dein est Bonolina oppidum cũ
vino bonitate præcipuo, distat a Bianco m.p. sex, a fre-

ib duobus. Aer his saluberrimus est. In hoc agro legi- A
tur manna, nascitur gypsum, & rubrica fabrilis, &
aëtites lapis, proueniunt tubera, nascuntur capparis,
fit gossipium & sesama. Extant, & perpulchra pabula
vbi medicarum sponte nascentium copia est ingens.
Hic regia equorum armenta pabulantur, saginaturque. Fiunt & pulchra perdicum, coturnicum, turdorum, rusticularum, gallinaginum, ardearum, & aliarum minorum alitum aucupia: congerunt & accipitres multigeni. Extant & horti nemorosi limonum, B
citrorum & malorum aureorum. Supra est Charetũ
exiguum castellum, vbi aëtites & tubera nascuntur,
legitur manna. A Bouolina ad quartum lapidẽ Condoianum oppidum est edito loco situm, abest à mari milliario cum dimidio. Id Uriam esse arbitror, nam, vt ostendi, Varro dicit Idomeneũ classe Locros appulisse, ibiq; oppida aliquot condidisse, in queis est Uria, & Castrum Minerua nobilissimum, licet Strabo & Plinius Uriã alibi ponant: fortasse ibi eiusdẽ nominis oppidũ fuit. In hoc agro aëtites nascuntur, proueniunt C
capparis, fit gossipium & sesama & amygdalarum copia. Fiunt vina & mella optima, & aucupia qualia Bianci agro. A Leucopetra hucusq; & inde vulgò in montibus apri, cerui, capreæ, melos, sciuri, lutræ, martes, lynces, viuerræ, & istrices, stabulantur, & lepores extant testudines terrestres, & erinacei, passim nascuntur capparis ubertim, ité vitex, oleãder, terrebinthus, tamarix, lentiscus, siliqua syluestris, & votumum herba. Extant & perpulchra pabula pascendis saginandisq; armentis gregibusq; opportuna, vbi, præter alias herbas medica sponte affatim prouenit. Post D
Condoianũ, Hieracium, est sedes Episcopalis, Locrus olim dicta, edito eoq; saluberrimo, ac naturæ mundissimo loco sita inter duos amnes Mericum & Nouitũ, distat à freto m.p.5. à Rhegio, ait Strabo, septuaginta quinque. Est autem vetustissima ac nobilissima, ab Aiace Oileo & Locris Naritijs super Zephyrium promontorium primum condita, vnde & Locri Epizephyrij dicti sunt, inde huc, vbi nunc est translata, fuit vrbs, quia is locus illo tutior & salubrior sit. Est E
enim, vt dixi, locus eminens, quod ipsum Dionysius etiam Apher & Strabo scribunt. Fuit enim mos priscis, ait Dionysius Halicar. condendi vrbes paruas & crebras in montib. Strabo quoq; libro 5. de Populonia loquens inquit: Conditores vrbium maritimas fugitabant oras, velante illas tuta iaciebant propugnacula, nè illi inturbantibus prædonum nauigiis in promptu iacerent, exuuiæq; illorum fierent. In condendis autem vrbibus locus opportunus Ortum aut Meridiem spectant, deligendus, & si regionis situs patitur, editus, in saxo, ne cuniculis sit obnoxius, natura munitus, aut certe similitudinitus, rupibus vallatus vndiq;, aut maxima parte, qui manu adiutus facile muniri possit, quo incolæ tutari se, & hostes ledere possint. Item cœli temperies requirenda est, & aquarum vbertas bonitasq;. Hæ loci dotes Hieracio, Locro olim, conspiciuntur, in qua & duæ arces erant paulum inter se distantes, vt Liuius lib. 9. scribit. Quare lõge hallucinantur à vrbe Locrũ
F
secus littus in loco, quem Peripolium vocãt, olim fuisse opinantur. Nã quòd in Liuio bel. Pun. lib. 4. de Locri obsidione scriptum est: Amilcar loco superiore castra ponit, vnde agros vrbemque possit conspicere. Et libro 7. Crispinus Locrum oppugnare conatus obsedit, naues ex Sicilia accersiuit, qua vergentem ad marè partem vrbis oppugnarent: Non quidem, ibi, loco superiore, comparatiue accipiẽdum est, vt locus ille superior vrbe, hoc est eminentior fuerit: cum neq; circum vrbem locus sit eo editior, sed superiore pro edito intelligendum est: nam Latini ea identidem comparatiue pro positiuo vtuntur. Partem autem vrbis ad mare vergentem naues oppugnabant, ne oppidani per ea loca vagarentur, neue commeatus in vrbem inueheretur, præsidiumq; aduentaret. Vrbes enim vicina mari, mariq; terraq; obsidentur, oppugnanturq;. Secus vero littus suburbia erant, nam Locrus potens olim & opulens vrbs fuit. Peripolis autem vbi sit, ostendimus. A Locro vrbe cives Locri & Locrenses dicuntur. A quibus autem condita sit Locrus varia est scriptorum opinio. Dionysius enim Apher in libro de situ vrbium Locrorum, regina hanc vrbem conditam scribit, ait enim:

Hinc ad boream Zephyrii, quæ summa vocatur,
Sub qua sunt Locri celeres, qui tempore prisco
Illuc reginam propriam venere secuti,
Ausoniãq; tenent, qua currit flumen Halecis.

Maro lib. 3. Æneidos eam à Locris Naritiis conditam scribit. Vbi ait: Hic & Naritii posuere mœnia Locri. Hi, ait Seruius, socii fuere Aiacis Oilei, qui post tempestatem montis Capharei hùc concessere, & vrbem hanc condidere. Strabo autem libro 6. ita de ea scribit: Locri Epizephyrii vrbs insignis. Quoniam è Locris Cresoum habitantibus sinum coloni huc profecti sunt, Euarche ductore paulo post conditam Crotonem atque Syracusas. Qua in re fallitur Ephorus, eos ab Locris Opuntiis descendisse inquiens triennio, aut quatriennio cum Zephyrium incolerent. Postmodum vrbem transtulerunt, opem ferentibus Syracusanis vna cum iis, apud quos est lacus Lucrinus, vbi Locri in expeditionem profecti fuerant. Nam è Rhegio viq; Locros m.p. lxxv. intersunt. Situm est autem oppidum in quodam mõtis supercilio, quod Esopis vocatur. Eos autem primos legib. scriptis vsos esse opinio est. Et plurimum temporis rempublicam optimis rexisse institutis. At Dionysius eiectus à Syracusanis flagitiosissime omnium abusus est. Quippe ornatis sponsalibus puellas cubicula & thalamos irrumpens vitiabat. Formosas vero & maturas viro virgines in vnum congregabat. Dehinc dimissis integris aliis columbas in conuiuio illas nudas in circuitu quæritare captare videbat. Nonnullasq; sandalia soluta calciantes partim supernè, partim infimè sectari dicebat dedecoris causa. Ob quibus pœnas dedit postmodum, cum recuperaturus imperium rursus in Siciliã regressus esset, Locri n. cæso Dionysii præsidio, primo quidem in li-

in libertatem sese vendicarunt, dehinc vxorem illius ac liberos in potestatem suam redegerunt. Erant autem filiæ quidem duæ, filius vero vnus minor natu, sed iam ad adolescentiã peruenientes. Alter enim Apollocrates nomine vnà cum patre in expeditionem comes reuersionis in regnũ causa profectus fuerat. Cum autem Dionysius pariter ac pro eo Tarentini multis eos fatigarent precibus vt corpora redderent redẽptione, quacunq; collibuisset, accepta, nullo pacto restituerunt. At obsidionis incommoda, agrorumq; populationem potius toleranerunt. Et iracundiam furoremq; omnem in filias euomuerũt. Easque passim constupratas demum strangularunt, corpora deinde concremauerunt. ossaque cum mortuo attriuissent in mare dissipauerunt. *De verbum quoq; hæc de re sic scribit:* Dionysius iunior Doridis Locrensis filius cum ad Locrensium ciuitatem veniret, serpillis ac tosis amplissimam totius ciuitatis domum constrauit, Locrensiumque virgines vicissim arcessebat, cum quibus denudatis nudus ipse superstratis volutatus, nihil omnino turpitudinis intentatum relinquebat. Quare multò nó post qui iniuriã acceperũt eius vxorem liberosque cõprehensos in via statuerũt omnesque contumeliæ genus in eos exercuerũt, qua demum exaturati acubus sub vngues præfixis interfecerunt. Et vt in defunctas quoq; sæuirent, earum ossa in mortariis contuderunt, carnesque reliquas partiti, eos, qui non degustassent execrati sunt, reliquas in mare proiecerunt. Ipse vero Dionysius postremo in Cibelis sacris tripudians tympanum gestans miserabiliter vitam finiuit. *Item Trogus Pompeius lustrno libro vigesimo primo referente, ait:* Dionysius iunior à Syracusanis delectus exulque à Locrensibus socius acceptus, velut iure regnaret, arcem occupat, solitãq; sibi sæuitiã exercet, coniuges principum ad stuprum rapiebat, virgines ante nuptias abducebat stupratasque sponsis reddebat, locupletissimos quosque aut ciuitate pellebat, aut occidi imperabat, bona eorum inuadebat. Deinde cum rapinæ occasio deesset, vniuersam ciuitatem callido commento circumuenit. Nam omnes feminas impensius ornatas in templum Veneris conuenientes immissis militibus spoliauit, quarundam viros ditiores interfecit, quasdam ad prodendas virorum pecunias torquet. Cum his artibus per annos sex regnasset, conspiratione Locrorum ciuitate pulsus in Siciliam redit. *Quæ tyrannorum ferax & nutrix tales sæpe emineb.t flagitiosissimos & luxuriosos fructus. Dionysius autem maior, inter cætera flagitia, Proserpinæ templum Locris spoliauit. De quo Cicero libro 3. de Nat. Deorum ait:* Dionysius cum famam Proserpinæ Locris expilasset, nauigabat Syracusas, isq; cum secundum cursum teneret, videtis ne inquit, amici, quã bona à diis immortalibus nauigatio sacrilegis detur? *Hoc ipsum simile fuit Val. Max. lib. 1.* Aristides Locrus ex Platonis familiaribus vnus, *ait Plut. in Timoleõte*, cũ superior Dionysius vnam natarũ eius in vxorẽ peteret respondit: suauius sibi fore illam mortuam, quam tyranno nuptam aspicere. Paulo post cum Dionysius eum morte damnaret, & contumeliæ causa illum interrogasset, si quemadmodũ prius de collocatione filiæ sentiret, respondit, rerũ gestarum mœstitia affici, dictorum autem nulla pœnitentia detineri. *Fuit Locrus, teste Platone, flos Italiæ, nobilitate, & diuitiis & gloria gestarum rerũ. Qua non modo quotam Calabriæ orientalis oræ partem ab Halecio amnis vsq; ad Crotalum flumen, sed nõ modo eam quæ occidua Calabriæ oræ partem possedit. Nam, vt ostendi, Metaurus, Medama, Hipponium, & Temesa Locrensium fuêre. Cũ itaq; Metaurus & Medama, & Hipponiũ sub Locrensium dicione essent, haud dubiũ est, quin hæc maritima omnis à Pacciano ideſt Metauro amni Lametum flumen vsq; (id n. flumen Vibonienſem agrum a Terineo distermĩabat) nec nõ mediterranea regio sub illorũ ditione erat. Etenim & præter cætera oppida sub Locrensium dicione Ipsica & Melæa ipsorum finitima, ac colonia, quæ aliquãdo ab ipsis defecere, vt mox ex Thucydide liquebit. Iamuero Ipsicam vrbem & alibi, & in Italia quoq; fuisse scribit Stephanus. Cæterũ in qua parte hæ vrbes finitimæ essent Locrensium, an in occidua ora circa Lametũ flumẽ, an in agro Temesæ, quæ etiã vt ostendi, Locrensium erat, & à maritima à mediterranea incertũ est. Redegerũt etiã Locrenses in potestatem suã Messanã vrbem, vt Thucydides tradit, qui libro 4. sic scribit.* Decem Syracusanorum naues totidemq; Locrensium Messanã in Sicilia ceperunt ab ipsis oppidanis arcessiti. Defecit autem ab Atheniẽsibus ea ciuitas præcipue opera cum Syracusanorum, qui cernentes id oppidum inuadendæ Siciliæ opportunũ, metuebãt ne se maioribus copiis aggrederẽtur, illinc profecti Atheniẽses tum Locrensiũ, qui Rhegium sibi inuisos volebant vtrinq; oppugnari. Itaq; in eorum agrũ cũ omni exercitu inuadunt, simul no Mamertinis illi ferrent auxilia, simul inducti ab Rheginis, qui apud ipsos erant exulibus. Nam Rhegium permulto tempore seditionib. agitabatur, nec in præsenti poterant Locrenses aræere quo magis illi ingruebant: qui postea quam agrũ populati sunt, rediere cum pediratu: nam naues ad Messanam in præsidio erant, in eodemque aliæ quæ instruebantur venturæ atque illinc bellum gesturæ. *Et libro quinto:* Pheax Atheniensium legatus cum rediit in Italiam, cum nonnullis ciuitatibus de amicitia Atheniensium sermonem habuit, atque cum Mamertinis apud Locros agentibus, quo relegati erant, cum post Sicilienſium pacificationem orta inter Mamertinos seditione ab aduersa factione accitis Locrẽsibus eiecti essent, factaq; aliquãdiu Messanæ Locrẽsiũ. Hos itaque Pheax illuc receptus nihil læsit, quia cũ Locrẽsibus trãsegerat Atheniensiũ

nomine

nomine. Soli enim omnium sociorum in reconciliatione Siculiensium fœdus abnuerant cum Athenienſibus, ne tum quidem admiſſuri, niſi bello aduerſus Itones & Melæos occupati fuiſſent finitimos ſuos atque colonos. *In bello Syracuſanorum Leontinos, Locrenſes Syracuſanis, Rhegini Leontinis ſtipendiabãt, vt Thucydides lib. 3. prodit. In bello vero Atheniensium cum Syracuſanis, Locrenſes Syracuſanis, Rhegini Atheniensibus fauebant, quo tempore Locrenſes Rheginorum agrum depopulabantur, vt idem auctor libro quarto ſcribit. Polybius etiam libro decimo, Locrum & Rhegium & Caulonium, & Crotonem clariſſimas vrbes fuiſſe ſcribit.* Romani, *ait idem libro primo*, Locrenſium & Tarentinorum, & Neapolitanorum nauibus vſi cũ exercitu in Siciliam transfretarunt. *Pulſo quoque ex Italia Annibale Romani, vt libro primo oſtendi, naues à Locrenſibus ſociis acceperunt. Hanc vrbem decantauit Accius poeta qui in Erigona, Nonio referente ait:* Locrorum loca viridia, & frugum vbera ſunt. *Hanc vrbẽ Ouid. Met. libro quintodecimo, Narthiam vocat, quod eam Nariti condiderint. Cicero etiam libro tertio his ad Atticum ſcribens:* Nariti Locridis. *Et Virgilius Georg. lib. 2. picẽ, quæ in Apennino huius vrbis agro fiebat, laudans ait* Et iuuat Naritiæ picis ſpectare lucos. *Huius & Crotonis aeris ſalubritatem Plinius lib. 2. his verbis oſtendit:* Locris & Crotone peſtilentia nunquam fuit, nec vllo terræmotu labotatum annotatum eſt. *Et rurſus:* in Italia Locris nullo non die apparet arcus. *Inest enim naturæ occultum quidpiam, quod adloci felicitatem facit, vnde ob grãtiam cæli temperiem hic clara ingenia vſquequaq; claruerunt. Vſus erat Locrenſibus, vt matronæ ex lectis floribus necterent coronas.* A Locris, *ait Plinius*, Italiæ frons incipit magna Græcia appellata, in tres ſinus incedens Auſonii matris, quoniam Auſones tenuere primum. Obtulerunt Locrenſes, *ait Pauſanias in Eliacis*, Sicyoni Apollinis ſtatuam ex buxo, capite vero aureo, quam Patroclus Crotoniata Caſylli filius fecit. Locrenſes, *ait Cicero in oratione pro Archia poeta*, ipſum Archiam ciuitate, cæteriſque præmiis donarunt. *Fuit Cicero ipſe Locrẽſium ac totius Calabriæ patronus. Libro enim ſecundo de Legibus clientes ſuos appellat.* Locrenſes, *ait Polyænus lib. 6.* fœdus & cum Siculis inientes aliorum capita ſub tunicis ſuper humeros impoſuerunt, & terram infectam calceis ſub pedibus habentes, iurarunt ſe firmam ac ſolidam ipſis rẽpub. conſeruaturos donec eam terram calcarent & capita in humeris ferrẽt. Iuſiurando fidem habentes Siculos omnes poſtridie Locrenſes interfecerunt, quaſi iam non amplius in eadem terra gradientes, nec capita in humeris ferrent. *Cauſa autem, vt Locrenſes eam potentiam ac felicitatem amitterent, fuit Dionyſii tyranni affinitas. Duxit enim uxorem Doridem Locrenſem, ait Diodorus Siculus lib. 14. Xenotis filiam, qui ciuis ſuos illis temporibus gloria amplitudine ſuperabat: ex eo Dionyſium iuniorem ſuſcepit, vt idem in Philippo tradit. Meminit huiuſce rei Cicero, Tuſculan. libro 5. qui flagitioſiſſimus fuit, & ſæuiſſimus tyrannus. Ait item, Ariſt. Pol. lib. 2.* Cauſa fuit vt Locrorum ciuitas interiret propter Dionyſii affinitatẽ, quod non contigiſſet in populari ſtatu, neque in ea optimatum gubernatione, quæ optimè mixtatẽperatque fuiſſet. Locrenſes enim, *vt Plato libro prima de legibus*, optimis legibus vſi ſunt. *Et Strabo lib. 6.* Ephorus deſcribendis Locrorum legibus memoriam faciens, quas ex Cretenſibus & Spartanis, & Areopagitarum inſtitutis Zaleucus conſcripſit; inquit illud imprimis nouũ induxiſſe Zaleucum, vt cum priſtinæ leges definiendarum condemnationum in ſingulis delictis modum iudicibus ipſis concederent, ille per leges ipſas terminauit. Putauit enim iudices ipſos haud eãdem eadem de re habituros eſſe ſententiam, oportere autem eaſdem approbare. Et de contractibus iisdem ſimpliciori quodam modo inſtituere. Thurios poſtea cum prætor Locros acutius explicare voluiſſent, celebriores, quidẽ cæterum deteriores euaſiſſe. Bonos quidem legum latores eſſe non qui omnia ſceleſtorum acta cauerint, ſed qui in ſimpliciter latis conſiſtant. *Hoc à Platone dictum eſt. Quibus legis adſunt plurima ac pleraque iniq. & vitiandis ritus depranati eſſe: ſicut quibus plures adſunt medici, ita & ægritudines permultas adeſſe probabile eſt. Fuerunt Locrenſes Romanis amici ac ſocij. Quos, vt in Siciliam trãſmitterent, ſuis nauibus, vt refert, adiunxerunt.* Horũ & Brettiorum agrum, *ait Polybius lib. 1.* Hamilcar claſſis præfectus vaſtauit. Cumque ab Annone obſiderentur, vrbem omnibus neceſſariis rebus, quo Pœnis reſiſterent, munierunt, *vt in Liuio bel. Pun. lib. 1. liquet. Quam autem ob cauſam ſe Annibali dederint idem Liuius bel. Pun. lib. 4. prodit, vbi ſic ait:* Hanno adiutoribus & ducibus Brettiis Græcas vrbes tentauit; eò facilius in ſocietate manentes Romana, quod Brettios, quos & oderant & metuebant, Carthaginenſium partis factos cernebant. Rhegium primum tentatum eſt, dieſque aliquot ibi nequicquam abſumpti. Interim Locrenſes frumentum ligneque & cætera neceſſaria vſibus ex agris in vrbem rapere etiam, nequid relictum prædæ hoſtibus eſſet, & indies maior omnibus portis multitudo effundi. Poſtremo ii modo relicti in vrbe erant, qui reficerent muros ac portas, telaque in propugnacula congerere cogebantur. In permiſtam omnium ætatum, ordinumque multitudinem & vagantẽ in agris magna ex parte inermem, Amilcar Pœnus equites emiſit, qui violare quempiam vetiti, tantum excluderent ex vrbe fuga diſſipatos turmas obiecere. Dux ipſe loco ſuperiore caſtra poſuit, vnde agros vrbemque poſſit cõſpicere, Brettiorum cohortem adire muros, atque vocare principes Locrenſium ad colloquium iuſſit, & pollicentes amicitiam Annibalis, adhortati ad

vrbem

vrbem tradendam. Brettijs in colloquio nullius rei primo fides est. Deinde vt Pœnus apparuit in tollib & refugientes pauci aliam omnem multitudinem in potestate hostiũ esse asserebant, tum meta victi consulturos se populum respondérũt Aduocataq; extemplo cõcione cum & leuissima quisque nouas res nouamq; societatem mallet, & quorum propinqui extra vrbem intercluſi ab hostibus erant, velut obsidibus datis pignoratos haberent animos, pauci magis taciti probarunt constantem fidem, quam peruersam tueri audérent, haud dubio in spem consensu fit ad Pœnos deditio L. Attilio præfecto præsidij, quiq; milites cum eo Romani erant, clam in portum deductis atque impositis in naues vt Rhegium deueherentur. Amilcarem Pœnosque ea conditione, vt fœdus ex templo æquis legibus fieret, in vrbem acceperunt, Cuius rei propè non seruata fides est deditis. Cũ Pœnus dolo dimissũ Romanũ præsidiũ incusarent, Locrenseſq; profugisse ipsum causarentur. Locrensibus instu Annibalis data pax, vt legibus suis libere viuerẽt, vrbs pariter & portus in potestate Locrensiũ esset. Societas eo iure staret, vt Pœnus Locrensem, Locrensis Pœnum pace & bello iuuaret. *Caterum non multo post ad Romanos redierunt. Nam, vt idé bel. Pun. lib 9. refert* Locrenses alterius factionis, qui Romanis studebant, & qui in ciuitate erant, & qui Rhegij ab aduersa factione pulsi exulabant, Scipionem ex Sicilia aduocarunt, vt vrbem reciperet: qua recepta Scipio vocatos ad concionem Locrẽses graniter ob defectionem incusauit, de auctoribus supplicium sumpsit, bonaq; eorum principibus alterius factionis ob egregiam fidé erga Romanos concessit. Inde Q. Pleminio legato præsidioque, quod arcem ceperat ad tuendam vrbem relicto, cum quibus venerat copijs Messanam traiecit. Ita superbe & crudeliter habiti Locrenses à Carthaginẽsibus post defectionem ab Romanis fuerunt, vt modicas iniurias non æquo modo animo pati, sed propè libenti videri possent. Verum enimuero quantum Pleminius Amilcarem præsidij præfectum, tantum præsidiarij milites Romani Pœnos scelere atq; auaritia superauerunt, vt non armis, sed vitijs viderentur certare. Nihil omnium, quæ inopi inuisas opes potentiores faciunt, prætermissum in oppidanos est ab duce, aut à militibus, in corporũ in liberos, in coniuges infandæ contumeliæ editæ. Nam auaritia ne sacrorum quidem spoliatione abstinuit. Nec alia modo templa violata, sed Proserpinę, etiam intacti omni ætate thesauri, præter quod à Pyrrho, qui cum magno piaculo sacrilegij sui manubias retulit, spoliati dicebãtur. Ergo sicut antè regiæ naues laceratæ naufragijs nihil in terram integri, præter sacram pecuniam deæ, quam exportabant, retulerunt. Tum quoque alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ea violatione tẽpli furorẽ iniecit, atq; inter se ducem in ducé, militem in militem rabie hostili vertit. Nã cũ conclamatũ esset ad arma, Pleminij milites victi sunt à militib. tribunorum. Inde tribuni virgis cæsi à Pleminio iussi sunt. Rursus Pleminius à militibus tribunorum pene exanguis, naso, auribusque mutilatis relictus tribunos postea laceratos omnibus, quæ pati corpus vllum potest, suppliciis interfecit. Nec satiatus viuorum pœna insepultos proiecit. Simili crudelitate & in Locrẽsium principes ẽst vsus, quos ad conquerendas iniurias ad P. Scipionem profectos audiuit, & qui antea per libidinẽ atque auaritiã fœda exempla in socios ediderat: Tunc ab ira multiplicia ea edere infamiæ atque inuidię non modo sibi, sed etiã imperatori esse. *De templo autem Proserpinæ, ita Locrensium legatorum vnus de Pleminio conquerens Romæ in Senatu retulit:* Fanum est apud nos Proserpinæ, de cuius sanctitate credo aliquã famam ad vos peruenisse, Pyrrhi bello, qui cum ex Sicilia rediens Locros classe præterueheretur, inter alia, quæ propter fidẽ nostram erga vos in ciuitatem nostram edidit, thesauros quoque Proserpinæ intactos ad eã diem spoliauit. Atque ita pecunia in naues imposita, ipse terra est profectus. Classis postera die fœdissima tempestate lacerata, omnesque naues, quæ sacrã pecuniam habebant, in littora nostra eiectæ sunt: qua tanta clade edoctus tandẽ Deos esse superbissimus agnouit rex. Pecuniáque oẽm conquisitam in thesauros Proserpinæ referri iussit. Nec tamẽ illi vnquam postea prospere quicquam euenit, pulsusque Italia ignobili atque inhonesta morte temere nocte ingressus Argos occubuit. *Et post pauca*: Maiores nostri cum graui quondam Crotoniensiũ bello premerentur, hãc pecuniam, quia extra vrbem templum erat, trãsferre in vrbem voluissent, nocte audita de delubro vox est, abstinerent manus, deam sua templa defensuram. Quia mouendi inde thesauros incussa erat religio, murum circundare templum voluerũt. Ad aliquantulũ iam altitudinis excitata erãt mœnia, cũ subito collapsa ruina sunt. *Quibus legatis ita à senatu per Fabium responsum est:* Senatui placere Pleminium legatum vinctum Romam deportari, & ex vinculis causam dicere, & si vera essent, quæ Locrenses dicebant, in carcere necari, bonaque eius publicare. Locrensib. eorã Senatum respondere, quas sibi iniurias factas quererentur, eas neque senatum, neque populũ Romanum velle factas, viros bonos, socios, & amicos eos appellari: liberos, coniuges, quæque alia erepta essent restitui. Pecuniam, quanta ex thesauris Proserpinę sublata esset, congri duplamq; pecũ ã in thesauris reponi. Pleminius autẽ in vinculis coniectus prius mortuus est, quã de eo populi iudicium perficeretur. *Meminit huius rei & Val. Max. libro primo. Fuerunt ex hac præclarissima vrbe viri præexcellentes quamplures, sed quorum memoria habetur sunt ij. Zaleucus Philosophus & legis-*

& legislator Pythagoræ discipulus, volunt Laertius & Iamblychus tradunt. Qui ciuibus suis Locrensibus leges dedit, vt dudum ostendimus. De quo Aristoteles Pol. lib. 2. inquit: Scripserunt leges Zaleucus Locris iis, qui ad occidentem pertinent, & Charondas Catinensis suis ciuibus, aliisque Chalcidicis ciuitatibus, quæ sunt Italiæ & Siciliæ finitimæ. *Et rursus*: Zaleucus primus legum ferendarũ peritus, *hem Cicero ad Atticum libro 6. ait*: Quis Zaleucum leges Locris scripsisse non dixit? *Et de Legibus lib. 2.* Zaleucus & Charondas non studij & delectationis, sed reip. causa leges ciuitatibus suis scripserunt, quos imitatus est Plato. Zaleucum commemorant ipsius ciues nostri clientes Locri. Dedit etiam leges Thurijs, *ait Athenæus libro vndecimo*: & quia erant vtiles, suasit quibusdam Græcis illis vti. *Ephorus autem & Chamæleon Heracleotes in opere de ebrietate, & Aristoteles de republica Locrorum, Clemente Alexandrino Stromatũ primo referẽte, Zaleucum Locrum leges a Minerua accepisse litterarum monumentis mandarunt. Id etiam refert Plutarchus ad Herculanum scribens. Item Val. Max. libro tertio inquit*: Zaleucus sub nomine Mineruæ apud Locrenses prudentissimus habitus est. *Zaleuci autem legum proœmium, deorum pluralitate excepta, diuina cuidã actioni haudquaquam quidem absimile est. Quod hoc fuisse Stobæus de lege testatur*: Omnes, qui vrbem ac regionem inhabitãt, persuasos esse oportet, existimareque deos esse, quod manifestum sit cœli & totius mundi inspectione, rerumque in ipsis dispositione pulcherrima & ordine. Haud n. fortuita aut humana huiusmodi opera putare conuenit. Deinde colendi honorandique dii sunt, vt bonorum omnium nobis autores, quæ aliqua ratione fiunt. Singulos igitur habere & comparare animam quemque suam oportet, vt ab omnibus malis pura sit. Nam ab improbo homine nõ honoratur Deus, neque sumptibus colitur, neque tragœdijs capitur, instar hominis mali, sed virtute, atque instituto bonorum operum & iustorum. Quocirca opus est vnumquenq; pro virili bonum esse tum factis, tum voluntate, qui modo futurus sit Deo charus, & non metuere pecuniarum iacturam magis, quàm vitæ & famæ dedecora, & ciuem meliorem existimare, qui opes amittere mauult, quàm honestatem & iusticiam. Cæterum illos, quorum voluntas non facile ad hæc persuaderi potest, animus ad iustitiã pronus est, viros & feminas, ciues, aliosque cohabitatores admonitos velim meminisse deorũ, vt qui & sint, & pœnas ab iniustis sumant: atque ob oculos ponere tempus istud, quod vnicuique finis est vitæ futurum. Morituros enim omnes iniuriarum, quas commiserunt, memores pœnitentia inuadit, & vehemens cupiditas, qua vellent exactam sibi vitam omnem fuisse iustam. Quamobrem singulos oportet semper in singulis actionibus illud tempus adeo suis cogitationibus familiare facere, ac si præsens esset. Ita enim maxime honesti iustique cura vigebit. Si quis vero à malo genio quopiam assistente sibi ad iniustitiam instigatur, is ad templa aras q; & delubra versetur fugiens iniusticiam, ceu dominam impiissimam molestissimamque, & deos oret vt opem ad propellendam ipsam sibi ferant. Accedat quoq; viros probitatis nomine claros, vt de vitæ fœlicitate & malorum hominum vindicta differentes audiens, ab iniustis facinoribus animum auertat. Mali genij à superstitiosis metuuntur. Cæterum qui vrbẽ habitant deos oẽs venerari debent ritib. patrijs, qui omnium optimi censendi sunt. Præterea cunctos oportet obedire legib. principes reuereri, eisq; assurgere, & quod præcipitur facere. Siquidẽ post deos, dæmones & heroes, proximis honorib. afficiuntur parentes, leges, ac principes apud homines, qui mentẽ habent, atq; incolumes agere studẽt. Ciuitatem vero chariorem sibi facere nemo debet, quàm patriã suam: de his enim dij patrij vlciscũtur. Tale n. studium proditionis initiũ est. Adhuc autem deterius est patria deserta vitam in aliena degere. Nil enim natura nobis, quam patria, cõiunctius est. Sed neq; quisquam pro hoste inreconciliabili reputato aliquem de numero ciuiũ, quem leges voluerunt reip. muneris participem esse. Talis n. vir neq; imperare, neque iudicare poterit recte, vt qui irascibilem animæ partem ratione superiorem habeat. Nemo etiam maledictis petat neque ciuitatẽ communiter, neque ciuem vllum priuatim, sed legum custodes eos, qui delinquunt, obseruent admonendo primũ, deinde, nisi pareant, mulctando. Cæterum ex cõditis legibus siqua videbitur non bene lata esse, in melhorem formam mutetur. Confirmatis vero & permanentibus omnes obediunto. Nam positas leges ab hominibus vinci nec debet neque conducit: contra homines superari à lege præstantiori honestum simul & vtile est. Ista autem transgredientes puniendi, vt qui inobediẽtiam maximorum malorum principium in ciuitate excitent. Porro principes nõ sint contumaces, neque ad contumeliam iudicium ferant, neque iudicando amiciti æ inimicitiæue meminerint, sed iusticiæ. Sic enim iudicia quam iustissima proferent, & officio suo digni erunt. Siquidẽ seruos certe conuenit ob timorem aliquid iustè facere, liberos vero propter reuerentiam, & honestatem. Quocirca præfectos quoque tales esse oportet, vt subditis digni uideãtur, apud quos erubescant. Quod siquis voluerit leges sanctas mouere, aut nouam statuere, is collo in laqueũ immisso de lege verba facist, & si per suffragia videatur legem veterem esse tollendam, aut eã, quę noua infertur, bonam esse, indemnis maneat. Contra si prior lex melius habere videatur, aut quę noua proponitur, iniusta sit, is, qui mouit, inferetq; legem, laqueo attractus moriatur. Di-

cere

Digitized by Google

cere solebat Zaleucus, *ait idem Stobæus*, leges esse similes telis araneorũ, nã si musca aut culex impegerit detinetur; si vero vespa, aut apes dirupta tela aduolat, ita se res habet in legib. *Extat aliquot legum Zaleuci memoria apud auctores. Aristoteles Pol. lib. 2. ait:* Apud Locros lege cautũ est, nequis patrimonium alienare posset, nisi euidentem calamitatẽ ostenderet superuenisse. Locrenses, *ait Ælianus de varia historia*, mortuos non lugebãt, sed postquã cadauer efferrent, & humarent continuabant. Nec caupona apud eos erat mutabilis sed agricola vendebat sua. Si quis apud Locros, *ait idem Ælianus & Athenæus lib. 10.* merũ hausisset medicinæ causa medico non imperante mortis mulcta afficiebatur, Zaleuco legem ferẽte. Laudanda, *ait Plutarchus de Fortunæ flatu*, Locrẽsium lex, quæ si quis peregrè reuertens rogasset, nunquid noui, eum mulcta afficiebat, lege etiam excepit Zaleucus, *ait Lucianus* ne liceret mulieri aureis ornamentis circumponi, neq; contextis indumentis, atreq; laboratis venustari, nisi cum scortari, atque amatorem sibi moliri studuerit, legem quoq; tulit. *ait Suidas*, liberam mulierem in forum prodeuntem candidis vestibus indutã cum domesticis incedere ancillam vnam habẽtem. Alias vero in floridis, ideſt, varij coloris. Tulit etiam legem, *ait Ælianus itemque Val. Max. lib. 6.* vt in adulterio deprehẽsis oculi eruerẽtur. Quam legem cum eius filius temerasset, vt eam exemplis firmius probaret, filio oculos effodi iussit. Et cum vniuersa ciuitas eum precaretur vt necessitatem pœnæ adolescentulo remitteret, aliquandiu repugnauit. Ad vltimum precib. populi euictus, luo prius, deinde filio oculo eruto, vsum vtrique videndi reliquit, æquitatis admirabili temperamento inter misericordem patrem & iustum legislatorem partitus est. Lege etiam cauit, *ait Hierocles apud Stobæum in sermone de patria, & Eustathius in primum Iliad. Homeri*, nequis ensem in concilium ferret. Cumq; ipse interim imminente bello eum detulisset, atque de hoc à quopiam, qui prope ipsum erat quod ipse legislator eam temerasset, inquit, modo eam sanciã mox eidem ensi districto incumbens, sibimet mortem consciuit. *Licet apud Val. Max. hanc legẽ Charondæ tulisse mendose legatur.* Locrenses, *ait Athenæus lib. 6.* neque per legem possidere licebat seruos aut seruas. *Fuit & ex hac vrbe Locro Stenidas Pythagoricus legislator, qui scripsit de regno. Qui, præter cætera, vt scribit Stobæus de regno, dixit:* Oportet regem sapientem esse, sic n. venerandus erit, atque æmulator summi Dei, qui natura primus est rex & princeps. Ille vero creatione, iste imitatione. Deus quidẽ in omnib. & in vniuerso, ille in terra solũ. Deus omnia semper gubernat & viuit, in se possidens sapientiam: ille vero per aliquod tempus scientiam habet. Imitabitur autem Deum quam optime si magnanimum, sapientẽ, & paucorum indigum sese præstiterit, paternũ animum in subditos gerens. Hanc n. ob causam præcipue Deus existimatur primus esse parens deorum, atque hominum, quoniam omnibus sibi subiectis benignum se præbet, nec vnquã cessat gubernatione sua neglecta. Nec satis putauit se creatorem tantum rerum omnium esse, quin etiam nutritor præceptorque bonorum omniũ, ac legislator omnib. ex æquo est. Talis & ille debet esse, qui in terra & inter homines rex futurus est. Nihil vero citra regnum imperium q; laudãdum est. Sine sapientia vero & scientia neque rex neque princeps vllus esse potest. Itaque Dei imitator & minister legitimus erit vir sapiens & rex. *Fuit & ex hac vrbe Locro Onomacritus legum ferendarum peritus, ait Aristoteles Pol. lib. 2. & in Creta circa legislationem exercitatus ad Thaletem profectus. Fuit & Timares, ait Iamblychus optimus legislator. Fuit & Gytius, ait idem Iamblychus. Fuit & Philistion medicus nobilis, cuius Athenæus lib. 3. & Plinius libro primo sapius, & trigesimo, & Gellius lib. 17. & Galenus lib. 1. methodorum meminere.* Hic, *ait Athenæus*, panes similagineos magis ad robur conferre asserit, quam alicarios, secundo loco hos collocat, tertioque triticeos. *Fuerunt & Timæus & Euthycrates, & Acrion philosophi Pythagorici celeberrimi, à quibus Plato plura didicit, vt Cicero lib. 5. de finibus tradit, vbi ait:* Plato ad Euthycratem, Timæum, & Acrionem Locros Pythagoricos peragrauit, vt cum Socratem expressisset, adiungeret Pythagoreorum disciplinam, eaque, quæ Socrates repudiabat, addisceret. *Et Tusc. lib. 1.* Plato à Timæo Pythagoreo omnia didicit. *Hic sagacis animi vir philosophus & mathematicus & medicus & primus de animorũ æternitate & de vniuersi natura scripsit, vt Laertius tradit, ad quẽ videndum venit Locros Plato, qui ei librum de mũdi natura inscripsit. De quo in eo ipso libro inquit:* Timæus quidem hic ex Locris, quæ vrbs in Italia iustissime gubernatur, nobilitate & opibus præstantissimus, summis magistratibus & honorib. functus est, & ad summa totius philosophiæ, vt opinor, ascendit. *Et rursum:* Timæus in astronomia nostrorum omnium peritissimus, maximeque in rerum natura cognoscenda versatus primus edisserat: ita vt à mundi generatione exordiens vsque ad generis humani naturam deueniat. *Aristoteles, vt Laertius prodit, ex Timæi & Archita disciplinis excerpens scripsit librum vnum. Timæus vt Theodoritus libro secundo de principiis, & Eusebius libro 13. de præparatione euangelica & Clemens Alex. Stromate quinto testantur negat Deum esse genitum. Ait enim* Vnũ omnium est principium, quod non est genitum, si sit, nõ vtique erit principium potius illud, vnde id sit exortum, quod vocamus principium, Scripsit, *vt ait Suidas*, librum de mundo & anima, & mathematica, & de vita Pythagoræ. Solusque, *vt ait Proclus in libro de anima & demone*, omnem animæ essentiam declarauit. Dicit etiam essentiã animæ nostræ non ex primis omnino generibus constitutam quemadmodum superiores animas, sed ex secundis tertijsue, atque ex indiuidua diuiduaque natura constitutam. *Rursus Proclus ait:* Ti-

ait: Timæus omnem animæ ortum atq; creationem ex formis compleuit mathematicis, omniũque causas in ipsa collocauit. Hic erudiendi viam mathematicarum disciplinarumq; appellat cognitionem, quoniam sanè eam habet rationẽ ad vniuersorum scientiam, primamque philosophiam, quã eruditio ad virtutem. *Et rursus:* Timæus de omnium natura contemplationẽ mathematicis nominibus patefecit, elementorumque ortus numeris atque figuris exornat, & vires & passiones, actionesque ipsorum ad ea refert. tum angulorum acumina, & obtusitates, tum laterum leuitates, vel vires contrarias, & multitudinem, ac paucitatem pervarię elementorũ mutationis causam esse sentiens. *Et rursus:* Timæus nos docuit vniuersorum vnionẽ & diuisionem identitatem vnà cum diuersitate. Et præter hæc, statum & motum ad animam complendam rerũ opifex suscepit, & hisque generibus ipsam constituit. Miraculorum effectrix triplex est, alia põderibus, quorum motus inæquilibrium, status vero æquilibrium Timæus determinauit. *Et rursus:* Timæus ex rectis circularibusque lineis animam constituit. Ille qui animam produxit ad omnia prouidis progreditur actionibus, ad seseq; reuersus est, manens in suo quodammodo more. *Et rursus:* Sunt enim, ait Timæus putissimæ atque perfectissimæ pulchritudine animarũ figurę, quæ cum vita quidem plenæ per seseque nobiles sint, quę ab alio mouentur pręexistunt, cũ vero immaterialiter & sine vlla dimensione subsistant, ijs, quę dimensionem & materiam habent, pręcellunt, de quibus & Timęus nos docuit, qui opificam essentialemque animarum explicauit figuram. Timæus cum vniuersi elementa rectilineis constituisset figuris, motum ipsis circularem & informationem ab ea, quæ mũdo insidet anima præbuit. *Item* Timæus, *vt Aristoteles in libro de anima refert*, animam mouere corpus erectione quadam atque intellectione dicit, eo enim quòd mouetur, & corpus mouere, propterea quòd connexa est ad ipsum. Tradit etiam animas per affectiones prius elegisse sortes formasque vitarum palàm obiecta, secundo dæmonas accepisse, tertio motiones attigisse fatales per vehicula sua scilicet cœlestia earum corpora cœlestibus influxibus motionibus contigua. In motu vero animæ verum esse numerum musica proportione concentuque constãtem dicit. Neque autem humanas animas in bestias transire, sed id inductum falso esse ad terrorem hominũ impiorum: negat quoque eas ex homine in hominem transmigrare, vtpotè qui in corporibus aereis putat eas interea viuere, atq; ita vexatione purgari. Mundum autem, *vt Celius lib. 1. refert*, duobus constare Timæus astruit, mente & necessitate, ideſt actu formali, qui sanè est diuinæ mentis voto præcipuus, mentisque imago: item ex necessitate, ideſt materia, quę non tam intentione propria, quàm necessaria quadam conditione ad hoc opus accipitur. *Plato Timæum præceptorem suum summopere coluit, nec tamen peromnia est eum amulatus. Nam cum diuinus Timæus ante mundum, eius architectum fuisse, mundumque ipsum factum, atq; ab alio factum ingenue fateatur, Plato longe secus sensit. Nam hic Petro Comestore in Genesim referente tria ab æterno fuisse dicit, deum, ideas, hylen hoc est materiam, & in principio temporis de hyle mũdum factum fuisse. Aristoteles duo, mũdum & opificẽ, qui de tribus principiis scilicet materia & forma operatus est sine principio, & operatur sine fine. Epicurus duo inane & atomos, & in principio natura quosdam atomos solidauit in terram, alios in aquam, alios in aërem, alios in ignem. Timæus triplicem mundi causam perscrutatur efficientem, ideſt, diuinam mentem, exemplarem, ideſt, Idearum seriem, diuina mente conceptam, & finalem. Quam apud sapientes optimam arbitratur habendam.* Vtq; mundus, *inquit*, perfectus foret, animalia cuncta tam diuina, quam caduca sunt genita. *Ait etiam Deum mundi opificem cum creauisset mundum requieuisse, dicens mundi opificem in circumspectum suum se recepisse. Quod quidem cum diuina philosophia conuenit: nam, ait Petrus Comestor in historia eccl. super Genesim, Deus requieuit ab opere in semetipso, ideſt, à mutabilitate operum eius immutabilitas apparuit. Plotinus in libro de cœlo ait:* Cum igitur Timæus mundi corpus ex igne primum terraque componat, vt per ignem quidẽ videri, per terram solidum esse tangique valeat: consentaneum esse videtur, vt & astra non totum quidem sed plurimum habeãt ignem. *Quandequidem astra soliditatem habere videtur. Forsan vero recte sed habebit, quippe cum Plato sententiam hanc probabili & apparenti ratione confirmat. Cœlum autem Timæus ipse nominauit vniuersum. Ast enim:* Deus autem animam mundi creauit suo corpore priorem tum potestate, tum tempore. *Quod Platonis expositores Plotinus, Porphyrius, & Proclus, aliique sic exponunt, vt potestas & tempus, quibus anima præcedit corpus non sit extrinsecum internallum, sed vt successio quædam in anima in ipsa formarum discursione antecedat origine mundi motum, vt hic sit motus ab illo, atq; ille sit seculum seculorum. Rationales autem animas non ab anima mundi, sed ab eodem auctore, à quo & illam, & ex generibus consimilibus asserit constitutam. Dicit quoq; intellectum in nullo vnquam alio præterquam in anima fieri. Obiecta autem intellectus præstantiora verioraq; esse quam obiecta sensus.* Timæus, *ait Plutarchus libro tertio de placitis philosophorum & Galenus in libro de historia philosophica*, complures fluuios è Celtarum montibus in Atlanticum pelagus labi putat, horum incursu pertundi, & inundare mare credit, defectu reuocare & subsistere. Infantes, *eodem Plutarcho, eodem in libro referẽte*, in vtero nouem menses permanere existimat, cũ alij decẽ purẽt. *Timæus, & Neocles Cretenziata apud Ælianũ libro*

octauo

Plinio de historia animalium, aiunt, rubetas duo ieco-
ra habere, & alterum quidem occidere, alterum alteri
aduersantem salutem afferre. Scripsit *etiam* Timæ-
us, *vt Plinius lib. 1. tradit*, de medicina metallica.
Et libr. 2. ait, Timæus millia de medicina scripsit.
Et rursus: signiferi autem ambitum peragit in-
certis & duo de quinquagenis diebus ab sole nũ-
quam abstistens partib. sex atq; quadraginta lon-
gius, vt Timæo placet. *Et libr. 5.* Timæus mathe-
maticus Sitis Asiæ fluminis incrementi occultã
protulit rationem phialem appellari. *Et libro 15.*
Folia decidere Timæus mathematicus sole Scor-
pionem transeunte sideris vi, vt quodam vene-
no aeris putat. *Fuerunt & alij philosophi Pythagoræ*
discipuli, vt Iamblychus scribit, vt Adæus, Eueches,
Euthemus, Gyptius, Philodamus, Sostratus, Steneni-
des, & Xenon. Fuit & Eurytus, aut Constantinus La-
scaris, vir doctus, & citharœdus eximius. De quo Stra-
bo sic ait: Eurytus philosophus, quem vidit Plato.
Fuit & Xenocrates poeta heroicus perillustris, & mu-
sicus excellentissimus, qui, vt Heraclides tradit, ex na-
tiuitate cœcus fuit. De quo Plutarchus in musica ait:
De Xenocrate Locrense ex Locris vrbe Italiæ
dubitari video, vtrum poeta pæanus fuerit. Ar-
gumenta heroica gesta continentia condidisse
proditum est memoriæ, ac propterea nonnulla
argumenta dithyrambos vocitasse. *De hoc etiam*
meminit Plinius lib. 1. Fuit & Herasippus, vt
scribit Heraclides. Fuit & Glaucus, qui vt Iulius
Pollux, & Athenæus libro nono produnt, scripsit de
obsoniis ac re coquinaria. Fuit & Teano mulier poetrix
lyrica nobilis. Scripsit cantica lyrica, & cantus permul-
tos, ait Suidas, scripsit lyricis versibus de patria sua
multa. Viuit modo Fabius Monteleonius iureconsul-
tus, qui de quatuor literis arbitralib. scripsit. Fuit &
Eunomus citharœdus clarus, de quo sic Strabo:
Locris Eunomi Locrẽsis citharœdi statua osten-
ditur, quæ insidentem cicadam habet. Timæus
tradit in Pyctiorum quodam certamine Euno-
mum Locrensem & Aristonem Rheginum ci-
tharœdos aliquando in contentionem venisse
vter præmium sortiretur. Aristonem fusis preci-
bus Apollinem inuocasse Delphicum, vt sibi ad-
iutor afforet. Eunomum dixisse, Rheginis nun-
quam de musica ab eorum primordio fuisse cer-
tamen. Cum quidem apud eos cicadæ cunctorũ
animalium cantu suauissimo, omni sono desti-
tutæ sint. Nihilominus Eunomum victorem de-
claratum, statuam in patria posuisse, quæ cicadã
insidentem habet. Nam cum inter cantandum
chorda vna fracta defecisset, cicada superuolans
astitit, quæ vocis supplementa faceret. *Fuit &*
Euthymus athleta sanè quam fortissimus, qui, *vt Pli-*
nius libro septimo tradit, solus viuus consecratus
est, sentiensque oraculi eiusdem iussu, & Iouis
Deorũ summi astipulatu Euthymus pytha sem-
per Olympiæ victor, & semel victus. Patria ei
Locri in Italia, vbi imaginem eius esse, & O-
lympiæ alterã eodem die tactam fulmine, Cal-
limachum, vt nihil aliud miratum video, eum-
que iussisse sacrificari, & quod viuo factitarum
& mortuo, nihil adeo mirum quàm hoc placuis-
se Diis. *Et Ælianus de varia historia libro septimo,*
Euthymus Locrus ex Italia Pytha inclytus & ro-
bore incredibili insignis fuit. Lapidem gestabat
ingenti magnitudine, qui Locris ante fores osten-
ditur, & Temesæum heroa, quod cuiq; per vim
abstulerat, reddere coegit etiam cum fœnore, vt
inde natum sit adagium iis, qui & iniustos quæ-
stus faciunt, Affore Temesæ genium. *Euthymus*
autem ad Cæcinum amnem oculis hominum apparere
desijt. De hoc Pausanias in Eliacis ita scribit: Quæ
autem ad victorias & reliqua in Euthymi gloriã
pertinent, præteriri minime decet. Fuit quidem
Euthymus ex Locris Italiæ patre Astycleo, vel, ut
indigenis persuasum est, è Cæcino amne. Vicit
in Olympia quarta & septuagesima Olympiade.
semel à Theagine Thasio victus, non tamen qui-
dem iusto certamine, sed ab eo circumuentus
dolo. Vnde nec à Græcis iudicibus Theagini de-
cretus honor. Insuper damnatus Theagenes &
mulctæ nomine talentum sacrũ dandum Deo,
& aliud Erhymo ob iniuriam solueret. Sexta au-
tem & septuagesima Olympiade argentum de-
bitum deo soluit, & nec in certamen eadem O-
lympiade, neque insequenti prodire sibi cõces-
sum est. Euthymus autem coronam suscepit. E-
ius statuã fecit Pythagoras celeberrimam. Cum
postea rediisset in Italiam, pugnauit aduersus
heroem. Nam Vlyssem erroribus actum post
captam Troiam & ventis in Italiam delatum fu-
isse, atque cum ad alias Italiæ vrbes, tum etiam ad
Temelam cum nauibus applicuisse memoriæ
proditum est, vnumque è nautis temulentum
virginem violasse, ob quam iniuriam ab incolis
lapidibus obrutum fuisse. Vlyssem autem homi-
nis interitu nihil prorsus commotum naues cõ-
scendisse, atque abiisse. Dæmon vero interfecti
hominis nunquam postea destitit, in omne tem-
pus Temesenses exturbare. Pythia eos ex Italia
omnino fugere decernentes, nec Temesam re-
linquere permisit. Verum heroem placare iussit,
suasitque templum dæmoni ædificari, atque vt
quotoquoque anno virginem pulcherrimam ex
Temesa illi exponerent. Itaq; Pythiæ parentes
dæmoni omnia, quæ iussi fuerant, sedulo cura-
runt, nihilque amplius incommodi à dæmone
perpessi sunt. Cum autem Euthymus post octa-
uam & septuagesimam Olympiadem patriam
repetisset, ad Temesamque forte fortuna perue-
nisset, ad constitutam illius celebritatis diem, rẽ,
vt erat, edoctus, & templum illud ingredi & vir-
ginem expositam videre concupiuit. Quam cum
conspexisset pietate primum motus, mox etiam
eius amore incensus fide prius ab ea accepta, si e-
am seruasset, non alium, quàm se virum habitu-
ram, accinxit se ceu cum dæmone pugnaturus.
Qui aduentantis dæmonis impetum sustinuit
facile, & eum demum luctando superauit in so-
lũ prosternens. Quare dæmon ipse Temesam de-

stituit,& vicinum mare cum strepitu subintrauit.
Nuptiasq; Euthymo & Virgini celebres regio
vniuersa à dæmone liberata celebrauit, vixitque
cum ea Temesæ perquandiu: alioque,quàm cæ-
teri mortales solent,modo excessit. Audiui ego
hæc ab homine ad me ad emporium veniente.
Vidique talem perlegens scripturam. Et in qua-
dam tabula vetustissima iuuenili effigie Sybaris
& Calaber fluuius simul cum fonte Calyeo,ade-
rat Iuno,& Temesa ciuitas,& inter has dæmon
ille,quem è regione Temesæa expulerat Euthy-
mus colore plane admodum niger, forma vero
terribili,quæ plurimum inspectantes perterrere
posset: lupi autem pellem indutus videbatur.
Nomen appositum erat dæmoni libantis. Indè
statuam Euthymi Pytharchus posuit Mantineus.
*Fuit & Agesidamus Archestrati filius Athleta Olym-
pionica valde quam fortissimus Pyndari tempestatè.
Qui in Agesidami laudem scripsit hymnum. Vnde ode
decima musas omnes & inter alias, veritatem cum filia
Iouis in Agesidami laudem inuocat. Vbi etiam Lo-
crum vrbem à loci amœnitate, à veritate, à poesi, & à
rebus bellicis commendans ait:*
Olympiorum victorem ad memoriã reuocate,
Mihi Archestrati filium, quo Locrorum
Mentis meæ scriptus sit.
Dulce nanq; ipsi melos debent,
Eius oblitus fim ô Musæ.
Atq; tu vna veritas Iouis filia
Recta manu arcete mendaciorum, in amicos
delinquentem sermonem.
A longe nanq; aduenies futurum tempus me-
um pudefacit ingens debitum (potest.
Attamen dilationem tardam fœnus persoluere
Nunc vbi præfluens fluctus submergit volu-
tatum in littore calculum,
Et vbi iam communem ad charam iam oblecta-
tionem sermonem exoluemus.
Porrò synceritas vrbẽ Locrorũ administrat Ze-
phyriorum
Illisq; curæ est Calliope,& ferreus Mars.
Conuertit autem in fugam cycnea pugna & viri-
bus præstantem Herculem.
At pugil Agesidamus Olympiade vincens Hylæ
referat gratiam.
Quemadmodũ Achilli Patroclus,sic alium vir-
tute magnum virum alius exercens (ca:
Ad sublimẽ euexit gloriã dei numine. *Et post pau-*
Sic est quando is, qui egregia facinora peregit,
Sine hymno Agesidamus ad ditis ædes accesserit.
Inaniter enim spirans labore suo breuiter ad-
modum delectatus est.
Tibi verò suauissima lyra, dulcilq; tibi gratiam
parit ac vatiat. (augeant famam:
Sed & Pierides Iouis filiæ longe lateq; tuam ad-
Et ego adiunctus Musis inclytam Locrorum gẽ-
tem incidi, melleq; fortem irrigans amabilem
Archestrati filium laudaui.
Quem vidi manus robore, ad aram Olympiam
præstantem;

A Eo quidem tempore forma pulchrum, ætate
temperatum.
Quæ impudentem à Ganymede mortem vnà
cum Venere prohibuit.
*Et ode vndecima laudans eum à pugilatu, à corona
victoria, à libertate tum ipsum, tum Locros, à sapi-
entia, & à fortitudine & hospitalitate ait:*
Abundans autem laus Olympiorum victoribus
constituta est.
O noster, quã & lingua nostra dispensare gestit.
B Dei enim prouidentia sapientibus aliquis per-
petuo curis floret.
Noueris itaq; nunc Archestrati fili Agesidame
tuæ pugilatoriæ causa.
Qua aurea olea corona coronatus es,
Hanc suasionum ornatum resonabo,
Locrorum Epizephyriorum genus magni ducẽs:
Illic & vos vna mecũ ô musæ chorũ ducite.
Spondeo enim vos non auersantem hospites ex-
ercitum, neq; honesti inexpertum,
C Cæterum ad sapientissima belligeratores acces-
suras.
Natura nanq; insitum arte, neq; astuta vulpecu-
la, neq; terribiles leones facile permutarint.
*Hylas autem fuit aliptes Agesidami, qui cum videret
ferè succumbentem primo Agesidamum: ita ei animũ
addidit, vt protinus suum aduersarium vinceret. Scul-
pebant Locrenses in numo Iouem, & ex postico a-
steriam alitem pedibus leporem habentem, quam Gra-
ci Hieracem vocant, à qua vrbs nomen est mutuata
inscriptione Greca Λοκρων. Interdum ex postico signa-
bant fulgur & caduceum, & Amalthea cornu: ali-
quando cancrum. Interim imprimebant Bellonam, id
est, Mineruam galeatam, & ex postico Pegasæum e-
quum & fulgur, & ex altera facie etiam Cererem &
stellam cum Amalthea cornu stantem. Aliquando si-
gnabant Mineruam & ex altera parte mulierem se-*
D *dentem, altera manu crepitaculum, altera craterem,
habentem. Nonnunquam sculpebant Mineruam, &
ex postico Pegasum, aliquando ex postico fulgur. Quã-
doq; Apollinem & ex postico aquilam fulgur pedibus
habentem, & post tergus palmam. Aliquando signa-
bant Iouem habentem fulgur & campum plenum
fructibus, & ex postico Castorem & Pollucem. In-
terim signabant martem gladio & scuto pugnantem,
& ex aduerso Mineruam galeatam, quam sa-
pientia deam significare volebant, quod arma, præ-
mia sapientia, qua ex scientia comparatur, sumi de-
bent. Est Hieracium sedes episcopalis antiquissi-*
E *ma. Petrus episcopus Locrensis interfuit Synodo Roma-
na sub Felice tertio. Et Stephanus Episcopus Locrensis
interfuit Synodo Constantinopolitana sexta sub Aga-
thone Papa. In ede episcopali asseruantur frustula cru-
cis dominicæ, Thomæ & Simonis apostolorũ, Stephani
Prot. Petronillæ, Mariæ Ægyptiacæ, Iudithis Virg. &
martyris Agathæ, capitis Ioannis bapt. Gerualij, Felicis,
Hippolyti, Moysis, & vestis beatæ Mariæ Virg. Est &
arcula multorum aliorum sanctorum frustulis referta.
Est & beatæ Mariæ Virginis imago, quæ in magna
religione & pietate ab oppidanis & circumiacentis po-*
F *pulis*

Digitized by Google

pulis veneratur. Ex hac vrbe fuit beatus Antonius diui Basilij monachus, eius festũ agitur decimo cal. sept. Et beatus Ieiunius eiusdem diui Basilij monachus, cuius festum agitur octauo Cal. Iuny. Et beatus Nicodemus etiam diui Basilij monachus. Et beata Venera Virgo, eius festum agitur quinto Cal. Aug. Exuberat vrbs hac aquarum scaturiginibus, & iis optimis. Est & fons Francica dictus cuius aqua est bonitate præcipua. Extant & balnea clara, sunt enim sulfurea aqua & salsa multis morbis vtiles, conferunt & mulierum sterilitati. Fiunt Locris figlina opera nobilia, patina, gutti, capsares, amphoræ, lances, disci, canna, & alia id genus. Fit & sericum & oleũ nobile, legitur mãna, eruuntur cappares: nascitur rubrica fabrilis, & lapis molaris frumentarius & olearius, itẽ magnesia, silex, & lapis gilus, quo figuli vtũtur, promenit rhenponticũ, fit gossipium & sesama. In hoc agro pagi sunt Nicolum, Adurium ab ardo verbo Græco quod irrigo significat, Bombilum, Cannabũ, Partilcola, & Antoninana. In hac ora ab agro hoc vsq; Cocynthum promontorium, & alibi, nouilunio terra euomitur, Maranuscam vocant, cen cum à talpis mota assurgit, quæ sine aqua cocta rubrica fabrilis sit optima. Ab vrbe m.pas. duobus Neuiturus flumen nauigabile excurrit, Buthrotus olim dictum, cuius meminit Liuius bello Pun. libro nono, quod haud procul ab vrbe Locris abesse dicit. Inde est Sideronum vicus. Postea Proteriatũ flumen nauigabile anguillis & torentinis vber labitur, Locanus olim dictus, cuius meminit Plinius. Qui ait: In hac ora flumina innumera, sed memoratu digna Locanus, Sagra. Supra est Crisperia oppidũ edito ac pensili loco super saxũ conditum, orientẽ solem spectans. Distat a freto m.p. sex, a Locris decẽ, olim castrũ Minerua dictũ, quod condidit Idomeneus Cretensium rex eruta Troia. Iam vero, Varro, vt ostendi, Idomeneũ aliquot oppida iuxta Locres condidisse scribit: in queis est Vria & Castrũ Minerua nobilissimũ. Hic emporium in annos singules celebratur. Fiũt olea, mella & serica clara, & fructus optimi, & amygdalarum copia, extant & horti nemorosi limonũ citrorum & malorũ aureorum arboribus instructi. Extant & sylue glandifera ad porcos alendos opportuna, nascitur marmor, & plumbũ, & aurum. Prouenit terebinthus, & siliqua Syluestris. In hoc agro pagi sunt Mammola, vbi pars calusij beati Nicodemi monachi Sancti Basilij, de qua supra mentio facta est, asseruatur. Fiunt hic figlina opera, hoc est pila & huiusmodi e terra subrussa: item Ioannum pagus cum fluuio, & Martorianum. M. Antonius Glurisrigus huius oppidi regulus, ob multa in oppidanos flagitia, Melita in perpetuum damnatus exulat. Post Crisperiã Geroxa oppidum existit edito ac pensili loco situm orientẽ solem spectans, quod Galesium flumen præterfluit, abest à freto m.p. trib. Mistra olim dictũ, cuius meminere Stephanus, & Plinius & Mela: licet in Mela mendose in sinu Scyllatico scribatur. Hic serica, vina, & olea laudabilia fiunt. Fit & gossipium & sesama, Est & natiuum sal, nascitur lapis, quo pictores imagines inumbrant, tener est & subater: nascuntur cappares. Extant & horti nemorosi citrorum, limonum, & malorum aureorum. Ad mare Arocella oppidum est edito loco, eoque natura munito, distat à Locris m.p. XII. Amphissia olim dictum, cuius meminit Ouid. Met. lib. 15. vbi de huius ora oppidis loquẽs ait: Leuibusq; Amphissia remis Saxa fugit. Etenim mare hoc aliquibus locis saxosum. Vbi coralliũ capitur. Fit in hoc agro Xylon & sesama, prouenit cappares. Secundum flumen aurũ nascitur. Dehinc Alarus fluuius nauigabilis cadit in mare. Sagra olim dictus Crotoniatarum strage & auctorum scriptis celebris. Quem Strabo inter Locros & Caulloniam ponit, qui sic scribit: post Locros Sagra fluuius labitur, quẽ feminine vocant, in cuius ripa Castoris & Pollucis aræ sitæ erant. Apud quem decẽ Locrorum millia vnà cum Rheginis aduersus Crotoniatas numero CXXX. millia marte collato victores euaserunt. Quo ex negotio ortũ est aduersus incredulos prouerbium hoc: re apud Sagram gesta verius est. Qua die certamen initum, est ad Olympia existentibus illis nunciatus est belli exitus, & tanta celeritate nunciatæ pugnæ veritas comperta est. Hãc ipsam vero cladem Crotoniatis, ne magno vlterius perdurarent tempore, causam extitisse memoriæ proditum est. Tanta quidem mortalium occisorum fuerat multitudo. De hac paræmia mentionem facit Menander, vt ait Apostolius Byzantius prouerbiorum scriptor. Trogus vero Pompeius libro vigesimo Iustino referente, belli causam scribens de numero dissentit a Strabone, ni horum alterius textus depraua-tus sit. Ait itaq; Crotonienses cum Sybaritanis & Metapontinis pellere cæteros Græcos Italia statuerunt. Cum primum vrbem Sirim cepissent, in expugnatione eius quinquaginta iuuenes amplexos Mineruæ simulacrum, sacerdotemque deæ velatum ornamentis in ipsa altaria trucidarunt. Ob hoc cum peste & seditionibus vexarentur, priores Crotonienses Delphicum oraculum adierunt. Responsum his est, finem malis fore, si violatum Mineruæ numen, & interfectos manes placassent, itemque cũ statuas iuuenibus iustæ magnitudinis, & imprimis Mineruæ fabricare cœpissent. Metapontini cognito oraculo deorum occupandam manum & pacem deæ rati, iuuenum modica & lapidea simulacra ponũt, & deam panificiis placant. Atque ita pestis vtrolibi sedata est: cum alteri magnificentia, alteri velocitate certassent. Recuperata sanitate non diu Crotonienses quieuere. Itaque indignantes in oppugnatione Syris auxilium contra se à Locrensibus latum, bellum his intulerunt. Quo motu territi Locrenses ad Spartanos decurrũt auxilium supplices deprecantes. Illi longinqua militia grauati auxilium à Castore & Pollucе petere eos iubent. Neq; legati socij vrbis responsũ spreuerũt, profectiq, in proximũ templũ, facto sacrificio, auxiliũ deorũ implorãt litatis hostiis, obtentoq, vt rebantur, quod petebãt, haud secus lęti, quã si deos secũ aducturi essẽt puluinaria iis in nauí componũt faustis profectionibus

solaria suis pro auxiliis reportant. Iis cognitis Crotonienses & ipsi legatos ad oraculum mittunt, victoriæ facultatem, bellique prosperos euentus deprecantes. Responsum prius votis hostes, quam armis vincendos. Cum vouissent Apollini decimas prædæ, Locrenses & voto hostium, & responso Dei cognito, nonas vouerunt, tacitamque eam rem habuerunt, ne votis vincerētur. Itaque cum in aciem processissent, & Crotoniensium centum viginti quinque millia armatorum constituissent, Locrēses paucitatem suam circumspicientes (nam quindecim millia militum habebant) omissa spe victoriæ in destinatam mortem conspirant. Tantusque ardor ex desperatione singulos cœpit, vt victores se putarent, si non inulti morerentur. Sed dum mori honeste quærunt, felicius vicerunt. Nec alia causa victoriæ fuit, quàm quod desperarunt. Pugnātib. Locris aquila ab acie nunquàm recessit, eosque tandiu circumuolauit, quoad vincerent. In cornibus quoque duo iuuenes diuerso à cæteris armorum habitu, eximia magnitudine, & albis equis & coccineis paludamentis pugnare visi sunt, nec vltra apparuerunt, quàm pugnatum est. Hanc admirationem auxit incredibilis famæ velocitas: nam ea die, qua in Italia pugnatum est, Corintho & Athenis, & Lacedæmone nunciata est victoria. Olympiæ etiam belli euentus nunciatus est. *Cicero quoq; de Nat. Deorum lib. 2. inquit:* Atque etiam cum ad fluuium Sagram Crotoniatas Locri maximo bello deuicissent, eo ipso die auditam esse pugnam ludis Olympiæ memoriæ proditum est. *Et libro 3.* De Sagra Græcorum est vulgare prouerbium: Quæ affirmant certiora esse dicunt, quàm illa, quæ apud Sagram. *Id etiam scribit Plinius. Inde est Castronetum oppidum edito salubriq; loco situm inter Alarum & Musam amnes torentinis & anguillis fœcundos, vndiq; rupibus septum, distat à mari m.p. tribus, à Locris duodeuiginti, Caulonia olim dicta, à qua abest Lacinium LXX. m.p. vt apud Plinium prodidit Agrippa. Fuit quidem Caulonia vrbs nobilissima. Hanc & Rhegium & Locrum & Crotonem clarissimas vrbes fuisse Polybius lib. decimo tradit, ad quam oppugnandam Fabius Consul, ait Liuius bel. Pun. libro septimo, octo millia hominum misit, quibus additi sunt Brettiorum perfugæ. Qui tunc sub aduentum Annibalis ne opprimerentur in tumulum à præsenti impetu tutum, at cetera inopem se recepere, quos Annibal in deditionem accepit. De hac vrbe Strabo sic scribit:* Post Sagram Caulonia extat prius Aulonia quasi vallonia à vicina valle denominata, ab Achiuis condita. *Solinus vero à Crotoniensibus conditam scribit. Aulon quidem vallem planitiemq; ac florida loca significat, Caulonia vero iactantiam, quod ob loci salubritatem rerumq; opulentiam præcellat, monsq; Aulon & Caulō est appellatus, Maronis & Flacci præconio decantatus. Ait enim libro 3. Æneid.* Cauloniſque arces. *Hic vero secundo Car. libro:* Et amicus Aulon Fertilis Baccho minimum Falernis inuidet vuis. Ille te mecum locus & beatæ postulant arces: Ibi tu calentem debita sparges lachryma fauillam Vatis amici. *Et Martialis lib. 13.* Nobilis & lanis, & felix vitibus Aulō, Det preciosa tibi vellera, vina mihi. *Seruius autem in Virgilium, Horatium Caulon scripsisse dicit. Sed & Aulon & Caulon dici potest. Opinandum est hic Horatium villam habuisse. Hanc & Rhegium diripuit infida & scelerata Campana legio, quam Romani Rhegium & in hanc vrbem præsidium miserant Pyrrhi bello, vt alibi diximus. De hac vrbe Pausanias in Eliacis ait:* Caulonia, quam Auloniam Hecatæus appellauit propterea, quia iacta vallem sit, inde Achæorum colonia. Cuius etiam colonus fuit Typhon Aeginensis. Hæc direpta fuit à Campanis Romanorum militibus, qui in præsidio erant, eo tempore, quo Pyrrhus cum Tarentinis aduersus Romanos bellum constituit. *Et Arist. Pol. libro secundo:* Quo tempore ea in regione Italiæ, quæ tunc Magna Græcia appellabatur, cœtus Pythagoreorum ob clandestinam coniurationem concrematus fuit, magna rerum publicarum mutatio facta, vtpote principibus vniuscuiusq; ciuitatis temere interfectis, accidit ea loca, easq; vrbes maximis cædibus seditionibusque vexari. Quocirca variæ ad eos vndecunque legationes componendarum rerum gratia confluxere. At illi cæteris posthabitis, Achæorum duntaxat fidei res suas commiserunt. Quin etiam non multo interiecto tempore omnino instituta illorum imitari, atq; eam remp. effingere decreuerunt. Siquidem Crotoniatæ, Sibaritæ, Caulonitæ compositis inter se vnanimiter rebus, primo Omonii Iouis templum publice constituerunt, vbi & conciones fieri, & cum populo agi possit. Præterea acceptis ab Achæis institutis & legibus, iis duntaxat vti, suamque remp. componere volebant: sed à Dionysio Syracusanorum tyranno, & vagantibus per id tempus circum ea loca Gallis, desistere ab incepto coacti sunt. *Caulonia materia ad fabricandas naues idonea, qua Atheniensibus præparata erat, à Syracusanis concremata est, vt ait Thucydides lib. 7. Quo tempore Dion Syracusanus patriam in libertatem vendicare simulabat, arma aduersus Dionysium suscipiens. Dionysius ipse ad Cauloniam agebat, vt Diodorus Siculus in Philippo tradit. Ex hac vrbe fuere, vt Iamblychus ait, Callibratus, Drymon, & Dicon philosophi Pythagoræ discipuli.* Dicon autem Callibrati filius, *ait Pausanias in Eliacis,* quinq; in Pythicis ludis cursu victorias reportauit, tres autem ab Isthmicis, quatuor è Nemæis, Olympicam vnam dum esset puer inter pueros, duas alias inter viros, sibique tot statuæ extant in Olympia, quot victoriæ. Hic se Cauloniatam, vt erat, dicebat: postea vero propter pecunias, quas à Syracusanis accepit, Syracusanum. *Signabant Cauloniata in numo cerui cum vase, & ex altera parte, Cresum Cauloniatam manu clauam tenentem, qui cum cernum fugaret in fluuium cadens suffocatus est, inscriptione Graca καυλωνιατῶν. Fiunt Caulonia vina bonitate mirifica.*

Digitized by Google

fica, item oleum & mella clara, & caseum & lippaces laudatissimos, & figlina opera non vulgaria. Fit gossypium, & sesama, nascuntur capparis, provenit terebinthus, nascitur gypsum, magnesia lapis, rubrica fabrilis, item sal nativum, plumbum & aurum. Extant & sylua ad domorum tigna & ad navigiorum fabricam apta, item sylua glandifera & castanea porcis alendis & pabulis opportuna. Fiunt venationes uberes aprorum, cervorum & aliorum sylvestrium animalium. Sunt & testudines & erinacei. In fano divi Hilarionis brachium eius preservatur. Ioannes Baptista Caraffa huius oppidi regulus, ob plurima in oppidanos patrata scelera, Neapoli capitali sententia damnatus obtruncatus fuit. A Caulonia ad quatuor lapides Pacanica oppidū existit edito loco quasi panaca id est, salutaris, quod Pacanitanus flumen navigabile & pisculentum adlabitur, distat à freto m. p. quinque. Fit xilon & sesama, nascuntur capparis, nascitur hamatus. Inde est Monasteracum tenue castellum inter Stilarum & Assam fluvios millario à mari semotum, Pacanica m. p. quinq. Hic etiam caseus probatissimus fit, & lana clara, fit & gossipium & sesama, nascuntur capparis. Supra est Stylū oppidū nobile cum annuo emporio edito loco super saxum à Stylo, hoc est columna dictū quod stylarum flumen adlabitur, a quo oppidū nomen sumpsit. Cui mons saxeus immineat celsus, distat à freto m. p. quinq. Consulinum olim dictū, cuius meminit Mela, itemq. Plinius, qui illud in hoc Locrensi sinu ponunt inter Cocynthum & Zephyrium promontoria. In quadam scriptura Graeca quae est in monasterio D. Mariae à posaca scriptum est Stylam sedem episcopalem fuisse, & eam Scyllatico adiunctam. In hoc agro fit gossipium & sesama, fiunt & lana clara. Nascuntur capparis, provenit crocus, & siliqua sylvestris, & terebinthus, nascuntur & herbae medicinales, ut panax trigena, aristolochia, centaurea, chamaleon, daucus, sticas, cistus, hypocistus, turbit, peucedanum, pyrethrum, hypericon, chamaetreos, ameos, cyperus, staphysagria & alia multa. Nascitur as, & chalcanthum, rubrica fabrilis, & lapis ophites optimus eius generis, quo columna, quae in Romano pantheon extant. Nascitur argentum, & ferrū tribus locis, constatur & nunc hic ferrū. Non longe ab oppido Ioannis Abbatis divi Basilij monachi cognomine tereste ideſt messoris templum exstat, ubi ipsius corpus quiescit, qui beati Nili coaetaneus & amicus fuit, de quo alibi fati sumus, eius festū agitur sexto Kal. Martias. Hic etiam & beatorum Bartholomaei & Nicolai divi Basilij monachorum corpora iacere dicuntur. In hoc agro pagi sunt Patianū, ubi aurum & argentum & cyaneus color nascitur, sunt & ferrisodinae: Camenū ubi tubera nascuntur: Stenianum, ubi lapis molaris frumentarius & olearius nascitur. Realtum oppido par, & Virdinalis Guilelmo Sirleto nobilis. Hic Latinis Gracis & Hebraicis litteris diuinaq; scriptura scientia apprime eruditus est, & à Pio Rom. Pont. huius nominis quarto S. R. E. Cardinalium ordini est adlectus. Inde est Cocynthum promontorium Locrensem sinū efficiens. Quod, ait Plinius, longissimum Italiae promontoriū esse aliqui existimant. Id ait Polybius libro secundo, unus est Italiae angulus meridianā plagam spectans Ionium ac Siculum dirimit mare. A freto enim huc usq; Siculum mare dicitur, à Cocyntho vero usque Hydruntū Ionium mare nuncupatur, inde Adriaticū. Hydruntum, ait Plinius, ad discrimen Ionii & Adriatici maris. Distat Cocynthum à Zephyrio promontorio m. p. circiter L. A Cocyntho rursus Scyllaticus sinus incipit, & Lacinio promontori terminatur. Ouidius Met. libr. XV. in navigatione Aesculapij meminit Lacinij & Scyllaei, inde Cocynthi & Zephyrij promontoriorū, & Amphissiae & Cauloniae, & Naritiae, id est, Locri, licet nostri causa locorū ordine nunquam serues. Ait enim de Aesculapio loquēs:

Italiam tenuit, praeterque Lacinia templa
Nobilitata dea, Scylaceiaque littora fertur.
Linquit Iapygiā, leuibusque Amphissia remis
Saxa fugit, dextra praeruptaque Cocynthia parte
Zephyriūq; legit, Cauloniāque, Naritiāque
Euincitque fretum, Siculiq; angusta Pelori.

Iam vero ostenditur inter Laciniam templū & Scyllaeum tria Iapygum promontoria esse. Sed quidam codices depravatos accipientes, magis depravant. Sunt enim qui pro Scyllacia legunt Scyllea, cum Scylleum post Euripū contra Peloritum sit, pro Amphissia legūt Amphryssia, cum Amphrysus flumen sit in Thessalia, pro Cocynthia legunt Ceraunia, cum Ceraunii montes sint in Epiro, pro Zephyrio nescio quod Romechium somniant. Non animadvertentes quòd Ouidius Aesculapiū ex Epidauro Romam navigantem Italiā attigisse navigio aperte scribat. Et nunc orientalis Calabria erat loca, per quae erat Aesculapius transiturus describit, inde reliqua Romam usq;, non Epiri, aut alterius alicuius regionis. Leuis inquit, remis fugit, saxa Amphissia: nū contra Amphissiā saxa sunt, inter qua & urbem navigat, aut leuibus remis quòd mare illud, ut dixi, saxosum sit. post Cocynthum promontoriū ad saxū lapidem Chaterena oppidum offertur edito loco, distat à mari m. p. quatuor. In hoc agro sal fossile nascitur, & rubrica fabrilis, nascuntur & capparis, provenit terebinthus, fit gossipiū & sesama, fiunt olea, & mella nobilia, arcuntur cistus, & hypocistus, & alia nobiles herba. Hic panni fiunt ex lana colorea, nigri coloris, haud ignobiles: fiunt enī multis modis, ex stamine serico, vel gossipino, vel lineo, & subtegmine laneo: Item panni gossipini tenues, quibus mulieres peplis utuntur. Inde Badolatū oppidum sese offert edito loco à Cádeqai verbo Graeco, quod idem significat, quòd is locus dilectione dignus sit. Secundum oppidū Bruda flumen labitur, abest à Chaterena m. p. tribus, à mari duobus. In hoc agro gossipiū & sesama fiunt, itē vina olea & mella, & serica insignia, provenit terebinthus. Fiunt hic & gossipini panni quales Chaterena. Sunt in hoc agro pagi Andreus & Isca. Nō procul ab oppido Calipparus amnis navigabilis fluit. Inde Alaca flumina alter labitur. Deinde Satrianū oppidum occurrit edito loco Cacinum olim dictum, distat à freto m. p. quatuor, a Badolato decem, quod Cacinus amnis navigabilis adlabatur. De Cacino oppido meminit Mela, qui ipsum in Scyllaeo sinu ponit:

de Cæcino fluuio meminit Plinius: qui in hoc sinu, *inquit*, amnes nauigabiles sunt Cæcinos, Crotalus, Semiris, Arocha, Targines. *Item Stephanus*, Cæcinum, *inquit*, oppidum & fluuius: *meminit & Thucydides libro 3. vbi ait:* Laches & Athenienses egressi e nauibus nonnulla in loca Locridis iuxta Cæcinum amnem. Locrenses ad arcendam vim occurrentes, cum Proxeno Capatonis filio circiter trecentos cœperunt, detractisque armis abierunt. Ad Cæcinum amnem, *ait Pausanias*, Euthymus apparere desiit. *Hic mel optimum fit, fit & gossipium & sesama, nascitur terebinthus, & gypsum e terra foditur. In hac orientali Calabria ora, vt semel atq; iterum ac tertio dixi, passim & vbertim prouenit terebinthus, & vitex, & tamarix, & oleander, & lentiscus. Sunt in hoc agro pagi Sestum, & Danlum, quod pingue sonat. Post Cæcinum Galeatum vicus est. Inde Petritium castellum, salubri loco situm cum vino & melle optimis, abest à mari m. p. tribus. Hic etiam terebinthus prouenit. Non longè est clara vallis castellum alterum cum linis optimis nõ cedentibus Alexandrinis. Inde est Suberatũ castellum supra mare paululum edito loco, quod Beltrana fluuius præterfluit, abest à Cæcino m. p. quatuor. in ade diuæ Mariæ beati Frãtisci Sapanensis corpus quiescit. Sunt in hoc agro pagi Argutum, & Cardinalum cum linis optimis, qualia fiunt Claranalli, fit & caseus optimus, extant & horti nemorosi citrorum, limonium, & malorum aureorum. Inde est Montipaonem tenue oppidum, distat à Suberato m. p. duobus, à freto millario. Hic iuxta Melitæum fontem quercus est nunquam folia dimittens. Exinde est Scyllaceum ciuitas nobilis & vetustissima sedes episcopalis edito ac natura munito loco sita, vndiq; rupibus vallata, inter duos amnes, qui subtus vrbem in vnum coeunt. abest à freto m. p. tribus ab Auxonijs, aut ab Oenotrijs condita, & inde ab Athenienſibus colonia deducta. Quandoquidem, vt sæpe dictum est, Auxonij in vtraque Calabria ora multas condidere vrbes, inde Oenotrij ea potiti, vrbes crebras & paruas constituxerũt. Postea Athenienses, & Phocenses, & Philoctetes, & Idomeneus cõplura oppida in Calabria aut adsicauerunt, aut colonias deduxerunt. De hac autem vrbe ita Strabo scribit:* Scyllaceum Atheniſium colonia, qui Mnesthei comites fuere. *Hoc tẽpore Scyllacium vocatur. Tenentibus autẽ Crotoniatis, Dionysius Locris terminũ statuit. Ab vrbe q; sinus ipse Scyllaticus nomen accepit. Qui ad Hipponiatẽ sinũ isthmũ, quem diximus efficit. Conatus est autẽ Dionysius isthmum illũ mœnibus munire, in ea expeditione, quam contra Lucanos suscepit. Verbo quidem vt intra isthmum habitantes redderet aduersus barbaros tutiores: Re autem vera, vt communem Græcorum inuicem concordiã dissolueret, & secum rus interiores suo subderet imperio. Verum exteriores incursione facta vetuerunt. Mnestheus autẽ, cuius comites hanc vrbem coloniam deduxerunt rex fuit Athenienſium electus, Theseo, suffectus. Qui Ilium in expeditionem Græcorum est profectus, vt Plutarchus in Theseo scribit. Plinius etiam ait:* Sinus & Scyllaceum, quem occurrens Terineus sinus peninsulam efficit, & in eo portus, qui vocatur castra Annibalis nusquam angustiore Italia, XX. m. pass. latitudo est. *Id etiam Strabo & Aristoteles asserunt. Fuit Scyllacium Romanorum colonia, vt C. Velleius Paterculus lib. primo scribit. De nobilitate Scyllatici agri Athalaricus rex nepos ex filia Theodorici ad Senatum scribit. Ex hac vrbe fuit Cassiodorus vir & doctrina & sanctitate pspicuus, vt mox ex epistolis eius liquebit, qui, præter cetera, se huius vrbis patriotam appellat. Item Theodoricus rex in Epistola qua est ad Cassiodorum clarè ostendit, ipsum fuisse Calabrum, in qua eius virtutes scribit & laudes. Cui postquam Siciliam insulam gubernandam attribuit, Brettiam i. Calabriã genitale solum, regendam tribuit. Libuit hic regis epistolam innectere, quæ hæc est:* Cassiodoro viro illustri atque Patricio Theodoricus rex. Quãuis proprio fruatur honore quod est natura laudabile, nec desunt probatæ conscientiæ fasces, cũ generant animo dignitates (Omnia siquidẽ bona suis sunt iuncta cum fructibus: Nec credi potest virtus, quæ sequestratur à præmio) tamen iudicii nostri culmen excelsum est, quoniã qui à nobis prouehitur, præcipuis plenus meritis extimatur. Nam si æquabilis credendus est, quem iustus elegerit, si temperantia præditus, quem moderatus asciuit, omnium profectò capax potest esse meritorum, qui iudicem cunctarum meruit habere virtutum. Quid enim maius quæritur, quàm ibi inuenisse laudum testimonia, vbi gratificatio non potest esse suspecta? Regnãtis quippe sententia iudicium de solis actibus sumit, nec blandiri dignatur animus domini potestate munitus. Repetãtur certe quæ te nostris sensibus infuderunt, vt laboris tui fructũ capias, vt nostris animis singula suauiter inhæsisse cognoscas. In ipso quippe imperii nostri deuotus exordio, cum adhuc fluctuantibus rebus prouinciarum corda vagarentur, & negligi rudẽ dominum nouitas ipsa pateretur, singulorum suspicantium mentes ab obstinatione præcipiti deuiasti, culpam remouens illis, nobis necessitatem subtrahens vltionis. Egit salubris persuasio, quod vehemens non poterat emendare districtio. Lucratus es damna prouinciæ, quæ meruit sub deuotione nescire. Vbi sub præcincto marte ciuilia iura custodiens, publica priuataque commoda inauarus arbiter extimabas. Et proprio censu neglecto sine inuidia lucri, morum diuitias retulisti, excludens vel querelis aditum vel derogationibus locum. Et vnde vix solet reportari patientiæ silentium, voces tibi militauere laudantiũ. Nouimus enim testante Rullio Siculorũ natura quã sit facilis ad querelas, vt solita cõsuetudine possint iudices etiã de suspicioibus accusare. Sed nos eorũ præconiorũ fine cõtenti, Lucaniæ & Brettiorũ tibi dedimus mores regẽdos, ne bonũ quod peregrina prouincia meruisset, gẽitalis soli fortuna nesciret. At tu*

cor-

consuetudine deuotiones impendens eo nos obligasti munere, quo tibi putabamus omnia teddidisse. Inde ampliando debitum, vnde credi poterat absolutum. Egisti te per cuncta iudicem totius erroris expertem, nec inuidia quenquam deprimens, nec gratia blandientem sublimans. Quod cum vbique sit arduum, tamen sit in patria gloriosum, vbi necesse est, aut gratiam parentela prouocet, aut odium longæ contentiones exasperent. Oblectat igitur actus præfecturæ recolere totius Italiæ notissimum bonum, vbi cuncta prouida ordinatione disponens, ostendisti quàm leue sit stipendia sub iudicis integritate deprehendere. Nullus grauiter intulit, quod sub æquitate persoluit. Qua quicquid ex ordine tribuitur, dispendium non putatur. Fruere nunc bonis tuis, & vtilitatem propriam, quam respectu publico contempsisti, recipe duplicatam. Hæc est enim vitæ gloriosa commoditas dominos esse testes, ciues habere laudantes. His ergo tot amplissimis laudib. incitati Patritiatus tibi apicem iusta remuneratione conferimus, vt quod aliis est præmium, tibi sit retributio meritorum. Multæ summæ vir felicitate laudabili. Qui ad hanc vocem dominantis animos impulisti, vt bonorum tuorum potius fateremur esse, quod credimus. Sed hæc diuino perpetrata auxilio, vt cum hæc pro remuneratione tribuimus, ad meliora iterum tuis meritis exigamur. *Ipse vero Cassiodorus libro 12. in epistola ad Maximum præpositum de laude Scyllacei patriæ suæ, & ruris sui scribens, sic ait:* Scyllaceum prima vrbium Brettiorum, quam Troiæ destructor Vlysses creditur condidisse, irrationabiliter dicitur præsumentium nimietate vexari, quod nobis præsidentibus non oportuisset assumi: quia læsiones eius cogimur plus dolere dum patriotica nos probetur affectione contingere. Ciuitas supra sinum Adriaticum constituta in modũ botrionis pender in collibus, non quòd difficili ascẽsione turgescat, sed voluptuose campos virentes, & cærulea maris terga respiciat. Hæc nascentem solem ab ipsis cunabulis intuetur, ibi ventura dies non præmittit auroram, sed mox vt oriri cœperit lampadẽ suam vibrans fulgor ostendit. Gaudẽtem respicit Phœbũ, propria illic luminis claritate resplendet, vt ipsa magis solis putetur esse patria Rhodi opinione superata fruitur luce perspicua. Aeris quoque temperatione dotata, apricas hyemes, refrigeratas sentit æstates, & sine aliquo mœrore transigitur, vbi infecta tempora non timentur. Hinc & homo sensu liberior est, quia temperies cuncta moderatur. Patria siquidẽ feruens leues efficit, & acutos, frigida tardos, & subdolos, sola temperata est, quæ mores hominum sua qualitate componit. Hinc est quòd antiqui Athenas sedem sapientum esse dixerunt, quæ aeris puritate peruncta lucidissimos sensus ad contemplatiuam partem felici largitate præparauit. Nunquid n. tale est corpori aquas cœnosas sorbere, quale perspicuitatem lucidissimi fõtis haurire? sic animę vigor oneratur, dum spiritu grauiore cõprimitur. Subiacemus n. necessariò talib. rebus, quãdo nubilo tristes efficimur, & iterũ naturaliter ad serena gaudemus: quia cælestis animæ substantia ad infecta quæq; & puríssima lætetur. Fruitur marinis quoque copiosa deliciis, dũ possidet vicina, quę nos fecimus, claustra Neptunia. Ad pedem siquidem Moscii mõtis saxorum vilcerib. excauatis, fluẽta Nerei gurgitis decenter immisimus, vbi agmen piscium sub libera captiuitate ludentium & delectatione reficit animos, & admiratione mulcet obtutus. Currunt auidi ad manus hominũ, & antequam cibi fiant, escas expetunt. Pascit homo delicias suas, & dum habet, in potestatem, quod capiat, frequenter euenit, vt repletus omnia derelinquat. Spectaculum quoq; pulchrè admirantium non adimitur in ciuitate sedentibus. Cernuntur affatim copiosæ vindemiæ, arearum pinguis tritura conspicitur, oliuarũ quoque virentiũ vultus aperitur. Non eget aliquis agrorum amœnitate, cui datum est de vrbe cũcta conspicere. Hãc quia modo nõ habet muros ciuitatem credis ruralẽ, villam iudicare possis vrbanam, inter vtrunque posita copiosa nascitur laude ditata. Hanc dum frequenter inuisere desiderant cõmeantes, dum tædia laboris refugere cupiunt, amœnitate ciuitatis in prauueredorum & annonarũ præbitione propriis ciues fatigantur expensis. Quapropter ne lædat vrbem amœnitas sua, aut res præconii fiat causa dispendii, prauueredorum & annonarũ præbitionem secũdum euectiones concessas, in æssem publicam constituimus imputari. Pulueratica quoq; iudicis funditus amputantes, trium tantum etiam dierum præsulibus annonas præberi, secũdum vetera constituta decernimus, suis expensis facta tarditate vecturæ. Leges enim administrantes, remedio non oneri esse voluerunt. Qua de re æquitatis intuitu ciuitas vestra releuare iudiciarium est, quod tibi referimus, nõ remissum. Viue iuuante Deo iusticia sæculi, & securitatis gaudio singulari. Alii dicant insulas, ego vero habitationes tuas appellarem potius fortunatas. Ciuitas vestra, & habitationes tuas dicit. *Qui Maximus, ad quem scribit, Scyllaticæ regionis præpositus erat, & Scyllacei residebat. Et libro eodem ad Anastasium Cancellarium Lucaniæ & Brettiorũ præpositum de caseo & vino Brettiano, & præsertim Scyllatico vino loquens, ait:* Cum apud rerum dominum solenni more prandere mus, & diuersæ prouinciæ de suis deliciis laudarentur, ad vina Brettiorum & Scyllatica ei suauitate currente, vt assolet, sermone peruentum est. Quod herbarũ beneficio tanta ibi naturæ iucũditate cõficitur, vt non credas deesse mellis gustum, quẽ nulla conspicis qualitate permixtũ. Manet illic leuiter prouocatũ lac vberib. fistulosis, & quasi in alios vẽtres naturæ vbertate collectũ; nõ guttis impluit, sed quibusdã repẽtinis torrẽtib. influescit.

Redolet suauis & varius odor herbarum, naribus agnoscitur pecudum pastus, qui flagrans virtute diuersa, thuris sentitur inspirare similia. Huic tanta pinguedo sociatur, vt arbitreris simul decurrere Palladium liquorem, nisi quod ab illa prasina viriditate niueo candore discernitur. Tunc cadis late patentibus copia illa mirabilis læto nimium pastore suscepta cum admixtione coaguli in talliosam cœperit teneritudinem cõdurari, ad pulcherrimum orbem forma perducitur, quæ sub terraneis horreis aliquantulum cõgregata diuturnam calei facit esse substantiam. Hoc quanto eius superimpositum nauigiis destinabis, vt desideriis regalibus paruo munere satisfeciſſe videamur? Vnum quoq; quod laudare cupiens Palmatianum nominauit antiquitas, nos ipsim à spiritu, sed gratum suauitate perquirere. Nam licet inter vina Brettia videatur extremum, factum est tamen penè generali opinione præcipuum. Ibi n. repetitur & Gazato par, & Sabino simile, & magis odoribus singulare. Sed quia illud famam sibi nobilissimam vendicauit: Hoc & in suo genere nimis elegans perquiratur, ne prudentia maiorum aliquid appellasse videatur improprium. Est n. suaui pinguedine molliter crassum, viuacitate firmissimum, nare violentum, candore quoq; perspicuũ. Quod ita redolet ore ructatum, vt merito illi à palma nomen videatur impositum. Viscera defecta cõstringit, vulnera madida deficcat, lapsum reficit pectus, & quod vix valet implere potus arte cõpositus, hic naturaliter præstat infectus. Sed proinde, vt supradictas species exactas debeas destinare, quia falli non possumus, qui hoc patriotica veritate retinemus. Ad præsens enim de cellariis nostris quæ desiderabãtur obtulimus, tu autem tuo periculo dissimilia facis, quorum iam indicia tenere posse cognoscis. *Item de admirabili cuiusdam fontis natura agri Scyllatici, qui Arethusa dicebatur, ad Seuerum præpositum scribens libro octauo, sic dicit:* Cum Nisandus vir sublimis pro causis suis ad comitatum sacratissimum festinaret, itineris longinquitate confectus, animalia fessa reparare cõtendens ad fontem Arethusæ in Scyllatico territorio constitutæ elegit ponere mansionem. Eo quod ipsa loca & pasturarum vbertate fœcunda sint, & inundatione aquarum pulchrescant. Est enim, vt dicitur, sub pede collium supra maris arenam fertilis campus. Vbi fons vastus egrediens cannis in coronæ speciem cingentibus tiparum suarum ora contexit, amœnus admodũ, & arundineis vmbris, & aquarum ipsarum virtute mirabilis. Nã cum ibi tacitus homo & studiosè silentiosus aduenerit, aquas fontis irrigui repperit sic quietas, vt in morẽ stagni non tam currere, quàm stare videãtur. At vbi concrepans tussis emissa fuerit, aut sermo clarior fortasse sonuerit, nescio qua vi aquæ ibidẽ concitatæ prosiliunt. Os illius gurgitis ebullire videas graniter excitatũ, vt putes aliquã rigentem succensæ ollæ susc episse fernorẽ. Silenti homini tacitè, loquenti strepitu & fragore respondens, vt stupescas sic subito perturbatam, quã nullus tactus exagitat. En noua vis, inaudita proprietas, aquas voce hominũ cõmoueri. Et quasi appellatæ respondeant, ita hominũ sermonib. prouocatæ nescio quid immurmurant. Credas ibi aliquod animal prostratum somno quiescere, quod excitatũ magno strepitu tibi respondeat. Arethusa n. fons multis locis esse fertur, diciturq; ab irrigando. *Fuit Cassiodorus in secularib. disciplinis, omnium sui sæculo facile eruditissimus. Sed seculi honoribus contemptis diuus Benedictus monachus factus diuinarũ scripturarũ scientia, atq; etiam sanctitate effulsit. Fuit Abbas Cœnobij, quod est Rauenna, scripsit epistolarum libros 28. Historiam tripartitã in libros duodecim, in epistolas Catholicas libros septem: in Actus Apostolorum librum vnum, Institutionem secularium literarũ libros nouẽ: Institutionem diuinarũ lectionum libros duos: de ratione animæ librum vnum: In Cant. Canticorum librum vnum: Memoriale scripturarum lib. vnum. Complexiones in Apocal. lib. vnum. Sacerdotem prænominatum lib. vnum, in totum psalterium lib. vnum, vbi psalmorum occulta præcipuè potentissimè reseranit. Catalogũ Consulum Romanorũ lib. vnũ, de etymologijs lib. vnũ: de orthographia lib. vnũ: de schematibus & tropis lib. vnũ. Claruit temporibus Iustini senioris vsq; ad imperij Iustini iunioris finem. Obijt annũ agens XCVI. à Christo nato DLXXV. Functus est autẽ Rome magnis ac summis honoribus ac magistratibus: nam fuit Senator & Quæstor, & Consul, & magister officij, & præpositus officiorum Theodorici & Alarici regum & totius Italiæ præfectus. Est Scyllatica ecclesia vetustissima. Zacharias episcopus Scyllaticus interfuit Synodo Romanæ sub Vigilio Papa, & Paulus episcopus Scyllaticus interfuit Synodo Constantinopolitanæ sextæ sub Agathone Papa, & Gaudentius episcopus Scyllaticus interfuit Synodo Romanæ sub Hilario Papa. In ade Episcopali diui Agathij corpus quiescit, asseruantur & frustula dominicæ crucis, & cranium beatæ Mariæ Virg. & Mariæ Magd. & Beatorum Apostolorũ Matthæi & Bartholomæi. In calamitate illa, quã vniuersa Calabria & Lucania ab Agarenis, & Crotensib., Mauris & Carthaginensibus perpessa sunt, Rhegium ob Archiepiscopi sanctitatẽ, & Scyllaceum quod tuto ac munito loco est, nil aduersi tulerunt. Credebatur hic nobile emporium annuatim. Fiunt figlina opera insignia, vtpote patinæ, lances, disci, & alia id genus. Fiunt & vina olea, mella & lina optima, sunt auri fodinæ & argenti fodinæ, nascitur marmor. Effoditur gypsum trigenum, Speculare, & marmoreum, & alabastrite simile, siue vt quibusdã placet, alumẽ scissile. Fit gossipium, & sesama, & oriza cum libet, fit & triticum laudatissimum, prouenit terebinthus, vitex, tamarix & oleãder. Sunt in hoc agro pagi Stalarum, à stalizo stillo, & mons siue promontorium eodem nomine Moscius olim dictus, in ima parte cuius secus littus Cassiodori villa fuit. Hic tubera producuntur, & asparagi sponte omnibus mensibus anni: intyborũ campestriũ fimbriæ dulces sunt. In tẽplo huius pagi est corpus beati Gregorij. Montaurum, vbi diui Pantaleonis frustra quædam asseruantur. Gasparina, Vstum cum linis optimis mi-*

nimum

mum inuidentib. Alexandrinis. Hic sanctorũ Viti, Modesti & Crescentiæ corpora sacere dicuntur. Lucenadum, Olmadum, Centracum, Palermusum, vbi effoditur marmor, Helia, Amaronum, Florum, & Borgia sunt, & in Scyllatico agro castanetæ mortuũ vsus & porcis alendis opportuna. Intus est Gemilianum oppidum, quod Crotalus amnis præterfluit, abest à Scyllaceo m. p. nouem, à freto duodecim. Oppidani ligneis vasis conficiendis nauant operam. In hoc agro chalcanthũ nascitur, & cos olearia oleo trahens arsem. ex hoc oppido fuit Tiberius Rosellius philosophus Augustus Nipha auditor. Qui Neapoli post præceptorẽ suũ primum locum inter philosophos obtinebat. Salerni plures annos philosophiã publice est professus. Inde Africæ visendæ impatiens eam adijt, vbi à suo mancipio sopore sepultus interfectus est. Viget modo Ioãnes Chrysostomus diui Benedicti monachus spectata vita vir Latina & Græca lingua impensè eruditus Archiepiscopus Dyrrhachinus. m. p. octo ab oppido diuæ Mariæ à Ceratio cognomine templũ extat. Cistercienſiũ monachorum cœnobium vbi multorum sanctorum frusta asseruantur. Ad secundũ lapidẽ à Gemiliano Tyrianum oppidum est vetustissimũ edito loco situm, distat à freto m. p. duodecim, à Scyllaceo nouem. Fuit ab Athenienſibus aut conditum, aut deducta colonia, Hierone ductore, circiter Olymp. septuagesimã, vt Plutarchus in Nicia tradit. Ubi sic ait: Hieron coloniæ, quam Athenienſes in Italiam miserunt, ductor constitutus fuit, & Tyriorum ciuitatem ædificauit. Licet quidam Thuriorum legant. Sed perperam hallucinantur. nã Thuriũ coloniam deduxit Pericles, quo cum sene Nicias iuuenis præturam gessit. Hic casens laudatissimus fit. Extat mons sublimis nobilibus herbis medicinalibus refertus, sunt enim Apennini iuga. In hoc agro vicus est Sitegianum, nec lõge Marcinaria vicus alter. Inde fretum redeunti Arrocha castellum occurrit, quod Crotalus fluuius adlabitur. Ex hoc castello fuit Agathius Guidacerius presbyter integra vita vir Latina Græca, & Hebraica lingua apprime eruditus. Roma Hebraicas literas publice docuit Leone & Clemente Pont. Inde bibliotheca quam multo studio sibi comparauerat amissa, ea in direptione, quæ per Carolum Borbonium facta est, Parisios adijt, vbi plures annos eadem literas publicè est professus. Edidit rudimenta Grammatica Hebraica lingua. Scripsit ad Clementem septimum super cantica, & super aliquot psalmos, & in Danielem. Migrauit è vita Parisiis Paulo tertij Pont. anno octauo, ætatis suæ anno sexagesimoquinto. Exinde est Girifurcum castellum cum oleo optimo, cuius ager frumenti & aliarum frugum ferax est, & pabulis, nec non phasianorum, externarum, & coturnicum aucupio commodus: nascitur reoponticum. Secus littus à Scyllaceo m. p. sex eiusdam oppidi vestigia visuntur, quod à Cretensibus, Mauris, & Carthaginensibus excisum fuit. Iuxta locum hunc Crotalus amnis nauigabilis in mare defluit, cuius, dixit, meminit Plinius, qui olim Cretonensium agrum à Locrensi dispescebat. nam antea illum Cacinos disterminabat. Siquidem Scyllaceum Cretonienſium erat, vt dudum ex Strabone ostendi. Qui & alibi ait: post Scyllaceum Cretoniatarum fines sunt: sed Dionysius Tyrannus illud Cretoniatis adimens Locrenſiũ iuris fecit. Tota nempe ora hac à Cacino prius vt dixi. inde à Crotalo amni vsque ad Hyliam, nunc Trientum flumen sub Cretonienſium ditione erat: ab Hylia vero vsq; ad Acalandrum flumen Thuriorum.

LIBER QVARTVS.

POST Crotalum flumen Catazarum ciuitas nobilis extat inter Crotalum ipsum & Allium amnes edito salubri loco situata, loci natura & inde manu munita, distat a freto m. p. sex, a Scyllaceo duodecim, est sedes episcopalis. Nouum opus. fuit autem à Fagitio Nicephori Imperatoris in Italia procuratore conditum, post vastitatem eam, quam vniuersa Calabria, Lucania, & Apulia perpessa est. Condidit etiam Fagitius ipse in hac vrbe ecclesiam in honorem Michaelis Archangeli, quã Stephanus Archiepiscopus Rheginus consecrauit. Dictum est autem Catazarum à Catizo verbo Græco quod significat sedeo, quòd hoc condendæ vrbis loco delecto, hic consederint. Vel à cata, quod est super, & Zao hoc est viuo, & oros, quod est mons, quod super hunc montẽ, aeris temperie cœlique amœnitate præstantem, condita sit vrbs. Vnde catazarum esset appellanda. Quæ adeo coaluit, vt hac tempestate inter primas Calabriæ vrbes annumeretur. Hic omnis generis, & versicolores sericei pãni, & ij optimi texuntur, quibus conficiendis textores adsunt plurimi, telariaq; plurima in ea sunt. In ade Episcopali, beati Vitaliani membra aliquot, & beati Theodori brachium asseruantur. Nuper excessit è vita Ioannes Iacobus Parisius huius vrbis ciuis philosophus. Qui Patauij, & inde Romæ plures annos philosophiam publice est professus. Scripsit super primam philosophiam, & super animam Arist. & alia. In hoc agro vina clara sunt, gypsum speculare, & color cyaneus, prouenit terebinthus, & vitex, & oleander, sit gossipium, & sesama, & oriza. Inde est Taberna ciuitas nobilis iuxta Silã syluam (hic. n. incipit Sila) Trischenes vrbis reliquiæ, quam Allium flumen torentinis & anguillis vber adlabitur. Abest a Catazaro m. pass. octo, a freto quatordecim. Fuit autem Trischene ciuitas nobilis & magna ac populosa muris & turribus cincta inter Crotalum, & Semirim amnes non longè à freto. Quæ cum à Cretensium Maurorum, & Carthaginiensium exercitu grauiter obsideretur, ciues sese diu viriliter tutati sunt, sed longa obsidione & insidiis expugnata tandem fuit & direpta. Fuit & sedes Episcopalis antiquissima, nimirum Lucius episcopus Triũ tabernarum interfuit Synodo Romanæ sub Hilario papa. Et Decius episcopus Tabernarum interfuit Synodo Romanæ sub Felice papa. Hæc sedes, vt in codice Vaticano scriptum est, ad sanctam Romanam sedem per-

pertinebat. In monasterio D. Mariæ è Pesaca epistola exstat Grtgorij Papæ ad episcopum Ioannem Scyllaticũ, qua ei Tabernensem episcopalem ecclesiam regendam committit. Exstat & epistola Callisti papæ ad populum Tabernensem, qua Ioannem episcopum Tabernensem consecrasse scribit. Gregorius papa hanc ecclesiam ob ciuitatis vastationem Ioanni archiepiscopo Rhegino commendat, ecclesiæq; suæ vnit. Dicta autem fuit Trischene, i. tres taberne siue tria tabernacula, quod cum ibi tres principales ecclesiæ essent, episcopus vrbis in eis alternatim principalibus festis diebus B diuina facere consueuerat. Caterum post vastitatem illã Nicephorus Græcorum Imperator Gorgolanum in Calabriam misit, vt vrbes dirutas resarciret, aut alio eas transferret, Terina, & Taurianum & Arocha, & Trischena in nouas sedes translatæ sunt, reliqua eisdẽ in locis resarcita. Restituitq; eis Gorgolanus episcopales cathedras. Trium tabernarum ecclesiam Stephanus archiepiscopus Rheginus consecrauit. In templo minoritarum beati Matthæi Mesurgacensis corpus quiescit. Tabernenses mortuo episcopo Nicolaum Marinum in C suum episcopum delegerunt. Incolæ plurimum Latinã linguam vsurpant, liberalibusq; disciplinis, & iuri ciuili nauant operam, atq; ob gratam cœli temperiem præclara ingenia gignuntur. Affluit & vrbs optimarum aquarum scaturiginibus. Nascuntur in hoc agro vina clara. Nascitur & Chalcanthum, & lapis specularis. Prouenit terebinthus affatim, extant & sylua glandifera & castaneta saginandis porcis commoda. Suntq; pagi Sorbum, Nucum, Maransum, Sabutium, Fossatum, Pentonum, Ioanum, Album, Dardani- D sum, Magisanum, Viculisum, Petrium, vbi stibium nascitur. lapis est plumbeo colore, vnctuosus & tener, qualis nascitur in Britannia & Romam deportatur. Ab vrbe ad secundum lapidem est diua Mariæ templum diui Basilij monachorum cœnobium, vbi vna costarum diui Laurentij, & frusta diui Basilij, & Senatorij, & Cassatorij, & Dominatorij, & Pancratij, Polycarpi, Sebastiani, Trifonis, & aliorum sanctorum asseruantur. A Taberna ad fretum tendenti Asylia castrum occurrit edito loco inter Allium & Semirim amnes quod defensaculum significat. Ager hic frugifer est, nascuntur vina præclara, fit gossipium, & sesama, nascitur color cyaneus, prouenit terebinthus. E regione Asiliæ parte læua Zacharisum oppidum est edito loco secundum Silam syluam, quod nomen vtile significat. In hoc agro spina pontica, & heuponticum, & lapis phrygius producuntur. Subtus Asiliam Semiris oppidulum est, edito loco & iuxta eiusdem nominis amnis nauigabilis anguillis fœcundus excurrit, cuius, vt alibi dixi, meminit Plinius, à quo oppidum nomen sumpsit, distat marim. p. quinq; à Catazaro sex. Ager hic frumeati & aliarum frugum ferax est, & pascuus. Fiunt vina & mella nobilia, legitur manna, fit gossipium, sesama & oriza, nascuntur cappares, prouenit terebinthus, & vitex, fit & caseus optimus. Post Semirim amnem Cropanum oppidum est, abest à Semirim p. octo, à freto quatuor. Ager hic campestris est, & frugifer. Fit amygdalarum copia, & gossipium ac sesama. Scaturit & fons salsus, legitur manna, fiunt vina olea mella & A serica optima. A Semiri amni Cariatum tenus vsque agri feraces sunt, & campi pascui, & nouales roscidi triticum candidũ ferunt. Nõ longe à Cropano Arocha fluuius nauigabilis defluit, cuius meminit Plinius. Deinde est Belicastrũ ciuitas sedes episcopalis edito loco sita, distat à Cropano m. p. quatuor, à mari octo. Hanc Chonam esse arbitror, quam Lycophron appellat opulentã. Et Strabo ipsam Philoctetem circa Peteliam, à qua abest m. p. decem, condidisse ait. Nec non eundem circa Peteliam ipsam super Crimissam promontoriũ, de quo paulo post, Crimissam vrbem, aliasq; deinceps vrbes constituxisse tradit. Ait enim, vbi de Petelia fatus est: circa loca ipsa Philoctetes & vetustam condidit Crimissam. Apollodorus quidem in expositione nauis Philoctetæ mentionem inferens nõnullos dixisse ait, vt Philoctetes ad Crotoniatarum agrum profectus promontorium Crimissam habitari fecerit. Et supra illud oppidum Chonin, à quo Chones incolæ dicti. Et Pamenum, & Uertina interius, & Calaserna, & exigua quidam alij vici vsq; Venusam vrbem celebrem extãt. Philoctetes enim in Crotoniata regione oppida quædam condidit, quædam ab Auxonijs & Oenotrijs condita, veluti colonias suis habitanda præbuit. Chonam autem, hoc est, Belicastrum Nascarus fluuius, Syrus olim dictus adlabitur. De quib. Lycophron in Alexandra ait: Et Syrus Celer fluuius fluit irrigans profundam Choniæ fertilitatem. Id quod vrbi huic conuenit. Ager n. hic frumenti & aliarũ frugũ ferax est, nascitur vina nobilissima, & olea ac mella optima fiũt. Nõ caret vrbs aquarum scaturiginibus, extat & fons nobilis Charia dictus, quod gratiosum significat. Extat & fons salsam aquam manans, ex qua fit muria. Nascuntur cappares. Fit gossipium & sesama, prouenit terebinthus, nascitur gypsum speculare, & marmoreosum, & alabastritæ simile, nascitur & rubrica fabrilis, & terræ genus quoddam, ex qua fit color giluus, nascitur & silex, legitur manna. Quocirca non abre belicastrum rei nomen indutum est. Ex hac vrbe fuit diuus Thomas cognomine Aquinus, doctor eximius, prædicatorum ordinis, cœnobita Landulphi, qui huius vrbis F & vicinorũ oppidorũ dominus erat, filius, matre Theodora. Nõ enim Aquinus dictus est, quod Aquini natus sit, qua vrbs in Frentanis in Samnio est, non in Campania, vt Geographiæ rudes quidam falso scribunt: sed quod id vocabulum Aquinas diui Thomæ familiæ gẽtilitiũ nomen est. Extat etiamnum in Calabria multis locis Aquinia familia, vt Consentiæ, vt Tropeæ, & alibi, vbi viri nobiles sunt & locupletes, ac præter cæteros, viget modo Cæsar Aquinus diui Thomæ agnatus, ac gentilis, Castioni, quod oppidũ, vt ostẽdit, in Calabria F est, dominus. Quare altius nobis repetenda est historia. Nimirum diui Thomæ familia inuitis nobili Frangipani Romana familia, quæ olim potens admodum fuit, originem ducit, ex qua & diuus Gregorius papa fuit. Huius familiæ vnus quispiam, inter cætera oppida Aquinum etiam Samnij oppidum possidebat, a quo Aquina siue Aquinia familia cognomẽ sumpsit, quod ad posteros manauit deinceps. Qui cognominandi mos etiamnum Romæ viget. nam fere omnes oppidorum domini ab oppidis ipsis cognomina mutuantur.

Aiij

Aliq́ue prope innumeri vel ab oppidis vbi orti sunt, aut quib. imperant, cognomina sumunt: quinetiam pleriq́; a pronuncijs quoque cognomina mutuantur. Diuus autem Thomas maiores, quos ea ratione, qua diximus, Aquinas siue Aquinia cognomine dicti sunt, vrbi huic Belcastro dominabantur in eaq; agebant, in qua & diuus ipse Thomas est ortus. In ānalibus enim magistrorum ordinis praedicatorum, sic scriptum est: Thomas de Aquino in linea paterna natus est ex genere Comitum Aquinorum, qui dicuntur de Loreto & de Belcastro, & antiquitus dicebatur de Frāgipanis Romanis. Quæ fuit progenies sanctissimi Gregorii papæ primi huius nominis, & progenies est antiquissima. Retulit dominus Bernardus comes de Loreto se habere vnum instrumentum apud se pertinens ad progeniem suam, in quo Boethius Senator summus philosophus & theologus, qui alias sanctus Seuerinus appellatur, proteste inducitur, in quo ipsa domus de Loreto & de Belcastro vocatur de Frangipanis, vt reperitur in quadam chronica antiqua in conuentu sanctorum Ioannis & Pauli Venetiis. In linea vero materna habuit matrē Neapolitanam Theodoram nomine, quę habuit duas cārnales sorores, quarum vna mater extitit Petri serenissimi regis Aragonum, altera autem mater fuit inclyta Ludouici regis Siciliæ. *Comitum inquit, Aquinorum pluratiuo numero, hoc est Aquinas familiæ, qui dicūtur de Loreto & de Belcastro, id est, qui his oppidis dominabantur. Matre tāmen Neapolitana fuit. Constat ergo Aquinam familiā vel Boethij tempestate Belcastro dominatam fuisse.*

Quāquam non desunt Calabræ gloriæ parum fauentes, qui nolunt Thomam Calabrum fuisse: qui præter rem mihi subirascentes, locum illum annalium predictorum, cum falsum, immutandū, aut delendum se curare dixerunt. Iam vero constans apud cines suos Belcastrēses memoria hucusq; durat, Thomam ipsum hic fuisse ortū. Extat insuper in huius vrbis arce aedicula, in qua pictura est vetustissima huiusmodi. Pictus est Thomas ipse puerili specie aperto sinu rosas recētes puri ostendens. Cū enim in hac regione ingens caritas esset, Thomas iā tum puerulus præ ate incensus q̄cquid habere poterat, erogabat egenis. Cūq; aliquādo huiscemodi præclaro facinore ipsius pater hyberno tempore deprehenderet, sciscitaretq; quidnam gestaret in sinu, ipse pauore perculsus se rosas gestare respondit, illicoue sinum aperuit, & vere rosa recentes visæ sunt, prosinde atq; si tū ex rosario decerptæ essent. Hoc miraculum ostendit Deus illius futuræ sanctitatis inducium. Edidit animā in monasterio Fossæ Nouæ agri Terracinæ: quod oppidum non in Campania est, vt quidā scribunt, sed in Latio, humanæ salutis anno M.CCLXX IIII. dū proficisceretur ad Lugdunense concilium à Gregorio X. eò accersitus. Nihil aliud de eo à me scribēdū censui: nam reliquam eius vitam scripsere alij. Id vnū tantū addere mihi visum fuit, quod diuus ipse Thomas, & homo Calaber patria charitate dignissimus, ex historia tamen Pythagoram philosophum Calabrum contenderit Samium suum fuisse in primum Metco. Aristot. scripsit. Cæterum sunt & alij quidam qui indignantur, ac permoleste ferunt diuum Thomam Calabrum fuisse, & ipsum, vt alios Calabros multos, alij regionibus falsò ac malignè asserunt. Perinde ac si Calabra regio in Italia vilis sit & abiecta, & non ea, quæ huiusmodi homines edere possit. Cum Calabria, vt ostendi (fremant ac disrumpantur inuidi omnes licet, vbi eorū peruersitas id me scribere adegit, dicā id quod res est) omniū Italiæ regionum (Latiū tantum ob Romanæ maiestatis excipio,) & habitationis, & Christianæ religionis vetustate, ac populorum claritate, vtpotè à pronepote Noe, & a claris Græciæ populis Oenotrijs & Atheniensibus, postremo à Romanis cæterisq; Latinis habitata. nam ex triginta in Italia coloniis, nonē in Calabria sunt, quot in nulla alia Italiæ regione, multis oppidis municipale ius datū. Sola primo Ausonia, Hesperia, Oenotria, & Italia dicta, & in omni scientiarū genere, ac rerum omniū tum quæ natura sponte gignuntur, tū quæ industria fiunt copia ac varietate est nobilissima. Quæ enim Italiæ regio, Latio excepto, tot claros doctrina, & robore præstantes viros protulit, quot Calabria? quæ ab plurima præclara virorum ingenia eruditorūq; multitudinē Magna Græcia, (vt qdā volūt) dicta est, qui & multarū rerum fuere inuentores. Proinde apponant obsecro dignum ori, & obmutescant maligni obtrectatores, & desinant de cætero alterius laudi ac gloriæ ac virtuti insidere ac detrahere. Post Belcastrū Messurga oppidū est, Reatiū olim dictum ab Oenotriis cōditum, a Reatio flumine nuncupatum, vt ait Stephanus, quod secundum oppidū excurrit. Est autem oppidum inter Reatinum & Virgarim amnes, qui Targini miscentur, ciuis Reatinus, abest a Belcastro m.p. quinq;, a freto sexdecim. Dictum est autem Messurga quasi Messurgus exempto a, quod canturem significat, quod ob agri fertilitatem incolæ canerū, hoc est lætitia gestirent. Est enim ager hic frumenti & aliarū frugū ferax. Fiunt figlina opera ex argilla, & ex luto subrufo. Fit in hoc agro gossipium, nascuntur cappares, & terebinthus, oritur rubrica fabrilis, & terra ex qua fit color giluus, nascitur & marmor in Sillasylua. Fruū ancupia multarum auium. Ex hoc oppido fuit beatus Matthæus Vidius minorum ordinis cœnobita, cuius corpus Taberna quiescit. Mesurgenses anno à virgineo partu M.D.XXVII. tale quidpiā patrarunt in regulū, quale quondam Locrenses in Dionys. nam Io. And. Caracciolum & eius coniugem & filium, ac filias omnes, præter vnam quæ ab amicis seruata est, ob plurima in ipsos flagitia sustulerūt. Subinde est Policastrum oppidū in radicib. Sila edito loco, aduersum propugnaculū, loci natura munitū, rupibus vndiq; septum inter Solitū & Cropā amnes, torrentiuis & anguillis fœcūdos: distat à Mesurga m.p. quinq;, a mari viginti, a Crotone totidē, Petelia olim dicta. Mela eni itemque Plinius Peteliam in hoc Scyllatico sinu ponunt. Rursus Plinius eam mediterraneā esse ostendit, cum ipsam maritimam esse dicit. Sex. Iulius Petelia undecim menses obsidionē ab Annibale sustinuisse scribit. Liuius hāc Annibalem multo suorum sanguine cepisse prodit, atque non vi sed fame: quæ res argumentum est Peteliam vale-

validum propugnaculum esse. Proinde Policastrum Peteliam esse minime est ambigendum, licet Raphael Volaterranus ex Petelia occasu vicinum oppidum Altimurum aedificatum esse ñugetur : cum neq; Petelia interierit, & Altimurum in Apulia sit. Est Petelia vrbs vetustissima ac nobilis, sed non adeo magna, ab Auxonijs, vel ab Oenotrijs, vt opinari licet, condita: qui multas vrbes in vtraq; Calabriæ ora condiderunt, inde à Philoctete habitata. Quidam vero eam à Philoctete ipso Peantis filio & Herculis comite haud multò post Ilij excidium conditam volunt: ait enim Virg. Æneid. libro tertio: Hic illa ducis Meliboei Parua Philoctetæ subnixa Petilia muro. *Et Strabo lib. 6.* Petelia Lucanorum metropolis putatur satis ad hoc tempus incolarum habens. *Hanc Philoctetes è Meliboea per seditionem profugus aedificauit egregijs munimentis validam, adeo, vt Samnites eam quandoque castellis aedificatis corroborarint. Fuit Petelia amica & socia P. R.* Petelini n. & Rhegini, *ait Liuius Bel. Pun. lib. 3.* semper in fide & amicitia Romanorum ad vltimum permanserunt. *Et rursus:* Petelinos, qui vni ex Brettijs manserunt in amicitia Romana, non Carthaginienses modo, qui regionem obtinebant, sed Brettii quoque cæteri ob separata à se consilia, oppugnabant: quibus cum obsistere nequissent Petelini, legatos Romam ad præsidium petendum miserunt, quorum preces lacrymæque (in questus enim flebiles cum sibimetipsis consulere iussi sunt, sese in vestibulo curiæ profuderunt) ingentem misericordiam patribus ac populo mouerunt. Consultique iterũ à M. Aemilio Prætore patres circumspectis omnibus imperij viribus fateri coacti sunt, nil tã longis sociis in se præsidij esse: redire domum fidemque ad vltimum expleta consulere sibimetipsis in puncti fortuna iusserunt. Hæc postea quam nunciata legatio Petelinis est, tantus repente mœror pauorque senatum eorum cœpit, vt pars profugiendi quo quisque posset, ac deserendæ vrbis auctores essent. Pars adiungendi se cæteris Brettijs, ac per eos dedendi Annibali. Vicit tamen ea pars, quæ nihil raptim ac temere agendum, consulendumque de integro censuit. Re laxata postero die, per minorem trepidationẽ, retinuerũt optimates, vt cõuectis omnib. ex agris vrbẽ ac muros firmarẽt. *Et paulo post.* Expugnata tandem Petelia fuit ab Amilcare Annibalis præfecto aliquot post mensibus, quam cœpta oppugnari erat. Sed sanguine multorum ac vulneribus ea Pœnis victoria stetit. Non vlla magis vis obsessos quam fames expugnauit. Absumptis frugum alimentis, carnisque omnis generis quadrupedum, sutrinæque postremo coriis, & herbis, & radicibus, & corticibus teneris, structisq; robis vescebantur viscereque. Nec antequam vires ad standum in muris ferendaque arma derãt, expugnati sunt. *Et Sex. Iulius Frontinus Strateg. libro quarto:* Petelinià Pœnis obsessi parentes & liberos propter inopiam eiecerunt, & ipsi coriis madefactis & igne siccatis, foliisque arborum, & omni genere animaliũ vitam trahentes vndecim menses obsidionem tolerauerunt. *Idipsum scribit Athenæus libro duodecimo. Ad Petelinos montes, vt Plutarchus in M. Crasso tradit, Spartacus fugit, Q. Crassi legatum & Scropham quæstorem in fugam vertit. Sub tumulo Petelia, vt Liuius bell. Pun. libro septimo prodit, Equitum duo, peditũ tria millia ab Annibale in occulto locata, in quæ inexplorato euntes Romani cum incidissent, ad duo armatorũ millia cæsa, & mille ducenti ferme viui capti, alij dissipati fuga p agros saltusq; rediere. Tumulus erat syluestris inter Punica, & Romana castra à neutris primo occupatus, ibi M. Marcellus consul, qui suorũ cladem percepisset è Venusio cum Crispino collega, atq; exercitu eò concesserat, ab Annibalis militibus in insidijs collocatis occiditur. De hoc tumulo sic Plutarchus in Marcello inquit:* Inter Romana & Punica castra munitus admodum surgebat tumulus varia densus sylua, accliues vtrinque speculæ, inde fontani labuntur riuuli. *Signabant Petelini in denario Bacchum Apollinem habentem in capite sertum hederæ, & ex postica facie citharam & sertum lauri hac Græca inscriptione* Πετηλινῶν *Interdum signabant Iouem fulminantem & sinistra manu sceptrum habẽtem, & iuxta stellam, & ex altera parte Cererem. Interim effingebant Iouem coronatum lauro, & ex altera facie itidem Iouem fulgurantem, & sinistra habentem sceptrum, & iuxta caduceum. Aliquando effingebant Iouem coronatum lauro, & contra victoriam palmam manu tenentem, aliquando ex postico Iouis signabant tripodem. Fuit Petelia Romanorum ciuium colonia nobilis à Sempronio consule deducta. Fuit & nobile municipium Romanorum, vt ex duob. saxis literis incisis, qua Strongili sunt, apparet, sic: M. Megonio M. F. M. N. M Pron. Cor. Leoni. ed. iiij. Vir. leg. Cor. Q. P. P. iiij. vir decuriones Augustales populusq; ex are conlato ob merita eius. Et in alio sic, M. Megonio M. F. Cor. Leoni Æd. iiij. vir leg. cor. quæst. pec. P. patrono, municipi Augustales ob merita eius L. d. d. Decreuerunt enim Petelini statuas Marco Megonio municipi, quibus locus datus decreto decurionum fuit. Petelia in æde diuæ Mariæ vna spinarum corona dominica asseruatur. Hic mercatus in annos singulos celebratur. In hoc agro vina optima fiunt, sit gossipium, & sesama, & crocus, legitur manna, prouenit terebinthus, nascitur marmor. Sunt & sylua glandifera, ad pecudes alendas opportuna, nec non sylua ad domorum, tigna, reliquaque vtensilia commoda, fiunt venationes syluestrium animalium, & aucupia multarum auium. Nec longe est Crotoneum castellum. Inde Targines fluuius nauigabilis & piscosus fluit, cuius meminit Plinius: & iuxta est eodem nomine oppidum, nũc Vernauda dictum à vernante aere, cum emporio, abest à Petelia m. p. quatuor, à mari duodecim stadijs. Ager hic frugifer est, & pascuis commodus, fiunt vina & olea & mella præclara, sit gossipium, & sesama, nascitur sal fossile. Non procul est Clibanus mons, cuius meminit Plinius, Vsardum vocant accola.*

Exinde

Digitized by Google

Exinde est Siberena ciuitas nobilis, ac vetustissima sedes Archiepiscopalis celsoeoq; saxeo loco sita, natura validissimum propugnaculum ingentibus saxeis rupibus cautibusque vndiq; cincta, abest à Vernauda m.p. tribus, a Crotone duodecim, ab Oenotriis condita, vt auctor est Stephanus, quam imperitum vulgus sanctã Seuerinam appellat: & oppidani historiarum gloriaque suã nescij pueriles, & anilesquiddam ineptiarum plenum narrant, cum vrbs hac ante Christum natum annos M. CCL. ab Oenotriis condita sit. Signabant Siberenates in numo Dianam cum pharetra, & ex posterica facie ceruum Graca inscriptione Ϛιβήνη. hunc numum aureum vidi Romæ pendentem drachmas duas. Signabant & Minervam galeatam, & in galea delphinum, & ex altera facie nocturnam Minervæ effigiem cum capsace, & circum olivarum rami inscriptione eadem. Hic emporium haud ignobile quotannis celebratur, fiunt vina præclarissima, quæ Plinius lib. XIIII. cum aliis Calabris vinis quibusdam laudat, ait enim: Ab Ausonio mari non carent gloria Siueriniana & Consentiæ genita, *& quæ sequuntur, vt alibi relatum est. Licet quidã Seruitiana mendose legant: nullum enim in hac ora oppidum est, quod Seruitium fuerit appellatũ, & vina Siueriniana talia sunt, quæ iure à Plinio inter generosa ab hoc Ausonio desit Calabro mari numerentur. Fit & oleũ optimum, oliua ad amygdalarum magnitudinem crassa & carnosa condita in doliolis optima sunt esu. Sunt & viridaria citrorum, limonũ & malorum aureorum arboribus instructa. Fit gossipium & sesama, proueniunt terebinthus. In ade episcopali beatæ Anastasiæ brachium asseruatur. Ab vrbe ad secundum lapidẽ Neæthus fluuius nauigabilis & piscosus labitur. Est & eodẽ nomine castrum. Hic montis natiui salis candidissimi sunt, quod Lapidicinarum modo eximitur. Intus gẽmam salis habet. In hoc agro pagi sunt Maurũ, Ioãnuno Scanalium. Est & Cutrum castrum cum linis non vulgaribus, & agro pascuo, ac tritici, & aliarũ frugũ feraci. Hic opera figlina fiunt. Ad mare Posterionum promontorium extat, inde Castella oppidum est cũ portu nobili, qui castra Annibalis appellatur, cuius meminit Mela, qui portũ Castra Aunibalis in hoc Scyllatico sinu ponit. Item Plinius ait:* A Scyllaceo Scyllaticus sinus nomẽ accepit, & in eo portus, qui vocatur Castra Annibalis, nusquam angustiore Italia XX. m.p. latitudo est. *Item Solinus, Italia, inquit* arctissima est ad portum, quẽ Annibalis portum dicunt. *Hic Annibal classem habebat, qua cum opus erat, exercitum quò voluisset traiiciebat. Guido Rauennas & eum sequutus Blondus portum Castra Annibalis Troiã Apuliæ esse somniant. In hoc mari coralliũm capitur. Huius oppidi ager frugifer est, & pabulis aptus: nascũtur vina clara, excidũtur lapis molaris frumentarius, & olearius. Iuxta oppidum Pilaca fluuius defluit, Aiax olim dictus. Cuius meminit Lycophron in Alexandra, vbi sic ait:*

Vbi errantem molestam videbit vitam
Lacmanii bibentis Aiacis aquas,
Crathis autem vicinus & saxosis finibus locus.

Super quibus verbis Isacius ait: Nereus Charopi & Aglaiæ filius, post nauigationis errores habitauit iuxta Lacinium montem & Aiacem fluuium. Crathis autẽ vicinus est fluuio Aiaci, & locus vicinus saxosis locis. *Ab hoc oppido atq; à mari m.p. tribus Isula ciuitas est sedes Episcopalis, cuius meminit Abbas Ioachimus, licet mendose pro Isulensis, Gesulensis legatur. A Castellis oppido ad sextum lapidem Lacinium promontorium occurrit, abest à Cocynthio promonterio m.p. circiter 70. à Crotõe 18. Habet ab occidua parte stationẽ, ab altera vero portũ. In hoc promontorio cedri sponte nascuntur. Fuit autem dictum Lacinium à Lacinio prædone hanc oram rapinis & latrociniis infestante, quem Hercules occidit, ac iuxta templum Iunoni construxit, quam Laciniam à nomine occisi prædonis templumq; ipsum & promontorium Lacinium vocauit. Diodorus Siculus libro quinto de antiquorum gestis fabulosis ait:* Hercules cum bobus in Italiam profectus cũ iuxta littus progrederetur, Lacinium furem bobus furantem peremit. Crotonem vero cum inuitus cecidisset, sepulchro ei constructo sepeliuit egregiè, incolis prædicens futurum tempus, quo ibi ciuitas insignis ex mortui nomine conderetur. *Theocriti vero interpres à Lacinio Corcyræo dictum voluit, qui Crotonem hominem fugientem hospitio suscepit. Qui Croto Lacinij sui hospitis beneficij memor hoc promontoriorum illius nomine appellauit, & Lauram Lacinij filiam duxit vxorem, vt scribit Isacius in Lycophronem, & Crotonem vrbem condidit, vt idem Theocriti interpres vult.* A Lacinio promontorio, *ait Plinius,* secundus Europæ sinus incipit, magno ambitu flexus, & Acrocerauno Epiri promotorio finitur, à quo abest LXXV. m. p. A Lacinio, *ait Strabo,* Tarentinus sinus incipit, cuius nauigationis circuitus ad CCXL. m. p. est: vt a. regionis descriptor Artemidorus, est CCC. & LXXX. expedito viatori. *Est autem sinus hic in hemicycli speciem, in cuius vtroq; exitu duo oppida sunt sita, Croto ad occidentem solem, Tarentum ad orientem, in medio autem Thuriorum ciuitas iacet. Hũc sinum Ouid Met. lib. XV. Thurinum appellat. Quẽ tractum vocat Iapygiam. Ante oram Lacinij ait Plinius, insula parua est X. m. p. à terra, Dioscoron, altera Calipsus, quam Ogygiam appellauit Homerus, Et tres Sirenussa meloessa. A Lacinio m. p. sex promotorium aliud est cum statione, Manna vocant accolæ. Ab hoc promontorio m. p. septem aliud extat promontorium, cum statione. Naum vocant, quod significat templũ, Storthyngum olim dictum. Hæc promontoria Strabo Iapygum appellat, ait enim:* post Scyllaceum Crotoniatarum fines sunt, & Iapygum terna promontoria. *Hic quoq; cedri nascuntur, & fœniculum marinum, eritamos vocãt. In hoc mari coralliũ rubeũ & album capitur. In hac ora Mãna promotorio usq; Crotonẽ secus littus vulgò fontes dulces scatẽt. Abest Naũ promontoriũ à Crotone m.p. sex. His quodã nobilissimũ illud & augustissimũ Iunonis Laciniæ templũ fuit, quod ante Troianũ excidiũ Hercules, vt diximus statuit. In quo Æneas thure sicut*

sui & muneri dedit pateram aeneam suo nomine inscriptam, veluti Dionysius Halicar. libro primo memoriæ prodidit. Ait enim: Aeneas in templo Iunonis pateram æneam reliquit scriptura vetere demonstrantem Aeneæ nomen donantis deam. *De huius templi nobilitate ac magnificentia Strabo libro sexto inquit :* Lacinium Iunonis templum superiori ætate locupletissimum, donisque frequentissimis plenum fuit. Interualla quidem nõ iudicatu, non dictu facilia. *Et Liuius belli Pun. libr. quarto ait :* Sex millia aberat ab vrbe Crotone nobile templum ipsa vrbe nobilius Laciniæ Iunonis, sanctum omnibus circa populis. Lucus ibi frequenti sylua, & proceris obiectis arborib. septus. Læta in medio pascua habuit, vbi omnis generis sacræ deæ pascebatur pecus sine vllo pastore, separatimq; egressi cuiusuis generis greges nocte remeabant ad stabula. Nunquam insidiis ferarum, non fraude violati hominum. Magni ergo fructus ex eo pecore capti, columnaq; inde aurea solida facta & sacrata est. Inclytumque diuitiis etiam, non tantum sanctitate fuit. Ac miracula affingũtur plerunque tam insignibus locis. Fama est aram esse in vestibulo templi, cuius cinerem nullus vnquam moueat ventus. *Id etiam scribit Plinius libro secundo, & Val. Max. libro primo. De columna autem illa aurea sic scribit Cicero lib. primo de diuinatione :* Annibalem Cælius scribit, cum columnam illam auream, quæ esset in fano Iunonis Laciniæ auferret, dubitaretque, vtrum ea solida esset, an extrinsecus inaurata pertere brauisse: cumq; solidam inueniisset, statuisseque tollere, ei secundum quietem visam esse Iunonem prædicere, ne id faceret, minitarique si id fecisset se curaturam, vt eum quoque oculum, quo bene videret, amitteret. Idque ab homine acuto non esse neglectum. Itaq; ex eo auro, quod exterebratum esset, bacculam curasse faciẽdam, & in summa columna collocasse. *Hic in annos singulos Panegyris, id est, solemnis publicus conuentus, celebrabatur, ad quam vniuersa Italia confluebat. Erat templum hoc marmoreis tegulis tectum, quod Q. Fuluius Flaccus violauit tegulas subtrahens, vt Liuius libro quadragesimo secundo scriptum reliquit, vbi ait:* Q Fuluius Flaccus Censor ædem Fortunæ equestris, quam in Hispania Prætor bello Celtibero vouerat, faciebat eni xo studio. Ne vllum Romæ amplius aut magnificentius templum esset, magnum ornamentum se templo ratus adiecturum, si tegulæ marmoreæ essent. Profectus in Bretios ædem Iunonis Laciniæ ad partem dimidiam detegit. Id satis fore ratus ad tegendum quod ædificaret. Naues paratæ fuerunt, quæ tollerent atque asportarent, auctoritate censoria sociis deterritis id sacrilegium prohibere. Postquam Censor rediit, tegulæ expositæ de nauibus ad templum portabantur, quamquam vnde essent, silebatur, non tamen celari potuit. Fremitus igitur in curia ortus est. Ex omnibus partibus postulabatur, vt Consules eam rem ad Senatum referrent. Vt vero accersitus in curiam Censor venit, multo infestius singuli vniuersique præsentem lacerare, templũ augustissimũ regionis, quod non Pyrrhus non Annibal violassent, violare parum habuisse, nisi detexisset fede, ac prope diripuisset, detractum culmen templo, nudatum tectum patere imbribus putrefaciendum. Censorem moribus regendis creatum, cui sarta tecta exigere sacrispublicis, & locatuenda more maiorum traditum esset. Eum per sociorum vrbes, diruentem templa ædium sacrarum vagari, & quod, si in priuatis sociorum ædificiis faceret, indignum videri possit. *Et paulo post:* Cumque priusquam referretur, appareret, quid sentirent patres. relatione facta in vnum omnes sententiam ierẽ, vt hæ tegulæ reportandæ in templum locarentur, piacularia que Iunoni fierent, tegulas relictas in ara templi, quia reponendarum nemo artifex inire rationem potuerit, redemptores nunciarunt. *Et paulo post scribit, ipsum Flaccum ob id sacrilegium luisse pœnas; ait enim :* Q Fuluius Flaccus pontifex, qui priore anno fuerat Censor, hic fœda morte periit. Ex duobus filiis, qui tum in Illyrico militabant, nũciatum est alterum decessisse, alterum graui & periculoso morbo ægrotum esse. Obruit animum simul luctus, metusque, & mane ingressi cubiculum serui laqueo dependentem inuenere. Erat opinio post censuram minus compotem fuisse sui. Vulgò Iunonis Laciniæ iram ob spoliatum templum alienasse mentem ferunt. *Licet in Val. Max. mendose legatur templum istud Locris fuisse. Violauit & id Iunonis templum Annibal, qui, vt Liuius belli Pun. libro decimo tradit,* cum ex Italia in Africam transire decreuisset, multos Italici generis, quia in Africam sequuturos abnuentes concesserant in Iunonis Laciniæ delubrum, inuiolatum ad eam diem, in templo ipso fœde interfecit. In quo templo, *ait idem bel. Pun. libro octauo,* Annibal aram condidit dedicauitq; cum ingenti rerum ab se gestarum titulo Punicis Græcisq; literis insculpto. *Plutarchus vero non aram, sed arcum condidisse ait. Pompeius quoque iunior, vt Appianus bel. ciuilium libro quinto prodit, templum hoc Iunonis Laciniæ donarijs refertum, ad Antonium paraturus fugam præda exposuit. De hoc templo meminit Lycophron in Alexandra, vbi Menelaum & Achillem huc venisse scribit. Ait enim de Menelao loquens:*

Venietq; errans in Iapygum exercitum
Et dona dicabit virgini prædatrici
Temesium cratera, & ex pelle bouis agrestis confectum clypeum,
Et vxoris calceos faciles ad induendum.
Venietq; ad Sirim, & Lacinii recessus
In quibus iuuenca hortum parabit deæ
Hoplosomiæ plantis ornatum.
Mulieribus vero erit lex incolis semper
Legere nouem cubitorum Acaci tertium;

Et Doridis, flammam miseræ pugnæ
Et ueq; auro pulchra ornare membra
Neq; tenuissimo filo contexta induere pepla
Purpura variegata quando deæ deus
Terræ magnam Storthygam donauit condere.

Super quibus verbis Isacius eius interpres ait: Temesa ciuitas est Calabriæ optimum æs habens. De qua inquit Homerus, In Temesam pro ære duro, sed splendens ferrum. Hoplosmię Iunonis epichetum, quę in Elide ciuitate Peloponnesi honorabatur. In Lacinii locis mulieres accolæ sedentes & nigras vestes habentes, plorabunt Achillem, quem nouem cubitorum magnitudine fuisse affirmat. Cuius rei gratia deæ Thetis Iunoni gratificata dicabit magnum promontoriũ Storthygum Crotonis, vt fabricet nemus seriatim beneque cultum, & ornatum plantis. In hoc templo sacerdos breui scuto superstans sacrum faciebat, & victimam Iunoni cædebat. *Per hæc loca Laureæ vrbs erat, à Laura Lacinij filia dicta, quam Croto duxit vxorem. Ab hoc templo m.p. sex est Croto vrbs vetustissima ac longe nobilissima amœnissimo ac salubberrimo loco secus mare sita. De ædificatione autem eius varia est scriptorum opinio. Quidam enim à Lacinio Corcyreo eam conditam volunt. Ouidius vero & Strabo à Micylo. Pythagoras his vetustior, cui magis est adhibenda fides, ab Hercule. Ait itaq; Ouid. Met. libr. XV:*

Dives ab Oceano bobus Ioue natus Iberis
Littora felici tenuisse Lacinia curtu
Fertur, & armento teneras errante per herbas,
Ipse domum magni, nec in hospita tecta Crotõis
Intrasse, & requię longum releuasse labõrem,
Atque discedens auo dixisse: nepotum
Hic locus vrbis erit, promissaq; vera fuerunt.
Nam fuit Argolico generatus Alemone quidã
Micylus, illius diis acceptissimus æui:
Hunc superincumbens pressũ grauitate soporis,
Claniger alloquitur, lapidolas Cæsaris vndas
I pete diuersi patrias age desere sedes.

Et mox de Micyli in Italiam profectione Crotoniq; ædificatione adiecit:

Nauigat Ionium, Lacedæmoniumq; Tarentum
Præterit, & Sybarim, Salentinumq; Neæthum,
Thurinosq; sinus, Melisenq; & Iapygis aruа,
Vixque peterratis quæ spectant littora terris
Inuenit Aesarei fatalia fluminis ora:
Nec procul hinc tumulum, sub quo lacrata Crotonis
Ossa tegebat humus, iussaque ibi mœnia terra
Condidit, & nomen tumulati traxit in vrbem.

Secundum itaq; Ouidium per hæc loca ante Crotonis ædificationem oppidum aliud erat, & vt conijci potest ab Auxonijs, aut ab Oenetrijs conditum. Et si quidam pro Melesen mendosè Temesen legant. Non quidem fugiebat Ouidium Temesam in occidua Calabriæ plaga esse. Quippe qui non semel atq; iterum, sed sæpe de ea, vt ostendimus, meminit: sed certè locum depranatum esse liquenda constat, & Melesen legendum est, qua vrbs etiam nostro in hac ora non longe à Crotone extat, de qua mox. Aut certè Aretemq; legendum est, qui fluuius non procul à Neetho defluit. Sed meo quidem iudicio melius Melesen legendum est. Strabo quoq;, vt ad rem redeã, lib. 6. inquit: Croto à Lacinio decem & nouem m.p. distat ab Achiuis condita. Cum n. Achiui à deo oraculum accepissent, vt Crotonum conderent, Micyllus ad considerandum locum accessit, Qui cum iam ædificatam cerneret Sybarim à vicino flumine cognomen habentem, hanc præstantiorem esse iudicauit. Ea propter reuersus ad oraculum denuo rogauit, nunquid hanc pro illa cõdere datum esset? Cui Deus has reddidit voces (*erat enim gibbus*).

Terga breuis Miscelle tuo de pectore mitte,
Cætera perquirens frustra venaris iniqua:
At tectum quodcunque datur in laude probato.

Reuersus igitur, Crotonem construxit Archias auxilio, qui Syraculas condidit: cum forte adnauigasset, quo tempore Syracusanorum domicilia constituebat. Antea sane Iapyges Crotonem Ephoro teste, incolebant. Dicitur etiam, quod cũ Miscellus & Archias ad Pythium oraculum profecti essent, à Pythia interrogati, vtrum diuitias an sanitatem vellent, cum Miscellus bonam valetudinem, Archias opulentiam velle respondissent: huic vt Syracusas, illi vt Crotõem conderet, concessit. Itaque factum est, vt Croniatæ salubberrimam incolerent ciuitatem, validissimique fuerint athletæ. In vnius etiam Olympiadis ludis septem viri, qui stadio cæteros superant, Croniatæ fuere omnes. Iure itaque dici visum est, qui Croniatarum postremus est, is aliorũ Græcorum primus est. Vetus quoque prouerbium alterum, Crotone salubrius asserit. Quod inde ortum est, quia locus ipse ad salubritatem & bonas valetudines propter athletarum multitudinem plurimos ad Olympia victores habuit. *Ex his Strabonis verbis propalam est in hoc loco, vbi Croto cõdita est, oppidum aliud, ac circum etiam alia oppida fuisse ab Iapygibus habitata, oramq; hanc Iapygiam fuisse. Quippe cum alibi Strabo ipse dixerit*: Post Scyllaceũ Croniatarum fines sunt, & Iapygũ tertæ promontoria. *Et Ouid. in hoc Thurino sinu, qui & Tarentinus dicitur, Iapygiam aruа scribit. Hanc eãdem oraꝫ Ouidius Salentinã vocatum ostendit, quippe qui Neæthum flumen Salentinum appellat. Sed hac de re plura libro 1. diximus. Nunc a. qua transuersum vngues discessisse videor, ad institutum redeundum est. Pythagoras Croteneta ab H[illegible]iam ante Troianũ excidium migrauit è vita, con[illegible] astrnit. Quo, vt Iamblychus ait, Croniatis dic[illegible]at. solitus eorũ vrbem Herculem condidisse, quo tempore per Italiam boues agebat. cum n. à Lacinio iniuria fuisset affectus, & Croniatem opem ferentem noctu per ignorantiam, quasi esset hostis, interfecisset, pollicitus est postea circa eius monumentum vrbem illis cognominem se esse cõditurũ, vbi immortalitatem fuisset adeptus. Iccirco debere ipsos gratiam beneficij conservare, quòd Hercules ipsis patrius esset, cui templum angustum erectum erat. Asserebat etiam Pythagoras, dum Croniatarum vrbs*

tenderetur, promisisse Apollinem duci conditionis se progeniem concessurum si in Italiam coloniam duxisset. Itaq; liquet nempe Crotonem siue ab Hercule, siue post eius mortem à Miclo Herculis itidem ante excidium Troianum fuisse conditam, licet quidam aliter sentiant. De peremni autem loci huius salubritate cœlig; temperie Plinius etiam libro secundo inquit: Crotone & Locris pestilentia nunquam fuit, nec terræmotu vllo laboratum annotatum est. Inest enim natura occultum quippiam, quod ad felicitatem facit. *Polybius libro x. Crotonem clarissimam vrbem fuisse scribit. Cuius Remp. vt Laertius & Iamblychus ferunt, trecenti viri administrabant. Val. Max. vero libro octauo, mille hominum, ait enim:* Enixo Crotoniatarum studio à Pythagora petierant, vt Senatum eorum, qui mille hominum constabat, consiliis suis vti pateretur, opulentissimaque ciuitas tam frequenter venerati sunt post mortem, domum eius Cereris sacrarium fecerunt, quamque illa vrbs viguit, & dea in hominis memoria, & homo in deæ religione cultus est. *De Rep. Crotoniatarum scripsit Aristoteles, vt tradit Athenæus. Non scitum enim ora hæc à Cacino primum inde à Crotalo amni vsq; ad Hylam flumen Crotoniatarum ditioni subiecta erat: sed non modica quoq; occidentalis Calabriæ pars: nam Terina, vt ostendi, Crotoniatarum erat. Hanc vrbem decantauerunt etiam Theocritus & Dionysius Apher poeta. Ait enim ille in Eidyllio quarto:*

Laudoq; Crotonem, pulchra ciuitas,
Et orientale Lacinium, vbi quidem pugil
Aegon octoginta solus comedit panes,
Illic & taurum à monte duxit capiens
Vngula, & dedit Amaryllidi. *Super quibus verbis eius interpres ait:* excellebat Croto omnibus Italicis vrbibus fortitudine, & cæteris omnibus, quæ ad felicitatem pertinent, inde prouerbium tritum erat: Aliæ vrbes si ad Crotonem conferantur vanæ, nihilque sunt. *Hic vero in libro de situ vrbis inquit:*

Mœnia cernuntur Metaponti, deinde Crotonq;
Quam pulcher gratam præterfluit Aesarus vrbẽ,
Vlterius pergens hinc tẽpla Lacinia cernes, (tõis,
Amabile & delectabile oppidũ bene corõati Cro-
Habitati sub Aesari gratiosi fluentis. *Super quib. verbis Eustathius eius interpres inquit:* Ideo hæc dicit Dionysius, quia Crotoniatæ in certaminibus Græcis victores coronati fuerunt, & propterea honoribus & coronis [illegible] exornarunt. Aesarus autem dictus est [illegible]esaro venatore, qui cũ ceruam insectaretur, [illegible] flumẽ cecidit, vnde & flumini Aesari nomen mansit. *Et Cic. lib. 2. de inuentione.* Crotoniatæ quondam cum florerent omnibus copiis, & in Italia imprimis beati numerarentur, templum Iunonis, quod religiosissimè colebant, egregiis picturis locupletare volebant. Itaque Heracleotem Zeusim, qui tum longe cæteris pictoribus excellere existimabatur, magno precio conductum adhibuerunt. is & cæteras tabulas complures pinxit, quarum nonnulla pars vsq; ad nostram memoriam propter fani religionem remansit. Et vt excellentem muliebris formæ pulchritudinem muta in se imago contineret, Helenæ se pingere simulachrum velle dixit. Quod Crotoniatæ, cum muliebre in corpore pinguendo plurimum aliis præstare sæpe accepissent, libenter audierunt. Putarunt enim eum, si quo in genere plurimum posset, in eo magnopere elaborasset, egregium sibi opus illo in fano relicturum. Neque tamen eos illa opinio fefellit. Nam Zeusis illico quæsiuit ab eis, quasnam virgines formosas haberent? illi autem statim hominem in palæstra, atque ei pueros ostenderunt multos magna præditos dignitate (& enim quodam tempore Crotoniatæ multum omnibus corporum viribus & dignitate antesteterunt, atq; honestissimas in gymnico certamine victorias domum cum maxima laude retulerunt) cum puerorum igitur formas & corpora magno hic opere miraretur, horum, inquiunt illi, sorores sunt apud nos virgines. Quare qua sint illæ dignitate potes ex his suspicari. Præbete igitur mihi, quæso, inquit, ex his virginibus formosissimas, dum pingo id, quod pollicitus sum vobis, vt mutum in simulachrum animali exemplo veritas transferatur. Tũ Crotoniatæ publico de consilio virginES vnum in locum conduxerunt, & pictori quam vellet eligẽdi potestatem dederunt. Ille autem quinq; delegit, quarum nomina multi poetæ memoriæ tradiderunt, quod eius essent iudicio probatæ, qui verissimum pulchritudinis habere iudicium debuisset. *Licet in Plinio libro XXXV. menda sit legatur Zeusim hanc tabulam in templo Iunonis Lacinia ponendam Agrigentinis fecisse. Item Liuius bell. Pun. libro tertio de nobilitate & potentia huius vrbis ita scribit:* Recepta Petelia Pœnus ad Consentiam copias traducit, quam minus pertinaciter defensam intra paucos dies in deditionem accepit. Iisdem ferme diebus & Brettiorum exercitus Crotonem Græcam vrbem circumsedent, opulentam quondam armis virisque, iam tum adeo multis magnisque cladib. afflictam, vt omnis ætatis minus viginti millia ciuium superesset. Itaq; vrbe defensoribus vastata facile potiti sunt hostes: arx tantum retenta, in quam inter tumultũ captæ vrbis è media cæde quidam effugere. *Et libro quarto:* Brettii fremebant, quia Rhegium ac Locros, quas vrbes direpturos se destinauerant, intactas Pœni reliquissent. Itaque per se ipsi conscriptis armatisque iuuentatis suæ millibus XV. ad Crotonem oppugnandam pergunt ire, Græcam & ipsam vrbem, & maritimam: plurimum accessurum opibus, si in ora maris portum ac vrbem mœnib. validam tenuissent, credẽtes. Ea cura angebat, quod neq; nõ accersere ad auxilium Pœnos satis audebant, ne quid nõ pro sociis egisse videtẽtur, & si Pœnus rursus magis arbiter pacis, quã adiutor belli fuisset, ne in libertatem Crotõis, sicut ante Locrotũ, frustra pugnaretur.

Itaque

Itaque optimum visum est ad Annibalem mitti legatos, cauerique ab eo, vt receptus Croto Brettiorum esset. Annibal cum præsentium tam consultationem esse respondisset, & ad Annonem eos reiecisset, ab Annone nihil certi allatum. Neque enim diripi volebat nobilem atque opulentam vrbem, & sperabat, quam Brettii oppugnarent, nec iuuare eam oppugnatione appareret, eò maturius ad se defecturos. Crotone nec consilium vnum inter populares, nec voluntas erat. Vnus velut morbus inuaserat ones Italiæ ciuitates, vt plebs ab optimatibus dissentiret; senatus Romanis faueret, & plebs ad Pœnos retraheret, eam dissensionem in vrbe perfuga muniat Brettiis. Aristomachum esse principem plebis, tradendæ auctorem vrbis, & in vasta vrbe lataque omnibus deiectis mœnibus partitas stationes, custodiasque Senatorum ac plebis esse, quacunque custodiant homines plebis, ea parte patere aditum. Auctore ac duce perfuga Brettii corona cinxerunt vrbem, acceptique à plebe primo impetu, locos omnes, præter arcem, cœpere. arcem optimates tenebant, præparato iam ante ad talem casum perfugio: eodem Aristomachus perfugit tanquam Pœnis non Brettiis auctor vrbis tradendæ fuisset. Vrbs Croto habuit murum in circuitu patentē duodecim millia passuum ante Pyrrhi aduentum in Italiam. At post vastitatem eo bello factam, vix pars dimidia habitabatur. Flumē, q̃ medio oppido fluxerat, extra frequētia tectis loca præterfluebat muros, procul iis, qui inhabitabātur. Et arx Crotonis vna parte eminens mari, altera vergente in agrum situ tantum naturali quodam munita, postea & muro cincta, quà per aduersas rupes ab Dionysio Siciliæ tyranno per dolū fuerat capta. Eam tum arcem satis, vt videbatur, tutam Crotoniatarum optimates tenebant, circumsedente cum Brettiis eos etiam plebe sua, postremo Brettii cum suis viribus inexpugnabilem viderent arcem, coacti necessitate Annonis auxilium implorant. Is conditionibus ad deditionem compellere Crotoniatas conatus, vt coloniam Brettiorum eò deduci, antiquamque frequentiam eorum recipere vastam ac desertā bellis vrbem paterentur. Omnium neminem præter Aristomachum mouit, morituros se affirmabant citius, quam immixti Brettiis in alienos mores, ritus, leges, & mox linguam verterentur. Aristomachus vnus quando nec suadēdo ad deditionem satis valebat, nec sicut vrbem prodiderat, locum prodendæ arcis inueniebat, transfugit ad Annonem. Locrenses breui post legati cum permissu Annonis arcem intrassent, persuadent, vt traduci se in Locros paterentur, nec vltima experiri vellent. Iam hoc, vt sibi liceret, impetrauerant & ab Annibale, missis ad ipsum tum legatis. ita Crotone excessum est, deducti Crotoniatæ ad mare naues conscendērunt, Locros omnis multitudo abeunt. *Armauit Croto quondam aduersus Locros Leonymo duce cētum triginta millia hominum, vt in Sagra diximus,* Verum, *ait Strabo*, Crotoniatę ex clade, quam in Sagra fluuio habuerunt, tanta fuit occisorum multitudo, vt non multo vlterius tempore perdurarint. *Attamen Dionysio tyranno fortiter restiterunt.* Nam Dionysius Siciliæ tyrannus, *ait Trogus Pomp. lib. XX.* qui à Sicilia exercitum in Italiam traiecit, bellumque Græcis intulit, expugnatis Locris Crotonienses vix vires longo ocio ex prioris belli clade resumentes aggreditur, qui fortius cum paucis, tanto exercitui eius, quā antea cum tot millibus Locrensium paucitati restiterunt. *Tantum virtutis paupertas aduersus insolentes diuitias habet. Tantoq; insperata interdum victoria certior est.* Soli Crotoniatæ, *ait Herodotus libro septimo*, Græciæ periclitanti, auxilium vna naui tulere, cui præerat Phaylus vir tris Pythionicus. *Sunt enim Crotoniatæ genere Achæi. Crotoniatæ, ait Timæus*; *Athenæo libro duodecimo referente, vbi Sybaritæ eiecerunt, in luxum dilapsi sunt, vt & dux ipsorum purpurea veste indutus, aurea corona coronatus, necnon albis calceis calceatus vrbē lustraret. Quidam autem tradunt id eos egisse non ob delicias, sed propter Democidem medicum Crotoniatam.* Adamabant Crotoniatæ, *ait Maximus Tyrius*, oleastrum, Sybaritæ luxum. *Imprimebant Crotoniatæ in numo Milonem iuuenem Leonis tergum in capite habentem perinde atq; alterum Herculem, item palmam victoriarum illius notam & ex postico, clauam itidem Herculis, & discum, & columnam, quam ipse in gymnasio Pythagoræ labantem sustinuit, inscriptiõe Graeca κροτωνιατῶν: aliquando signabant heroem, fortasse Crotonem pileatum, siue Iunonem, & ex altera facie Herculem stratum super exuuias leonis seminudum cubantem, cubito humi fixo innixum ac dextra siphum siue poculum tenentem, & supra ipsum arcum cum pharetra: quandoq; loco horum clauam. Interdum signabant Herculem nudum stantem leonis exuuias à capite dependentem, & clauæ innixum, hac inscriptione ὀινιάδη & à tergo Mineruam galeatam. Interim aquilam tenentem palmam, & ex altera parte tripodem. Quandoq; effingebant Herculem & ex postico noctuam Mineruæ alitem. Interdum signabāt Apollinem, & altera facie Herculem infantem, & in cunis cubantem duos angues manibus prementem atque oblidentem. Censendum est haud dubium Crotoniatas in suis numismatibus cunctos Herculis labores sculpsisse. Interim effingebant Apollinem & ex postico tripodem.* Croto, *ait Eutropius libro secundo*, à Romanis inuaditur P. Sēpronio & Appio Claudio consulibus. Cornelius Ruffinus consentit. *Sex. Iulius Frontinus Strateg. libro tertio*, cum aliquanto tempore Crotonem oppidū frustra obsedisset, quod inexpugnabile faciebat assumpta in præsidia Lucanorum manus, simulauit se cœpio desistere: captiuū deinde magno præmio solicitātū misit Crotonem (tanquam ex custodia effugisset) qui persuasit discessisse Romanos. id verum Crotonienses arbitrati, dimisere auxilia,

destitutiq; propugnatoribus inopinati etiam in- A
ualidi capti sunt. *Fuit Croto colonia nobilissima Romanorum, vt Liuius bel. Maced. lib. 4. auctor est. Deduxerunt eam triumviri C. Octauius, L. Æmilius, C. Lectorius.* Crotoniatæ, *ait Procopius de bello Gothico lib. 3.* à Totila Gothorum rege obsessi, & si ab hostib. prementur, & rerum necessariarum penuria vrgerentur: tandiu tamen in fide Imperii perstitere, quandiu Iustinianus Imp. tum Constantinopoli agens, de hoc certior factus ipsis auxilium misit. *Floruit Crotone diu famosissimum illud amplissimumq; studium philosophiæ Pythagoræ primum, inde vero postea Pythagoreorum, à quib. Italicũ philosophiæ genus nuncupatũ est, vt Laertius, & Aug. lib. 8. de ciuitate Dei scribunt.* Atq; *ait Cicero Tusc. 1.* multa secula sic viguit Pythagoreorum nomen, vt nulli alii docti viderentur. *Et Tusc. 4. scribit, Romanos Pythagoreorum disciplinam amplexos fuisse. Aio enim:* Quis est n. qui putat, cum floreret in Italia Græcia potentissimis & maximis vrbibus ea, quæ magna dicta est, in hisq; primum ipsius Pythago- C
ræ, deinde postea Pythagoreorum nomen esset, nostrorum hominum ad eorum doctissimas voces aures clausas fuisse? *Et in Lelio:* Apud me valet auctoritas eorum, qui in hac terra fuerunt, magnamq; Græciam, quæ nunc quidem deleta est, tunc florebat, institutis, & præceptis suis erudierunt. *Item Laertius:* Ad Pythagoram ex Italicis Picentes, Lucani, Messapii, & Romani disciplinæ studiorum causa proficiscentes cum eo perdurabant. *Et Constantinus Lascaris Byzantius eo in libro, quem ad Alfonsum Aragonium Calabriæ principem de philosophis Calabris scripsit, sic ait:* Video per Calabros philosophos Italiam, Siciliam, ac partem Græciæ nostræ illustratas fuisse. Fuit nempe Pythagoras Italus ex Calabria magna olim Græcia dicta. Aristoxenus enim, & Aristarchus, & Theopompus vetustissimi & grauissimi auctores apud Theodoretum; & Laertius Pythagoram Italum fuisse testantur, sed ideo Samium dictum, quia pater eius Sami habitauit. *Constantinus etiam Lascaris dicit Timesarchum patrem Pythagoræ Italum Græcum aurificem fuisse. Multi vero, vt Plutarchus refert in conuiuio, Pythagoram Locrensem fuisse asserebant, atq; etiam eius tempestate huiusce rei constans erat opinio. Diuus autem Thomas Aquinus in primo Met. Arist. Pythagoram Calabrum ex Samo Calabriæ vrbe fuisse astruit. Equidem Samum vrbem in Calabria à Samijs conditam fuisse, mirum videri non debet, cum, vt sæpe dixi, pleraq; loca in Calabria fuere* F
ijsdem appellata nominibus, quibus & orientalis Græcia loca, vt Tempsa, Pandosia, Miletus, Scyllæum, Locrus, Amphissa, Melissa, Theba, Thuria: vrbes Acheron, Butrothus, Crathis, Sybaris amnes. Quo autem tempore Pythagoras floruerit, varia quoq; est scriptorũ opinio. Cicero n. & Liuius ipsum longe post Numam fuisse scribunt: Epicharmus autem Comicus vetustissimus, & Pythagoreæ disciplinæ particeps apud Plutarchum, Numam, qui anno 3. XVI. Olympiadis in regnũ fuit constitutus, Pythagoræ philosophi auditorem fuisse tradit. Idipsum asseuerat diuus Hieronymus, qui aduersus Iouinianum scribens, ad Romamq; apostrophas inquit: Adhuc sub regibus, & sub Numa Pompilio facilius maiores tui Pythagoræ continentiã, quam sub Consulibus Epicuri luxuriam susceperunt. *Ididem astruit Ouidius antiquitatis non nescius. Qui lib 3. de Ponto ait:*

Præmia nec Chiron ab Achille talia cepit
Pythagoræq; ferunt non nocuisse Numam.

Et Fast. lib. 3.

B Primus oliuiferis Romam deductus ab armis
Pompilius menses sensit abesse duos.
Siue hoc à Samio doctus, qui posse renasci
Nos putet. *Et Met. libro 15.*
Destinat Imperio clarum prænuncia veri
Fama Numam, non ille satis cognosse Sabinis
Gentis habet ritus, animo maiora capaci
Concipit, & quæ sit rerum natura requirit.
Huius amor Curæ patriæ, Curibusque relictis
Fecit vt Herculei penetraret ad hospitis vrbem,
Grata quis Italicis auctor posuisset in oris C
Mœnia quærenti, sic è Senioribus vnus
Rettulit indigetis, veteris non inscius æui.

Et post panca enumeratis aliquot qua Numa à Pythagora didicit, subdit:

Talibus atque aliis instructo pectore dictis
In patriam remeasse ferunt, vltroq; petitum
Accepisse Numam populi Latiales habenas,
Coniuge, qui felix nympha, ducibusq; camœnis
Sacrificos docuit ritus, gentemque feroci
Assuetam bello, pacis traduxit ad artes. D

Plutarchus multis rationibus & coniecturis Numam Pythagoræ philosophi alumnum fuisse asseuerat, & ob sapientiam & eruditionem Pythagoricam, quam habuit Numa, & ob fustium exteriorem, & cultum, eodem Pythagoræ instituto Numam sumpsisse. Item taciturnitatem, & mysterium, vt quæ de deorum simulacris instituit, sacraq;, ritum, & sanctimoniã à Pythagoræ sumpsit, & vni filiorum suorum Numa Mamercum nomen indidit, propter Pythagoræ filium appellatum Mamercum, & ab hoc Æmiliorum familiam E
nominatam fuisse ferunt. Iam vero Cassius Hemina, & C. Piso, apud Plinium lib. XIII. in arca Numæ septẽ, siue, vt Antias vult, duodecim libros de iure pontificio, & totidem Græcos de disciplina sapientiæ inuentos fuisse ferunt. In quib. nulla scripta erant, nisi philosophiæ Pythagoricæ, & à Q. Petilio prætore combustos, quia philosophia scripta erant. Quæ, *ait Plinius, & Liuius lib. XL. & Val. Max. libro primo,* ad soluendam religionem (*vtiq; de pluralitate deorum*) videbantur. *Quanquam enim in Latio Latinarum ac Græcarum literarum studia (in Sabinis quidem literarum studia tum nulla erant, vt in libris pro lingua Latina ostendi) vt temporibus illis essent: nusquam tamen legitur in eo Numa tempore quenquam præstantissimum philosophum floruisse, a quo ille philosophiæ præcepta didicerit.* Qui, *ait Liuius libro primo,* consultissimus vir fuit, vt illa quisquam ætate poterat, omnis diuini atq; humani iuris. *Et Ouid. Met. lib. XV. de eo ait:*

Mente deos adit, & quæ natura negabat Vsibus

humanis,

humanis, oculis ea pectoris hausit. *Et si Lucius fieri nequaquam potuisse dicat. Numam è Sabinis per tot dissonas linguas (erant enim tum in Italia, vt in libris pro lingua Latina ostendi, tot lingua quot regiones) Crotonem penetrare: quasi Pythagoras & Plato, & alij non in Ægyptum penetrarint. Imo vero perfacile fuit Numæ adire Crotonem. Nam cum in Latio Græcarum literarum studia tum multis locis essent, potuit Græcam linguam ediscere, atq; eius commercio se in Calabriam recipere: præsertim quod plerique Campanorum, Picentum, Lucanorum, & Messapiorum Græca lingua nauabant operam, & Romani nonnulli, vt ostendi, se ad Pythagoram contulere.* Pythagoras, *ait Laertius*, primus amicorũ omnia communia dixit, amicitiamque æqualitatem. *Eius discipuli facultates omnes in vnum deponebant, communesq; faciebant. Quinquennium item totũ silebant, solũque dicerentur audientes, ac donec probarentur, nunq; Pythagoram videntes. Hinc iam ad domũ ipsius aspectumq; admittebãtur, vnde adagium ortum erat, ait Suidas, taciturnior Pythagoreis. Sed de silentio Pythagoræ, & de recipiendis instituendisq; discipulis plura Gellius lib. 1. Fertur discipulos admonere solitus, vt ista quotidie, cum domum ingrederentur, dicerent:* Vbinam excidi? quid feci? quid ex his, quæ facere debui, omisi? *Item*, mala operatus dole: bona lætare. Imperare assuesce his, ventri primum, somno, luxuriæque, & iræ. *Super ianuam Academia lapidẽ habebat propria manu inscriptum.* Qui nescit id, quod eum scire oportet, brutus est inter bruta, qui non scit plus quam sibi opus est, homo est inter bruta: qui scit omne quod sciri potest, Deus est inter homines. *Hunc lapidem M. Aurelius Imperator habebat. Monuit senatum Crotoniatam, vt Musarum templum extruerent, quo præsentem concordiam conseruarent. Earum n. chorus consonantiã, concentum, rhythmum, cateraq;, quæ concordiam efficiunt, cõplectitur, versaturq; circa pulcherrimas cõtemplationes. Quod templum Crotoniatæ fecerunt, & pellices, quas habere gentile ipsis erat, dimiserunt, rogaruntq;, vt separatim & ad filios suos in Pythæo, & ad vxores in Iunonis templo verba faceret.* Siquidem Crotonienſibus, *ait Trogus Pompeius lib. 20.* post aduersam ad Sagram pugnam nulla virtutis exercitatio, nulla armorum cura fuit. *Oderãt enim quæ infeliciter sumpserant, mutassentq; vitam luxuria, nisi Pythagoras philosophus fuisset, qui eos in luxuriam lapsos auctoritate sua ad vsum frugalitatis reuocaret. Laudabat quotidie virtutem, & vitia luxuriæ condemnebat, casusq; ciuitatum hac peste perditarum enumerabat. Tantumq; studium ad frugalitatẽ multitudinis prouocauit: vt aliquos ex his luxuriatos in optimam frugem conuersos fuisse, incredibile videretur. Matronarum quoq; separatam à viris doctrinam, & puerorum à parentibus frequẽter habuit. Docebat nunc has pudicitiam & obsequia in viros, nunc illos modestiam & literarum studium. Inter hæc velut genitricem virtutum frugalitatem omnibus ingerebat. Consequuturq; assiduitate disputationum erat, vt matrona auratas vestes, cateraq; dignitatis suæ ornamenta velut instrumenta luxuriæ deponerent, eaq; omnia delata in Iunonis adẽ ipsi deæ consecrarent, præferrẽtque vera ornamenta matronarum pudicitiam non vestes esse. iuuentutem quoq; quantum profligatum sit, victi fœminarum contumaces animi manifestant. Interrogatus quod Deo simile facerent homines? respondit, cum veritatem exercent.* Item interrogatus, *ait Stobæus in lib. de patria*, quomodo oporteat se gerere erga patriam ingratam? vt erga matrem respondit. *Dixit quoq;, eodem Stobæo in libro de rep. referente, primum luxuriam ciuitates ingredi, deinde fœnerationem, postea contumeliam, postremo exilium.* Cum iuuenibus quibuſdam, *ait diuus Basilius in libro de instituenda ratione studiorum*, vino, sertis, saltuq; per ciuitatem lasciuientibus Pythagoras obuiaret, dixisse dicitur ei, qui modos tibia faciebat, vt mutata harmonia Doricum personaret. Quod vbi factum est, bacchantes illos adeo resipuisse ferunt, vt serta abiicerẽt, & tubore vultus verecundiam confessi domum abirent. *Cicero in libro de senectute Pythagoram principem philosophorum vocat. Et rursus ait:* Verat Pythagoras iniussu Imperatoris, id est, dei, de præsidio & statione vitæ decedere. *Et rursus:* Audiebam Pythagoram Pythagoreosque incolas penè nostros, qui essent Italici generis philosophi quondam nominati, nunquam dubitasse, quin ex vniuersa mente diuina delibatos animos haberemus. Pythagoras, *ait Laertius*, primus philosophiam, seque philosophum appellauit: *quod ipsum Cicero asseuerans, sic Tusc. libro quarto refert:* Pythagoram, vt scribit auditor Platonis Ponticus Heraclides vir doctus imprimis, Phliuntem ferunt venisse, cumque cum Leonte principe Phliasiorum docte & copiose disseruisset quædam, cuius ingenium & eloquentiam cum admiratus esset Leo, quæsiuisse ecqua maxime arte confideret? at illum: artem quidem se scire nullam, sed esse philosophum. admiratum Leontem nouitatẽ nominis quæsiuisse, quinam essent philosophi, & quid inter eos & reliquos interesset? Pythagoram autem, similem sibi videri vitam hominum & mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Græciæ celebritate. Nam vt illic alii corporibus exercitatis gloriam & nobilitatem coronæ peterent, alii emendi aut vendendi quæstu & lucro ducerentur, esset autem quoddam genus hominum, idque vel maxime ingenuum, qui nec plausum, nec lucrum quærerent, sed visendi causa venirent, studioseque perspicerent, quid ageretur, & quo modo: ita nos quasi in mercatus quadam celebritate ex vrbe aliqua sic in hanc vitam ex alia vita & natura profectos, alios gloriæ seruire, alios pecuniæ, raros esse quosdam, qui cæteris omnibus pro nihilo habitis rerum naturam studiosè intuerentur. hos se appellare sapientiæ studiosos, id est, philosophos, vt & illic liberalissimũ esset spectare nihil sibi acquirẽtes,

sic in vita longa omnibus studiis contemplationem, rerum cognitionemque præstare. *Nec vero Pythagoras nominis solum inuentor, sed rerum etiam ipsarum amplificator fuit. Qui cum post hunc Phliasium sermonem in Italiam venisset, exornauit eam Graciam, quæ magna dicta est, & priuatim & publicè præstantissimis institutis & artibus. Pythagoricis, ait idem libro primo de diuin. interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habeat inflationem magnam: is cibis, tranquillitati mentis quærenti vera contrarius. Et libro secundo:* Faba quidem Pythagorei vtique abstinuere, quasi vero eo cibo mens, nō vēter infletur. *Vtebatur Pythagoras, vt Nicolaus Alexandrinus ait, contra omnia, quæ in stomacho dolent antidoto, quo multos ob hoc vitio liberauit, & illud expertum dilectis communicauit. Recipe Iridos drach. XVIII. & scrup. duos: gentiana drach. V. Zingiberis drach. IIII. & semis: melanopiperis drach. IIII. mellis quod sufficit. Datur in modum nucis febrientib. cum tepida.* Scripsit Pythagoras, *vt Laertius tradit:* tria volumina, de institutione, de ciuilitate, & de natura. Moritur, *ait idem,* in domo Milonis, in qua cum sociis consederat, quam quidam ex his, quos ille admittere noluerat, per inuidiam incendit. *Et Romani statuam erexerunt, vt Plutarchus scribit in Numa, qui sic ait:* Romanis aliquando reddito oraculo, de illius erigenda apud se statua, qui prudentissimus Græcorum & fortissimus extitisset, duas in foro æneas imagines statuisse, Alcibiadis alteram, alteram vero Pythagoræ. *Et Plinius libro XXXIIII.* Romani statuam Pythagoræ in cornibus comitii positam dicarūt Apollinis Pythii iussu, steteritque donec Sylla dictator ibi curiam fecit. Ex schola Pythagoræ, *ait Iamblychus,* prodiere propè innumeri eruditi ac sapientes viri. *Duxit Pythagoras, vt Laertius & Suidas ferunt, vxorem Theano Brontini Crotoniatæ filiam, quæ docta ac sapiens fuit, philosopha & poetrix. Ex qua suscepit Thelaugem, & Mamercum, & tres filias Myan, siue Alyam, Arignotim, sine Erigonem, quæ doctæ fuere, quarum, ait Costantinus Lascaris, extant epistolæ, & Damon siue Dameam, quæ etiam longe docta fuit. Scripsit Theano, vt Suidas, & Plotinus tradunt, commentaria philosophica, Apophthegmata, & poema quoddam heroico carmine, ac mortuo Pythagora scholas cum Thelauge & Mamerco filijs regendas suscepit. Hac philosophiæ sectatrix multa pulchra ac scitu digna de pueris educandis scribit ad Eubolam. Aut enim:* Audiò te pueros delicate educare, sed certè optimæ genitricis est liberos non deliciosè & licenter enutrire, sed modestè ac sobrie. Animaduerte obsecro ne non diligentis, sed adulantis opus agas. Siquidem voluptuosa educatio pueros assentatores reddit. Quid luauius iuuenibus domestica voluptate? Oportet equidem puerorum educationē carere peruersitate. Naturæ autem peruersitas est, cum pueri animo fuerint voluptuarii, corpore vero delicati ac molles, laboresque omnes effugerint, ac molliores euaserint. Oportet autem, cum educantur, exercere eos, nè terribilia metuant: siue cum affligi, siue cum laborare opus fuerit, ne turpium affectuum serui reddantur. Nam ob voluptates gulosi efficiuntur, & ob desidiā labores effugiunt. Debent pueri res honestas summopere complecti, abstinere à vitiis, & perseuerare in virtutibus. Cauenda est pueris ciborum satietas, & sumptuosa voluptas, & superflua licentia ludorum. Neque permittendi sunt, vt intemperatè & impudenter in ludis lesō exerceant, neque vt omnia dicant, aut agant. Neque metuas, si interim plorent, neque læteris & rideas, cum nutricem pulsauerint, aut tibi maledixerint. Neque in æstate frigus, aut in hyeme calorem suppedites, aut multas delicias, quibus inopes pueri omnino carent. Qui quidem facilius educantur, & crescunt nihilominus, ac longe meliores efficiuntur. Tu vero veluti Sardanapali progeniem educas pueros, marium naturam voluptatibus effeminas. Quid enim faciet aliquis puero, qui nisi celeriter comedat, plorat, & si comederit, delectabilia obsonia quærit? Quod si æstum senserit, debilitatur, si frigus, concidit, si obiurgatur, reluctatur. Et nisi ei ad voluptatem res administrabuntur, tristatur, & si non prægustum in os inferatur, ægre fert. & ad voluptatem prauo ocio vtitur, ac molliter & effeminatè circumagitur. Studiosè autē cum scias, quod pueri delicantes dum pubescent in viros, mancipia reddentur, huiusmodi voluptates auferas, & educationem austeram, non delicatam adhibeas: ac permittas eos famem, sitim, frigus, æstum, & erubescentiam pati, & ab æqualibus, & à præceptoribus. Sic enim & exercentur animo impigro, & corpore adolescunt. Labores enim quædam corroboramenta sunt pueris ad virtutem, quibus imbuti, quod satis sit, virtutis colorem apprehendunt. Vide igitur nē quemadmodum vites male cultæ fructum non afferunt, ita propter delicias pueri petulantiæ, & multarum nugarum malitiam gignant. *Hac, ait Stobæus in nuptialibus, Pythagoræ dogmatum studiosa cuidam interroganti quomodo celebris euasisset, respondit,* contexens telam, & meum curans coniugium: *item quærenti, quod officium esset matronæ, respondit,* viro suo placere. *Rogata etiam, ait Laertius, quando mulier à viro munda sit, ad Cereris que sacrarium veniret, respondit:* à suo quæque continuò, ab alieno nunquam. Ei vero, quæ ad virum pergeret, in mandatis dabat, vti cum veste & verecundiam poneret, exurgensque denuo cū ipsa illam vna resumeret. Rogata quænam hæc? *inquit,* per quæ mulier vocor. *Hac, ait Plutarchus in nuptialibus, vestem induens brachium nudauit, cū quidam dixisset, ô pulchrum cubitum: at non publicum inquit. Hac, ait Clemens Alexandrinus Strom. primo, ex mulieribus prima philosophiam, & Apophthegmata scripsit, dixitq;: Esset reuera pulchrū vita conuiuium iis, qui se sceleratè gesserunt, deinde moriuntur, si non esset anima immortalis*

talis, mors esset lucrum. Brontinus autem Theano pater, ait Iamblychus, scripsit de mente, & cogitatu, & alia. Thelauges siue Teages, Pythagoræ, & Theano filius philosophus eximius fuit, & patri in philosophia successit, vt ait Laertius, & scholas cum matre & fratre Mamerco regendas suscepit. Fuit & mathematicus vt ait Suidas, scripsit de numero quaternario libros quatuor omnem quatuor esse elementa, siue vt alij, profundum, silentium, mentem, & verum. Pro quo Ægyptij, ait Lascaris ipsum deum habebant. Hunc plato[illegible] & Empedocles Agrigentinus audierũt, cui Plato librum de sapientia titulũ fecit, Thelauges. Mamercus quoque cognomento Æmylius Pythagoræ filius rõ modo philosophus doctus fuit, sed nimia etiam præditus humanitate, a quo Romanorũ Æmilia gens cognomen sumpsit, ceu Sex. Pomp scribit, qui ait: Æmiliam gentem appellatam dicunt à Mamerco Pythagoræ philosophi filio, cui propter vnicã humanitatem cognomen fuit Æmilios. Item Plutarchus in Paulo Æmilio ait: Æmiliorum familiã in vrbe Roma patriciam sanè atque vetustã fuisse plurimi tradunt: quod vero primus, qui nomen ei familiæ reliquit, Marcus Æmylius propter sermonis lepiditatem, quam Æmyliam Græci vocant, appellatus Pythagoræ philosophi puer fuerit, nonnulli ex iis tradunt, qui doctrinam Numæ Pompilij regis in Pythagoram auctorem referunt. Mamercus, vt auxi, cum Thelauge fratre, & matre scholas rexit. Iamblychus autẽ tradit Pythagoræ in disciplinis successorem fuisse Aristæũ Crotoniatam. Demophontis filium, is ætate Pythagoræ vigust septimo generationibus post hunc Mamercum, huic successisse Bulgaras, inde Gartydas. Damea Pythagoræ & Theano filia philosophiæ sectatrix admodum erudita fuit. Quæ ingenium in exponendis paternis sententiarũ involucris exercuit. Fuit summa prædita castitate. De qua Hieronymus aduersus Iouinianum ait: Timæus scribit Pythagoræ filiam virginem choro virginũ præfuisse, & castitatis eas instituisse doctrinis. Habuit filiam Biscalam, ait Lascaris, eruditam. Fuerunt Pythagoræ discipuli Crotoniatæ philosophi docti, ait Iablychus, Ageas, Agylus, Antimedon, Arignotis, Ægon, Boythius, Bulgaras, Fryas, Cleosthenes, Chalcophon, Cleophron, Damodes, Dymas, Dinonomulier, Epasylus, Eratus, Enandrus, Gartydas, Hipposthratus, Hipposthenes, Itameus, Leophron, Myllias, Menon, Milo, Ecphantus, Onatus, Philolaus, Phicciadas, Rhodippus, Sibo, Timicha vxor Myllia, Philtis filia Teophrij, Mea vxor Milonis, & Neocles. Ergo nonẽ mulieres Crotoniatæ, præter cæteras, doctrina excelluere. Porro opinandum est per eatẽpora omnes propè Crotoniatas & mares & fœminas in Græcas literas ac philosophiam, aliarũq; disciplinarum studia incubuisse, etsi non omnes in ipsis adeo profecerint excelluerit-q; doctrina. Ita & Locrenses & Rheginos, reliquosque Calabros, vt olim Roma in reliquoue Latio in Latinis literis factitatũ est. Philolaus Pythagoræ discipulus, præceptor Platonis, & Archytæ fuit, veluti Cicero libro tertio de Orat. insinuat. ait enim: Pythagoreus ille Lysias Thebanum Epaminundam haud scio an summum virum vnum omnis Græciæ, Aut Xenophõ Agesilaũ, aut Philolaus Archytam Tarentinũ, aut ipse Pythagoras totam illam veterẽ Italiæ Græciam, quæ quondam magna vocitata est doctrinis omnibus expoliuit atque instituit. Plato, vt Hermippus apud Laertium & Plutarchum in Platone ferunt, tres Philolai libros Pythagoricæ sectæ emit ab eius consanguineis argenti minis Alexandrinis quadraginta, siue vt alij centum, siue, vt Gellius decem millibus denariũm mercatus est. Quam argentis summam à Dionysio tyranno accepit, ex quibus libris Plato plura in suum Timæum transcripsit. Quos tanto studio lectitabat, vt ad eius defuncti caput sint reperti. Opinatur Philolaus omnia harmõia ac necessitate fieri. Terram iuncta primum circulum mouerì docit. Hic primus de natura rerum scripsit. Quorũ est unitum: In mundo natura coacta est ex infinitis ac finitis, mundusque totus, & quæ sunt in ipso omnia. Hic Dei vnitatem asserit: quare Athenagoras ad Antonines Cæsares scribens, vnum Deum esse ex Philolai scriptis asserit. Hic, vt Plutarchus scribit, mundi corruptionem bifariam esse dixit, tum ex cœlo ignis defluxu, tum ex aqua lunaris vertigine ex aere effusa. Horũ enim sustimenta mundi esse alimoniam. Dicebat etiam, vt Plutarchus de placitis philosophorum libro secundo, & Galenus in libro de historia philosophica tradunt, solem vitreo modo per lucentem accipere ab igne cœlesti splendorem, acceptũq; ad nos transmittere, & tanquam percolare, adeo cœlestem ignẽ soli assimilem esse, ex quo præditæ solem, & simile quid speculi, tertiũq; inde a speculo lucem ad nos per reflexionem dissipari. Hanc enim nos solẽ vocare, quasi imaginis imaginẽ. Docebat etiã, vt idem ferunt, moueri circa ignẽ per obliquum circulum, eo modo, quo sol, & luna. Ignẽ vero in medio statuit, quem totius naturæ focũ ac meditullium censet. Supra quem terram, huic nostræ contrariam, & inde terrã collocat, quam ex opposito sitam illic dicit, & circa eam ferri. Quamobrem eos, qui illic sunt, a nobis videri non posse. Hic, vt Marcus Vitruuius libro primo auctor est, multas res organicas & gnomonicas numero naturalibusq; rationibus inuentas atq; explicatas posteris reliquit. Item numerus est, inquit, imperiosa quædã & ex se progenita sempiternæ mundanorum perseuerãtiæ continentia. Proclus ait: Plato multas admirabilesque de Deis sententias per mathematicas formas nos edocet, Pythagoricorumque phialis vtens velaminibus sacram diuinarum scientiarum tegit disciplinam. Talis enim est & vniuersus sacer diuinusque sermo Philolai in Bachis, totusque modus enarrationis Pythagoræ de diis. Iure Philolaus triangulo angulum dius quatuor consecrauit, ac iuxta tertium angulum ipsorum vnionem colligit. Hic omnia ac cœlestem harmoniam, coalitionemque naturæ retulit. Dicere quoq; solebat, cum in sacrum perueneris, ne specules a tergo. Hic, ait Suidas, suspicionem maxime omnibus cauendam monet: Et si enim, inquit, nihil committis, sed tantum videaris, infelix es. Eum Crotoniatæ tyrannidis suspicione sustulere, vt Laertius prodit. Fuit & Alcmæon

Alcmæon Crotoniata Pyrithi filius Pythagoræ alumnus philosophus & medicus excellens cognomento physicus (maxime enim valuerunt Crotoniatæ medicina) quis ait Laertius, plurimum in medicina versatus est, deq; ea complura conscripsit, plerumq; de natura disputat, docens multas rerum humanarum causas. Videtur autem primus de naturæ ratione scripsisse, vt Phauorinus in omnimoda tradit historia, Lunamque hanc sempiternam habere naturam. Quod autē Pyrithi filius fuerit testatur ipse in principio sui operis sic: Alcmæon Crotoniata hæc ait Pyrithi filius Brotino, & Leoni, & Bathyllo de inuisibilibus rebus. Manifestam quidem scientiam habent Dij, quantum vero coniicere hominibus licet, & quæ sequuntur. Hic, *ait Proclus*, primus rerum naturā literis explicauit. Animam vero immortalem dixit, mouerique perpetuò iustar solis. *Huius meminit Cicero libro primo de natura Deorum:* Alcmæō, *inquit*, qui soli & lunæ, reliquisque sideribus, animoque præterea diuinitatem dedit. *Et Themistius libro primo de anima:* Alcmæon Crotoniata ille qui cognomento physicus dicebatur, animā, inquit, immortalē esse opportet ratione ea quia sēper agitetur, coq; similima rebus immortalib. videatur: moueri n. & reliqua immortalia inceſſabili agitatu. *Et Arist. lib. 1 de an.* Alcmæon dicit animā esse immortalē, propter hoc quod assimiletur immortalib. *Et lib. 7. de historia animalium:* Alcmæō Crotoniata ait, mas primum semen genitale magna ex parte incipit ferre anno peracto bis septimo, simul etiam pubescere incipit eodem tempore, vt stirpes semen laturas primum florere. *Et Galenus in libro de historia philosophica & Plutarchus in libro de placitis philosophorum dicunt:* Alcmæon stellas vagas ex aduerso fixis incedere dicit, hoc est ab occasu in orientem. Auditum fieri, quod aures intus vacuæ sint, vacua autē omnia resonare quoties in ipsa vox aliqua feratur. Olfactū autem in cerebro præcipuam animæ partem constituit, atque ipsam odores inter respirandū attractos percipere. Gustum vero cum humiditate & tēperato calore, tum mollitie sapores internoscere linguam. Somnum autem sanguinis recessu in venas ipsius confluxui deputatas fieri. Mortem vero si prorsus omnis illuc abscedat, quia frigidum corpus ita nimium redditur. Expergisci autem nos sanguinis eiusdem reditu. At sanitatem constare credit ex æqualitate caloris & siccitatis, frigoris & humiditatis, itē dulcedinis, & amaritudinis, & id genus aliis. Morbos autem excitari quoties istorum vnum aliquod cæteris dominetur. Singulorum namque excessus societatē dissoluit, atque ita morbum fieri. Dicit etiam Alcmæon ipse, *vt Plutarchus scribit*, mulini generis mares quidem steriles propter genituræ tenuitatem, item seminis frigiditatem, feminas vero propter vuluam non dehiscentem, item non se laxantem. *Hic primus exectionem aggredi ausus est. Primusque fabulas adnuenit, vt Isidorus etymologiarum libro tradit, vbi sic ait:* Fabulæ ideo sunt introductæ, vt ficto mutorum animalium inter se colloquio, imago quædam vitæ hominum noscerētur. Has primus inuenisse traditur Alcmæon Crotoniensis, appellanturque Aesopicæ, quia is apud Phrygiam in hac re polluit. *Scripsit lingua Dorica, ait Suidas. Fuit & Neocles Crotoniata philosophus & medicus illustris. cuius meminit Athenæus:* Hic, *ait Ælianus de historia animalium libro octauo*, dicit rubetas duo iecora habere, alterum quidem occidere, alterum alteri aduersantem salutem afferre. *Fuit & Asto, siue Ascon Crotoniata philosophus celebris Pythagoræ auditor, qui Laertio libro octauo prodente, complura scripsit, sed Pythagoræ inscribuntur. Fuit & Ecphantus Crotoniata Pythagoræ discipulus, qui scripsit de regno. De quo Stobæus in admonitionibus de regno meminit, & hæc eius dicta ponit:* Quod vnius cuiusq; animalis natura ad mundum & eius partes accommodata sit, multis mihi videtur argumentis constare. Sic enim consentiens, connexaque singulorum natura optimam simul & necessariam sequitur seriem, quæ ex motu vniuersi constituta, vt communem rerum omnium ornatum, ita singulorum quoque officio durationem conseruat. Quare mundus etiam appellatur, & perfectissimum est animalium. In partibus vero eius, quæ multæ sunt, & diuersæ natura, id animal primas tenet, quod plus diuinitatis continet. Quare inter cœlestia quidem, quæ immortalis Dei natura participant, & primario maximeque sequentur, planetæ stellæ salutantur. In regione vero infra lunam, vbi corporū motus est rectus, dæmonis natura versatur. Cæterum in terra & apud nos optimus quidem natura est homo, diuinissimus autem rex, & meliori conditione inter cæteros affluens, similis quidē corpore reliquis, vtpote ex eadem materia natus, ab optimo quidem artifice productus, qui fabricauit eum, archetypum imitatus seipsum. Quare rex vnicum & excellens quoddam opus est, imo imago illius regis creatori suo semper familiaris, à subditis verò in regno tanquam lumine conspicuo. Examinatur enim & probatur dignitas regia non secus, quàm auium princeps aquila obuersis soli oculis. Eadem est ratio de regno, vt quod diuinum sit, & propter nimiam claritatem oculos obtundat omnibus præterquam legitimis. Erenim multi splendores oculis obuersantes, atque vertigines arguunt spurios, qui ascenderunt tanquam in altitudinem insolitam. Illis vero, qui, vt par est, propter naturæ similitudinem regni cacumen adiuerunt, habitari potest, & vtum sui commodū præbere. Est igitur regnum res syncera, incorrupta, & propter excellentiam diuinissima, atque homini difficilis accessu. Oportet autem illum, qui suscepit regnum purissimum, & lucidissimum natura esse, ne quod clarissimum eius est, obscurtet suis maculis, quemadmodum nonnulli sanctissima loca inquinauerunt, & execrabi-

Digitized by Google

les quidem eos, quib obuiam facti sunt. Rex igitur naturam habeat minimè pollutam, & quanto reliquis diuinior sit, agnoscat, ac cætera, quibus decenter instructus tum seipso, tum subditis optime uti poterit. Cæteri quidem homines à vitiis suis sanctissimè purgantur, si principibus suis similes euadant, siue legem principem, siue regem habuerint. Principes vero, qui non habent, quod natura sua præstantius imitentur, illi non longius abire debent, sed statim à Deo vtilitatē petere. Nam neque mundum aliquis quæsuerit, in ipso agens, & pars eius existens: neque is, qui aliis imperat, illum ignorare debet, à quo ipse regitur. Maximum autem hoc ornamentum est, quod nihil non gubernatum non inueniatur. Oportet principem etiam moribus imperium docere. Sic enim statim imperii pulchritudo eluceſcit. qui Dei virtutem imitatur, & ei charus est, quem cumulatus fuerit, & amplius subditis. Nullum enim Deo charum homines odio prosequuntur. Nam neq; sidera, neq; vniuersus mundus Deum oderit: nam si ducem suum odissent, nō vtique ei parerent: Sed quod bene imperat, id in causa est, vt subiecta bene regantur, & pareant. Equidem existimo terrenum regem nullius virtutis expertem esse debere, qua cœlestis ille præditus est. Sed vt ipsa res est peregrina & admiratione digna, vtpote cœlitus ad homines profecta, ita animitum & virtutes ipsius Dei opera existimandæ sunt, diuino beneficio ei accessisse. Quod si rem à principio consideres, verum esse, quod dico, intelliges. Per communionem enim omnium primam & maxime necessariam hominum genera terrestris rex conciliat. Similiter facit ille, qui cuncta in vniuerso gubernat. Nihil etenim, si tollas amicitiam & communionem consistere potest, quod etiam in ciuitatibus ita se habet, si familiarem societatem abstuleris, & si multo inferior sit, quàm diuina natura & regia, quæ nihil huiusmodi sibi desiderant, vtpote perfecta virtutis: sed aliis indigentibus suppeditāt, & communi vtilitati consulunt. Amicitia autem ciuitatis communem mutuo finem spectans, ipsius vniuersi concordiam imitatur. Porrò citra constitutionem magistratuum nulla ciuitas habitari posset. Requiruntur autem ad illam constitutionem leges, ciuilis gubernatio, subditique & præfecti, si per se conseruanda sit. Hæc sequitur commune bonum, concinnus quidam status, & multitudinis consensus cum persuasione concordi. Ille, qui imperat iuxta virtutem nominatur rex, atq; est eadem amicitia consensuque subditis coniunctus, qua Deus mundo & in ipsis contentis iungitur. Cæterum oportet omnem beneuolentiam institui, primum à rege in subditos, deinde vicissim à subditis erga regem, qualis nimirum patris erga filium, pastoris erga gregem, & legis aduersus vtentes ipsa, vna eademq; virtus, tum cæteris imperat, tum vitæ propria moderatur. Nullus ad vitam sibi propter inopiā alterius ministeriū accersat, quod ipse sibi secundum naturam satis ministrare potest. Quāuis enim omniū sit communio, nihilominus quisq; per se suis contentus viuet. Videtur etenim is, qui rebus suis cōtentus est, nullo alio ad vitam trāsigendam opus habiturus. Quod si vitam actiuam degere oporteat, liquet, quod, etiamsi alia quæpiam ei accesserint, nihilominus tamen statu suo contentus manebit. Nam & amicos habebit suæ virtutis gratia, quibus cum agens non alia virtute eis vtetur, quam illa, qua reliquam suam instituit vitam. Necesse est enim, vt cætera omnia hanc virtutem sequantur, cum nihil ipsa præstātius ei adiungi possit. Deus sane citra famulorum & ministrotum operam, neque imperans cuiq; neq; coronans aut præcohis voce celebrans obedientes, aut ignominia notans immoderatos, ipse solus tantam imperii molem gubernat. Sed præbens seipsum imitatione dignum, omnibus desiderium & æmulationem iniicit naturæ suæ. Est autem bonus ipse, atq; hoc solum opus agit; idq; facile. Qui verò imitantur ipsum hoc studio melius omnia peragunt, & illius assimilatio singulis sufficit. Non n. alia virtus est, quæ Deo accepta facit, & alia quæ ipsum imitatur. Cæterum rex terrenus apud nos cur non similiter se suisq; contentus, & in statu suo absolutus sit? Assimilabit enim seipsum vni tantum optimo, & omnes alios sibi vndecunque similes fieri studebit. Quod si vis & necessitas cogat subditos, singuli promtitudinem imitandi remittere solent. Non enim fieri potest, vt absq; beneuolentia alterum alteri simile euadat, quam imprimis obliterat timor. Vtinam humanum ingenium nulla persuasione opus haberet. Est n. persuasio terrenæ grauitatis vestigium, qua mortale animal participat. Nam persuasio res est vicina necessitati, vt quæ ea perficere sua opera conetur, quæ necessitatem declinarunt. Atq; sponte naturæ honestum amplectuntur, nulla persuasionis reuerentia mouetur, nec enim timent necessitatem. Posset a. solus rex in hominis animo etiam hoc bonum efficere, vt quod melius est imitando, decorum sequeretur. Illos vero qui tanquam ebrietate corrupti sunt, & propter malam educationem melioris obliuionem inciderunt, oratio adhibita restituit, laborantes sanat, electaque obliuione prauitatis vitio ipsis innata memoriam inserit. Ex qua persuasio dicta nascitur, quæ licet malis orta, boni tamen aliquid producit terram inhabitantibus, in qua quod vitio naturæ deest, propter eius imbecillitatem, oratio inter homines viurpata refarcit, atque explet. *Et rursus*: Reuera rex erit, qui sacram & diuinam habuerit animi meditationem, hac enim imbutus persuasusq; bonorum auctor erit omniū, mali vero nullius. Quinetiā quod futurus sit iustus, vtpote ad communicandū promptus, cuius constat, communicatio n. in æqualitate, & eius distributiōe sita est. Accedit iustitia, communicatio participat.

Nam

Nam fieri nequit, vt iniustus æqualiter distribuat, aut vt non sit ad communicãdum promptus, qui distribuit ex æquo. Continentem vero esse illũ, qui contentus sit suo statu, quis negauerit? Sumptuositas enim incontinentiæ parẽs est, incontinentia contumeliæ, vnde pleraq; hominũ mala enascuntur. Virtus autem, quæ suis rebus contentos facit, sumptuositatem, & quæ sequũtur eam, haudquaquam probat. Sed cum ipsa princeps quædam sit, præest quidem omnibus, subesse vero nulli potest, quod primum Dei, deinde regis proprium est, vt nulli subiiciantur, sibi vero ipsis imperant. Vnde & ἀυτάρκης apud Græcos dictus videatur παρὰ τὸ ἑαυτοῦ ἀρκεῖν. Quod autem ista sine prudentia fieri nequeant, apparet, & quod prudentia mundi Deus sit, manifestum est. Ordine enim & constitutione decenti coniunguntur, absque mente vero nõ possent fieri. Proinde rex quoq; sine prudentia non poterit sibi comparare istas virtutes, iustitiam dico, continentiam, communicandi virtutem, & istis cognatas. *Et rursus de magistratu*: Homines in terra tanquam in exilio sunt, & essentia puriori multum inferiores, plurima terra grauantur, adeo vt à parente sua ægrè extollantur, nisi quis diuiniorum flatus miserum hoc animal meliori parti coniungat, sacrum genitoris aspectum monstrans, qui à nemine conspici potest. In terra quidem & apud nos optimum sane ingenium præ cæteris animantibus homini datum est. Diuinior autem inter homines rex, vt qui multum supra communem naturam emineat, corpore reliquis non dissimilis, vtpote natus ex eadem materia, sed ab optimo artifice factus, qui fabricauit ipsum, archetypo ex sese sumpto. Vtinam fieri posset, vt humana natura nulla persuasione egeret. Reliquiæ enim terrestris malitiæ, quæ animal efficiunt mortale, causa sunt, vt sine ipsa degere nequeat. Si quis vero animo fuerit præ aliis diuinior, ille nulla in te persuasione opus habebit. *Fuit & Arignotus Crotoniata philosophus Pythagoræ discipulus*, qui, *ait Lucianus*, sacer cognominabatur. *Fuit & Salethus Crotoniata philosophus & legislator, qui Crotoniatis ciuibus suis leges dedit, atq; inter cætera, lege excepit, ait Lucianus in Apologia, vt mœchi viui cremarentur. Cũq; ipse fratris vxorem polluisset, deprehensus orationem tam luculentam habuit, vt ciues remittere pœnam vellẽt, atq; exilio tantum eum damnare: at ille magnitudinem culpæ intelligens in ignem vltrò insiliit. Fuit & Orpheus Crotoniata poëta Epopeus, ait Suidas, id est, qui vera non ficta scripsit. Quem Pysistrati Athenien sium Tyranni familiarissime vsum fuisse Asclepiades inquit in sexto Grammaticorũ libro, qua tempestate apud Hebræos Iudices rerum summa gerebant. Cuius sunt Ecanteria, Argonautica Heroico carmine, & alia nonnulla. Fuit Oeagri filius, & primi Orphei Threicei in suo poemate personam induisse videtur: qui se Oeagri fluminis & Calliopes filium cecinit. Orpheum autẽ Threicium Troiana tempora præcessisse perspicuum est. In Orphei vero Crotoniata Argonautico multa referuntur, quæ post excidium Troianum peracta sunt, & Alcinoi regis mentio fit, & aliorum, qui in Odyssea celebrantur. Liceat Aristoteles apud Cic. de Nat. Deor. lib. 1. dicat Orpheum poëtam nunquam fuisse, & hoc Orphicũ carmen Pythagorici cuiusdam Cecropis fuisse ferunt. Plato vero sapissimè de Orpheo meminit. Asclepiades & Suidas dicunt Orpheum duxisse rerum omnium principium esse phanoum, id est, amorem, qui primus ex dia apparuit. Fuit à Pythagoricis eruditus, ait Constantinus Lascaris. Fuit & Democides Crotoniata Calliphõtis filius medicus celeberrimus, Darij tempore, cuius meminit Plinius lib. 1. è cuius libris nonnulla excerpsit. De quo Herodotus lib. 3. sta scribit:* Polycrates ad Oroetem nauigans, cum alios, tum vero Democidem Calliphontis filium Crotonien sem medicum, qui eam artem apud suos præclarissime omnium exercebat, secum duxit. Sed Oroetes Polycratem cruci suffixit. Darius mandat Persis, qui in Sardibus erant, vt Oroetem interimant. Cõtigit a. non diu post, vt in venatu ferarum Darius rex, dum ab equo desilit, pedem intorserit, vehementerq; luxauerit: nam talus è iuncturis amotus est. Existimans itaq; apud se, vt prius, habere ex Aegyptiis eos, qui primi putarentur arte medicinæ, eorum opera vtebatur. At illi torquendo pedem, ac violenter tractãdo plus mali faciebãt, adeo quidem, vt septem dies totidemq; noctes Darius præ molestia, qua afficiebatur, transegerit insomnes. Octauo die eidẽ male habenti quidam Democidis Crotonien sis mentionem facit, cuius de artificio prius iam inde in Sardib. audisset. Darius hominem quam celerrimè accersi ad sese iubet, ille vt inter captiuos Oroetis inuentus, vbi pro neglecto habebatur, in medium productus est, sicut erat pannosus, ac compedes trahẽs. In medio positum Darius interrogat, nunquid eam nosset artem? Democides veritus ne si se proderet, vsquequaq; Græcia priuaretur, dissimulauit. Sed dum videretur notitiam artis præ se ferre, Darius iussit eos, qui hominem adduxerant, verbera & tormenta afferre in medium: tum ille simulatione missa, se planè scire artem illam negauit, sed aliquantulum eius consuetudinẽ, quã cum medico habuisset. Factaq; ei potestate curãdi Græcis medicamentis vtens, & leuia post acta admouens Darium compotẽ somni fecit, & breui tempore incolumẽ reddidit, cum iam se inualidum fore ad incedendũ desperasset. Ob quã curationem cum eũ Darius duob. aureis compedibus donasset, interrogauit Democides, nũquid ideo duplici se malo remunerãdũ putaret, quod ab eo sospes ipse foret effectus? Hoc dicto Darius delectatus ad suas vxores hominem misit. Eunuchi, qui eum deducebant ad feminas, dicebant hunc esse, qui restituisset animam regi. Tunc earum singulæ auream phialam thecam suffigentes Democidi donauerunt, tam amplo munere, vt excidẽtes ex percussione phialarũ stateres, famulus, qui sequebatur, nomine

Sciton

Sciton collegerit non paruam auri summã. Hic Democides hunc in modum è Crotone profectus cum Polycrate consuetudinem habuit. Cum à Patre sane iracundo Crotone cohiberetur, nec eum tolerare posset: Illo relicto abijt in Aeginã, vbi commoratus vnum annum primos medicos transcendit, etsi imparatus erat, & nihil instrumentorum habens, quæ ad artem medicinæ pertinerent. Ex quo factum est, vt sequenti anno Æginetæ eum talento conduxerint. Athenienses tertio anno centũ minis. Polycrates 4. anno talẽ tis duobus. Ita in Samũ profectus est. A quo viro non minimum Crotonienses medici specimen acceperunt. Tunc videlicet enim per Græciam medici Crotonienses primi numerabantur. Secundi Cirenæi. Tunc Susis itaque Democides Dario sanato maximas ædes obtinebat, & cum rege ad mensam sedebat omnibus rebus affluẽs, præter hanc vnam, quòd in Græciam redire non posset. Quinetiam Aegyptios medicos regem curare solitos, cum essent patibulis suffigendi, & à Græco medico superati forent, impetrata à rege venia, liberauit. Liberauit item Vaticinum quendam Deum, qui Polycratem sequutus fuerat, & inter captiuos pro neglecto relictus. Denique maximi momenti apud regem Democides erat. Interiecto deinde breui tempore inter alia contigit, vt Atossæ Cyri filiæ (erat Darij vxor) in mamilla vlcus oriretur, deinde resciſſum porrò grassaretur. Quod ista quoad fuit exiguum præ pudore occultans nemini indicauit: sed vbi male iam habebat accersito Democide rem ostendit. Ille se redditurum sanam affirmans adiurat eam, vt sibi vicissim ipsa inseruiat in eo, quod orauerit: oraturum autem nihil, vnde dedecus redundaret. A quo, posteaquam curata est, edocta Darium, dum cum eo cubat, vt Democidem virum maxime idoneum ex omnibus ad demonstrandas Persis res Græcas, atque exponendas mittat, monet. Darius, vbi primum illuxit accitis quindecim Persarum spectatis, præcipit vt sequẽtes Democidem omnia Græciæ maritima collustrarent, neue committerent, vt Democides ab ipsis aufugeret, sed rursus eum omnino reducerent. Hęc illis vbi præcepit, secundo loco Democidem ipsum ad se accersitum orat, vt expolita atque demonstrata Persis omni Græcia, rursus redeat. Iubetq; eum dono ferre patri ac fratribus omnia sua vtensilia, affirmans se alia multo plura illi daturum, ac præter dona missurum ait quæ vnà iter faciat onerariam nauim omnifarijs bonis refertam. Hæc Darius nullo doloso consilio, vt mea fert opinio, mandauit. Ille tamen veritus ne se Darius tentaret tanquam fugitiuum, si cuncta sibi oblata caperet, respondit, se quidem sua illic relinquere velle, vt ea reuersus sibi habeat. Verum nauim onerariam, quam Darius promittebat dono fratribus accipere. Darius postquam hæc Democidi præcepit, homines ad mare dimisit. Isti cum Phœnicẽ descendissent, & ex Phœnice in vrbem Sydonẽ, confestim duas triremes instruxerunt, & simul ingentem onerariã multifarijs bonis impleuerunt. Cõparatisq; omnibus in Græciam trajciunt, & adeuntes maritima eius loca intuebantur; atq; describebant, tum pleraque ac celebertima loca Græciæ contemplati in Italiam Tarentum transmiserunt. Ibi Aristophilides Tarentinorum rex & ipse Crotonienſis gubernacula Medicarum nauium resoluit, pariter ipsos Persas distinuit, tanquam certos exploratores. Interea dum isti patiuntur hæc, Democides Crotonem abijt in domum suam, quo abeunte Aristophilides Persas missos facit, restitutis his, quæ de nauibus abstulisset. Illinc Persæ nauigantes ac Democidem persequẽtes Crotonem perueniunt, nactiq; in foro Democidẽ prehendunt. Cũ Crotoniensium quidam rem Persicam reformidantes tradere parati erant: quidã è diuerso iniectis manibus Persas fustibus cædebant: his verbis cõmonefacientes: viri Crotoniẽses considerate quid facitis, qui hominem regis fugitiuum recipitis. An ex vsu vobis erit hanc iniuriam regi Dario intulisse, ac vobis bene cedat ista facientes, si nos dimiseritis? cuius n. prius, quam huic vrbi bellum inferamus? Aut quam priorem diripere conabimur? hæc dicendo nihil magis Crotonienſibus persuaserunt, quinimo non modo Democide, sed eã oneraria naui, quã secum duxerant, priuati sunt. Atque ita in Asiam reuersi omisso iam studio discendi vlteriora Græciæ duce fraudati. Quibus tamen in digressu iste mandauerat, vt Dario dicerent, Democidem ducere vxorem Milonis filiam. Erat n. apud regem celebre nomen Milonis luctatoris. Quas nuptias mihi videtur Democides eo tempore properasse magna erogata pecunia, vt ipsum etiam in patria sua spectatum esse Dario appareret. *Scripsit Democides librum.* Quo tempore. *ait Timæus apud Athenæum lib. 12.* Persæ cœperunt Democidem, Crotoniatæ conati sunt soluere festum Olympicum, proponentes præmium argentum opulentissimum. Quidam vero id fecisse aiunt Sybaritas. Ante enim victores coronis coronabantur aut laureis, aut myrteis & huiusmodi. *Talentum autem (quia de eo hic mentio facta est) sexcentis aureis numis scutatis valebat, vt latius in libro de æternitate vrbis ostendimus: mina vero Attica centum drachmis siue denariis Romanis, hoc est decem aureis numis scutatis. Fuit & Dinonon Brontini Crotoniata vxor, socrus & discipula Pythagoræ. Quæ admodum docta fuit & sapiens, & virtutibus præcellens, cuius pulchrum illud dictum extat:* Mulierem à viri sui cõgressu surgentẽ sacrificare eodem die debere. *Quod ipsum in Theanonem eius filiam nonnulli referunt. Fuit & Philtys siue Phryntys Crotoniata filia Theophrij, siue vt alij, Callicratis Pythagoræ discipula, eiusq; dogmatum studiosa. Scripsit quædam. Hæc in libro de temperantia mulieris apud Stobæum in*

nuptialibus, prater cætera, ait: Mulier omnino bona & modesta sit. nam sine virtute nunquam talis fieri potest. Omnis virtus enim id cui contingit laudabile reddit. Videndi virtus oculos, audiendi aures, equi equum, viri virum, sic & mulieris mulierem. Est autē prima virtus mulieris temperantia, qua virum suum colere & amare poterit. Multi fortassis existimant philosophari non decere mulierem, vt nec equitare, neq; cōcionari. Ego autem sentio opera quædā propria viri esse, alia mulieris, nonnulla vtriusq; cōmunia: item alia potius ad mulierem, quam ad virū pertinere, alia contra. viri propria sunt exercitū aut rēp. gubernare, concionari: Mulieri autem peculiare est custodire domum, manere domi, expectare, & bene tractare maritum, vtrisque comunia nomino fortitudinem, iusticiā & prudentiam. Quippe cum corporis virtutes & virū, & mulierem possidere decet, tum animæ similiter. Et vt corpus habere sanum vtrisque prodest, sic etiam animæ sanitas. Corporis virtutes appello sanitatem, robur, sensuum integritatem, pulchritudinem. Cæterum sunt ex virtutib. quæ magis viro conueniunt, vt fortitudo, prudentia, cum propter corporis habitum, tum animæ facultatem. Aliæ mulierem magis decent, vt temperantia. Quocirca hac virtute instituendā scire opus est ex quot, quibusq; hoc bonum mulieri confletur. Constat igitur ex istis quinque: & primū ex sanctitate ac pietate circa matrimonium: deinde ex ornatu corporis: tertio ex egressibus è domo propria: quarto abstinendo à bachanalibus, & matris Deûm festis. quinto vt sacrificijs erga Deum cura sit & moderata. ex iam dictis maxima & præcipua causa temperantiæ est, quæ facit, vt circa coniugium incorrupta sit vxor, nec alieno viro commisceatur. Principio enim hac parte si peccet, offendit natalitios deos, vt quæ domui & cognationi non germanos auxiliatores, sed spurios exhibeat. Quinetiam perfida est erga naturæ deos, per quos iurauerat vna cū parentibus & cognatis suis se conuicturam legitime cum marito ad vitæ communionem, & liberorum procreationem. Et in patriam quoq; peccat, non persistens in eius statutis. Deinde in hisce reb delinquere, quibus maxima pœna constituta est, mors ipsa propter magnitudinem sceleris, quod voluptatis causa & petulantiæ committitur, omnino nefarium, omnique venia prorsus indignum est. Petulantiæ autem finis pernicies est. Considerandum est & illud, quod nullum inuentura sit remedium purificatorium huius delicti, vt templa dei ingrediens, araſque accedens casta & amabilis Deo esse possit. Nam huic sceleri maxime Deus etiam infestissimus est, atq; ignoscit minime. Imprimis vero honestum est matronę pudicitiam suam erga virum per formā liberorum suorum testari. Quod fit, si liberi referant typum similitudinis sui generis. Et hactenus de ipso coniugio. Cæterum quod ad corporis ornatum, illum probo, qui albus, simplex, & minime superfluus fuerit. Vestes translucidas, varias, discolores, & à bombice contextas corpori non induat. Sic enim nimium ornatum, luxuriam, & comptum effugiet, nec improbo zelo alios afficiet. Aurum & smaragdum omnino non vsurpet: nam & nimio constat, & superbiam præ popularibus arguit. Ciuitatem autem bene institutam per omnes sui partes ex æquo recte cōstitui, afficique mutuo consensu, & similib. vti legibus, atque huiusmodi rerum opifices expellere oportet. Facies vero non ascititio & alieno colore decoretur, sed genuino & proprio corporis, & aqua simplici abluatur, ac pudore potissimè ornetur. Ita enim tum virum, tum seipsam honorabilem magis efficiet. Egrediantur autem domo matronæ populares sacra facturæ Deo ciuitatis, principi, & custodi pro se & maritis suis, totaque familia. Verum nec instante nocte, neq; vespera, sed foro hominibus pleno palàm exeat mulier, vel ad spectandum aliquid, vel emendum ab vna ancilla aut plurimum duabus honestè deducta. Fiant autem sacrificia dijs frugalia, & pro facultatibus. Cæterum Bachi & matris Deûm sacris domi celebrandis abstineat. Etenim ciuitatis publica lege constitutum est, alioqui nec festis huiusmodi intersint. Et sanè inducunt ebrietates, mentemque alienant istæ cerimoniæ. Matremfamilias autem, quæ domui regendæ præest, temperantem, pudicam, & intactam esse cōuenit. *Erubescant nunc (christiane mulieres luxu & deliciis diffluentes. Fuit & Dameas Crotoniata statuarius celebris. Opus eius in septo ostenditur, quod Altim vocant. Hic Milonem celebrauit ait Pausanias in Eliac. Fuit & Patrocles Cratylli filius statuarius, cuius meminit Pausanias in Eliacis. Qui fecit simulachrum Apollinis, capite inaurato in Olympia dedicatū a Locris Zephyriis. Maxime quoq; valuerūt Crotoniatæ palæstra, in gymnico certamine. Fuerunt itaq; ex ipsa vrbe Athletæ Olympionici celeberrimi complures, qui multas victorias domum reportarunt.* Olympionicen autē esse, *ait Cicero in Oratione pro L. Flac.* apud Græcos prope maius erat & gloriosius, quam Romæ triumphasse. *Fuerunt igitur septem, quos in vnius Olympiadis iudis cæteros stadio superasse Strabo prodit. Fuit & Glaucias Crotoniata, qui, ait Pausanias in Phocaicis, vicit Olymp. 18. Tertio vero āno huius Olympiadis iudices præmia posuerunt. Fuit & Diognetus item athleta, qui, ait idē Pausanias ibidem, vicit anno primo lvij. Olymp. Fuit & Phayllus tris Olympionicus celeberrimus, quem decantauit Aristophanes poeta in Achanibus. Qui Græcia periclitanti in rebus Persicis vna nauē auxilium tulit. In honorem cuius magnus Alexander multas exuuias Crotoniatis dono misit, vti Plutarchus in Alex. commeminit, ita scribens:* Alexander ad Crotoniatas quoque in Italiam magnam exuuiarum partem transmisit, ob Phaylli decus & gloriam

gloriam in pigri & fortis athletæ, qui Medico bello cũ Græcos cæteri deſtituiſſẽt Itali, propria triremi Salaminam nauigauit, illius periculi communicationem ſuſcepturus. Adeo omnia virtutis opera ſummo ſtudio & benevolentia obſeruabat. In ludis Pythicis, *aut Pausanias in Phocicis*, duas victorias conſequutus, tertiam ſtadio. Eius ſtatua eſt in Delphis. *Et rurſus:* Is vero, qui eas exerceret Pentathlus dicebatur. Pentathlum autem certamen ſeu exercitatio quinque artes gymnaſticas continebat, diſcum, curſum, ſaltum, paleſtram, & iaculationem. Vicit enim Phayllus, *aut Ioannes Tzetzes*, luctu, pugillatu, diſco, curſu, ſaltu, & omni genere ludorum. Saltauit pedes quinquaginta ſex. Iecit diſcum pedes nonaginta quinque. *Item Suidas inquit:* Phayllus curſor optimus Olympionicus, de quo Ariſtophanes in Veſpis: (nis adhuc cepi,

Quando curſorem Phayllum exiſtẽs valde iuue-
Impellens conuitij calculis duobus. *Fuit autem & armatus, curſor celebris, quem hodometrum, id eſt viamenſorem vocabant. Fuit etiam quinquẽnio* (lus
de quo eſt diſtichum:

Quinq; ſuper quinquaginta pedes ſaltauit Phayl-
Iecit autem diſcum centum quinque minus.

Fuit & Philippus Butacides, Olympionicus. De quo Herodotus lib. 5. inſit: Dorico & vitæ & mortis comes fuit Philippus Butacides vir Crotoniata, qui deſponſa ſibi Teſy, Sybarita Crotone profugerat, abnegato matrimonio tranſmiſit Cyrenem, ex hac diſcedens ſectatus eſt familiarem triremẽ, ac familiarium virorum ſumptum, quod eſſet Olympionices, ideſt victor certaminis ad Olympia, & omnium illic Græcorum ſpecioſiſſimus. Ob quam corporis ſpeciẽ ab Ægeſtanis ea, quæ nemo alius reportauit. Nam ſepulturæ eius heroico monumento extructo, Aegeſtani hoſtias offerunt. *Fuerunt & Aſtylus, qui & philoſophus fuit Pythagoræ diſcipulus, & Pſeomachus, & Tiſicrates athletæ: de quibus Dionyſius Halicar. commemorauit, qui plures in Olympiacis ludis victorias ſunt aſſequuti.* Quorum Aſtylus, *ait idem lib. 8.* vicit Olymp. trigeſimaſeptima C. Iulio & P. Pinario Ruſo Conſ. Iſomachus autem, *ait idem lib. 5.* vicit bis Olymp. ſexageſimaoctaua, quo tempore Porſenna Romanis bellum intulit, & anno quinto Olymp. lxix. poſt reges exactos. *Tiſicrates itidem bis vicit Olymp. lxxj. conſ. Aulo Sennio & M. Minutio. Et Olymp. lxxij. conſ. Aulo Virginio & Tito Veturio. Aſtylo cum tribus continuis Olympiis viciſſet ſtadio, diaulo, & dolicho poſita eſt ſtatua. Quem perpetua virginitate fuiſſe præditum Plato lib. 8. de leg. tradit. Eſt autem diaulus curſus reciprocus, ideſt duplex obeundi ſcilicet ſpatium, ac mox redeundi ſpacii duorum ſtadiorum longitudine, ideſt ccl. paſſ. Dolichus vero eſt ſpacium duodecim ſtadiorum, ideſt M. D. paſſ. vel vt Suidas, viginti quatuor, ideſt m paſſ. ſij. De Aſtylo Pauſanias in Eliac. ait:* Aſtylus Crotoniata Pythagoræ quidẽ opus, tres continuas victorias Olympiacas ſtadio & diaulo eſt cõſequutus. Quoniã autem in duabus victimis in gratiam Hieronis tyranni ſe Syracuſanũ prædicauit, Crotoniatæ domum eius carcerẽ eſſe conſtituerunt, & ſtatuam eius iuxta Iunonẽ Lacedæmoniã exiſtentem ſuſtulerunt, & bona inſuper publicarũt. *Ergo Siculi dum quæſcimus, Calabros claros viros hunc & Dionem Cicil. vt ſe Siculos dicerent pecuniã ſubornarunt. Fuit & Timaſitheus athleta, quem etate iuuenẽ Milo in Olympia ſuperare non quiuit. Fuit & Ægon athleta robuſtiſſimus, qui & philoſophus Pythagoræ diſcipulus, quem a Milone perſuaſus in Olympiam iuit certaturus. Quem decantauit Theocritus Eidyllio quarto Vbi Corydonem Ægonis bubulcum ſic facit loquentem:*

Interdum quidem ipſam in Aeſaro paſco,
Et mollis graminis bonum faſciculum do:
Aliquando autẽ ſaltat obſcurum circa Larymnã
Et quidẽ in Malimnũ impellitur, atq; partes Phy
Et in Neæthũ, vbi bona omnia naſcuntur, (ſci.
Egipyrus & Cnyza, & odorifera meliteia
Laudo illamque Crotonem, & illũ in orientem
Lacinium, vbi ille pugil
Aegon, qui octuaginta ſolus deuorauit panes.

Hic & taurũ à monte humeris duxit prehendẽs
Vngula, & dedit Amaryllidi. *Eius interpres,* Larymnus, *inquit,* mõs eſt Crotonis nemoroſus: Phyſcus mons ibidem paſcua nimium bobus idonea habens: Malimnus os paludis iuxta Crotonem: Aegon, *ait Ioannes Tzetzes,* in montes currẽs tauros ſuperabat, & vngulas à tauris viuentibus auellebat, quos humeris ſuſtollens amicis puellis, & mulieribus donabat. *Fuit & Milo, ille ſane quã robuſtiſſimus Diotimi filius, Pythagoræ diſcipulus adoleſcens.* Qui, *ait Solinus,* ſupra hominum naturã erat. *Horum vt quidam tradunt, 7 atq; quinq; Proxi tẽporibus. De quo Plinius ait.* Milo Crotoniates tantũ quatrimũ in Olympico certamine ictu hũdæ dextræ o[illegible]it, & humeris ſuſtollẽs ſtadij ſpatio portauit eumq; eodẽ die cõſumpſit. Vnde parœm à orta eſt, bouem in faucibus portat. *Huiuſce rei meminit quoq; Cicero in lib. de ſenectute, & Athenæus lib. 10. quo ſic ait:* Milo Crotoniata minas viginti carniũ comedebat, totidemque panũ, bibebatq; tres choas vini, velut Theodorus Hieropolites in libro de certaminibus teſtatur. At in Olympiis quum quadrimum bouem ſuprà humeros aſſumpſiſſet, per ſtadiũque circũ tuliſſet, ac poſtea cecidiſſet, ſolus eodem die totũ comedit. Titormuſque Aetolus cũ eo bouẽ depoſito decertauit, vt narrat Alexander Aetolus. *Scribit Phylarchus in lib. 3. Milonem taurum ediſſe, cui mante arcani ſocius eſſet vocatus, quare hæc in eum ſcripſit Borſeus poeta:*

Talis erat Milo, qui inter certamina Olympi
Quadrimum è terra ſuſtulit ille bouem (eſt
Supra humeros, agnus velut, ingẽs victima capta
Quam leuiter circum perrulit hic ſpacium.
Horror erat certe hos, magis ac mirabile fecit;

Ante sacrum Pisæ vir peregrine locum,
Nõ taurũ tulit in carnẽ, qui haud cõlugis expers
Quem cędens edit solus & ille die.

Huic, *ait Pausanias in Eliac.* sex Olympię palestrę victoriæ fuere. Ex quibus vna inter iuuenes. In Pythijs autem certaminibus sexies inter viros, vna inter iuuenes. *Profectus est & sexto in Olympia luctaturus. Sed Timasitheum ciuem suum Crotoniatam ætate iuuenem superare non valuit: quin neque prope eum accedere. Dicitur autem Milo suam ipsius statuam in Altim tulisse. Est autem Altis locus siue adytus in Olympia circum templum Iouis. De quo Milone Pindarus ode x. & Aristodemus. Aiunt autem ipsum ita malum Punicum continuisse, vt nec cenantibus eripere permitteret, nec malũ ipse premendo collideret. Jn disco præterea ita constitisse, vt omnes irruentes, trudentesq; , ac de disco educere nitentes derideret. Præbebat autem & alia huiusmodi complura ad ostentationem. Alligata etiam fronti chorda aque ac si teniam aut coronam circumposuisset, anhelitum intra labia continebat , & capitis venas ita sanguine replebat, vt præ venarum viribus chordam disrumperet. Dextera quoq; manus quod ab humero ad cubitum lateri admoueat, quod verò a cubito extat in rectum digitorum protendebat, ex quibus pollice sursum versus reflexo, reliquis sibi inuicem per seriem incumbentibus nemo ne maximo quidem conatu minimum digitorum correxisset. Et diuus Basilius in libro de instituenda studiorum ratione:* Milo, *inquit*, in clypeo vncto stabat, nec depelli ab eo vlla vi poterat , sed resistebat non secus ac statua quædam plumbo affixa. *Et Plinius lib. 7.* Crotoniatam Milonem athletam, cum stetisset , nemo vestigio educebat, malum tenenti nemo digitum corrigebat , cucurrisse M. ccxl. stadia ab Athenis Lacedæmonem biduo. *Item Strabo lib. 6.* Fama est columna quandoq; in philosophorum contubernio laborante Milonem subeuntem saluos reddidisse vniuersos, atque seipsum extraxisse. Hic, *ait Plinius lib. 7. itemq; Solinus*, alectorijs gemmis in vẽtriculis gallinaceorum inuentis cristallina specie, magnitudine fabæ in certaminibus vsus inuictus fuit. Atque, *ait Ioannes Tzetzes* , Crotoniatis in bello aduersus Sybaritas præfuit. Qui vt Hercules à Crotoniatis coronatus fuit : nam cum centum millibus Crotoniatarum treceuta Sybaritarum millia trucidauit, *vt Diodorus & Herodotus aiunt. Hunc Crotoniatæ Iunonis sacerdotem instituêre.* Hic, *ait Cicero in libro de senect.* cum senex esset iam, athletasque se in curriculo exercentes videret, aspexisse lacertos suos dicitur, illacrimansque dixit: at hi quidem iam mortui sunt: Notans quòd corporis vigorem adimit ætas, animi vis ad extremam vsque durat ætatem. *Item Ouid. Met. 15.*

Fletque Milo senior, cum spectat inanes
Illos, qui fuerant solidarum more ferarum
Herculeis similes fluidos pendere lacertos."

De morte autem eius ita scribit Strabo : Milonem ferunt, cum profundam densamque per syluam iter faceret, longè à tramite deuiasse , truncum deinde ingentem adactis cuneis inuenientẽ, inuictis manibus pariter ac pedibus in scissurã eius hiantem, vt penitus discinderet, esse conatum: tantum autem solummodo valuisse, vt exilirent cunei, ligni vero partibus statim in se coeuntibus derelictum in eius generis laqueo à feris deuoratum fuisse. *Id etiam Ouid. in Ibin, & Cicero & Valer. Max. commemorant. Eius statua ænea Ephoris erat , vt Philostratus lib. 4. prodit, vbi sic ait:* Ephoris Milonis ænea statua erat hoc modo. Erat Milo super discum positus, simulque vinctis pedibus inniti videtur. Sinistra autem malum punicum tenet , dextræ vero manus digiti recti & rigentibus similes apparent, caput vitta redimitum. *Fuit & Phormio dux rei militaris peritus : de quo Suidas ait:* Phormio , de quo & Theopompus in Philippicis mentionem facit. Fuit autem Crotoniata , & in Sagræ pugna vulneratus est. Cum autem vulnus curatu difficile esset, oraculũ accepit, vt Lacedæmonem adiret, eum fore illi medicum, qui primus ad cœnam se vocarit. Vbi igitur Spartam venit, cum è vehiculo descendisset, ad cœnam à iuuene inuitatus est. Atque inter cœnandum , ad quid venerat interrogatus, oraculum exposuit. Quod cum ille audisset, ab hasta abradens vulneri imposuit, vtque è cœna discesserunt , cum sibi videretur ad currum ascendere ad ianuam suæ ipsius domus apud Crotonẽ deprehenditur. Verum & diuina hospitalia munera ipsum agentem vocauerunt. Iouis filij Battũ, qui apud Cirenem erat ac surrexit balsami virgam habens. *Prouerbium autem est, Phormionis thori, de stratis sordidis ac frugalibus. Hic n. Phormio bonus fuit militiæ dux , & in instruendis militiæ ordinibus videtur fuisse perquam laboriosus. Scribitur autem Phormio duabus nauali bus pugnis Lacedæmonios vicisse. Fuit & Leonymus Crotoniata, qui Crotoniatarum exercitus ad Sagram dux fuit. De quo Pausanias in Laconicis ait :* In Euxino ad Istri ostia insula est nomine Leuca viginti stadiorum ambitu, syluis densa, ferisque, ac cicuribus animantibus referta Achilli consecrata, in qua eius templum est, ac simulachrum. Ad hanc dicitur, primũ nauigasse Leonymum Crotoniatam. Nam bello à Crotoniatis contra Locros aduersus Locros, Locrensibusque ob familiaritatem, quam cum Opuntijs habebant, Aiacem Oileum in prælio inuocantib. Leonymus Crotoniatarũ dux ab hostibus vulneratus fuit in pectore, ob quod grauiter laborabat. Oraculum autem prędixit, quòd ibi ab Aiace vulnus curaretur. Itaque cum sanatus ex insula rediisset, videbatur Achillem, & Oilei ac Telamonis Aiacem, cũ ijs Patroclum, atque Antilochum: Helenam præterea cum Achille habitare asserebat , sibique mandasse, vt Himerã profectus Stesichoro nunciaret ex Helenes ira ipsum oculorum morbo laborare. Stesichoro

fichorus hac de causa palinodiã composuit. *Est Croto sedes episcopalis vetustissima, vtpote diui Dionysii Areopagitæ discipula. Constans famæ est apud Crotoniatas, ab vsq; Dionysii tempore posteris per manus tradita, Dionysium ipsum Romã petentem Crotonem diuertisse, & Crotoniatas ad Christi fidẽ conuertisse. Quocirca Crotoniatæ in signo ciuitatis Dionysii effigie vtuntur. Ioannes Episcopus Crotoniensis interfuit synodo Romanæ sub Virgilio Papa. Et Petrus Episcopus Crotoniensis interfuit synodo Constantinopolitanæ sexta sub Agathone Papa. Et Theotimus Episcopus Crotoniensis interfuit synodo Nicenæ secundæ sub Adriano Papa. Celebratur Croto ne quotoquoq; an no nobile emporium. De aeris autem salubritate, ac cœli clementia tam dictum est. Solum hoc quoque felix est & amœnum, & amplum, non vastis rupibus, non stagnis impeditum, sed aut campestre est, aut amœnis collibus distinctum. Cerealiũ inaudita fœcũditas ac bonitas. Arua insuper locane herbida sunt & pascua armentorũ gregumq; pabulis accõmodata, cingitur & vrbs viuis ac perspicuis fontib. & hortis irriguis. In molendis frugib. pistrinis vtuntur. Fit hic similago triticea ac globuli probatissimi, ac figlina opera non vulgaria. Fiũt & vina clara. Nascitur in Crotoniato agro rubrica fabrilis, & capparis laudatissimi. Fit sesama & gossipium. Oritur & herba, quæ mastecẽ fundit, de qua alibi diximus. In ede cœnobitarum diui Francisci beati Pyrrhi corpus quiescit. Secundũ vrbem Æsarus fluuius labitur, qui olim per medium vrbem, vt ostendi, fluebat. Quem Dionysius Apher vocat amœnum. Et eiusdem nominis portus, ait Strabo lib. 6. Inter Crotonem & Sybarenam Leoni vrbis vestigia visuntur. Extat adhuc Episcopalis sedes. A Crotone m.p. sex. Neathus fluuius nauigabilis labitur. De quo Strabo lib. 6 sic scribit:* Æsarus fluuius & portus, & fluuius alter Neæthus nomine, quorũ cognomina casu prouenisse dicitur. Nam in Achiuorum errore quosdã ab Iliaca classe applicuisse, & ad locorum explorationem egressos, Troianas mulieres nauigationis comites tã longi pertæsas pelagi cursus naues incendisse, quas vitiis desertas esse nouerant, qua ex causa illi mãsisse coacti sunt. Præsertim cum terrarum virtutem cernerent, è vestigioque plurimos alios aduentantes, & pro sanguinis necessitudine ipsos inuitãtes, multas habitandi effecisse sedes, è quibus plures Troianorum similem appellationem assecuti sunt: Neæthum q; etiam ex malorũ euẽtu vocabulũ vendicauit. *Et Lycophrõ in Alexãdra*

Et Neæthus vbi fluit ad mare
Interficient autem illum Auxones, Pellenij.

Super quibus verbis Isacius eius interpres ait: Secundum Apollodorum & alios Laomedontis filias, Priami sorores Aethyllã, Astyochen & Medesicasten, postquam illuc in Italiam cũ reliquis captiuis peruenissent, vitantes Græcorum seruitutẽ suasisse alijs, vt naues Græcorum viris vacuas, cum in terram descendissent, comburerẽt. Vnde fluuius Neæthus dictus est, à naus, *id est* naue, & Aetho ardeo, & mulieres illæ nauprestites dictæ sunt. At Græci, qui cum illis erant, exustis nauib. ibi habitarunt. *Plutarchus vero scribit fuisse captiuam Romam nomine reliquus consulentem vt exurerent Græcorum naues: Lycophron autẽ Setæam fuisse aut auxilium ferentem Lydis, sociamq;, vt dixi, Rhodiis. Quæ mulieres hoc deliquio panida viros osculis & amplexibus placauerunt, vt Plutarchus in problematib. auctor est. Hinc mos remansit, vt mulieres propinquos & affines osculo exciperent. Combustæ sunt & aliæ Græcorum naues a Troianis mulieribus captiuis circa Sybarim & Crathim Calabriæ amnes, vt ibi ex Lycophrone dicemus. Hoc flumen Naso Salentinũ appellat. Post Neæthum m.p. sex. Strongilis ciuitas est. Sedes Episcopalis edito loco, rupibus vndequaq; fere septa: abest a freto m.p. tribus, a Seuerena totidem, a Crotone totidem. Macalla siue Macella olim dicta, ab emolliendo, aut Stephanus, quod ibi emollitus sit Philoctetes: gentile nomen Macellenus. Est quidem vetustissima ab Ausonijs, aut certe ab Oenotrijs condita. Huius vrbis meminit Lycophro in Alex vbi ait:*

Et rursus in Macalla templum incolæ magnum
Super tumulum extruentes, grauem Deum
Libationibus honorabunt, & sacrificijs boum.

Super quibus verbis Isacius ait: Macalla vrbs est Italiæ, vbi sepulchrum est, & templum Philoctetis ab incolis conditum eiq; dicatum, cui boum sacrificia immolant, vti si Deus immortalis esset. *Inde, vt apud quendam scriptorem legi, dicta fuit Theropolis, quæ persecutionis rabie passa est a Maurus, Cretensibus, & Carthaginensibus. Aquarum scaturigin. affluus, circum a vrbem fontes plurimos scatẽt. Fit hic similago triticea laudatissima. Ager hic optimi frumenti & aliarum frugũ ferax est, & armentorũ, pecorumq; pabulis accomodatus. Fit gossipium, & sesama, nascũtur capparis, & fœniculi marini: sunt & testudines terrestres: Fiunt aucupia turturũ, turdorũ, palumborum, & aliarum parvarum alitum. In molendis frugibus vtuntur pistrinis & molendinis vento agitatis. Hic lapis est Latinis literis sculptus, aliunde huc delatus. In quo capita sunt duo testamenti cuiusdam, quo testator vineam collegio Augustali vrbis Petelinæ legat. Hinc quidam Strongilem Petelinã fuisse opinati sunt. Sed longe decipiuntur: nam Petelinam alibi esse ostendimus. Parte laeua m.p. tribus Melissa vetustum oppidum est, edito loco ab ape dictum, aut fortasse a Melisso Cretẽsium rege, aut Melissei Cretæ populis conditum: ciuis Melisseus & Melissius. Cuius meminit Ouid. lib. 15. vt dudum ostendimus. Distat a mari m.p. septem. Ager hic fertilis est. Sunt aquæ sulphureæ. Fit Xylon, & sesama prouenit suniperus. Supra Strongilim parte dextra m.p. quatuor Casonum castellũ est. Abest a freto m.p. septem. In hoc agro Alabastrites nascitur. Et gypsum è terra foditur. Est & sulfur, & iuxta Cinga vicus est, vbi fontes sunt salsam aquam manãtes. Intus est Cacurinũ oppidum edito loco, in radicib. Silæ iylua situ, distat a Crotone m.p. duodeuiginti, a Polycastro, deest, a Petelia octo. Hic sal fossile nascitur. Extãt & sulfureæ aquæ:*

Fit olei copia. Prouenit rheponticum. Ex hoc oppido fuit Franciscus Simoneta vtroq; iure peritus, vir medius fidius prudens, & apud Franciscum Sfortiã Mediolanensium principe magnæ auctoritatis, atq; Mediolani prætorem egit. Ioannes eius frater magni ingenij vir bonarum literarũ peritus, apud eundem principem magnæ extimationis. Ingens opus vnius & triginta librorum Francisci Sfortiæ gesta continens edidit. Viget etiamnum Mediolani Simonetarũ familia ex qua fuit Iacobus Simoneta vtroq; iure doctus, & diuinis literis eruditus. Ob quas virtutes à Paulo tertio Rom. Pont. Cardinalium numero fuit adscriptus. A Cacurio m.p quatuor est diui Ioannis a florẽ cognomine ædes Cisterciẽsium monasterium, a Ioanne Ioachimo Abbate constructum, in quo multorũ sanctorum frusta asseruantur. Post Cacurium Lesa fluuius labitur. Inde Cerenthia siue Gerentium est, quasi mellificium, Pumentum olim dictum ab Oenotriis, siue vt Strabo fert, à Philoctete edito loco super saxũ conditũ. Validum propugnaculũ vndiq; ingentib saxeis rupibus cinctũ. Aer hic saluberrimus est. Distat à Cacurio m.p quatuor, a mari quatuor & viginti. Fuit sedes Episcopalis, cuius meminit Ioannes Ioachimus Abbas, licet pro Gerentinus, ma syllaba interposita Germaentinus deprauatè legatur. Huius vrbis Episcopus fuit Bernardus Abbas socius siue discipulus Ioannis Ioachimi sancta vita vir. Hic vina, olea & mella clara fiunt. Oliuæ ad Amygdalarum magnitudinem crassæ, & carnosæ condituræ in cadis optimæ sunt esu. Aer hic fertilis est. Fit similago triticea optima. Extant sulfureæ aquæ multis locis. Fit sulfur, nascitur sal fossile, & alabastrites, siue lapis alabastrita similis: & lapis, ex quo fit alumen, quo oppidani ob inscitiam in fabricandis ædib. vtuntur. Prouenit cappares, siliqua siluestris, & glycirrhiza affatim. Fiunt & olera pulchra. Non lõge sunt Spinellum & Bellui derium pagi. A Gerentia m.p. sex Vertinæ oppidũ existit ab Oenotriis siue vt Strabonis placet, à Philoctete cõditum, abest a mari m.p. vndeuiginti. Hic caseus probatissimus fit, & mel optimũ. In hoc agro alabastrites albus & niger nascitur, item sulfur, & alumen, & rubrica fabrilis, & chalcanthum, & sal fossile, & lapis siue terra Samia gilua & alba, qua aurum & gemmæ expoliuntur, tripolim vocant aurifices: nascitur & ferrũ, & argentum, item lapis albus argenti materia, vt quidam volunt. Proueniunt rheponticũ, eupatorium, meum, eufragia, centaureum maius, & alia nobiles herbæ. Nascitur & rhus arbor, item atrolices arbor, & cardus qui masticen egerit. Extant & syluæ glandiferæ omnigenæ & tedæ. Fiunt venationes aprorum, caprearũ & aliorum syluestriũ animalium. Sunt & testudines: fiunt & aucupia multarum auium. Inde est Bryttacia, nunc Briaticum ciuitas sedes Episcopalis, ex Paterno vrbe, de qua mox. hæc translata, cuius meminit Ioannes Ioachimus Abbas, & h Antiblacensis deprauate legatur. Situ est oppidũ in vertice montis saxei, ab Oenotriis conditum, vt ait Stephanus. Abest a Vertinis m.p quatuor, à freto tredecim. Coniciendum est Pumentum, Cacuriũ, Vertinas, & alia huius regionis oppida ab Oenotriis condita, à quib. & Seuerena & Bryttacia, sed à Philoctete postea habitata. In ede Episcopali vestis Christi, & beatæ Mariæ Virginis, & sanctorum Gregorij Papæ, Cataldi, Laurentii, Donati, Stephani, Georgii, & Petroville frusta asseruantur. In hoc agro legitur mãna, fit gossipium, & sesama. Prouenit terebinthus, & cappares. Nascitur alabastrites, & gypsum marmerosum, & lapis molaris. Extant & sylua glandifera. Fiunt venationes, quales Vertinis. Ad mare redieus Alecium promontorium reperies cum statione, Crimissa olim dictum, distat a Crotone m.p. quatuor & viginti. In quo laurorum & iuniperorum sponte nascentium copia est. Et iuxta Crotonem versus Lipuda fluuius cadit in mare, Aretan quondã ad Ætus, Crotoniatæ regionis, ait etymologicus, ab Areta vxore Alcinoi, cuius sepulchrum erat. Super promontorium hoc Cirũ siue Cirrha ciuitas edito loco. Abest à Strõgili m.p octo, à mari quatuor. Crimissa olim dicta à promontorio: ab Oenotriis condita, cuius meminit Stephanus qui ait: Crimissa vrbs & eiusdẽ nominis promontorium, & amnis, quam habitauit Philoctetes. Strabo eam Philoctetem condidisse refert. De hac Lycophron in Alex. de Philoctete loquẽs sic scribit:

Illum vero & Aesari fluenta, & parua ciuitas
Oenotriæ terræ, & Cenchrinæ punctum,
Crimissa torris recipiet interfectorem.

Super quibus verbis Isacius ait: Philoctetem Alexandri interfectorẽ fluenta Æsaris fluminis Crotonis, & Crimissa ciuitas parua Oenotriæ & Italicæ terræ recipient. Philoctetes bellũ inferens Campanis prope Crotonẽ & Thoryngium Crimissã habitauit, & cessans ab obertatione Haleo Apollini templũ erexit, cui etiam arcum obtulit vt scribit Orion, hoc modo Philoctetes sublatus est. Ab ea Crimisseus. Et Aristoteles in libro de mirabilibus: Apud Sybaritas aiunt Philoctetem coli, qui ex Troia profugus inhabitauit, quæ vocatur mollia Crotoniatis, atq; Herculis arcus in Apollinis Halei templo consecrauit, quos per vim à Crotoniatis in Apollonium translatos ferunt. Aiunt ijs locis mortuum esse auxilia ferentẽ Rhodijs qui cum Tlepolemo ad ea loca delati contra incolas depugnarunt. Inde vrbs hæc Crimissa dicta fuit Paternum, cuius meminit Antoninus Pius in itinerario, quam a Rossano m.p. duodetriginta distare dicit. Nunc, vt dixi, Cirum dicitur. Fuit sedes Episcopalis, quæ post vastationem regionis à Pœnis, Cretensibus & Mauris in Bryaticum translata est. Abundantius Episcopus Paternensis interfuit synodo Constãtinopolitanæ sextæ sub Agathone Papa, qui vna cum Ioanne Archiepiscopo Rhegino, & Ioanne Episcopo Portuensi gessere vicem Papæ. Hic similago triticea optima fit. Exuberat vrbs hæc aquis recentibus. Fiunt vina, olea, & mella clara. Nascuntur cappares, & tubera, & fœnicula marina, prouenit terebinthus legitur manna. Nascitur & rubrica fabrilis, & flex. Ager insuper hic frugifer est. Extant & hor-

tinæ

Digitized by Google

ti nemoresi limonũ citrii, & malis aureis arboribus in- A
structi. Fiunt & a b. rum fructus optimi. Non longe a
freto locus quibusdam vna matura dure scunt, at præ-
cipui saporis sunt. In hortis Episcopalis adis arbor est,
quam Plinius lib. 12. in Bastris esse scribit. Quæ est in-
quit terebinthoi similis, pomo amygdalis, minor tamẽ
magnitudine, præcipua suauitatis. aliqui terebinthũ
esse propry genus potius, quam similem existimarũt.
fiunt in hoc agro aucupia palumborum, turturum,
turdorum, ficedularum, & aliarum paruarum aluũ.
Post Cyrum Fiumsca fluuius labitur, Cremissa & ipse B
vt estendi, olim dictus. Inde est Cruculum castellũ, fi-
ne Charocalum. q. charum bonum significat. Dista a
Cyro m. p. quatuor à mari totidem. Hic rubrica fa-
bilis nascitur, & cos aquaria, legitur manna. Non
procul est Scala castellum alterum cum oleo & melle
optimo, fit gossipium, & sesama. Est & Marcellus vi-
cus. In hac ora passim cardus prouenit, qui mastices
fundit. Inde lacanetũ fluuius labitur. Ad mare Cha-
riatũ ciuitas est sedes Episcopalis mari ablutur. Me-
necrates Episcopus Chariatensis interfuit concilio Ro- C
mano primo sub Symmacho Papa. Hoc mare pisco-
sum est, pisces laudatissimi capiuntur. in Chariatensi
agro fit Xylon & sesama. nascuntur fœniculi marini,
nascitur lapis molaris frumentarius, & olearius. A-
ger hic herbidus est pabulo egregie accomodatus, fiũt
& perpulchra aucupia coturnicũ, turturũ, palumbo-
rum, turdorũ, sturnorũ & aliarũ paruarũ auiũ. Hæc
vrbs cremata fuit à Turcis eodẽ anno, quo & Rhegiũ.
Post vrbẽ Leos & Valgius amnes labuntur. Supra est D
Campana oppidum Caiaserna olim dictum, ab Oeno-
trio, siue, vt Strabo vult, a Philoctete conditum. Di-
stat a Charsano m. p. undecim à Bryatico sex. In huius.
oppidi templo sanctorum Stephani Prot. Fabiani,
Martini, Xisti, & Precopis frusta asseruantur. Hic
vinum, olea, & mella clara fiunt. Nascitur cos aquaria,
& silex, & rubrica fabilis, & chalcanthum, & lapis
molaris, legitur manna. Prouenit rhenponticum, &
cardus masticen fundens. Fit pix, nascuntur teda ar-
bores. Sunt & glandifera arbores, & castaneta ad
porcos alendos opportuna. Est & ager hic herbidus E
pascuusq;. A Campana ad quartum lapidem Bochi-
lerium oppidum est inter Santocruciũ & Laurentiã
amnes, abest a mari m. p. duodecim. In hoc agro cos a-
quaria probatissima nascitur, & silex, & lapis mola-
ris, & lapis phrygius, & gagates lapis optimus. Proue-
nit terebinthus, anisium siluestre, dictãnum, centau-
reum maius, & sagapenium. Nascuntur vbertim pi-
nastri & alaterni. Extant & castaneta, & sylua glan-
difera porcis alendis commoda: fiunt venationes, qua-
les Vertinis, & aucupia externarum, palumborũ, me- F
rularum, turdorum, perdicum, & aliarum paruarũ
auium. Postea est Paula oppidum, distat à mari m. p.
octo. Ager hic fertilis est, fit & mel optimum, fit &
gossipium & sesama. Exciditur cos aquaria laudatis-
sima, prouenit & cardus masticen fundens. Inde est
Calopiciatum castellum cum linis optimis, & ornamẽ
tum & cultum notat. Quod Simarelum fluuiũ præter-
fluit. Hic gossipium & sesama fiunt. Nascuntur cap-
pares, & fœniculum marinum. Subinde Chrysia vas-
tellum est cum oleis copia. Abest a mari m. p. 2. in hoc agro na-
scuntur cappares, & siliqua siluestris. In littore fontes
frequentes sunt dulce manantes aquã. Post Chrysiam
Trientum flumen nauigabile labitur, Hylias olim dic-
tum, Crotoniatarum agrum a Thuriorum olim dis-
pescos, vt in Thucydide liquet. Qui lib. 7. ita scribit:
Demosthenes & Eurymedõ Athenienſium classis exer-
citus duces post aquã Thuriniad sonetatẽ militia
se expedierunt, iubent classem in oram Crotoniatam tẽ-
dere, ipsi vero recensitum exercitum per agrum Thu-
riorum ad Sybaris fluuiũ ducunt. Qui cum ad amnẽ
Hyliam peruenissent, præmisissentq; Crotoniatæ, qui
dicerent nolle se per suam terrã meare exercitum, de-
scenderunt ad mare, & vbi Hylias ad illud excurrit
castra habuerunt, vbi naues eis ea ibi præsto fuerunt.
Quibus postera die conscensis abiere subinde adeun-
do ciuitates præterquam Locrensium, donec ad Leu-
copetrã peruenere agri Rhegini. Itaq; post Ausonio-
rum, Oenotrorum, & Italorum reges qui vniuersæ
regioni dominati sunt, post Philoctete, qui quotare-
gionis parti imperauit, & si qui alij eiusmodi in ea re-
gnarunt, quatuor respublica in Calabria fuere, quæ
totis regionis dominabantur, Rhegina, Locrensis, Cro-
toniata, & Sybarita. Sibari vero a Crotoniatis solo a-
quata eius respublica Thurina successit. Cum vero
postea Bretij potentia pollere cœperunt, complura ea-
rum rerumpublicarum oppida subegerunt, ac ibi
suã remp. & ipsi constituerunt, adeo humana res for-
tuna temeritati & incostãtiæ subiecta, volubiles sunt.

LIBER QVINTVS.

POst Trientum ideſt Hyliam flumen Thurina regio olim incipiebat. primũ oppidum Calonitum est, distat à Chrysia m. p. quinq;, a mari septem. Hic vinum & olea optima fiũt, nascitur chalcanthũ, & gypsum alabastrite simile, siue, vt quibusdam placet, alumen scissile est. Laudãtur & mala Punica apyrana, quorũ acana ad strobilorũ magnitudinem sunt. Prouenit terebinthus, & siliqua syluestris, & vitex. Prope oppidũ Lauretum flumẽ excurrit. Inde est Longoburgũ oppidũ iuxta Sulam syluam. Hic argentifodinæ sunt, & iã nunc argentum conflatur in massam. Glandifera arbores & hic & alibi passim ferunt agaricum, nascitur mannæ. Ex hoc oppido fuit Brunus medicus chirurgus non contemnendus. Patauii medicinæ operã nauauit. Scripsit in chirurgia libros duos, qui extãt, ac magno in precio habẽtur. Floruit a Christo nato ãno M. cclij. Non lõge est Crotalarum castrum. Hic etiã gypsum alabastritæ simile, siue alumen scissile, & chalcanthum, & alumẽ na-

stuntur. Proueniunt & terebinthus, vitex, oleander, filiqua syluestris, crocus syluestris. Laudantur & mala punica apyrena, qualia nascuntur Calousti. Ex hoc oppido fuit beatus Bernardinus diui Francisci Paulutani socius sancta vita vir. Post oppidum Calonatum, & inde Celanũ flumina decurrunt. Inde Rossanum est ciuitas vetusta, ab Oenotrijs, vt quantum auguror condita, validum propugnaculum, egregie natura, inde manu munitum, super saxum, atq; undequaq; saxeis rupibus septum, & aquarum scaturiginibus exuberans, quod ad loci firmitatem plurimũ confert. Aer quoq; hic salubris viget: distat a freto m. p. tribus. Cum enim Oenotrij, vt ostendi, in condendis vrbibus loca tuta ac propugnacula firma deligerent, & mortuo Peucentio Oenotri fratre, vtrang; Calabriæ oram tennerint, vrbesq; in ea complures parvas ac crebras condiderint, censendum est hunc tam aptũ vrbi locum neutiquam preterisse. Præsertim etiam quod haud procul hinc Bryxtacium, & Cosam construxerint. Hanc postea Rhodij coloniam deduxerũt, vt Ioannes Ioachimus Abbas scribit in Esaiam. Postea eam coloniam deduxere Romani. Quanquam Procopius lib. 3. de bello Gothico eam à Romanis conditam velit, ait enim: iuxta Lambulam vallem, angustumque aditum ad littus, Russia est promontorium Thurĩorum. Supra id m.p. septem cum dimidio præsidium validissimum constituere Romani. Quod vtique Ioannes antehac cœperat, & quamoptimè communierat. Id oppidum Totilas cœpit, deficiente commeatu militibus præsidiarijs Belisarij, auxilioque eis non adueniente. *Idem Agathias libro 4. de eodem bello asserit. Est sedes Archiepiscopalis. Valerianus Episcopus Rossanensis interfuit Synodo Constantinopolitanæ sextæ sub Agathone. Ecclesia hac abhinc non multos annos Latina facta est: ante n. Græcam linguam ritumq; seruabat. De hac vrbe beatus Bartholomæus in vita beati Nili sic scribit:* Cum omnis finitima regio ab Agarenis beati Nili tempestate vastata esset, eorumq; prædæ exposita, solum Rossanũ ab ea vastitate immune fuit. Idque haudquaquã humana ope, sed Deiparæ, quæ locum illum imprimis tutaretur, auxilio factum est. Siquidem cũ sæpe Agareni noctu irruissent, arcemque expugnare tentassent, simulatque ad mœnia accessissent scalis admotis, fama est è superiore loco mulieri simile purpura indutam illis apparuisse facem manibus gestantem, atque illos propellentem, è muroque deturbantem: idque verum esse testabantur, qui ex illis aufugerant. Tempore beati Nili, *ait idem beatus Bartholomæus*, Rossanum magnis terræmotibus quatitur, multis imbribus noctu ac die ingruentibus. Vnde complures domus atque ecclesiæ deiectæ sunt. Populo autem ad sanctum pacis templum ingresso terræmotus imbresque cessauere. Nullus autem homo, neq; iumentum aliquod perijt. *In ade Episcopali diui Christophori armus asseruatur. Hic vina laudatissima nascuntur. Fit optimi olei copia. Olina ad amygdalarum magnitudinem crassa & carnosa conduta in cadis optima sunt esu. Fiunt fictilia nobilia. Nascitur gypsum marmorosum, nascuntur capparis, vitex, oleander, crocus syluestris, & terebinthus. Proueniũt etiam, vt ab herbario accepi, dictamnum Cretense, anenides, centaureum maius, & alia nobiles herbæ. Sunt in hoc agropago Scrufudonium, & Palludum cum vinis optimis, vbi alabastrites & sal fossile nascuntur, & eos aquaria probatissima. Item rhewponticũ, & sagapenum. Fiunt externarum, palumborum, & sturnorum aucupia. Ad mare Rossia promontorium est, Athenæum a Dionysio Halicarnasseo dictum, & Portus Veneris statio astiua: vbi Æneas plures Troianos exposuit, atq; reliquit. Qui per ea loca habitandi sedes posuerunt. Non longe ab vrbe est beata Mariæ Patirio cognomine templum diui Basilij monachorum cœnobiũ. Ex hac vrbe fuit beatus Nilus monachus diui Basilij, & Abbas, vir nimirũ magna sanctitate & doctrina. Qui cum fulgentissimũ fidus in ecclesia Dei emicuit. Hic, vt beatus Bartholomæus eius ciuis ac discipulus, qui totam illius vitam exarauit, scribit, ex nobilibus parentib. est ortus. Qui iam puer, cum illi migrassent è vita, a sorore educatus fuit. Hic ab ineunte ætate bonam indolem, atq; excellens ingeniũ præ se ferens, oẽs coætaneos suos prudentia superabat, præceptoresq; suos tanta prudentia percontabatur, vt eos in sui admirationem adduceret: vnde puero tantum ingenij acumen. Antonij, Hilarionis, Sabæ, Arsenij, aliorumq; sanctorum patrum vitas vsquequaq; pra manibus habebat. Inde vero iã exoletus dæmonis opera cum virgine quadam concubuit, filiamq; ex ea suscepit. Cæterum deinde resipiscens, ac se perpetrati deliqui pœnitens mundi oblectamenta ac diuitias deserere statuit. Atq; magnam pecuniæ summam à debitoribus exigens, vineamq; se ex ea empturum simulans, pauperibus erogauit, ac reliqua bona sua omnia egenis impertiens ad cœnobium beati Mercurii ordinis sancti Basilii secessit monachalem habitum suscepturus. In quo tum pleriq; sancti viri degebant, atq; inter cæteros, erant diuini illi viri Phantinus, Zacharias, & Lucas de quibus alibi diximus. Haud procul aliud monasterium erat, cui præerat diuus ille Ioãnes, de quo alibi diximus. Quibus visis ingẽti lætitia est affectus. Verũ quia humani generis perpetuus hostis ei in huiusmodi opere impedimẽto esse studebat, ab illius regionis præside litera allatæ sunt his, q monasterio præerãt, quib. interdicebatur ipsis ne illũ monachalẽ habitum induerẽt, q si cõtempsissent manus eorũ præciderentur. Quare timore perterriti ad sancti Nazarii monasterium illum miserunt. Ibi sanctum habitum summa religione nondũ tricesimum annum agens suscepit. In quo monasterio xl. dies cõmoratus, neq; panem, neq; vinum, nec denũ coctum quid gustauit, sed arborum fructibus atque oleribus contentus erat. Sic bonus ac strenuus Christi miles & athleta a delicata seculari vita repente ad austeram viuendi formam transiit. Ibi cuidã regulo tyrãno, qui se decem annos victurum prædicabat, decem duntaxat dies vitæ ũ prædixit. Id quod ẽ fuit:*

decimo

decimo vnius die infeliciter a ciuibus interemptus est. Quadragesima igitur diebus exactis ad monasterium Mercurij, vt beatos illos viros viseret, redit. Quo cum mutua atq; inseparabilis amicitia ac benevolentia fruebatur. Erat per id tempus Calabria altera Ægyptus sanctorum monachorum parens & nutrix. Cum igitur beatus Nilus hominum consuetudinem declinare statuisset, secessumq; adamasset, solitariam vitam delegit, Ioannem Baptistam emulatus. Itaq; cryptam quampiam incolebat, qua haud procul a monasterio Mercurij, & ab eo monasterio, cui præerat beatus Ioannes, abest. Quæ in sublimi & arduo loco sita, arcum habens Michaeli Archangelo dicatam. Is locus quietis aptissimus erat, ibi vigilijs, psalmodia, orationib. contemplationib. iejunijs, diuinæ scripturæ lectionib. cæterisq; huiusmodi actionibus dieq; noctuq; insistebat, nam somni paululum capiebat. Caput apertum, ac pedes nudos semper gerens, vnica duntaxat tunica, eaq; ex caprarum pilis confecta contentus erat. Zona ei erat funiculus non nisi semel in anno solutus. Atq; vsque adeo pauperatus studiosissimus fuit, vt ne obolum quidem possideret. Atramentarium, quod erat ex cera compactum. In scribendis libris plurimum vacabat. Tempus sic dimidebat, vt ne quidem minimo momento esset otiosus. Nam ab hora matutina ad tertiam vsq; libros scribebat singulis diebus quaternionem conficiens, scribebat enim psalmos: a tertia autem vsq; ad sextam cruci assistebat cum Marra & Ioanne psalterium retinens astrictans, milliesq; genua flectens. A sexta vero vsq; ad nonam sedebat lugens, ac perscrutans legem domini, & sanctorum scripta, inde vespertino hymno dicto paululum spiritum reficiebat deambulans, ac psalmos rectans. Diuinam scripturam, qua erat longe eruditus, fratribus exponebat, Ioannem Chrisostomum, Basilium, Gregorium Nazianzenum, cæterosque Græcos, necnon Latinos doctores in manibus habens. Eius mensa erat lapis magnus ac patina in illo testa fragmentum. Cibus interdum panis solus illi erat, & aqua in mensura, interdum legumina cocta, quandoque vero fructibus tantum contentus erat, & præsertim siliquis, qua vltro nascuntur, vtpote myrteis, & comaris, & huiusmodi pomis. Peruenisti annum vnum mense nono, nullo prorsus liquido obsonio ab eo degustato. Persæpe biduum, quandoque triduum, interdum quinque dies totidemque noctes cibo & potu abstinebat, sanctam quadragesimam ita transegit, vt nil penitus præter remunerationem caperet. Rursus alios sexaginta dies permansit bis duntaxat toto hoc tempore cibum sumens. Ieiunium nunquam soluit: Quid multis opus est verbis? Tot nempe viuendi formas percurrit, quæ a sanctis patribus seruatas fuisse legerat. Lachrymarum vero non guttas, sed prope riuulos emittebat. Contemplationibus adeo vacabat, vt plerunque in extasin raperetur. Libidinum incitamenta crebris exercitationibus, & spinarum aspersione, necnon urticarum fustigatione propellebat. Varias insuper dæmonum pugnas non modo inuisibiles, sed etiam visibles & corporales sustinuit, quas & Dei ope superauit. Quodam die dæmon ipsum in capite clausa percussit, vulnusque infligit, quo diu cruciatus pertulit, a quo diuinitus nocte quam Apostolis Petro & Paulo dicatus dies est insequentis, dum psalmos in ecclesia cum beato Phantino psalleret, curatus est. Rursus alio die a quodam alio vulnere diaboli opera sibi infixo ab Angelo sanatus est. Fuit etiam multorum miraculorum patrator. Quippe qui immundis spiritibus obsessos liberauit, variis morbis affectos curauit. Neque prophetiæ munere caruit: complura enim prænouit, ac cordium abdita aperiebat. Inde Agarenis eam Calabriæ partem, vbi ipse versabatur, vastantibus, id quod iam ipse prædixerat, ecs fugiens ad sanctæ Hadriani tum exiguum oratorium, quod est in agro Besidianensi se recepit. Ibique cum duodecim discipulis diuinæ cultui vacabat. Inter quos erat beatus Proculus. Quantum autem humilitatem sectatus sit, quis pro dignitate disserere suppetit? Sacris vtique initiari nunquam voluit. Mortuo Rossanensi Episcopo vno omnium, & cleri & populi ore, huiusmodi munere dignus iudicatus Episcopus creatus est. At ipse vt rem compertam habuit CHRISTI exemplo aufugit ad interiora deserti, vbi tandiu latuit, quandiu alius est electus. Hominum, nobilium præsertim, ac magnatum congressum consuetudinesque vti venenum ac pestem vitabat. Licet omnibus principibus & imperatori Constantinopoli degenti fama notus esset. Mulierum quoque consuetudines, haud secus ac letiale virus, & aspidem fugiebat. Aiebat enim sæpe Diabolus de me ita dicit, monachus hic tristum est, madefaciam eum aqua, idest mulierum lachrymis, & illum liquefactum adeo, vt de eo quæ quod mihi libuerit efficiam. Nunquam passus est mulieres monasteria aut ecclesias suas ingredi. Complures solis literis ad præsides missis carceribus & suspendiis liberauit. Quodam die dum prostratus quam humiliter CHRISTO cruci affixo assisteret, eramq; liberari a quadam tentatione, ab eoque benedici; CHRISTVS dexteram è clauo extrahens trinam benedictionem illi impertiuit. Inde è Calabria secedens in Campaniam peruenit, & in Cassinensi monasterio aliquot annos commoratus est, ab Abbate & monachis eius monasterij rogatus. Exinde illinc, abiens in monasterio Vallelucion dicto quindecim annos consedit. Postea in agro Gaetano monasterio Serperi nuncupato decem annos cum sexaginta monachis permansit. Cum Philagathus ciuis suus Episcopus Placentinus vir imprimis literis eruditus, diuitiis affluens, crescentio consule Romano auctore, populi ac cleri, ad quos Romani antistitis spectabat electio, consensu in Romanum pontificem, Gregorio quinto a Romana vrbe pulso, crearetur, qui Ioannes XVI. siue, vt alij, XVII. vocatus est: Gregorij ipse inde Ottonis

tertij imperatoris auxilio in sedem reuocato, capitis esset, ab Ottone ipso oculis, lingua & naso mutilatus est, & in carcere detrusus. Quocirca beatus Nilus Romã petijt, vt eũ liberaret. Id audiuntes Pontifex & Imperator ei adportam Asinanã obuiam facti, ipsũ medium ad aedes duxerunt, eius manus summa veneratione exosculantes, rogantesq; vt Roma commorari vellet, spondentes se illi monasterium diuitijs quodcũque vellet. Ipse vero hoc renuens Romã recessit, & ad suum monasterium remeauit. Gregorium autem paulo post miserabiliter obijt. (Priuilegium enim, & ipse & Imperator beato Nilo concesserãt, sed minime stetere promissis) Otto vero tandem resipiscens, de facti pœnitens ad Michaelis Archangeli edẽ, quæ in Garg ano Apuliæ monte extat, religionis gratia concessit. Inde rediens ad beatum Nilum diuertit. Cumq; eminus monasterium cõspicatus esset: Ecce, inquit, tabernacula Israel in eremo, en ciues cœlestis hierarchiæ: hi non vt incolæ, sed vt viatores hic versantur. Beatus vero Nilus cum omnibus cœnobitis ei cum cruce obuiã perrexit, magnaq; humilitate ac pietate Cæsarem veneratus est, vt in cœnobium deduxit. Cũq; plura vna colloquerẽtur, inter cætera, ecce monasteria se magno cum prouentu in quauis sui regni parte ei daturũ obtulit. At beatus Nilus id renuit. Nunquam enim temporalia bona à quoquã accipere voluit. Adiecitq; Cæsar digrediens, pete a me quod tibi est cordi vti a filio tuo, ipse vero libenter ac prompte exhibebã. Beatus vero Nilus tale Cæsari dedit responsum: Nil aliud opus habeo è tuo regno ô Cæsar, nisi tua ipsius anima salutem. Licet tu rex existas, vt quinis tamen alius homo moriturus es, & ad summi regis iudicium te assistere oportebit, & rationẽ bonorum & malorum reddere. Hac audiens Cæsar lachrymatus est, & coronã beati Nili manibus deponens, ab eoq; benedictus recessit. Cumq; Romam esset ingressus orta in populo seditione, ab vrbe fugiens a populo interemptus est. Beatus vero Nilus ex eo monasterio abiens Tusculum se contulit, ibi Deo famulaturus quod reliquũ sibi vitæ superesset. Atq; haud procul ab oppido monasterio, cui Cripta ferrata nomen est, constructo vsq; ad obitum mansit, atq; ibi migrauit ad dominum senio confectus, quintum & nonagesimum annum agens. eius festum agitur sexto Cal. Octobris. Fuit & ex hac Rossanensi vrbe beatus Georgius vir sanctitate cõspicuus, qui sub beato Nilo duce Deo militauit. Hic in seculo nobilis & locuples erat, sanctũ habitũ senex suscepit. Qui adhuc in seculo existens Angelicã visionem vidit, & Angelorum melodiæ concentum sibi audire videbatur. Inde monachus factus humilitatem & obedientiam maximo est amplexus opere. Cum adolescens quidam Bosidianensis Hebræum quampiã peremisset, eoq; fugiente, eius affinis à iudicibus pro Iudæo mortuo Iudæis cruci affigendus traderetur, beatus Nilus ab illius consanguineis huius rei certior factus, literas beato Georgio ad iudices dedit, in quibus hæc scripta erant: vos, qui iudices estis, legẽ seruare debetis, quæ præcipit, vt pro septem Iudæis vnus Christianus moriatur. Auuigitur dent sex alios Iudæos cidendos, aut vinctum Christianum liberate. Quod si legem seruare nolitis, hunc, quem cum his ad vos literis mitto, pro Iudæo mortuo cruci affigite, & vinctũ liberate, vt cum vxore & filijs vitam agere, inq; vitæ necessaria suppeditare possit. Iudices lectis literis, id beato Georgio referunt (nesciebat u. ipse quidnam beatus Nilus scripserat) petuntq; ab eo si id sibi cordi esset. Ipse vero respondit, se paratũ esse omnia, quæ beatus Nilus magister suus scriberet, perficere, adiecitque, si nullus esset, qui crucẽ componere sciat, egomet eam conficere optime scio. Id audientes iudices & vinctum liberarunt, & beatum Georgium sospitẽ ad beatum Nilum remiserunt. Tantumq; profecit, vt licet nunquam literas didicerit, psalmos tamẽ ita canebat, vt omnibus audientibus de se præberet admirationẽ. In Dei via atq; obsequio vehementer profecit, eique placuit in continentia, afflictione, obedientia, humilitate eximia, & propria voluntatis abnegatione, quod martyrium ei est, & nominatur. Obijt in cœnobio diui Hadriani laborum præmia percepturus. In hoc magnopere beatus Nilus Deo gratias egit, certo sciens quod vere probatam frugem atq; acceptabile oblationem, primitias q; ipse obtulit beatũ Georgium. Fuit & ex hac Rossanensi vrbe beatus Stephanus beati Nili & ipse alumnus. Hic agresti atq; humili loco ortus, patre orbatus iam adolescens vigesimum annum agens monastica vitæ amore succensus beatum Nilum cõuenit. Quem beatus Nilus vt domum ad matrem & sororem alendas regrederetur, hortatus est. Cui ille: minime, inquit, redibo: non enim ego, sed Deus illas alit. Quem beatus Nilus simplicẽ videns, secundo anno vbi cryptam illam iuxta monasterium Mercurij incolere cœpit, monachalem habitum induit. Hic tam simplex fuit, vt illum alterum Iacob Patriarcham, aut simplicissimum Paulum diui Antonij Abbatis discipulum iure diceres. Eum beatus Nilus humanitate & mansuetudine admonens solertem & vrbanũ reddere studebat. Triennio autem transacto cum nec bilum proficere cerneret, austeris verbis ac conuiciis cœpit increpare, ne rudis remaneret. Aliquando etiam manu eum perterrefaciebat. Ipse vero æquo hilariq; animo omnia sustinebat, & neq; durissimam exercitationem, neq; assiduas vigilias extimescebat, sed in omnibus beatum Nilum æmulari studebat. Quamobrem Dei ope diabolicarum tentationum expers fuit. Sæpe enim beatus Nilus ipsum percontatus est, quibusnam cogitationibus perturbaretur? respondebat, ne vna quidem, tantum dormito plurimum, & ob id perturbor. Tum beatus Nilus scabellum fecit pedem vnum tantum habens, quod ei impendit dicens. tu quidem duos pedes habes, & scabellum habet vnum: en tres pedes, in eo sedens exercitationem non negligenter operaberis. Hic dicto audiens nulli ibi postea nisi in scabello illo sedebat. Qui sæpe à dormitatione victus in terram cadebat. Eo beatus Nilus veluti nouacula quadam ad inobedientes & intolerabiles exercendos vtebatur. Excessit è vita apud Cryptam Ferratam monasterio, septuagesimum annum agens. Qui licet senex, & ob senium & multas infirmitates nimiũ curatus

retus esset, nunquam tamen à labore cessabat. Et cum A
iam exhalaturi beatus Nilus dixit, Stephane: in statiua sedens unum ligauit, & animo in beatũ Nilũ attendebat, cui beatus Nilus: bendoc inquit fratribus, quoniam deficis. Ille vero manum extendens, fecit quod sibi fuerat imperatum. Et rursus beatus Nilus ait: Quiesce paululum, quoniam nõ amplius vim habes: ille autẽ recumbens obediens fuit, & mortuus est. Quã etiam in morte obedientiæ seruator extitit. Hunc beatus Nilus lugebat dicens: ô bone Stephane, qui mihi adiutor & collaborator fuisti, post tot annos separamur, & vicissim priuamur. Et tu quidẽ vadis ad requiẽ, quã tibi præparasti, ego vero ad pœnã remanco. Tu athleta & martyr es, ego quidẽ tibi carnifex fui. Id dicebat quoniam ad senectutẽ vsq; non destitit eũ affligere, sciens ipsum certatorẽ gloriosum esse. Fuit & ex hac Rossanensi vrbe beata Theodora virgo Deo grata, sanctis virtutibus plena ac prudens, quæ Christianam philosophiam exercebat in loco quodã Arenoso nuncupato. Hæc à pueris monasticam atq; asperã vitam duxit, ac quibusdam aliis sanctis monialibus C
virginib. præerat. Quæ iam exacta ætate beatum Nilum vti filium, à iuuente diligebat. Quã beatus ipse Nilus vicissim vt matrẽ eximia veneratione colebat, eamq; cuidam monasterio beatæ Mariæ dicato, quod Eupraxius Italiæ regius iudex in Rossanensi agro exercerat, præfecit: in quo beatus Nilus plures virgines collocauit, atq; inter cæteras sororẽ & matrem beati Stephani. Fuit & ex hac vrbe beatus Bartholomæus vir sanctitate plenus, beati Nili discipulus, cuius vitã scripsit. Hic nobilibus & piis, atq; diuini amoris stu D
diosissimis parentibus ortus doctis præceptoribus traditus fuit. Erat quidem optimæ indolis, præclarique in genii puer, canam præ se ferens mentem. Quippe qui non ludis, iocisq;, aliisq; eiusmodi rebus, quibus ea ætas irritata plurimum oblectari solet: sed orationi & lectioni operam nauabat. Atq; inter cætera, ieiunium ei præcipuum erat, quod ad finem vsq; nusquam solui. Itaque à puero monasterio circum Rossanam exãBenti à parentibus traditus est. Vbi sic se gessit, vt etiam senes moribus antecelleret. Audita inde beati Ni- E
li fama, qui tum in Serperi monasterio cõmorabatur ad eundem se contulit. Quem beatus Nilus cum fuisset intuitus, eius præclaram indolem contemplatus expansis ad cælum manibus alacriter suscepit, sibi persuasissimũ habens, quod pulcherrimũ sua virtutiũ imitatorem esset relicturus. Proinde vt primũ habitu indutus est, adeo se illius imitatorem præstitit, vt oẽs in admirationem sui concitarit. Quandoquidẽ ieiuniis, vigiliis, orationibus, meditationibus, & diuinorũ eloquiorum auscultationibus iugiter vacabat. Maxima F
item humilitate & obedientia mentem expolibat, & illustrabat, libros pulcherrime scribebat. Hunc beatus Nilus unicè diligebat, eiusq; vita, magis quam aliorum sexaginta, quos secum habebat, lætabatur. Romam, ac Tusculum beatum Nilum sequutus est. Hymnos complures ad deiparæ multorumq; sanctorũ laudes quam docte & eleganter edidit. Mortuo beato Nilo ab omnibus ei in Crypta Ferratæ monasterij regi-

tissimè suffectus est. Quis tamen inuitus iuuentutem efferens hanc prouinciam suscepit, ac beatæ Mariæ templum erexit. Cumq; eius probitatis, ac sanctitatis fama crebresceret, omnes principes & optimates, non modo populi, maxima cum veneratione prosequebatur. Romanus pontifex iuuenis voluptatibus deditus, execrabile quoddam delictum perpetrauit (hunc Benedictum nonum esse arbitror) ac tandem resipiscens, veniamq; perpetrati delicti quæ rens, beatum Bartholomæum sibi intercessorem delegit, quo spera- B
bat fieri posse, vt Deo reconciliaretur. Quamobrem ipsum ad se accersit, eiq; summa cum reuerentia & humilitate delictum aperit, congruentemq; medicinam ab eo petijt. At ille non throni excellentia perterritus, non honoris dignitatem aspexit, non muneris, aut honorum rationem habuit, vt plerique faciunt; sed ad morbum, qui curatu difficilis erat, aspexit. Itaq; congruam illi medicinam adhibens: non licet, inquit, tibi rem sacram facere, sed vaca, vt diuinum numen tibi propitium reddas, quod peccatis aduersum te irritasti. Pontifex illico throno derelicto Pontificatu se abdicauit. Cum ingens caritas fameq; ingruisset, omnia q; ipse pauperibus & peregrinis elargitus esset, nec haberet quod amplius impenderet, nec egenorum calamitatem aspicere posset, à monasterio recessit, Romamq; versus iter faciebat. Cumq; fessus soperi se dedisset, apparuit ei in somnis beatus Gregorius Papa, qui ipsum, quod monasterium destituisset, obiurgauit, hortatusq; est, vt in illud remearet, & spem suam in Dei misericordia poneret, vasculumq; ei dedit, quod admirabilem odorem quendam fragrabat. A somno igitur expergefactus redijt in monasteriũ. Cui Tusculanus quidam tritici modios centum impendit, quod ipse pauperibus erogauit. Eius vitam monachus quidam eius discipulus elucubrauit. eius festum agitur, tertio idus Nou. Extant in Crypta Ferratæ monasterij libri duo Græce scripti, in quorum altero ipsius beati Bartholomæi, in altero beati Nili vita scripta est. Haud dubium est multos alios Calabros viros diuos Basilij monachos per eo tempora sanctitate floruisse, tantis ac talibus ducibus florentibus, vt potè beatis Phantino, Zacharia, Helia, Ioanne, Bartholomæo, aliisq;. Post Rossanum Coleneũ fluuius labitur, inde Lucinus fluuius alter excurrit Rossanensem agrũ à Coriolanensi dirimẽs. Subinde est Coriolanũ oppidũ nobile, ac vetustum, cui eiusdem nominis fluuius adlabitur ab Ausonijs aui ab Oenotrijs, vt opinari liceat, conditũ. Distat à Rossano m. p. octo. à mari tribus. Hic mercatus ãnuus celebratur. Extat & fons nobilis. Coriolanensis ager rerũ omniũ copia exuberat. Nam frumenti & aliarum frugũ, ac fructuũ ferax est. Fiũt vina & olea clara. Fit gossipium & sesama. Nascuntur sapparea, prouenit terebinthus, vitex, siliqua syluestris, & fœniculũ marinum. Extant & pulchra limonum, citrorum, & malorum aureorũ nemora, quorũ fructuum, ingens sit copia. Fiunt & aucupia turdorũ & aliarum paruarum auiũ. Mare insuper hoc admodũ piscosum est. In quo, præter reliquos pisces, palmirum ingens copia capitur, intus est Acra oppidum ab

effectũ:

effectu: acra enim summitatem significat, quod in montis vertice situm sit, cuius meminit Stephanus. Acra, inquit, vrbs Iapygiæ, altera Italiæ. Quod Muconius fluuius præterfluit. In quem si morbidæ oues sese immerserint, curantur. Ab oppido m. p. duobus Corilis fluuius alter decurrit, & vterq; Crathim influit. A cuius vado ad oppidum montis dorsum sensim assurgit arduo ascensu. Fuit hic oleum & vinum nobile, & inter salsamenta laudantur perna. Extant & syluæ glandiferæ porcis alendis opportunæ. Sunt in hoc agro pagi Cosmum, Mathia, & Baccharium. Meridiem versus m. p. octo ab Acra Lucij oppidum est edito loco, Theba olim, vt arbitror, dictum, cuius meminit Plinius, qui Thebas Lucanas interisse Catonis auctoritate ait. Nonn. Theba Lucana dictæ sunt, quod in Lucania vltra Laum & Syrim amnes fuerint; sicut nec Pãdosia, nec Petelia nec Grumentum Lagariæ conterminum Calabriæ vrbes, quæ Lucanorum fuisse dicuntur: sed quod, vt ostendi, Samnites in ea loca colonos, à duce Lucio Lucanos dictos, miserint. Et Plinius cum de Thebis mentionem facit, statim subdit de Pandosia, quam Theopompus Lucanorum vrbem fuisse ait. Telesphorus Consentinus eremita magna sanctitate vir, de quo alibi diximus, scripta quædam Ioannis Ioachimi, & Cyrilli in monasterio existentis apud Thebas se reperisse dicit. Id monasterium in agro Luciorum est beatæ Mariæ dicatum delubrum. In quo Abbas Ioachimus interim commoratus est. Et in eo beatus Lucas Ioachimi discipulus, Abbas fuit, & inde Episcopus Consentinus, item beatus Bernardus Abbas & inde episcopus Gerentinus. In hoc agro prouenit vitex, legitur manna. Nascitur arbor frequens fructus ferens magnitudine mispili, sed oblongos acri sapore, atrolicem vocant accolæ. A Lucijs m. p. quatuor Rosa oppidum est edito loco, nec longe Iansum fluentum labitur, quod Crathi miscetur. Hic chalcanthum nascitur. Post Acram vero septentrionẽ versus m. p. octo, Besidia, Besidianum vulgus appellat, ciuitas vetustissima est, Besicia olim dicta, ab Ausonijs condita, vt ait Stephanus. a Romanis interpositoi, & ciuid mutato Besidia, vt Tempsa Temesa & Meda Medama. Fuere autem Ausonij, vt lib. primo ostendi, Aschenazi pronepotis Noe posteri, qui post diluuium primi Italiam, hoc est Calabriam incoluerunt. Liuius sicut Blandam Blãdæ, & Thurium Thurias sic hanc vrbem Besidiam, bel. Pun. lib. 10. Besidias pluratiuo numero inclinat, quam vna cum alijs quibusdam ad P. Seruiliũ Consulem vltrò in deditionem venisse dicit, ciuis Besidiẽsis & Besidianus. Est sedes episcopalis. In regesto Celestini tertij scriptum est, quod sedes hæc pertinet ad sanctam sedem. Habet vrbs hæc octo colles, in medio autem vrbis mons assurgit, in quo est arx. Affluit & scaturiginibus aquarũ, fiunt & panni frondinei. Parœciales ecclesiæ 15. Est itaq; hæc ciuitas simul vetustate, simulq; dignitatis titulo perinsignis. Primus huius vrbis princeps fuit Lucas Antonij Marcensiũ domini filius, cui successit Hieronymus filius, huic Bernardinus, & ei Petrus Antonius genitor tuus, vir quidẽ & corporis robore, & animi magnitudine, tũ munificentia præpollens. Siquidẽ ingenijs fauebat, bonarũq; literarum studiosos munerib. prosequebatur. De cuius in literatos liberalitate ad vnum exemplum proferre satis esse duco. Cuidam literato viro, vt a Ioanne Antonio Sanseuerino consanguineo tuo accepi, qui nec ei librum dicarat, nec quicquam in eius laudem scripserat, ducentos aureos numos muneri dedit, conuersusq; ad Ioan. ipsum Antonium, huiusmodi, inquit, sunt prosequendi muneribus. Hic figlina nobilia fiunt omnis generis. Fiunt & cultri inter alia ferramenta, non ignobiles. Fit & oleum optimum. fit Xylon & Sesama, legitur manna. Inter hortensia laudantur pepones. Fiunt lina non vulgaria. Est præterea ager hic frugifer. In quo est sancti Hadriani templum diui Basilij monachorum cœnobiũ, vbi beatus Nilus Abbas plures ãnos cũ duodecim sanctis monachis consedit Deo obsequens, inter quos erat beatus Proclus Besidianensis, qui, vt beatus Bartholomæus in vita beati Nili scribit, cunctarum disciplinarum peritissimus fuit, ac magnam sibi bibliothecam comparauerat. Hic priusquam monachus fieret in patria sua existens adhuc iuuenis admodum Dei seruitute sic sese exercebat. Singulis diebus iesunabat ad vesperam vsq; ac lectioni operam dabat, cibis & potibus ad libidinem inflammantib. abstinebat. A vespera vsq; ad matutinum omnes oppidi sui ecclesias lustrabat, psalterium totũ recitans, & ad singulas ecclesiarum portas pœnitentiam agens quacunq; sibi ipsi conscius erat. Hæc omnia clam agebat. Is monasticum studiũ amplexus, & a beato Nilo virtutis perfectionem adeptus adeò continentia & exercitationi sese iniecit, vt cuncta sua membra mortificarit, acerbis agrotationibus restiterit ad extremum spiritum. In hoc monasterio beatus Georgius Rossanensis beati Nili discipulus, de quo duabus diximus, diem clausit extremũ sepulturæque est. Fuit & ex hac vrbe beatus Martinus minoreta, cuius corpus Agelli iacet. Post Besidiã Tarsia oppidũ est Caprasiæ olim Antonino Pio in itinerario, inter Isaurum & Crathim amnes. Est Tarsensis ager fertilis: nascitur vinum nobile, prouenit terebinthus, & siliqua syluestris. Post Tarsiã Seniũ flumen decurrit. Inde Laurentum castrũ est edito eoq; salubri loco situm, quod Sybaris fluuius præterfluit, cuius subitus castrum Isaurus fluuius miscetur. cestrio huic mons imminet, ex quo circũnicina regio conspicitur. Quod castrum pater tuus Barnaba Piscario diui Iacobi ordinis equiti muneri dedit. Nunc ipsum Marcellus eius ex fratre nepos, qui modo tuas in Calabria vices gerit, possidet. Subinde est Thurium oppidum, Terramnouã vulgus appellat, mutatis literis quasi Thurium vrbẽ, in colle oblongo situ, inter Crathim & Sybarim ãnes nauigabiles & pisculentos. propius tamen Crathi, quam Sybari. Sybaris vrbis reliquiæ. Distat a Tarsia m. p. quatuor, a Coriolano octo, a freto totidẽ. Loci situs Diodori descriptioni conuenit. Quia vero Thurium Sybaris vrbis vt dixi, reliquiæ sunt, de ea prius notis dicendum est. postea de Thurio. Fuit Sybaris vetustissima vrbs a Trœzenijs, & a Sagari Asacis Locri filio cõdita, vt

Solino

Solino placet, haud multò post bellum Troianum. Nã Aiax, cuius filius Sagaris hanc vrbem condidisse dicitur, Troiano bello adfuit præsens. Condita autem fuit inter Sybarum & Crathim amnes, vicinior tamẽ Sybari, quam Crathi, à quo nomen accepit. Sybaris autem fluuius à Sybari fonte Achaia dictus est. Strabo enim libro octauo: Sybaris fons in Achaia est, ait, à quo Sybari Italico deriuatum est nomẽ. Vrbemq; ipsam Sybarim ab Isiceo conditam putat. De qua ita scribit: Sybaris fuit condita ab Achiuis Trœzeniis. Huius autem condendæ auctor fuit Isiceus inter duos fluuios Crathidem & Sybaridẽ. Quæ eò excellentia & felicitatis excreuit, vt quaternas rexerit gentes & quinq; ac viginti vrbes suo subdere sit imperio, ac contra Crotoniatas trecentorum hominum millium exercitum duxit. Super Crathide vero domicilia habentes sex millium & CCL. passuum in circuitu. Totã autem hanc felicitatem intra dies septuaginta Crotoniata interceperunt, adeo deliciis & luxuria intemperantes diffluebant. Vrbe enim potis inducto fluuio cuncta demerserunt. Pauci ex ea clade superstites adunati cohabitabant. Quos temporis interuallo Athenienses, aliiq; Græci prorsus extinxerunt. Nam in societatem ciuitatis peruenientes eos, per contemptũ habentes trucidarunt, & vrbẽ alium in locum prope transpositum edificarũt, & eos Thurios, ducto de fonte vocabulo, nuncuparunt. Qui cũ diutius beatam duxissent ætatem, tandẽ in Lucanorum seruitutem tracti sunt. Cumq; illos Tarentini infestarent, ad Romanorũ tutelam confugerunt: qui quidem mittentes præ virorum paucitate accolas mutato nomine ciuitatem Copias appellauere. Proinde quæ antea Lucaniam suo subdiderat imperio, in Lucanorũ postea aliquanto potestatem deuenit: sic fortuna instabilis est & volubilis, vtiq; idem Strabo ait: Sybaritæ Possidoniã ad mare posuerunt. Etrursus: Talaus Lucaniæ vrbs Sybaritarũ colonia fuit. Fuit autem Sybaris à Crotoniatis euersa Milonis vt ostendi, anno Darij Histaspis tẽpore, vt liquet in Herodoto, libro quinto & sexto, qui floruit Olymp. LXV. regnauitq; annis vndetriginta. Fuit igitur eruta circiter Olymp. LXX. Aristoteles Pol. lib. quinto seditionis eius causam scribens ait: Seditiones concitat peregrinitas, donec in eãdem simul cõspirationem deuenerit. Vt enim non ex quauis multitudine constituitur ciuitas: ita etiam neq; in quouis tempore. Quapropter quicunque iam inquilinos susceperunt aduenas, omnes fere seditionibus iactati sunt. Ceu Sibarim vnà cum Trœzeniis incoluerunt Achæi. Postea maiorem in numerum crescentes Achæi Trœzenios pepulerunt. Vnde ortum odium est Sybaritis. Et in Thurios idem fecerunt Sybaritæ contra illos, qui eos receperunt. Nam plus habere volentes quasi de suis agris pulsi sunt. Id etiam scribit Plato libro primo de legibus. Sybari direpta, ait Herodotus libro sexto, vniuersi Milesij, qui plures erant, capita deraserunt, & ingentem luctum adiecerunt. Ex omnibus enim ciuitatibus hæ præcipue mutuo hospitio iungebantur. Pralium autem, ait Plinius libro secundo de Nat. Deor. quo Sybaris delata est, eodem die, quo gestum erat, auditum Olympia fuit. Sybaritæ, ait Athenæus libro duodecimo, primi artes strepitum facientes in vrbe esse non permiserunt, ne illis somnum interrumperent, somnique vndique penitus intumultuosi essent. Quinetiam neque gallum in vrbe nutriri licebat. Mos erat apud eos, Timæus ait, pueros ad adolescentiam vsque, vestes purpureas ferre, & cincinnos auro implexos. Verſabãtur autem apud eos, ait Timæus, ob mollitiem homunciones pusilli, & scopei, quos quidã stilponas appellant, & catelli Milesij, quibus oblectabantur, qui eos in gymnasia sequebantur. Deferebant vestes Milesiis lanis confectas. Erat enim ipsis cum Milesiis amicitia, vt Timæus ait. Gestabant & floridas tunicas preciosis cingulis præcinctæ. Equites Sybaritarum supra quinq; millia, crocea indumenta super thoraces habentes, in deliciis agebant, vnde ortum erat adagium apud Græcos: Sybaritæ per plateas. Diuites cum in agros proficiscebantur, & si vehiculis veherentur, iter tamen vnum diei tribus diebus conficiebant. Erant etiam ipsis cuniculi viarum ducentium in agros. Plurimis autem ipsorum erant cella vinaria iuxta mare, ad quas per felices & cuniculos illos vina ex agris deducebant. Et partim quidem extra regionem vendebant, partim nauigiis in vrbem transuehebant. Celebrabant, frequenter conuiuia publice. Et q̃ qui laute cibos parabãt, honorabantur, similiter & coqui, qui obsoma optimè præparabant. Vnde ortum erat adagium: Sybaritica mensa. Ante potum brassicas edebant, ne eos vinum lederet, neue temulenti fierent. Vtebantur misso ex oleo & garo, quo vtebatur etiam Heliogabalus, ait Lampridius. Quem quo anno Sybarita repererunt, perierunt. Sybaritæ primi inuenerunt matulas & pyela. Erat vrbs in concauo posita, vbi astate mane & vesperi frigus ingens vigebat, Meridiè vero intolerabilis æstus. Existimabant fluuios plurimum ad sanitatem conferre. Vnde dictum est, volentem in Sybari ante fatum minime mori, neque orientem solem, neque occidentem videre oportere. Miserunt ad oraculum legates, quorum vnus fuit Amiris, percontantes quousque felices essent? Pythia respondit:

Felix tu eris honorans genus deorum,
Beneque venerantes primum hominem Deo:
Tunc tibi bellum, & intestina seditio veniet.

Id audientes semper felices fore putarunt, quod nunquam magis homines, quam Deum honoraturi sint. Non longe post accidit vt Sybarita quidam famulum etiam ad sacra fugientem verberaret. confugienti vero tandem ad patris sepulchrum, herus illud veneratus, verberare destitit. Tunc Isamiris Pythia oraculum mox complendũ fore prospiciens insaniam simulans omnia bona sua vendidit, & Peloponnesum profectus est. Vnde proverbium ortum est, Isamiris furit, vt Suidas scribit. Occiderunt quoque & triginta Crotoniatarum oratores. Item soluentes tyrannidem Tely, omnes eos, qui remp. mutare conati sunt etiam ad aras confugientes interfecerunt.

In qua cede versa est dea Statua. Pauimentum sanguinis fontem scaturiit. Primores videre visi sunt deam ingredieneem per medium forum, & bilem vomentem. *Aelianus autem de varia historia libro tertio de Iunonis ira sic scribit:* Cum Sybari citharœdus caneret in certamine, quod in honorem Iunonis erat institutum, inter Sybaritas propter illum orta est seditio. Cumq; mutuo ad arma venirent, citharœdus cum ipsa stola confugit ad aram Iunonis. At illi ne in isto loco quidem manus à citharœdo abstinuerunt. Paulo vero post sanguis videbatur in Iunonis templo scaturire, non secus quã ex perenni fonte. Sybaritæ, cum ad oraculum Delphicum consultum misissent, tale responsum acceperunt:

Cede meis mensis, manibus nã sanguis adhærẽs
Destillansq; recens, prohibet tibi limina templi,
Non tibi fata canam, magnę Iunonis ad aram.
Non immortales hoc dii patientur inultum.
Siquis enim prudens, scelerata è mente profectũ
Committat facinus, grauis hunc prope pœna sequẽtur.
Exorabit, neq; si gẽus ab Ioue sũmo (quetur.
Ducunt, ipse suo collo, collesq; nepotum
Hoc luet, & generi cumulatim dona ferentur.

Aphricanus in libro de re militari de Sybaritarum felicitate, luxu, & ruina inquit: Sybaritæ eo deliciarum deuenêre, vt equos in conuiuia introducerent ita instituros, vt audito tibiæ cantu statim se attollerent arrectos, & pedibus ipsis prioribus vice manuum gestus quosdam chironomiæ motusque ederent ad numerum saltatorios. Sed cũ tibicen quispiam contumelia fuisset affectus, transfugit ad Crotõiatas hostes, paulò ante prælio à Sybaritis superatos, & quod è rep. foret illorum pollicetur, si fidem modo habeant, sua opera Sybaritarum cunctorum equites in ipsorũ venturos potestatem. Credita res est, & belli dux creatus à Crotoniatis tibicen, conuocat omnes quotquot eiusdem forẽt in vrbe artificii, modulamentumque iis indicat. Atque vt visum tempus procedere in hostem iubet. Sybaritæ facti prætur gidi, quòd equitatu superabant, eunt cõtra, prælium que conserunt. Hic autem repente dato signo tibicines vniuersi conspirant. Ecce confestim modulamine agnito, cantuque illo vernaculo tollunt eriguntque semet in pedes equi Sybaritæ sessoribus excussis, & quod tripudium domi didicerant, etiam in acie exhibebant. Ita capti omnes equites humi iacentes, & omnes equi tripudia repræsentantes. *Et Plinius libro 8.* Equorum docilitas tanta est, vt vniuersus Sybaritani exercitus equitatus ad symphoniæ cantum saltatione quadam moueri solitus inueniatur. *Theocritus Idyllio quinto sub Æpuli & Pomilionis persõna in Sybaritano agro eyperum, cynosbaton, anemone, cythisum, agilum & fraga nasci, item optimi mellis & dulcis olei, & vini copiam fieri scribit. Laudat mollem lanam.* Obtulerunt Sybaritæ, *ait Pausanias in Eliac.* Ioui Olympico thesaurum, quem iuxta thesaurum Epidamniorum collocarunt. *Ex hac vrbe inter ceteros opulentos fuit Smyndirides longe ditissimus. De quo Herodotus libro sexto ita scribit:* Clisthenes Sycionis tyrannus Agaristam filiam nuptui dare destinabat ei, quem præstantissimum Græcorum omnium comperisset. Cum igitur ludi in Olympia celebrarentur, & ex eis Clisthenes curriculo quadrigali victor extitisset, nunciari iussit voce præconis, vt si quis se dignum putaret, qui Clisthenis gener esset, is ad sexagesimũ diem, aut prius Sycione præsto foret. Quoniam Clisthenes intra annum à sexagesima die inceptum exequi nuptias destinabat. Itaq; omnes Græci aut sua ipsorum aut familiæ claritate sibi confidentes Sycionem proci contenderunt. Quibus Clisthenes & curriculum & palæstram ad certandum præparauerat. Ex Italia illuc se cõtulit Smyndirides Hippocratis filius Sybarita (florebat autem maxime Sybaris ea tempestate,) qui vnus vir in plurimum deliciarum processerat. Contendit autem Sycionem, *ait Suidas,* propria naui, quæ quinquaginta remiges habebat omnes suos seruos. Duxit etiam ingentem aucupum, coquorum, & piscatorum cateruam, quinõ modo cæteros omnes, sed etiam Clisthenem ipsum deliciis & luxu superabant. Fuit & ex vrbe Sybari Alcisthenes plumarius nobilissimus, qui celebratissimam vestem opere plumario Reip. Syb. elaborauit, atque contexuit. Quæ vtrinque deorum, variorumque animalium spirantibus formis acu pictis mire distinctè erat, colore purpureo. Erat hæc vestis, *aut Ioan. Tzetzes,* margaritis & lapidib. preciosis ornata. Vna manica habebat Alcisthenẽ ipsum, altera Sybarim patriam suam. Vendita fuit centum viginti talentis, *hoc est, aureorũ nummorũ septuaginta duo millia. Quã Arist. inter mirabilia ponit, aut n. in lib. de mirabilib.* Alcisthenis Sybaritæ vestem traduut, tanta magnificentia confectam esse, vt cum in Laciniæ Iunonis panegyri, ad quam tota confluere solet Italia, proposuisset spectandam, omniũ oculos à reliquis in se cõuerterit. Hanc aiunt à Carthaginiensib. emptã à Dionysio seniore tum regnante CXX. talentorum precio, Purpurea erat tota amplitudine XV. cubitorum, animalculis intertextis distincta. Superne quidem fusis, infernè verò persis, in medio a. Iuppiter, Iuno, Themis, Minerua, Apollo, Venus elucebant. Ad latera Alcisthenes, vtrinque autem Sybaris. *Meminit & vestis huius Polemon apud Athenæum libro 12. Fuit & Thurus Sybarita fabularum auctor, cuius meminit Theon sophista. Fuit & Hemitheon Sybarita poeta, cuius meminit Ouidius libro tertio de Tristibus. Fuit & Alexis Sybarita poeta comicus Menandri poeta comici patruus, qui ducentas quinquaginta quinq; fabulas scripsit, inter quas vnam Brettiam nominauit. Quare Sybaritica fabula nomen sumpsit ab auctore Sybarita, de quæ meminit Aristophanes in Vespis. Theodoretus etiam in lib. exercitamentorũ ait:* Sybarita fabularum inuentor. *Item Aphthonius sophista inquit:* Sybarites primos inuẽtores fabularũ apologiarum fuisse

Iacch

Interpres autem ipsius Aphthonij, & interpres Hermogenis dicunt, Sybaritas fabulas effinxisse primos ex solis animantibus rationalibus, Alcmæon vero Crotoniata, & Æsopus etiam ex irrationalibus. Æsopica autem dicuntur, quia Æsopus apud Phrygios hac in re polluit. Extant multa præclara Alexis dicta apud Stobæum pluribus locis. A quo Alexi Latini poetæ, ait Gellius libro secundo, quædam sumpsere ac vertere. Qui in eum xdiam, qua Pythagoræ vita inscribitur, ait idem Gellius libro quarto, refert Pythagoram ipsum animalia edidisse Suidas vero Alexim ipsum Menandri filium B *fuisse scribit. Fuit & Stephanus Alexis filius, vt Suidas tradit, poeta comicus. Fuit & Menander Alexis ex fratre nepos poeta, vt idem Suidas fert. Fuit & Callisthenes Sybarita philosophus & historicus. Adducit ipsum Stobæus in collectaneis de morbis. Fuerunt & hi alij philosophi Sybaritæ Pythagoræ discipuli, vt Iamblichus scribit: Æneas, Deax, Diocles, Enanor, Empedius, Isphasius, Menester, Metopus, quos plura scripsit, cuius meminit Stobæus, licet ipsum Metapontinũ faciat, Proxenus, Ptolemæus, Timæsius, Tirsenus, Tirsenes* C *mulier. Fuit & Phileas Sybarita, qui, ait Pausanias in Eliacis.* XLI. *Olymp. superauit iuuenes in cæstu pugnantes, &* XLV. *grauioris armaturæ peditum cursus in stadium cum plausum est receptus. De fertilitate agri, vbi Sybaris vrbs erat, Varro rei rusticæ libro primo inquit: In Sybaritano agro sugerum modium centesimum reddere, solitum dicunt. Signabant Sybaritæ in denario Minervam galeatam habentem in galea Tritonem deum marinum Nepturni tubicinem, &* D *ex postico Sybarim fluuium effigiatum, id est, tauri figura, altera manu arundinem, altera vrnam habentem & effundentem aquam, Græca inscriptione* ΣΥΒΑΡΙΣ. *Quandoq; signabant caput galeatum instar Palladis, & ex postico nunc Sybarim fluuium sub tauri figura retro respiciente, nunc cancrum & caput tauri Neptuni victimam. Crathis autem & Sybaris fluuij, inter quos fuit Sybaris vrbs (est autem & nunc Thurium vrbs) multorum poetarum præconijs nobilitati sunt. Crathis auriser est & pisculentus. Dictus est autem Crathis, ait Strabo lib. 8. a Crathi Achaiæ fluuio, qui à duobus fluminibus incrementa suscepturus, sic à miscendis aquis appellatus est. Ad quem Crathim Calabriæ fluuium Annam Didonis sororem post illius mortem aduentasse Ouidius lib. 3. Fastorum scribens, ait:* Est prope piscosos lapidosi Crathidis amnes
Pattius ager, Camerem incola turba vocat. *De fluuio hoc ita Vitruuius lib. 8. ait:* Crathis, cũ pecora suis temporibus anni parantur ad conceptionem partus, per id tempus adigũtur eò quo is diè potum. Ex eoque quamuis sint alba, procreant aliis locis leucophea, aliis locis pulla, aliis coracino colore. *Item Plinius lib. 31. de huius & Sybaris fluuij natura sic scribit:* Theophrastus ait, in Thuriis Crathim candorem facere, Sybarim nigredinem bobus ac pecudibus: quinetiam homines significare differentiam eam. nam qui Sybarim bibunt, nigriores esse, durioresq; & crispo capillo, qui ex Crathide candidos, mollioresque, ac porrecta coma: *Et Strabo lib. 6.* Crathis homines

A in eo lotos cæsariem candidos & flauos facit, ac multis medetur morbis. Siqui vero de Sybaride biberint sternutamentis agitari constat. Quamobrem ab eius potu greges amouentur. Pecudes morbidæ si se Crathis aqua madefecerint curantur. *Rursus Ouid. Met. lib. XV. ait:*

Crathis & hinc Sybaris vestris conterminus oris
Electo similes faciunt, auroq; capillos.

Lycophron in Alex. Crathim fluuium Altheum & morborum curatorem appellat, ait enim:

Morborumq; curator Adaunis vocabit
Quando exulantes ob sacrificium Altheni in fluentis.

Super quib. verbis Isacius ait: Althenus fluuius dicitur, quasi Althænans, id est, sanans secundum Timæum, omnium, quæ illo lauãtur animalium vulnera. *Et rursus:*

Crathis vero vicinus, & Mylacum finibus
Ager cohabitatores recipiunt Colchorum polis
Inquisitores, quos filiæ misit molestus. *Isacius:*
Crathis fluuius Italiæ, cuius aqua in illo lauantis comam flauam reddit, vt scribunt Hesigonus historicus, Cotionq;, atque Agathosthenes philosophus, tum Euripides tragicus, inquiens:

Si humectet exornans flauam reddens comam
Crathis vero ager recipiet illos pulsos. (Crathis,
Sybaris fluuii latices conspersi & potu etiam suo
continentes reddunt & castos, *ait Leonicus. Item Galenus in libro de bonitate aquæ ait:* Sybaris fluuius vitos ingeneratiuos facit. *Laudantur & cibi quidam Sybaritani. Quare Metagenes poeta apud Athenæum lib. 6. ait:*

Placenta fertur magna Crathi flumine
Sua subacta sponte, fumen alterum
Deuoluit vndas carnium cum nastulis
Sybaris vocatus, batides coctas simul.
Lolagines tunc parua voluunt flumina
Coctosque phagros, & locustas alterum
Condita salla, cum quibus bellaria
Sattagines pericomma, farcimen simul
E In ora sponte quæ fluebant omnia,
Ac ad pedes amylum tuebar circulo. *Hæc de Sybari vrbe ac fluuio habui quæ dicerem. Modo vero de Thurio vrbe Sybaris vrbis quondam reliquijs, quam vulgus corrupto vocabulo Terranouam vocat, dicendum est. Est autem Thurium vrbs, vt dixi, edito loco, colle oblongo veluti in specula inter Crathim & Sybarim amnes, propior tamen Crathi quam Sybari. Eius ager totus campestris est & frugifer, ac pabulis accommodatus. Qui totus penè ex vrbe ipsa conspicitur. Eius* F *potentia olim ac nobilitas magna fuit. Cuius regio ab Hylia fluuio, nunc Trionto dicto, ad Acalandrum amnem vsq; protẽdebatur. De qua sic Plinius ait:* Thurium oppidum inter duos amnes Crathim & Sybarim, vbi fuit vrbs eodem nomine. *Et Diodorus Siculus Bibliothecæ libro duodecimo. à Sybari tamen vrbe repetens sic scribit:* Thuriotum his causis vrbs condita traditur. Quibus sæculis superioribus in Italia, Græci Sybarim oppidum condidissent, vbertate ac fœunditate soli, fa-

ctum est, vt breui res & opes eius coalescerent. Hæc inter duo fluminia posita Crathim Sybarimque, à quo nomen acceperat oppidum. Ejus incolæ amplo simul & frugũ feraciſſimo incumbentes agro, ingentes inde diuitias, & opulentiam miram congessere. Tum plerisque alienigenis in ciuitatẽ & munera ciuilia ascriptis, adeo res prouecta est, vt multo reliquas Italiæ vrbes antecedere opum vi putaretur. Necnon etiã populi numero & multitudine exuperabat, vt trecenta millia ciuium ea tempestate capita illic recensita tradantur. In qua Teles quidam populi dux cum in magna plebis esset gratia autoritateq; præstaret, potentissimum quenque calumniari apud populum, atque variis criminibus accusando dilacerare cœpit. Donec tandem voti compos, Sybaritis persuasit, vt quingentos ex ditissimis ciuibus eiicerent vrbe, fortunasque & opes eorum in publicum redigerent. Quo facto, fugata magna ciuium vis, qui vago errabundi auxilio Crotonem petunt. Ibique ad aras in foro erectas supplicum more confugiũt. Quo audito Teles legatos ad Croniatas mittit, qui iussu suo postulent, vt vel exules dedant, vel si id renuant, exin sibi indici bellum armaque & vim expectent. Conuocato senatu cum inter se consultare, multaque agitare pergerent, num dedant Sybaritis exules, præstaret, an bellum contra potentiores suscipiendum esset, senatu populi concione varia & ancipiti sententia hærente, primum quidem plebis animi ad dedendos supplices inclinari videbantur pauore belli perculsa multitudine. Posthæc Pythagora philosopho rogantibus consulente, atque multa obtestante, supplices incolumi Deũm fide, ad quam confugerant esse protegendos, reuocata sententia bellum pro supplicum salute tuenda suscipiendum decernunt. Itaque armato in se etiam aduentanti hostium Sybaritarum agmini trecentis millibus stipato Croniatæ centum millibus obuiam ire properant, Milone gladiatore duce. Qui conserta pugna vigoris corporei inuicto robore cornu hostium contra se in acie instructum primus in fugam vertit. Hic vir sexies in Olympia victor extitit, robur corporis, quo præstabat comitem habens. Fertur coronis Olympiacis ornato corpore in Olympicis victoriisque partis in eam aciem descendisse. Herculis autem ritu leonis spolio, clauaque armatus præcipuam victoriæ adeptæ causam huic tribuisse armaturæ. Cuius virtutis insolita magnitudo summam ciuibus admirationem attulit. Fusis vero hostibus, cum Croniatæ per iram irritatis animis neminem capi viuum iussissent, quoscunque in fuga comprehensos necant. Vnde maior tanti exercitus pars cæsa interiit. Qui vrbem ingressi eam diripiunt, cunctisque passim vastatis cultoribus vacua loca desertaque reddunt. Quę annis post eam cladem octo & quinquaginta Thessali eo concedentes restauraruere, atq; incoluere. Post secundam restaurationem per eadem subiecta tempora profecto Athenis Callimacho rursus extrui & cohabitari cœptum est. Quæ breui post in alterũ locum translata altero quoq; nõine impositio mutauit appellationem. Cuius auctores fuisse Lampus & Xenocritus hoc modo traduntur. Ab his n. qui secundo patria eiecti profugerant Sybaritis in Græciam legati ad Lacedęmonios & Athenienses missi sunt, deploratũ errores, & auxilia sua postulatum, vt reducerent eos in patrias sedes, secumq; sibi vt placeret, eam sibi vrbem ex parte coloniam facere vellent. A Lacedæmoniis auditi frustra nil impetratum. Res Athenienſib. placuit, morquè decreto eis auxilio decem naues completas Sybaritis subsidio mittunt, Quas Lampus & Xenocritus ductabant. Missis quoq; per Peloponnesi vrbes præconib. edicto præponi ac promulgari fecerant, vrbẽ se communẽ his facturos, qui eò migrare voluissent. Cui cum pleriq; assentirentur, oraculo Apollinis maxime adducti: petentibus namq; respondebat tale, quærendũ, quo sibi conderent vrbem, eiusmodi solum, vbi aquã mensura sumptam potarent, cibum contra sine mensura caperent. In Italiã itaq; nauigant, atque Sybarim delati loca scrutari pergũt, sicubi vestigia loci à Deo iussi per oraculi interpretationem se offerrent. Cumque haud procul Sybari inuestigatione sollicitis fons occurrisset, cui Thuria nomen erat, latices erumpentes ærea fistula procul fundens, quam accolæ Dimnam, Modiumue appellare consueuerant, re simul & nomine ad omẽ & interpretationẽ oraculi prouecti, eũ locũ sibi à Deo ostensũ ac iussum iudicant. Quẽ circumacto muro communiunt, vrbemque ibi cõdentes eam fontis nomine Thuriam vocant. Tũ vrbis spacium ad longum porrectum in quatuor plateas & fori loca distribuunt. Quorũ vnũ Heracleam appellant, alteri Aphrodisidę nomẽ dant, tertium Olympiada, & reliquum Dionysiada vocitari instituerũt. Per latitudinẽ v. trib. rursus foris spacioſa loca diducũt, nõinaq; singulis imponũt, alteri Heroa, alteri Thuria, tertio Turinam. Interualla v. inter hæc intermissa domiciliis extructis replẽt. Videbaturque ea vrbs & specie cõmoda, & eleganti admodum opificio educta. Cęterum breui tempore concordia nulla Thurios continere valuit, sed grauis & sæua admodum haud temerè seditione res eorum vexari, discerpique cœpit. Nã Sybaritæ incolæ vetusti primos quosque magistratus, summasque dignitates per vsurpatiõem veluti hæreditario sibi iure debitas inter se partiri, ab onere abesse, cõtributiões, reliquaque dispẽdii & bonorũ munia posteriorib. & nouis ciuib. prosequenda demãdare. Tũ ad sacra Deum, mysteriaque peragenda mulieres patricias antiquæ originis ciues primo deligi, primoque institui loco. Post has secũdò nouæ vrbis restauratæ prolẽ, veluti deteriore iure pgenitæ.

Ad hæc

Ad hæc mœnibus finitimũ, eoq; commodissimũ pro sorte cuique dimensum possidere, remotiore nouis hospitibus pro colendi incommoditate distributo. Animis itaque dictæ iniquitatis indignatione commotis, tæuiente iam discordia, cum noui adscriptique ciues antiquis & numero plures, & re superiores, viribusque præstarẽt, tumultu excitato vetustos Sybaritas fermè ad internecionem cunctos ferro absumunt, ipsique deinceps vrbem iam libera administratione obtentam disponere pergunt. Cumque agro & optimo & amplo supra cultorum, vsusque sui modum abundarent, accersitis ex Græcia plerisque eò frequenter colonis, reip. munia digerebant, agrumque rursus æqua sorte dimensum per capita distribuẽre. Cæterum illi rempublicam præstanter, agrumque colendo magnas breui diuitias, opumque vim cumulauere, atque amicitia cũ Crotoniatis, societateque conciliata, res summas optimis artib. administrabant. Populari statu ciuitatem constituentes in decem tribus ciues omnes distribuere. Quib. ágente cuique sua sunt indita cognomenta. Tres quidẽ ex colonis à Peloponneso accitis appellarunt Arcades: totidem ex locis extra Peloponnesum sitis, ex vna & eadẽ gente adductas Bœotiam, Amphictyõida, Dorida, reliquas quatuor ex aliis diuersisque nationibus Ladem, Athænaidem, Euboidem, Hesiotin. *Item Suidas ait:* Athenienses duũm millia virorum ad ædificandam Thuriam vrbem miserunt, inter quos & Lampus fuit vates, qui ædificationis rationem explicaret. *Sebastianus Corradus in epist. Cic. ad Att. Thurios oppidum nunc nescio, quod Rhodiũ vocari somniat. Quidam hanc vrbem non à Thuria fonte dictam volunt, sed à fortitudine: Thurion enim Homerus robur appellat. Quod quidẽ nomen vrbi huic quoq; conuenit. Plutarchus in Nicia scribit: Periclem Athenienſium ducem coloniam in Italiam Sybarim dimisisse, quos Thurios appellauere. Fertasse Pericles in secunda vrbis restauratione Thuriam colonos Athenienses misit. Hanc vrbem alij Thuriam, alij Thuriam, alij Thurias, alij Thurios appellant, genus & numerum variantes. Incolæ Thurij, & Thuriani, & Thurini dicuntur. Trogus 4. lib. 20. ait:* Thuriorum vrbem condidisse Philoctetem ferunt, ibique adhuc eius monimentum visitur, & Herculis sagittæ in templo Apollinis, quæ fatum fuere Troiæ. Frequens, *ait Eustathius in Dionysium Aphrum*, est Thuriorum in historiis nomẽ, quos Thuriomantes, quasi Thurios vates comicus appellat. *Thurijs leges scripsit Zaleucus Locrensis, vt Athenæus refert. Licet Diodorus Siculus leges, quas Zaleucus Locrensibus dedit, Charondam Thurijs dedisse effutiat.* Apud Thurios lege sancitum erat, *ait Plutarchus de curiositate*, quæ vetat taxari ciues, præter adulteros & curiosos. Thurii, *vt Theophrastus apud Stobæum in sermone de lege & consuet. de rerum vend. loquẽs ait*, neque in foro, sicut alia fieri pretia pinnt, sed tribus proxime vicinis parnum aliquod numisma vnà dari iubent, memoriæ testimoniique causa. Itaque necessarium sit his vicinos, illis magistratum incusare, si rem non acceperint, aut habentes non esse de reb. emptis dicant. *Et paulo post:* Determinatur n. vt apud Thurios, vt arrha quidem confestim, precium v. eodẽ die exhibeatur. Pœna igitur statuitur emptori arrhæ priuatio, non recipienti autẽ precium soluatur. Et hic mos est Thuriis, vt inæquali pœna mulctentur. Precium n. arrham multoties excedit. *Arist. Pol. lib. 2. de mutatione reip. Thuriorum ita scribit:* In Thuriorum rep. id accidit. Cum n. legẽ haberent, per quã non nisi intermisso quinquẽnio militum præfecturam gerere liceret, iuniores quidam rei militaris periti, & apud multitudinem pro custodibus probati, cum cæteros, qui in rebus gerendis versabantur, spernerent, ac facile se consequuturos arbitrarentur, legem illã tollere aggressi sunt primum, lata altera lege, vt liceret perpetim eosdem præfectos esse. At cum populum illos prompte admittentem, ii magistratus. qui præerant suffragiis, quique appellabantur consultores, commoti sunt prius ad resistendum, tamen postea destiterunt. Putantes hac vna lege quamuis soluta, cæteras nihilominus esse permansuras. Postea vero prohibere volentes, ne aliæ mouerentur, nihil proficere valuerunt. Sed mutata est eorũ resp. in potentiam eorum, qui res nouas aggrediebantur. *Et libro 5.* Contigit vero id, quod modo diximus in Thuriis: quod n. à maiori censu erãt magistratus in minorem facta est mutatio, & in plures gubernatores, & quia agros totos possidebat nobilitas cõtra legem. Nam gubernatio eius ciuitatis magis erat paucorum. Itaq; plus habere poterant. At populus bello exercitatus, ac potentior effectus, quàm illorum custodes, eos nobiles compulit, quicunque contra legem tenebat, agros dimittere. *Thurijs Herodotus historias scripsit, vixit, & obijt anno cccx. ab vrbe condita, ait Pli. lib. xij. sepultusq; in foro, ait Thucidides lib. 7. Clarust autem, inquit Diodorus Siculus lib. 3. Xerxis Persarum regis tempore. Qui Thurius vocatus est, eo quod particeps fuisset coloniæ in Thurios missæ, ait Strabo lib. xiiij. Hanc vrbem Dionysius Siciliæ tyrannus obsidere tentauit. De qua re Ælianus de varia historia lib. 12. ita scribit:* Aduersus Thurios nauigabat Dionysius, cõtraq; ipsos trecentas naues agebat. Boreas vero ex aduerso reluctans nauigia confringebat, vniuersasq; naues eius copias delebat. Ex eo rem diuinam Boreæ faciendam Thurii instituerunt, & publicis decretis ciuem suum pronunciarunt, atque domum certam facultatesque ei assignauerunt, singulisque annis sacrificia obtulerunt, eumque auxiliatorem amicumque scripserunt. *Erant Thurijs Hannibalis statuæ, vt Plinius libro trigesimo quarto prodit. Qui ait:* Annibalis statuæ tribus in locis visuntur: Thuriis, intra cuius muros solus hostium emisit hastam. In mari, hoc est, Sybari, *ait Pausanias in Eliac.* portus erat manu factus Adriani Cæsaris opus. Sybari, qui nunc

Digitized by Google

Thurii dicuntur, *ait Varro rei rust. libro primo,* quercum esse ait, quæ hyeme folia non amittit, quæ est in oppidi conspectu. *Id etiam scribit Theophrastus libro primo, & Plin. lib. XVI. Fuit hæc vrbs Romanis fœdere & societate coniuncta. Quam cum a Brettys & Lucanis obsideretur, Romani per C. Fabritium Lucinum consulem defendebant, vt Val. Max. libro primo refert. Fuit q; nobile municipium populi Romani, vt in Commentarijs C. Iulij Cæsaris libro tertio liquet. Hic scripsit ad At. Cic. Hanc eram, Liuius libro decimo ab vrbe condita, Salentinam appellat: hanc q; Thurium vrbem a Cleonymo obsessam scribit. Au enim:* M. Liuio, Q. Aemilio cons. Classis Græcorum Cleonymo duce Lacedæmonio ad Italiæ littora appulsa, Thuriasque vrbem in Salentinis cepit. Aduersus hunc hostem consul Aemylius missus prælio vno fugatum compulit in naues, Thuriæque reddita veteri cultori, Salentinoque agro pax parta. *Cleonymum autem hunc Tarentini aduersus Romanos accersere, vt Strabo tradit. Thurij semel tantum a Romanis desciuere, data sibi causa. Quare Liuius belli Pun. libro quinto ait:* Thurini ad Annibalem defecerunt. Mouit eos non Tarentinorum magis defectio, Metapontinorumque, quibus itidem ex Achaia oriundis etiam cognatione iuncti erant, quàm ira in Romanos propter obsides nuper interfectos. *Thurij primi ex externis Romanos aurea corona & statua donarunt, ceu Plinius libro trigesimo quarto effatur, ait enim:* publice statua ab externis posita est Romæ C. Aelio tribuno plebis, lege perlata in Septimium Statilium Lucanum, qui Thurios bis infestauerat, & ob id C. Aelium Thurini statua & corona aurea donarunt liberati obsidione. *In bellis autem ciuilibus Thurij Cæsaris partes, sicut & reliqua tota Calabria, secuti sunt: quare a Pompeio obsessi sunt, vt Appianus bellorum ciuilium lib. quarto prodit. Ait quidem:* Pompeius Thurios & Consentiam obsedit, regionem quoque equitibus attribuit. *Et paulo post:* Pompeiani a Thuriis reiecti sunt. *Signabant Thurij in denario Mineruam galeatam, & in galea delphinum, & iuxta tridentem inscriptione Græca* Θουριῶν, *& ex postica facie Polypum piscem. Polypus quidem quod prehendit nunquam dimittit, quod resp. robur & firmitatem significat: item mutat colorem ad similitudinem loci, in quo erit, quod resp. vt cunq; potens quandoq; temporibus seruire debet. Quandoq; signabant Palladem galeatam, & in galea Tritonem, & ex altera facie taurum gradientem & piscem. Aliquando effingebant victoriæ caput Cleandridæ Thuriorum ducis nomine inscriptum, & ex altera parte trophæum, hoc est thoracem & duo scuta. Hic autem Cleandridas Spartanus fuit, vt scribit Strabo, qui Lucanos Thurios bellum inferentes bis præliovicit, licet longe maiorem exercitum haberent. De quo plura Polienus libro 2. Thuriis texuntur panni, quales Murani. Legitur in Thurino agro manna, prouenit terebinthus, vitex, & siliqua siluestris. Fiunt lana & mella nobilia, nascuntur & vina laudatissima. Quæ Plinius libro quarto decimo inter generosa Italiæ vina numerat. Quæ secundum nobilitatis locum post Lagaritana totius huius tractus obtinere scribit, ait n.:* Lõginquiora Italiæ ab Auxonio mari non carent gloria, vina Seuetiana, & Consentiæ genita, & Tempsæ, ac Balbiæ, Lucanaque antecedentibus Thurinis. Omnium vero eorum maxime illustrata Messallæ potu ac salute Lagaritana non procul à Grumento nascentia. *Et rursum libro eodem de quarundam vuarum natura ait:* Capnias & Baccaniatæ & Tarrupia vuæ in Thurinis collibus non ante demetuntur, quàm gelauerit. *Est autem Capnias, velut Arist. de Generatione animalium libro quarto auctor est, vitis, quæ albam vuam producit, aliquando vero nigram, quia sua natura inter albam & nigram est. Strabo quoque libro sexto inquit:* Vinum Thurinum inter vina nobilissimum. *Oleum etiam Thurinum optimum est. Quare Amphis referente Atheneo libro secundo ait:* Apud Thurios oleum est celebertimum. *Oleum Thurinum egregium celebrauit etiam Alexis poeta vt scribit Athenæus libro secundo.* Thunnus item Thurius, *ait Iulius Pollux,* laudatissimus est. *Laudat quoque Plinius libro trigesimo sexto huius vrbis gypsum, ait enim:* Gypsum calci cognatum è lapide coquitur in Thuriis. *Et libro XXXI. de muria loquens ait* Laudatur Thuriis muria. In Thuriis, *ait Ælianus de historia animalium libro tertiodecimo,* fluuius Lusias appellatur, tametsi pellucidos liquores habeat, nigerrimos tamen pisces creat. *Ex hac vrbe Thurio fuit Hippodamus philosophus Pythagoricus. De quo Clemens Alex. Stromate secundo inquit:* Ac mihi quidem pulcherrime Hippodamus Pythagoricus videtur describere amicitias, vna quidem ex scientia deorum, altera vero ex hominum suppeditatione, tertia vero ex voluptate animantium. Est ergo vna quidem philosophi amicitia, altera vero hominis, tertia autem animalis. *Extant quædam Hippodami dicta apud Stobæum in sermone de rep. sic enim Hippodamus ipse in lib. de rep. præterea ait.* Dico autem vniuersam rempub. in tres ordines diuisam esse: & vnum quidem esse bonorum ordinem publica negotia gubernantium, alterum ex viris robustis constare: tertium ex illis, qui res necessarias explent, ac suppeditant. Nomine autem primum ordinem consiliarium, secundum auxiliarem, tertium mechanicum. Et priores duos proprios esse dicimus vitam liberam

degen-

degentium, tertium vero victum labore quæ- A
rium. Ac consiliarium quidem optimum esse, mechanicum deteriorem, auxiliarem medium. Item consiliarium imperare oportet, mechanicum parere, auxiliarem vero vtrunque. Consiliarius enim quid agendum sit, consiliis præfinit, at auxiliaris dum propugnat totam mechanicam multitudinem regit: quatenus autem ei præscribuntur consilia, regitur. Cæterum singuli trium istorum ordinum denuo in tres alios subdividuntur. Consiliarii enim pars quædam est pri- B
maria, alia rectoria, alia senatoria, vel in commune consulens. Primaria quidem in consessu suo præsidens, ante omnia de rebus consulit, ac deinde ad senatum refert. Rectoria media est, & ad reliquos regendos creata. Senatoria ex reliqua multitudine constans à primariis proposita suscipit, suffragia fert, & quæ in iudicium veniũt, confirmat. Sed vt paucis dicam, primarios quidẽ sibi visa ad communem senatum referre opus est. Hunc rursus per prætores ad populum. Si- C
militer & auxiliatores ordines, siue robore vitium præstantis pars aliqua regit, altera propugnat, reliqua pars, eaque maior, promiscua & militaris est. Prima autem siue rectoria est, ex qua castrorum præfecti, ductores ordinum, manipulorum duces, & antesignani constituuntur, ac deniq; omnes, qui muneri cuipiam præficiuntur. Pars propugnans ex robustissimis, animosissimis, audacissimis quibusq; constitit. Promiscua vero & militaris omnis reliqua multitudo est. D
Mechanici autem ex labore viuẽtes generis pars vna agriculturam exercet, & in regionis cultu occupata. Alia incumbit artib. instrumenta & cõmoditates vitæ negotiis exhibens: alia peregrinatur & mercaturam facit, quæ in ciuitate quidẽ abundantiam in exteras regiones euehit. Constitutio igitur ciuilis communionis ex tot ac talibus partib. consistit. Deinceps de cõiunctione & vnione ipsarum disseremus. Quoniã vero omnis communitas ciuilis omnimodam cum lyra similitudinem recipit, eò quod apparatu, concinnatione, & tandem pertractatiõe aliqua vtuq; musico indigeat: De apparatu quidem reip. id est, ex quot & quibus partibus consistat, iam ante mihi explicatum est. Restat vt in præsentia de coniunctione decenti atq; vnione ipsarum verba faciã. Itaq; politicam communionem trib. modis aptè concinnari assero: nempe doctrina, & rationib. studiis consuetudinum, ac legibus, ac per ista tria hominem institui, honestiorem fieri. Ratiões n. docent, induuntque desideria ad virtutem incitantes leges, partim metu detinentes coercent, partim honoribus & præmiis allicientes inuitant. Consuetudines autem & studia animum formant, & quasi cereum fingunt, naturali habitu ob assiduam lectionem imbutum. Cæterum oportet hæc tria conuenire in honesto, vtili, & iusto, & in singulis, si fieri potest, ad ista omnia collimare, sin minus ad duo saltem aut vnum, ita vt & ratio siue doctrina honesta, vtilis atque iusta sit, similiter & consuetudo, & lex. Præferendum est autem honestum, ab eo iustũ, tertio loco vtile habendum est. Et in vniuersum conari decet, vt hisce modis ciuitatem, quàm maximè fieri potest, consonam partibusque suis concinnam efficiamus: ne seditionibus, & contentionibus agitetur. Hoc autem eueniet, si iuuenilium animorum affectus instituantur, & ad mediocritatem reducantur, quod iucunda & molesta attinet: deinde si opes ac reditus ex agricultura mediocres sint boni, experiẽtia aliqua periti: largitionem vero & sumptum poscentibus, opulenti: atque tandem his omnibus officio suo, vt decet fungentibus debiti tribuantur. Porro virtus tribus ex causis promouetur, metu, cupiditate, pudore. Metum incutere lex poterit, pudorem consuetudines, bonis enim moribus assuetos turpe quid admittere pudet. Doctrina vero desiderium parit. Nam reddita rei causa, animum allicit, attrahitque cum aliàs, tum si adhortatione iuncta fiat. Quocirca tribus, sodalitates, contubernia, & conuentus, tũ militares, tum ciuiles adolescentibus commendare oportet, ita tamen, vt seniores sibi coniunctos habeant. Quandoquidem vt adolescentes moderatione & correctione egent, ita senes, beneuolentia & conuersatione iucunda. Quandoquidem igitur per tria hominem diximus honestum euadere, scilicet consuetudine, lege, & doctrina: considerandum est, quomodo consuetudines, aut corrumpi, aut custoditi possent. Inueniemus ergo duobus modis consuetudini corruptionem accidere: nam aut propter nos, aut propter externos. Per nos quidem, vel quia fugimus molesta, quoniam sequimur iucunda. Nam qui molestias declinant, non tolerant labores: voluptatum autem cupiditas in causa est, vt bona amittantur. Siquidem labore bona conciliantur hominibus, voluptatis studium mala comitantur. Quare incontinentes ac molles E
facti, & animis magis effeminati fiunt, & in expetendo prodigi. Cæterum ab externis consuetudines inficiuntur: cum peregrinus populus nobiscum habitat, mercatura, felicitate affluens: aut vrbis vicini voluptuarii & molliculi sunt, & morum suorum contagio propinquos afficiunt. Quapropter opus est vt legislatores, & multitudinis præfecti sedulo animaduertant, num diligenter obseruantur mores, & æquales in omnibus pergant. Item an multitudo ciuitatis patria, F
id est, hominum indigenarum sincera maneat, nec alia gente misceatur: & an bonorum opumque magnitudo æqualis permaneat, aut nõ multũ variet. Cũ n. superflua possidẽtur, plura & superflua conquirendi desiderium sollicitat. Hoc quidẽ pacto mores & consuetudines custodiãtur. Porro doctrina & oratio perpendetur, examinando probãdoq; sophistas, an secundũ leges, & instituta ciuilia, idoneũq; seu ppriũ viuẽdi genus, talia proloquantur. Non mediocrem n. sed maximam

infelicitatem hominum animis sophistarum dis- A
sertationes ingerant, si quid ausi fuerint innouare præter commune iudicium in diuinis humanisq; rebus, quo admisso, neq; veritas maior, neque vita tutior honestiorque futura sit, sed maiori potius caligine ac perturbatione inuoluenda, & metu omni vacuus exultat ingenio petulanter, & malignum est variis modis. Vtendum est autem oratione ciuili cum grauitate quadam, ita vt ab animi affectu proficiscatur, & simulata non sit, sed morata, velutiq; natiuum dicentis B
ingenium exprimat auditoribus. Tales autem opiniones huius ferè generis omnes sunt, aut nullum esse numen, aut quamuis sit, non hoc tamen præditum esse affectu in genus humanum, vt ipsum inspiciat & curet, sed relinqui id & negligi ab ipso. Etenim huiusmodi sententia semel recepta stultitiam iniustitiamq; gignit, in hominibus quanta nō facile verbis exprimi potest. Qui uis enim inobedientia plenus ciuili & reuerēda, disciplinariis modis abutitur, ita vt prorsus ex- C
animi sui affectu, nec vlla simulatione, de rebus loqui videatur, & oratio morata, ac veluti natiuū dicentis ingenium ob oculos ponens, appareat. Cæterum legib. confirmabitur resp. si mixta fuerit, aut concinnata ex omnib. aliis, iis, inquam, quæ non præter naturam se habent, sed secundū naturam. Nam tyrannidis nullus est vsus ciuitatibus, & ferè etiam oligarchiæ. Primum itaq; regnum insertum esse oportet, secundò aristocratiam. Est enim regnum res quædam ad diuinā D
imitationem comparata, & ægrè ab humano ingenio conseruari potest, vt quæ cito per luxum & contumeliam immutetur. Quare non prorsus eo vtendum est, sed quoad eius fieri potest, & reip conducit. Aristocratia vero multo magis inserenda est, eò quod plures sint principes, qui se inuicem æmulari solent, & imperium sæpius ab vno in alium transfertur. Democratia quoq; omnino est necessaria: ciuē enim, qui totius reip. E
pars est, nonnihil ex ea honoris aut præmii accipere decet. Sed minimè indulgendum est vulgo, quippe quod audax in agendo, atq; præceps existat. *Et rursus Hippodamus ipse apud eundem Stobæum in sermone de vita brevis:* Omnia sane mortalia propter necessitatem naturæ in mutationib, voluuntur, dum aut à meliori ad deteriorem statum transeant, aut contra. Res enim natæ augentur, auctæ vigent, cum viguere senescunt, & tandem corrumpuntur. Accidit autem corruptio, F
rebus à natura productis, dum per ipsam naturā ad inuisibilem eius terminum rediguntur: à quo rursus ad mortalem statum conueniunt per mutuas generationis & corruptionis vices, quæ ambitu reciproco talem circulum constituūt. Quædam propter humanam stultitiam præ luxuria & societate feruentem, interitum sibi accersunt. quinetiam familiæ & ciuitates magna fœlicitate turgentes, amplisq; opibus abundantes, vna cū bonis suis tantopere laudatis pessum eunt. Cęterum vsu venit omnem principatum tribus temporibus circumscribi, vno & primo, quod spacium acquirendi continet, altero, quod fruitionē, & postremo, quod amissionem complectitur. Primi nanq; infelices sunt, qui congesserunt opes. Secundi v. fœlices facti, eas amiserūt postea. Quæ igitur à Diis gubernantur, cum naturæ sint incorruptæ, perpetuò ab incorruptis rebus seruari solent. Quæ a inter homines mortalia sunt, mutatione semper varia afficiuntur à mortalib. Saturitatis enim, & petulantiæ finis est interitus. Inopiæ autem & rerum angustiæ humanæ vitæ probites. *Et rursus idem Hippodamus apud eundem Stobæum in sermoe de fœlicitate:* Animalium quædā fœlicitatem capere possunt, alia non. Sunt igitur eius capacia, quæcunq; rationem habent. Fœlicitas enim sine virtute non consistit. Virtus a. nascitur ex eo, quod rationem habet primario. Non capiunt autem fœlicitatem, quæ ratione carent. Nam vt quæ oculis carent, videndi nec opus, nec præstantiam assequuntur: ita quod ratione caret, nec opere, nec excellētia ratione præditi donatur. Ratio veluti organum est, cuius effectus est virtus, excellētia autem fœlicitas. Porro ratione præditorum animalium quædam per se perfecta sunt, & nullam aliunde opem requirunt, nec vt sint, neq; vt bene sint. Talis sane Deus fuerit. Non sunt autem per se perfecta, quæ opis externæ indigent, qualis est homo. Rursus ex numero illorum, quæ non per se perficiūtur, quædam perfecta, alia imperfecta sunt. Perfecta quidem, quæ partim caulas proprias, partim externas habent. Proprias, vt quæ bonum ingeniū & voluntatem secum adferāt: externas, eò quòd bonam legum constitutionem, & præfectos bonos accipiunt. Imperfecta vero, vel neutrum istorum, vel alterutrum duntaxat habent, vel omnino prauum animæ affectum. Quales etiam homines nonnulli reperiuntur. At perfectorum hominum discrimina duo sunt. Nam aliqui ipsorum natura perfecti sunt, alii genere vitæ. Natura perfecti, qui boni tantū sunt, id est, virtutem possidentes. Virtus n. vniuscuiusq; naturæ excellentia & perfectio est. Oculi quidem virtus eiusdem partis naturæ præstantia perfectioq; est, hominis autem humanæ naturæ excellentia, nec non perfectio. Cæterum genere vitæ perfecti sunt, qui non solum boni, sed fœlices etiam fuerint: Fœlicitas nanq; perfectio humanæ vitæ: vita autem humana ex multis actionib. cōsistit. At fœlicitas actiones absolvit. Nam omnis actio virtute aut fortuna duce fit. Virtus consideratur in ipso vsu: fortuna in successu. Atqui Deus nec ab alio virtutē edoctus, bōus euasit, neq; fortūa duce fœlix. Natura n. bonus est, & natura fœlix. Talisq; semp & fuit, & erit, nec vnquā talis esse desinit, cum incorruptibilis, naturaq; bonus existat. At homo non est natura fœlix, sed disciplina & cura indiget: nempe vt bonus fiat virtute: vt fœlix euadat.

fortuna

fortuna eget. Quocirca ex his duobus humanæ felicitas cõficitur, inde, & beatitudine. Hæc ex fortuna, illa ex virtute prouenit. Virtutem igitur habent homines propter diuinitatis cõmercium. Fortunæ v. prosperitatem, mortali ratione. Separantur a. mortalia à Diis. Et iccirco bonus vir, qui deos sequitur, fœlix est, qui mortalia infœlix. Nã prudentia prædito bona est prospera fortuna & vtilis. Bona quidẽ propter vtendi notionem: vtilis vero, quoniã actionib. confert. Egregiũ itaque est, vbi fortunæ prosperitas prudentiæ ac menti coniungitur, veluti secundis ventis currentem, & ad virtutẽ respicientẽ, ita actiones designare, sic enim, gubernator Syderũ intuẽs motus, nauigat. sicut cum nõ modò Deum sequitur, verũ etiam bonum humanum ad imitationem diuini instituet. Atqui & hoc manifestum est, quòd vitæ diuersitas ex animi affectu & ipsa actione oriatur. Cæterum affectus necessario aut bonus, aut prauus fuerit, actio autẽ fœlix, aut infœlix. Affectus bonus est, qui virtutis particeps sit, prauus qui malitiæ. Actiones autem fœlices quidem in prosperitate consistunt, vt quæ pro animi sentẽtia eueniant. Infœlices cõtra in prosperitate: frustramur a. euentu. Quamobrẽ non solum discere virtutem oportet, sed etiam acquirere, vtique ipsa siue custodiendi, siue promouẽdi nos gratia, siue, quod maximũ est, propter familiarum & ciuitatum emendationẽ. Rerũ n. bonarum nõ solùm possessionem, sed fructũ quoque habere cõuenit. Hæc a. omnia contingẽt, si quis ciuitatem bonis legib. constitutã nãcisceatur. Et hæc omnia ego Amaltheæ cornu nominatum esse dixerim. Nihil n. nõ est bonæ legũ constitutioni, sine qua maximum humanæ naturæ bonũ neque gignitur, neq; natũ & auctũ durare potest. Hæc ipsa n. virtutem & progressum, qui ad virtutem fit, cõplectitur. Quippe tũ bona ingenia eius beneficio producuntur, tum mores, studia, leges q; fiunt optimæ, item rationes rectæ & æquæ, pietas, sanctimonia, & reuerentia. Itaq; ille, qui fœlix futurus, & vitam suam bene prospereq; victurus est, ipsam in bona legum constitutione transigat oportet. Quinetiam præter iam enumerata rei necessitas ita fieri iubet. Nõ n. pars quædã est communionis: atq; cum illis profectus euadit, quib. cum non modo cõmunicat, verum etiã bene cõmũicat. Nã sunt quędã quę in plurib. simul, non a. in vno fieri queant. Alia in vno duntaxat, non item in plurib. Nonnulla tum in plurib. tum in vno: ac ideo in vno, quoniam & in plurib. cõsistunt. Harmonia n. concentus & numerus, in plurib. essentiam suã habent: quippe nulla eorũ pars est, quæ totum absoluere possit. Fœlicitas a. & virtus animæ in vno, & in plurib. extare potest: itemq; in toto, & in omni, & ideo in vno, quia plurib. etiam inest: & in plurib. quoniam in toto, & omni quoq; existit. Totius nanq; naturæ perfectio singula etiam perfecit: & rursus perfectio singulorum, ipsum totum & omne absoluit. Hoc ita consequitur, quoniam totum natura præcedit partem, non a. contra pars totum. Nam si non fuerit mundus, neq; sol erit, neque luna; neque erraticæ stellæ, neque fixæ. Mundo a. existente, illorũ quoque partium singulæ erunt. Itidem se res habet in animalium natura. Videlicet si non sit animal, non oculus, non os, neque aures erunt. At si existat animal, statim & ista singula consistent. Porrò quemadmodum se totũ ad partes habet: ita virtus etiã totius ad virtutẽ partis. Nã nisi Harmonia & prouidentia diuina mũdus regeretur, non possent amplius in bono statu permanere, quæ in mundo continẽtur. Similiter si bona legum constitutio in ciuitatib. non vigeret, nullus ciuium bonus aut fœlix esse posset. Item nisi animal sanitate frueretur, nõ posset manus aut pes validus & sanus esse. Nam harmonia mundi virtus est: fœlicitas ciuitatis, sanitas, & robur corporis. Singulæ a. in ipsis partes, ad ipsũ totum & vniuersum referuntur. Oculi n. pro toto corpore visum exercent: itemq; reliquæ partes & particulæ propter totum & omne constitutæ sunt. *Fuit & ex hac vrbe Thurio Theano philosophia sectatrix Pythagorica, ait Suidas, filia Leophroni, vxor Caristi, siue, vtalij, Brotini Crotoniata Pythagorici. Scripsit de Pythagora, de Hippodamo Thurio cive suo, de virtute, admonitiones mulebres, & apophlegmata Pythagoreorũ. Fuit & ex hac vrbe Eradelius historicus, cuius meminit Aristoteles libro tertio Rhetoricorum. Fuit & Cyromachius, quis primus scrimus scripsit de philosophorũ opinionib. Fieri potest, vt Alexis, & Menãder, eius frater, & Stephãus filius, Thurijs nati sint, non Sybari, Thurijq; dicendi, non Sybarita. nã Suidas ait: Alexis Thurius. Thurij n. Sybaris olim dicti sunt. Fuit & Damon athleta, qui, vt Pausanias in Laco. & Eliac. & Arcad. ait, quater vicit stadio in Olym. sc. anno 2. & 4. cl. Olymp. & anno 2. & 3. Olymp. cy. Fuerunt & Euthydemus & Dionysodorus fratres athletæ celebres. Quamuis Plato eos Chios fuisse putet, quorum sapientiam mirabilẽ esse dicit. Cui Plato ipse librũ inscripsit, Euthydemum. In quo ita de eis scribit:* Euthydemus & Dionysodorus frater patria Chii, vt arbitror, ad Thurios migrarunt, qui in omnibus sapientissimi sunt & perfecti athletæ, & ad omne certandi genus potentes sunt: corpore primum pugnare maximè valent, & in eo genere pugnę, quo omnia superantur. Armorum enim periti sunt maximè, & armorum peritos reddere, si quis mercedem det, etiam cæteros possunt. Deinde iudicialem pugnam & ipsi tractare exped reque, & vnumquenque instruere possunt, tum scribendis, tum perorandis causis. Et hactenus quidem horum duntaxat periti erant, nunc autem perfectę athleticæ facultati finem imposuerunt. Quod ènim deerat certandi genus, nuper sic assecuti sunt, vt nemo illis valeat reluctari: adeò dicendo valent promptique sunt, ad quodvis dictum seu verum seu falsum refellendum.

Hos

Hos infra, Eteſippus Thurios vocat. Fuit & ex hac A
vrbe Patrocles poeta, cuius meminit Clemens Alexandrinus. Fuit & Cephalus Rhetor pater Lyſiæ Rhetoris, aut Ioannes Tzetzes, diuitiis affluens, & nobilis, ſeruator Atheniensium. Nam cũ triginta tyranni Pireæum occupaſſent, eos Cephalus bello ſuperauit, quibus octingenta ſcuta ademit. Fuit omnibus oratoribus iuſtior ſine crimine, ſed Athenienſes in eũ ingrati fuere. nam ipſum mille drachmis mulctarunt. Fuit & Q. Mallius Thurinus Romæ prætor. Ex hac etiam vrbe, ſiue ex pago quopiam huius vrbis Octauius B
Auguſtus duxit originem. Cuius proauus reſtio, auus argentarius, pater vero aſtipulator fuit, Romæq; vixit, ſenatorq; factus Cæſaris ſororem duxit vxorẽ, ex qua Octauiũ filium ſuſcepit. Tametſi quidam ipſum regia proſapia ortum fuiſſe contendant. Cũ ipſemet ab equeſtri familia originẽ ſe habere ingenue fateatur. Sueto-
nius enim vbi aliorum de Auguſti origine opiniones ſcribit, adiecit: Ipſe Auguſtus nihil amplius quàm equeſtri familia ortum ſe ſcribit vetere ac
C locuplete, & in qua primus ſenator pater ſuus fuerit. Marcus Antonius ei proauum exprobrat reſtionem ex pago Thurino, auum argentariũ. *Et paulo poſt:* Infanti cognomen Thurinus inditum eſt in memoriam maiorum originis, vel quod in regione Thurina recens eo nato pater Octauius aduerſus fugitiuos proſpere rem geſſit. Thurinum cognominatum ſatis certa probatione tradiderim, nactus puerilem imaguncu-
D lam eius æneam veterem ferreis ac penè exoleſcentibus literis hoc nomine inſcriptam, quæ dono à me principi data inter cubiculares colitur. *Sed & à Marco Antonio in epiſtolis per contumeliã ſæpe Thurinus appellatur. Et ipſe nihil ãplius quã mirari ſe reſcribit pro opprobrio, nomen prius ſibi obiecti. Idẽ præſcriptionis tempore ad ſtatuam eius aſcriptũ eſt:* Pater argentarius, ego Cotinthiacus. *Cum exiſtimaretur, quoſdam propter vaſa Corinthia inter proſcriptos curaſſe referendos. Quod autem Suetonius in dubitationẽ abductus dicit, vel ideo Auguſto Thu-*
E *rinus cognomen inditũ eſt, quod in regione Thurina recens eo nato pater Octauius aduerſus fugitiuos proſpere rem geſſit, neutiquam verum eſſe poteſt. Non enim Imperatorum ducumq; liberis à deuictis prouinciis populiſq; cognomina indebantur, ſed ipſimet imperatores ea ſibi ſumebant. Neq; Octauij pater à deuictis ſeruis cognomen ſumpſiſſet, cum neq; M. Craſſus, qui Spartacum vicit, ſibi triumphum decerni poſtulauerit, vt*
Plut. ait, quod perindignum eſſe videbatur de ſuperatis ſeruis triumphare. Rurſum ſi ei Thurinus cognomẽ
F *inditum eſſet ob egregia patris Octauij virtutem, quod aduerſus fugitiuos in regione Thurina proſpere rẽ geſſiſſet, neq; aquam Marcus Antonius id, necnon humilem & abiectam originem ei exprobraſſet, eumq; per contumeliam Thurinum appellaſſet, ſed iccirco hoc ei exprobrat, quod in pago Thurina regionis ab humili, non à regia, aut vetere clara Romana familia originẽ traxerit. Cicero etiam in epiſtola ad ipſum Octauium ei generis humilitatem exprobrans, eumq; Marco Antonio genere inferiorem, originemq; ab argentario auo*
ducere inter alia ſic ait: Aut quem accipient de ſuis poſteris nuncium illi veteres Africani, Maximi, Pauli, Scipiones? Quid de ſua patria audient, quam ſpoliis, triumphiſque decorarunt? An eſſe quendam annos XXIIII. natum cuius auus fuerit argentarius, aſtipulator pater, vterque vero precarium fecerit quæſtum? Sed alter vſq; ad lenectutem vt non negaret, alter à pueritia vt non poſſet non confiteri. Eum agere, rapere remp. cui nulla virtus, nullæ bello ſubactæ, & ad imperium adiunctæ prouinciæ, nulla dignitas maiorem conciliaſſet opem potentium, ſed forma per dedecus pecuniam & nomen ſceleratum impudicitiæ dediſſet. *Et off. primo:* Octauius primus ex illa familia Conſul factus eſt, nouus homo. *Optime quidem Cicero & M. Antonius Octauij originem ſcibant. In hoc Thurino agro colonia Latina deducta eſt. Ait enim Liuius belli Mac. libro quarto.* In exitu huius anni Q. Ælius Tubero tribunus plebis tulit ad plebem, plebeſque ſciuit, vt Latinæ duæ coloniæ, vna in Brettios, altera in Thurinum agrum deducerentur. His deducendis triumuiri creati, quibus trienniũ imperium eſſet. In Brettio Q. Næuius, M. Minutius Ruffus, M. Furius Craſſipes. In Thurinum, A. Manlius P. Æmilius L. Apruſtius. *Coloniæ quidem nobiles oppida deducebantur. Quare fieri poteſt, vt in agro Brettio Mamertum colonia deducta ſit, in agro Thurino Befidia. Fuit Thurium ſedes Epiſcopalis, ſed ob vrbis vaſtitatem in Roſſianum tranſlata eſt. Theophilus Epiſcopus Thurinus interfuit Synodo Conſtantinopolitanæ ſextæ. Et Ioannes epiſcopus Thurinus interfuit Synodo Romanæ ſub Symmacho, & ſub Hilario. Inter Coriolanum & Thurios Maurum ciuitas erat, quæ interiit, fuit ſedes epiſcopalis. Lucianus epiſcopus Maurenſis interfuit Synodo Romanæ ſub Iulio papa primo. Combuſtæ ſunt & in his locis Græcorum naues à mulieribus Troianis captiuis, vt Lycophron in Alex. tradit, vbi ſic ait:*

Crathis autem monimenta videbit interfecti
E regione Alei Patarei templum
Setæa miſera: tibi autem ad petram mora
Manet infortunata, vbi cõpedibus vincta pedes
Miſerrima, ferreis expanſis vlnis
Morieris, igne combures dominorum claſſem
Abiectam conquerens iuxta Crathim
Vulneribus ſuſpenſam funeſtis corpus,
Scopulus autem ille tuæ cognominis fortunæ
Pontus proſpicere dicetur. *Super quibus verbis Iſacius ait:* Setæa mulies Troiana vnà è captiuis ſuaſit aliis Troianis mulieribus vt naues Græcorum cremarent iuxta Sybarim, eis commemorans mala, quæ pati debuiſſent ſi in Græciam iuiſſent. Quam Græci cruci affixerunt, & ad petras allideruñt; à qua petra Setæa vocata eſt. Et Lycophron illam Setæam vocat, quæ hoc conſilium iniecit. *Item Euripides in Troadibus, de Hecuba Priami vxore loquens ait:*

Quæ proxime pertingunt terram,
Ionium nautæ pontum.

Quam

Quam irrigat pulcherrimus,
Qui flauos crines facit
Ruffos, Crathis fertilibus riuis alens,
Quæ abundat fortibus viris
Fertilem faciens tetram. *Stephanus hanc eirca Sybarim regionem Setiã vocat à Seta muliere. Post Thurios Sybaris fluuius labitur. Supra vero Thurios m. p. XII. Castrumsillanum oppidum nobile est mediterraneum non longe à Pollino monte inter Sybarim & Lacanum amnes, Aprustũ olim dictum, cuius meminit Plinius. Fuit autem ab Ausonijs, aut ab Oenotrijs conditum, & ex Syphes, & Grumenti ruinis auctum. Abest à mari m. p. XIIII. Hic nundinæ annuatim celebrantur. Texuntur panni frondiferi nobiles. In hoc agro vina & olea clara fiunt. Fit Sesama, & gossipij copia ingens, legitur mãna, nascitur cardus masticem fundens. Hic ab vno sociorum diui Francisci Assisini, monasterium extructũ est. In cuius ade beati Petri Cœnobita corpus quiescit. Huic monasterio adhuc diuo Francisco superstite præerat Daniel sanctæ vitæ vir. Hic & sex alij eius socij, Samuel, Angelus, Donnulus, Leo, Nicolaus, & Vgolinus, Christianæ fidei propagandæ desiderio accensi ad ethnicorũ regiones eo animo eũt, vt aut Christi fidẽ proferrent, aut certe pro ea mortẽ subirent. Itaq; ab Helia tũ totius eius ordinis antistite decedẽdi sibi copia facta. Ceptã Agarenorũ vrbẽ contenderunt. Atq; in vico quopiam extra vrbẽ instituoribus Christicolis ab rege ad commorandum dato triduũ Dei verba populo fecerunt. Quarta vero die altaris sacris rite ac religiose peractis eucharistia viaticum ingenti cum veneratione sumunt. Daniel sociorum pedes ablunt. Inde eos ad martyriũ constanter subeundum roborat. Sequente vero illucscente die, qua sabbatum erat, sparsis super capita de more cineribus vrbem subeunt, Christũ Iesum per eam passim intrepidè prædicant: in eumq; solum credentes animarum salutem assequi posse audenter asserunt. Agarenorum ignorãtiam simul & stulticiam arguunt, quod omisso vitæ fonte, & animarum salute Christo Iesu, idola surda & muta, quinetiam in eis dæmones, creaturas insuper ceteras vti deos colerent. Cæterum ab Agarenis ad regem rapiuntur, atq; ibi illisi prius probrisq; aspere increpiti, quod talia prædicare auderent, verberib. inde ac plagis sæuè afficiuntur. Quos rex contumelia gratia capitibus abrasis quæ Christi & animarũ salutis sunt, audacter loquentes cũ conspexisset, fatuos opinatus ferreis compedibus dies octo mancipari iussit. Inde ad se de integro adductos, si quæ dixerant, retractare, Christum abnegare, fidem suam apprehendere vellent, perciscitatur, idq; vt agant eos suadet. Illi v. quæ dixerãt, acrius affirmabant apereq; rationibus asseuerant, seruari posse neminem, quam q. in Christũ crederent & baptizentur. Rex ab integro remotis arbitris in penetralis domus loco eos sigillatim blande alloquitur, munera ingentia, si Christum abnegarent, spondet. At illis veri ac strenui Christi milites & athleta cuncta parui pendentes sua in sententia constantius perstitere. Quibus iam ipsum ad Christi fidem traherent, omnibus*

A *ritebantur. Quos tunc iam impius rex, vbi se nihilum prò fecere nouis, mortis supplicio destinauit. Tum illi ad Danielis pedes procumbentes pedes & manus illius deosculantur, atq; Deo, tum illi quod se ad martyrij palmam duxisset, gratias agunt innumeras, ab eoq; benedici postulant. Is vero illos amplexus, & osculis labãs benedixit, & in morte pro Christi fide subeũda corroborat, inquiens: Gratulemur, Deoq; gratias immortales agamus quod nos martyrij corõa dignos effecerit. Ecce angeli nobis præsto sunt, cœli ianua patet, hodie inter*
B *martyrum turmas in paradisi gloria erimus. His dictis ibant omnes ictu ad necem, ac si ad epulas. Iam certe ad veras & sempiternas epulas properabant. Obtruncati sunt à partu virgineo anno M. CCXXI. ante beati Francisci obitum annis quinq;. Quorum corpora à mercatoribus Genuensibus & Pisanis collecta, atq; inde postea ab rege Lusitaniæ in suum regnum delata sunt, & in Colimbria ciuitate iacent. Antonius quidã Pupiensis cum hos irrideret, nocte insequenti sibi per soporem tristi aspectu, armis indutis minitantes visi sunt,*
C *atq; horũ alter arrepto gladio plagam illi in coxendice infigere videbatur. Vbi Castrusillaro cesseris, tibi ad ortum proficiscenti, Cosa ciuitas vetustissima occurrit edito loco ab Oenotrijs condita, aut Hecataus apud Stephanum: Cosanum vulgus appellat. Distat à Frosinone m. p. XII. à Thurijs octo in regione Thurina sub Thuriorum olim ditione. In qua bellorum ciuilium tempore Q. Padius prætor cum legione Cæsaris in præsidio erat. Ait enim Cæsar bel. ciuilium libro tertio:* Milo Pompeianus dux Cosam in agro Thu-
D *rino oppugnare cœpit: & cum à Q. Pædio prætore cum legione lapide ictus esset ex muro periit. Et Cælius, profectusq;, vt dictitabat ad Cæsarem peruenit Thurios. Vbi cum quosdam eius municipij solicitaret, equitibusq; Cæsaris Gallis atque Hispanis, qui eò prædandi causa missi erant, pecuniã pollicitaretur, ab his est interfectus. Fuit Cosa colonia Romanorum, ad quam deducendam T. Quintius Flaminius princeps delectus est, aut Plutarchus in eo. Fuitq; donata ciuitate Romana, vt Velleius Paterculus libro primo prodit:* Cosæ,
E *inquit, data ciuitas. Fuit & municipium P. R. vt Cicero in Verrem libro septimo ostendit qui sæpe de P. Ganio municipe Cosano mentionem facit. Est Cosa sedes episcopalis. De qua Ioannes Ioachimus Abbas in Esaiã inquit:* Cosana ecclesia quadriformis, ac si cauda Calabriæ in cunctis suis sedibus coniicitur, præcidenda præ meritis. Sed postmodum reparãda, vt eò flagellum grauius iubeat, quo patientius interim ad fidei præmium expectatur, & si sub
F *Aquila terra hæc insana consiliis malis æstuãribus vndiq; concuti habeat, maiora tamẽ dispẽdia perferet, cũ post illius occubitum leuari non poterit à ruina. Hanc vrbẽ Eianus fluuius adlabitur qui Racanello miscetur. Hic emporiũ in armis singulos celebratur. Subtus vrbẽ specus est, in qua balnea extãt non vulgaria. Ex ea duo manant fontes, alter dulcem, alter sulphuream aquam scaturiens. In Cosano agro vina ac bona nobilia fiunt: legitur manna gossipium & se-*

samum

sama, proueniunt cappares, vitex, terebinthus & siliqua siluestris. Nascitur magnesia lapis. Laudantur pepones. Est ager hic herbidus pascendis armentis gregibusq; accõmodatus. Extant bubalorũ, nedum bõum armenta. Ab vrbe ad quartum lapidem Racunellus fluuius labitur Cylistarnus olim dictus. Nomen retinet etiamnum mons, vbi quondam Lagaria fuit, quã Cyrnustasum vocant accolæ. Abest mons hic milliarso a Cylistarno fluuio, à Cosa m.p. quatuor, a freto sex, a Thuriis decem. Fuit Lagaria ciuitas vetusta, non longe post bellum Troianũ in huius montis vertice condita, vbi aer saluberrimus viget. De qua Strabo libro sexto ait: Post Thurios Lagaria est oppidũ ab Epeo & Phocensibus ædificatum. Vnde Lagaritanum vinum nobile, dulce ac molle a medicis mirifice commendatum. *Item Athenæus ait:* Lagaritanum vinum tenue & optimum est validũ & densum. *Hoc vinum Plinius libro quartodecimo primum nobilitatis locum totius huius tractus tenere scribit, cui Messala salutem suam retulit acceptum, vt in Thuriis ostendimus. ait quidem de Calabris vinis loquens;* Omnium vero eorum Lagaritana maxime illustrata Messallæ potu ac salute. *Stephanus hanc vrbem propugnaculum esse dicit. Est porro locus ille, vbi Lagaria erat, vt duxi, eminens, ac natura validum propugnaculum. Nunc hic locus vacuus est sine habitatoribus, & ob id circum vinea non existunt. Sed non debent quidem tam felicia loca inhabitata, ac sine vineis deserui. Hanc vrbem Lagariam decantauit Lycophron in Alexandra. Vbi ait:*

Equi fabricator Lagariæ in vlnis
Hastam timens, & phalangem fortem
Pœnopei filius Epeus fabrefecit ligneũ equum,
Qui circa Cyrim, & Cylistarni aquam
Aduena domos longe habitabit à patria. *Super quibus verbis Isacius ait:* Epeus equi fabricator Lagariam condidit iuxta flumen Cylistarnũ. Ferramenta autem dicauit in templo Mineruæ & Medeæ, qui iuxta Cyrim & Cylistarnum hospes & aduena inhabitauit. Lagaria dicta à Lagaride pastore ibi gregem pascente. *Intus Grumentum oppidum erat Lagaria conterminum. Plinius enim vina Lagaritana non procul à Grumento nascentia scribit: & alibi Grumentinos Lucanorum mediterraneos dicit, quod hac loca Lucani, vt alibi dixi, Samnitum coloni incoluerint. Post Lagariam Querquarum oppidum est vetustum, olim Arponium dictũ, cuius meminit Diodorus Siculus. Sed an ab Ausonius, an Peucetio Oenotri fratre, qui hanc orã tenuit, an à Philoctete, an à Phocensibus, qui & in hac ora & in reliqua Calabria, vt ostendi, oppida condiderunt, conatum sit, compertum non habeo. Abest à Lagaria m.p. quatuor, a Cosa octo. Iuxta oppidum ex saxea quadam crypta, quæ est in radice Silari montis, Caldana fluuius oritur, Cyris olim dictus, cuius meminit Lycophron, huius aqua sulphurea est. In hoc Arpeniate ager gossipium fit & Sesama, Crocus, nascuntur cappares, fiunt & spectata vina, nascitur & sal fossile. In montibus syluestria animalia stabulãtur vt apri, cerui, caprea, & alia, quæ sæpe in Apennino Calabriæ esse diximus, vnde vberes venationes fiunt: congerunt & accipitres. Ad duos lapides Saracenus fluuius labitur, à quo ad secundum lapidem Trebisatum oppidum est vetustum, à Peucetio aut a Philoctete conditũ, haud procul a mari edito loco, Vicensimum Antonino Pio in Itinerario, qui illud inter Heracleam & Thurios ponit, distare quę dicit à Thuriis m.p. XX. ab Heraclea XXIIII. hic sunt opera figlina. In hoc agro fit Crocus. & gossipium, nascuntur cappares, & pinastri frequentes. Supra est Leuisdonia oppidum, & ipsum vetustum, Leutarnia olim dictum, distat à Vicensimo m. p. quatuor, à mari totidem, cuius meminit Lycophron in Alex. vbi ait:* Multi vero Syrim circa & Leutarniam terram habitabunt. *Super quibus verbis Isacius ait:* Syris & Leutarnia ciuitates sunt & fluuii Italiæ, quas incoluerunt reliquiæ Troianorum, qui ex Ilio euaserunt fugientes in Italiã. *Per hæc loca Podalirius filius Æsculapij pugno ab Hercule interfectus est, & sepultus prope sepulchrum Chalcanthus, vt Lycophrõ & Isacius aiũt. Adfuit præsens Podalerius bello Troiano cum fratre Machaone, duxeruntque naues triginta, vt Dictis Cretensis refert. Leuisdonensis ager frumenti & aliarum frugum ferax est, secus littus pinastri frequentes nascuntur. In hoc agro legitur manna, nascuntur cappares, fit & amygdalarum copia. Exinde est Amygdalaria oppidum, abest à Trebisato mille pass. mari duobus, Heracleopolis olim dictum. Strabo enim ait:* Post Lagariam Heracleopolis est supra mare paululum. *In hoc agro vina & olea generosa nascuntur, & cappares, fit Crocus, anisum, & cuminum. Ex hoc oppido fuit Põponius Latus vir Latinis litteris impense eruditus. Licet Iouius Calabræ gloriæ, sicut & alij multi, inuideãt, ipsum apud Picentes ex Salernitano principe ortum mẽtiatur. Vixit Romæ Pauli secundi, Xisti quarti, Innocentij octaui, & Alex. Sexti temporibus, & Latinas literas publicè magna auctoritate, & auditorũ frequentia plures annos est professus. Crepusculo ipsum profitentem Romana iuuentus post gallicinium præoccupandis subsellijs præueniebat. Ipse è Quirinali sæpe solus laternam præferens ad gymnasium proficiscebatur: qui licet in quotidiano sermone balbutiret, Latine tamen optime & eleganter loquebatur. Missus fuit à Rom. pont. in Germaniã, vt veterum auctorum libros perquireret, vnde multos Romam aduexit. Fuit vita integer: scripsit compendium grammaticæ graui stylo peruttile adultis, & omnium Cæsarum vitas ad suam vsq; memoriam in compendium redegit: scripsit & de Romanorum magistratibus, & de sacerdotijs & iuris peritis, & de legibus. Egit animam septuagesimũ annum agens. Elatus fuit auditorum nobilium pijs humeris, comitante funus Alex. Pont. purpuratu familia, ac Martio oratore laudante. Tumulus multis elegijs ornatus est. Pontani epigramma id est:*

Pompõni tibi pro tumulo sit laurea sylua,
Ossa maris rores, myrtheaque vmbra tegant.
Teque tegant, artusque tuos violæque roseq;
Ver habeat, Zephyros spiret & ipse cinis.

Stillet

Stillet & ipse cinis quæ & Parnassus & antra
Thespia & ipsa suas Ascra ministrat aquas.

Ab Amygdalaria m. p. quatuor Roseti oppidum est haud procula freto, cuius ager frugifer est, in quo Crocus etiam fit, & amygdalarum copia, nascuntur capparis, sunt vina & olea nobilia. Post Roseti Acalander fluuius labitur, qui olim Thuriorum & Tarentinorum agrum disterminabat, vt in Strabone videre licet: Qui libro sexto de Alex. Epirotarum rege loquens ait: Alexander publicum Græcorum conuentum tractus illus Tarentinorum compulsus odio ad Thuriorum agrum traducere conatus est, cum in Herculea Tarentinæ telluris æde illum celebrari mos erat, iubet ad Acalandrum amnem locum ædificari, vbi concilia forent. *Supra Roletum oppidum est, distat a Roseto m. p. iij. in cuius agro gossipium fit, & crocus, & olei copia. Inde est Cannacastrum cum generoso vino, & optimi olei copia, fit & Crocus, est & ager hic frumenti ferax. Supra Cannas ad amnis lapidem Nucara oppidum est in cuius agro vina generosa nascuntur, sunt & pecudes pulchræ. Inde est Rolano oppidum supra saxum humili loco, cui circumminent montes, abest ab Amygdalaria m. p. octo, à mari totidem. Cuius ager frugifer est, in quo optimum vinum nascitur, fit & gossipium, est & castregium vicus. Intus est Noa oppidum edito loco, distat à mari m. p quatuordecim, a Rolo octo. Eius ager fertilis est, sunt & vina nobilissima, & Crocus, nascuntur capparis, & antimonium, & silex, legitur manna, excidituer & aquaria, & lapis molaris frumentarius & olearius, sunt & castaneta, & sylua glandifera porcis alendis commode, quæ & gregibus & mansuetis vbera pabula suggerunt, sunt & sylvæ, quæ ad domorum tigna, & ad nauigiorum fabricam materiam vberem præstant, vbi sylvestria animalia stabulantur, quare & venationes sunt veteres, congerunt & accipitres multigeni. Sunt in hoc agro pagi Cersosimum, Casalenouum, & Constantinum. Inde ad mare redeunti Fabalium oppidulum offertur, quod Syris fluuius præterfluit, huc gossipium fit: est & Rocundula vicus. Ex inde est Arocha oppidum a mari m. p. duobus distans, cuius ager ferax est, fitq; in eo gossipium & sesama. Ab Arocha m. p. quatuor Syris amnis labitur Calabriam à Lucania diriments: à quo m. p. tribus Metapontus oppidum erat, quo tertium Italiæ regionem finiri Plinius scribit. Hic Ausonia, Hesperia, Oenotria, & Italica quondam tur-*

minus erat. Hæc est proinde Calabria antiquissima ac felicissima regio: Hæ origines eius, hæc nomina, oppida, atque gentes. Cuius vna tantum vrbs quondam ccc. hominum millia armauit. Omnia Calabriæ oppida, omnes pagos aut, vt sæpius dixi, Auxones, aut Oenotrii, Peucetiq;, aut Athenienses, aut Phocenses, aut Philoctetes, aut alii Græciæ principes, aut ante, aut paulo post Ilii excidium condiderunt. Præter pauca, quæ abhinc sexcentos annos ex veterum ruinis excitata sunt, mutatis sedibus. Id insuper haud quaquam legentes prætereat, quod vina, olea, mella, lanæ, gossipia, sericæ, frumenta, cæteraque fruges, atque omnis generis poma, item fontes, aquarumque scaturigines, item pecuaria, pabula, venationes aucupia, & hæc satis optima per totam regionem passim atque affatim sunt. Vbi salubrimus aer & præclara virorum ingenia reperiuntur. Sed de his particulatim mentionem fecimus, quæ aliis præstantiora videntur. Neque vno in loco manna legitur, sed vulgò propè. Metalla item cæteraque sponte nascentia, item planta nobiles multis locis proueniunt. Glandiferæ siluæ, & castaneta & sylvæ ad domorum tigna, & ad nauigiorum fabricandam passim sunt. Hinc Græci cuncta vno verbo complexi eam appellauerunt Calybrion, quod bonis omnibus scaturiat. Quamobrem opulentos ac felices essent omnes incolæ, si per regulos tyrannosque liceret. Hæc Calabriæ monimenta summis vigiliis per feci, vt mea vigilia meique labores posteritati vtilitati forent, & Calabro nomini laudis aliquid afferrent. Monitos velim & relictos, vt suis quisque regionibus diligenter & accurate perscribant. Vitent ineptias, ac vera, nec aranea, ac laude digna perscrutentur. In inuestiganda antiquitate impigri sint & veraces. Nam si externi ac longinqui homines suas regiones Latinis literis celebrant: cur nos Latini, vt potè in medio Latio nati, aut Latii accolæ nostram Italiam Latinis literis priscos imitantes non diligentissimè celebrabimus? Moneo tamen etiam vos ne vobis curæ sit ingentia volumina magis conficere, quam bona: sint veritatis & veræ laudis plena. Non singulos quosque literatores, & aliqua doctrina imbutos, sed literatos, & scientiis eruditos celebrate. Certum, vt sic omnis Italia describatur, curæ esse debet eius optimatibus, eruditos & studioprædites viros deligere, & numeribus adiunare.

* * *

Digitized by Google

DE ANTIQVITATE ET VARIA TARENTINORVM FORTVNA.

LIBRI OCTO.

IOANNE IVVENE EORVM CIVE AVCTORE.

LIBER PRIMVS.

Digitized by Google

Præfatio ad Ciues.

VRBIS nostra historia, quam vt ederem, sæpenumero postulastis, quotidianoque conuicio efflagitastis, futurane sit literatis hominibus grata, non sat scio. Atque vt tam diu de eaedenda ambigerem, rationes multis quidem partibus plures, & illa (ni fallor) haud leues confluebant, quæ omnes vt meum apud me magis valeret consilium, vtque ab incæpto tunc desisterem, quando sine famæ discrimine & possem & liceret, me commonebant. Res inprimis Tarentina adeo ob vetustatem Cimmerijs (vt aiunt) tenebris obscuratur, totque seculorum curssibus ab ætate nostra remouetur, vt à primordio eam paruo aliquo volumine comprehendere nullo modo valerem: quin (vt censeo) scriptor ille inter Latinos quidem tam grauissimus, quàm eloquentissimus (quicquid de Patauinitate dicant) qui populi totius quondam orbis terrarum principis, ideſt Romanorum res gestas miro artificio luculento sermone lacteaque sua illa eloquentia à Troianorum clade ad Augustum vsq; Cæsarem est prosecutus, id tentare non ausus esset. Et cur nostro hoc in argumento minus quam in suo trepidasset celebris illustrisque nominis Liuius, si prima Tarentinorum origo Romanorum incunabulis vetustior absque vlla dubitatione cognoscitur? Apud eos, qui veterum monumenta literis prodiderunt, erit qui nullo negotio inuenire queat, quo mundi naturaque totius anno, qua Olympiade, qua die, quaque hora iacta fuerint Vrbis Romæ fundamenta: at nostra mœnia, quis vnquam certò legisse contendet, cum primò erecta fuerint? Natalis dies illius Parilia est appellatus, hoc est vt (multi interpretantur) ante diem XI. Kal. Maias: at huius nostræ qui primus annotetur, neque audisse, neque legisse adhuc memini. Si annum ab Orbe condito in illa quæres, quater millesimum quadrigentesimum ac quadragesimum notauit Eusebius. Si Olympiadem, sextam refert, annumq; eius tertium ex Solis deliquio admirabili nec aliàs viso Lucius Taruntius Firmanus Mathematicorum præstantissimus. Si denique diei ipsius horam, secundam, & ante tertiam, Ioue in Piscibus, Saturno, Venere, Marte, in Scorpione, Sole in Tauro, Lunaque in Libra constitutis, idem Taruntius dum Varroni, & Cæsari studet obsequi ex ijs quæ Romulo passim acciderunt, obseruauit. Nihil horum, quæ de Roma dicta sunt (quantum ipse sentio) poterit de Tarento proferri, non modo aliqua scriptorum fide, sed ne leui quidem coniectura ab ijs, qui magno conatu rimantur, quæ sunt ob antiquitatem abditissima. Obuersabatur etiam oculis propè, non modò animo, quod semel atq; iterum legeram apud Platonem diuinum illum (vt dicunt) philosophum. Is dum scribentibus consuleret, siue ab onere eos potius auerteret grauissimo, dicere erat solitus, si rem amicis per gratam se non facturos animaduerterent, si nulla adhiberetur menti quæ perspicacior fieret, exercitatio, si demum obliuioni senectute genitæ nullum afferretur remedium, cauerent ne incassum laborarent. Et quid horum, quæ dicta sunt, ad scribendum mouere me potuit? Amici de me potius ipsi optimè sunt meriti, quippe qui, antequam hæc colligerem, viderant quæ scribi possent, neque fuissem ad calamum suscipiendum ingressus, nisi illorum consilio operaque fretus. Ingenij autem exercitatio in hoc studio perexigua videbatur: quantulus enim quisque, vel parum eruditus ad hunc scribendi stylum non venisset? Cumque opus ipsum multis ante seculis penè mortuum iacuisset, is non eram, qui tanquam Æsculapius ad vitam reuocarem, de quo iam fuerat conclamatum. Recusabam præterea huiusmodi laborem, quem inchoaturum iam vt minime deponerem, contendebatis, quòd instituendis in seminario vestris adolescentibus occupato ad rem tantam nostris maioribus neglectam, vel potius ignoratam, vacuum & liberum tempus non concedebatur. Nec vos præterit eam esse historiæ naturam, vt nullo pacto confici possit, nisi ab

eo, cui nulla occupata opera, neque impeditus animus, sed præparatum ac reconditum ocium redundaret. Monuit tandem me, & prope inuitum impulit, vt voluntati, & dignitati vestræ, ciues, subiicerem saltem horas paucorum lectione scriptorum, qui haberi in hoc extremo Italiæ angulo potuerunt, morem gererem, non me ipsum in re tam seria audirem, ingens patriæ amor, quæ cum vnicuique iuxta prouerbium sit iucundissima, eadem carior esse debeat, quam filij, quam parentes, quam amici, quam quisquam sibi. Ea enim sola parentum est parens, ea filiorum, ea amicorum, ea omnium quæ possidentur, larga donatrix. Profectò, si vt natura ipsa docet, multorumque exempla confirmant, sanguinem quis non effuderit, & mortem, quam Latinus Homerus pulchram appellat, vbicunque opus fuerit, pro illa non oppetierit, ac instar ænei muri hostibus se obijciens, sponte non subierit, ingrati & penè dixerim, impij nota non carebit: quantò magis qui laborem, vt eam ornaret, non sustinuerit? Præclarè scriptum à Platone ad nostrum Archytam quis vestrum non legit, quis à suis præceptoribus non audiuit? Non nobis solum nati sumus, ortusq; nostri partem patria sibi vendicat, partem amici. Quid turpius, quid indignius esse potest, quàm in omnibus sinere vt à belluis vincamur? sint aliæ perniciissimæ, sint fortissimæ aliæ: viuant multa vel tertiâ hominũ ætatẽ, quã Nestora Pyliũ vixisse fabulantur Græci: sint contentæ cibis nullo cogente creatis: non laborent pro vestimentis: ac protinus initio vitæ sint ita liberæ: naturæ sunt hæc munera, quæ homini in his omnibus est nouercata, non industria, vbi superemur. Auibus charissimi sunt proprij niduli: erratilibus feris cubilia illa dumosa gratissima: piscibus incundissima sua cauerna: & solus homo poterit non amare, poterit odio aliquo in patriam inuehi? cuius fumum alieno (vt aiunt) igne luculentiorem Ithacus Heros prospicere exoptauit, adamauitque Theseus, Græcorum fortissimus, non Ariadnem, quam neq; vidit, neq; cognouit. Sed vereor ciues ne dum me patriæ charitati deuinctum connitor ostendere, & ingrati ciuis notam exhorrescere, nimis vehementi desiderio ornandæ illius detentus ab alijs redarguar. Et quod Epharo Cumano oratoris Isocratis in dicendi facultate auditori accidisse dicitur, illud ipsum mihi vel multo inhonestius accidat. Carpitur enim Ephorus, quod cum res à patria gestas non haberet, vt eas cum alijs in sua historia dinumeraret, neque imperare sibi posset, vt eam relinqueret indictam, erupit in hanc vocem: Ea tempestate Cumani quietem agebant. Dicam Græcè vt iucundior historia videatur: κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν κυμαῖοι τὰς ἡσυχίας ἦγον. Hoc vnũ, quod Ephorus dixit ab acutulis ingenijs animaduersum, ipsis mouit risum. nam dum aliquam obscuro tunc oppido dignitatem verbis illis afferre speraret, magis illius ignobilitatem patefecit. Sic ipse non modò risum, fortasse inuidis & obtrectatoribus, sed & cachinnos commouebo, quod tàm multa collegerim, quæ longum de rebus maiorum nostrorum struerent volumen. At me reficit magnopere, & recreat hoc, quod nostræ Vrbi nullus vnquam audebit ignobilitatem obijcere, cùm nobilissimæ inuitis omnibus semper fuerit. Præcipuè cum non multis gradibus inferior Roma ipsa aliquando credita sit. Et ne vanum ac mendacem me iudicent qui critici vocantur, vel Momi, quorum hoc semper fuit ingenium, hic mos, vt nihil ipsi vel loquerentur saltem, & aliorum opera oculatis, vt cum Plauto dicam, manibus tractarent, & nimis curiosè contemplarentur, in medium aliqua proferam, vt intelligatur id ita esse, vt dixi. Sicut igitur Roma sic Tarenti primus ortus, cum fabulosus, tùm augustus. Dijs vterq; adscribitur, vel ob vetustatem, quod verissimum iudico, vel ob maiorem Vrbium auctoritatem. Fuit hic veterem scriptorum vsus, vt cum vera non occurrerent & certa, ad fabulas perfugium tanquam ad sacram, vt aiunt, anchoram, haberent. Apud Herodotum historiæ principem, ac parentem, apud Theopompum Gnidium Thucydidis discipulum, quod dixi, inuenies. Romulus ergo Romam condidit, Taras Tarentum. Ille satus Marte, hic Neptuno. Bellorum Deus alter habitus, nauigationis alter: quia & populus Romanus bello potentissimus erat futurus, re nautica & maritima Tarentinus: licet hic & aliquando armis operam dederit, & ille quam terra tàm mari clarissimus. Europæ sinu tertia sed pulcherrima, & illustrissima partis orbis, & Roma, & Tarentum adificata, atq; in Italia: illa tamen in Latio, hæc extra Latium, & in Iapygia, ac Messapia. Vterq; populus reliquis terræ partibus omnibus, quæ tunc innotescerent domi, ac militiæ cognitus. Tremuit quondam Romano milite Africa, tremuit Asia: formidabilem & Tarentinum vtraq; experta est hostem. Cultissimæ apud Romanos non vbi primum iacta sunt fundamenta, sed post domitas bello armisq; prouincias fuere quantulocunq; illa tunc comprehendebantur numero artes, quas ingenuas, ac liberales vocant. Sed nec minore studio culta apud maiores nostros: id quod nomen magnæ Græciæ non obscurè indicare tradunt: quo in loco Pythagorica imprimis disciplina per multa quidem viguit secula:

nam

nam in illa clarissimi viri floruere, quorum haud scio an principem locum non tenuerit Archytas. ipse enim inter condiscipulos Alcmaeona, & Philolaum Crotoniatas, Hippasum Metaponti ortum, Epicharmum Coum, Empedolem Agrigentinum, & alios quamplurimos, qui Pythagorei dicebantur, iis ferè diebus quando L. Brutus Tarquinijs expulsis patriam tyrannide liberauit, tanquam Lucifer inter stellas emicari visus est. Duces Romani exercitus atq; imperatores non nisi longa serie grandiq; catalogo ab iis qui chronologiam scribunt disponuntur: & Tarentina militia non succurrerent pauci, ex quibus primas, vt in mathematicis Pythagoreisq; studijs Archytas longè est promeritus, cum Nicomacho cui à frequentiore quam in pugna assequebatur victoria nomen inditum videtur: & cum Dinone, cuius virtutem reiq; bellicæ peritiam ornatissimè describit Plutarchus Cheronæus. Nec exprobrent mihi inuidi quod peregrinis, & aduenis aliquando tum Regibus, tum Imperatoribus obtemperasse Tarentinos legatur. Et Aristophilidi Crotoniatæ, Alexandro Molosso, Agathocli Syracusano & Pyrrho Epirotarum Regi in militia ab ipsis electo duci paruisse: nam & qui Romulo successere non omnes intra vrbis pomœria orti, sed nec omnes è Latio oriundi. Curibus Numa Pompilius accersitus: Ancus Martius. L. Tarquinius peregrini, Numæ ex filia nepos ille, hic Damarati Græci filius, qui in Hetruriam primò è Corintho cum Cypselli dominationem pati nequiret, Romam mox aduenit: omitto reliquos, qui si Reges fuere, ipsi tamen non omnes ex Regibus orti. Obiicient aliqui Iunios, Valerios, Lucretios, Mutios, Menenios, Largos, Martios, Quintios, Fabios, & cæteros his æquales: obiicient Camillos, Scipiones, Pompeios, Cæsares: quorum Heroum infinitus penè est numerus: obiiceremus & nos ciues nostros quamplurimos, si rerum nostrarum antiquissimarum cura priscis non fuisset scriptoribus grauis & ingrata: vel si fors nimium iniqua non fuisset, neq; præclaris, ac magnificis nostrorum principum rebus inuidisset, vt merito, quantum Alexander Philippi ob Homerum, Achilli inuidia contraxerit, tantum & Tarentini possent aliis populis, quibus fortuna nunquam non improba magnificos tribuisset viros, qui parua admodum facta vsq; ad sydera eleuarent. Sed qualem mihi effingo Spartam? Assyrios, Medos, Persas, Lacedæmonas, Macedonas, Athenienses, bellicosissimos olim populos, & potentissimos nolunt Græci, nolunt Latini Historici Romanis conferre, & ipse Tarentinus, vel pares ausim scribere? Romanorum ciuitas adeo se extendit imperio, vt vniuerso terrarum orbi fuerit dominata: nec modo mari præfuit nostro, intra Herculis, quodcunq; est, columnas, sed in Oceano diuisisq; toto orbe Britannis: ac tempus quo regni clauum tenuit, non breue sed diuturnius quàm cuiusuis Reip. ex prædictis populis. Res quidem ita se habet, nec quemquam fore arbitror qui mecum non affirmauerit. at quis item non profitebitur omnia, vel multa scriptoribus licere dum præcipuè patriam exornent? Tarentini patres nostri iam inde ab vrbe per Phalanthum facta vsq; ad Pyrrhi aduentum sua ditione potiti tamen, & si non tanta, in gloria vixere. nam & pluribus populis, quos à Liuio, Polybio, Diodoro, Dionysio, licebit agnoscere, imperarunt, adeo vt nomen eorum ipsis etiam Romanis aliquando formidolosum extiterit. Nam qui me continere potero, vt ea his tam multis non interseram immisceamq;, quæ religiosissimum iam inde ab initio gentilium errore, deinde in Christiana orthodoxa salutariq; fide constantissimum indicant Romanum, & Tarentinum? Non tamen non lubentissimè promptoq; (vt debeo) animo profiteor, & quoad spiritus hos reget artus profitebor, nec sinat vnquam Deus optimus & clementissimus, vt aliter aliquando profiteri demens audeam, Romanam scilicet Ecclesiam eam esse, & eam fore vsq; ad nouissimum orbis diem, qualis & à primo erectionis lapide fuit, quæ caterarum omnium, quotquot in Christiana republica sunt, domina sit, parens, atq; magistra: sola felicitatis culmen adepta, quod ipsi soli vniuersam doctrinam ecclesiasticamq; disciplinam Apostoli cum suo sanguine profuderunt: vbi Petrus passioni dominicæ adæquatur: vbi Paulus Ioannis præcursoris exitu coronatur: vbi tandè hodie Sixtus V. summa animi virtute religiosissimè ac pientissimè præsidet. ab hac nunquam desciscere visa est Tarentina Ecclesia, nunquamue desciscet: hanc tenuit ac tenet radicem: hinc agnouit semper, agnoscitq; genitricem. Sed vt ab Ethnica superstitione id ita se habere paucis demonstrem, prout communis omnium ferè gentium, quibus (vt in Iudæa) Deus verus, qualis quantusq; esset, trinus & vnus non cognoscebatur, in idolorum cultu status erat deterrimus. non enim tantum Delphi Apollinem venerabantur suum, Naxos Liberum, Lemnos Vulcanum, Paphos Venerem, Samos Iunonem, Athenæ Mineruam, Romani Quirinum, quantum Tarentini Neptunum, quem huius vrbis custodem poeta Venusinus appellauit. Hic etiam suum habebat cultum Apollo Hyacinthius, hic Iuppiter Apollinis pater, in cuius templo ad hanc ferè sententiam iussu Pyrrhi Epirotarum Regis incisa fuit victoria memoria, quam de Romanis non sine tamen magna Tarentini exer-

citus iactura acquisierat: Qui antehac inuicti fuere viri, pater optime Olympi, hos ego in pugna vici victusq; sum ab eisdem. *hic colebatur Hercules, cuius statua, Lysippi opus, à Fabio Maximo Romam asportata in Capitolio iuxta aeneam ipsius victoris equestrem statuam fuit locata. hic Satyrorum, hic Nympharum aedes magna veneratione custodiebantur: vt omittam Deos cæteros, quos Tarentinis iratos relinqui Fabius idem respondit scribæ interroganti, quid de illorum signis fieri iuberet. In Christiana autem salutari ac cœlesti religione, quis vnquam negare auderet, aquauam esse Romanæ Ecclesiæ Tarentinam? siquidem testatum est apud nos patrum memoria. Apostolorum principem secundo Cæsaris Claudii anno, Hieronymo in scriptorum ecclesiasticorum catalogo ita scribente, cum ad expugnandum Simonem magum Marco, qui eius erat discipulus, comite Romam commearet, naufragio nauis qua vectabatur ad Tarentinos Hydrunto diuertisse, quos cum idolis & Soli maximè, quem ante aquæ haustum adorabant, obnoxios tam perdite conspiceret, ad fidem* IESV CHRISTI *tum prædicatione, tum signis conuertit: Amasianumq; illis præfecit Episcopum, quem Marcus Euangelista adeo incuruum, vt cœlum suspicere nulla ratione posset, illis psalmographi verbis:* Dominus erigit elisos, *summa omnium qui intererant admiratione, ad pomarii tantum sedentem erexit. Et quoniam Apostolorum princeps principi omnium quæ habitabantur vrbium debebatur: vbi & Petri ipsius nauicula erat conseruanda: Amasiano, quem pastorem eis dederat, haud multo post ad beatiorem vitam fortunatissimè accersito, reuersos ad idolorum cultus, vt canis redit ad vomitum, Tarentinos centesimo & sexagesimo anno post domini ad patrem ascensum, Aniceto Syro tunc pontifice maximo beatus* CATALDVS *ab Hibernia vsq; exteri maris insula oriundus ad pristinam reuocauit fidem, iussus à Deo ipso vt id faceret, posthabito eremiticæ vitæ in Hierosolymitanis partibus proposito. quem diuum gloriosissimum & miraculis in tota Italia, nedum Iapygia clarissimum si antea, nunc vero maiore quadam sanctione patronum & tutelarem habemus, auctoritate Gregorii XIII. pontificis maximi, quem, vt officium tanti pastoris peruigilis ederetur, oraculo Gulielmus Sirletus Cardinalis sibi facto, licentiam concessisse, ac dedisse testatur. ab eo tempore vixere deinceps, & viuunt Tarentini sub amplissimis pariter & Christianissimis præsulibus quorum omnium vel plurimorum suo loco non mediocris videbitur series* LAELII *Brancatii, qui hodie nobis in pontificatu sanctissimè præest, industria & sudore edita, atq; in historia reposita. Mœnia arces, lapidibus strata viæ, suburbia, insulæ, sublicii pontes tecta, ciues in suas dispartiti classes, magistratuum honorifici gradus, leges, instituta, mores, ludi, certamina, non minus Tarenti quam Romæ viscbantur. Quid dicam de nobilissimo Theatro, de fluuiis Galeso & Tara celeberrimis? Quid de classe maritima, de portu, quem Christianarum nauium veluti perfugium ante insignem in Echinadibus victoriam Ioannes Austriacus Philippi inuictissimi frater designarat? Quid de fontibus, lacubus, paludibus, aquæductibus, nescio an alibi tam magnificè visis? Quid denique de cloacis ac diuersoriis? Hæc quidem omnia vel pari vel non longè dissimili inferiorue apparatu, cultu, industria, apud vtrosq;. Sed nec tot vtrobiq; portæ: verum & Tamenetida tàm celebris, quam alia quauis apud exteros: ea continentem intuebatur, & in illa vrbis plaga, quæ ampliorem arcam complectebatur, cuius meminisse Liuium nulli obscurum arbitror. Forum, si Straboni credimus, amplissimum, & in omnium ore ob Iouis colossum ære fabre factum, eximia post Rhodium magnitudine, multi nostris diebus in exstructione arcis nouæ coniiciebant prope locum, vbi Theatri vestigia detegebantur, & id ex grandioribus effossis lapidibus, continuisq; magna arte & summa impensa exstructis parietibus. Aquæductum quis vnquam talem viderit? omitto veterem, qui vrbem ex orientali continente, & superiore loco ingrediebatur: in eo quem cernimus, quo fruimur, quo vicinus vrbibus totiq; Iapygiæ inuidemur, montes altissimi conspiciuntur perfossi, exæquata conualles, exstructi arcus tanto artificio, per quos modo lapidei, olim ex creta fictiles tubuli, præter subterraneos, & canales etiam structiles, crustatos & cæmenticios (vt sic dicam) situantur. locus vnde tubulorum initium Tryglì dicitur, Crispiana abbatiæ ager. Laudabile Senatus consultum, quo agrorum possessores prohibentur, ne riuos violarent. proximi ductus, qui à quincto miliario oblongo constructi sunt lapide, maiore quadam obseruantur cura, nec tantum quia operis sunt magni sed quia facilè effringerentur, & aqua vrbem ipsam destitueret. Scripsit Iulius Frontinus librum de Romanorum aquæductibus, scripsisset & de nostro, si Tarentum aliquando diuertisset. Surgit in sublime aqua ipsa (vt cernitur) non plumbeis laminis, neq; fistulis denûm (vt præcipitur) pedum longis vel quinúm: & est tam salutaris, vt medici haustum illius crudæ ægrotis non abnegent. Sed hæc omnia suo tractanda loco, ne præfatio in ipsum excrescere opus videatur.*

deatur. Artes autem illæ, quæ vulgò μηχανικὰ τέχνα appellantur, & quarum opifex Suetonio machinarius, non omnes valde notabilis memoriæ apud veteres proditæ sunt, præter agriculturam, qua Tarentinorum prænomen Cai ἀπὸ τῆς γῆς deductum est, & præter piscandi genera tam varia, lanarumque tincturam, quæ colores mentiuntur, quæque adulterantur præcipuè ex purpura marini Conchilii genere, vnde iuxta intimi maris litus mons prospicitur de huiusmodi putaminibus ad multos passus ab aquis ipsis elatus, sicuti ad vrbem Romam prospicitur Testaceus. Sed illud non prætermittendum, quod ad liberales artes pertinet, studia, quæ humanitatis appellantur, semper hic (vt hodie Lucio Sancto Foueano, & Francisco Caucoto præceptoribus) floruisse, qua ratione & M. Aurelius, qui Cæsar fuit postea vicesimus quintus, à parentibus Tarentum missus mansuetiorib. Musis operam dedit. Hæc obiter dicta sint tanquam operis ipsius argumentum significantia, & vt intelligatur verum, quod initio dictum fuerat, in his rebus fere, vt non minus laborasset Liuius ac in Romanis. Illud ab omnibus etiam atque etiam peto siue vos ciues mei legetis hæc, siue exteri, vt hunc meum laborem quem pro ornanda patria susceptum conspicietis, non parui pendatis: quantus enim, quantus est, lectione non est indignus. id quod copiosissimus index aperiet, vbi quasi manu omnibus licebit attrectare nihil me in hac historia finxisse: quicquid scriptum est, Græcorum Latinorumque omnis generis scriptorum testimonio firmatur. Adres autem historicas non veniam, nisi prius ostendero, non minus in Græca quàm in Latina & Romanos & Tarentinos efloruisse linguam: ea tamen differentia, vt quantum in Latina præcelluerint Romani, tantum in Græca Tarentini: cum illi in Latio habitauerint: hi vero in magna Græcia. ab Hesychio igitur, Varino, Suida, Etymologiaste, Budæo, Iulio Polluce, recenti Græco Thesauro, & aliis Lexicon subiunxi breuissimum, quo Tarentina tantum (cum de Romanis satis sit credere) Græca dictiones comprehenduntur, vt facta de lingua Græca fide, nulla oriri possit de Latina, quæ posterior fuit controuersia.

LEXICON GRAECARVM VOCVM, QVIBVS TARENTINI VT SVIS VTEBANTVR.

ARISTOTELES *in Tarentinorum Republ. scriptum reliquit, numum ab illis cudi solere, in quo Delphini dorso insidens Taras Neptuni filius visebatur. ac quod alii Græci νόμισμα, id Tarentini νόμων, Dorica dialecto dicebant. Erat profectò in tota hac regione, quæ magna olim, vt dictum est, Græcia vocabatur, Dorica dialectus, vt maximè liquet ex quodam, quod Archytæ adscribitur, volumine nuper (vt aiunt) è tenebris erutо, & à Dominico Pizzimentio Hipponiate in Latinitatem conuerso, vbi de primis rerum generibus, quæ διάκοσμα in Dialecticorum scholis appellantur, κατηγορίαι à Græcis, non minus doctè quàm Peripateticorum principe disseritur: atque ex Ioannis Stobæi Eclogis de rebus Physicis atque Ethicis. qui Archytæ de ente, principiis, ac mente, differentis verba ipsa profert, quæ Guilelmo Canteroi interprete ad eius vitam apposuimus. Quin & inter sexcentas lingua Græca dialectos, Tarentinam à Grammaticis inseri non est omnibus ignotum, sicuti ex sequenti constat dictionario.*

A.

Ἀβὰς, ὁ εὐήθης, καὶ ἱερὰ νόσος, Bardus, fatuus deceptu facilis, stultus. ἀβὴς, ἀσύνετος, ἀνόητος, ἀκάθαρτος, ἀόσιος, imprudens, prophanus, & impius. Est & sacer morbus, seu ἐπιληψία qui & Comitialis apud Latinos est caducus, Herculeus, quod Hercules eum morbum passus sit, vnde & aliquando ἐπίληπτος, καὶ ἐπιληπτικὸς, ἡρακλῆς dictus est. Notum est autem illud Comitiali morbo interrumpi solere Comitia, quo die aliquis concidisset: atque hominem Comitialem appellasse veteres, qui eo laborabat morbo. præter Platonem, Aristotelem, Apuleium & Catonem, scribit pauca Quinctus Serenus de hoc morbo:

Est subiti species morbi, cui nomen ab illo
Quod fieri nobis suffragia iusta recusat.

Ἄβιος, ἔξω, affinis dictio cum superiore: exterior vel qui mente est alienatus, impos animi, φρενητικὸς, phreneticus, delirans, amens.

Digitized by Google

Α᾽γετρία, μαῖα, μαιεύτρια, obstetrix, ὀμφαλοτόμος, vmbilicum præcidens, cuius munere fungebatur olim amita, siue patris matrisq; mater, vt natu grandiores, λοχία quãuis & λοχία, purpureum significet.

Α᾽διξις, ὁμολογία, confessio, pactum, conditio. quid si fortè per additionem τῦ ε, ἄδειξις, apud reliquos Græciæ populos dicebatur? & α in hac dictione idem significat, quod ὁμῦ, vt in ἄλοχος, quasi ὁμόλοχος ita possimus ὁμοδειξιν dictionem interpretari, vt interpretamur ὁμολογίαν.

Α᾽ηκτον, gladiolus, sica vel sicula, συασκὸν, ἐγχειρίδιον, μαχαιρα', ξίφος. pugio, cultellus. ea enim gladiolorũ genera sunt. ἄηκες, τὸ μὴ ἠκονημένον ξίφος. Suidas. non acutus pugio. ἠκὴ, acies ferri, α priuatiua particula.

Αἰκάης, vel αἰδάμας, Dorica dialecto, cunctator, vel quod Δατρίβων, moras trahens, Δατριβὴ cunctatio, ἀναβολὴ.

Α᾽κελλεὰ *ἔκλεψαν, excluserunt, furati sunt, circumuenerunt, non sat liquet, locus existimatur corruptus.

Α᾽κερόδρυον * πλῆρε μέτρον, perfectũ, metrũ, plena mẽsura. Et hoc quid sit ignoratur.

Α᾽λαζονεύεσθαι, ψευδεσθαι, καὶ καὶ αἰσχύνεσθαι γενικῶς Suidas, mentiri, iactanter ostentare vel erubescere, multaq; alia vt Varinus. quo verbo non modò Tarẽtini vtebantur, sed & Athenienses, qui classici inter Græcos erant. ἄλαζα, αἰσχρὰ, turpia, ἀλαζὼν ὄρνις pauo. ἀλαζὼν pro ἀλώμενος idest vagus. ἀλαζονευμα, ostentatio ἀλαζονεία iactantia: quid si ἀπὸ τῆς ζώνης quasi absq; cingulo? notum illud de Sylla in Cæsarem, cauerent à puero malè præcincto. ἀλάζω, lasciuio nimia pabuli vbertate. ἀλαζὼν, arrogans α intensiua particula.

Α᾽λανέως, ὁλοσχερῶς. verè, planè, integrè, ἀλανὴς, ἀληθὴς. verus. ἀκαριέως item. contractè, vno momento, in puncto temporis. ἐν ἀτόμῳ, ἐν στιγμῇ· ἀλάνεια, ἡ ἀλαζονεία παροιμία. Suidas.

Α᾽λιαίαν, ἐκκλησίαν. Ecclesiam, quasi maritimam, & in Euangelio naui comparatur ἁλιὰς nauicula piscatoria, ἅλις, aduerbium confertim, coaceruatim. ἁλιάζω congrego coaceruo. ἁλία, ας, ἡ. congregatio, cœtus, concilium. ἁλεὶς in vnum congregati, conferti: ἁλίαν, θαλαττίαν. Varinus.

Α᾽ματὶς, ἅπαξ Semel. sicut ἅμαξις, Cretensium: at ἁμάξιον τὸν ἄβακα vocant Lacones, nisi legendum esset ἀβάκιον.

Α᾽μπίσχον, πυλῶνα. portam, atrium, vestibulum, αὐλὴν maiorem domus portam.

Α᾽μῶσας, κρεμάσας. qui suspendit.

Α᾽ναγετρὶς, μάζα: Hesychius & Varinus, polenta, placenta. hanc autem vocem non videtur admittere Henricus Stephanus in suo Thesauro, vt sequentem dicens, sed forsan pro ἀναγετρὶς, scribendum ἀναγέτρια. & μαῖα pro μάζα.

Α᾽ναγέτρια, obstetrix, Hesychius. ἡ ταῖς τικτούσαις ὑπηρετοῦσα γυνὴ, ἤτοι λεγομένη, ἡ ἀτεκνοὶ μαῖαν καλοῦσι. eisdẽ verbis Varinus.

Α᾽ναλεῖ, σχολάζει, ociatur, negociis vacat.

Α᾽ναρ, ἄγγελος. legatus, nuncius.

Α᾽νδικολόγος, δικὴ ἡ ἐπὶ ταῖς χρεωκοπίαις δικάζομένη, causa quæ à principibus adiudicatur.

Α᾽ννωμα, τὰ θρυπτόμενα, mollia, delicata, & quæ mollicie friantur.

Α᾽ντώμοναι, ὑπαντῶται, occurrentes, obuiantes, ἄντομαι occurro: item supplico vt Etymologiastes. ἀντομένη, συναντήσασα, καὶ ἀντόμενοι, συμβαλόντες. Suidæ.

Α᾽παρτεῖν, ἀποκηρύσσειν, perficere, vel præconio deuelare. ἀπαρτὶ ῥῆμα, ὡς ἀμφηγητὶ. Suidæ.

Α᾽ποκλωνεῖν, ἀποστρέφειν auertere.

Α᾽πόληρος, ἡ τῦ θανάτου γραφὴ, mortis descriptio. forsan παρὰ τῦ ἀπολέσαι. ἀπόλυγε, παῦσον Suid. ἀποληρέω, nugas nugor, deliro. Mortis autem descriptio vel effigies, vt hoc obiter adiiciatur, ita est apud Satium:

Stygiis emissa tenebris
Mors fruitur cælo, bellat oremq; volando
Campum operit, nigrosq; viros inuitat hiatu,
Nil vulgare legens, sed quæ dignissima vitæ
Funera, præcipuos annis animisq; cruento
Angue notat.

Ἀρβάλη, τήγανον, ὀστράκινον. Sartago testacea, patella fictilis.

Ἀρμόγαλα, τὰ ἀρτύματα, Condimẽta, ἁρμύματα, eodẽ modo exponuntur ab Hesychio.

Α᾽σάνδης, ἡμεροδρόμος. Cursor diurnus, nuncius. ἄγγαρος, ἄγγελος, Persicũ est iuxta Suidam, cuius verba sunt. ἀσάνδαι οἱ ἐκ Δεδοχῆς γραμματοφόροι. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ ἄγγαροι. τὰ δὲ ὀνόματα περσικά. propriè seruitus coacta. vnde nomen Angariæ, & perangariæ in libris iuris frequentatum manasse videtur. ἀγγαρῆον δρόμημα, cursus perniciss-

mus

mus equitum: horum diuersoria, in quæ peracto diei penso diuertebant Angara ἄγγαρα vocabantur.

Ἀτυξένοι, οἱ μὴ ἔχοντες ἐν τῇ πόλει τὴν οἰκίαν ἰδίαν: inquilini, qui in vrbe proprias non possident ædes, quasi hospites Vrbani, seu peregrini in vrbe commorantes. ijdem sunt cum ἀστυοξένοις, qui ex maioribus quidem oriundi ciuibus, peregrini habentur nihilominus, cuius modi in Lydia Agamemnõ.

Αὐλητήριον, τόπος παρὰ Ταραντίνοις, Theca tibiarum propriè: sed locus erat apud Tarentinos vbi degebant tibicines. αὐλέω carmen ad Tibiarum sonum cano, tibiis ludo. αὔλησις ipsa tibiæ in flandæ actio. αὐλητὴρ tibicen: αὐλητρὶς tibicina. αὐλητρὶς πίπτωκεν, ἀμφιβολία λέξεως δύο καὶ τὰ πλείονα πράγματα σημαίνουσα λεκτικῶς, καὶ κυρίως. δηλοῖ γὰρ δι' αὐτῆς ὅτι καὶ οἰκίαν ἰδίαν πίπτουσα καὶ ὅτι ἐκπεσοῦσα ἡ αὐλοῦσα. Hæc omnia apud Suidam, quæ prius legerat Fabius Quinctilianus. Alterum (de ambiguo loquitur) est in quo alia integro verbo significatio est, alia diuiso: vt in genua, & armamentum, & coruinum, ineptæ sunt cauillationes, ex quo tamen Græci controuersias ducunt: inde αὐλητρὶς illa vulgata, cum quæritur, vtrum aula quater ceciderit, aut tibicina si ceciderit, debebat publicari.

Αὐθέται, ἐλεύθεροι. libri, ingenui.

Ἀφέκτης, ἱερὸς, τῆς ἀνέμους θυόμενος: Sacer, qui ventis sacrificat. forsan ab ἀπέχομαι, vt significet eum, à quo abstinetur, sicut Varinus dicit. τοῖς ἀνέμοις ἀκαπνοεπὶ λέγεται: Suidas, ἀφηκτέον, γενι.

Ἀφετὰ γυναῖκες, & ἀφετὴ κόραι: dimissæ mulieres, dimissæ puellæ. Quid si exponatur poni pro solutis, & permissiis cuiusq; libidini? sicut legitur apud Herodotum lib. primo de Babyloniorum mulieribus, quibus lege impositum est semel in vita cum exteris coire ad templum Veneris. Aphetor, hoc est ἀφήτωρ, Apollo nuncupatus, quasi emissor. vt Hesychius testatur ab emittendis & edendis oraculis, vel sagittis & radiis, vtriq; enim conuenit. & Strabo eiusdem vocis meminit in nono Homeri versus afferens. Porrò etiã ἀφετοὶ, dicuntur Deo dicati, vt γυναῖκες ἀφετοὶ, καὶ ἀφετοὶ κόραι, quæ sacratæ Diis, sicut olim Vestales, & hodie Sanctimoniales nostræ: sic & Athenæus vocare videtur animalia sacra, & tanquam in sacro septo libera, quæ passim vagãtur, quales esse cernimus in multis Italiæ vrbibus Antonianas sues Suidas: Ἀφήτορος, οὐ κοινότερον, ἀλλὰ τὸ πυθίως οἷον ὁμοφήτορος, ἢ ἀφ' οὗ ἐπὶ τοὺς λόγους ἔρχεται τοῖς χρησμῳδουμένοις. Ἄφετοι οἱ ἱεροβόσκοι, sacræ boues & dimissæ, καὶ ἀπολελυμέναι, Varinus.

Ἄφρατος, ἀπὸ τοῦ ἀφράσσειν, ἀφραίνειν, καὶ μαραίνειν, dementem esse, & fatuum: dicebatur autem ἄφρατος ἡ ἑκάτη, Hecate, Luna, quasi non stabili à verbo ἀφράτω quod significat inconstantẽ esse. vnde Triformis dicta est quia nunc in cornua, & propè vacua surgit: nunc diuisa est: nunc orbe plena. Sunt qui has in Luna varietates obseruant, σύνοδον id est coniunctionem, quæ & νεομηνία dicitur, nouilunium, interlunium, primatio: μηνοειδὰ idest primã Lunã quando apparet corniculans, falcata, nondum semiplena. δίχομον, ἡμιτομον, idest semiplenam vel dimidiatam, quam vulgus appellat septimam: ἀμφίκυρτον idest gibbosam, turgidã, & tunc vndecima est: πανσέληνον, plenilunium in oppositione Solis, quod tempus decima quinta Luna vocatur. Pythagorei quaternas Lunæ à Sole recedentis formas obseruabant: ea enim est nascens, vel oriens, corniculata, gibbosa, & plena.

Ἀχέλυρις, τῶν ἀχύρων φοίμνη τις: Grex quidã, fortasse legendũ τῶν χοίρων, idest, porcorũ. τὸ ἄχυρον palea, ὁ ἀχυρῶν ὠν, stabulũ palearũ.

Ἀχραδαμυλλος, ὁ κοχλίας. Cochlea, quasi aspera, concha. ἀκρὰς, δος, spinæ genus, pyrastrum. Columella:

Palmitibusq; feris latatur, & aspera syluis
Achrados, aut prunis lapidosis obruta pomis
Gaudet. B.

Βαινάται, αἱ λοξαὶ, & μὴ ἰθυπενεῖς ὁδοί. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ βίνατροι: obliquę & non rectæ viæ, à verbo βαίνω pro ἴσθη dicitur sæpè apud poetas βῆ, καὶ βᾶ pro ἔβαν, quod ipsũ est ἔβησαν, βάσις gressus: βατὴρ qui graditur, seu incedit.

Βάσκα, αἰδοῖον, καὶ πεσόννη, pudendum, & fibula: pudendũ autem intelliges fœmineũ. Βάρκη πόλις λιβύης, ἡ νῦν πτολεμαΐς καλουμένη. Βαρκαῖος λιβυκὸς. Βαρκάζειν τὸ βαρβαρίζειν.

Βάρις. genus nauigii voce Ionia, qua Bariũ in sinu Adriatico oppidum dictum est & apud ipsos Tarentinos Barca vulgaris est appellatio piscatorii nauigii.

Βασιλίνδα, παιδιᾶς εἶδος ἧ βασιλίας ἕνα πάντας διημιμένοι ἐχρῶντο. Basilinda etiã legitur

gitur Latinis literis in Calepino nouissimè edito. Lusus, quo Rex aliquis sorte factus laborioſum quiddã ministro similiter sorte facto imperitabat. Βασιλίνδα τὴν βασιλείαν exponit Suidas. vide etiam Iulium Pollucem. Sed & apud Tarentinos βασὶς dicta est Venus. Adscripsi verba Gyraldi Lilii ex Syntagmate decimo tertio. Basilis Venus à Tarentinis vocata fuit, vt ait Hesychius, quasi Regina. vnde & lusus quoddam genus, quo ij, qui Reges ac milites imitabantur, vterentur: ideſt quum ducta sorte aliqui Rex creatur, & imperat ei qui deinde simili sorte & ipse Rex imperat. quod lusus genus inter Iustiniani leges quidam trahere visi sunt, vt titulo de ludo aleæ. nam Regina dalia esse existimabatur, quæ Βασιλίνδα Græcè à Polluce, Suida, & aliis dicta est. Et si amicus meus Rhindalcha à distortis naribus, quasi Rhinocalcha libentius legere consueuerit: & nescio quo pacto ad Cortabum transferre voluerit. hæc ille.

Βατὰς ὁ καταφερὴς: pronus, procliuis. multa de hac voce leguntur in Adagio Βατικάρας, quod de pinguibus dictum exponunt, & impotentibus. nam vt quæ sunt viuido ingenio, caput erigunt, sic capite esse deiecto habetioris ac segnioris animi signũ esse solet. τῶν ἀδυνάτων est. adi Suidam, qui & per Diastolen legenda hæc duo verba addit Βᾶτα κάρας. Apud Gulielmum Pontinum Cornelii Celsi enarratorem leguntur hæc verba. Nam quod de Batis in myrtetis attulit parum ad rei atque artis disciplinam confert: ad ostentationem nouisse, & curiositatem non nihil facit. Hesychius Βάτας Ταραντίνους, hoc est Tarentinos esse docet. est enim Βᾶτα Græcè, quod Tarentum Latinè dicimus, Calabriæ Vrbs celeberrima. Stephanus, Βάτα, inquit, δῆμός ἐστι τῆς αἰγηϊδος φυλῆς. quare in agro Tarentino Batas hasce in myrtetis, vt vocat Celsus, sitas fuisse arbitror, vbi è tellure sulphurea, vel alioqui valde feruida materia affecta, euaporatio exhalet æstuosa. quæ verba quid sibi velint, medici ipsi videant, qui norũt in Celso locũ.

Βάριον ὀξύβαφον, acetabulum, acetarium, vasculum infundendo aceto paratum, in quod intingitur panis aut caro.

Βελαμνίσας Βελάρχας. scribendum potius Βελάρχας. vt sint qui telis, & armis publicis curandis præfecti sunt.

Βρουχος, ἀκρίδων εἶδος. Ἴωνες κύπριοι δὲ τὴν χλωρὰν ἀκρίδα, βροῦχον. Ταραντῖνοι δὲ ἀττέλαβον, ἔτι δὲ ἀμπελίαν μάντιν. Bruchus insecti genus locusta. D. autem Hieronymus ἀττέλαβον ait paruam esse locustam & bruchum, quæ modicis pennis reptans potius quam volans, semperq; subsiliens, ob eam causam vbicunq; orta fuerit, vsq; ad puluerem cuncta consumit: quia donec crescant pennæ, abire non potest. Viridem bruchũ vocant Cyprii. rursus D. Hieronymus, Confertur Attelabo, & locustæ, quæ *in die* frigoris eo quod auolare non possit, resideat in sepe, & postea orto Sole ex illius ardore calefacta exiliat, & ad alias regiones aduolans nequaquam meminit sepis, in quo tempore frigoris resederit.

Γ.

Γαλεοὶ μάντεις, ἤτοι κατὰ τὴν σικελίαν ἔθνος, καὶ γένος τι ὡς φησι Φανόδημος, καὶ Ῥήνθων Ταραντῖνοι. Vates qui Siciliam inhabitarunt, & genus siue familia quædam, vt tradunt Phanodemus & Rhinthon Tarentini. γαλεὸς mustellus, piscis, canis, canicula.

Γόλύριον, κέλυφος οἰκεῖον. oculorum inuolucrum naturale. & est κέλυφος cortex exterior, putamen, crusta, siliqua: & Aristoteles in historia animalium κελύφεα τῶν καρκίνων, cortices, seu crustæ, quib. cancri integuntur.

Γραικία, ἡ γραμμία, πανήγυρις, nundina.

Δ.

Δᾶμα, σπιθαμὴν, καὶ τὸ ἔγκωλον τῆ χειρὶ, σῆμα δὲ Ταραντῖνοι, palmus & inuolucrũ funiculi. Stamen. palmum autem magnũ intelligas id est mensuram, quæ fità pollice ad minimum digitum manu extensa, mensura duodenũm digitorum. lege adagium. Spithama vitæ. σπιθαμὴ τοῦ βίου, quod refertur à Diogeniano.

Δάμια, ἑορτὴ παρὰ Ταραντίνοις, Festum quoddã apud Tarentinos, fortasse Cereris, δαμάτηρ Doricè pro δημήτηρ Ceres. addam adhæc quod legitur apud Herodotum de Damia Dea. Cum Epidaurus infructuosa esset, ciues Epidaurii in calamitate, quam quotannis patiebantur, Delphicum consuluerunt oraculum, quibus Pythia respondit, eis tum demum benè futurum, si Damiæ & Auxesiæ simulacra erigerent,

peteuti-

petentibus autē cluibus vtrumque ex ære, aut ex lapide facienda? responsum fuit è neutro, sed ex oleagino ligno. at cum vix vsquam gentium ea tempestate oleæ. præterquam Athenis inuenirentur, Epidaurii rogarunt Athenienses, vt fas sibi esset oleam ex eorum agro incidere. ea lege Athenienses concessere, vt, Poliadi & Erecteo sacra dona mitterent. quæ cum perfecta fuissent, & Epidauria tellus fructifera ac sacra quotannis reddita: & cætera, quæ apud illum legenda essent in Terpsichore. Hoc genus sacrificii in operto fiebat iuxta alios in honorem Bonæ Deæ, dictum à contrario, quod minimè esset δημόσιον, hoc est publicum. ipsa quoq; Dea, quæcunq; erat dicebatur Δαμία & Sacerdos Δάμιος.

Διασυκάσαι. διαστιδάσαι, diuulgare, dissæminare, dispergere, disiicere, dissipare.

Διημος. ἡ ὀρχήστρα τοῦ διονυσιακοῦ θεάτρου, Orchestra Dionysiaci theatri. Est verò Orchestra locus in scena, in quo scenici artifices suas actiones exhibebant, & propriè est chori, sicut scena historionum, teste Polluce. est & locus in theatro, vbi Senatores sua habebant subsellia Dionysiacum appellauit Theatrum, vbi recitabantur versus dithyrambici in honorem ipsius Bacchi, qui & Dithyrābus cognominabatur, quod bis natus veluti ianuas penetrarit duas.

Δρήμι, fugio, thema est inusitatum.

Δυσχιδώτερος, κακοτροπώτερον, magis improbum. σχιδώτυκα, τὰ, animalia quibus fissæ, & fulcatæ sunt vngulæ. παρὰ τὸ σχίζειν, καὶ ὀνύχων.

E.

Ἐλευθέριος Ζεύς, θ aspirata litera in tenuem τ conuersa apud Tarentinos, Syracusios, Platæenses, Carioscque cultus fuit. ἐλευθέριος Ζεὺς apud Thucydidem, hinc ἐλευθερίως liberaliter, ingenuè, vt ἐλευθερίως ἐπιπαιδευμένος. & notat Suidas paradoxum μόνος ἐλεύθερος ὁ σπουδαῖος, οἱ δὲ φαῦλοι δοῦλοι. multa leges de hoc Iouis cognomine apud Lilium Syntagmate secundo. Eleutherius, liberator, saluator. Illud autem obiter non videtur prætereundum, quandò Iouis Epithetum attigimus, apud Salentinos, qui populi sunt in ipsa Iapygia iuxta Tarentum, Iouem fuisse dictum Menzanam, cui auctore Festo in verbo October equus, dicatus equus viuus in ignem coniiccbatur. Menzana autē quid sibi velit nondum reperi. Ζὰν ζανὸς, apud Dores Iuppiter est, vnde ζαμενὴς iracundus, vehemens, vnde ζαμενὴς καραυνὸς ideſt vehemens & impetuosum fulmen. & scimus Iouem dici fulminatorem, tonantem. aliis Menzana oppidum est Salentinorum, vt ibi nempe Menzanæ, esset hic vsus de iniiciendo in ignem equo.

Ἑξάγω χωλὸν τραγίσκιον, παιδιᾶς εἶδος παρὰ Ταραντίνοις ludi genus, educo claudum hirculum, exiguum hircum, ἐξωθῶ temulentus apud Athenæum.

Ἐλευθὼ, καθ' ἣν τῶν εἰλειθυιῶν, καθ' ἱστόρουν δήμητρος. apud Tarentinos & Syracusios dicta est Iuno, quæ eadem esse legitur cum Cerere. hoc vox εἰλευθὼ à verbo εἰλεύθω quod significat Venio, dicta est, qua ratione a Latinis dicta est Lucina, à veniendo quod inuocatur, vt puer veniat in lucem. Phurnutus lib. de natura Deorum, Hanc (Lucinam) *sibi occurrere placidam, parturientes precantur, petuntque vt partum constrictos leuiter soluat, facilemq; minusq; laboriosum largiatur partum.* quæ eadem & εἰλευθύια, id est veniens scilicet ad parturientes, nominatur & in Epigrammatum lib. florido μέφθον εἰλευθὺς ἐκφυγὼς, & εἰλείθυον, templum Iouis. εἰλειθυία Lucina à verbo (vt diximus) εἰλεύθω, id est venio.

Ἐργαλεῖον, ἐργαστήριον, instrumentum, ferramentum artificum, officium, taberna textrina, in qua tela texitur. adhuc hodie Tarentinæ mulieres appellant corruptà voce Argalio: Est & nomen genericum, nam & ἐργαλεῖα γεωργικὰ instrumenat rustica apud Pollucem. & ἐργαλεῖον ἔργον apud Suidam.

ἐρπῶν Syracusii & Tarentini pro ire ponuntur semper vsurpat Theocritus. latini dicunt repere. Vergil.

Ima susurrantes repebant ad vada lympha.

Et Caprarum est repere vt alibi idem.

Deserta rebant ad caua rupis.

Et vt à serpo dicitur Serpens: ita à repo dicitur reptile, & ab ἕρπω ἑρπετόν. Ἑρώτιον ἐρώμενον: imaguncula. Cupidinis, & nomen

nomen proprium meretriculæ in Epigrammat. At ἐρωλίδια festum amoris Thespiensibus apud Athenæum, quod à Plutarcho ἐρωτικὰ appellatur, quo de festo scribit Zeno Cittiensis, vt refert Laertius.

Ἐσβοθρὸν, εἶδος παιδιᾶς. genus loci, ludi ἔσβη, ἐσβέθη, ἐπαύσατο. Suidas.

Ἐσθαλωπία, ἡ τῶν ἱματίων ἀγορὰ. forum, vbi venduntur vestes, forum vestiarium.

Ἔσυκα, ἐνίοτε, interdum interim, aliquoties, ἐσυκὼς, ὁδὸν μέγα φρονεῖ ἐσυκὼς ἀνὴρ. Suidas. quid si ἐσηκὼς, per η legendum & non per υ nam vt animus quiescendo, & sedendo fit prudens, sic è diuerso dum stat nihil graue cogitat. ὁδὸν μέγα φρονεῖ.

Θ.

Θυλακίζειν, τὸ αἰτεῖν τι ἐπόμενον μετὰ θυλάκου. exigere aliquid pertinens cum panario. θύλακος vas farinarium. prouerbium est, cum sacro adire: quo significabatur, vt cuicunque petenti statim, quod peteret, exhiberetur. videndus est Paulus titulo, de salut. & liber. Cap. Quod dicimus, θύλακος, ἡ λητοθήκη. Ἀριστοφάνης Πλάτῳ ὡς ἅλφιτ' οὐκ ἔνεστιν ἐν θυλάκῳ. Suidas.

I.

Ἰπνασία, γαστὴρ. venter, τὰ ἴτνια stercus apud Callimachum. ἰπνίτης. panis furnarius, idest in furno coctus, apud Athenæum & Aristophanes in Cocalo ἵππον appellauit τὸν κοπρῶνα, id est sterquilinium.

K.

Κάπηλα, ἡ κρεώπωλις, ἀγορὰ. Macellarium, carnarium forum. καπηλεία ars institoris. καπηλεῖον Caupona, taberna, & qui Cauponam frequentat, καπηλοδύτης appellatur. ἀμπηλὸς δὲ ὁ οἶνος, ὅθεν καὶ ἄμπελος vinea. Suid.

Κλαυμαριόμενον, κλαίοντα, flentē, κλαῦμα ploratus, κλαυθμῶν, νος. locus flentium. & κλαυμαρῆται, κλαυσαὶ ἢ καίσαι. Varinus.

Κυμίνδαλα, καταστροφὴ, subuersio, exitus rei. κυμίνδης, ὁ ἀετὸς καὶ κύμινδος. Suidas. κύμινδις. εως. auis est, quam nonnulli noctuam interpretantur. Plinius nocturnum accipitrem, alii Aquilam, alii aliam auem.

Λ.

Λέπυρος, ἢ λέπυρθος, λιπόδερμος, λέπυρος, absque, ν, Varinus. Apella, affectus pellicula tegentis glandem, adeò vt distrahi iam amplius non possit. formarunt Latini vocem Apellæ, ab à priuatiua particula & nomine pellis, vt dicitur de Iudæis, qui (vt notum est) circumcidi solent. credat Iudæus Apella, dixit Horatius libro sermonum primo Satyra quinta, recutitus.

Λιθοβολία scribit Pausanias in Corinthiacis λιθοβολίων esse festū idem cum λάμπια. Quoniam Damia & Auxesia Deæ, de quibus in verbo Damia diximus in Troezeniorum seditione lapidatæ fuerunt. λιθοβολῶ, lapido, lapidibus, peto, lapidibus obruo: λιθοβολητὸς lapidibus petitus: λίθος, βῶλος, βωμὸς καὶ βάσις, τὸ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ βῆμα. Varinus.

M.

Μαίρα, κύων τὸ ἄστρον, ἡ ἀκμαιότατον καῦμα, οἱ δὲ τὴν σελήνην. Ταραντῖνοι δὲ μοιρᾶν, τὸ κακῶς ἔχειν. οἱ δὲ ἀπαίτου θυγατέρα, αἴθρας ἀδελφὴν εἶναι. Canicula, summus æstus, Luna à nonnullis dicitur. Tarentini autem malè esse, malè habere dicunt μοιρᾶν. aliis est Prœti filia, AEthræ soror. est & Mœra Etymologiariis parca, fatum, sed Græcis dicitur, μοῖρα cum, ο, micro, iota, non autem αι, tertia, & non prima diphthongo.

Μέσα, Siculi & Tarentini τὰ αἰδοῖα, pudēda vocant, à situ videlicet. inde in obscœnis versibus tam frequens est huius vocis vsus. Martialis: *Lambebat medios improba lingua viros.* & Catullus ad Gelliam:

An vere fama susurrat,
Grandia te medii tenta vorare viri.

Verbum Fello apud Latinos, θηλάζω.

Μηνιαῖος, menstruus redditur Latinè, vt κάθαρσιν μηνιαῖαν vocamus fœminarum purgationem menstruam. Sed Tarentina voce à veteribus Latinis dicebatur Manacus, sicut & Illyrienses, quos βαρδαίους, Græci vocabant, à Latinis eisdem Bardiaci appellabantur. Huius rei testis potest esse Victruuius, qui lib. nono dicit, Circinatio menstrui circuli agatur, qui Manacus dicitur. hinc multi contendunt barbaram illam vocem Almanac fluxisse, qua Arabes Kalendarium vocant, addito scilicet suo articulo. non enim quod quibusdam persuasum

suasum audio mera vox Arabica est, sed tantū A in Arabicarum familiam recepta.

PRAECEDENTES LITERAE VACANT Tarentinis vocibus.

Π.

Πέτορα, pro τέσσαρα, dicebant Tarentini, vnde petoritum currus est Oscorum, quia quatuor haberet rotas, sicut Bisium fuit Galliæ Cisalpinæ. Sed aliter Agellius: vide illum. qd si à verbo πέτομαι deducatur? vnde πετόμενον, φερόμενον. P B

Ραδανῶροι, οἱ τῶν λαχάνων κηπωροί: hortulani qui oleribus dant operam, ab ὠρεῖν quod tutari notat ραδανον, & ραδινὸν, gracile, tenue. mobile. Ραιξία, τόπος ἰδίως ἰατρῶν, locus medici proprius.

Ῥήτραι Rhetrę scripta, sermones, pacta, cōuenta. Tarentini leges & decreta sic vocant. apud Lacedæmonios, Rhetra Lycurgi lex est ex oracvlo sancita: propter milites lata lex est: vt quisquis eorum tergum dedisset, in castra C reuersus pro hoste lapidib. ab amicis petitus, acerbo genere mortis interiret. Σ.

Σάμερον, σήμερον, νῦν, hodie, nunc, & σάμερα. Varinus.

Σάννος, μωρὸς, παρὰ Ῥινθῶνι, fatuus apud Rhinthonem. Sed & σάνναν, & σάννος, apud Cratinum fatuus vt tradit Eustatius in Iliade. Sanna apud Latinos irrisio, hinc Sanniones Comicorum verbo dicti, qui risu admodum soluto, & contortis corporis totius partibus D immoderatam quandam alios deridendi formam effingunt, & aliorum mores inepto quodam gestu per contemptum exprimunt, vt stulti propemodum ac ridiculi videantur. Nonnulli à quodam fatuo seu stulto, qui dicebatur Σάννας, alii à σαίνω: alii aliunde deduxerunt. Σαννυρίων ἀθηναῖος κωμικὸς, ὁ λοίμαξ δὲ τῷ αὐτῷ ἐπὶ ταῦτα γέλως, ὁ λανάη, ἰὼ, ψυχασαὶ. Suidas ex Athenæi libro septimo: ô Batides, ô Glaucorum caput de Rhais maritimis E loquitur, quas tanquam mensarum delicias Sannyrion nominat.

Σάρματα, καλλύσματα, καὶ κόπρια, κόπρια περιβαλεῖν. fimū coniicere & ἐς κόπρον θυμιᾶς, infimum aromatum odorē spargis: puerbia. χάσμα σαρμὸς, cumulus terræ. ex Suida, & Etymologia ste in verbo Σαυρόμενον. & Rhinthoni obseruatum apud Varinum.

Σὺ quod alij dicunt, τύ Tarentini & Romani dicebant: hinc pronomē Tu apud Latinos F & pro σισύρα dicebant τιτύρα, hinc Tityri vox apud pastores deducta est. T

Τελλήν, ὁ δᾶνος. hic & ille. τὸν καὶ τὸν τελλῆ, totū ordo, pars, ὅλον, τάξις, μέρος.

Τίνης ἕως, quousque. & τίητιδὴ λείπεσθαι ἄρηϊ apud Homerum: τί δέσμης, τί ποιεῖτε. quid facitis. Τορεύς, ὁ τόρνος Tornus instrumētū quo vascula detornantur, siue cauantur. τορεύειν circumscribo aliquid, circulo Vergilius:

Lenta quibus torno facili superaddita vitis.

A verbo etiam τορέω significante perforo, pertereb or, quæ n excauantur, necesse est, vt penetrentur, & perforentur. Τριγδον, μέτρον τι, mensura quædam ternaria. Τριχῆνον, τριχόρριφον, Tarentini dicebant pro spisso, à pilis, Varro τριχῇ tripliciter, in tres partes, vt τὸ τριχῇ διαστατὸν, triplici dimensione distans. Quod Trichinus quæstus erat, nunc etiam vberrimus, trichinum quæstum vocat Varro spisso, & spissum veterib erat tardū: vnde & spissigradissimi senes, & spissè venire hoc est βραδέως Plauto, & multa præterea talia. Ergo trichinus spissus, & trichina postea trichila, ἡ δασύφυλλος, non est dubium quin ea sit Etymologia.

Τὶ ὑποδῆσαι, ἐνεχυράσηναι, ἰταλιῶται. ὑποδήσαμεν, ἐπὶ ὑποδημάτων καὶ ὑπολυσάμενος ἐπὶ τοῦ ἐναντίου. Varinus, oppignerare. Tarentinorum autē hoc existimo vocabulū, propter illud q̄ legitur secundo Rhetoricorum libro apud Aristotelē. Pythagorā videlicet Samiū ab Italiotis honoratū constat n. Pythagorā Metaponti ætatē egisse magna cū admiratione vicinarum ciuitatū, opinioneq; sanctitatis, & Tarentum sæpius visisse, vt suo in loco ex Laertio & alijs dicetur, Tarentinosq; ad suam traxisse disciplinā in qua floruit Archytas Dicebantur autē ἰταλιῶται non pr isci & Germani Italiæ populi, sed Gręci qui postea eò aduenerant, & ipsius non paruam partē occuparant, quæ ab ipsis magna Græcia nuncupata est: q̄ idem dicitur de alij, populis. nam & Σικελιῶται & Σικελοὶ, & Φθιῶται, & Φθιὼν, ita differunt. quam similem differentiam videntur ponere Latini Grāmatici inter Romanos & Romanēses Hispanos & Hispanenses: sunt enim natiui illi, hi verò qui Romæ aut in Hispania versantur. Et hic explicit Lexicon Tarentinarum vocū, quas nolim q̄s miretur apposuisse, multarū n. est vsus apud nostrates, & ex illis pleræque Latina cēturia donatæ vel alijs præter Tarentinos, p̄desse valebunt populis. Historiam modò à prima. q̄ inuenimus origine vsq; ad nostra hęc felicissima tēpora aggrediamur, ab Ethnico (inquam) fundatore Tara, vsque ad Christianissimum regnatorem Philippum.

Digitized by Google

QVÆ INITIO ALICVIVS VRBIS A nomen accepisse literis proditum est. *Ioannes Boccatius dum fabulosam Neptuni prolem in arbore, tanquam nobilissimam vndiq; familiam depingit Seruius secutus de Tara sic meminit:* Taram filium fuisse Neptuni Seruius asserit, dicitque eum circa Salentinorum confinia Tarentum olim inclytam ciuitatem condidisse, & à suo nomine nuncupasse. *Honorati autem Grammatici verba, ne quis desiderat, appositis ex tertio commentario Æneidos ipsius poëtæ, quibus exponit carmen illud :* Hinc sinus Herculei si vera est fama Tarenti. Partheniatæ *(inquit Seruius, sed nos illorum historiam insequenti libro ex Pausania reseabimus)* accepto duce Phalantho octauo ab Hercule, profecti sunt, delatique ad breue oppidum Calabriæ, quod Taras Neptuni filius fabricauerat: id que auxerunt, & à primo nomine appellarunt Tarentum. benè ergo Herculei Tarenti, quia Taras condiderat, auxerat Phalanthus. *Stephanus Nigertam Græcè, quam Latinè oppidoquam eruditus, & qui diligentissimè congessit quicquid apud Pausaniam festiu dignum legitur, hæc scribit de Tara:* Taras nomen est ciuitatis & fluminis in Italia à Tarante Neptuni filio sic denominata. *& paulo infra (quod ad rem grammaticam pertinet)* Taras ciuitas, & cognominis fluuius in Italia iuxta mare. masculi autem generis est secundum analogiam. Nullum enim in ας, nomen fœmininum dicitur: hoc autem & fœmininо prolatum genere inuenitur. *Dionysij Alexandrini extat opusculum de situ orbis, in eo ὀλίγα sunt. Eustathij Thessalonicensis Episcopi. ad illa ergo Dionysius verba :*

— Τάρας δ' ἀλὸς ἐγγύθι κεῖται
ἦν ποτ' ἀμυκλαίων ἐπωλίσατο κράτορος ἔρνος.

Sic scribit Eustathius: ἡ Τάρας, ἢ περὶ Τάραντα iacet ad mare. dicebatur autem & masculino genere Τάρας secundum analogiam. nullum enim est in ας, nomen barytonum muliebre. Denominata autem fuit vrbs ipsa à Tarante quodam Heroe. Habuit & Lacedæmoniorum Coloniam, propterea Dionysius inquit, quod Amyclæorum ipsam cõdidit fortis Mars, id est Laconum, quorum parens sunt Amyclæi. *quod declarati videtur his verbis Hesychij:* Τάρας πόλις Ἰταλίας, ἀπὸ τῦ Τάραντ@ τῦ Ποσειδῶν@. ἔστι δὲ Λακώνων ἄποικ@. *Sed & apud Latinos Sidonius poëta fœminino genere protulit:*

Ipsaq; quæ petij trepidauerat vncta Tarentum.

Cæteri autem genere neutro declinarunt: vnde varius illa apposita, molle, madidum, imbelle, Lacedæmonium, Phalanthenum, sacrum, saturum, apud Horatium, Iuuenalem, Ouidium, Virgilium, & alios: solus Lucanus protulit masculino genere:

Brundusium decimis iubet hanc attingere rostris,
Et cunctas reuocare rates, quas auius Hydrus,
Antiquusq; Taras, secretaque littora Leucæ,
Quas recipit Salatina palus, & subdita Sipus
Montibus.

Marcus Antonius Sabellicus, qui omnium populorum facta in vnum veluti corpus redegit, eadem re-

feri,

quæ initio vocum Tarentinarum præmonstrauimus) numum ab illis cudi solere, in quo Delphini humero insidens Taras Neptuni filius cernebatur, & quod alij νόμισμα, id Tarentini νόμον lingua Dorica dicebant. Pausanias in Phocensium historia quem alij Taram vocant, Tarentũ dicit appellatũ, eius verba hæc sunt, quæ à Romulo Amasæo Latinitate donata immutare non audeo. Scribit igitur sic: Tarentum quidam Neptuni & indigenæ Nimphæ filiũ fuisse dicunt: ab eo verò nomen impositum vrbi & flumini: eodem n. fluuius, quo vrbs ipsa, nomine vocatur. *Strabo cum multa in Geographiæ lib. 6 dixerit de Tarentino sinu, deq; huius vrbis origine, Antiochi cuiusdam Syracusani, quem Xenophanis filiũ pleriq; tradunt, vsus testimonio, hæc tandem quæ sequuntur, adiunxit:* Tarentum autem, ab Heroe quodam

De Tara primo Vrbis conditore, quiq; de illo meminerint. CAP. II.

OMissa Macrobij, & Solini sententia de huius nostræ Vrbis origine, cum sentiat Tarentum dictum Sabina lingua quasi molle, hic dicat ab Heraclidis conditum: scriptorum ceterorum opinionem secuti dicimus conditorem antiquissimum & primum fuisse Taram Neptuni filium, illumq; à suo & vrbi & fluuio nomen imposuisse. atq; vt huius rei auctores clarissimos fuisse veros credatur, aliquot recẽseantur, qui tam illustris cũ domi, tum militiæ Heroïs meminerint. Aristoteles in Tarentinorum Rep. auctor grauissimus, vt nulli negare fas est, scriptum reliquit (quod initio vocum Tarentinarum præmonstrauimus) numum ab illis cudi solere, in quo Delphini humero insidens Taras Neptuni filius cernebatur, & quod alij νόμισμα, id Tarentini νόμον lingua Dorica dicebant. Pausanias in Phocensium historia quem alij Taram vocant, Tarentũ dicit appellatũ, eius verba hæc sunt, quæ à Romulo Amasæo Latinitate donata immutare non audeo. Scribit igitur sic: Tarentum quidam Neptuni & indigenæ Nimphæ filiũ fuisse dicunt: ab eo verò nomen impositum vrbi & flumini: eodem n. fluuius, quo vrbs ipsa, nomine vocatur. *Strabo cum multa in Geographiæ lib. 6 dixerit de Tarentino sinu, deq; huius vrbis origine, Antiochi cuiusdam Syracusani, quem Xenophanis filiũ pleriq; tradunt, vsus testimonio, hæc tandem quæ sequuntur, adiunxit:* Tarentum autem, ab Heroe quodam

fert, quæ dicta sunt. Tarentum ab Hercle quodam nomẽ accepisse tradunt: sed cur ita contigerit, Antiochus, cuius hæc sunt, in obscuro reliquit. Latinorum quidam à Tara Neptuni filio locum a principio munitum tradit, inde a Spartanis instauratum. Natalis Comes inter eos Neptuni filios, quos secunda commemorat mythologia, Tarum & Tarantum ponit, quorum matres, vt in multis aliis, quæ fuerint, non ostendit. Pylades libro de Deorum genealogijs tertio, quas versibus complectitur, inter Neptuni filios Taram ponit, at matris nomen ignorat:

Incerta genitrice Taram, qui condidit vrbem
Vnde Tarentini littora nota sinus.

Superstitum censeo apponere, quæ de eodem retulerè Celius Rhodiginus, & Alexander ab Alexandro, cum vterq; Aristotelis tantum verba repetat. Cumq; nõ diuersa ferme legantur apud Iustinum & Volaterranũ, idcirco ab his quoq; supersedere visum est. Quidam nõ imperitus Grammaticus Tarantum sentit vnum ex illis fuisse Cretensibus, quos Strabo dicit vna cum minore Minoe, qui floruit anno ab Orbe condito 4000. ab aquis diluuij 2000. ante Troiæ excidium 40. in Siciliam nauigasse, eoq; mortuo alios pedestri itinere sinũ Adriaticum vsq; in Macedoniam penetrasse, alios Iapygas dictos à quodam Iapyge Dædali filio è Cretensi muliere. Is igitur Tarus Neptuni filius ex Satureia Minois Regis Cretensium filia suscepit Tarantum, qui delatus cum Pelasgis & Cretensibus in Italiam, duas condidit vrbes non multis inter se millibus passuum distantes, quarum alteram à nomine matris Satureiam appellauit, Tarantum à se ipso alteram: sic enim Græci hoc nomen proferunt, Τάρας τον. Prima vrbis vestigia, cui Satureiæ nomen fuisse diximus, cõijci non ambiguè possunt in loco illo celeberrimo, qui a Tarento hodie octo millibus ferè passuum distat, & quem adhuc Saturum penultima producta vulgus appellat, huius loci meminisse omnes sciunt Latinarum literarum professores in Georgicis suis Vergilium, qua parte dicit Seruius fuisse Baphia, hoc est tingenda lanæ officinas, de quibus infra agetur.

Taram, quo de agimus, non esse illum, cuius in sacra scriptura fit mentio. Cap. III.

QVÆ si vera sunt, falsum illud sit necesse est, quod sæpe à nonnullis non minus imperitis audiui, in Bibliis sacris videlicet demonstrari, quis nam fuerit Taras. at ipse diu voluminibus illis pernolutis, quæ liberalissimè præter cætera magna attentione non absq; sanctorum patrum explanatione frequentissimè lego, vt salutaria, non Taram heroa, sed Tharen statuarium, vt docet Suidas in verbo Seruch, Abrahami parentem, Lothi auum, & à Noe decimum reperi, cuius rectus non Taras, sed Thare est, primaq; dictionis litera aspirata, Th, non, T, tenui, & duplici ρρ apud Suidam, Θαῤῥας. Sed veriora nec ne sint, quæ nos non minus laboriosè, quam diligenter expiscamur, si cupient aliqui cognoscere, eos velim non pigeat in chronicis Eusebium adire, & perlegant quæ apud illum inter Christianos auctores in historiarum lectione accuratissimum, vt quinis aliis, sunt annotata. Ipse quidem verba tanti viri in medium afferre non grauarer: sed vereor ne caput excrescat in immensum. & eo magis, quia non me fugit, multorum eam esse insolentiam hominum audaculorum, qui non absq; irrisione iudicabũt, quod implendi voluminis occasionem aucupatus longos aliorum contextus apponam. inuenient tamen lectores apud Eusebium huius Thare anno vigesimo octauo mortuum Belum, eiusdemque quadragesimo nono Sycioniorũ in Græcia regnasse Europen defuncto Aegialeo, qui primus illorum fuit regio ornatus diademate, ab eoque Aegialea aliquandò dicta est Peloponnensus. Hunc Tharen secundo anno & nonagesimo super ducentos post diluuium Nachor genuit, cum esset annorum octoginta nouem: ipse verò natus est Abrahamus, a quo Hebræi dicti, nisi mauis cum D. Augustino ab Hebero, quando regnabat Belo filius Ninus. nati sunt præterea & duo filii eidem Thare, Nachor nomine patris sui, & Aram. mortuo autem Aram, cum reliquisset Lothum filium, ipse Thare nolens adorare ignem, quem adorabant Chaldæi, & propter luctum Arami filii sui, quem multo magis lugebat, quod in fide deficiens consumptus esset, cum reliquis filiis, & nepotibus de terra Vr, Chaldæorum recessit, & venit in terram Chanaan, habitauitque (vt Hebræi fabulantur) ibi annos ducentos & quinquaginta. vnus enim fuit ex patribus secundæ post diluuium ætatis, & vt Samothheo placet vltimus, sicuti eius filius Abrahamus tertiæ fuit primus. mortuus est tandẽ in Charra; sicut Victor in Genesim, quam poetico extendit versu, cecinit:

Donec Chaldæi generis de semine Thatæ,
Vir iustus, metuensq; Dei, cum stirpe suorum
Vrbem aliam, moresque nouos, sedẽque requirẽs
Mansit in Assyrijs demum nouus acola Charris,
Qui quadragenis lustris vbi vixit, & vno,
Infaustam hanc vitam felici morte redemit.

Qua ratione falsi sint plerique in Tara inueniendo. Cap. IV.

OB fabulosos nostra huius vrbis tam inclytæ scriptores, ausi sunt nonnulli referre primam eius originem ad ea vsq; tempora, quando principes quidam gentium tanquam Dij sunt honoribus altarium donati, quorum primus Belus fuisse constat. Paulus Orosius scribit annos ab orbe condito vsque ad Nini Assyriorum Regis Beliq; prædicti tempora, quibus in lucem prodiit Abrahamus, omnes à scriptoribus tam Græcis quam Latinis fuisse vel omissos, vel ignoratos. Hinc factum est, vt quicumq; res Regum gestas & populorum ob diuturnam memoriam propagare studuerunt, initium scribendi ab hoc Nino sumpsêre. Plures ex historia Berosi hæc collegerunt, ad initia populi Taretini manifestanda, quæ vera nec ne sint, aliorum sit iudicium. Anno (inquit) post diluuium centesimo, trigesimo primo, Noe, quem eundem modò Janum, modò Ogygen, modò Vertũnum, modò Cœlum, modò Solem inuenies dictum, in Scythiam reuersus, Nimbrothum, qui & Saturnus, primum Babyloniæ Regem creauit. addunt isti hoc Saturno genitum cum Ione, ac Plutone Neptunum, qui inter quinque & triginta filios ex diuersis

coniugibus concubinisque susceptos Taram habuit sextum. Quin additum ad hæc aplerisque iunioribus lapidem nescio quem in veterum (vt ipsi dicunt) murorum angulo repertum, dum latiorem pro nauium ingressione fossam magno excauandam apparatu, tines curarent. eo in lapide, quem ipsi norunt solum, nullus præterea, huiusmodi grandiusculorum literarum erat incisio. T.N.F.E.N.T.Æ. quæ litera quid sibi vellent, nullus eorum, qui tunc degerent, valuit colligere, quando Valerius Probus id temporis cum Paulo Diacono, & Beda, librum non ediderat de notis, sed neque Probi atauus inter homines viuebat. Seruatus verò lapis fuerat (id ita isti commentantur) cuius literas nisi, vt ille ait apud Plautum Pseudolus, Sibylla legisset, cum nullus interpretari posset, vsque ad ætatem cuiusdam Heraclidæ philosophi ac medici percelebris: Is inter cæteras naturæ dotes, cœlestisque benignitatis dona, si ea interpretabatur, quæ aliis erant obscura, vt diuinus à suis & ab aliis existimaretur. Singulas igitur oblati ad se lapidis literas hoc pacto extendisse fertur, T. Taras. N. Neptuni. F. Filius. E. Exstinctus. N. Nembrothoth. T. Tarentum. Æ. Ædificauit. ipse quidem non admirari supra modum nequeo, vnde nam sit, qui eo lapis huiusmodi ad nostram vsque ætatem maiore post dilucidatas literatas non sit ciuium cura seruatus. Quid quod Latinæ literæ suis & exiguis tunc contentæ finibus in ea regione, quam à Græcis habitatam diximus, non vigerent, sed tempore longo post? Collegere nihilominus & viri diligentes ab hac vrbe aliquando, sicut ab aliis locis inscriptas tabulas, vt videre præ manibus est in libello, quem Ioannes Tacuinus emisit, vbi sequens legitur verborum incisio, lapis autem hodie non extat. M. AVRELIVS. EVFICHEVS. SERA. VICELIA. RVFEN. HANC. SEDEM. VIVI. SIBI. POSVERVNT. VNO. ANIMO. LABORANTES. SINE. IVLIANO. FILIOLO. multi præterea conspiciuntur lapides & Græci, & Latini inscripti literis, & ingentium Epistyliorum, Scaporum, & Basium fragmenta, quæ à nostris quibusdam in suis seruantur Musæis. Hæc non mei oblitus in medium affero, & quod paulo ante dixeram non recordatus, sed ne ab aliis desiderentur, cum & longè posteriora sint, quam quæ de Heraclide perferuntur.

C. IVLIO. AMBROSIO. D. LVCRETIVS. IVSTVS. FILIVS.

D. M. S.
SEXT. LICINI. PRI.

D. M. S.
VICILIÆ. TITINIAE.
PROCVLAE.

FAVSTINA. AVG. AVRELII.
CAR. PVBL. I. C. D. D.

D. M. S.
FESTVS. VIX. A. LV. LVPV-
LA. COIB. M. E.

D. M. S.
T. CALPVRNIVS. CRATISTVS.
V. A. VI. D. XXXX. H. S. E.

D. M.
IVLIA. FILEMATIN. V. A.
XVIIII. H. S. E.

D. M.
LAENIA. PRIMIGENIA.
V. A. LV. H. S. E.

CALPVRNIA. CRATISTA.
V. A. L. H. S. E.

C. MEMMIVS. DIONYSIVS.
V. A. LX. H. S. E. IVLIA
MARIA. CONIVGI. B. M. F.

MEMMIA. SECVNDINA. V.
A. XXVIII. H. S. E MEMMIVS. SAENANIVS.
CONIVG. B. M. F.

Sepulchrum verò M. Plautij, cuius in amore coniugali meminit Valerius, & Horistilla coniunx, quod illius elegantissimi tametsi aliorum iudicio subobscuri viri diebus cõspiciebatur τῶν Φιλάντων τάφος, hodie non apparet: sicut neque aliorum, quæ tot hostium incursibus deuastata credere est: & præcipuè Demosthenis Athenienses oratoris præclarissimi, quem constat in ade Neptuni hausto, quod in annulo gestabat, veneno obijsse, dum fugeret excandescentem Macedonis Antipatri iracundiam: atque illud Pacuuii Poetæ Tragici, quod ab Agellio refertur cum hoc Epigrammate:

Adolescens tametsi properas, hoc te saxum rogat.
Vt se aspicias, deinde quod scriptum est legas.
Hic sunt Pacuuii Poetæ Marcilita ossa,
Hoc te volebam nescius ne esses. Vale.

Taras cur Neptuni filius, & de ipso Neptuno. CAP. V.

TAram, (vt hæc obiter non omittantur) sicuti à prudentioribus conijcitur, ideo Neptuno genitum vulgus existimat, quia peregrinos nauigio aduectos ita appellare consueuit antiquitas: vt terra & cœli tam vetustos quam ignotos, quicquid obscuri essent generis, vel haberent corpus enorme & monstruosum: quoniam dum ignoratur, qua regione sint homines profecti, ad generalitatem confugitur, id quod de Messapo Virgilium iudicasse enarrat Seruius:

At Messapus equûm domitor, Neptunia proles.

Neptuniam (inquit) vocat prolem, quia per mare ad Italiam venit. Sed & de Theseo hæc apud Græcos loquuntur:

Θησεὺς υἱὸς ὢν Αἰγέως, καὶ τῆς Αἴθρας
Ὡς δὲ ἀνδρῶν, φάσαν παῖδα τοῦ Ποσειδῶνος,

τὸν

Τὰς θυμικὰς γὰρ σύμπαντας, καὶ πάντας τοὺς ἀν- A
τίους καὶ φίλους, ἱππεῖς φασι τοῦ Ποσειδῶνος. Δρίος
Hoc est:

Theseus filius erat Attici Ægei, atque Æthræ,
Tanquam autem fortè dixerunt filiũ Neptuni:
Animosos enim omnes, atq; omnes fortes
Filios, & amicos, amasiosque dicunt Neptuni.

Et qui in nauigatione floruerunt, Neptuni filios appellarunt: ita dictus est Sextus Magni Pompeij filius ab Horatio ad Mecœnatem suum:

Vt nuper actus cum freto Neptunius, B
Dux fugit vstis nauibus,
Minatus vrbi vincula, quæ detraxerat,
Seruis amicus perfidis,
Romanus.

Prætermittenda sunt illa, quæ poëtæ finxerunt, nautæ Neptuno genitos credi, quia maris imperium cum tridente, quo sceptri loco vtebatur, in diuisione orbis terrarum illi, non alii ex fratribus sorte datum feratur: atq; apud Maronem ipse in Aeolum minabundus gloriatur. qua ratione apud Graecos πεντομέδων, *apud Latinos* C *rector pelagi nominatur. Ipse vt maximè verũ illud de Tara assererem, vno ex antiquis erroribus, qui incertis sedib. pernagarunt, quod ab Agellio in Atticis noctibus relatum est, ni mali inauspicatiq; ominis tam praclara & pervetusta vrbis conditorem suspicari inde cogerer inusitum. Præstantissimos (inquit) virtute, prudẽtia, virib. Iouis filios appellarunt. Græci ἐκ διὸς ἔρυσθ', vt Minoa, vt Sarpedona: ferocissimos, immanes, & ab omni alienos humanitate, tanquã è mari genitos* D *Neptuni filios, dixêre. Quin & Phurnutus ait ob maris violentiam, vel, vt Graci loquuntur διὰ τὸ τῆς θαλάσσης ἄγριον, omnes violenti, & audacioris animi, Neptuni filii vocati sunt, vt dirus & prodigiosus Cyclops Polyphemus, in Sicilia Tyrannorum sede & domicilio: vt illaudatus ille Busiris, qui, quo tempore cõmissa inter Danai atq; Aegypti fratrum filios fratricidia fuere quo tẽpore Terei & Prognes Philomelaq; incesto additum scelus, apud vicina Nilo loca cruentissimã exercuit dominationẽ, transeuntes Deorum aris hospites tã-* E *quam victimas immani scelere occidendo. Omitto Lestrygonas & Aloidas, cæterosq; quos partim in historicis, partim in poëtis inuenies. De Neptuno autem quid est, quod verè affirmari possit, cũ Neptunos, veluti Saturnos, Iones, Hercules, Dionysios, cum aliis Ethnicorũ Diis, sexcentos ferè fuisse legatur? Cretensem alii tradunt, quia de Cretensi Saturno fabula est, quod filios deuorarit, quod seruatus clam fratre, cui regnum abstulerat, Ioui Neptuno, Plutoni, regnum distribuerit: quòd primo Cœlum, alteri mare, tertio inferna possidẽda tradi-* F *derit, hoc est Orientale dominiũ, occidentale, & marizema omnia cum insulis. Sunt qui Thessaliã fuisse contẽdant. nam & Pelasgi profugi ex Hemonia, vt tunc vocabatur, nunc est Thessalia, sedem in Italia habuerunt: & in Thessalia imperio potitum Neptunum Lucanus inter cæteros auctor est in Pharsalico bello:*

Primus ab æquorea percussis cuspide saxis,
Thessalicus sonipes bellis feralibus omen
Exilijt primus chalybem, frenosque momordit,
Spumauitq; nouis Lapithæ domitoris habenis.

Sed rei veritas quomodo se habeat, sciri quidẽ haud facilè pòtest, nam ante diluuium illud, quod sacra historia auctor Moyses vniuersale tradit, nullius est qui nesciat minimum terræ angulum homines tenuisse, nec tũ in omnes terras diffusos: propagato autẽ ex Noe, eiusque filiis ac posteris hominum genere, per orbem terrarum sunt dispersi, regionibus & prouinciis, quas primũ occupabant, nomina imponentes vel ex se, vel ex parentibus, vel ex coniugib. vel ex filiis. Quæ autem singulis fuerint occupata sedes, & quoto post inundationem anno, qui primò occuparint, quibusq; illis sese adiunxerint non satis verè potest (vt arbitror) explicari. Atq; id non modò est difficile in singulis terræ habitabilis orbe ostendere, sed etiam in Italia, qua cum propinquior sit labori nostro, in ea describenda multis occuparer figmentis. Antiochus Syracusanus antiquus scriptor, habitatores Italiæ percẽsens priscos, & qua loca à singulis sint occupata, ait Oenotros omnium primos, quorum exstat memoria, terrã eam incoluisse. eius verba afferre videtur Halicarnassæus in antiquitate Romanorũ, & ex eo ipse quoq; hucusq; transtuli. Antiochus Xenophanis hæc diserte, cripsit de Italia, bona fide secutus sermones veterum: Terrã hãc quæ nunc Italia dicitur, olim tenuerunt Oenotri. hæc ille. & Vates noster hæc eadem cum legisset, in Aeneidos primo ita cecinit.

Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atq; vbere glebæ,
Oenotrij coluere viri, nunc fama, minores
Italiam dixisse ducis de nomine gentem.

Hæc eadẽ legerat apud Aristotelẽ, qui de antiquo cẽmmunium cœnarũ vsu disserens, inquit, Illas quandoq; fuisse apud Laconas, ex insula Creta regnante Minoe, ortas: sed antiquiores apud Oenotrios, qui postea ab Italo duce Itali sunt mutato nomine vocati. Sunt qui Antiochi verba eam Italiæ partẽ respicere sentiunt, quæ occidentalis dicitur intra sinum Scyllaticum, & Lameticum, loca intra se dimidiati diei itinere distantia, multis olim nobilissimis proceribus occupata & nomina à diuersis sortita: nam & Ausonia, & Brettia, & Calabria, & Oenotria, & Italia varius seculis dicta est: vnde & hos Iambicos versus afferunt:

A tergo ad dexteram sita est Oenotria terra,
Thyrrhenicusque sinus, ac Liguriæ.

Ex Sophoclis Tragici poëtæ Triptolemo quæ fabula non exstat. Quid de Barbaris Siculis, quid de Aboriginib. quidde Pelasgis certi aliquid tradi poterit, cum nullus in his populis scriptor sibi constet? Diserte Romanorum viri, & in his Portius Cato, qui diligentissimè scripsit de conditoribus Italicarum vrbium, Caiusque Sempronius & alii Græcos eos affirmant esse, multis ante bellum Troianum ætatibus ex Achaia profectos. nec tamen distinctè tradunt ex qua Græca natione, quaue vrbe migrarint: sed ne tempus quidẽ, aut Coloniæ ducẽ, quoue casu antiquam reliquerint patriã, ostendunt. tãtum fabulam secuti Græcorum, nullius Graci historici eam testimonio cõprobant. Sed quæ de Cretensib. circũferuntur, veritati magis adhærentia existimo: nam &

Hydruntum, Lupia, Uria, Brundusium, Barin ad eos A *Strabone, Leonico & cæteris, qui de his agũt urbib. referuntur. Hydruntũ a Cretensib. conditur, quo tempore maxima terra siccitas, & cœli æstuosus squalor Cretam occupauit insulam. Lupiæ siue Aletium dicatur, Lycium Idomeneum habet auctorem. Uria illos Cretenses, qui cum Minoe nauigarunt, auctore Herodoto. Brundusium (ait Strabo) Cretenses habitasse, memoriæ proditum est, qui à Gnosso cum Theseo discesserũt. Barium siue Iapygem ab Iapyge Dædali filio appellarunt, qui & ipse Cretensis existimatus est.* B *sic & de Tarento inuenies ea multa, quæ antea scripta sunt. fuit Creta à Curetibus per Syncopen dicta nonaginta habuit ciuitates, & propterea ab Homero ἐυκτιμένη ἑκατόπολις, appellatur. eius antiquissimã Remp. Minos iustissimis legib. constituit. Cretenses quondã mari imperasse, & omnes Græcas insulas aut subegisse, aut habitasse, dimissis eo colonis refert Aristoteles. Omitto illa, quæ à Noe usq; ad Saturnũ referuntur. Cã scilicet genuisse (ut, &* C *Cu. Nembrothũ, & Nembrothum Cretẽ. à quo Cretenses: Creteu Cœlum, Cœlum Saturnum, Saturnum Iouem, à quo fuit regno expulsus, cum Neptuno, & Plutone, fortasse non omnib. placitura ut superflua, & magna rerum dicendarum inopia mendicata.*

LIBER SECVNDVS.

De Phalantho, qui Tarentum auxit, cuius filius, de oracvlo illi dato, aduentu, recessu, & morte. CAP. I.

D

PHalanthus etiam secundus Tarentinæ Vrbis auctor suos habet enarratores, q partim historici, partim poëtæ, modò ficta de illo loquuntur. nos imprimis hac in re præter Iustinum, Pausaniam sequimur & Stephanum: qui & si varia scribunt, nos tamen ita rem texere ordimur, ut primo loco agamus de bello Messeniaco, deinde de ipso Phalantho. Ignoscant obsecro, quibus principium videbitur longius repetitũ, bonig; consulant id factum esse, ita enim E *illucidior apparebit historica narratio. Lacedæmonij populi sunt in Peloponneso, qui & Lacones dicuntur, atq; ab urbe Sparta Lycurgi legib. instituta Spartani, Sparte, Spartiatæ. De illorum morib. multi aliquid scripsere, illud præcipuè quanta fuerit eorundem peritia in reb. cum & fœminæ ipsorum bellũ gererent, ne dũ uiri filiosq; ad arma a primis eorum annis instruerent. Notauit Ælianus in libro quẽ scribit de uaria historia, Lacedæmoniorum matronas, quotquot audiuissent suos in pugna ce-* F *cidisse filios, abire solere, & uulnera illorum inspicere tã aduersus quam aduersis in flicta corporibus: si plura ex aduerso essent facta, cum gaudio, graui & terribili uultu, in maiorũ aucta monumenta occisos filios deportare: sin alio in loco uulnera accepissent, pudore ductas, lachrymisq; cõfectas, quã maximè poterant clandestina fuga discedere relictis mortuis, ut in communi sepulchro humarentur: aut furtim surreptos in domesticam sepulturam deferre. Præcelluerunt semper factis magis, quam loquacitate: ita ut ab ipsis breuiloquentia Laconismus dicta sit, paucissimis q; uerbis sententias complectebantur grauissimas. Messenij, qui Messenen Achaiæ urbem florentissimam, & angusto freto propinquam incolebãt, honestissimi quidem uiri, & qui ex urbe sua Epicureos expulerint, ceu aliàs Romani Alcæum & Philiscum, eo quod multarum flagitiosarum libidinum auctores essent adolescentibus. Diuus Hieronymus aduersus Iouinianum, eam fuisse populorum inter se isterorum amicitiam refert, ut aliquando, quorundam sacrorum gratia uirgines ad se mutuò mittere non erubuerint. Regnante igitur apud Lacedæmonas Polydoro, qui Teleclo successerat, qui fuit annus ab orbe condito quater milleſimus, quadringenteſimus, & quinquageſimus septimus circa principium nonæ Olympiadis, & circa octauum annum Romani imperij sub Romulo Geminorum altero, extincto fratre Remo, ueluti auctor est Eusebius, & ante Christi Saluatoris nostri aduentum septingenteſimus, & quartus supra quadrageſimũ, ortã est inter hos populos, Meſſenios uidelicet & Lacedæmonies bellum illud diuturnũ, quod q; dicitur uicennale: tanto quidem exitio, ut inter crudeliſſima reponatur. Odis uero tanti instium exinde ortum Ephorus scriptũ reliquit, quod Teleclum Spartanorum Regem, cui (ut diximus) Polydorus successerat, sacrorum gratia Meſſenen profectum Meſſenij interfecerint sentiunt alij ob stupratas Lacedæmoniorum Virgines ab ipsis Meſſeniis in sacrificio, quòd illas nullo honore affecerint, siue quod tentarint iuuenes Meſſenij stuprum inferre, sed à duce eorum Aristomene impediti illas dimiserint integras & inuiolatas. Bellum igitur indixere Lacedæmonij, magnoq; exercitu Meſſenẽ obsederunt. Sed cum secus quam sperauerant annos decem in obsedione distinerentur, ac uarijs belli casibus, cum multi (ut fit) forte morerentur, & frequens delectus, qui quotidie mittebatur, magis in dies Urbem Spartam multitudine exinaniret, nec ob uiros absentes spes ulla sobolis propagandæ domi superesset, duplici ciuitas eorum affecta clade breui ad nihilum redigebatur. Uxores tam longa maritorum absentia dolentes multis eos querelis reuocabant, neq; precibus & blanditijs maritalibus, sed conuiciis etiam atq; criminib. multis illos arguebant, ut qui priuatæ iniuriæ ulciscendæ studio seipsos cũ patria tacita perderent calamitate. Cogitare potius animo deberent, quanto id sibi bellum magis, magisq; esset quàm hostib. pernitiosum: Nam & si illi intra mœnium suorum septa inclusi, assiduas quæ bellorum casibus afferuntur cades grauissimè sentiunt, perpetua tamen uxorum, quibus cum immorantur fœcunditate, iuuentutem reparant: contra uerò Spartanam rem, domi uirorum iam desperata absentia, foris bellorũ casib. in dies magis extenuari: fore aliquando, ut si pergerent diutius abesse, ciuitate uiribus exhausta, non modò uno inferre alijs bella Spartani posſent amplius, sed ne illata quidẽ propulsare. Eãt igitur aliquando posterorum consultum: satis superq; iratæ datũ. uideantq; ne alieno studentes excidio, domesticis ita alant, ut uitare nunquam ipsi ualeant. Quibus uxorum uerbis eorum qui in obsidione commorabãtur, moti sunt animi: cum sæpe intelligerent uerissima esse omnia,*

Digitized by Google

mnia, quæ ab illis obijcerentur. quia tamen iurati aberant, domum q; nisi Messena expugnata, nunquam se redituros obstrinxerant, bellū omittere nullatenus sunt ausi. Sed cum variis inde curis essent ancipites, fide sacramenti religiosius observata, volentes tamen vxorum consilijs adhærere, eò tandem pari omnium sententia decurrant, vt domum iuniores iniuratos remitterent, qui pueritiæ adhuc annis, quando ipsi grandiores natu ad bellum exierant, ad arma ineptierant, & multò post initis tanti belli, supplementi causa fuerant ad castra accitis. Permisere his licentia quidem satis infami, neq; tamen (vt censebant) inutili, vt promiscuè cum omnib. concumberent mulieribus, maturiorem rati conceptionem si singulæ per plures viros cognoscerentur. Qui ex huiusmodi concubitu orti sunt indiscreto, ob materni pudoris notā Parthenias nominauere. tametsi huius nominis causā alij asserant. q; iuuenibus tantū fuerat permissum cum virginibus, quas Græci vocant παρθένους, conuēbere siue liberis, siue seruis. Quo tempore apud Lacedæmonas fertur cultum esse Venerem Armatam, Cloacinam, Masculam, & Barbatam. Anno tandem nono post missos adolescentes, & vigesimo a belli initio pene exacto Messena fuit expugnata, & in Spartanorū ditionem redacta, cum apud illos regnaret Eurytratus huius nominis primus, Polydoro extincto decima quarta Olympiadis anno, qua Damonem Corinthium tradunt in stadio vicisse. Illud autem vnum quod apud Ælianum legitur, prætermittendum non censui. Lacedæmonios deuicto Messenijs, omniū quæcunq; in Messenia erant, dimidiatam sibimetipsis accepisse partem, & mulieres liberas in funera prodire coëgisse, vt alienos neq; quidquam ad se pertinentes mortuos lugeret ex virorū aliquos ruri colendo reliquisse, nonnullos vendidisse, multasse etiam plures morte, reliquos in suam patriam recepisse. Post agri Messenij diuisionem Lacedæmonij domum reuersi, inuenes ita promiscuè natos cum aliis legitimis pari nequaquam in sua Repub. afficiebant honore. At illi cum grandiusculi essent, trigesimum q; agerent annum, his iniurijs accensi, & metu etiam inopiæ, quia certo carebant patre, in cuius bona succedere sperarent, Phalanthum suarum sibi fortunarum ducem elegerunt, cuius parentem Aracum sui ortus auctorem habuerant. is enim fuit, qui pudoris oblitus in bello sociis persuasit, vt inuenes iniurati domum ad vxorum seu virginum concubitum remearent. Iniere igitur cū illo consilium, vt in Hyacinthiorum celebritate cū certamen haberetur in Amyclæo, Phalanthus pileum super imponeret capiti, & tum repente ad destinatam populorum discurrerent cædem, qui a cæsarie, qua vtebantur, facilimè possent dignosci. Hac autem re per seruos quosdam Illotas, qui & ipsi cum adolescentib. conspirauerāt, patefacta, dum certamen haberetur, in medium procedet præco, & Phalantho ne pileum capiti imponeret, inhibuit. Quod coniurati sentientes, apertis iam hoc modo palam infidijs partim fugiunt, partim aduentant supplices: sed iussi bene sperare, in vincla conijciuntur. At Phalanthus qui factionis erat caput, ad Apollinem de Colonia deducenda consulturus a senioribus mittitur: huiusce illi Dæmon responsum dedit:

Σαςύρειον τοι δῶκα Ταραντίνοις πρόσοικον δῆμον
οἰκῆσαι, καὶ πῆμ' ἰαπύγεσι γενέσθαι. Hoc est, Saftyreum & pinguē populum tibi trado Tarenti, Incolere & latè populum per Iapygas ædes.

Adiecit præterea oraculum, quod tum Phalanthus regionem esset adepturus, & ciuitatem cum suis conditurus, quando sub Æthra pluuiam animaduertisset, reuertitur inde Phalanthus animi (vt res erat) anceps, quia quid sibi vellet Apollo, non intellexerat: Seniorum tandem suffragijs, nullo ad hæc augure consulto, ea conditione cum Parthenijs vrbe exessit, vt si nullam demū terram adepti essent, quam incolerent, & vbi perpetuò cōsiderent, in Laconiam reuersi, tertiam Messenij agri partem sortirentur. Conditionem illam Phalanthus accepit inuitus, & classe ad eam rem parata, applicuit ad eam Italiæ partē, quæ magna Græcia a Græcis incolis dicta est. Addunt ad hæc nonnulli, quod prius quam Italiā appulisset, in Crisæo mari naufragium perpessus a Delphine ad littus delatus sit. id quod mirum non videbitur, neq; nouū, si quis Herodotum & Plutarchū de Arione legerit, si quis Theophrastum & Plinium præter Ælianum obseruauerit. Vtcunq; tamen se res habuerit, Phalanthus tandem ad promissa perueniens loca, vbi ob Achiuos aduersus barbaros bellum gerētes, cum nullam adhuc occupare potuisset vrbē, nullo q; potiti agro ob nouam condendam, Oraculi ære de impromisso nuncupati multa cogitanti in mentem venit, ac planè quod fieri nullo modo posset, Dei voce sibi significatum cum antea secum meditaretur (qui enim eueniret, vt puro sereno q; cœlo quam Æthram Græci vocant, pluerat aliquando?) cœpit hoc pacto bene sperare in tanta animi sollicitudine cum miser obuersaretur, vxor, quæ eum domo secuta fuerat, mastum & afflictum, & tam animo desponden te, vt fit consolabatur, & ius eius caput genibus sustentans inter consolandum pedunculos quæritabat inter hæc viri miseratione commota tantum effudit lachrymas, vt viri caput madefecerit perfuderit q. Tum igitur primum euoluta sunt oraculi ambages, & Phalanthus hoc sentiens (erat n. vxori nomen Æthra) Phœbi responsum interpretatur, & ea nocte, qua diem illum insecuta est, Tarentum hostium vrbem maritimorum tū præpotentem maximā & opulentissimā cepit, expugnatis vi q; ac dolo expulsis veteribus colonis, qui se Brundusium contulere. Vnde post hac Lacedæmoniorū opus, Laconum q; oppidū Tarentū dici cœptum est, & Tarentinos Phalanthos spurios, qui nihil a patre aliud habebant, quam semē a Græco fortasse verbo σπείρειν, quod semināre apud Latinos valet. Hoc igitur modo Lacedæmonij illi adolescentes Phalanthū secuti sedem, quam diu quæsierant, adepti Tarentinos veteri nomine se appellari voluerunt, vt primos, qui remanserant, accolas sibi allicerēt, quod aliter fieri debebat, cum victi victorū potius nomen accipere soleant, non victores eorum qui victi sunt. Exinde, vt iuimus, commouique verentes Brundusinos, ad quos Tarentini (vt diximus) multis confugerant, bellum mouent, & breui victoria potiti eos non parua agri portione priuant. Euenit

autem, vt non multos post annos dux Lacedæmonum & Tarentinorum Phalanthus, tam strenuus, tam prudens vbi leges sanxerit, vbi humana atq; diuina omnia constituerit, per seditionem turbatus in exilium Brundisiũ se contulerit. Hanc ipse electionis causſam coniicio: quod Phalanthus ex animi tantum sui sententia potestatem exerceret. quod videntes Lacedemonij aduersus patrium fieri institutum, illum expulêre. Siquidem Lacedæmoniorum Reges in rebus gerendis sui haud erant arbitrij, vt quicquid sibi placeret, facerent. Sed senatus erat potestas in negotiis ad Remp. pertinentib. & hanc dignitatem non multo ante hæc tempora de Laconica sumptam dederat Romulus Senatui, populoq; Romano. Quacunq; tamen fuerit sine hac sine alia electionis causſa, à Brundusinis benignè est exceptus Phalanthus, qui & populos veteres Tarentinos ab ipso Spartanorum duce profligatos benignius antea exceperant, & ciuitate donauerant. Sperarunt fortaſſe Brundusini apud se fore totius Messapiæ regionis dominium, quod Phalanthus non sine vltione ingratorum comitum iniuriã perpeti videbatur. At is nõ multos post mẽses morti ppin quus ex grauissimo, in quẽ inciderat, morbo, persuadet Brundusinis, vti ossa sua postremasq; post obitum reliquias cõtererent, taciteque in Tarentino rum foro spargi curarent. hoc enim modo recuperare illum aliquando posse patriam suam vnde fuerat expulsus, quem consuluerat Apollinem, Delphis ceciniſſe. Contra verò Brũdusini, eum in vltionem sui fata ciuium prodidiſſe, arbitrantes, præceptis sibi datis paruere. Sed Oraculi diuersa fuerat sententia, nam vrbis perpetuitatem non amissionem hoc pacto promiſerat, ita ducis exulis consilio, & hostiũ ministerio Tarentina possessio Parthenijs in eternũ fuit fundata: ob cuius beneficij memoriam, & Parthenij diuinos Phalantho honores decreuere, & Brundusini eximiam illi condidere sepulturam.

A B C D E F

Tarenti Epitheta pleraque Phalanthi gratia à poetis & historicis notata.

CAP. II.

Diximus supra Iustini historici testimonio Tarẽtinos à Phalantho Phalantheos fuiſſe appellatos, quod etiam Epithetum à Syllio Italico appositum est cũ dixit:

Inde Phalantheo leuitas animoſa Tarento,
Ausonium laxare iugum. *Et ab Horatio:*
Dulce pellitis ouibus Galesi
Flumen, & regnata petam Laconi
Rura Phalantho. *Et à Martiali:*
Dic toga facundi gratum mihi munus amici
Esse velis, cuius fama decusque gregis?
Appula Ledæi tibi floruit herba Phalanthi
Qua saturat Calabris culta Galesus aquis.

Et ab eodem:

Puella senibus dulcior mihi Cygnis,
Agna Galesi mollior Phalanthini,
Concha Lucrini delicatior stagni.

Virgilius appellauit Tarentum Herculeum lib. Æn. 3.

Hinc sinus Herculei si vera est fama Tarenti.

Vbi Seruius ita scribit: Partheniatæ duce Phalantho octauo ab Hercule profecti sunt, delatique ad breue oppidum, quod Taras Neptuni filius fabricauerat, id auxerunt, & priſco nomine appellarunt Tarentum. benè ergo nunc Herculei Tarenti. si vera est fama, quia Tarascondiderat, auxerat Phalanthus, ab Hercule oriundus. *Quid si octauus ab Hercule dictus sit Phalanthus non agnatione, sed prouerbio? nam huius meminit Xiphilinus è Dione in Anite:* Sardanapalus *(inquit)* interea certamina præbebat, & crebra spectacula, in quibus Aurelius Ælix athleta gloriosus fuit, qui tantum cæteris antecelluit, vt ausus sit in Olympia, lucta simul certare & pancratio, victorq; vtriusq; in Capitolinis fuerit: cui cum inuiderent Elæi, ne foret *(quod dici solet)* octauus ab Hercule, neminem ad luctã aduocarunt, quamuis in albo id genus certamina adscripſiſſent. Romæ verò vtrumque vicit, quod ante fecerat nemo. Dedit *(inquit Parrhaſius in Claudianum)* hoc epitheton Tarento poeta, quod apud Aristotelem in naturæ miraculis, & in libro περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων legerat, Heracleã Tarento nomen aliquando fuiſſe scilicet ab Hercule, qui Tarentinos bello domitos in potestatem redegit, & quia nouerat Maronis prudentia, hoc vt fabulosum inter ea, quæ fidem non æquuntur, Aristotelem coniectaſſe, consultò interponit (si vera est fama) ne iudicium suum in re tam incerta immiſceret. *Ouidius vocauit Lacedæmonium Tarentũ cum Horatio:*

—— Ventisque fauentibus æquor
Nauigat Ionium, Lacedæmoniumq; Tarentũ.

Horatius:

Tendens Venafranos in agros,
Aut Lacedæmonium Tarentum.

Eadem ratione dicitur à Vergilio Oebalium, quia (vt ait Seruius Statij auctoritate) Oebalia ipſa est Laconia

Namq; sub Oebaliæ memini me turribus altis,
Qua niger humectat flauentia culta Galesus,
Corycium vidiſſe senem.

Et à Claudiano:

Formosum Oebalij locum posuere Tarentl.

Et Galesus, qui apud Tarentum fluuius est, dicitur Theramnæus, id est, Laconus, à Statio in ſyluis, quia & aliquando Lacedæmonij dicebantur Theramnæi:

Blanda Theramnæi placeant vineta Galesi.

Vbi videre poteris Luctatium grammaticũ Statij enarratorem fide dignum, & inter Grammaticos sui temporis Aristarchum, sicut plures docti viri ante me indicarunt, quos nominare non ausim. idem fluuius Galesus vario appoſito solet à Martiali Lacedæmonius appellari

Te Lacedæmonio velat toga læta Galeſo,
Vel quam sepoſito de grege Parma dedit.

Qua eadem ratione & Phalanthum Lacedæmonium supra appellauit. Græci vocant Τάραντα σαθύρειον καὶ πόιοινα. πόιοινα id est pinguem, quia in agro (vt infra apparebit) Tarentino facile est victum inuenire, qua ratione idem Græci vocarunt πορισικὴν πόλιν σαθύρειον, vel vt nonnulli alij locum Strabonis emendantes σαθύρειον Τάραντα, id est luxurioſum, affluentẽ & feracẽ, qua ex voce dicti sunt Satyri, qui in libidinẽ ab ipſa natura sunt proni, & à genitali membro quod σάθυρον appellant.

Digitized by Google

appellant. Quin & Tarentum Saturnum appellauit Vergilius in Georgicis:

Sin armenta magis studium vitulosque tueri,
Aut fœtus ouium, aut vrenteis culta capellas,
Set lus & saturi petito longinqua Tarenti.

Habuit & alia apud poetas Epitheta, vt molle, madidum, imbelle, vnctum, & madens. Molle appellauit Horatius:

Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum.

Quia, *vt ait Macrobius*, Tarentum ita appellatum est Sabinorum lingua, quasi Terenonita n. quod molle, illi dicunt, & tenerum syllabarum transpositione. quam ob causam in libris Fauorini Tarẽtini dicta est nux, quia eius erat molliciei, vt vix attrectata frangeretur. *Annotauit eundem locũ Adrianus Turneb. libro Aduersariorum primo & capite vicesimo quarto his verbis:* Molle autem Tarentũ cum dixit, in Macrobio lib. 1. Saturnalium cap. 8. credimus, errasse videri potest: qui etymologiam respiciens, idem esse Terentum & Tarentum crediderit. Nam quæ dicuntur oues Tarentinæ, eas Terẽtinas dici debere credit, quod Terentum Sabinorum lingua sit molle: sed Flaccus potius ad populi fortasse mores, quam ad vocis notationem respexit. *Tarentinum notat Arnobius lib. lib. 5. pro mollis & lasciuo, vbi de Sabazijs agit, sic dicens:* Tum illum citabimus Tarentinum notum, q; senarium, quem antiquitas canit dicens:

Taurus Draconem genuit, & Taurum Draco.

Imbelle idem poëta dixit in Epistola ad Mœcenatem:

—mihi iam non Regia Roma,
Sed vacuum Tybur placet, aut imbelle Tarentum.

Quasi otiosum, quietum, & tunc, quando ipse scribebat a bello vacuum, & voluptuarium, imbelle etiam Ramirius Horatium imitatus appellauit in præfatione Cornucopiæ,

Ostrum antiqua Tyros, lanas imbelle Tarentum,
Sassina lac, Memphis stamina, Sparta Canes.

Madidum dixit Iuuenalis, coronatum, petulans, quas voces in deliciis Tarentinorum declaramus:

Atq; coronatum, & petulãs, madidumq; Tarentũ.

Nam Tarentini frequentissimi erant in compotationibus, genialib. conuiuijs, in quib. dabantur, & circumferebantur corona. Vno quoq; mense publicum epulum instruebant cæ jo boue: priuati plebei etiamnum Veneri & commessationib. indulgebant assidue. Ebriæ mulieres defluentes vnguenta vino permiscebant. Iuuenalem imitatur Sulmonius poeta:

Et Sybaris sequitur luxus, madidiq; Tarenti.

Et Pontanus:

Bacchi deliciæ, aut madens Tarentum.

Et vnctum appellauit Sidonius:

Ipsaque quæ petijs trepidauerat vncta Tarentus.

Horatius item, Sacrum appellauit:

—Neptunoque sacri custode Tarenti:

Vel quia Tarenti deuotius colebatur Neptunus: vel quia in Neptuni fuisset tutela: vel quia vt vnaquæque vrbs, sic Tarẽtum, eorum, quos intus habet, est nutrix, quod officium diuinum est, ἰερὰς πόλεις Græci & ipsa τείχεα dicunt. Antiquum Taras legitur apud Lucanum in Pharsalico bello:

—quas Anius Hydrus,
Antiquusque Taras, secretaque littora Leucæ.

Liuius lib. nono prima decadis Tarentum appellat validum oppidum. Apulia (*inquit*) perdomita (nam Tarento quoque valido oppido Iunius potitus erat) in Lucanos perrectum. *Hactenus de Epithetis.*

Alibi non esse huius nominis vrbem: obiter de ludis sæcularibus, & aliquando aliud habuisse nomen.

CAP. III.

HOC etiam velut pro Colophone adiungendum dixi, quod quia certissimum est, non omnino ingratum arbitror fore lectoribus candidatis. Nullibi orbis terrarum, quatenus ab Historicis & Geographis doctoribus colligi potest, aliud huius nominis oppidũ tam celebre, vel posito (vt aiunt) pignore esse contenderem. *Obijcient aliqui in Gallia Narbonensi Sabaudiorum populorum vrbem Tarãtasiensem, obijcient Tarã Sardiniæ, & Tarantum Lucaniæ, vbi texitur plebeius pãnus, qui ab oppido Taranta dicitur. Neq; sum nescius apud Græcos locum* Ταραντεῖον *appellatũ, nõ a Tarẽto nostro, sed a Tarãto Bithyniæ oppido masculo genere denominato: id q; apud Stephanũ in libro de vrbib. qui volet, legat. Quin Vrbs illa per, Δ, Δάραυδος ab alijs profertur, & Tauanti, vel Tarantes Iouis Demosthenes lib. Bithynacorum secundo meminit. Afferam adhæc, quæ scribit Honoratus Grammaticus in octauo commentario & in illo carmine,*

Stringentem ripas, & pinguia culta secantem.

Hoc (*inquit*) dictum a Vergilio de Tyberino fluuio, hoc est radente & imminuente ripas, adeò vt ab antiquis Rumon dictus sit, quasi ripas ruminãs atque excedens. & in Sacris Serra dicebatur, & in aliqua vrbis parte Tarentum, eò quod ripas terat: ceu Ouidius in Fastis cecinit, dum Euandri & Carmentæ genetricis in Italiam aduentum depingit,

Fluminis illa latus, cui sunt vada cuncta Tarenti
Accipit, & sparsas per loca sola casas.

Cuius item loci meminit Valerius Maximus, iuxta quem ludi sæculares, q Tarentini dicti sunt, celebrabantur, Ditis patris, & Proserpinæ, ad quos aliusisse Ausonius videtur in Gypho:

Trina Tarentino celebrata trinoctia ludo,

Neq; non Statius Papinius in syluis:

Nec tantum induerint fatis noua sæcula crimen
Aut instaurati peccauerit ara Tarenti.

Est & Martialis Epigramma de matrona, quæ binis Claudij scilicet, & Domitiani ludis interfuerat:

Bis mea Romanos spectata est vita Tarento,
Et nihil extremos perdidit ante rogos.

In quarto eiusdem Epigrammatarij volumine de eadẽ re sic habetur:

His colat ingenti redeuntia sæcula lustro,
Et quæ Romuleo sacra Tarentus habet.

De origine autem sæcularium ludorum & causa nominis.

Digitized by Google

minis, quot ānorum interiecto spacio, quotiesq; facti, quo ritu, quibusq; Dijs celebrari consueuerint multa scribūt Gramatici, nonnulla Volaterranus, qui addit precepto Sybillinorum versuū anno primo Punici belli institutos. Sed in primis Angelus Politianus in Miscellaneis multorum (vt ipse fatur) auctoritate, Terentij scilicet, Varronis, Valerij, Horatij, Lucij Flori, Festi, Zosimi, Herodiani, Suetonij, Geforini, Cassiodori, Porphyrionis, & Acronis vsq; ad fatsetatē. Recentiores non indocti illi quidem locum hunc non Tarentum, sed Terentum cū secunda & non prima vocali Latina scribendum autumant, notationis, credo, ratione, quam a Terendo deduci Seruius docet, illiq; sic scribunt, sicque corrigunt omneis poëtarum versus, quos superius adductos ex tam multis adscripsimus. Quin & Festus tradit Terentum ibi dici, quòd ara, vt Conso Deo consiliorum, Diti, & Proserpinæ sub terra conderetur, sicut superis Diis in edificiis a terra erectis sacra rudis faciebat antiquitas, & terrestribus in terra. & in Epitome Liuiana libri quadragesimi noni leguntur hæc verba: Diti patri ludi ad Terentum ex præcepto librorum Sybillinorum facti, qui anno 100. primo Punico bello, 500. & altero ab vrbe condita facti fuerunt: quem locū agnouit idem Volaterranus. Post Herculis victoriam Tarentini non modò Heracleam dixerunt iussu ipsius Victoris vrbem, sed etiam in illius honorem delubrum fabricauerunt. Appellauerant & alio nomine imperātibus Ionib. Pleona. & ab ante illos prioribus vocabatur Sigium: cuius rei fidem facit Aristoteles in libro, quē supra citauimus, de natura miraculis: cui an fides danda sit, alij viderint, iam n. opus spurium est sicut & illa de Xenophane, de Zenone, de Gorgia, de Mundo, quæstiones mechanicæ, & de lineis insecabilibus. Pleon boni erat ominis vox, nam & plus consequi per Tarentum sperabant Iones. Dalecampius in Plinianis annotationibus πλοῖον dictum exponit ob nauigationis cōmoditatem. At Sigium quietem indicabat, quod primis huc erronibus inspecto loco, vt silerent, & a nauigationis laboribus quiescerent, visum esset. Alijs idem vrbibus euenit, vt Romæ, vt Florentiæ, aliquando nomē vt mutarēt suum, & vel a victoribus, vel a re quadam per eius gesta, siue a quouis euentu nouo nomine nuncuparentur. Ex tot autem quæ dicta sunt, vt Vrbis Tarentinæ conditor appareret, tam de nomine, quam de tempore simul scribere necesse fuit, reliquū est vt de regione disseratur.

De Sinu Tarentino, & de Siciliæ nomine. Cap. IV.

QVæ de plaga, climate, longitudine, latitudineq; dici possent, quæ de signo ex duodenis, cui subest, quia cōmuniora sunt ex industria omisimus: & eò magis, quod facillimum videatur apud Mathematicos de Tarento cuncta hæc cognoscere. Quæ ad sinum ipsum pertinent ex variis Geographis, cum omnes inter se vel nominibus saltem dissentiant, ea tantum hoc capite recensemus: legat qui volet apud Ptolemæum signo Virginis subesse Tarentum ad latitudinem graduū quadraginta versus septentrionem. ab occidua autem plaga ad longitudinem graduum duūm & quadraginta ad orientalem recedere. Cælum præterea esse tēperatissimum aërem quandoq; caliginosum, serenum ferè semper, & propterea salubertimum. in hyeme ipsa parum pluuiosum, niuosum autem rarius quam obseruari possit. Sinum igitur, (quem ab vrbe Tarento voce quadam excellentiore Tarentinum vocant, vt est apud poëtam nostrum):

Hinc sinus Herculei, si vera est fama, Tarenti
duo cōprehendunt, eaq; tenuia, Salentinum scilicet & Lacinium promontoria, sicut ex Geographis omnibus constat: illud ab Oriente & Iuno, hoc ab Occidente & dextra protenditur. Vtriusq; meminit idem poeta Minerue & Iunoni ab antiquis consecrato:

Crebrescunt optatæ auræ, portusque patescit
Iā propior, tēplūque apparet in arce Mineruę. &
—— Attollit se diua Lacinia contrà.

Sed cum in hac re aliorum verba sint apponenda, à Catone, vt ordo seruetur aliquis, censui inchoandum. Neq; tamen me fugit nonnulles nostri temporis scriptores esse, qui fragmenta Catonis, Berosi, Fabii Pictoris, Sempronii, Myrsili & aliorum esse potius quadam fabulosa, quam historica contendant. Sed cum istorum sententia singularis sit, placuit nobis quod & antiquiores, & doctiores super hac re senserint. & in eo etiam indulgendum nobis confidimus, quia & alii viri alioquin doctissimi idem fecerunt in suis historiis Vrbanis, vt ex scriptoribus, quorum summa apud omnes esset auctoritas, multa in medium eadem de re afferrent. Cato igitur in quodam de Originibus fragmento ita scribit: A Gargano ad Brundusium coluere Cœlij, vnde Appuli Daunum, Appuli Boi, in quibus Arpe, Canusium, Barium. sub his Appenninus ex transuerso diuidit in duo fines Italiæ, quos inter Tarentinus sinus iacet circūque ipsum vndique est magna Græcia. Ad Orientem verò magnæ Græciæ pars est Oenotria Arcadum, & Calabri prius Ausones, ad quos Græca verbositas fert venisse primam Græcorum classem annis fermè quadringētis ante ruinas Troiæ, cum Oenotrum ducē Arcadum post Troiam cōditam adnauigasse in Calabriam tradat Antiochus Syracusanus, & circa eam maritimā posuisse colonias. & vt parcius mentiantur Græci, ab eo quondam dictā Italiam Oenotriam scibunt, cum ab initio Italia à vetustissimo Rege Sabinorū & Ethruscorum, penes quem erat imperium, id nomen sortita fuerit. Hactenus Cato: nunc Strabonem audiremus si Polybius, cuius & ipse Strabo passim meminit, de hac eadem re ita prius non scripsisset: Cum (inquit Polybius) inde à freto & ciuitate Rheginorum Tarētum vlque stadia sint plusquam duo millia, ipsum tamen Italiæ latus prorsus portu destituitur, demptis illis, qui sunt Tarenti. Auertitur autem latus illud, ad mare Siculum, & vergit ad loca Helladis. Barbaras gentes habet populosissimas, & illustrissimas Græcorū ciuitates Etenim Brutij & Lucani & nōnullæ Samnitarum partes: adhæc & Calabri, & plures alii eam Italiæ regionem incolunt, sicut & ex Græcis ciuitatibus Rhegium, Caulona, Locri, & Croton. Præterea Metapontij, & Thurij

eam

eam partem occupant. Itaq; & Siculi & A qui ex Hellade veniunt, quando ad aliquē ex dictis locum nauigant, necessitate ad portus Tarentinos feruntur, & in ea ciuitate mutua cōmercia & œconomias cum ōmnib. lateris illius incolis faciunt, & facere coguntur. Poterit autem quisquā coniicere loci illius commoditatem ex vbertate ac felicitate proueuire, quā habent Crotoniatæ. illi siquidē cū æstiuales stationes & prorsus exiguum quendā habeant prouentum, nihilotamen minus magnā sibi felicitatem vendicare videntur, haud alsunde quā B ex locorum fertilitate, quę ne conferri quidem potest ad Tarentinorum portus & loca. Est autem & commoditas eius loci etiam ad portus Adriaticos, nunc quidem magna, sed maior fuit antè hęc tempora. Etenim quotquot ex superiore Apulia ad Siputas vsq; è regione nauigabant, & ad Italiam ferebantur, Tarentum diuertebant, illaque ciuitate ad faciendos contractus, & permutationes, quasi quodam Emporio vtebantur. Tum enim Brentesinorum ciuitas condita nondum erat. *Strabo se-* C *quitur, cuius verba hæc sunt:* Post Scyllacium Crotoniatarum fines sunt, & Iapygum terna promontoria. Deinde Lacinium Iunonis templum, superiori ætate locupletissimum, donisque frequentissimis plenum: interualla siquidem non iudicatu neque dictu facilia. Veruntamen à freto vsq; Lacinium promontorium interuallum esse stadiorum duūm millium & trecentorum Polybius refert. Hinc item spacium ad Iapygiæ vltima stadia DCC. quod Tarentini sinus os esse ferunt: sinus autem D ipse nauigationis circuitum ita ratione comprehensum habet, ad milliaria ducenta ac quadraginta: vt autem regionis descriptor Artemidorus ait CCCLXXX. expedito viatori. Tot autem stadijs latitudo ipsius ostij sinus omissa est. Ad hybernos verò ortus eius aspectus vergit, ipsius autem initiū est Lacinium. Statim enim vbi flexeris, ibi vrbes Græcæ fuerant, quæ nunc nullæ sunt excepto Tarento. *Ptolemæus in situ Italiæ hæc loca tum maritima tum mediterranea, ita situat:* Magnæ Græciæ iuxta E Adriaticum pelagus Zephyrium promontorium, Locri ciuitas, Locanij fluuij ostia. In sinu iuxta Scyllacium, intima sinus, Lacinium promontoriū. in Tarentino sinu, Croto ciuitas, Thurium, Metapontum, Tarentum. Salentinorum, Iapygium promontorium, quod & Salentinum dicitur. Calabriæ iuxta Ionium pelagus: Hydra, Luspiæ, Brundusium, quæ verò mediterraneæ sunt magnæ Græciæ Petilia, Aistrum: Salentinorum Rhudia, Neritum, Aletium, Baubona, Vxentum. Calabriæ, Vre- F tum, Sturni. *Pomponius Mela:* Frons (*inquit*) Italiæ in duo quidem cornua scinditur. Cæterum mare quod inter vtraque iacet tenuibus promontorijs semel iterumq; distinguens non vno margine circuit, nec diffusum patensq;, sed per sinus recipit. primus Tarentinus dicitur inter promontoria Salen & Laciniū, in eoque sunt Tarentus, Metapontum, Heraclea, Croto, Thurium. *Plinius:* Connectitur (*inquit*) secunda regio amplexa Hirpinos, Calabriam, Apuliam, Salentinos CCLM. sinu, qui Tarentinus appellatur, ab oppido Laconum in recessu hoc intimo sito, contributa eò colonia maritima quæ ibi fuerat. Abest CXXXVI. M. pass. à Lacinio promontorio, aduersam ei Calabriā in peninsulam emittens. Greci Messapiam appellauere, & ante Peucetiam à Peucetio Oenotri fratre in Salentino agro intersunt latitudo peninsulæ à Tarento Brundusium terreno itinere XXXII. M. pass. patet, multoque breuius à portu Satina. oppida per continētem à Tarento Varia, cui cognomen Apulæ, Messapia, Alecium, in Ora vero Senonum Gallipolis, quæ nunc est Anxa, LII. M. pass. à Tarento inde xxii. M. promontoriū, quod acram Iapygiam vocant, quo longissimè in maria excurrit Italia. Ab eo Basta oppidum & Hydruntum decem ac nouem M. pass. ad discrimen Ionij & Adriatici maris, qua in Græciam breuissimus transitus. *Iulius Solinus idem dicere videtur aliis tamen verbis*: Inde procedens (*de Italia enim loquitur*) paulatim & Apennini montis dorso attollit, extensa inter Thuscum & Adriaticum, ideſt inter superum mare & inferum, similis querno folio, scilicet planitie amplior quā latitudine. Vbi lōgius processit, in cornua duo scinditur, quorum alterum Ionium spectat æquor, alterum Siculum: inter quas prominentias non vno margine accessum insinuati freti recipit, sed linguis proiectis sæpius à procurrentibus distinctum promontoriis pelagus admittit. Ibi, vt obuia passim notemus, arces Tarentinæ; Scyllacæa regio, cum Scyllaceo oppido. & Cratide flumine, Scyllæ matre, vt vetustas fabulata est. *Procopius:* reddit (*inquit*) Tarentinum littus Hemicycli formam, in sinum longissimum inductum mare ad centum viginti quinquè mill. pass. recipit. in Ore autem sinus duas habet vrbes quinque ciuitates clarissimas, Crotonem, quę occidentem intuetur plagam, & Tarentum, quæ orientem, inter vtramque Thurium habitatur. *At in libro de antiquo iure Romanorum, expulso hinc ad opportuniorem locum Galatheo, Sigonius ex prædictis omnibus hæc colligit:* Lucaniam (*inquit*) regio attingit ea, quam Græci insederunt: & in tres partes diuisa est, Brutios, Messapios, & Salentinos. Brutii Græcis expulsis occuparunt eam partem, quæ quondam Oenotriæ nomen tulit, à Lao flumine vsque ad Metapontum oppidum, sicuti Strabo ex Antiochi sententia tradit. Nam ab antiquis Oenotros, & Italos solos vocatos ait, qui Isthmum habitarent: Isthmum autem esse, quicquid agrorū inter duos sinus includeretur, à Tyrrheno mari Hipponiatē, siue Napitinū, à Siculo Scyllaticū. Deinceps occurrit regio, quæ ab Isthmo est inclusa à Tarēto ad Brundusium, quam Messapiam & Iapygiam, & Calabriam, & Salentinam variis nominibus signarunt. quanquam alii in duas eam partes distribuerunt, teste Strabone, vnam, in qua Tarentum, quam Calabriam & Messapiā, alteram in qua

Brun-

Brundusium, quam Salentinos siue vltimam Iapy- A
glam appellarunt. *Antonius Galatheus medicus (hic enim locus eius visus est opportunior) scripsit de totius Iapygiæ situ librum vnum: Gabriel Barrius Franciscanus scripsit, v. libros de tota regione illa quam vulgato nomine Calabriam appellamus: sunt & bi in hac parte consulendi, vt qui non modo predicta legerint, sed & omnia nouerint natura ipsa, cum ille Salentinus, hic Calaber fuisset. Atq; vt ab occiduo incipiam cornu, ad hæc verba scribit Frãciscanus:* Calabria incipit è mari infero, quod Græci Tyrrhenum vocant à Talao B
flumine: à supero verò quod ijdem Ionium nuncupant à Syri amni, & protenditur ad Euripum vsque Rhegiumque, atq; Apennini montis iugo in longitudinem secta duo cornua emittit, Leucopetram dextra, Lacinium siniſtra, quæ tum montuosa est, tum campestris Latii instar, aquarum scaturiginibus irrigata. Ipsius verò regionis ambitus ad D CCXX. M. pass. colligit: à Talao enim amne ad Laum fluuium milliaria sunt 12. à Lao autem Strabo refert ad Euripum, qui à Cænide promontorio C
incipit, millia pass. sunt CLXIX. cõmuni verò existimatione CLXI. Euripi autem tractus, qui, vt dixi, à Cænide promontorio ad fretum vsq;, Herculeumque promontoriũ porrigitur L X. mill. pass. est, à freto quod ab Herculeo promontorio initiũ habet, idem Strabo Polybij auctoritate ad Lacinium promontorium vbi Iunonis est templum CCLXXIIJ. interuallum esse tradit. à Lacinio ad Syrim amnem M. sunt CXXXIII. à Syris fluminis ostis ad Talai amnis ostia interuallum est. M. pass. LXXVI. D
Hæc refert Barrius: de altero & Orientali cornu loquẽtem modo Galatheum audiamus: Vt Calabria à Scyllaceo ad Hipponiatem sinum, sic & hæc à Brundusio ad Tarentum & Isthmo, sed lõgiore clauditur. Sunt n. à Brundusio Tarentum Mill. pass. XL. à Tarento Gallipolm mill. pass. L. inde Iapygium promontorium, quod alii Salentinum vocant, Salentum alii, Græci autẽ acram Iapygiã, mill. pass. XX. Inde Hydruntem, & teste Leonardo Aretino vltimũ E
est Calabriæ mill. pass XXX. Hinc Brundisium L. totius regionis ambitus CXC. mill. pass. Vt illa Leucopetra, cui nauigantes nostri temporis à discrimine ventorum Capo di spartiuento, nomẽ indiderunt, ita hæc Iapygio promontorio terminatur. quib. apicib. maximè in mare excurrit Italia. Vtrũq; extremum finis est Apennini. Nam vt Italia sic & Apenninus bifurcatur. & vt Italia Alpibus, sic Iapygia montibus circum septa est, non nimis altis, sed lapidosis & nemorosis. *Hæc Ga-* F
latheus, qui paulo ante, & historiæ suæ initio hæc quæ tot secuti scriptores appellauimus cornua, peninsulas vocat, vertices, & conos arboris bifida, inter quæ situm est, quo de agimus, Tarentum: nisi mauis in pedis concauo repositum loco dicere: quando Calabria anteriorem, quæ articulos habet, Iapygia posteriorem pedis partem referat, qua calx, sine calcaneus nuncupatur, sicut totius Italiæ figura fœmur, crus, & tibiam referre videtur. Totus autem quantus est, integerq; pes ipse ob ingenium & vrbium & virorum nobilitatem, & Cœli clementiam, & soli vbertatem Græcis omnib. consentientib. nomen sibi magna Græcia vindicauit. Quare ratione dixeris indubitato in magna Græcia situm esse Tarentum, quæ eadem vrbs finis est Calabriæ, quæ nunc dicitur, & principium Iapygiæ, atq; ita respõdisse memini Iano Pelusio Cretoniate viro illi eruditissimo, & latinarũ Musarum alumno, cum id à me quæreret.

De Agro Tarentino. Cap. V.

A *Sinu Tarentino ad agrum transitus est, oblitr integritatem, ne aliquid intactum remaneat, q; adi tam præclaram vrbem demonstrandam videri posset pertinere. Ager igitur Tarentinus, quẽ Thessalicis Tempe non immerito comparaueris, inter Barrhacum & Potamiscum amnes formam Hemicycli, quam reddere videtur, excedit: eius enim infra centrum par extenditur versus vrbem, quæ mari vndiq; circumalluitur, at superior circumferentia ipsos attingit Apennines, quos duximus extensos ad vtraq; sinus cornua. Amnes ipsi duobus clarescunt oppidis apud nostrates, Barrhacus Marrhuuio, quòd a mari, cui imminet, qui non fatentur dictum, ad gentem referendũ contendunt Marrhuniam, cuius in septimo Æneidos pœta mem init:*

Quin & Marrhuuia venit de gente lacerdos,

Marrhubia alijs: vel ad herbam illam commendatissimam ob serpentum interneciones, Marrhubium Plinio, & vulgo appellatur, Potamiscus, quẽ à τῷ ποταμῷ per vocis diminutionem dictum censebat Adrianus Aquanianus Cupressani Comes, & literarum Græcarum studiosissimus, Massafra, quæ cum fuerit ab alijs quæsitum quid sibi vellet Iuno nomine, ab Aprorum massa hoc est multitudine dicta indicatum est, cuius quidem rei nullum extat monumentum. Barrhacus igitur ab vrbe distare creditur Austrum versus millib. pass. quatuor ferè & viginti. cuius fluuij ostium apparet iuxta Virginis adiculam, & mare ingrediens quingentos perficit passus. Orbita inde sequitur, quæ ducit ad Sacellum, vbi diuus Nicolaus ab antiquis accolis colebatur, serpitq; Marrhuuium vsq; quod oppidũ non sanè creditur antiquum, Rhodianis militib. subditum, nullius, vel Tarentinæ ob vicinitatem diœceseos, multis affluens opib. croco præcipuè, vino, oleo, atq; ante omnia agro pascuo neq; exiguo, sed qui multis ad pastũ gregib. armentisq; locatur conductoribus quo circa miror Galbtheum in sua Iapygia hæc prætermisisse. Inde exeũtib. fonticuli quidã ad dexteram flectentes, & dulcissimis aquis scaturientes occurrunt. Venitur inde ad oppidum Santoriorum, cui Turricella nomen est vulgare non longè ab adicula diui Marci per syluestre oliuetum, & magnum quendam parietem saxis, molibusq; extructũ insanis & eximiis, qua diuerticulo sinistrorsum ad collem scansio est declium, moxq; ad montem Magalastrum frequentib. à natura consitum oleastris. Pasanum ibi erat oppidum, nomen solũ & pauca superstes vestigia: erat & Allianum alterum iam diu dirutum. est & Græcorum tertium q; S. Marsanus dicitur, circa parietem omnia. Prospicitur inde Concamons, & peruetustum diui Candidæ sacellum monti excauatum, signatur-

gnaturq; ibidem cum altro ingentis magnitudinis specula: & non longè post apparet diuus Cataldus, montesque tres, Lauritellus, Calnus, Scotanus, iuxta quos gemina sese erigunt specula. quarum altera Luperū, Tarentina altera dicitur. proximiorq; est sylua quercubus frequens, & tredecim paruulæ specula quaternis mill. pass. distantes, eodē semper apparente pariete. Tarentina specula ducit ad Cœlium oppidum antiquissimū, cuius meminit Plinius inter Balesium, & Brūdisium. Via est per quasdam quercus fagosq;, & ea tenditur ad Sarni torrentis valles & foueas, & ad montem diui Martini, supraq; in Apennino ipso prospicitur Martina populo frequens, diues opum, ducatus titulo insignita fructibus abundans, Cerasis præcipuè, prunis & Pyris, vt cū Propertio dixeris:

Hic dulces Cerasos, hic autumnalia pruna,
Cernis & æstiuo mora rubere diu.

Hic, quod admirationem fortè afferet magnam, non desiderantur Aproniana Cerasa, quæ maximè rubent, non Acria quæ sunt nigerrima, & sanguinem imitantis succi, non Caciliana quæ sunt rotunda: vt appareat non Vrbem Romam, sed ad agrum Tarentinum migrasse Lucullum à Cerasunte Ponti ciuitate cum suis Cerasis. & Martina (vt vnde exiit reuertatur oratio) descenditur ad paludem, quam Comitem vocant, inde ad specula, vbi olim fertur fuisse Vigiliarum locum, & inde ad montem diui Heliæ, tandem ad Potamiscum alterum fluuium, qui occidentem respicit, & quò transitus est per saxa & cuniculorum scopulos, per puteum, qui ab aquæ salsedine salsus adhuc dicitur, & per Massafram oppidum. in huius autem Hemicycli ambitu, cum recta quasi axis posituræ, milliaria sunt ad septentrionalem quam Pontis vocant vrbis portam, ab Orientali, quæ fossa inminet, sex supra centum. Ad hæc verò quæ de extremo Tarentini agri margine scripta sunt, conuenit, vt addantur, quæ præter vrbem ipsam intra aream passim occurrunt. atq; vt à fluuiis iterum sumatur narrationis exordium, Galesus fluuiorum, qui in hac ora sunt, breuissimus videtur, qui & aliquando Eurotas dictus est, accepto nomine abeo fluuio qui Lacedæmona præterfluit, Galaum appellare videtur Polybius. Cernitur & Taras, qui ab Heroe, vt alias dictum est, cum vrbe ipsa nomen est assecutus, nec longè fluens, & à loco, quod Cannetum vocant accolæ à Cannarum copia: Arundinetum ab Arundinibus voce diceretur elegantiore. de vtroque in historia suo in multis verbis agitur. Sunt & multa Græcorum Latinorumq; oppidula, quæ Casalia vocant ab humilium aggregatione casarum: atq; vt à Latinis cōmemorandis incipiam præter Marsinam & Gryptalias, Pulsanum videtur, Leporanum, & Monacisciuum, hoc audio, à Monachis dictum, quorum olim fuerat Cœnobium, Pulsanum à pulsu habitāntium insigni, Leporanum, vel à lepore, qui & insigne est eiusdem, vel quasi leporarium corrupta voce, quia olim conclusa habebat animalia in agro vicino Saturiæ pascēdia. hæc tria terrarum nomine, cū mœnibus cincta sunt, & suam quoq; habeant arcem, vocantur: quæ verò sequuntur, casalia, quia sunt aperta, lateq; patent omnibus peruia: Fragagnianum, Lecianum, Turricella, Monsmesula, Monsblasius, Cunsella, & Carosinus, quod Deiparæ Virginis clarum miraculis tota fere Italia celebratur. Græcorum quæ extant, siue Albanensium casalia hæc sunt: Sanctus Georgius, S. Marsanus, S. Crisperius, S. Martinus, Faggianus, Rocca forciata, & Bellū videre. Erant & multa alia, quorū euersione condita Gryptalias & Martinā oppida, hoc à principe quodā Tarētino, illud ab Archiepisc. suo in loco narratur. Sunt & alij fluuij, vt Bradanus, Latus, Lemna, Raschia, Fluuicellus, qui mare exterum & intimum ingrediuntur, sed horum nomina quia apud scriptores non leguntur, propterea satis dixisse paucis describere. Extendebatur olim Tarentinus ager per totam Iapygiam, & Calabriam: nam & Cic. Leucopetram appellat Tarentinorum: & qui de balneis scribunt à Leuca tradunt agri Tarentini oppido per totum tractum Tarentinum fuisse olim calidas scatebras, quæ balnea calfacium. Galesus ἀπὸ τοῦ γάλακτος dicitur, sicut Galatea, hoc est à lacte, quod album esse constat: vnde Martialis ad Cordubam scribit:

Albi quæ superas oues Galesi.

Quod si ita est, versus Vergilij in Georgicis.

Namq; sub Oebalia memini me turribus altis.
Qua niger humectat flauentia culta Galesus
Corycium vidisse senem,

emendandi sunt in epitheto, & loco, niger, reponatur, piger, sicut reponendum censuit quidem non imperitus Grammaticus, quoniam fluuius ille etiam non longius profluit, etsi aliquib. meandris tortuosus, nullo aquarum strepitu, vt qui de montis cacumine non cadat, sed instar lacus prope littus exoriatur. Ipse vel posito (quod aiunt) pignore contenderē legendum, niger, quemadmodum in omnibus cum veteribus tum manuscriptis codicibus legitur. Et Vergilius notationis haud ignarus, quasi subridens nigrum appellauit Galesum, quem fortasse ex vocis symbolo tympidissimum amnem antea opinatus fuerat, quod etiam res ipsa dixisse poetam Epigrammatarium non erit absonum credere, quia & aqua & totus ille locus ferrugineus apparet. Quid quod nigrum mare etiam vulgus dicat, & pueri natantes vsq; ad nigrum posse progredi gloriantur, & Aquilam multi ab aquæ colore, quod fusca sit, dictam velint? Callimachus in hymnis μελαμψήφιδα ἄναλκον, & Homerus, Neptunum μέλανδον dixere. poteris etiam & nigrū Galesum id est, profundum interpretari atq; atrum, vt vulgus etiam Abyssum vocat, sicut πηγὴ μελάνυδρος & ab Homero Ἐρεβεννή dicitur. Quid si autem nigrum Galesum dixit, vt nemus nigrum, lucum opacum, & vmbrosum diximus? & vt Propertius (quem locum alibi citauimus) Galesum ipsum vmbrosum?

Tu canis vmbrosi subter vineta Galesi &c.

Taram alterum fluuium à Tara herœe, qui & vrbi nomen dederat, hac ratione appellatum tradunt, quod is dum Neptuno & Ioui rem sacram faceret, vbi ab illis vrbi sua felicitatem exoptaret in aquam inter victimas conuersus, nunquam alias visus sit. fabulosa quidem res, neque immeritò cum & antiqua sit, & Græcorum mendaciis subiecta. Meminit huius fluuij Appianus Alexandrinus ad hæc verba: Octauia Cæsaris Augusti soror, Antoniique vxor, cum iam à fratre impetrasset, vt cum marito in colloquium veniret,

Inter Metapontum & Tarentum conuenere ambo: quo loco fluuius eiusdem nominis medius interfluit. Congredientibus ad fluuium illis, fortuna quadam Antonius ex ripa ad occurrentes naues properans scapham solus intiluit, & ad Cæsarē quasi amicum se credens pertransibat: quem cum intueretur Cæsar, inuratus est. sic fluuii in medio, ambo conuenere, alterius in ripā vterque descendere velle contendentes. vicit tandem Cæsar: & veluti ad Octauiam Tarentum profecturus in Antonii ripa penes eum simul constitit. Tarenti quoque ad eius diuersorium nullo munitus custode pertransiit, & noctu iuxta illum armatis nullis circumseptus conquieuit. similia & ab Antonio postridie gesta sunt: *Est in eodem agro Tarentino trib. ferè vel paulò minus à Gryptalys Episcopali oppido stadijs distans, iuxta cœnobium fratrum Cappuccinorum, qui vitæ asperitate, & pietate sunt conspicui, quadam Vallis, Foronesum vulgo dicta, aprica quidem illa, sed saxis circundata tophaceis & montanis, pluribus à natura arboribus consita, ex quibus, nonnulla ad mansuetiorem cultum sunt insitione redacta, præter oleas quæ plurimæ & grandiusculæ ab auis atauisq; possidebantur. locus ab ortu ad occasum meridiemq; serpens extenditur in intima parte canalibus vi imbrium ex collibus descendentium excauatis. ibi rustici multi antehac antra sibi ad domicilia nocturna exciderant, ne semper ad oppidum à labore diurno cogerentur redire. Viri etiam religiosi quam plurimi ad ea se conferre meditationis ergò consueuerunt, aliquos ipsi ætate nostra cognouimus, sed eorum nomina silentio obuoluimus, vt qui certò scimus, si viuerent, nullam de se memoriam, quæ sua erat humilitas, fieri paterentur. Erat olim vallis multis partibus peruia, nunc clausa muro, cuius ambitus mille ferè excedit passus, ita vt difficilior sit aditu, nisi per ianuas ferreis seris occlusas, pessulisq; nullis ingredi liceat. Lelius Brancatius Tarentinorum Archiepiscopus, & Gryptaliarum dominus sepiendam occludendamq; are suo diligenter curauit stratis in ea vijs, cum antea vel volutari, vel turbinari, vel saltibus de saxo ad saxum transilire opus esset. Vndiq; præruptæ erant rupes, occulti & præcipites calles, spinetaq; simul & sylueta cum densa tum aspera ingressum alicunde occludebant, inaccessibilemq; reddebant. laudabit profecto, atq; in cœlum extollent omnes opus hoc immensum, vbi tanti viri sanctissimam cognouerint mentem. Ea quia citò manifestè clarescet, iam enim opus ad Colophonem (vt dicitur) peruenit, necesse mihi esse nō duxi pluribus modo explicare. Vnum scio, illudq; adeò certum, quam quod certissimum, sacras ædes (vnde sacra vallis sortita est nomen) inde, quas iam eriguntur, non abfuturas, pauperum, hospitium peregrinantium præcipuè fore commodissimum, neq; absq; censu annuo perutile, præter diuinissima secreta: quæ post perspectam Archiepiscopi sententiam cum omnium hilaritate innotescent. Et tandem vt à sinu, agroq; Tarentino videamur aliquādo exire, non erit ab re disserere, an hæc regio Sicilia dici possit, sicut diu ab aliis quæsitum animaduerti, & præcipuè aduersus Thomam Fazelum, qui in sua historia de Sicilia id omnino perneget. Ælianus in libro de militaribus ordinibus Tarentum his verbis appellat. Sicilia* A *vrbem: Tarentum autem olim Siciliæ vrbs habuit milites iaculatores, qui equis vecti iaculis breuibus eminus certabant, mox manum cum hoste conferebant. Scholiastes Theocriti in Amaryllide Crotonem appellat. Siciliæ vrbem. eius verba apposui in tertij Idilij hypothesi: τὰ δὲ πράγματα εἴη ἂν ἐπὶ Ἰταλίας περὶ κρώτωνα τῆς σικελίας, ὅθεν ἦν τὴν ἀμαρυλλὶδα ὑποτίθεται. Diodor. Siculus in bibliotheca Tarentum dixit Syracusano excepto, omnium quæ in Sicilia sunt, pulcherrimum. Si tamen germanam quis negauerit lectionem, ipse castigatiorem inueniat, & concedam. Pandulfus Collenutius in Neapolitana historia tradit, hoc regnum à scriptoribus aliquando appellari Neapolis Regnum, aliquando Apulia, & aliquando Sicilia citra Pharum. Suidas in historicis in verbo Philoxenus, ostendens, quid sit prouerbium Φιλοξένου γραμμάτιον dicit:* Philoxenus Cytherius cum Latomias Syracusanas effugisset, in quas coniectus fuerat, quòd Dionysii Tyranni tragœdias non approbaret, cōmoratus est Tarenti Siciliæ vrbe. *Et glossa interlinearis in actibus Apostolicis Rhegium Siciliæ vrbem* B *appellat. Sed tamen contendit Thomas Fazelius libro de rebus Siculis primo, tam multorum testimonio innixus veterum auctorum, solam insulam, quæ à cōtinente Italiæ seiungitur, Siciliam appellari, abusuque à Romanis Pontificibus exorto ita appellatum fuisse regnum Neapolitanum. Quin idem auctor est, Alphonsum Regem cum Neapolim magna vi esset adeptus, & vtrique regno dominari cœpisset, absurdo & nouitio titulo vtriusque Siciliæ Regem vocari se voluisse. Ego verò dixerim, ob id duas* C *Sicilias appellari inceptum, quia ex terræmotu auulsa fuit insula ab Italiæ continente. sicut Cyprus à Syria, Eubœa à Bœotia. qua de re poëta ita ceciuit Mantuanus:*

Hæc loca vi quondam & vasta conuulsa ruina
(Tantum aui longinqua valent mutare vetustas)
Dissiluisse ferunt, quum protinus vtraque tellus
Vna fores.

Qua ratione fortasse non à Siculis ex Italia fugientibus, D *sed quasi Sicilista, hoc est excelsa, & Græci Rhegio promōtorio, cum eiusdem nominis vrbe antiquissima, vnde diuisum primo apparuit, nomen dedere, quasi auulso & abrupto, sicut verbi Græci, quod est ῥήγνυμι. etymologia demonstrat.*

E

De forma, ambitu, & munitione Vrbis: adhæc de Insulis occasum versus sitis.

Cap. VI.

F

ANtiqua vrbis post Phalanthi aduentum non natiua modo, quam Taras inchoarat forma, vix sciretur, vixque coniici signis aliquibus potest, cum & locus aliquando mutarit, nec semel euersa sit. Quantum vero ex ipsa veteris vrbis ruina diuinare licet, huiusmodi illius figuram, ac positionem fuisse dixerim, vt scilicet Pyramidem exprimeret, cuius vtrumque latus, eo quod interno externoque mari alluerentur, sinuosum erat: basis vbi maxime vrbs in ipsa latera porrigebatur, hybernum orientem respiciebat: extrema pyramidis conus ad occidentem æstiuum pertinere videbatur. qua parte Aru tandem & inanniter ab Annibale obsessa

Digitized by Google

erat, vbi hodie sita est eius arx ipsa, quamuis inferiores in interno mari partes aliquot complexa. Verum quoquo te verteris ingentes deletæ atq; incensæ vrbis ruinæ, sed admiranda non occurrunt vestigia publicorum præcipuè ædificiorum. Noua vrbs circumfluafine (vt Græci loquuntur) amphithalassa, oblonga insula, aut longæ nauis habet speciem. A Puppi manu facta est fossa, lõgis nauibus permeabilis, quæ vtrumq; mare admittit. a Continente Marcus Antonius Philomarinus nobilis Neapolitanus de sedili, plateaq;, quam dicunt Capuanam, iussu Ferdinandi & Alphonsi iunioris, cuius strabonis agnomen fuit, mira arte & ingenio abscidi curauit, quũ Turca Hydrunte capta inter alias Salentinorum vrbes Tarento, propter summam eius portus opportunitatem imminerent. Eamdem fossam nostris temporibus latiorẽ fieri Philippus Austriacus Caroli Cæsaris filius, Rex nostro sæculo inuictissimus & fidei Christianæ defensor acerrimus mandauit, & operi præfuit Ribera prouinciæ tunc præfectus, & hodie Regius Cancellarius, & magnæ Cameræ Locumtenens. Prora, vbi æstus maris concitatissimus est fluctibus & refluentibus vndis instar rapidissimi torrentis duplicis quidem, vel propè dixeris Euripi, propter vndarum Lunæ (vt aiunt) motum senis quibusq; horis conuersionem, duobus à piscatoribus notatam nominibus Serra & Chioma pontibus cum ligneis tum lapideis est iuncta ferè pass. & amplius continẽti adiungitur, quo in loco frumentarias posse strui molas non semel disceptatum est. habetq; inde difficiliorem oppugnationem. Ambitus aliquando fuit pass. sex mill. hodie non videtur excedere spacium duodecim stadiorũ. Internum & conclusum mare, vbi latissimum est, vix duo perficit milliaria, in circuitu duodecim millia pass. & paulo plus complectitur: at Strabonis minor est centũ videlicet vix stadiorum. Eius fauces longo (vt diximus) includuntur ponte, semperq; vel sanis incidentibus tempestatibus tranquillam & tutam nauibus stationem, copiosissimamq; præbet piscationem. suffocantur aliquãdo ipsæ fauces, vt vidimus IOANNIS AVSTRII iussu multo labore exhaustas ad longas ante victoriam in Echinadibus de Turcis habitam, naues admittendas. Felicissimi illius anni primi & septuagesimi supra millesimum & quingentesimum cur æterna non erit memoria, quo Ioannes Austrius tam præsentium quàm sequentiũ temporum decus CAROLI Cæsaris semper Augusti filius fratre à PHILIPPO Hispaniarum Rege Christianissimo, & SENATV Veneto maximè illustri, magnifico, ac prudente, ac primum omnium à PIO huius nominis quinto felicissima recordationis pontifice maximo, Christiana classi foederis Sanctissimi præpositus, Nonis Octobris in insulis Echinadibus, quæ ad Epirum sitæ sunt, trium horarum spacio nouam de Turcis & inauditam adeptus est victoriam, trecentis demictis triremibus, quarum aliquot summersæ, nonnulla exustæ, plures captæ, & pauca ductu Oechaly Calabri Archipiratæ, qui è Christiana religione ad Machometicam barbariem multo antè defecerat, in fugam conuersa? Muris & turribus vrbs est vndiquaque lapideis munita, ab Austro præcipuè & Septentrione omniumq; iudicio olim ferebatur inexpugnabilis. Nam & Turcæ à Byzantio ad Neapolim, Galli à Parisijs ad Hydruntem, Vrbem Tarento munitiorem se vidisse negabant, quæ terrarum omnium bella & ferre & inferre posset. At hodie tormentis igneis, quas bombardas & basiliscos vocant, ita facilè expugnationi obnoxia, vt Marcus Antonius Columna Romanæ totiusque Italæ gentis gloria vt miserrimam defleuerit. Includitur ab Austro & occidente duobus tẽuissimis promontoriis, vbi, vt in tota hac ora ab Hydrunte vsque Neapolim ad explorandum Piratarũ aduentum turres erectæ sunt, quæ a scriptoribus Phari appellantur. in sinistro promõtorio fuit olim Græcum Cœnobium de societate magni Basilij sub titulo SS. Viti & Modesti atque Crescentiæ, quorum reliquiæ in æde Ludouico Rege illis dicata religiosissimè seruantur. propè dexterum cui ab hirundinis auis forma Rondinello nomen est, horti sunt cultissimi piratarum præda, & aquatione notabiles. Inter hæc duo magnitudine dispares iacent insulæ, quæ nullius apud auctores sunt nominis. in Seruianis tamen scholijs Electrides, siue Febræ videntur appellari, aliàs aureæ dictæ sunt insulæ, vel à piscatu non minus mirabili quàm in sinu Brutiorum Hipponiate, & præcipuè coralliorum: vel quia sedes erant Archipiratarum, vt totos ibi sex menses vuderimus aliquando Oechalium, Curtugolum, Dragutem, lucri causa & quotidiana præda hyemare. Ioannes Franciscus Rubeus eques Troianus in historia Neapolitana, quam morte occupatus non edidit, arbitrabatur alterã ex Tarentinis insulis Ogygiã fuisse Calypsûs: id autem verum ne sit, qui viderit Plinium, iudicabit. Vtraque hodie a sanctis suum quæq; sortita est nomen. maior a diua Pelagia, minor ab Apostolo Andrea. Est & tertia in ipsis faucibus portus diuo Nicolao dicata iuxta quam prospicitur scopulus, qui à nautis in hydrographia Turrunda scopulus appellatur, non absque diligenti obseruatione prouisus. Temenetida porta apud Tarentinos tam perspicua olim ferebatur denominatione, quàm Troianorum Scæa, Alexandrinorum Canopica, Athenensium Pyraica, Corinthiorum Teneatica. & hodie Neapolitanorum Capuana cum Regali. Duas modò portas habent, alteram ad Orientem ad Septentrionem alteram: prima ducit ad Messapiam & totam Iapygiam, secunda ad reliquam Italiam: propè illam Arx est non multum perspicua, propè hanc turris præalta vulgari appellatione Catatella, quæ pontem cum portu defendere videtur. Maiore & aperto mari rupes sunt altissimæ & inaccessæ, vt adigi ad mœnia nullo pacto naues queant. imminetque vrbs ipsa, vt non nisi altioribus scalis multorumque graduum conscendere quis valeat. Incluso & mediterraneo arenosum est litus, & vrbi, quæ inferior inde est, æquale, olim non erat munitum, vt hodie. piscatores eò subducunt lintres & cymbas vbi piscari cessauerint. Illud non videtur prætermittendum mœnia scilicet Tarentinorum non infero & Tyrrheno, sed supero atq; Adriatico mari allui. hæc enim est scilicet L. Flori sententia, hæc eadem colligitur apud Felinum iurisconsultum, qui in historia Regni Neapolitani, quam scripsit iussu Alexandri quinti summi pontificis, dicit, hoc regnum a supero mari ab Imperatoribus Græcis gubernatum, sicut ab infero à nostris: & in Tarentinorum priuilegijs quæ multa sunt, extantque ab anno

domini milleſimo trecenteſimo & trigeſimo, Constantinopolitanorum Cæſarum atq; imperatorum eſt mentio, Catherina videlicet, Roberti, eius filij Philippi, atq; aliorum; ſicut in octauo, qui vltimus eſt libro ſcribimus. Sed continere me non poſſum quin Elyſij Calentij Epiſtolam ad Florum de Tarento ſubſcribam, deque eius forma. fuit Calentius vir Neapoli inſignis, cum Aragonij regnarent, quando Pontanus, Altilius, Grauina, & Actius immortali ingenio prediti vates diuina carmina fabricabant. Adamauit eum Pontanus, & cõtubernalem a puero habuit: ſuſpexit Altilius: Actius verò Syncerus meritis laudibus exornauit. hic ita ſcribit: Tarentum vrbs altera parte mari, altera lacu abluitur, in quem Galeſus fluuiorum breuiſſimus fluit. Verum & is mari viciſſim cõgrediens immiſcetur, ideoque ab oculis præ amatore ſimili Mare appellatur, cuius ambitus paſſuũ millibus duodecim cõſtat. Quod ſi fretum confitebimur eſſe, tendit initio ad Orientem, mox ad Meridiem declinat, relinquetur que inter duo maria telluris paululum, bouinæ linguæ ad imaginem, qua ciuium domicilia poſita ſunt. Vrbem ipſam inter geminas aquas longę nauis in effigiem editam, vrbium penè omnium amœniſſimam puto, & iucũdiſſimam, niſi quantum copia rerum ciuibus egeſtati eſt pro deſidia & inertia. Hic vini, ſalis, olei, pomorum abundè, piſcium pluſquã ſat eſt. Croci, amygdalarum quoque ſatis: puellarum ad faſtidium. Quieti locus ampliſſimus, ac longè remotus ab his, quas duxi eſſe moleſtias, rebus. Id volui ſcire te vt qui oculis egregiam vrbem non videris, animo videas. Vale. *Scribunt Plato, Ariſtoteles, & Hippocrates, primus in ſexto de legibus Dialogo, alter in ſeptimo de Repub. tertius in libello de aere, aquis, & locis, quomodo erigenda ſint vrbes, & qua in illis obſeruanda ſunt, priuſquàm congregentur ciues: ſed antiquiores vrbis noſtræ conditores, qui præceſſerunt, naturæ credo impulſu, ac iudicio multa perſpexere in illa adificanda, nempe qua ventorum plaga locus aceret, ac ſolis occaſum ne, vel exortum proſpiceret: qua aquarum erat commoditas: qua terræ aranda ac ſeminande qualitas: locus vbi condenda erat, eminentior ac montanus videretur, an campeſtris & imus: quam formam poſſet recipere, circularem, an multilaterem: vbi templa, vbi forum, vbi magiſtratuum palatia eſſent coſtruenda: quibus muris, terreis an (vt poëta dixit) aneis ferreisq; eſſet erigenda. Erat Priſcis vſus in editis exceliſq; locis vrbes ponere, non quia alterius (vt aiunt) diluuij metu impulſi hoc ſibi expedire credebant, ſed quia difficilior hoſtibus acceſſus erat futurus. ſed hæ philoſophorum ſunt, non hiſtoricorum: nam hi quid factum ſit, animaduertere debent, quid faciendum ſit. Non eſt non animaduertendum quod ſcribit Liuius de agro Tarentino, illum ciuibus domitis publicum populi Romani fuiſſe: Caio Domitio Prætori fuit ab illo mandatum, vt ducenta illius agri iugera darentur Oneſimo nobili Macedoni, Pythonis filio, qui Romam ſe contulit cauens ſibi a Rege Macedonum, quem admonuerat, vt pacem cum Romanis haberet ſeruaretque fœdus ictum cum illis.*

De Principatu Tarentino. Cap. VII.

In octauo qui vltimus eſt huius operis libro, multa, & fortaſſe ſuperflua ſunt, quæ ſcribimus de Tarentinorum principibus, initium ſumentes à Roberto Guiſcardo Gothifredi fratre, Bohemundi, qui deinceps in bello ſacro fuit, patre, vſq; ad Philippum Auſtriacum Chriſtianiſſimum. Cum igitur actum ſit huc vſq; de regione, & agro Tarentino, conſentaneum videbatur pauca referre de principatu. Tarentinus igitur principatus vtraq; in ſinus deſcripta cornua in ſua olim habebat ditione. Blõdus Foroliuienſis tradit ab Aufido fluuio vſq; ad Zephyrium promontorium, hinc à mari ſupero, inde à Thyrrheno. Erat animus, vt & vrbes non quidem ſingulas, ſed quæ apud Geographos percelebres ſunt, cum fluuijs, montibus, locis, populiſq; principatui ſubiectis adiicere. Verum quia & in principum geſtis rebus, præcipuè Ioannis Antonij, & in toto fere opere nominantur: & nullo negocio a Plinio, Strabone, Pomponio Leto, Seliꝰno, Dionyſio, Volaterrano, multiſque recentioribus eas colligere cuiq; licet, mutato in melius conſilio, breuitati potius ſtudere, quam idem ſæpe repetere viſum eſt. Sed illud tantum non prætereundum duxi, Marcum Varronem nobiles appellaſſe vrbes, quæ in tractu Tarentino occiduo ſunt, ſicut & ad illius emulationem Propertius nobiles dixit Miſenas: vtriuſque verba hæc ſunt. Varronis: Ad Sybaritanam prædam, in qua ſunt Tripodes, Cretenſes, Anancæa populo, nobilium Tarentinarum. *Propertij:*

Et te mirantem Theſproto ſubdita regno
Proxima Miſenis aquora nobilibus.

Sed de Brundiſio, & propter veteres, qui eò fugati ſunt Tarentinos, & propter Phalanthum, nequius penitus me abſtinere, quin pauca alia hac ſubiungam. Brundiſium, vulgo Brindiſi. Exiſtimant aliqui vocari Brundum inſulam, Græci Brendiſium, Stephanus Βρεντήσιον. *Vulgatum eſt, hoc nomine caput cerui ſignificari, non Græca, non Latina lingua, ſed Meſſapia ſeu Peucetia, quia a ducibus ſuis vtrũque nomen hæc vltima Italiæ ora aſſecuta eſt. Portus cerui no capiti ſimilitudinem exhibet. nam Meſſapij βραχὺ cervum dicunt: cornua magna ex parte vrbem cingunt. toto terrarum orbe eſt notiſſimus. vnde Ennius dicit.*

Brundiſium pulchro precinctum prepete portu.

Eſianius poeta comicus fabulam ſcripſit Brund: quam vocem Brundiſinos extendit in Nonio Marcello Adrianus Iunius: ſed Sext. Pompeius Brundiſinam habet. Didymus auctor antiquiſſimus in Homeri ſcholiis Brundiſium ſentit olim dictum Temeſin: eius verba in primo Odyſſeæ leguntur commentario, Τεμέσση πόλις κώμη. κατὰ δὲ τινὰς Ἰταλίας, ἣν νῦν Βρεντήσιον καλοῦσι. *Interior portus nunc turribus, olim & catena claudebatur: exteriorem hinc atq; hinc ſcopuli, & inſularum obiectus protegit. vrbs quaſi peninſula eſt. inter duo cornua: ab occidente ſupra dextrum cornu arcem habet miro opere & quadrato lapide, primo a Friderico imperatore Henrici filio, Aenobarbi nepote cõſtructũ, deinde à Ferdinãdo & Alfonſo eius filio: noſtris diebus a Philippo Auſtriæ*

munitam. Vrbem quoq; quos è mari non habebat, muris iydem cinxere. Arcem inexpugnabilem in insula, in qua erat templum dimi Andreæ Alfonsus rex edificauit, quæ portus exterioris ostio imminet. Syllius Italicus Brundisij finem esse Italiæ dicit:

Nec non Brundisium, quo desinit Itala tellus.

Huius vrbis meminit Herodotus in Melpomene, Trogus Pompeius, Strabo, Polybius, Seleucus & alij.

LIBER TERTIVS.

Qui post Phalanthum Reges.

Cap. I.

QVi post Phalanthum Reges fuerint Tarentini, & duces, vsq; ad philosophũ Archytam, id prorsus ignoratur: siquidem nulla est de illis continuata series. Sed tamen plane constat apud scriptores haud neglectæ auctoritatis, Tarentinum populum inter cæteras orbis terrarum gentes suum aliquando habuisse Regem. Is à libero tunc populo eligi consueuerat, ac magis officij, quam superbæ dignitatis erat nomen, & titulus. Parebat ei Calabria omnis, atq; Apulia, & Tarentum tempestate illa mater erat, & caput omnium ciuitatum, suo cuncta vbique disponens arbitrio. Herodotus in tertio Musarum meminit cuiusdam Aristophilidis Crotoniatæ, qui apud Tarentinos rerum potiebatur, quando Darius Democedem Crotoniatam medicum vnà cum Persis aliquot iuuenibus ad vniuersa Græciæ loca explorandæ misit. ita enim ab ipso medico, qui visendæ patriæ desiderio flagrabat, per Atossam Cyri filiam, Darijq; coniugem, quam cum marito pedis luxatione laborantem curauerat, fuit Dario persuasum. In historia quam Clerici Tarentini habent de aduentu principis Apostolorum Tarentum, Reguli cuiusdam fit mentio, cui Eucadionomen erat, & cuius filiam cacodæmone obsessam Marcus Euãgelista Petri comes liberauit, quod in Ecclesia Tarentina plurib⁹ enarratur.

De Archyta Tarentino.

Cap. II.

CONstat apud Diogenem Laertium plures fuisse Archytas: nos & si Tarentinum mathematicum quærimus, omnes tamen commemorare haud pertæsum est. nam vt Thebano Herculi, quicquid huius nominis reliqui fecerint, poetæ tribuunt, ita & permulta aliorũ illustria ac præclara facinora, qui Archytæ dicti sunt, ciuis illi nostro, vel Historici reliquorum ignari adscripserunt. fuit igitur Archytas vnus Mytileneus, & is musicus, cuius haud indignum est credere Athenæum meminisse, & illum vocasse ἀρμονικὸν, qui scripsit ὁ ψαρτυτικὰ; hoc est, de condiendis obsoniis, cui cum daretur probro, quòd dum caneret non exaudiretur, respondit: instrumentum proferri. Alter sequitur, qui de agricultura scripsit, quamuis & hic Tarentinus videri possit, qualis Pierio Valerio in Hieroglyphicis visus est. docuit is inter cætera, cauendum, ne vinetis aliquid seminetur, Brassica præcipuè, vtpote quæ vitibus egregiè sit contraria. nam quia sua natura siccitatis est, multo undique humore, vitibusq; consita alimentum trahit.

A Tertius poeta erat Epigrammatarius. Quartus & his addatur, cuius prostant libri de Machina. Quintus noster est Tarentinus, Hastiæi filius iuxta Suidam, vel Mnesarchæ, vel Mnesagoræ, qui claruit circa sextam & nonagesimam Olympiadem, Platonis æqualis, Pythagoræi philosophus, cum esset Persarum Rex magnus Artaxerxes vnaecimus, qui in Hester libro Assuerus conijcitur. quod tempus si ad mundi totius annos reduxeris, octingentos inuenies, & paulo plures supra quatuor millia. Si Romanum imperium perquisieris, inuenies eum floruisse secundo post quadringentesimum vrbis conditæ, & sexto cum Platone conuersatum vsq; ad trigesimum tertium, quando de voluptate disseruit. Laudatur in Archyta animi magnitudo, sed illi præfertur mansuetudo, qua iracundia dominabatur, sicut de Nestore Pylio tradit Galenus medicus: & philosophi etiam ipsi inquiunt, irritabiles esse optimorum sæpe virorum animos, & eosdem sæpe placabiles. cuius vti totius encomion vno in loco Cicero, & eum secutus Valerius multis verbis scribunt. nam & in libro de Rep. secundo: Sed imitor (inquit) Archytam Tarentinum, qui cum ad villam venisset, & omnia aliter inuenisset &c. cuius quidem loci verba cum manca sint, addam quæ in Tusculanis quæstionibus de eadem re scriptum reliquit: Qui habent vlciscendi vim, differant in tempus aliud, dũ deferuescat ira: deferuescere autem certè significat ardorem animi inuitatione excitatum. ex quo illud laudatur Archytæ, qui cum villico factus esset iratior, quo te (inquit) modo accepissem, nisi iratus essem? quam eandem animi modestiam habuisse etiam legimus Platonem, qui aduersus seruum ventri deditum ira percitus vocato sororis filio Speusippo, abi, dixit, hunc verberato, nam ego nimia exagitor ira. Quanti autem fecisset Archytas amicitiam, idem Cicero docet in Lælio his verbis: Verum igitur est illud, quod à Tarentino Archyta (vt opinor) dici solitum nostros senes cõmemorare audiui ab aliis senibus auditum: si quis Cœlum ascendisset, naturamq; mundi, & pulchritudinem siderum perspexisset, insuauem illam admirationem ei fore, quę iucundissima fuisset, nisi aliquem, cui narraret, habuisset. Verborum obscœnitatem, sicut Ælianus in varia historia docet, assiduè vitauit, vt qui modestissimus: cum verò necessitas aliquando postularet, absurdius aliquid dicere, non profatus est, sed id quidem tacuit, inscripsit autem in pariete, mõstrans quod dicendum erat. neq; vt diceret, cogi vnquã potuit. Celebrantur, vt huius sicut aliorum philosophorum, ac ducum Apophthegmata: nam & aliquando, humanum genus omnium animantium vaferrimum considerans dicebat, quemadmodum difficillimè piscem sine spinis inuenias, sic & hominem qui non dolosum spinosumq; quiddam habeat admixtum. Solertis est hominis, (inquit philosophus) similitudinem longè distantibus in rebus cernere, quemadmodum dixit Archytas: idem arbitrum, atque aram esse, quia vtroque confugit. qui iniuriam passus est. in philologia dicit Volaterranus Archytam solitum disserere, omnem communitatem constare ex tribus, dominante, dominato, & legibus. præterea meliorem imperare e-

portere, peiorem inuenari. Cum autem Eratosthenis legisset Hermen dixit hoc carmine: χρεὼ πάντ' ἐδίδαξε, τί δ' οὐ χρήσειν ἀνύσει, Necessitas omnia edocuit: Quid enim necessitas non inueniret? Ferunt quidã non indiserti Archytam consuluisse, vt si quis manè trãsglutiret cor Vpupæ, vel Hirũdinis, sine Mustelæ, sine Talpæ eo adhuc viuente, & palpitante, conferre ea ad memoriam, reminiscentiam, intellectũ, ac diuinationẽ. Omnia censuit proportione moueri. Animam dixit ad exemplũ vniuersi compositam, quæ ita illocaliter dominatur in corpore, sicut vniuersi numeris. Scripsit multa, vt ex Stobæo cõstat. περὶ τοῦ ὄντος: id est, de ente, περὶ ἀρχῶν, id est de principiis: περὶ νοῦ καὶ αἰσθήσεως, id est, de mente, & sensu, περὶ τῆς σοφίας, id est, de sapientia. De ente hæc legũtur ex prædicti auctoris Eclogis Ethicis, atq; physicis, quæ Latinitate donauit Gulielm. Canterus. Vide falli mihi videtur, qui de quauis re duas cõtrarias ferri posse credũt sententias, vtranq; vel verã, vel falsam. at ego primũ hoc nefas duco, siquidem nec pulchrũ pulchro, nec albũ albo cõtrarium est, sed pulchrũ, ac turpe, album ac nigrum inter se contraria sunt. sic etiam verũ falso contrariũ ponimus; nec duas veras sententias, vel duas falsas, sed alterã verã, alterã falsam: nõ n. qui animum hõinis laudat, corpus reprehendit, cõtraria dicit, nisi etiã qui de cœlo, ac terra agat de eodem agere dicamus, siquidem duo sunt illa nõ vnum. quid a. verbis opus? etenim qui Athenienses dixerit doctos, & qui ingratos nequaquam contraria dixerit: cum enim inter se cõtraria pugnẽt, in eodem hic iam duo cernuntur. *De principiis sic* dixerit: Duo necesse est rerũ esse principia, alterum seriem ordinatorum, & finitorum, alterũ inordinatorũ & infinitorũ complectens: & illud quidẽ effabile, ac rationis particeps, tum res continere, tum definire, & cõponere, semperq; rebus adiunctum ratione illas, ac nũero producere, vniuersoq; naturam, & speciem largiri: hoc v. nec effabile, nec rationis particeps tũ composita lędere, tum ad ortũ progredientia dissoluere, semperq; reb adiunctum sibi eas similes reddere. Et quoniã duo cõtrariorũ sunt principia, & alterum boni sit, alterũ mali causa, duæ quoq; rationes requirũtur, altera boni auctoris, naturæ, altera mali. quapropter tum artis tum naturæ opera, hæc duo primũ nanciscuntur formã, & substantiam, quarum illa certũ quid esse rem facit, hæc illã subiecta recipit, atqui nec substantia per se potest formã recipere, nec illa hãc vestire: sed maior aliqua requritur causa, quæ substantiã ad formã perducat, eademq; prima sit, ac potentissima, quã quidẽ vocari conuenit Deũ. itaq; tria iã sunt principia, Deus, substantia, & forma. Deus quidem opifex, & motor: substantia a. materia, ac mota: forma verò ars: at vnde mouetur à motore, substãtia. Iam quia quod mouetur contrarias habet in se corporũ simpliciũ vires, cõtraria a. cõpagem quandã & copulã desiderãt, numerorũ vires, ac proportiões & Arithmeticas, Geometricasq; demonstratiões oportet assumere, quę substãtiã cũ forma cõpingere, & copulare possint. nam per se quidem substantia formacaret, forma a. admota formã accipit, & compositionis ratiões, A ac similiter si quid mouetur, oportet aliquid esse quod per se moueat, quocirca tria sunt ponenda principia, substantia, forma, quodq; per se mouet, nec cernitur: quod quidẽ non tantũ existere oportet, sed etiam menti præstare, mẽti autem præstat, quẽ Deum vocamus. Itaque æqualis quidem ratio ad effabilem, & rationis participem naturam, inæqualis a. ad rationis expertem, & ineffabilem pertinet. Ea vero substantia est, ideoque in hac nũ absq; hac ortus, & interitus cernũtur. *Et paulo post:* Rerũ B cognitionis principiũ de iis quæ cernuntur sumitur. ea v. partim intellectu, partim sensu percipiũtur, hoc mobilia illo immobilia, quorũ priora mẽte, posteriora sensu iudicãtur. Quæ a. non cernuntur, partim scientia, partim opnione cõprehendũtur, illa mobilia, hæc immobilia. Ac tria quædã requirũtur, φ iudicet, φ iudicetur, & ad φ iudicetur, quorũ primũ est mens, ac sensus, alterũ ratio, tertiũ id φ cernitur, id quod partim intellectu, partim sẽsu pcipitur. Iudicat porro rationẽ mẽs nũc rei in C tellectu, nũc sensu perceptæ inhærens, vnde & figurarũ ac numerorũ captiones in Geometria existunt, & verisimiles in Politicis, ac Physicis artes, & factorũ causa. etenim harmoniam quidem duplã rationem habere, intellectu percipitur: conuenire a. hanc rationẽ, sensus docet: qui etiam Mechanici secundũ intellectũ figuras, numeros, & proportiones vsurpat, ac effectus ad sensum referuntur, quã doquidẽ in materia, & motu cernũtur. Deniq; rei causam nemo cognouerit, nisi eius naturam ante D considerauerit. ac natura quidẽ cuiusq; mẽte iudicatur, causa a. & modus ratione, & sensu: ratione quidẽ cũ aliquid necessariò efficitur, sensu v. cũ sensus affertur testimoniũ. De mente, & sensu hæc habẽtur: Sẽsus quidẽ in corpore ponitur, mens a. in anima. nã vt illud corũ, quæ sub sensũ cadũt, põitur principiũ, ita hæc eorum, quę sub intellectum. ea enim multitudinis quidẽ est numerus mẽsura, lõgitudinis aũtẽ pes, ponderis vero trutina, *rectitudinis* denique norma. eodẽ pacto *corporũ quidẽ* E sensus est mẽsura, rerum a. intelligendarũ mẽs principiũ, ac mensura. Prętera mens quidẽ rerũ naturæ primũ intelligẽdarũ est principiũ, sensus a. nobis. siquidẽ vt illa principiũ est *animæ*, ita hic corporis. mens porrò de præstantissimis iudicat, sensus de vtilissimis: siquidẽ vt sensus corporis ministerii caussa procreatus est, ita mens amplioris eiusdẽ curę. præterea mens scientiæ principium est, sẽsus opiniõis: siqdẽ vt hic sub sensũ cadẽtiũ habet functionẽ, ita sub intellectũ cadentium illa. Iã quæ F quidẽ sentiuntur, mouẽtur ac sunt cõmunia, quæ autẽ intelligũtur, cõsistũt ac sunt singularia: similiter quoque sensus ac mẽs se habẽt. etenim sensus qdẽ, ad id φ sentiri potest, refertur: hoc a. & mouet & mutatur, nec vnq; quiescit, ideoq; tũ magis ac minus, tũ melius ac peius sentitur: mẽs v. ad id φ intelligi potest, refertur: hoc a. nũq; mouetur, ideoq; nec magis nec minus, nec melius aut peius intelligitur. Iã quẽadmodũ mẽs primũ & exemplũ cõspicit, ita sensus imaginẽ & secũdũ: siqdẽ vt mẽs nõ simpliciter hõiẽ considerat, ita simpliciter sensus orbẽ solis vel fabri: præterea mens quidem diuidi nequit,

Digitized by Google

velut Monas aut punctum: simliter nec quod intelligitur, quoniam forma, nec finis est, nec terminus corporis, sed rei tantum descriptio, quatenus res est: sensus autem diuidi potest. eorũ enim quæ sunt, alia sensu, alia opinione, alia scientia, alia denique intellectu comprehenduntur, & corpora quidem quæ subsistunt, sensu comprehenduntur, opinione autem quæ formas habent & imagines, velut homo quiddam hominis, ac triangulum quoddam trianguli: scientia vero quæ necessariò formis eueniunt, vt in Geometriæ figuris, intellectu, denique cum ipsæ formæ tum scientiarum principia, vt ipse circulus, ipsum triangulum, ipse orbis. Iam in anima quoque nostra quatuor cernuntur cognoscendi facultates, mens, scientia, opinio, sensus. quorum duo rationis principia sunt, mens ac sensus, duo fines, scientia, & opinio: cum porrò simile semper à simili cognoscatur, efficitur, vt mens quæ sub intellectum cadunt, cognoscat: scientia quæ sub scientiam, opinio, quæ sub opinionem, sensus quæ sub sensum. *Hæc omnia ex Stobæo. Scripsit præterea Archytas multos libros de sapientia, quam in rebus omnibus dominium quoddã excelsum habere, vt in sensibus de visu, in anima de sensu, in sideribus de sole dixit:* Nam visus longissimè tendit plurimasque rerum formas intuendo complectitur: & mens quasi Regina quodcunque opus est ratione, & excogitatione perficit: ac visus quidam, visque est rerum præclarissimarum: & Sol ipse oculus est, atque animus totius naturæ, per quẽ scilicet omnia cernuntur, gignuntur, nutriuntur, augentur, fouentur: Homo vero animantium omnium longe sapientissimus, vim quippe habet illam, qua speculari omnia possit, ac scientiam prudentiamque ex omnibus elicere, vt in quo Deus maximus rationem impresserit ac signauerit, vbi rerum species omnium distinguerentur, distinctæ significationesque forent nominum, & verborũ, sic vt loca etiam certa vocum sonis assignata sint. *Archytas cum seruis abundaret quam plurimis, illorum liberis vsq; adeo oblectabatur, vt cum illis frequentissimè luderet, ac plurimum inter comunia illorum præsentia delectaretur, quod quidem, & alijs quàm plurimis, & potentia & sapientia præditis accidisse narrant scriptores. nam & Hercules quos in certaminibus subibat labores ludicris alleuiabat, quig; Iouis & Alcmenæ filius prædicabatur, cum pueris admodum ludere non grauescebat. Sed & Euripides eundem Deum introducit, fingitq; dicentem:* ludo, ac laborum recreat me gratissima vicissitudo. *Socrates etiam aliquando deprehensus est ab Alcibiade ludere cum Lampride adhuc infante. Agesilaus verò arundini insidens equitabat cum filio puero, & cum quidam risisset:* nunc *(inquit)* tace, cum vero & ipse pater eualeris, tunc patribus dicito. *Volaterranus ait, Cosmum Medicem iam senem & patriæ principem nepotib. paruis colluisse, & ex his cuidam auenam in medio foro aptasse. Is (vt ad Archytam reuertamur) diutius Tarentinorum princeps enituit, emicuitq; vt q; vt nõnulli volunt septies ciuibus præfuit, cum cæteris plusquam annum imperare lege prohiberentur. Cum exercitui præficeretur, dictator creatus, & à ciuibus sua, & à circumuicinis Græcis, nũquam ab hostibus fuit superatus, sæpe cum victoria domũ rediit, spoliisq; onustus. creditur autẽ hoc illi accidisse, quia (vt Plutarchus refert in Politicis) magna fides est Archytæ à suis præstita, sicut & Bato cuidam, & quamplurimis alijs à suis quibusq; populis habebatur. quod si alijs ducibus etiam exteris Tarentini ita fuissent obsecuti, ad tantam cladem, quanta postea videbitur, non peruenissent, & ipse etiam Archytas cum semel cederet inuidia, quam ex optimo regimine contraxerat, sese imperio abdicauit, nec multo post vidit suorum ciuium exercitũ in vis ac potestatem cessisse hostium. Nobilissimus hic Pythagoreus fuit primus, qui mechanica mechanicis vsus principijs, exposuit. primus motum organicum descriptioni Geometricæ admouit ex dimidij Cylindri sectione, duas medias secundum proportionem sumere, quærens ad cubi duplicationem. primus (inquam) in Geometria cubum, vt Plato in sua testatur repub. adnũeit: & in Marcello Plutarchus Eudoxo Gnidio, & Archytæ adscribit machinamentorum artem, vt qui varietate quadam exornare Geometriam studuerunt. laudatur inprimis tanti viri ingenium à philosopho, & simul (inquit) opus est, vt pueri habeant exercitationem aliquã, & Archytæ organum rectè repertum est, quod pueris dant, vt in eo occupati, illa, quæ sunt domi non frãgant, nescit enim puerilia quiescere. hinc adagium illud apud Græcos natum Ἀρχύτα πλαταγή. Hoc est, Archyta crepitaculum, à Suida annotatum, & in hominem vehementer garrulum, obstreperumq; dictum: neq; absurdè torquebis in eos, qui natura vitio, quouis loco quauis de re, & apud quoslibet, quibuslibet, garriunt, quales Græci λάλους, ἀμετροεπεῖς, ἀκριβομύθους, & πολυμύθους, appellant. Latini Garrulos, loculentos, Rabulas, Blateronas, & Linguaces. Sed neq; hoc in loco prætereundum arbitror, quod ad ingenij Archytæ ostentationẽ laudatissimum scribit Agellius. nam & maius quoddã, atq; admirabilius videri potest.* Sed *(inquit)* id quod Archytam Pythagoricum commentum esse, atq; fecisse traditur, neq; minus admirabile, neq; tamen vanum eque videri debet: nam & pleriq; nobiliũ Græcorum, & Phauorinus philosophus memoriarum veterum exequentissimus affirmatissimè scripserunt, simulachrum columbæ è ligno ab Archyta ratione quadam, disciplinaq; mechanica factum volasse, ita erat scilicet libramentis suspensũ, & aura spiritus inclusa, atq; occulta concisum. libet herclè super re tam abhorrenti à fide ipsius Phauorini verba ponere. Ἀρχύτας Ταραντῖνος φιλόσοφος ἄρρα καὶ μηχανικὸς ὢν ἐποίησε περιστερὰν ξυλίνην πετομένην, ἥτις ἔποτε καθῆσεν, οὐκ ἔτι ἀνίστατο μίχθεισα γὰρ τούτῳ. hoc est, Archytas Tarentinus philosophus pariter, & mechanicus vir, Columbam ligneam fecit volantem, quę si vnquã obsedisset, præterea non exurgebat. *Artem hanc machinandi, in qua Eudoxum (vt diximus) Gnidium habuit socium, multis variisq; geometricis calaturis exornauit, subtiles & occultas artis propositiones machinarũ formis mortalium oculis subijcere adortus. id Plato ægrè*

tulisse fertur, vt quæ ingenij essent, sensibus subiicerentur: nec frustra ille auguratus, futurum aliquando vt machinandi ratio philosophia annulsa ulterius esse crederetur, quod postea accidit militaribus inclusa artibus, atq; inserta. quo quidem in genere Archimedes multo post tradiderit tantum studio atq; ingenio profecisse, vt facilè solitus dicatur, si alterum terræ globum nactus esset, se alterum alteri applicaturum. Habuit Archytas discipulos quamplurimos, sed Empedoclem Suidas nominat, Eudoxum Gnidium Aristoteles moribus modestum, pauperem, tenuisq; fortunæ, Geometram, Astronomum, medicum, philosophum, legiferum, & voluptatem summum bonum esse dicentem: Philolaum Crotoniatam apud suos maximæ auctoritatis: Sed in voluptate, si tamen non animi voluptatem intelligimus. Epicurum Eudoxus, vel Eudoxum Epicurus est secutus. Nam Cicero in Catone maiore disserentem adducit Archytam contra voluptatem: erat enim tertia hæc senectutis vituperatio, quod eam dicebant voluptate carere.

Archytæ oratio contra voluptatem.

O Præclarum, exclamat, ætatis munus, siquidem id aufert à nobis, quod est in adolescentia vitiosum: Accipite (inquit Cato) optimi adolescentes veterem orationem Archytæ Tarentini magni in primis & præclari viri, quæ mihi tradita est cum essem adolescens Tarenti cum Q. Maximo: Nullam capitaliorem pestem, quam corporis voluptatem hominibus dicebat à natura datam, cuius voluptatis auidæ libidines temerè & effrenatè ad potiundum incitarentur. hinc patriæ proditiones, hinc rerum publicarum euersiones, hinc cum hostibus clandestina consilia, & colloquia nasci dicebat. nullum denique scelus, nullum magnum facinus esse, ad quod suscipiendum non libido voluptatis impelleret. stupra verò & adulteria, & omne tale flagitium nullis aliis illecebris excitari nisi voluptate. Cumque homini siue natura, siue quis Deus nihil mente præstabilius dedisset, huic diuino muneri, ac dono nihil tam esse inimicum quam voluptatem: nec enim libidine dominante temperantiæ locum esse, nec omnino in voluptatis regno virtutem posse consistere. Sed quo magis intelligi possit, fingere animo aliquem iubebat tanta incitatum voluptate corporis, quanta percipi posset maximè, nemini censebat fore dubium qn tandiu, dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione, cõsequi posse quocirca nihil tã detestabile, tãq; pestiferum quam voluptatem: siquidem ea cum maior esset atque longior, omnem animi lumen extingueret. Hæc cum C. Pontio Samnite patre eius, quo in Caudino prælio Sp. Posthumius, & T. Beturius Coss. superati sunt, locutum Archytam Nearchus Tarentinus hospes noster, qui in amicitia populi Romani permanserat, se à maioribus natu accepisse dicebat: cum quidem rei sermoni interfuisset Plato Atheniensis, quem Tarentum venisse L. Æmylio, Appio Claudio Coss. reperio. *Huic Archytæ orationi contra voluptatem, ita per Catonem sum-*

matim & memoriter recitatæ, non esset ab re nostri instituti apponere quæ Athenæus refert pro voluptate ex persona Polyarchi: historia tumenda est quam Aristoxenus refert in Archytæ vita. Dionysius iunior legatos misit Tarentum inter quos fuit Polyarchus cognomine Delicatus, non dictis solum verum etiam factis corporis voluptatibus addictus, Archytæ familiaris, nec omnino alienus à philosophia. qui Archytæ ad locum (erat is Tarenti locus) obuius, cũ eo spatiatus est interim dũ disputantem audiret, (inciderat enim quæstio ac consideratio, de cupiditatibus, ac in vniuersum de voluptatibus corporeis) multa pro voluptate respondit, quæ ibi, qui volet, legat: inueniet enim quæ disserat exẽplo Regis Persarum, & sui Dionysij Tyranni sexcentorumque aliorum. Philosophiam, & contemplatiuam vitam non temerè multi peregrinã dixère: nam multos inuenias philosophos, qui discendi studio nunquam peragrare orbem terrarum destiterunt, sicut fecit Pythagoras Samius, qui sexagesima peracta (vt infra dicetur) Olympiade in nostra hac floruit ora: sicut fiere Empedocles, Heraclitus, Democritus, Anaxagoras. Apollonius adiit Gymnosophistas, & Indos: Anacharsis Scytha Atticos, Regina Saba Solymos: Plato Ægyptios, & demum ad audiendum Archytam Tarentinos, quem à piratis captum redemit are sue Archytas, & seruũ atq; discipulum habuit in Pythagorea philosophia: h sunt versus latinitate donati, quos de hac re affert Ioannes Tzetzes,

A Polide nauarcho quidem genere Spartiata
Platonem philosophum emit Archytas,
Philosophus & iste quidem, verum Pythagoreus,
Seruum autem habens docuit philosophiam
Ipsum Pythagoream.

Fuit inde inter Platonem libertate donatum & Archytam ipsum magna arctaq; familiaritas. vnde traditur quod cum Dionysius iunior Siracusis Tyrannus Platonis tertio videndi, & eius philosophiæ desiderio flagraret, Archytam, ac cæteros Pythagoreos qui per ea tempora Syracusas recesserant, induxit, vt vades ipsi pro eo existentes Syracusas illum accerserent, qui Archidamum Syracusanum Archytæ imprimis familiarissimum, quẽque vnicè Plato amabat, Athenas miserunt: sed & ipse Dionysius plures Siciliæ oratores viros apprimè nobiles, & triremes ad Platonem transmisit cũ literis, quibus minabatur, nisi Syracusas remearet, nunquam se Deorem vt promiserat, reuocaturum. Erat is Plato carissimus, quem omni disciplinarum genere eruderat, cognati præterea, soror, atq; vxor, Dionem per literas cõmonebant, vt omnino Plato Siracusas veniret, si ipse patriam ac suos cernere aliquando speraret. His omnibus Plato Syracusas tertio venit, vbi cum Dionysio familiarissimè versatus, non destitit vsq; adeò tyrannidem obiicere Dionisq; reuocationem, quam intra annum spopenderat, repetere, vt iratus tandem tyrannus ex arce eũ remiserit, & extra arcem manere iusserit, cumque cognouisset ad Theodotum suum inimicum profectum, nũquam amplius in suas ades vocauit, sed inter conductitios milites habitare præcepit, qui cum illum obsecutum se in hoc Dionysio existimantes, interimere vellent, Dionysius obstitit. Qua re cognita Plato Archytam, & cæteros Pythagoreos, qui Syracusis recesserant, quo ea

deferrentur

discrimen fiet, per virtutem nuncium facit certiorem: debere id animadvertere qui eius fuerint vades. Conueniunt omnes, & Sabinus cum qui ex ipsis vnus erat, cum tricenis ordinis tegentis remorum ad repescendum. Platonem ad Dionysium legatum mittunt, atq; ita Plato à Dionysij crepsus sanitia, quam & Philoxenus Dithyramborum scriptor fuerat antea expertus, Athenas, commeatu Regis sibi suppeditante, est reuersus. Addit Plutarchus in Dione, quod antequam Platonem à se dimitteret, Dionysius per epulas, & familiarissima eum habuit officia, & tale quid dixisse à multis commemoratum narrat: Complura de nobis Plato & grauissima certè crimina tuis denunciabis aquabilus. & studiorum socijs ei eus subridens ille respondit, haud tanta disciplinarum fieri potest in Academia mendicitas, & inopia, vt tuis de rebus quidquã commemorare vacet. Extant adhuc duæ Platonis ad Archytam epistolæ quæ familiaritatem illorã apertissimè indicare videntur: vna quarũ altera quæ prima est, consilium ãt amice contemplari semper volenti, ne honestam simul, & necessariam deseras actionem. Altera vero, quæ duodecima simul, & vltima, nobis arguenda est quam liberalis, & simplex fuerit Plato, vtpote quæ actionis quadam commentaria sua non dum absoluta Archytæ crediderit. Prima autẽ epistolæ verba hæc sunt: Plato Archytæ Tarentino bene agere. Venerunt ad nos Archippi, Philonidisque familiares ferentes epistolam quam eis dederas, ac de rebus suis quæ oportuit nunciantes. Publica quidem ciuitatis negotia absque difficultate peregerũt: eq; enim admodum laboriosa erãt. Te vero nactæ sunt permoleste ferre quod à publicis ciuitatis occupationibus liberari non valeres: quod igitur dulcissimum vitæ genus sit, agere sua præsertim, si quis talia elegerit faciendo omnibus fermè manifestum est. Sed illud quoque te considerare oportet, nullum nostrum sibi soli natum esse, sed ortus nostri partem sibi patriam vendicare, partẽ parentes, partem amicos: multa insuper pro temporum diuersitate nobis accidere, quibus vita nostra occupata est: Vocante igitur te patria ipsa ad Remp. gubernandam, absurdum fortan esset non parere, præsertim cũ simul accidat, vt aditus pratis hominibus relinquatur, qui nulla ipsius quod optimum est actione proficiscuntur ad publica. De his ergo iam satis. Echecratis autem curã habemus in præsentia, habebimusque in posterum & sui gratia & patris eius Phrynionis, & propter ipsum adolescentem.

Alterius epistolæ hæc sunt verba:

Plato Archytæ Tarentino bene agere. Mirum est quanta cum voluptate commentaria absque missa accepimus, eorumque auctoris ingenio delectati sumus. Visus quidẽ nobis est vir ipse dignus maioribus illis iam olim suis. Ferunt virorum decem millia fuisse, qui ex omni Troianorum, qui sub Laomedonte successere, numero, vt fabula tradit, præstantissimi fuerunt. Commentaria verò quę tu per literas à me petis nondũ absoluta sunt: qualiacumq; tamẽ sunt ad te misi. de custodia vero idẽ sentimus ambo, quapropter nihil cohortatione opus esse videtur. *Sed & ipsius Archytæ epistolam ad Platonem subscripsi.* Archytas Platoni bene agere. Facis tu quidem rectè, quod nobis te consaluisse ex ægritudine significasti, de Damisco idem nuncians. de Commentariis autem curauimus, venimusq; ad Lucanos, ibique conuenimus Oceeli nepotes. Quæ igitur de regno, legibus, iustitia, omnique generatione, & ipsi habemus, & ex his quædã mittimus: reliqua modo sperari non possunt, cum inuenta fuerint, ad te deferentur. *An autem vera sit epistola ineeptio quam præmisimus, bene agere, non sat scio: quoniam Archytas cũ Pythagoreus fuerit cũ cæteris Pythagoræ scholaribus, repudiatis inscriptionibus χαίρειν, id est gaudere, & εὖ πράττειν id est bene agere, quibus Cleon & Epicurus vtebantur, ὑγιαίνειν induxit, hoc est, bene valere, existimans hunc modi compellationem & animi, & corporis esse maximè congruentem, & simul omnia intra se mortalium bona complecti. Sed neq; fortuna tela profugit Archytas: nam & de illo, vt de Platone diximus legitur, quod cũ discendi studio flagraret, multas per ægranus erat, captusq; aliquando à piratis, & venditus seruuit alteri, fuitque redemptus. Qui & vltimum vitæ diem habuit infelicissimum sicut Venusinus poeta suo deflet carmine:*

Te Maris & terræ, numeroq; carentis arenæ
Mensorem cohibent Archyta
Pulueris exigui propè litus parua Matinum
Munera ——— ———

Sentit enim in illa prosopopœia, mari obrutum Appollo tantum virum, cui nihil profuit fuisse philosophum, Geometram, & patriæ administratorem.

Me quoque dencxi rapidus comes Orionis
Illyricis notus obruit vndis.

Verba sunt, vt fingit poeta, Archytæ qui omnes eum monẽdos docet, precaturq; nautã vt cadaueri curet sepeliendo.

At tu nauta vagæ ne parce ossibus arenæ
Ossibus & capiti inhumato
Particulam dare: sic quodcunq; minabitur Eurus
Fluctibus Hesperiis Venusina
Plectantur syluæ te sospite, multaq; merces
Vnde potest, tibi defluat æquo
Ab Ione, Neptunoq; sacri custode Tarenti.

Hæc de Archyta, cuius vitam Aristoxenus & ipse Tarentinus scripsit collecta sunt.

Commemorantur, & alij illustres viri qui inter Tarentinos recensentur. Cap. III.

Archytam Philosophum diximus Pythagoreum, non quia adolescẽs Pythagoram habuerit præceptorem: nam inter vtrumq; multa concurrere sæcula. Floruit siquidem Pythagoras, vt ex Eusebij chronico colligitur circa finem Olympiadis sexagesimæ tertiæ, & moritur circa Olympiadem septuagesimam, quod tempus ab anno Vrbis condita CCXXVIII vsque ad CCLV extenditur: Archytas autem, quem Platoni æqualem diximus, floruit anno Vrbis condita CCCCII. qui respondet Olympiadi centesimæ: quin & Liuius reprehendit illos, qui sentiunt Numam Samy philosophi fuisse auditorem, & describit tempus doctrinæ Pythagoræ his verbis: Auditorem

doctrinæ

doctrinæ eius, quia non extat alius, falsò Samiũ Pythagoram edunt, quem Seruio Tullio regnante Romæ centum amplius post annos in vltima Italiæ ora circa Metapontum Heracleamque, & Crotonẽ iuuenum æmulantium studia cœtus habuisse constat. *Quodcumque igitur tempus verum duxeris, iam clarissimum tibi erit Archytam non potuisse inter Pythagoræ iuuenes studia amulantes esse, dum ille viueret. dictus tamen est Pythagoreus, quia is Pythagoræ hæresi erat addictus, sicut Peripatetici dicuntur, non illis tantum, qui Aristotelem viuum audiuerunt, sed & omnes qui illius doctrinam sectantur. Hic igitur Pythagoras non Tarentinus, sed Samius, vt plerique sentiunt, fuit vel Tyrrhenus, vt Aristoxenus cum Aristarcho, & Theopompo tradit, vel Tyrius vt vnus Neanthes suspicatur. verum quia, & ipse in Italia Tyrannidem aliquando exercuit, vt in Mithridatico bello ostendit Appianus, & Tarenti, præter Crotonem sapissime versabatur, vt alibi dictum est, quia & Tarenti mortuus est, propterea inter illos qui ex hac vrbe per celebres fuerunt reposui, de quo pauca hæc collegi. Scripsit Pythagoras περὶ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης, de rubro mari: herbis & oleribus vescebatur: fuit & paucissimi potus frugalemq; sibi adeo rationem victus indixit, vt sæpius melle solo contentus fuerit. Apollodorus Arithmeticus auctor est Pythagoram Diis immolasse, ac sacrificasse Hecatombem, quòd inuenisset in triangulo rectis angulis constante lineam quæ recto angulo subtenditur tantum valere, quantum alia eundem angulum continẽtes, hypotenusam vocant: vel quia duabus propositis figuris suis dissimilib. & inæqualib. tertiã inuenisset, quæ alteri quidẽ æqualis, alteri v. simulis esset. Notatur auctore Suida illud prouerbiale de Pythagora αὐτὸς ἔφα ipse n. vt orationi suæ, & vitæ auctoritatẽ conciliaret, in cõgressib. aiebat, ipse dixit: ac si diceret, non meus sed Dei est sermo. De animarum transmigratione ab ipso ineptè posita scripsimus in vita Ennij. Habuit vxorem quæ dicebatur Theano, ex illa suscepit filiam Damoa, & filium Thelangem, qui patri successit, ac iuxta quosdam Empedoclis, qui fuit prior Archytæ discipulo, præceptor. mortẽ eius ita describit Hermippus:* bello inter Agrigentinos, & Syracusanos exorto, exiit Pythagoras cũ sociis, vt Agrigentinis contra Syracusanos opem ferret. sed cum Agrigentinis ac sociis in fugã versus campum circuiuit fabarum, inde extractus à Syracusãis fuit interfectus, reliqui capti ad triginta cremati sunt Tarenti, quia primatiis ciuitatis contraibant, & ab eis in Reip. administratione dissentiebant: *Extat Græcum epigramma de Pythagoræ interitu iocosum quidem illud, sed ex hac historia ortum:*

Αἰ αἰ Πυθαγόρης τὸ τέσσυ κυάμυς ἐσεβάσθη,
καὶ θάνε δὴ ταφύσοις ἄμμιγα τοῖς ἰδίοις.
χαίρων γὰρ κυάμων, ἵνα μὴ τύτυς δὶ πατήσῃ,
ἐξ ἀκραγαντίνων καὶ θανεῖν τριόδῳ.

Heu heu, Pythagoras quid vile legumen adorat?
Quem in propriis fama est occubuisse fabis.
Nam ne forte fabas fugiens calcaret in agro,
Tandem ab Agrigentino cæsus ab hoste perit.

Dionis eiusdam Tarentini qui fuit ductor exercitus vrbi apprime fortis, & reipublicæ sanequam periti mentinit Plutarchus in Græcanicis problematibus, & ab hoc flatæ esse refert adagium, hac potior, hac victrix αὕτη κρείσσων *multa apud Adagiographos legis. Nicomachus vnus ex Tarentinis imperatoribus, qui vt Mathematicus clarissimus de Arithmetica, & musica scripsit: verum apud Suidam sex reperiuntur Nicomachi, & nullus dicitur Tarentinus: vox hominis sonat pugnæ victorem, sicut Nearchi nouum principem, quo de ope Cato in oratione Archytæ aduersus voluptatem. Aristoxeni musici Tarentini volumina de Harmonia nostra etiam tempestate passim leguntur Latinitate donata sub Antonio Gogauino interprete Grauiense. Scripsit & sequentia vt passim videre est apud Athenæum.* Ἀρχύτου εἶον, *hoc est Archytæ vitam:* περὶ αὐλητῶν, *de tibicinibus,* περὶ αὐλῶν καὶ ὀργάνων, *de tibiis & organis:* περὶ μουσικῆς *de Musica.* πολιτίας, *de Repub.* σύμμικτοι συμποσιακοὶ, *confusi cõuiuales:* συγκρίσεις, *Comparationes,* ὑπομνήματα, *compendiosi & breues commentarij. Genus illud saltationis quod in manibus plurimum exerceret motum cæteris anteferebat, cum esset musicus. Hic dixit animam esse quandam harmoniam, qua de re dixit in Tusculanis Cicero. Sed hæc quidẽ quãnis eruditus sit, sicut est, hac magistro cõcedat Aristoteli, canere ipse doceat: bene enim illo prouerbio Græco præcipitur, quam quisque norit artem in hac se exerceat. Neq; solum Aristotelem habuit præceptorem, sed & patrem primò, qui dicebatur Spintharus, deinde Lampum Erythræum, postea Xenophilum Pythagoreum. Sed Aristotelis morienti, quod Theophrastum in schola successione sibi & alijs præferret, conuicium dixit, cuius res hæc fertur historia. Cum ad extremũ vitæ periculum ægrotaret Aristoteles, ac iam desperata salus esset, conuere ad eum discipuli, atq; rogarunt, quandoquidem ipse in discrimine esset vitæ, & humana forent fragilia atque incerta, iam inde eum in doctrinæ præficeret, quem ipse maximè omnium probasset. Tum Aristoteles cum ante obitum id se facturum pollicitaretur, haud multò post virum se cupere inquit, aut Lesbium, aut Rhodium: iussit vtrique poculum sibi afferri, cumque illa vicissim debasset: Lesbium (inquit) hoc perquam suaue est & amœnum, Rhodium & hoc probandum, & bonum. quo quidem facto nemini dubium fuit quin Theophrastum & Menedemum suo iudicio anteferret, quando Lesbius origine alter erat, Rhodius alter. hoc eius iudicium persapiens (quoniam aliter discipulis interrogantibus supra hoc non respondit) causam pro eustanda cæterorum discipulorum inuidia fuit. Dixit enim quodammodo & non dixit. Nec tamen ea cautela vitare potuit, quin aliqui perinde quasi non rectè spreti ab eo atq; posthabiti offenderentur, eorumq; vnus fuit Aristoxenus, quem Lucianus vocat parasitum Regis Neles, quemadmodum Euripidem Archelai, & Anaxarchum, atq; Aristotelem Alexandri. Fuit Dicæarchi æqualis, & Mantinea degit, quæ in Peloponeso est, & in regione Arcadiæ. Inmusicis, suos habuit sectatores, qui Aristoxenij dicti sunt, vt Pythagorei. Heraclides Tarentinus scripsit librum, qui inscribitur* συμποσιακὸς, *id est, conuiuium. Adduxit*

in

de quæstionum, sicut legitur apud Athenæum, an prima mensa inferenda sint bellaria, vt mos est quibusdam in locis Asiæ, & Græciæ, an non, sed post cœnam? nam cœnatis si apponantur, copiosior cibus in ventrem, ac intestina cum iam subierit, qua post edantur nuces, quia bibendi cupidinem, vt delectationem irritant, ingesto cibo immixta inflant, & alimentum iam sumptum corrumpunt, ob natiuam earum ad concoctionem difficultatem & contumaciam, supernatantemq; pinguedinem, vnde sæpe crudilates, & ventris intempestiuæ deiectiones. Scribit idem in conuiuio, acetum foris adhibitum externas partes, intro sumptum ventrem adstringere, tumores autem discutere. quod humores in nobis varij misceãtur. Docuit ibidem non esse bibendum, antequam mediocris cibus sumatur, & is præcipuè, qui familiaris sit, & consuetus. Dixit Bulbum, cochleam, ona, & similia, quæ glutinosum quidpiam habent, & viscidum, diutiusque in ventre morantur, & intermixta detinent humores, semen gignere, quia prima illorum natura eandem cum genitura speciem & potestatem habet. De Melone dixit ὑπὸ γαίου vocari, quod è terra suauis prodeat. Alij contendunt hoc dixisse de cucumere anguino, Sicyon Græci vocant, à verbo κυεῖν, quod est, vel osculari, vel vtero gerere, quoniam eo cibo Venus accenditur. Dubitabat idem & percontabatur post esum ficuum, an aqua gelida bibenda sit, an calida: qui calidam malunt, illos (inquit) hoc suadere, quod animaduertant sordes maiori aqua calida totas confestim purgari, & hoc exemplo credibile putent in ventriculo ficus è vestigio dissolui, præsertim cum extra corpus nostrum aqua calida ficuũ continentes partes distrahat, & in tenues portiunculas liquatas diuidat, frigida verò illas contrahat, & cogat. E diuerso qui frigidam bibendam sentiunt, sic ratiocinãtur, frigidæ potione ob eius grauitatem, qua insident ventriculo deorsum protrudi, non admodum belle ventriculum habere post esum ficuum, quia æstuosus & imbecillus reddatur: quamobrem quidam extemplo meri bibunt: aquam porro frigidam in ventriculum acceptas illas depellere. est autem dicebat, post sumptas ficus largius & affatim bibendum, ne in ventriculo subsistant, sed ad inferiorem intestinorum partem dilabantur, scripsit & multa alia, vt testantur medici, de puisu, de simplicibus, de herbaria, de compositionibus pharmacorum, de Catapotys, de Iecsie nigro: eius experimenta sæpe refert Galenus in decabiblo. scripsit & pharmaca compotoria speculationis, quo tempore nondum tantis deliciis incumbebant fœmina. Disputauit & experimento docuit fœmur, vbi repositum fuerit, manere iam, nec semper abrumpi neruum, vt alij contendunt, sed relaxari interdũ & iterum contrahi. Audiuit Manthia Herophileum medicum: inuenit & machinam, qua expugnandis hostium mœnibus vtebantur Romani, sicuti auctor est Moseus libro quem scripsit de Machinis, & multa alia leges in Athenæo. miror Volaterranum huius non meminisse, neq; ante illum Suidam. Non laudatur à Cornelio Celso in curatione quartana, quod sentiret primis diebus ducendam aluum, deinde abstinendum vsq; in septimum diem. Heraclitus Tarentinus si omnia vera sunt, quæ in deipnosophistis Athenæus scribit, interfuit Alexandri nuptijs, qui inter canentes citharam pulsauit, & ipse canens: sicut & inter præstigiatores fuit Scymnus Tarentinus lepidissimus, cum quibus & Alexis etiam Tarentinus Rhapsodus, ingenij dexteritatis quo sua specimen exhibuit. vocarunt autem illum Rhapsodum, quia frequenti hominum conuentu alienos versus recitabat, accinendo, vel vt nonnullis placet, quia ex tẽpore carmina componeret, concinnares, & tanquam sueret. quod vulgò Italorum componere all improuiso dicitur. Iccus Tarentinus medicus fuit celeberrimus, qui septuagesima floruit Olympiade, hoc est, circa annum mundi septingentesimum post quater millesimum, & circa Vrbem conditam ducentesimum & quinquagesimum tertium, quando Pythagoras (vt supra visum est) moritur. hunc Veneris tradunt expertem. Sed Pausanias Iccum dicit fuisse Athletam, de quo ad hæc quidem verba loquitur: Iccus Nicolaidæ filius Tarentinus Olympiacam coronam, vt Pancratiastes de Quinquercio cœpit: ac deinde in sequentibus fuit Athletarum magister sui temporis præstantissimus. Tanta fuit viro huic gloriæ libido, vt toto vitæ tempore castus vixerit, ne Venereo concubitu corpus eneruaret, fieretq; propterea inutilior ad certamen. *ex cuius exemplo forsan ista arte dictum videri poterit ab Horatio:*

Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit fecitq; puer, sudauit & alsit,
Abstinuit Venere & vino.

Et idem Iccus locum dedit apud Græcos prouerbio ἴκκου δεῖπνος, id est, Icci cœna: vt commemorat Eustathius, quo vita parsimonia notatur. Addam & quæ de eodem scribit Ælianus: Taurus gregis dux, cum ab altero gregis duce fuerit superatus, se in quendã locum ab aliis segregat, & semetipsũ nõ alieno impulsu, sed sua spõte exercet, atque õni cõtentione cornibus, calcibus, vnguib. certat, cornua quidem in arbores infligit, pedibus puluerem spargit, cæterisque exercitationibus se accommodat. vaccis se continet, atque à Venere se abstinet, & libidini suæ moderatur, quemadmodum Iccus Pæstrita Tarentinus, quem etiam Plato toto certaminum tempore omnis coitus expertem permãsisse affirmat. Atenim Iccum ratione præditum, atque Olympiorum cupidum simul & gloriæ sensu affectum nihil admodum mirum videri debet emendatè, & summa corporis castimonia vixisse, nam ei præmia proposita videbantur illustria, pinus Isthmica, laurus Pythica, oleaster Olympicus. tum verò sperabat se, quoad viueret, circumspiciendum esse, & cum è vita excesserit, magnam laudem ex ea re adepturum. *Verba autem Platonis hæc videri possunt in legibus:* Num igitur de Tarentino Icco non audiuimus, qui propter Olympica aliaque certamina artificioso circa hæc studio tẽperantiam simul & fortitudinem animi consecutus nullam vnquam in toto exercitationis suæ tẽpore Venerem agnouit. *Addit Volaterranus in Anthropologia in hoc apostolicum illud deprehendi posse: qui in stadio currunt, omnes ab omnib. abstinent, & hi quidem vt corruptibilem coronã accipiant,*

accipiant, nos autem vt incorruptam. Zeusis cuiusdã Tarentini medici meminit Galenus in libris Epidemiorũ & ipse pictorem Zeusim Heracleotem Tarentinum cõtenderem, cum dicat Aristoteles Tarentum quondam Heraclea nomen habuisse. historiam supra attigimus. Apollodorum etiam non modo Citieum, sed & Tarentinũ citat Plinius, & eum de venẽorum remediis scripsisse tradit. In Atticis apud Pausaniam, neq; non apud Stephanum Nigrum legitur maximè celebre fuisse nomen Nicoclis Tarentini supra omnes ferè Cytharœdos, cuius monumentum erat iuxta aram Zephyro erectam, Ceresq; ac Proserpinæ templa, quibus cum Minerua & Neptuno honores habebantur. Eumẽus Cytharœdus Tarentinus, de quo nonnulli celebris inter neotericos nõinis Grammatici exponunt verba Horatij in arte,

Sic priscæ, motumq; & luxuriam addidit arti,
Tibicen, traxitq; vagus per pulpita vestem,

Afferentes Luciani verba in libro, πρὸς ἀπαίδευτον πολλὰ βιβλία ὠνούμενον. Sed versus εὐαγγελος appellatur. sic enim apud Græcũ auctorẽ incipit historia: Ταραντῖνος εὐάγγελος τοῦνομα τῶν ἔτι ἀφανῶν ἐστὶ τῶν Ταράντι. &c. Huius autem cytharœdi vanitas ea erat, qualis ab auctore ad Herennium in quarto rhetoricorum libro describitur: Ante oculos: (inquit) ponendi negocij causa sumetur similitudo per collationem sic. Vti Cytharœdus cum prodierit optimè vestitus, palla inaurata indutus, cum chlamide purpurea, coloribus variis intexta, & cum corona aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata, cytharam tenens exornatissimam auro eboreque distinctam: ipse præterea forma, & specie & statura apposita ad dignitatem, si cum magnam populo commouerit expectationem his rebus, repente silentio facto vocem emittat acerbissimam cum turpissimo corporis motu, quò melius ornatus, & magis fuerat expectatus, eò magis derisus, & comtemptus eiicitur: ita si quis in excelso loco, & in magnis ac locupletibus copiis collocatus fortunæ muneribus & naturæ commodis omnibus abundabit, si virtutis. & artium quę virtutis magistræ sunt egebit, quò magis cæteris rebus erit copiosus, & illustris, & expectatus, eò vehementius derisus & contemptus, & omni conuentu bonorum eiicietur. An autem hic Euangelus fuerit ille Comicus poëta, cuius mẽinit Athenæus, qui fabulã scripsit ἀναπαλυπτόμενον, quiq; scripsit de re militari, vt refert Plutarchus in Philopœmene, haud scio: cum idem ante me ignorauerit Volaterranus. Rhinthon Tarentinus Phylax ab eodẽ Pausania citatur: qui tragica ad ridiculum transtulit, cuiusq; δράματα octo & triginta, tum Comica, tum Tragica, sed quæ non extant, feruntur. Athenæus in Amphitryone, & Hercule Rhinthonem nominat. Donatus Rhinthonicas comœdias ab auctore censet appellatas. verum Rhinthon non vt actor, sed vt poëta commendatur, & actor comœdiæ genus mutare, vel constituere non potest. De hoc pauca quæ sequuntur reperies apud Ciceronem scribentem ad Atticum: Illud tamen velim existimes, me hanc viam optimatum post Catuli mortem nec præsidio vllo, nec comitatu tenere: nam vt ait Rhinthon οἱ μὲν ὀδὺν ἄκεα, τοῖς δὲ ὀδὺν μέλει. Alii quidem prope nihil sunt, aliis autem nihil curæ est. Hic fuit vocatus Temulentus, seu nugator, quasi qui blandæ res tragicas ridiculis accommodaret & luderet non in ridiculosis, sed contrà garriret. Suidas tradit filium fuisse figuli sub primo Ptolemeo, & illum appellat auctorem Hilarotragœdiæ, quæ est Phylacographia: quæ nomina facta sunt ab hilaritate tragœdiæ, & excubiarum descriptione. Sed & Deipnosophiste in nono libro meminere Scirae cuiusdam Tarentini qui Italica comœdia auctor fuit. Est & apud Suetonium in clarissimorum grammaticorum catalogo Crassitius quidam Grammaticus Tarentinus, cuius verba hæc sunt: Lucius Crassitius genere Tarentinos ordinis libertini, cognomine Pasidis, mox Pausam se transnominauit. Hic initio circa scenam versatus est, dum Mimographos adiuuat: deinde in Pergula docuit donec commentario Smyrnæ edito, adeò in clarust, vt hæc de eo scriberentur,

Vm Crassitio se credere Smyrna probauit,
Desinit indocti coniugio hanc petere.
Sols Crassitio se dixit nubere velle,
Intima cui sòls nota sua extiterint.

Sed cum doceret Romæ iam multos ac nobiles, in his Iulum Antonium Triumuiri filium, vt Verrio quoque Flacco compararetur, dimissa repente schola transiit ad Q. Sextium philosophi sectam. multi Surrentinum tradunt, vt diximus in oratione quam de laudibus Lalij Archiepiscopi habuimus. Hegesippus Tarentinus multa scripsit, ἀδελφούς id est fratres, ὀψαρτυτικὰ, hoc est de condimentis, vel condiendis obsoniis, πλακουντοποιικὰ συγγράμματα, de placentis conficiẽdis. passim de hoc auct Athenæus: multa apud Hegesippum in fratribus, & de arte culinaria dicta sunt. & Hegesippus Tarentinus id cõfici prodidit ex elixa carne deraso pane, Phryglo caseo, anetho, & pingui iusculo &c. Quibus in verbis Gandaulon condimenti genus intelligit. At cum placentarum nomina multi tradiderint, tecum hæc communicabo, non ignarus Callimachum in indice omnigenerum scriptorũ recensuisse Ægimij, Hegesippi, Metrobij, atque etiam Ithetis libros de placentis conficiendis. scripsit & φιλεταίρους hoc est amicos & necessarios, quo de libro hos refert versus:

Epicurus sapiens flagitiante quodam
Sibi vt diceret, quod nam illud sit bonum,
Quod inuestigant assidue? voluptatem esse respondit.
Euge vir optime, ac sapientissime,
Mandu catione præstantius nullum fuerit
Tum bonum, inquit, voluptas si bonum est.

Apud Pausaniam libro Eliacorum priore sine dixerit quinto, celebratur Hippotion quidam Tarentinus statuarius, qui Herculis sagittis in Altis (nomen Vrbis est) muro dicauit signum, in Nemea leonem conficientis. eius verba hæc sunt Amasæo interprete: In eodem verò Altis muro Agrigentinorum inclusa sunt dona & Herculis signa duo nuda, ætate puerili, vnus item ad eius similitudinem expressus, qui sagittis in Nemea Leonem confecit. hunc cum Leone dicauit Hippotion Tarentinus. Nicomedis alterum opus est. Ab eodem Pausania in libro Eliacorum posteriore

posteriore potitur quidã Anochus Adamatæ filius Tarentinus, q̃ de stadio & repetito curriculo victor statuã promeruit, opus Agelaidæ Argiui. Omnes ferè medicæ in hoc cõueniũt insaniæ genera tot esse, vt pene illa nullius exactè adhuc cõnumerauerit: sed Leonicus in varia historia rarasadmodum nonnullas nouasq; insanias ab Aristotele in libro de rebus auditu mirabilibus, & Plutarcho sumptas affert: ex illis vnam collegimus, vt quæ institutum nostrum non omninò dedecorat. Tarenti (inquit) idem auctor refert, cauponem fuisse quendam, qui noctibus quidem furaretur, interdiu verò si quis alius proprio exercitio diligenter operam nauaret, cæterum noctu etiam dum insaniret sua illum solerter omnia custodisse ait. siquidem tabernæ claue, quam sub zona ferre solitus esset, nunquam amisisse, quinimò multis plerumque (vt fit) illam clauem subducere tentantibus semper custodisse, diligenterque conseruasse affirmat. Præfecto classis Philoxeno (*Plutarchi verba sunt in Alexandro*) apud se Tarentinum Theodorum eximia facie pueros venales habentem diuertisse scribente, & nũ emere vellet percontante, perlepe vociferans, æquales rogauit, quid nam olim tam obscœnum de se Philoxenus animadue: tisset, vt hæc illi probra compararet? Scribens etiam ad Philoxenum post multa in illum maledicta & conuitia ipsum cum suis mercibus Theodorum Mangonem malam in rem mittere iussit. *Polybius* sicut testatur *Athenæus* in assentatoribus meminit alterius *Heraclidis Tarentini*, quem ipse *Athenæus Proclidem* appellat, eius verba hæc sunt, quamuis historia alium sibi locum adsciscere: Erat Heraclides, cui Philippus Argiuorum Rex mãdauerat, vt Rhodiorum naues infestaret, & perderet, natione quidem Tarentinus, ex manuariis opificibus ortum trahens: verum singulariter ad vecordiam & astutiam instructus. primum enim in ætate tenera corpore suo palam fuerat abusus, deinde cũ ingenio sagaci esset, auctuarius factus est, & ergà humiles seuerus, & audax, ergà præstantes verò adulantissimus. Hic initio quidem patria pulsus, quod videretur ciuitatem Tarentinorum clãculum prodere Romanis, cum politicam potentiam non haberet, sed architectõ existẽs, & propter quasdam numerorum structuras claues portæ, ad mediterraneam partem ducentis in potestate sua haberet, cum autem ad Romanos profugisset, ac rursus illinc Tarentũ ad Annibalem scripsisset, ac misisset, præsentiens fugit ad Philippum, apud quem tantum fidei & potentiæ consecutus est, vt ad tanti regni subuersionem prope maximus auctor factus sit. Terra, *inquit Varro*, in Asiam diuisa est, & Europam: Asia enim iacet ad Meridiem & Austrum: Europa ad Septentriones, & Aquilonem. Asia dicta est à Nympha, à qua & Iapeto trahitur Prometheus. Europa ab Europa Agenoris filia, quam ex Phœnice Mallius scribit Taurum portasse, quorum egregiam imaginem ex ære Pythagoras Tarenti fecit. *sed aduertè non Pythagoram in numeris excelsum fuisse statuarium, sed Rheginum alium eiusdem nominis, quis Græcis quis*

A *dem literis apprimè eruditus fuit statuarius, & efficies clarissimus, discipulus Clearchi Rhegini, in plastice arte celebris, vt si quis alius, de quo multa leges præter Plinium, apud Pausaniam præcipuè in sexto libro, qui est Eliacorum posterior. Extant apud Græcos duo adagia, quorum primum est* Μῦς ἄρτι πίσσης γευόμενος, *Mus nunc picem gustans: alterum,* ὅσα μῦς ἐν πίσσῃ, *quanta mus apud Pisam, vtrique videtur dedisse caussam pugil quidam Tarentinus, cuius meminit Suidas, qui sentus prouerbium in eos dictum,*

B *qui multum vicerunt labore. Pugil enim Tarentinus iste Pisæ certans, multos habuit aduersarios, multisque acceptis plagis vix tandem vicit centesimam Olympiadem eius nomen fuit Mus. Sed & Diodorus Siculus Smicrinæ, cuiusdam Tarentini meminit, qui fuit victor in stadio initæ Olympiadis sextæ supra centesimam, quo anno Athenienses principem Aristodemum, Romani Caium Sulpitium, & M. Valerium Coss. habuerunt. Ait autem ille fuerit Smicrines, qui Archippam amauerat,*

C *quæ a poeta Tragico postea requisita fuit, viderint alii. Diogenes Laertius in Pythagora Lysidem Tarentinum Pythagoricum, q̃ philosophum commendat, is cum Thebas profugisset, Epaminondæ summi illius imperatoris præceptor fuit, suisque illum monitis accendit, vt summarum gloriam rerum adipisceretur. quæ de re, sic legere est apud Æmilium Probum: Philosophiæ præceptorem habuit Lysidem Tarentinum Pythagoreum, cui quidem sic fuit dedistus, vt adolescens tristem & seuerum senem omnibus æqualibus suis familiaritate antepoſuerit, neque prius eum à se dimiserit, quam doctrinis tantò*

D *anteceſſit condiscipulos, vt facilè intelligi posset pari modo superaturum omnes in cæteris artibus. multa de eodem legito apud Pausaniam in Bœoticis. scripsit Lysis de institutione, de ciuilitate, & de natura. extant & nonnullæ epistolæ, & ea imprimis ad Hipparchum, vbi in hunc modum loquitur de Pythagora:* Aiunt plurimi publicè re id quod Pythagoras semper inhibuerat philosophari, qui cum Damoni filiæ commentaria sua commendaret, iussit ne cui extra domum ea traderet: ea vero cum ingenti pecunia posset illa distrahere omninò noluit, inopiam quippe patrisq; monita auro pretiosiora censuit, idque cum esset mulier. *Ad Epaminondam Lysidis discipulum spectat, quæ scribit Plutarchus in opusculo de Socratis genio:*

E Quid, *inquit*, aiebat Theanor? Epaminondas suam sententiam non profert, eadem institutus disciplina? tum pater renidens: tale, inquit, est eius ingenium taciturnum, & cautè ad loquendum se dans, audiendo & discendo inexaturabile, itaque etiam Spintharus Tarentinus cum eò hic non exiguum tempus versatus frequenter dicebat, In neminem se hominem suæ ætatis incidisse, qui & pluta nosset, & pauciora loqueretur. *Cleanthes Tarentinus Clearcho teste inter conuiuandum eloquebatur omnia versibus, vt & Pamphilus Siculus, qualia hæc sunt:*

F

Da quod bibam.
Perdicis crus.
Matulam aliquis mi porrigat.
Placentam aliquis mihi dato.

Digitized by Google

Ita scribit Athenæus, apud quem inuenies Stratonẽ quoq; Tarentinum, qui in conuiuijs dithyrambicos versus imitabatur auctore Aristoxeno. Philolas & Eurytus Tarentinorum meminit Laertius in Pythagora, qui & ipsi fuerunt Pythagorei, præceptores Zenophili Chalcidensis ex Thuria, Plantonis, Echecratis, Diocles, Polymnestis Phliasiorum. De Ennio multa scribit præter explicationes in illum elegantissimas Hieronymus Colũna, ad quem misi commentarios per breues in vitam huius poëtæ a Petro Crinito scriptam in libro de poetis Latinis. Scire autem nunquam verè potuit, fuerit ne Tarentinus, an Rhudiensis, quoniam eum Rhudiæ genuere vetustæ, & Cicero in oratione pro Archia Rhudinum appellat hominem, & Suidas poetam Romanum, & Messapium, quẽ Ælianus laude dignum esse tradit. nam dum Scipionem canit, & virum illum magnificè extollere studet, solum Homerum aut pro dignitate laudare posse Scipionẽ. Rursus Eutropius qui in fine secundi libri tradit primo Punico bello Ennium natum, Tarentinum censet, sicut & Eusebius. sed hoc quoniam alsbi discussimus, prætermittamus. Illud certissimum & ab omnibus receptum, quod a Catone Romam translatus in Monte Auentino habitarit parco admodum sumptu contentus, vniusq; ancillulæ ministerio, cumq; Roma suum tandem obyisset diem, in Scipionis monumento via Appia sepultus, inde paulo post eius ossa Rhudias patriam asportata. Sed & Pacuuium in scribendis historijs apprimè nobilem Brundusinis nollẽ tollere: sunt tamen qui cum Tarentinum tradant, & Quinti Enny ex sorore, vel ex filia nepotem, ac Tarenti egesse, & illi seni ab Actio scripta sua recitata, ibiq; tandem nonagenariam diem obijsse, non ignorare debent, quibus non ingratum est Eusebij chronicon, quibusq; nõ displicet multiplex Agellij lectio. Aulum Licinium poëtam, qui & Archias dictus est, à Tarentinis non modo multis præmijs sed & ciuitate donatum tradit Cicero in oratione, quam pro illo habuit: Erat, inquit, Italia, tunc plena Græcarum artium, ac disciplinarum, studiaque hæc in Latio vehementius, tum colebantur, quam nunc iisdem in oppidis, & hic Romæ propter tranquillitatem Reip. non negligebantur. itaq; hunc & Tarentini, & Rhegini, & Neapolitani ciuitate, cæterisq; præmijs donatũt, & omnes qui aliquid de ingenijs poterant iudicare, cognitione atque hospitio dignum existimarunt. hæc ille. Callistratus Iureconsultus in libris digestorum sub titulo de re iudicata, in lege, Diuus Adrianus, meminit cuiusdã Julij Tarentini, huic multi crediderunt iureconsultũ, sed vt ibi legitur, fuit reus testium perfidia condemnatus. Inter Neotericos non mediocris laus data est Laureto philosopho Tarentino, apud Marinum Frecciam, sicut apud Hesychiũ inter veteres in verbo γαλεὸι, Phanodemo, quem adiungit Rhinthoni poetæ. Quod autem nonnulli Pogium secuti, Trebellium, vt ipsi dicunt, & Sulpitium, Sybillam tradant Delphicam Tarenti ortam ante aduentum Phalanthi, & Romuli, quibus eam consulisse Romanis suis leges daturus, tempore floruisse, id ego nusq; legi, atq; miror Onufrium, cuius negotium fuit de rebus Romanis & de Sybillis copiosè scribere, hoc non animaduertisse, vt omittã Suidam & Lactantium, qui de Sybillis etiam per quam multa scripsêre. Verisimilius esset credere librariorum ineuria, vt accidit, lectum aliquando esse pro Tyburtina Sybilla Tarentinam, vocum affinitate, quamuis non sim oblitus apud Liuiũ obseruari Sybyllæ (quam tamen ipse non nominat) aduentum in Italiam. sed eu fortasse fuit Erythræa, quam Romulo Rege vixisse tradit diuus Augustinus. Extant adhuc in Græcorum florilegio multa Tarentini Leonidæ Epigrammata, quorum aliqua hæc sunt, & plura ad Latinam formam versa.

Λεονίδου Ταραντίνου.

Ἴξαλος ἀμπώγων αἰγὸς πόσις ἐν κοτ' ἀλωῇ.
Οἴνης τὰς ἁπαλὰς πάντας ἔδαψε κλάδους.
Τῷ δ' ἔπος ἐκ γαίης τόσον ἄπυε, τῆρες κάκιστε,
Γναθμοῖς ἡμέτερον κλῆμα τὸ καρποφόρον.
Ῥίζα γὰρ ἔμπεδος ἔσα, πάλι γλυκὺ νέκταρ ἀνῦσον
ὅσοι ἐπὶ σπείσαι σοι τράγε θυομένᾳ. (su,

Insiliens hircus inter vinetæ racemos
Exedit teneri palmitis ore nouos.
Visceribus terræ vox execrabilis exit,
Hoc buccis germen pessimè perde tuis.
Radix dum salua est, non deerit fundere nectar,
Et Baccho fies victima sacra Deo.

Λεονίδου Ταραντίνου.

Ἀλκάδα πῦρ μ' ἀνέφλεξε, τόσην ἄλα μετρήσασαν
Ἐν χθονὶ τῇ πεύκας ἧς ἐμὲ κειραμένην.
Ἣν πέλαγος διέσωσεν ἐπ' ἠόας, ἀλλὰ θαλάσσης
τὴν ἰμὲ γυναμένην εὗρον ἀπισοτέρην.

Ignis me exussit: pelagusq; remensa profundum
Ad terram veniens ardeo tota pice.
Quam toties pelagus seruauit, perdere terra
Ausa est, & genitrix impia, mitis aqua.

Λεονίδου Ταραντίνου.

Ἄστρα μὲν ἠμάυρωσε, καὶ ἱερὰ κύκλα σελήνης,
Ἄζονα δ' ἡλίου ἔμπυρος ἠέλιος.
Τίμνοπόλης δ' ἀγεληδὸν ἀπημάλδυνεν ὁμηρος,
Λαμπρότατον μυσῶν Φοῖβος ἀναρχόμενος.
Ἀστρα, quis ignorat? Lunæ cyclosq; rotasq;
Obtenebrat Phœbus dum meat ille polo.
Sic quotquot fuerint vates, veteresq; nouosq;
Perdis Homere canens carmina gesta ducum.

Λεονίδου Ταραντίνου.

Θῆριν τὸν τριγέροντα, τὸν ἐν ἀγρῶν ἀπὸ κήρτων
ζῶντα, τὸν αἰθυῆς πλείονα νηξάμενον.
Ἰχθυσι λῃστῆρα, σαγηνέα, χηραμοδύτην,
Οὐχὶ πολυσκάλμου πλώτηρα ναυτιλίης.
Ἐμπης ἆτ' ἀρχτῦρος ἀπόλεσεν, ἄτε κατηγὶς,
Ἡλασετὰς πολλὰς τῶν ἐτέων δεκάδας.
Ἀλλ' ἔθανεν καλύβῃσι νέων ἐνὶ τίδι, λύχνος ἐποῖα
τῷ μακρῷ σβεσθεὶς ἐν χρόνῳ αὐτόματος.
Σῆμα δέ τοι τῷ δ' ἀπαίδες ἐφήρμοσαν, ἀδ' ἀμέλκτρος,
Ἀλλὰ συνεργατίνης ἰχθυβόλων θίασος.

Therina Nestoreum, dederant cui retia victum,
Cui nanti cessit incola Mergus aquæ.
Anteaq; qui coluit, pisces tulit orbe sagena,
Non multis remis nauita nauigat.

Non

Non vis Arcturi rapuit, non Ægidis horror,
Annorum decades solvit & ossa senis.
Sit animam efflasse, qui tunc extrema tenebat,
Vt lychnus longo tempore sponte perit.
Pignora non tumulum decorant, non cenotaphia ardor,
Sed comitis comites hæc pia busta parant.

Ἀντιπάτρου Ταραντίνου.

Πολλὸν ἀπ' Ἰταλίας κεῖμαι χθονὸς, ἔκτα Τάραντος
Πάτρης, τῶν δέ μοι πικρότερον θανάτου.
Τοιοῦτος πλανίων ἄβιος βίος. ἀλλά με μοῦσαι
Ἔστεξαν, λυγρῶν δ' ἄκος ἐστὶ μελιχρὸν ἔχω.
Οὔνομα δ' οὐκ ἤμυσε Λεωνίδου. αὐτά με θλῶσα
Κηρύσσει μουσέων πάντες ἐπηλυσίαι.

Sat procul Italica terra, patriaque Tarento
Et saeco, & mortem vicerat iste dolor.
Errorum vita hæc non vita est: ipse sororum
Musarum cœtu diligor atque choro.
Atque Leonidæ haud periit, sed vivet in ævum,
Plures spero dies nomen habere meum.

Ἀντιπάτρου Ταραντίνου εἰς ἀφροδίτην.

Τὴν ἐκ φυγοῦσαν μητρὸς ἐκ κολπωνίτιν
Ἀφρῶτε μορμύρουσαν ὑλιχῇ κῦμεν,
Εἶδὼς ἀπελλῆς καλὸν ἰμερόεντα,
Οὐ γεγραπὸν, ἀλλ' ἔμψυχον ἐξαμάξατο.
Εὖ μὲν γὰρ ἄκραις χερσὶν ἐκθλίβει κόμας,
Εὖ δ' ἐμμάτων γαλήνιος ἐκλάμπει πόθος,
Καὶ μαζὸς ἀκμῆς ἄγγελος κυδωνιᾶς.
Ἀτὰρ δ' Ἀθήνα, καὶ Διὸς συνευνέτις
Φάσουσιν, ὦ ζεῦ, λειπόμεσθα τῇ κρίσει.

Effugientem matris de sinibus adhuc
Spumaque frementem pulchri teris Cypria,
Doctus Apelles pulchritudinem desiderantissimam,
Non pictam, sed vivam repræsentavit.
Bene siquidem summis manibus exprimit comam,
Bene oculorum tranquillum effulget desiderium.
Et mammilla florentis puellæ nuncia imitatur cotoneum
Ipsa autem Minerva, & Iovis coniunx (malum:
Loquuntur: ô Iupiter, inferiores sumus iudicio.

Ἀντιπάτρου Ταραντίνου.

Πρὶς ἕλιν Ἀναπρόιοντα χύδαν σκολαγμένον εἶνῳ
Φασῦ δινεύτου σρίπλον ὕπερθε λίθου.
Ὡς γὰρ λίχνοισιν ἐπ' ὄμμασιν ὑγρὰ λιθορικὼς,
Ἀχρικὴ ἀσεγγάλων, ἕλκεται ἀμπεχόναν.
Διοσῶν δ' ἀρυλίδων, τὴν μὲν μίαν οἶα μεθύπλῃξ,
Ὤλισεν, ἐν δ' ἐπέρᾳ ῥιχνὸν ἄφαρε πόδα.
Μάλπει δ' ἠὲ βάθυλον ἐφίμαρον, ἢε μαγίσσαν,
Κίωρῶν παλάμαι τὸν δυσερῶτα χέλυν.
Ἀλλὰ πίπερ Διόνυσε φύλασσέ μιν, οὐ γάρ ἔοικεν
Ἐκ βάκχης πίπλοιν βακχιακὸν ἑρπύσαι.

Senem Anacreonta fusse turbatum vino
Aspice versatili flexibilem super lapide.
Vt senex gulosis ab oculis lascivè inspiciens,
Vsq; ad talos trahit vestem.
Geminorum autem calciamentorum, unum quidem ficus ebrius
Perdidit, in alio autem rugosam pedem adaptavit.
Cantat autem sine Bathyllum desiderabilem, sine Magistem,
Attollens manu amore perditam chelym.
Sed ô pater Dionyse serua illum: non enim fas est
A Baccho cadere Bacchiadum servum.

Λεωνίδου Ταραντίνου.

Ὁ κρὴς θηρίμαχος πὰν λαγωβόλα πάνι λυκαίῳ
Ταῦτα πρὸς ἀρκαδικοῖς σκεύμασι σκοπίλοις.
Ἀλλὰ σὺ θηριμάχῳ δώρων χάριν ἄγριον θεῖσαν
Χεῖρα καὶ θύνοις πέξιν ἐν πολέμῳ.
Ἔντε σωαγενᾶσι περίσσεσε δεξιτερῇπι
Πρῶτα διδοὺς ἄγρους δῶρα κατ' ἀντιπάλων.

Cres Therimachus retia Pani Lycæo
Hæc in Arcadicis suspendit scopulis.
Sed tu Therimacho munerum gratia agreste tuum
Manum dirigas sagittariam in bello.
Inq; cruentalibus asta dexteris,
Primum cum dederit venationis munera.

Apud Paulum Iovium lib. 44. historiarum sui temporis laudari videtur tandem Ioannes Perellus patria Tarentinus, qui ex equitum Rabatinorum ordine fuit unus inter eos trium virorum, qui ætatem Mahometis pueri Tunetani Regis rexêre. hic Gynecæum invasit, quod ei tanquam professione Christiano tum licebat, & in libidinem effusus Amida concubina ad vnam omnes constupravit. Amida postea Perello ita vsus est: omnibus tormentis excruciat primò, abscissisq; virilibus vivum in foro cõburi iubet. nec Perello constantia defuit, qui oblato vitæ munere adduci non posset, vt à Christiana religione desisteret. Legitur in Nolana historia, quam edidit Ambrosius Leo libro 2. Ioannes quidam Antonius Tarentinus Episcopus Nolanus his verbis: Basilica Episcoporum incœpta est à Raimundo Vrsino, finita est ab Vrso, atque Episcopo Nolano Ioanne Antonio Tarentino: Chorhospitæ basilicæ fabricatæ sunt ab hoc ipso Ioanne Antonio Episcopo, à quo Episcopale palatium instauratum magna ex parte fuit, atq; aptius distinctum. Ex neotericis commemorantur Antonius Agellinus, Alexander Monfrida, Nicolaus Arpenus, quorum primus fuit Archiepiscopus Barensis, alter Episcopus Monopolitanus, tertius Ostunensis, vivit hodie Ioannes Baptista Santorius Episcopus Tricaricensis. Possem quamplures alios & in sacra Theologia, & in legibus, & in philosophia ac medicina, in mathematicis, in Grammatica mansuetioribusq; studijs, possem tandem & alios in armis recensere, sed ab his sicut à familijs me abstinui, ne dum eos celebriores reddere calamo studerem, offenderentur magis. noui enim quantus sit inter pares invidia, & nescio an suo quisq; loco esse contentus:

Politiarum

Politiarum genera, & de ritu Tarentinorum. Cap. IIII.

DE antiqua Tarentinorum Repub. haud quaquã facilè erit dicere, nisi prius cognita fuerint diuersa, quæ apud multos leguntur, Politiarum genera: & tam ea quæ commendãtur, quam ea quæ improbantur: omnia ex lectione Aristotelis, Polybij, Herodoti, Strabonis, Plutarchi, Demosthenis, Thucydidis, Hesychij, Budæi, atq; aliorum colliguntur. In quanis igitur Repub. vel vnus erit, qui imperabit, vel non vnus. Quando vnus est, qui dominatur, μοναρχία Græcè dicitur huiusmodi dominium: quod si bonum fuerit seruato in illo debito ordine, βασιλεία appellabitur: at si contrà fuerit malum incertoque ordine, Τυραννὶς erit, cuius cura sola est custodia. Quando a non est vnus princeps sed plures, hi vel erũt multi vel pauci: ex multis bonis constituitur Δημοκρατία, cuius finis est libertas. ex multis malis exit ὀχλοκρατία, quæ est Democratia illegitima, plebeioque recta impetu. Paucorum eadem est consideratio, quoniam si boni fuerint Ἀριστοκρατίαν formabunt, cuius finis sunt leges ipsæ, iuxta quas conferũtur honores ac dignitates: at v. si fuerint mali, Ὀλιγαρχίαν, faciẽt, cuius finis sunt, ipsa diuitiæ & earum habetur ratio in magistratuum electu. In summo igitur honore post extinctos Reges, ac nobiles viros, quemadmodum apud Athenienses, aliasq; præclaras olim ciuitates: & vt nostris etiam temporibus in Italia ipsa, ita olim apud Tarentinos fuit Democratia, & Democrates dicebatur supremus ille magistratus, qui vice Regum præerat omnibus. id ex Aristotele habetur in Repub. vbi de seditionibus loquitur: Contingit verò (inquit ille) quandoque id per fortunam, velut apud Tarentum, cum superati prælio ab Iapygensibus, nobilitatis magnã partem amisissent, (fuit autem id prælium paulo post id tempus, quo Medi Græciam inuaserunt) ad popularem statum ex Rep. facta est mutatio. Et hũc Tarentinorum statum commendat idem philosophus his verbis: Rectè se habet Tarentinorum exemplum imitari. illi enim cum opes efficiunt communes ad pauperum vsum, per hunc modum beneuolam sibi plebem constituũt. magistratus insuper omneis duplices faciunt, vt sint alij per electionem, per sortem alij. quò enim populus percupiat, per sortem: quò autem melius gubernentur, per electionem. Est a. hoc facere in vno eodemq; magistratu, ita partientes, vt alij sint ex sorte, alij electione ad eum gerendum assumãtur. Conici ex hoc loco potest, laudabilem fuisse Tarẽtinorum Democratiam, in qua patrium erat, & consuetum, colere Deos, cum honore obsequi parentibus, seniores reuereri, legibus obedire, pauperes amplexari, omnium etiam ciuium in magistratu gerendo rationem haberi. quo in statu ita optimo filij armorum tantummodo parentum hæredes constituebantur, opes autem omnes feminarum erant, atq; ita adolescentium ætas bonam parentibus spem promittebat, si nullam diuitiarum curam haberet, tota autem prona esset ad arma, quales dicebãtur Lacedæmonij, à quibus ipsi Tarentini sunt oriundi. Tempus, quod à philosopho dicitur de institutione Tarentina Democratiæ, illud esse existimo, quod in Cle. ponitur ab Herodoto, quando quinquennale bellum conflatum est inter Lydos & Medos, quo in bello (vt ille dicit) aliquoties Medi victores extiterunt, & nocturnũ quoddam gesserunt prælium. sexto anno signis collatis, cum æquo Marte certarent, stante acie contigit, vt repentè dies nox efficeretur. Thales Milesius Ionibus prædixerat, hunc annum præfiniens, quo immutatio facta est. Lydi ac Medi vbi diem noctescere viderũt, à pugna destiterunt: ita Herodotus. regnabat tunc temporis apud Romanos Ancus Martius, & erat annus mundi quatermillesimus, non longè post Phalanthi ad hanc oram aduentum. Pauca alia ad ea quæ dicta sunt addere visum est, & spectant ad præsentem Reip. administrationẽ. In promptuario publicorum seruiorum & in Archiuo ipsius ciuitatis duplex & non obscura habendi Senatus recondita est institutio: vtraq; à Ferdinando Neapolitanorum Rege diuersis quidem temporibus munita 1475. & 1491. autographũ ipsius Regis vtrobiq; legitur REX Ferdinandus. At initio primæ institutionis leguntur hæc verba: D. Rex mandauit mihi Antonello de Petrutiis: in alterius fronte, D. Rex mandauit mihi Ioanni Pontano. Sed primæ institutionis hæc erat ratio. Ex triplici ciuium ordine, nempe ex nobilioribus, mercatoribus, & artificibus centum & octo eligebantur, quorum potestas regendæ Reip. non nisi biennium durabat. singulorum nomina in duodecim scribebantur schedulis, ita vt in singulis nouem essent terni. prædictorum ordinum schedulæ illæ cera cooperiebantur, atq; in vrnula inclusæ à puero doli mali insciò educebantur: quiq; in educta reperti essent, bimestre habebant dominium atq; onus Reipub. His si aliquod incidisset graue quod decernendum esset, duodecim viros, quod duodecim virorum consilium dicebatur, consulebant, illorumq; sententiæ cohærentes, quid omnium interesset, statuere nimio zelo curabant. At si maius quid insurgeret, exactis bimestris nouem accersebantur: si verò grauissimum omnes centum & octo in concionem coibant: nihil tamen vel à paucis illis vel ab omnibus his, inscio, ratum firmumq; habebatur, prætore Vrbano, qui à Rege ipso ad ius suum cuiq; præstandum, annuo (vt hodie) magistratu destinabatur. illud obiter subiungam triplicem huiusmodi ciuium ordinem apud plures fuisse obseruatum. Diodorus Siculus libro antiquarum rerum primo, multorum vrbes dicit, Ægyptiorum more fuisse partitas in tres gradus, quorum primus erat nobilium, qui præ cæteris doctrinæ dediti maiore honore digni habebantur, & in ea re sacerdotibus Ægyptijs per similes. Secundus eorum quibus agri assignati erant, vtq; armis intenti patriam defenderent, illis pares qui in Ægypto agros tenentes militares ad bellum subministrabant. tertius plebis erat atq; opificum, qui artibus mercenarijs intenti, necessarias operas præberent. Altera autem institutio, quæ ad hodiernum vsq; diem deuenit (& si multis tentatum, vt ea ob ciuium dissidia litigiaq; reformaretur) ita se habet. quolibet triennio Kalend. Augusti eliguntur septuaginta duo, qui futuri sunt Senatores: huius verò numeri pars minor est nobilium, plebis maior, nec habetur, ut

Digitized by Google

in prima, ratio aliqua mercatorum, vel ob illorum penuriam, vel quia qui pauci sint nihil aut parum distant ab iis quos artifices diximus. Horum omnium eligendorum hic mos est, vt ab iis qui iam in fine tertij anni, omus, quod regimen ciuitatis affert, sunt deposituri, triginta eligantur viri, decem nobiles, plebei viginti. at bi electi duos & quadraginta rursus eligunt, à quibus & ipsi rectè vel ne fuerint destinati probantur. hi ordinum ratione in tribus describuntur longis sculis schedulis, qua A, B, C, cum signo ipsius vrbis obsignantur, & in vrnam simul coniiciuntur. mox puerulus septimum non excedens annum, schedulam extrahit: quig in illa reperiuntur, Remp. primo administrant anno. idemque in reliquis obseruari consueuit. rursus viginti isti quatuor deorum & septuaginta pars tertia, seni in quatuor eodem ritu, rescribuntur schedulas, quæ certa adeò oblinita, vt pilulas dixeris, ac in vrnulam demittuntur, quique in prima à puero extracta fuerint reperti, trimestri habent consulendi Reip. facultatem, sexq; viratus appellatur. idemq; in singulis senariis summa cura obseruatur ad finem vsq; triennij totius. Predicto autem maiori numero tres extrinsecus adduntur, qui singulis viginti quatuor singuli & ipsi annum præsunt, quem appellant Syndicum, propterea quod eius officium & munus sit patrocinari, omniũq; causam defendere. hi ex ordine sunt patricio & nobili, atq; ad hunc honorem in vrbe suprema admissi. tentatumq; diu est, vt & ex his, qui media ordinis sunt, admitti possent, neq; obtentum, nisi in Notariis, quos dicunt, Regisq; iudicibus ad contractus. de cæteris adhuc sub iudice lis est inter primum cæsum ordinem & medium. In omni autem concione singulisq; comitiis, siue tunc Senatorum fiat electio, siue aliquid aliud decernatur, interest, vt supra attigimus, prætor Vrbanus Regius, & quandoq; in controuersijs, quæ non raro obueniunt, aliquis alius vir grauior, qui prouinciam ipsam gubernaret. ij tum illis qui eligendorũ aliorum potestatem habent, quam illis qui electi sunt, onus conscientiæ grauissimum, Regis & eius magistratuum ac ministrorum obedientiam præcipuis præstruunt cum publica & pauperum præcipuè vtilitate: quin iurare omnes cogunt & singulos, vt quauis in regerenda nullius animi motus rationem habeant. Magistratus autem per triennium duraturi sunt hi. Syndici tres de patriciorum ordine, vel (vt dictum est) Notarij ac iudices ad contractus: sed ad nobiles tales prærogatiua spectare visa est Ferdinando Aragonio olim Regi. Horum autem munus ac partes sunt, non noua ex se decernere, sed decernenda tantum modo proponere, quæq; fuerint deliberata perficere, an autem Syndici nomen Latinum sit, Budæus docet in Græcis commentarijs, nostrum est quæ ad historiam faciunt, scribere. A scribis de medio ordine tres eliguntur: partes illorum sunt proposita à Syndico & decreta vel à sex viris, vel ab omnibus viginti quatuor ad futuram rei memoriam scribere, & quæcũq; alia opus fuerint. Quæstores sex, tres nobiles, populares tres, illi ætate per totum semestrem à Kalend. Martij, vsque ad pridie Kalend. Septembr. vicem seruant suam noctu custodienda vrbis, hi verò suam hyeme à Kalend. Septembr. vsque ad pridie Kalen. Martij: vulgus appellat Camerlengos. olim dicebantur tres viri, sicuti legere est in Amphitryone Plauti, & in carcerem trudebant, quos per noctem vagantes comprehendissent. Ædiles quatuor & viginti, ita vt bini tres menses sint in officio, alter nobilis, popularis alter: præsunt hi ponderibus & mensuris, obsoniorumque curant genera omnia. Præfecti nundinis siue mercatibus, qui duo sunt Kalend. Maij & totidem XVII. Kal. Februarij. vt omittam tertium qui esse solet XVIII. Kalend. Septembr. Sex (inquam) quolibet triennio, (de eo enim adhuc loquimur,) eliguntur ex iis qui nobiles sunt, & totidem ex popularibus. Percetores publicorum tensuum ac reddituum tres populares, quos vocant depositarios, quia apud ipsos publica deponatur pecunia. omitto iantores, ac Syndici ministros, quos porterios vocant. omitto singularum artium præfectos, qui protomagistri appellantur, omitto tandem municipales iudices, qui omnes à Senatu eliguntur.

De Tarentinorum numis ac signis. Cap. V.

FVit olim (vt sæpe dicitur loco) atque adeò magna Tarentinorum potentia, vt non solum Iapygiæ, Magnæ Græciæ, Calabriæ, Apuliæ, & totius Lucaniæ principes essent, atq; ad Histriam, Illyricum, Epirum, Achaiam, Aphricam, Siciliam vela dimitterent, sed & numos quoque cuderent suos. Gabriel Barrius idipsum videtur significare, quando Brettiorum quam multis fuerint numi variis signati imaginibus ostendit in libro, quem de Calabria antiquitate edidit. Vidi ipse numum argenteum, in cuius prima facie inuenis est, qui Delphino insidens in læua fuscinam piscatorium instrumentum habet, inscriptio literis Græcis sub pisce: ΤΑΡΑΣ. in altera verò inuenis item cernitur nudus & nudo insectus equo, sinistra manu tenens lora, dextra verò supra caput equi extensa, ramum ni fallor, olivæ in modum corollæ. atq; alia item Græcis literis inscriptio. ΕΥΤΑΡΑΣ. Vidi alium numum argenteum literis & duabus stellulis à superiore tantum distinctum. siquidem in fronte huius præter verbum ΤΑΡΑΣ leguntur literæ πολυ. At in tergo integræ non omnes sunt litteræ, vt quicquid sit colligi non possit. addam & tertium in quo eadem figura, sed litteræ. ΕΥ. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. Græci characteris. Sunt præterea sexcenti ferè alij, & argentei nunc, in quorum vtroq; latere leguntur dictio hæc præter adolescentis, Delphini, & equi picturas, grandioribus & adhuc Græcis literis, ΤΡΕΦΕΙ. id est nutrit, ac si monstraretur, quæ terra mariq; huius situs sit copia. Coniicis facile potest præter ea, quæ dicta sunt, per delphinum & equum, incolarum virtutem, quam mari ac terra præditi tunc erant, denotari. vt per fuscinam, quæ eadem est cum tridente, vulgo studium nostris (vt antea diximus) etiam temporibus maximum piscandi. Cuius rei magnus meminit Peripateticorum magister in politicis, quod idem ipsum de Byzantio, seu (vt hodie dicitur) Constantinopolitano pelago scriptum eodem in loco requirit, luces omnibus piscandi artibus semper Tarentini vsi sint, atque hodie vtantur variis rerum generibus, Contis, Nassis, & hamis. quin & è muris

ipsius vrbis veluti è specula quadam θυννοσκοπεῖον est. Thunnos enim pisces inde piscatores obseruant, quemadmodum Strabo fieri tradit in Herculis portu. Hoc & in mari paruo & mediterraneo obseruari quibusdam mensibus solet in mugiles, mullos, auratas, quæ optimæ adeò censentur, vt nusquam similes sint. minutos pisciculos, atq; imprimis sardas. Sunt, qui tradant (quoniam suus cuiq; sensus) Neptunum esse alterum, qui equo assidet, quasi eodem numo patrem & filium voluissent Tarentini celebres reddere, quorum sententia, ecquis scit, an voluerit poeta Venusinus astipulari, cum in primo carminum dixerit:

Neptunoq; sacri custode Tarenti.

Nam Acron ibidem non penitus hoc dicit, neq; tamen longe discrepat. vult enim hoc ab Horatio relatum, vel quia Tarenti Neptunus deuotius quam alibi coleretur, vel quia in Neptuni tutela fuerit: nisi dixeris, quia Phalanthus Herculi & Neptuno templa constituit, vt fortiter per illius fauorem, huius vero obsequio feliciter. atque ideo Herculeum à Vergilio appellatum, aliis ita opinantibus non omnino refragarer. quasi Herculi dicatum, vel cuius Hercules numen esset tutelare. Et ἐφεδριάτας ἱππικῆς à Tarentinis celebrabatur, vt notat Hesychius. Sed de hoc alibi dictum est. putauerim ipse à contentionibus & rixis compescendis. & eò magis ad hoc sentiendum moueor, quia apud Strabonem reperitur, Herculis imaginem capta vrbe sublimem exare, quæ cum tot pompis, auro purpura, signis, tabulis, Tarentinisq; delicijs sublata est, in Capitolio fixam, opus Lysippi, quod à Fabio Maximo, qui Vrbem ceperat, oblatum est donum. Est & alius numus, in cuius altero latere videtur Neptunus equestris cum literis. ΧΙΝΓΤ. in altero vero TAPAΣ, *supra Delphinum cum eiusdem literis, & in lua tridentem habens: at prope dexteram signum videtur stellæ cum literis Ay. atq; cum imagine mulieris alatæ binas ambabus manibus corollas habentis. Deam nonnulli rentur esse victoriam, quod genus illud numi signasse reperiuntur Tarentinos post partam de hostibus victoriam. Hoc vero non prætermittendum duxi, quia viros graues idem dictitare audiui, signatam videlicet à Tarentinis pecuniam fuisse post ipsius Tarae obitum, quæ iuxta fluuij ripas patri Neptuno, & patruo Ioui sacrificium offerentem nusquam viderunt, & si fabulosum ac commentitium credi possit, & ab eo maximè, quod de Æneæ fingitur interitu ad Numicum. Hoc vero signum non in pecunia tantum, sed & in foribus Vrbis ac Theatro posuere. Templum eidem Tarae cum ara & statua erexere posteri, æternam illius memoriam. & statua erat virgo aureos diffusa crines, & equo in pisces desinente superuecta, ad situm Vrbis mari scilicet & terra itidem exprimendum. Prædictorum numerorum testimonio iam apparet, cur in signis, scutis, vexillis, adolescentis sit & Delphini simulacrum, neq; non in fonte, quo hodie in medio foro cernitur, semimarmoreo lapide, albo, leui, & nimis in Hydruntina regione claro, & fistulis & salientibus magno artificio scalptus. Ioannes Pierius Valerianus in suis Hieroglyphicis de utroq; meminit signo, & quidem de Delphino sic:* Quod vero signum in argenteo numo Delphino vehitur, Taras is est, vt etiam indicat inscriptio, de quo Aristot. meminit in Tarentinorum Repub. apud quos numisma numum dicit appellari, in quo Taras Herculis Delphino vectus: quanquam apud Asiaticos quoq; puerum Delphino insidentem fuisse in numis tradit Strabo. Sed Phalanthum Lacedæmona memorat Pausanias, qui Tarentum (vt dictum est) Coloniam duxit, priusquam Italiam attingeret, naufragiũ in Crisæo mari fecisse, cui Delphinus opem tulerit, sublatumque dorso in littus Incolumem exposuerit. Quin etiam in numo, cuius titulus TAPAΣ, eques iaculator inspicitur ob equestrem scilicet militiam, quam egregiè Tarentini sunt exercere soliti. vnde apud Græcos Tarentinos ordines inuenias ex equitibus huiusmodi constitutos, & Ταραντιν ίζειν verbũ, eo se militiæ genere exercere adsignificat. *Cæl. Rhodigin. in antiquis lectionib. ita tradit:* Ferentarii equites ii dicuntur, qui eminus solẽt dimicare, quorum alii iaculis vtuntur, qui equites sagittarij, & à nonnullis etiam Scythæ vocantur. Tarentinorum duo faciunt genera, alios namque suo nomine Tarentinos vocant, qui è longinquo iaculari consueuerunt, alios leues, qui pugnare cominus subeunt. · *Equitum Tarentinorum meminit etiam T. Liuius, vbi de solertia Philopœmenis Achæi summi ducis diligenter locutus addit:* Et tum omnium primum agmen constituit: deinde Cretenses auxiliatores, & quos Tarentinos vocabant, equites binos secum trahentes equos ad prima signa misit. *& infra:* luce orta Cretensium leuis armatura, & Tarentini equites super torrentem prælium cõmiserunt, & Lesemnastus Cretensis popularibus suis, equitibus Lycortus Megalopolitãus præerat, Cretenses & hostium auxiliares, equitumque id genus Tarentini præsidio aquatoribus erant. *Cicero etiam Tarentinorum equitum ad Pomponium Articum his quidem verbis memoriam exhibuit:* De Patrone & suis condiscipulis, quæ de Tarentinis in militia laborauit, ea tibi grata esse gaudeo. *Iccirco non probetur hæc lectio omnibus σχολίων scriptoribus. Plutarchus item horum facit mentionem, & in Philopœmenis eiusdem vita, & in Agidis ac Cleomenis, nec non Polybius in excerptis libri vndecimi. multis autem in locis Ælianus Tarentinos celebrat milites, vt in lib. de instituendis aciebus:* Quamobrem (*inquit*) illi de more Tarentinorum à longe iaculantur, circularem retorquentes accessum & turbantes. Tarentinos iaculatores appello sicut inter initia operis dictũ est à Tarẽtino Calabriæ oppido, cuius equites paruo quodam iaculo vti consueuerunt. *& ibidem dicit Tarentinam turmam constare duabus duplaribus equitum, videlicet ducentorum & quinquaginta. Duas autem Tarentina magisterium constituunt, equitum quingentorum scilicet & duodecim. Addunt alij ex neotericis Tarentinos omnes fuisse comatos, sicut erant Spartani, Milesij, Thurij, & omnes ij, quibus Laconica studia, institutaq; placuerunt. Hæc de militibus Tarentinis obiter sint dicta, reuertamur modo ad signa, vnde digressi sumus. Tradunt nonnulli, hoc tempore adeò passis signum Scorpionis, quo hodie Tarenti-*

Digitized by Google

ni vtuntur, primum fuisse à Pyrrho datum Epirotarum Rege, Tarentiniq; exercitus duce aduersus Romanos, cuius rei historia suo ex Liuio & alijs narratur loco. Iam diu autem hoc saxum (vt aiunt) voluo, atq; nullum ex historicis multis, quos legi, quantum potui accuratissimè id docere animaduerti. Sunt verò alij, qui rem huc conferunt. libidinem & nequitiam Scorpioni designari picto, viq; ex humani corporis partibus pudenda dedicari, & huic signo Martem dominari adulteriorum infamia semper notatum, milesq; omnes mulierosos esse. atq; hinc ortam fabellam de concubitu Martis & Veneris, quiq; supra finitorem prodeunte Scorpio oriuntur, eos à mathematicis lasciuos fore præsideri. Ergo fuit Scorpius, atque est (vt coniciunt) Tarentina lasciuiæ symbolum, & nos iam de Vrbis huius deliciis multa subiungimus. Quid si aliquanto plus placebit, quod ad superiora adycere cupit animus de huiusmodi signo? Nam satis superq; constat, diu multos quæsiisse, vtrum dolifallaciaq; Pœnorum, quæ tot bellis vniuerso terrarum orbi per tot annos innoxuere, an corporum color fuscus, an aliquid aliud signum dederit, vt Scorpius Africæ terræ symbolum haberetur? atq; in quibusdam Hadriani numis Scorpionem non aliter Africam significare, quam Cuniculus Hispaniam, Equus Italiam ostentant. Et iam omnes scimus Annibalem Pœnorum ducem Romanis per proditionem Tarentum abstulisse, vt alibi cura aliquanto maiore dicitur. Verisimilius itaq; iuxta me est, vt hoc signum à Pœno, & non ab Epirota nostris maioribus datum credatur. Corona autem superimposita regiam denotat Vrbis quandoq; fuisse potentiam, vt nũc Regi est gratissima, & olim multarum prouinciarum caput & regina fuit. Liliorũ flores, putandum est, impressos, quia prioribus non multo antè seculis Gallorum Regibus fidelissimè obtemperauit: pari postea & maiore & diuturniore fide, Catholico Regi Carolo Cæsari huius nominis quinto, & Philippo eius inuictissimo, semper glorioso, & Catholicæ fidei defensori vnico adhuc obtemperat, ac natis natorum, & qui nascentur ab illis, obtemperatura est, vt sperat, atq; in domino confidit. Omitto alia quæ de Scorpio vulgus suapte natura incertum, ac stolidum studia in diuersa, atq; contraria scissum blaterat. magnas enim nugas magno huc afferre conatu non est in animo, sed quæ vel auctorum testimonio, vel ob rem adeo vetustam coniectura non mea solius, sed & aliorum affirmare potero præclarissimorum. Quid quod plerique contendant Scorpium Tarentinis datum, quia adulari atq; blandiri sæpissimè norunt? nemo enim est, qui nesciat, Scorpij ingenium id videri, vt chelis videlicet blandiatur, atq; amplexetur, quæ sibi fierent obuia, eius verò caudam semper esse in ictu, nulloq; vessare momento, quin meditetur, ne quando desit occasioni, & propterea dolis (vt diximus) atq; fallaciæ signum ab Hieroglyphicis traditur. Estq; apud Sophoclem Captiuis proverbiũ in hanc sententiam, sub omni lapide Scorpium insidiari. Græcè sic: ἐν παντὶ γάρτοι σύρεται Φρυγῶν λίθῳ. & apud Nicandrum in theriacis: Σκίρπιος ἀπροϊδὴς ὀλίγῳ ὑπὸ λαιλοχήσας. Scorpius insidias parua sub caute tetendit. Quin morum acerbitatem per Scorpium notat Apuleius. Sed hæc omnia, vt sæpenti huic concedimus, ita ob eius ingenium, maioribus datum, nobisq; conuenire, id verò pernegamus, sicuti fidissimè testari poterunt, qui cum Tarentinis degunt alienigenæ. Sunt qui Scorpium propterea esse Tarentinorum signum asserũere, quod Vrbis formam reddat figura corporis: pars enim prope arcem duas veluti chelas reddere videtur, qua vero pontem attingit in inferiore vrbe caudam indicat molliter inflexam, qua parte aquæductus nobilissimus à decimo vsq; lapide, vel vlterius in vrbem per cuniculos fictiliumq; tubulorum ductiones multo labore, exquisitoq; artificio profluit, mare vtrumq; segregans, quiq; olim omnis vrbis parœcias irrigare ea inprimis parte, qua non ascendit tractus, videbatur. tentatum sapius nostra ætate, vt duplex fieret, accitis vndiquaq; architectis solertissimis, sed ad superiora duci haud quaquam posse sine magna, quam ciues non paterentur impensa, iudicatum est. reliquum Scorpij corpus reliquæ signant vrbis partes. Hæc de numis & signis Tarentinorum dicta quantulacumq; ratione potius fidem habitura nec ne sint, haud scio.

LIBER QVARTVS.

De Tarentini agri fertilitate. Cap. I.

AGri Tarentini fertilitatem, quã Romæ eorum optimatibus plurimis illisq; purpuratis prædicarat sæpius præceptor meus in Græcis literis Franciscus Caueotus Archidiaconus Solitanus, quem octuagesimo primo post millesimũ & quingentesimum anno subita mihi & sodalibus meis inuidaq; mors Romam ad filium proficiscentem de via tripuit apud Castellãetenses: præter ea, quæ de vinetis, oliueris, aliisq; fructuum generibus primo in libro promissa sunt, hoc in loco cum piscatione etiã copiosissima scribere in animo est, more atq; instituto nostro veterum auctorum testimonio in medium adducto. & à Polybij sententia initium sumere videbatur, nisi eius auctoritate in primo libro, & in sinu Tarentino, vsi fuissemus: ibi eum consulat, qui volet locum ex decimi libri Epitome sumptum animaduertet, vbi de huius regionis fertilitate ab eo agitur. Et fortasse hoc idem quod à Polybio scriptũ est, de Tarentino emporio respexit Plautus dum in fabula, qua Menachmi inscribitur, hoc fingendo dixit:

Postquam iam pueri septuennes sunt, pater
Onerauit nauem magnam multis mercibus,
Imponit alterum geminum in nauim pater,
Tarentum auexit secum ad mercatum simul,
Illum reliquit alterum apud matrem domi,
Tarenti ludi forte erant, quum illuc venit;
Mortales multi vt ad ludos conuenerant.
Puer inter homines aberrauit à patre:
Epidamnensis quidam ibi mercator fuit,
Is puerum tollit, auehitq; in Epidamnum.
Pater eius, postquam puerum perdidit,
Animum despondit, atq; ægritudine
Paucis diebus post Tarenti mortuus est.

Duas Septimio commendat Horatius regiones amœnissimas Tiburtinam scilicet & Tarentinam. de hac vltima, quæ nostra est, sic habet:

Vnde (nempe ex Tiburtino agro) si Parca prohibent iniquæ
Dulce pellitis ouibus Galesi
Flumen, & regna petam, Laconi
Rura Phalantho.
Ille terrarum mihi præter omnes
Angulus ridet, vbi non Hymetto
Mella decedunt, viridiq; certat
Bacca Venafro.
Ver vbi longum, tepidasq; præbet
Iuppiter brumas: & amicus Aulon
Fertili Baccho minimum Falernis
Inuidet vuis.
Ille te mecum locus & beata
Postulant arces: ibi tu calentem
Debita sparges lachryma fauillam
Vatis amici.

Idem Horatius ad Quinctium suum fundum amœnitate & fertilitate cum Tarentino comparat, atq; adeo Tarentum ipsum in fundum suum translatum dicit:

——— Quid si rubicunda benignè
Corna vepres & pruna ferent? si quercus & ilex
Multa fruge pecus, multa dominum iuuet vmbra?
Dicas adductis propius frondere Tarentum.

Et ad Mecœnatem:

——— mihi iam non regia Roma
Sed vacuum Tibur placet, aut imbelle Tarentum.

Tarentino secessu vsq; adeo oblectabatur Vergilius, vt ibi carmen pastorale cecinit iuxta Propertium:

Tu canis vmbrosi subter pineta Galesi
Thyrsin, & attritis Daphnin arundinibus.
Vtq; decem possint corrumpere mala puellas
Missus & impressis hœdus ab vberibus,
Felix qui vilis pomis mercaris amores
Huic licet ingratæ Tityrus ipse canat.
Felix intactum Corydon qui tentat Alexin
Agricolæ domini carpere delicias.

Laudauit & Claudianus cum amœnitatem, tum fertilitatem huius loci dicens:

Formosum Oebalij luxum pressere Tarenti.

Quin & ipsemet poëta in Georgicis agrum extollit Tarentinum multis laudibus:

Sin armenta magis studium, vitulosq; tueri,
Aut fœtus ouium, aut vrenteis culta capellas,
Saltus & saturi petito longinqua Tarenti.

Et ex vrbibus Iulij Cæsaris Scaligeri hæc habentur in commendationem eorum quæ dicimus:

Mollia quæ tenuis demittunt pondera lanæ,
Tonsa Tarentinis iugera lota iugis:
Hæc eadem complent vegrandibus horrea culmis,
Et tua sub prælum munera Bacche ferunt.
Nulla est in Latio Pomona beatior vsquam
Nulla est Hesperidum gratior aura locis.
Se totum exhibuit lauta ad conuiuia Nereus,
Seruit & innumeris proxima sylua feris.
Hic ver perpetuum est tantum pro frugibus astas
Nectareas superant sidera fœta dapes.
Quod si Cœlum mis vellet mutare superna,
Haud alys poterat plenius esse locis.

Celebrabantur ab antiquis Tarentina oues, sicuti legimus apud Columellam: Græcum pecus, quod plerique Tarentinum vocant, nisi cum domini præsentia est, vix expedit haberi: siquidem & curam & cibum maiorem desiderat: nam cum sit vniuersum genus lanigerum cæteris pecudibus mollius, tum ex omnibus Tarentinum est mollissimum, quod nullam domini aut magistrorum inertiam sustinet, multoq; minus auariciam, nec æstus, nec frigoris patiens. *& alibi:* Oues Tarentinæ radice lanaria lauari debent, vt tonsuræ præparentur, & generis eximii Milesias, Calabras, Appulasq; nostri existimabant, earumq; optimas, Tarentinas. & M. Columella patruus meus acris vir ingenii, atq; illustris agricola quosdam arietes mercatus in agros transtulit, & mansuefactos tectis ouibus admisit. Eæ primum hirtos, sed paterni coloris agnos ediderunt, qui deinde & ipsi Tarentinis ouibus impositi, tenuioris velleris arietes progenuerunt. Et pleraque similiter, *inquit M: Varro,* faciendum in ouibus pellitis, quæ propter lanæ bonitatem, vt sunt Tarentinæ & Altinates, pellibus integuntur. quo minus vel infici rectè possit, vel lauari, ac parari. *Pascales autem oues, quas Festus refert, posuisse Catonem pro Pascuales non Tarentinas intelligi, sed Tarentinas cum secunda vocali in agro videlicet Tarentino, vbi centesimo quoq; anno fiebant ludi seculares, de quibus supra mentio facta est. Post oues commendabantur lanæ quæ ex ipsis ouibus tondentur.* Tarentum, *inquit Plinius,* Canusiumque summam nobilitatem habent. *& alibi:* Hispania nigri velleris præcipuas habet. Polentia iuxta Alpes cani, Asia rutili, quas Erythræas vocant, item Betica, Canusium fului, Taretum & suæ fuliginis. *quem locum corrigunt multi, puliginis. Est & Cornelij Nepotis auctoritas, quo Augusti principatu diem obyit suum.* me *(inquit)* iuuene violacea purpura vigebat, cuius libra denariis centum venibat: nec multo post Tarentina, huic succedit dibapha Tyria; quæ in libras denariis mille nõ poterat emi. Erant, *inquit Seruius,* iuxta Tarentum Baphia, in quibus tingitur lana in eo loco, quem à Tarento hodie vix octo millibus passuum distare, Saturumque appellari diximus. *hinc color Saturnus apud Poëtam in Georgicis legitur:*

At mater sonitum Thalamo sub flumine alti
Sensit, eam circum Milesia vellera Nymphæ
Carpebant, hyali Saturo fucata colore.

Hinc Venenum Tarentinum dixit Horat. in Epistolis

Lana Tarentino violas imitata veneno.

Martialis sapissimè lanarum huiusmodi, rogariq; purpurearum meminit, atq; ouium:

Nobilis & lanis, & felix vitibus Aulon
Det pretiosa tibi vellera, vina mihi.

Erat enim, quicquid alij dixerint, Aulon locus in agro Tarentino. rursus Martialis:

Te Lacedæmonio velat toga læta Galeso,
Vel quam sepositio de grege Parma dedit.

Et in Cleon meretricem:

Puella senibus dulcior mihi cygnis
Agna Galesi mollior Phalantheni
Concha Lucrini delicatior stagni,

Et Rauisius in cornucopia :

Ostrum antiqua Tyros, lanas imbelle Tarentum,
Saffina lac, Memphis stamina, Sparta canes.

Sed & idem Martialis de Partheniana toga:

Dic toga facundi gratum mihi munus amici
Esse velis cuius fama decusq; gregis?
Appula Ledæi tibi florui herba Phalanthi,
Quæ satur ac Calabris culta Galesus aquis.

Laudat Macrobius in Saturnalibus Nuces Tarentinas, illasq; Fauorini testimonio tradit, sic dictas quasi Terentinas, hoc est, molles à Terenen, quod est Sabinorum lingua molle, qua voce & Terentios putat Varro dictos. Sed & Plinius asserit duo genera Tarentinarum nucum fragili putamine, ac duro, qua (Amygdalas ipse crediderim) Nuces sunt amplissimæ, & minimè rotundæ: præterea molluscæ putamen rumpentes. idem alibi Nucum pinearum genus alterum posuit Tarentinum, digitis fragili putamine, autumnoq; furto in arbore. Easdem Scaliger dicit appellari Persicas: sed Tarentini vocant Ambrosias. Turnebus in Plinio agnoscit Macrobij lectionem Terentinas nuces, quia τὸ τέρην, unde Terentij, Sabinorum lingua molle significat. Nucem Græcam, *(inquit Columella)* & Auellanam Tarétinam facere hoc modo poteris. in qua scrobe destinaueris nuces serere, in terram minutam pro modo semipedis ponito, ibique semen ferulę repangito. cum ferula enata eam findito; & in medulla eius sine putamine Nucem Græcam, aut auellanam abscondito, & ita obruito, hoc ante Kalend. Martias facito, vel etiam inter nonas & idus Mart. *Pira item Tarentina laudat Macrobius, illaq; appellat sera, vt pleraq; alia. Cornelius Celsus,* Pira *(inquit)* quæ reponuntur Tarentina. *Sed & Plinius, qui omnia complecti voluit, Tarentina tradit Pira serissimè legi, sic dicta à patria, vt Amerina, Picentina, Numantina, Alexandrina, Numidiana, Græca, Signina. Quid autē nostra ætate dici queat, insigne, ac præcipuū, de quibus, lanis, nucibus, ac piris non video. nam neq; horum est copia, vt olim apud veteres, neq; qualitas illa: nō tamen omnino his destituimur. De oleis Tarentinis ad hæc quidem verba Theophrast. l. in de historia plantarum:* Circa Tarentum fructum vberem oleæ semper præmonstrant, sed sub flore pars magna perditur. *caussamq; huius ostendit in secundo, vbi agit de causa plantarum:* locorum *(inquit)* diuersitatem caussis hisce tribuimus, vbi nihil aliud impedimēto detrimentoque acciderit, vt apud Tarentum oleæ accidere ferunt. silens enim spiritus sensu conspicuus est, quippe pleræq; aduruntur, & conflatus ex mari talis occurrerit, vt inuecta sallugine corrodantur flores ac pereant. Caligo quoque sine vllo flatu egredi quædam videtur, quæ vbi flores tetigerit, exurit. *& Scaliger in Theophrasto de agro Tarentino, ibi scribit:* Plautinus versus lepidissimus: si non fecero peribo, si faxo vapulabo. sic in agro Tarentino, si non flar, rubigo interficit, si flat marina nebula crassa fœtida, flores necat. *Sed neq; oleum idcirco semper modicū est, & quatūcunq; semper laudabile, & præcipuè quod ad condituram asseruatur, Monopolitano, Ostiēsi, Butuntinoq; præstantius. Vinaquia & vua, ex quibus passa peroptima fiunt, non à veteribus modo scriptoribus celebrantur, sed & nullibi per totam Italiæ oram præstantiora videntur. quin & pradulci vua nouum apud veteres & Tarentinum genus vetitum factum est.* Verum *(inquit Plinius)* & longinquiora Italiæ ab Ausonio mari non carent gloria Tarentina, & Seruiliana, & Consentiæ genita, & Tempsæ, ac Babiæ, Lucanaque antecedētib. Thurinis. Tarentinum vinum *(inquit Athenæus)* & quæ in illo tractu sunt omnia, leue, suaue, stomacho gratum, minimè validum, aut infestum capiti. *Ficus pradulces Tarēti nasci, quas vocant Omas, legitur apud Plinium, & hanc lectionem agnoscit Hermolaus, qui quasi ὠμὰς, hoc est, crudas dici sentit, quoniam pradulces sunt statim cū nascuntur, nondum præcocia solibus: ita & palmarum genus in Cypro, cuius non maturescūt fructus, sed crudus admodum suauis ac pradulcis est. At si eas legeris cum alys Plinianis libris castigatoribus, vel hanc vocem flectes ab ὠνέομαι, quod significat emere, & sic eas intelliges Plinius, quas Tarentini vulgato nomine sanctæ crucis ficus appellant oblongas & nigri coloris, vel deorsersis vocem ἀπὸ τοῦ ὄνου, & inde illæ erunt asinę, quia asinina sunt rusticis. quid verò quod alij agnoscunt œnadas, quasi ex vini sapore sic appellatas? Castaneas in agro Tarentino modo non videmus, vt in Campania, sed illas olim tradit Plinius laudatissimas fuisse, ficibus, neq; operoso cibo, figuraq; planas. credit Stephanus Castaneas dictas à Castano Apuliæ oppido non procul à Tarento, quod Castaneum vel Castellaneum vocant, alij à Castano Magnesiæ. Myrtus folio minuto non sic hodie passim nascitur, vt olim. conspicitur frutex myrti huiusmodi prope Potamiscum flumen, vbi Principis pomarium fuisse non pauci coniiciunt. At quam Cato Tarentinam appellat Cupressum, nulla est, credit Plinius ita à Catone dictam, quod Tarentum è Creta insula primum aduenerit, vbi (vt esse a fuisse tradit Cic. cum dicit primo de legibus: in (vt esse ss Gnosiorum &c. Candelabrorū scapis nobile vocat Tarentum idem Plinius, sicut Æginam Candelabrorum superficie. sunt autem scapi columnarum partes, vt norunt Grāmatici ex Vitruuij lectione, annotauitq; Budæus. Sal è stagnis Tarentinis oculis vtilis est. & est salsissimus, siccissimus, suauissimus, omnium atq; candidissimus ad medicinæ vsus ab antiquis maximè laudatus. Erant olim duæ apud Tarentinos salinæ, quarum vestigia & nomina adhuc restant, vna enim maior dicitur, minor altera: verum ex vtrisq; (stagna enim sunt) imbrium descensu colligebatur salis albi copia, sicut etiam & ex conchis alueisq;, qui sunt in insulis, prope vrbem in xta portum paruula admodum salina est, quæ tam imbribus quam mare infuso ad vulgarem subnigramq; salem, & lapidosum conficiendum adiuuatur, nec sine remedis aquæ dulcis: illæ enim aquæductus deducit ad fontem, qui est in medio foro: reddit & hac salina album salem suum & subtilissimum, quando artifices volunt, habita prius a Regijs ministris venia. Maioris salinæ meminisse videtur Ioannes Boccatius in particula de lacubus:* Tarentinus *(inquit)* lacus est apud Tarentum Italiæ ciuitatem, quæ æstiuo æstu siccatur in salem. *quod idem sentit Plinius his verbis:* siccatur in lacu Tarentino æstiuis solibus, totumque

stagnum in salem abit, modicum alioquin, genus non excedens paulo post: Marinorũ maxime laudatur Cyprius sal à Salamine, vt à stagnis Tarentinus ac Phrygius, qui Tarræus vocatus, omnium suauissimus atque candidissimus, & propterea frag. 1. s. hodie inductis bobus franguntur stagna, ne inde sal collegatur Regi sta iubente. Abundat hodie solum Tarentinum omni frumentorum genere, non ea tamen copia, qua finitima ciuitates, ex quo conficitur panis & popularis & sligineus. Vocabant olim Graci δημόσιον ἄρτον, id est, Dorium panem, Tarentinum videlicet, à magnitudine buccellatorum, qui & hodie sunt in vsu, maxime apud vulgares ac plebeios, & Chrysippus Tyaneus ἐν τῷ ἀρτοκοπικῷ, id est, in opificio panario, inter placentarum genera ex celeberrimis Tarentinam reposuit, quod antea me obseruauit Alexander ab Alexandro ex Athenæo. Crocus non est infœcundus, & auctore Varrone, sicut in Falerno vinum, in Cassinate oleum, sic in Tarentino mel cæteris præferebatur. De Porris Tarentinis ita scribit Martialis:

Fila Tarentini graueter redolentia porri,
Edisti quoties ascula clausa dabam.

Nascitur Manna in agro Tarentino iuxta oppida Palæianum & Paleianulũ. an sit autem orientalis inferior, vt illa quæ in Calabria prouenit sicut in Philologia notat Volaterranus, nescio. Lapis, quem vocant Carpanum subrufum, & Tophum album, copiosissimus apud Tarentinos, apud quos sunt & figlina vasa præcipua, quæ in aliarum maximarum vrbium delicijs esse solent, sed nobis quotidiano vsui. Horti suburbani non pauperes, essent & dissimi, nisi tanta obesset ciuium negligentia. Nascuntur & herbæ arti medicæ perutiles, de quibus singulis volumen promisit edere Donatus Antonius Iuranna medicus, vt merito Graci Tarentum appellauerint πορισικὴν πόλιν, id est, in qua facile est victum inuenire. At imprimis piscandi studio maximè vigent Tarentini, quin & ab ipsa vrbe condita viguerunt: quæ de re in sequentis capite, seruato quodam singulorum totius anni mensium ordine tractandum est.

De Tarentinorum piscatu assiduo. Cap. II.

EXcenti quidem sunt, qui de piscibus & magna scribunt volumina, quorum aliquot elegantiores, vt Oppianum, Aristotelem, Theodorum, Theophrastũ, Nicandrum, Ælianum, Dioscoridem, Plinium, Albertum, Rondoletium, Ionium, Hieronymum Cardanum, Hippolytum Saluianum, Typhernatem Romæ medicinã sub Iulio tertio profitentem. si attentè legeris, nihil erit, in piscibus, quod desiderabis. ipse hoc in loco non omnia pescium genera non varias illorum differentias, non multiformẽ naturam, nõ illorum condimenta, siue elixare, siue assare siue frigere placuerit, sed illud modo attingã, quod ad Tarentinorum historiam facere existimaui: qui pisces, ab alijs in piscando, maximè exercitatus, singulis capiantur mensibus, & magna copia, consulis accuratè admodum hac in re piscatoribus: qui ex nauigijs, quos lintres, cymbas, barcas appellant, & ex trabibus longioribus siue (vt dicunt) parmaticis, lapideisq; molibus tam interdiu, quam noctu piscantur. Ea est in aquis Tarentinis piscium copia, vt si vrbs à conditore suum non fuisset sortita nomen, Sidon potuisset appellari, sicut Tyrij à Phœnicibus vrundi suam appellarunt vrbem in extremo mare in Assyria conditam: nam Phœnicum lingua Sidon piscis est. & Tarentini ipsi Ichtyophagi sunt. Capiuntur pisces tam in interno, quam in externo mari, hamis, recibus, nassis, lineis, arundinibus, fuscinis, aliisq; instrumentis, quæ propria videntur in tanta piscium frequentia varietate. Plures populi gradus recensent Philosophus, & primum dat agricolis: alterum ijs, qui arte colunt: tertium appellat forensem, in emendo ac vendendo occupatum: sequitur mox ille, qui in mari versatur, atq; huius, hic quidem bello deditus, hic verò quæstu incumbens. constat ille exportatoribus, hunc conficiunt piscatores. & multis locis vnumquodq; genus prædatorum magnam cõmeturbam, seu piscatores Tarenti, & Byzantij, veniũt Athenis, & rèliqua reliquis locis. consule illum si vola, nos ad mensium singulorum prædas transeamus.

Ianuarius, Februarius.

Ab die igitur Kalendarum Ianuarij per totum Februarium ingens est Camarum copia, omnium quidem generum, quæ multa numerat Ælianus, nam & asperas capiunt, & læues, quæq; digitorum compressu nullo negotio franguntur, & quæ saxo ægrè conteruntur, nigerrimas, argenteas, & vtroq; colore mixtas. χάμμα, χήμμη. Vtricator sunt, vt nusquam totidem videris, & illæ præcipuæ quæ exigui sunt corporis. Κυίδη, ἀμαλύφη. Digiti, siue melius dixeris Graco, & vulgato nomine, Δάκτυλοι, qui & ab Adriatici sinus incolis Cappa longa dicuntur, cum vnguibus oderatis, atq; imbricibus, omnes dura carne, nisi idem est testaceorum genus, eisdem mensibus videntur frequentes in foro piscario venundari, atq; idem est de vertebris siue verticillis, siue vertebulis, vt vocat Gaza apud Aristotelem, tam coloris pallidi, quam rubicũdi, quæ & ipsa sunt inter concharum & hæc omnia in mari interno. Δόναξ, ὄνυξ, κυρόδυλος. At per vniuersam hyemem in aperto ingens est agrestium piscium captura, Chartilagineorum præcipuè & planorum, vt sunt Rana piscatrix, Raia, Squatina, Canicula, Centrina, Rhinobates siue Squatria, vel Squatineraia ex Raia & Squatina compositæ. horribiles quidem aspectu, atq; esu admodum iucundæ & integræ ingratæ. Ranam piscatricem Βάτραχον ἁλιάς, Raiam Βάτον, ἠλεκτρικὸν Βατίδα ἀστερίαν, vocant Graci. Torpedo, cuius vim eam esse omnium ore fertur, vt captarentibus, priusquam attingatur, piscantium manus stupefiant. sed Tarentini tradunt mederi sibi in huius piscis tractu flatus retentione, ναρκὴ, νάρκα, νάρκησις. Pastinaca est huic persimilis, cui piscatorum vulgus tam Venetũm, quã Tarentinorũ Columbi nõn dedit, τρυγὼν. Paulus Iouius existimat illum piscem esse, qui Athenæo Acharnanthe est infima plebis obsonium, ausim ipse dicere, quas lecoratias docti quidam homines appellant, ἠπάτους Graci, sed Galenus ἐυστόμους felle carentes. Aquila, quæ & ipsa Chartilaginea & plana est sic dicta, quod suis expansis alis volantem Aquilam imitetur, ἀετὸς. carnem omnes habent mollem non iniucundam, nec concoctu difficilem: aduenarũ solent esse delicia, Kalendis Maij ad emporium, nundinasq; conuocantium. In vtroq; autem mari sub idẽ tempus ob

pus colliguntur Mytuli plurimi illi quidem, sed omnium optimi ac salubertimi, μύαξ, μύτυλος, μυτίλος. Tellinæ, quæ & alibi sunt à Mytilis, quemadmodum docet Paulus Iouius, qui manifestè cum Athenæo errare, quam cum Dioscoride rectè sentire, πλείστη. Concha etiam illa, quam hîc Galadas, & quas Patellas appellant, neq; non etiã Squillæ, γαλαὶ, λεπάδες, κτένες. Cancri tales fluuiatiles, quam marini. Gambari, Mures, maximum scelus. Cancrorum genera Corsè vulgò, & Cancelli cum Paguris, κάρκινος, πεμφαρὶς, καρκίνη, πάγουρος, ῥάκια. Purpuræ, quarum copia olim maxima. unde optimè verum de lanarum tinctura apud Tarentinos per quam optima (de hac Ælianum consulito) πορφύρα, πορφύρια. Buccinæ aliquot: οὐλαγὶς. Cochleæ albæ ac nigræ, magnæ, paruæ, mediocres, cum Naticibus, κόχλος, κοχλίαι. Vermium & quoddam genus cretaceum, quibus pro esca, ut parua siliqua ad Auratas præcipuè extrahendas utuntur piscatores, σκώληξ. Concharum nobilissima Ostrea, quæ ut tradunt historici, adeò apud Romanos in honore fuerunt, ut non modo Brundusio in Lucrinum lacum transferre studuerint, verum & in remotissimas è mari regiones ligneis secum lacub. asportauerint. Hæ aliquando veluti extincta eorum progenie, nusquam apparent, aliquando & me puero tantus fuit numerus, ut vilis venderentur, ὄστρεον. Et quæ carent sanguine pectines, quæ à Græcis κτένες, à nostris vulgò Concha Sancti Iacobi dicti tuntur, quoniã peregrini dum Compostellam proficiscuntur ad visendas Apostoli reliquias, illis solent peregrinationis pileos exornare. Spongiarum genera omnia, quæ recensentur à Plinio, sitq; experientia illa in spongiarum conuulsione, quam idem refert, quod ubi conuulsorem sensere, contracte multo laboriosius extrahuntur, ἀσπογγιὰ, ἀσπογγία. Cicula mense Ianuario longè melior. Iount piscem appellant omnes piscem S. Petri. Ligures Rotulâ vocant. Rhõbo est persimilis, præcipue si caput abscideris, χαλκὶς. Tinea Anfonio cognitus Tarentinos fluuios non deficit, Tenga vulgò dicitur. Lampetra non minus preciosa in Tarentino pelago, quam in Arno, & Tyberi fluuijs. frequens tamen non est, γαλεξία. Alosa hoc tempore pinguis est, ac nescio an quam in Tyberi capitur Tarentina sit præferenda: sed non antehac visus eius numerus, quam anno septuagesimo octauo post millesimum & quingentesimum. Gobius & ille quidem multiplex ac frequens in arena nascens, albus item ac niger. Scombrus, quem Hicesius apud Athenæum εὔχυλον vocat, id est, boni succi, modo laudabilis, σκόμβρος. Lupi etiam permulti sunt & laudatissimi, qui & Spigulæ à Romanis & Spinæ à Tarentinis dicuntur, neq; in mari tantum. sed & in Galeso & Tara fluuijs capiuntur, λάβραξ Græci vocant, quamuis alij Lupum à Labrace differre contenderint, ἀκάρνη. Acus de longorum genere, rostrum q; proferens Grus, ijsdem mensibus commendatur, βελόνη. Lucerna, quarum ingenium est lingua ignea per os exerta serenis noctibus lucere (ad Plinium) ἴουξ. Et tam marina, quã fluuiatilis Perca quam & inter saxatilem, tertio tamen loco reponit Galenus. Athenæus aut Percam esse spinis coronatam, insigniq; varietate conspicuam. assimulatur Manis, quã hodie Mannam dicuntur, sinuq; dux est Mulenarum, qui alio nomine ab oculis magnitudine oculata vocatur, πέρκη μεγαλόφθαλμος, ἀφθαλμόγιτος. Tardus est ille piscis his diebus apparet, qui inter saxatiles reponitur, & nobilis habetur Plinio, πίχλη. Sub idemq; tempus Coracinus piscatio fit, in cuius capite lapillus inuenitur, quem puerorum collo pro amulete suspensum, regio morbo aduersari vigneli quidam auctores tradunt, κορακῖνος, Σπινίδης.

Martius, Aprilis, Maius.

At mensibus Martio, Aprili, & Maio, præter prædictos in aperto mari Thynnorum multitudo non rara est, & in littore ipsius urbis & per totum Isthmum, duplici que retium ordine capiuntur: quorum quidem piscium partes sale condita varie nominari solent. Ventrem enim pinguiorem adipem Tarantellum ab urbe ipsa vocant, dorsum autem magis carnosum ac musculosum Ventrinam appellant. Iunius. Muræna cum Congro & Anguilla nullo quam hoc tempore magis commendata, & in utroq; mari Sardæ, ac in insulis quanto maiores, tanto pinguiores. Item q; Aleces, & quæ Plinio & Theodoro sunt Trichiæ, digitulæq; alij pisciculi, quos lacterinulos appellare videntur plebs, & ab antiquis quomodo dicti fuerint, nondum repeti. Anguillæ præterea grandes pauce, sed quæ parua sunt exiguiq; capitis multæ, & gustu elegantiores, hæc in primis laudantur. μύραινα, πόγγρος, ὄγχνος, σάργος μικρὸς, τρίχιδες. Adde his Lupinum, cui habenti, post Thynnum æstimabilem abdomine præsertim. Addè etiam Pinnas, Astraces, Polypos, Cicadas, atq; Echinos, quos & maritimas Castaneas appellare poteris. Horum omnium præcipua copia est in Martio. Optimi & maximi Echini in externo mari. Addo præterea Pagros, siue Phagros, qui vulgò Fragolini appellantur, ex his q; assantur bonè probatissimos, ἀμία, πτύνα, ἄσπρος, σπάλυκος, τέττιξ, ἰχθυοσιδήριος. Quid dicam de Pelamidibus, quas & parvos Thynnos vocant. & aliquo sic dictas ferunt, si pedalem excesserint magnitudinem, in Thynnos abire? Quid de Thynneteris, quib. ab thynni abdomine Zyrrulis nomen est? nam & zyrra appellatur imus Thynni venter, & hæ sunt abdomina Thynnia, quæ Lucilius commendat in primo Satyrorum libro, vulgus (ut diximus) Tarantellum, & zurram vocat, quod nomen putat Paulus Iouius deductum, propterea quod in Tarentino sinu sale Thynni bene asseruentur, σπλαμὶς. Non desunt his mensibus Merulæ, quæ & ipsæ cum Turdo, Vmbra, Asello, à colore, quem referunt, appellantur, & sunt saxatiles, κοττυφος, κίχλη, σκιαινα, ὄνος, ὀνιάδος. Mugilum copia est, & Mormyrorum, qui nec sine piscantium risu capiuntur: in mesu enim capite abscondito totos se occultari credunt, μύξινος, μορμύρος.

Iunius, Iulius siue Quinctilis.

Abundat Iunius Scorpionibus, Scorpenis, Draconibus. Anguilla his diebus pinguescunt, ut alias: sed iuxta fluuios, qui portum ingrediuntur, sæpissimè atq; ingentes capiuntur. Aliud genus piscium, qui Coccyges à piscatoribus dicti sunt, verumtamen si lotum audire placebit, Merula cum Coccyge

ris eadem, piscem vocalem appellat. Aristoteles lib. 4. Animalium. Sequitur Quinctilis, quo Aurata nonnisi rete & hamo, sed retibus ad insidias paratis capiuntur, & Sarda circumiecto rete, vbi primum visa sunt, præcipuè in Galeso, eodemq; mense nigra Cochlea. & Purpuræ colliguntur, κυφαίες, Μελάνων θαλάσσιες, κάκκυξ.

Augustus sive Sextilis.

Asellorum mense Sextili duo illa genera, quæ Plinius commemorat, in aperto mari grandiora quam incluso, vulgò Cergne, atq; idem tempus profert Coruũ, κόραξ. Scarpa optima sunt his diebus, pisces tam operosè atq; elegantèr à natura depicti. Cephali quoq; & illi multiplices variis nominibus appellati à corporis accidentibus. nam & Capitones à capitis amplitudine dicuntur, & apud Græcos caput est κεφαλή. Labeones à prominentibus labris inferioribus. Sic & Cestres, Bacchi, Myxini, Chelones, Lethisti, & Muconas alij appellantur. σαλπη, Σοὺς, κεστρεὺς, τάργος. Quod autem tradit Ælianus in primo de Scaro pisce, id Tarentini de Cephalo experiuntur: Sed Ælianum audiamus, est enim historia gratissima: Scarus cum aliis herbis marinis, tum alga imprimis vescitur, omnium piscium ad Venerem insanissimus est. Causa cur capiatur, est cupiditas inexplebilis in fœminam. eam non ignorãtes rei piscatoriæ, qui sunt peritissimi, hoc modo illi insidias ponunt, vt comprehẽsæ fœminæ summum os ad tenuem funiculum ex sparto confectum alligent, eamque viuam per mare trahant, vbi eorum cubilia esse, & in quem locum cõgregentur, norunt. Conficiunt etiam graue plumbum figura rotundum, longitudine trium digitorum, quo ex chordis appenso trahitur Scarus fœmina captiua. Aliquis eorum nassæ in piscatorio nauigio accommodatæ os latè diducit, datque operam, vt nassa in Scarum captum conuertatur. Ea enim sensim demittitur lapide ad certam mensuram facto. mares verò non aliter, quàm homines ad conspectam amatam libidinis furore feruntur, circumq; eam conuersantes, alius alium præuertere, eiq; appropinquare, & contingere studet, vt solent iuuenes vehementer amantes, & osculum, aut vellicationem, aut aliud quippiam furtum amatorium venantes. Qui deducit fœminam sensim, & pedetentim insidiis collocatis rectà ad nassam cum amata diceres amantes ducere. Cũ proximè ad nassam hi accesserunt, plumbum in interiorem partem à piscatore traductũ, ex linea decidens fœminam in nassam detrahit, quo simul influentes mares capiuntur, ac pœnam dant Scari eiusmodi furentis libidinis. *Hæc Ælianus. Verum hanc venandi industriam non vidi apud Tarentinos in Cephalorum captura: sequuntur nihilominus fœminam filo tractam, ac tridente bis terq; sauciati non recedunt, donec semimortui capiantur, vel succumbant. Vulgò l' ouato dicitur hoc piscis genus. Maxima Tarentinis Cephalorum gratia est, habent enim ova, quæ geminis veluti folliculis inclusa parte suminis recentibus eximuntur piscibus. Hæc Græco nomine passim Onatarycha, id est, salita ova nuncupantur. Sunt apud Græcos* Ταριχὰ obsonia pretiosa, & probè condita: hæc autem ova inter principum obsonia reponuntur. piscium carnes absq; abdomine vilius plebi venundantur. interno mari capiuntur, & præcipuè ante Vrbis ianuam in Arcu piscipiscopali piscaria. Onotarycha sunt salsamenta apud Græcos, quæ cruda comeduntur, εἰρομάχα: ita scriptum reliquisse Alexim testatur Athenæus. pinguescunt Cephali, vt multi alij pisces in aquis Galesi fluuii, neq; ex Cephalis solum Onatarycha fiunt, sed & ex aliis piscibus, præcipuè ex Spigulis, sed qua ex Cephalis nobiliora. Hieronymus Mercurialis appellat Botargas plebeio nomine, quorum inuentorem Lampridio sic referente, Heliogabalum fuisse tradit. Et apud Herodotum idem Mercurialis scribit vsurpari hoc verbum Ταριχεύειν in corporum mortuorum condituris, propterea cum plures Ægyptii tenerent modos, quibus mortues à putredine seruarent. primus omnium atq; etiam frequẽtius à populo vsurpatus fuit, qui ex solo sale cõstabat, vnde merito condire corpora, salire dicebatur, & quæ condita erunt τεταριχευμένα. Onatarichis proximum est Caviarium, quod si nigrum est, ex ouis Sturionis conficitur: si rubrum, ex ouis Cyprini saliti, & in massam congesti, in Capha, quæ ad Tanaim ciuitas est: vnde & Cephiarium dici potest.

September, October, Nouember, December.

Venit inde Septembri mense ingens quædam Soleæ copia, quæ à M. Varrone Lirgulacæ nuncupantur, ab Athenæo Buglossi, eo quod humana lingua effigiem imitentur. Harum ingenium recensent omnes fere scriptores ac ipse benè expertus collaudo Ionium, qui fructus Aranciæ malis succo pipereq; conditas probari in conuiuiis asserit. Smarides & Menæ huius mensis laudabiliores, βάγλωσσος, *Oculata, sive Melanurus, quem Percarum ducem supra diximus, licet de hac re magna sit inter scriptores contentio, quam prudens ac sciens prætereo, hoc tempore cum Boca prouenit. Boca autem picturatum habens dorsum à voce sic dicta est, alijs Boopa, quoniam hic piscis prægrandes habet oculos instar bouis. gregatim capitur, vt nullum alium piscem his diebus feré cernas in macello piscario,* Ὠκὺς. *Aurata captura optima est (quamuis toto anno huius generis pisces capiantur, quos infantes ab ætate appellant, quo nomine pueruli vel puellulas dicimus) à Kalendis Octobrib. vsq; ad Martinalia, quæ apud Tarentinos pisce potius quam carnib. solent celebrari, vel per totũ Nouembrem.* χρύσοφρυς. *Synodontes pisces, si Græca voce vti volemus. Denticem si Latina Auratis persimiles in venatione illas sectantur,* συνόδων. *Cephalorum, & quoddam genus, cui longo collo nomen imposuêre veteres piscatores. Trigla,* Τρίγλη, *quod ter in anno pariat, sive Mullus optima eodem mense capitur parua mari, & in ea præcipuè parte extra Vrbem, vbi piscaria Sancti Leonardi dicitur a sacello, quod illi Sancto erectum adhuc appareat, quæ & prope Archiepiscopalem piscariam cernitur, nõ longè à fornacib. qui locus ad fornaces dicitur, quia ibi prater calcem coquuntur cretaceæ domorum tegulæ, imbrices à vulgo dictæ, vnde tecta imbricata. Sarda etiam & Sargi eodem tẽpore felicia, vi-*

vi

vt eur Brundusinos potius commendarit Ennius quam Tarentinos, nisi fortasse ibi commorans illis frequentius vescerentur, σάργος. Est & minor Sargus ipse oriã gregalis, & Sparus, qui melioris, quam pisces alij plures fœcundos habet, his temporibus in Anxiatorum comitatu. τραῖρος a verbo Græco τραίρειν, id est palpitare. December nouissimus anni mensis molliorib. affluit piscibus, vt sunt Polypi, loligines, sepia, & quæ intra domũ habet suam Testudo religiosorum quorundã, qui à cæsarum esu sanctissimo instituto abstinent, obsonium paschale, hoc mense sæpius in littore haret. Sexcenta etiam alia piscium genera ne ab antiquis quidem cognita singulis apparent mẽsib. ea propriis nõnũb. nec audeo, nec possum appellare: & in hac re piscatorum nomen (vt opinor) ipsi effingunt. πελαμὺς πολύπους, τευθίδες, σηπία, χελώνη, θαλαττία. Portentosos aliquando capiunt pisces, sed in mari, quod maxime vocant, nos apertum vel externum sæpe antehac appellauimus. Balenam, me puero, tormentis ac telis Tarentini milites fugarunt, ea in arcta Gallipolis mortua inuicta est κῆτος, Cete. Capiuntur & aliquando monstruosi pisces quamplurimi, inter quos præter Gladium vel Spatham, (à telo quem in fronte gerit sic dictum) multi visi sunt humanas manus habentes, & inter eos etiam Vituli, qui & Phocæ appellantur, Tursio, seu Tursio Gaza. Delphinos quotidianis ferè prospiciuntur ex muris ludere, quales Ouidius in maiore suo volumine describit, hos φιλανθρώπους Græci vocant, id est hominum amatores. Quid de Coralliis dicam? atque colligenda & Tarentinis, & Siculi, & Neapolitani piscatores non semel visæ sunt contendere. non expertus est Plinius, vel audisse quam de his audiuit, legitur: nam vt nauitorum locorum, sic & Tarentinæ laudat. Coralliæ etenim sunt & quam rarissimæ, & quam maximè rubentia, non scabrosa, non arida, non inania, non concaua, ramis auellantur, sed acri ferramento prius præcisa. Scribit idem Plinius aquatilium tegmenta plura esse, quæ cum omnia in Tarentino mari quotidie experiremur, hic apponere haud vilem est magnum. Alia corio & pilo tegiuntur vt Vituli & Hippopotami: alij corio tantum vt Delphini: Coriace vt testudines: Silicũ duricia vt Ostrea, & concha: Crustis vt locustæ: Crustis & spiris vt Echini: Squamis vt pisces: asperæ cute vt Squatina, qua lignum & ebora poliuntur: molles vt Murena: nulla vt Polypi. Vendendorum piscium ars piscinaria appellari potest, ἰχθυοπώλεια appellauit Athenæus: & siquæ nitissima est apud Tarentinos. essent & multa dicenda de iis vendendorum piscium, sed quia varius ac plebeius est, omittimus. Hac de Tarentinorum piscatu, non quæ essent omnia dicenda, sed quæ colligi potuere consulturis in hoc (vt præfati sumus) piscatoribus quam plurimis. illud autem non prætermittendum, quod Principibus in Vrbe præsidentibus, non omnibus, qui ciues essent, sed illis tantum piscari liceret quæ veniam ab ipsis consequerentur, vt in nemoribus ac Syluis fieri pro ferarum venatione solet.

De Tarentinorum deliciis, ac luxuria. Cap. III.

NVllus est, qui vel in seipso, vel in aliis non experiatur, opum affluentiam eam esse, vt sæpius ad malã pegat hominem suapte naturâ ad illud ferè semper pronum atq; proclinem. Hinc nostrorum maiorum delicia, vt in prouerbium cesserint, non secus ac Sicula, Syracusana, Persa, Tyrrhena, atq; Sybaritica. Laudat Ælianus in varia historia Phocionis vxorem, quæ maritis vestem gestabat, neque opus habebat veste Tarentina, quasi molli ac lasciua. Iulius Pollux Tarentinis dixerit vestem appellat pellucidam Tarentinis visitatissimam. Ταραντινίδιον καὶ Ταραντινὸν substantiuè genus vestis subtilis muliebris. Athenæus auctoritate cuiusdam Semi Delij qui scripsit librum περὶ μουσικῶν de Paanibus hæc refert: Quos Ithyphallos nuncupant, personas ebriorum induunt, coronas gestant, & manicis anthino colore tinctis manus operiunt: tunicis vestiuntur albo distinctis, Tarentino amictu præcinguntur ad malleos vsque demisso. quæ in verbis duo animaduerti possunt, anthinum colorem esse violaceum, & Tarentinum amictum è mollissima lana, qualis erat Tarentina, contextum. In epistola ad Mecœnatem Horatius appellat Tarentum imbelle.

——mihi iam non regia Roma
Sed vacuum Tybur placet, aut imbelle Tarentum.

Imbelle, inquam appellat, quasi ociosum, quietum, à bello vacuum, & voluptati dedituin. Ob quã eandem causam dictũ alij volunt ab eodẽ in Satyris molle, quibus non astipulatur Macrobius. Alexander ab Alexãdro, ex sententia cuiusdam Lucy Parthenopæi, recensens multorum ingenia populorum, sed veterum, vt credo, ex loci natura, aut cœli climate ita vitijs obsepta. vt propria illis sint atq; perpetua: & inter cætera hæc posuit: Asiani, Iones, Abydeni, Medi, Arabes, Tarẽtini, & Galatæ, molles & effœminati, eneruatis animis, ad inertiã nequitiamq; parati, omnibus imbuti delinimentis, in gymnasijs & turpibus amoribus exercitis. illecebræ enim luxuria ad extinguendum vigorem animi, apud eos sunt. Erant Tarentini frequentissimi in compotationibus & genialibus conuiuijs, in quibus dabantur & circumferebantur corona: vnoquoq; mense publicum epulum instruebant, cæso bouc. priuati plebeiam etiam num Veneri & commessationibus indulgebant assidue. Ebria mulieres desultantes vnguenta vino permiscebant. huius Iuuenalis satyra sexta:

Atq; coronatum, & pestilens, madidumq; Tarentum.

Hinc Salmonius poeta:

Et Syba. is sequitur laxus, madidiq; Tarenti.

Hinc Pontanus:

Bacchi delicia, aut madens Tarentum.

Marcus Tullius ad Trebatium ita scribit: Indicauit mihi Pansa meus Epicurum te esse factum. ò castra præclara: quid feciſſes, si te Tarentum, & nõ Samarobrinã misissem? Lacedæmonius Megillus in primo legum apud Platonem ostendit & ipse Tarentinorum delicias, & ebrietatem. Dicit enim se vidisse ciuitatis vniuersæ vinolentiam in Bacchanalibus. Hæc sunt eius verba de voluptate differentis: Quo enim (loquitur de Lacedæmoniorum legibus) omnes homines summopere in voluptates vehementissimas, petulant atq;, & insaniam incidunt, id ab vniuersa regione lex nostra exterminauit. Nec in agris, nec in vi bibus, quas Spartiatæ gubernant cõpotationes videbis

videbis: Sed nec in compotationibus coniuncta, quibus ad omnes voluptates mouemur. Nec vllus est, qui cuidam ebrietate lasciuienti obuiam factus non maximo ipsorum supplicio statim afficiat, neque Bacchanalium tempus ipsum liberet, quemadmodum & apud vos in curribus vidi, & apud Tarentinos, qui nostri coloni sunt, omnem in Bacchanalibus ebriam ciuitatem. *Quod autem Tarentini aliquando ebrietati studuerint, ac commessationibus, facile etiam possumus ex eo iudicare, quod legitur de Pyrrho, & ipsis Tarentinis. Huius quidem rei meminit Fabius Quintilianus, capite de risu, neq; non Valerius Maximus, cuius verba apposui:* Audierat Pyrrhus apud quosdam in conuiuio Tarentinorũ, parum honoratum de se sermonem habitum: accersitos qui ei interfuerunt, percunctabatur, an ea quæ ad aures eius peruenerant, dixissent? tum ex his vnus, inquit, nisi nobis vinum defecisset, ista quæ tibi relata sunt, præiis quæ de te locuturi eramus, lusus ac iocus fuissent. Tam vrbana crapulæ excusatio, tamque simplex veritatis confessio iram Regis conuertit in risum: qua quidem clementia, & moderatione assecutus est, vt sobrii sibi Tarentini gratias agerent, & ebrii benè precarentur. *Obiter hic libuit apponere, quod Blondus in Roma triumphante de Cynea Pyrrhi oratore narrat, quia fortasse ad Tarentinos spectare tàm verisimile sit, vel videri possit, vt quiduis aliud.* Vnde *(inquit ille de vini vsu agens)* iocus prodiit viri excellentissimi Cyneæ Regis Pyrrhi oratoris, cuius à Romana legatione ad Regem suum redeuntis serui & familiares, cum apud Ariciam Vrbem nunc funditus dirutam, vino immoderatius hausto, vt solent ebrii capitis dolorem, & nauseam ab aeris grauitate causarentur: quin (inquit ille) vini hoc effecit austeritas, illiusq; inhumani indignitas: vnde iter agens inspectas altissimis in vlmis (*quod etiam nunc fert regionis natura*) vites illis ostendit, matremq; dixit vinorum, à quibus tantum acceperunt incommodum, in tã alta cruce meritò pendere. *Sed Argiuorum luxui subdit hæc pauca Rhodiginus:* Tarentinis inueterati fuit moris, matutinis se poculis ita inuitare, vt iã frequentiore foro, temulenti plane viserentur. *Athenæus ex sententia Theopompi & Callistrati de eadem re sic habet:* Theopompus ex lib. decimo Philippicorum, à quo vltimam partem, vbi de Athenienſium oratoribus, & Reipub. administratorib. agitur, quidam separarunt, his verbis refert intemperantem & prodigum Eubulum Demagogum fuisse. Tantum luxu (inquit) & improba alieni cupiditate in Tarentino populo cæteros anteiuit, quantum Eubulus circa epulas intemperans fuit, qui & Athenienſium vectigalia in alendis semper militibus consumpsit. *idem alibi:* Tarentinorum *(inquit)* ciuitas propemodum quoto quoq; mense boues immolat, & conuiuia populo exhibet: coit verò turmatim vulgus & assiduè compotat. Sic autem de cæteris nationibus Tarentini dictitant, alios quidem homines industria, & circa munera sua laboriosa sedulitate in posterum vitam sibi cõparare: se vero quia conueniant, & voluptatem inde percipiant, iam viuere nec expectare, dum olim viuant. Iam verò *(inquit Ælianus in historia animalium)* si quis, qui nondum excesserit extrema pueritia, Thunni sanguine illiniatur, nõ pubescet. Hoc idem Torpedo, & marinus Pulmo efficiunt: nam in aceto putrefactæ eorum carnes, & mẽto aspersę fugam pilorum facere dicuntur. Quid ad hæc Tarentini, & Tyrrheni sophistæ malorum inuestigatores, conantes pilorum euulsione ex viris mulieres facere? *Addam, & si inuitus, neq; sine ingeti vultus rubore, sed historiæ ratione coactus, quod in Athenæo legitur de nonnullorum facinore militum, qui cũ bellicosi ac fortes haberi voluerunt, tanta in miseras hostes abusi sunt, & impudenti insolentia, vt magnam inde & sibi & suis omnibus acquisierint infamiam. Athenæi verba hæc sunt:* Clearchus libro quarto vitarũ ait, Tarentinos populos confisos viribus & copiis, quas tum magnas possidebant, voluptatibus ac deliciis vsque adeò se tradidisse, vt totius corporis cutem læuigarent, vnde pilorum auellendorum exemplum reliqui sumpserunt. Vestes *(inquit)* textiles pellucidas omnes gestabant, quibus nunc luxuriat molliusculatum fœminarum cultus. Secundum eorum peccatum id fuit, quod deliciis corrupti, & licentia vitæ ad iniurias vicinis inferendas pertracti, oppidum in Iapygibus Carbinã cum deuastassent, virgines & florentes ætate matronas in Carbinatum sactis ædibus congregarunt: deinde tentoriis fixis, nuda omnibus clara diei luce corpora spectanda præbuerunt, vt cui libitum esset, his tanquam in miserum gregem insilierit, libidinem suam expleret, illarum, quę eò collectæ fuerunt pulchritudine, sub omnium oculis, Deorum præsertim: ante quos id nunquam patratum iri credidisset oppressus ille populus. Tanto flagitio sic indignatus est Deus, vt quotquot Tarentini scelus id aduersus Carbinatas præter ius & humanitatis leges commiserant, exanimauerit fulmine. Ad nostram vsq; memoriam Tarenti ante singulas ædes pylæ statutæ sunt pro foribus, & in illis eorum, qui militarunt aduersus Carbinates insculpta nomina, & quando interierunt de cœlo tacti, nec eorum qui sic vitam amisserunt, quisquã misereretur, nec legitima iis libamina effundunt, sed Ioui fulminanti sacra faciunt. *Hæc ille. Vnam Tarẽtini ducebant vxorem pro liberis procreandis (de veteribus loquor) at duas insuper ducebant luxuriæ & voluptatum gratia. Et quoniam de vxoribus facta est mentio, illud non est silentio prætereundum, Tarentinos hanc olim habuisse consuetudinem, quod ex nouis sponsis in prima cœna neuter manibus cibum sumere audebat. Suis, vterq; expectabat cibum, vt sibi ab alijs porrigeretur: aliter si fecissent, coniugium nullum erat. Seruatur huius hodie moris aliqua particula. nam quando noua vxor mariti domum primò ingreditur, ab aliquo consanguineo vtriq; ad os porrigitur argenteo cochleari aliquid mellis vel obsonij zaccaro confecti, vt sit boni ominis indicium eos in pace dulcissimè conuicturos.*

Qui

Quæ Tarenti accidisse ferantur. Cap. IIII.

Gratam (*inquit Ælianus*) accepti beneficii memoriam ipse etiam bestiæ retinent. Tarẽtina mulier nomine Heraeleis, & cæteris in rebus, & maximè raro fœminarum genere fuit, & verò ab omni stupro integram castãque se marito cõseruauit. quippe quæ vt viuentem eum studiosè & diligenter coluisset: sic posteaquam è vita excessit, se fidissimam, & ab omni libidine continentẽ humato coniugi præstans, vrbanas commemorationes, & domum in qua mortuum vidisset maritum adeò male oderat, vt præ mœrore ad sepulchri monumentum, vbi sepultura affectus esset ille, miserrimè commoraretur. Hæc igitur fœmina cum æstiuo anni tempore ciconiis pullorũ suorum volatum experientibus, vnus & infirmissima ætate, & alarum debilitate delapsus altèrũ crus fregisset, eiusmodiq; casum intuita, se cognito morbo misericordem pullo præbuit, nam & vulnus obligauit, & medicamentis, & cibo potioneq; adhibitis cicatricem obduxit, & ad incolumitatem perduxit, atq; iam advolatum confirmatum è manibus dimisit. Hic admirabili quadã naturæ intelligentia non ignorans se consecutæ vitæ præmium mulieri debere, anno post cum aduersum Solem fortè apricantem eam, quæ sibi benignè fecerat, perspexisset, demisso atque humili volatu protinùs ad ipsam profecta in eius sinũ lapidem euomit: deinde in tecto subsedit. cuius facti admiratione cõmota Heracleis dubitabat, quid hoc esset. Cũ igitur lapidem intus alicubi depositum esset, nocte insequenti somno soluta eũ fulgere, & radiatam domũ tanquam immissis facibus ex eo splendere perspexit. vbi verò Ciconiam cõprehendisset, & vulneris cicatricem percepisset, hanc cognouit eã esse, quam miseratiõe commota curauisset. *hæc Ælianus. Scribit Ouidius lib. septimo metam: Æsonem Iasonis patrem à Medea ex sene factũ fuisse iuuenem, vbi eum in aheno recoxerit. quod & legere poterit, qui volet apud Volaterranum in Philologia. Verum hoc posset, vt debet, figmento adscribi poëtarum. Quod autem legitur in Hispano quodam libello, cui titulus:* Iardin de flores curiosas, *& cuius auctor est Antonius de Torquemada, fortasse non erit adeò fabulosè narratum, vt non videatur verum* χ δυνατον: *refert enim per quendam Bernardũ (est enim dialogus) anno post natum dominum quingentesimo, & trigesimo primo vel secundo, cũ Romæ ipse degeret, publicam fuisse per totã Italiam vocẽ ac nuncium certissimum, Tarenti senem quendam capularem & decrepitum centũ annos natum iuuenẽ esse factum mutatione dentiũ, pellis, & quicquid pilorũ in toto corpore haberet, vnguiũ etiã tam manuũ quam pedũ, sta vt vix à suis internosceretur, vixisseq; sic validũ annos quinquaginta, vxorẽ duxisse & filios etiã suscepisse, tandẽ ad eã deuenisse caritẽ, vt lignum potius censeretur quàm caro. Hoc idipsum pluribus accidisse ibidẽ scribitur & ab eodẽ auctore: sed quia ad nostrã illis haud pertinent historiã, prætermisi. Commodasit mihi librũ Hispano scriptũ idiomate Ioannes Baptista Atheniensis Iurisconsultus peritissimus, vt qui maximè in tota Iapygia, & ipse nobilis inter Tarentinos. Est vt inter ea, quæ humana excedunt cõsilia reponendum, quod in lamia Angelus Politianus, & Caelius Rhodiginus in antiquis lectionibus memoria dignũ censuere. id sanè est. Bouẽ apud Tarentinos in agro quodã pascuo fortè Pythagoras cõspicatus viridẽ adhuc fabaciã segetẽ morsu truncãtẽ, rogauit bubulcũ, moneret bouẽ suũ, ne illam depasceretur. Huic bubulcus illudens, atqui (inquit) bouatì loqui nescio, tuos si scis potius monito. Non cũctatus ipse accessit propius, & in aurem boui illi voce tamen summissa diutulè locutus imperauit, nõmodo vt in præsens, sed vt etiã in perpetuũ pabulo fabacio abstineret: stat̃q; bos ille Tarenti deinde molliter consenuit in Iunonis fano sacer habitus, esbisq; hominũ vesci solitus, quos illi obuia turba offerebat. Visus est Tarenti vitulus biceps ãno domini 1573. millesimo quingẽtesimo septuagesimo tertio mense February Massafræ oppido natus, quẽ oẽtipedẽ etiã aiebant bubulci, portentosum caput Tarentũ fuisse portatũ ad præfectũ prouinciæ, qui ibi commorabatur ob panẽ nauticũ conficiendũ pro classe regia, qua aduersus Turcas parabatur in sancto illo fœdere. Et quoniã de pane facta est mentio, addẽdũ videtur prodigiũ, quod ab auctore chronicæ historiæ recẽsetur* Sylla (*inquit*) *apud Romanos præfecto, & Sothero Ptolomæo apud Ægyptios regnãte, cũ in conuiuio, quod Tarẽti tũc tẽporis celebrãbatur, panis diuideretur, sãguis inde effluere visus est, qualis è corpore humano saucio emanare solet. quo quidem tẽpore septẽ dierum spacio cum grandine lapides ceciderunt vniuersum ferè Tarentinorum agrum deuastãtes. Erat apud Tarentinos, sicut apud Athenienses Prytaneum, vbi iudices & magistratus versabantur, consultabuntque de Repub. eo in loco etiã publicè alebantur qui de Repub. bene essent meriti. habebatur hic honos maximus. in Tarẽtino Prytaneo Dionysius Iunior Siciliæ Tyrannus candelabrum dicauit, in quo totidem succederentur lychni, quot in anno numerantur dies. hoc ab Atheneo refertur auctore Euphorione in historicis commentariis. Animantia bruta homines adamasse, & formosos præcipuè atq; virtute præditos multi scribunt: quãtus autem Delphinorum fuerit amor in huiusmodi, docẽt Herodotus, Plutarchus, Pausanias, Athenæus, Theophrastus, & Plinius. Hic tandem cum multa adduxisset exempla, quibus hoc verum esse persuaderet, subdit:* Nec modus exemplorũ. Eadem Amphilochij & Tarentini de pueris delphinisq; narrant. Quod faciunt, vt credatur, Arionem quoq; Citharœdicę artis interficere nautis in mari paratis, ad intercipiendos eius quæstus eblanditũ, vt prius caneret cythara, congregatis cantu Delphinis cum se deiecisset in mare exceptũ ab vno Tænarium in litus peruectũ. *Herodotus in Clio hãc Arionis fabulam siue historiã dicit tũ accidisse, cũ parta ingẽtis pecunia voluisset ille Corinthum ad Periandrũ redire, cumq; profecturus esset à Tarento, quia nullis magis quã Corinthiis fideret, naugium virorum Corinthiorum conduxit, de eodem plura leges apud Plutarchum in conuiuio septem sapientum. hymnum quo se Arion gratum Neptuno exhi-*

no exibuit leges Ælianum. in Tenaro, cui Cereapoli cognomen antea fuerat, Arionis & Delphinis statua cernebatur cum hoc subscripto Epigrammate:

E pelago seruauit Arionа Cydone natum
Delphinus vector, diis ducibus Siculo.

Habuit & ager Tarentinus multorum cineres præclarissimorum. M. Pacuuius Ennij ex sorore nepos Tarenti moritur annos natus quinquaginta, in eius tumulo hæc legebantur carmina:

Adolescens tametsi properas: hoc te saxum rogat,
Vt se aspicias, deinde quod scriptum est legas.
Hic sunt poetæ Pacuuij Marci ossa,
Hoc volebam nescius ne esses. Vale.

Sunt & multi qui contendunt Vergilium apud Tarentinos suum obiisse diem, vnde illa distycha:

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope, cecini pascua. rura, duces.
Qui pecudes, qui rura canit, qui prælia vates,
In Calabris moriens hac requiescit humo.

Sed hæc mirabilia non sunt quocunq; enim pergit homo, secum affert moriendi necessitatem, quæ vitari nullo modo potest. videtur tumulus Vergilij Neapoli supra antrum ad ædem diuæ Mariæ, quæ ad pedem cryptæ dicitur cum, distycho:

Quid cernis tumuli hac vestigia? conditur olim
Ille hoc, qui cecinit pascua, rura, duces.

Est apud Hieroglyphicos Tarantula inuidiæ symbolum, cuius exitiale virus à medicis tale describitur, vt læsis inducat stuporem, genuum labefactationem, demumque vniuersi corporis παλμὸν, i. dest, tremorem, qui in proverbium vsq; abierit. Est Tarantula, idem cum Phalangio, animal ex aranearum decuria. quarum multa genera refert Nicander in Theriacis: & videtur in tota Iapygia, nedum Tarenti. Qui ab hoc vermiculo mordentur, non sibi mederi solent. Cancrorũ pastu, quod natura impulsu faciunt Cerui, vt docet Plinius: sed vt legitur apud Theophrastum Academia post Aristotelem successorem, cantilenis, fistulis, ac tympanis: eosq; delectant colores varij, vt alius rubro, alius viridi, cæruleo alius allicatur, odoq; habere videntur quemuis alium, fœmina aliquando mordentur, quæ instar Amazonum & Lacænarum, nisi mauis Baccharum gladios in manibus habere, signaq; ferendi, defendendique, ac si in singulari certamine, non erubescunt: hos vulgò dum similis insaniunt morbo, Tarantatos vocant, qua de re agnominatione quadam nonnulli vtuntur dicentes Tarentinis Tarantati, dum huius Vrbis cives, eos præcipue, quos constantia decet, volunt leuitatis arguere. inter alios huius rei scriptores, Alexander ab Alexandro iurisperitissimus tam multa scripsit in libris Genialium dierũ, vt plura (ni fallor) Latinè an dici queant, non videatur, quo doctore qui non fuerit contentus, adsit illum haud pigeat Ælianum ex principibus Græcis vnum in historia animalium: videbit enim admiratione dignissima de Phalangijs præcipuè Zacynthi, quorũ morsu totum humanum corpus obtorpescit, & debilitatum tremore afficitur, & frigidissimum illicò fit, & vomitum eum conuulsione patitur, membrumque genitale illis intenditur. At si qui ab eorum morsu integri atq; intacti

A *balneas, quarum lauatione Phalangio vulnerati fluxissent vsi, fortè subissent, aut pedes abluissent, omnibus doloribus, quibus torquentur morsu pressi exarserunt. Andreas præterea Mathiolus in secundo Dioscoridis commẽtario annotauit & pauca alia eadẽ de re, ictos videlicet ab hoc vermo, variè ac diuersè torqueri: alios ppesuo canere, alios ridere, plorare alios, multos clamitare, nõnullos dormire, plures vigiliis affici, pleroſq; vomitionib. laborare, non paucos saltare. sunt qui sudant, alij tremebundi fiunt, quidam pauoribus infestantur, plerique*
B *alij alia patiuntur incommoda, fiuntq; phreneticis, lymphaticis, ac maniacis persimiles. Quæ (inquit) Symptomata tam varia, atque diuersa nõ aliunde prouenire dicendum est, quam aut ex vario horum animalium veneno, aut ex demotsorum hominũ temperamentis. & paulo ante dixerat:* Sed mirum certè quam facilè huiusce veneni vis musica mulceatur. Quandoquidem auditis lyricis instrumẽtis, vel tibiarũ sono, primo statim occursu ictæ à Tarantula à languoribus cessant, & in mediũ tripudiare, & saltare incipiunt, tamque diu tẽ protequuntur, ac si sani essent, & nullo vnquã tenerẽtur dolore. Quod si eueniat, vt tibicines tantillũ
C conquiescant, ac interponant, non multo post tẽpore in terrã concidunt, & ad pristinos redeunt languores: nisi tã diu indeficiente sonitu saliant, atq; tripudient, donec veneni virus partim insensibiliter per cutis meatus, partim per sudorem exeat, & discutiatur. Ob id igitur tibicines stipẽdio conducuntur, alternarimq; mutatur, absque vlla
D sonitus intermissione, tã diu tripudient demotsi, quousque penitus curati quiescant. *hæc ille, qui etiã sua addit coniectura à Tarento Vrbe dictam Tarantulam, non à Tarentula Tarentum, vt nonnulli imperiti asseruerunt. Scribit Philostratus multos libros de vita Apollonij Thyanei, 15. lib. 7. cap. inquit.* Nerua, qui post Domitianum iustè modesteque imperauit, iã ad imperium vocari videbatur: id præcipuè Orphytus & Rufus opinabantur: hos Domitianus paratatum contra se insidiarum insimulans in insulam
E relegauit: Neruam quoque Tarentum secedere iussit. *& cap. XII.* Cum quidam ex iis, qui vnà cum Apollonio erant in custodia, quereretur, propterea se accusatum, quod Tarenti, vbi dominabatur, sacrificans publicis precibus non addiderat Domitianũ Palladis filium esse. At enim (inquit) arbitrabaris fortasse Palladẽ non peperisse, cum semper habita sit virgo: ignorabas autem (vt opinor) Deam ipsam Draconem quandoq; Athenienſibus peperisse. *Erecta domorum tecta Tarentini vt plurimum cannitia conficiunt, adiecto arenario,*
F *& tegulis, præter trabes & forcipes. Zacharias Lilius in libro pro de situ orbis dicit, Oebalie nomine Vrbem esse in Italia iuxta Tarentũ ab Oebalo Telonis Regis Caprea filio sic nuncupatã, citatq; Vergilium in Georgicis, cuius versus alibi nos adscripsimus. quæ Lilij sententia mouit me, vt crederẽ, vna ex paræcijs Vrbis inde nominatã. diuiditur hodie quãtulacũq; est in quatuor pæcias, quarũ vna Balipæcia ẽ appellata, corrupta fortasse voce ab iis q. Oebalũ*

iuxta Galesum habitabant. at si quis volet fortasse & aliarum parœciarum nomina cognoscere, illa quidem recentia sunt, & altera diui Petri parœcia dicitur, tertia Turris penna, quarta cognominatur a ponte: duæ inquam sunt, in superiore Vrbe, totidem in inferiore. Quòd Vergilius lib. Æneidos 7 laudat Galesum quẽdam his versibus:

Corpora multa virûm circa, seniorq; Galesus
Dum paci medium se offert, iustissimus vnus
Qui fuit, Ausonijs q; olim ditissimus aruis,

amicum fortasse laudauerit suum, cui ob recepta beneficia Tarenti erat obligatus: iuris ergo hospitalis memor, ita remunerat. Tributa & vectigalia multa ac varia sunt. nam alij Regi debentur ac soluuntur, alia senatui, & colliguntur ex piscatu piscium, & ex illorum venditione, & pane confecto, ex vino, ex oleo, ex croco, & ex decimis prediorum nunc censibus, ex pauperum labore, & ex mercimoniis. Habent hodie, vt in tota Christiana Repub. laudabilem hanc consuetudinem Tarentini, vt ficuti in Vrbe quisq; sibi domum condidit, in qua cum familia bene ageret, atq; viueret, ita quoq; contendat extruere sacellum cum sepultura, in qua mortuus humaretur piè honesteq; cum suis, non extra Vrbem secũdum celebres vias, sed in basilicis magnis, quas alibi recensebimus. ritus autem efferendi ad sepulturam cadauera, illaq; sepeliendi, quia iidem sunt, qui apud omnes, nihil opus esse existimaui de illis agere, sicut alij consueuerunt in suarum vrbium historijs: nempe de campanarum pulsatione, de illarum vario numero iuxta mortui dignitatem, & comitatu cognatorum, affinium quæ, etiam mulierum, quando defunctus effertur, de vestibus lugubribus, de pompa, qua partim præcedit, partim sequitur, de facibus, de cruce, de amicis, qui cæruatim se comites præstant, deq; sacerdotum diuinis precibus, & tandem de humatione, & funebri oratione, quæ non semper habetur, sed quando illustris quidam vir, sine mulier, sine antistes sit, qui vitam obierit.

LIBER QVINTVS.

CAP. I.

TArentini sive ea, quæ in Phalanto dicta est, sive alia, a Spartanis ratione orti, ut plurimum, quam initio habuêre potentiam, consumpsere. Notum illud est, militare scilicet studium durum, atq; horridum ita fuisse Spartanorum proprium, vt degeneres haberentur, & matribus etiam nunquam indigni, ne dum patribus, qui in armis a prima vsq; ætate non se exercerent. Primum igitur, & antiquissimum bellum, quod post Lucanum, cuius nulla præter nomen est memoria, Tarentini gessere fuisse creditur illud, quod aduersus Thurios, Sybaritasq; gestum Pausanias, & Strabo cum Herodoto in Terpsichore tradunt. Thuriorum imperator fuit Cleandria è Sparta profugus, & huius belli causa, Siritidis amnis atq; Vrbis vendicatio ferebatur. cõuenere tandem vterq; populus, vt communiter habitata Tarentinorum tantum Colonia Sybaris indicaretur, quæ non longè post Heraclea dicta & nomen, & locum commutauit. Missos alij scribunt colonos à Tarentinis Heracleam, quos prius è Siritide deduxerant. Hæc autem omnia accidisse constat post eam cladem, quam Sybarita a Crotoniatis acceperant, ex quibus pauci admodum superstites ad Lucanorum, non admodum durissimam seruitutem sunt tracti, sed a Tarentinis iterum subacti, ac penè destructi ad Romanorum tutelam confugere: at illi mittentes pro virorum illius temporis paucitate accolas, mutato nomine Copias appellauerunt. Diodorus scribit hæc, quæ de Heraclea dicta sunt, eo accidisse anno, quo Athenis præfectus erat Apsendus vnus, ac princeps ex nouem qui nobiles erant præsidibus, & Rom. Coss. creati T. Verginius, & Proclus Geganius Macerinus. Eiusdem Heraclea causa, & propter ægrorum fines, vt scribunt Herodotus, & Diodorus. bellum suscepere Tarentini aduersus Messapios quibus, & Daunijorum, & Peucetiorum Regulis fauebant. Sit igitur Messapia ea est, quam Strabo depingit in Peninsula Typum a Brũdusio vsq; Tarentum isthmo inclusam stadiorum decẽ post trecenta, verissimum erit bellum Messapium illud esse, quod Vria fuisse tradit Herodotus in Polymnia, & Diodorus in Iapygia. Hyriam appellat Herodotus, traditq; a Cretensibus hoc pacto fuisse conditam. Cretes cum in Sicaniam magna traiecissent classe, & quinquennio Camicum Agrigentinorum vrbem obsedissent, ad extremum non valentes illam expugnare, neq; in obsidione permanere, cum fame perirent, ea relicta abiere, dumq; circa Iapygiam cursum tenerent, ingenti eos tempestate adorta in terram ejecti sunt, lacerataq; nauibus cum nullus in Cretam ostenderetur receptus, illic subsidentes Vrbem Hyriam condidere, & mutato nomine pro Cretensibus Iapyges Messapij facti sunt, & pro insularibus continentis habitatores. Adeo autem huius vrbis creuerat potentia, vt totius Iapygiæ imperiũ nullo negotio fuerit fere consecuta: at nunc eo miseriarum deuenit, vt nullus credere possit Messapiorum aliquando regiam fuisse. Sita est in Apennino, & facie inferum Mare prospicere videtur, duodecim millibus passuum per continentem distans, tergo superum, vnde quindecim milliaribus recedit. Bellum gessit cum Tarentinis & Rheginis Calabriæ populis, tantoq; apparatu belli prælium fuit commissum, tanto mistum numero tantisque pugnatum animis, vt illud adhuc dicatur, nusquam antea tantum humani sanguinis tantamque stragem accidisse. Illo (inquam) die quo prælium habitum est, tria millia hominum ex Vritanis desiderata sunt, Tarentinorum verò, & Rheginorum ne ab ipsis quidem hostibus qui superfuêre, occisorum numerus teneri potuit. Rhegini vt opem Tarentinis hoc in bello præstarent, Micythi cuiusdam Anaxilai famuli suasu adacti sunt. erat hic apud Rheginos vir non mediocris auctoritatis, vt qui ab Anaxilao Rege procurator ibi fuerat relictus, sed Rhegio post hac excedens Tegeam Arcadum incoluit: semper autem Tarentini societatem cum Rheginis, & arma iunxerunt. nam & Tarentinorum opibus etiam ipsi vsi sunt, quando a Dionysio seniore sunt

resunt obsessi. Ælianus etiam in varia historia narrat, quod cum Tarentini à Romanis obsiderentur, periculumq; esset ne fame ad deditionem compellerentur, Rhegini decimo quoq; die ieiunium decernentes victum Tarentinis concesserunt. Descendentibus ergo vtrinq; in aciem Iapygibus (inquam) & Tarentinis atrox conseritur pugna, vbi cæsis (vt dictum est) tot millibus vix tandem Iapyges victoria potiuntur. at hostes victi, ac profligati in duas cum fugerent partes, diuersi rapiuntur, nam Tarentum pars agmine præcipiti, pars Rhegium contendunt. Iapyges confestim duo itidem agmina ad fugientium terga cædenda dirigunt, alterum Tarentinos opprimere properat, quibus cum breue spacium fugæ daretur, magna occurrentium ac resistentiũ multitudo cæditur. Qui Rheginis insistebant, tanta præcipites contentione sunt insecuti, vt cum illis simul intra mœnia irruperint, atq; illo impetu momentoque sunt vrbe potiti. Decedentibus autem hostibus cum liberi essent Tarentini, memores calamitatis, & periculi illius festum quotannis constituerunt, quod ieiunium appellabant, Nistiam alio vocabulo. De Vria lege plura apud Strabonem, qui illam in via Appia, plurima apud auctorem de situ Iapygiæ, qui præcipue immoratur in nomine vrbis huius, explicando. Non pauca in oratione, quã Quintus Marius Corradus edidit ad ciues suos Vritanos de diuo Francisco Durrachino diuinis honoribus præstandis. Donatus tandem Castilio; & ipse Vritanus Medicus treis præmantibus libros habet de cœlo Vritano, quod inuitis omnibus, & contra quotidianum periculum defendit saluberrimum, Tarentino, Brundusinoque, (si Diis placet) præferendum. Illud tandem adiecit Diodorus hoc fuisse bellum Menone reme Athenienſium publicam gerente, Romanisque Coss. Lucio Æmylio Mamerco, & Caio Cornelio Lentulo, eiusdemque videtur meminisse Aristoteles libro de Repub. quinto. Cum eisdem Messapiis non longè post Tarentini denuo congressi victoriam nacti sunt, ob cuius memoriam equos æneos, captiuasque fœminas Delum donо miserunt, quod in Phocicis apud Pausaniam his legitur verbis: Iam Tarentinorum equi ænei, & captiuæ fœminæ dona sunt, quæ Messapiis barbara gente finitimis suis victis miserunt. Tarentini etiam de Peucetiis barbara natione à se victis decimam Delphos miserunt: signa elaborarunt Onatas Æginata & Calynthus: equestres & pedestres sunt imagines: Opis Rex Iapygum Peucetiis auxilium ferens, atque hic quidem in pugna cadenti persimilis: qui verò adstant, Taras heros est, & Phalanthus Lacedæmonius, & ab eo non longè Delphinus: ante enim quam in Italiam perueniret, naui in Crisæo mari fracta, ad littus Delphino euectum Phalanthum tradunt.

Bellum quod Tarentini alias gessere cum finitimis Barbaris.

CAP. II.

POst Archytam ciuem & imperatorem, post paucos alios bellorum duces, de quibus supra meminimus cum nullos haberent quorum ductu sperarent posthac de hostibus victoriam, coacti sunt in discrimine bellico Tarentini ad exteros confugere duces. atque initio Archydamo Agesilai filio vsi sunt, vt scriptum reliquit Pausanias in Laconicis. Traiecit Archydamus in Italiam, quo tempore Tarentini bellum gessere cum finitimis barbaris, quo in bello, Apollinis, cuius numen læserat, indignatione interfectus sepulture honore caruit, quamuis multam hostibus pecuniam Tarentini offerrent. Hos finitimos Barbaros Diodorus Siculus appellat Lucanos, quibus cum iterum Tarentini sunt congressi. Alii ex eodem Pausania, Achæos tradunt, qui Metapunto à Samnitibus deleta, locum habitarunt destructum: hostes quidem Tarentinorum nullam aliam ob causam, nisi quia à Lacedæmoniis, quorum Tarentini colonі sunt, fuerant ejecti: additur & simultatis causa altera ex Strabone. Achæi Leucippum socium legatum ad Tarentinos miserunt, vt ad diem, noctemque locum habitationi permitterent: repetentibus autem postea Tarentinis locum, si dies erat, ad noctem se recepisse respondebant, si nox, rursus ad diem referebant. quare indignati Tarentini bellum mouere destinarunt. indignationis, quam Apollo in Archydamum ostendit, si quis causam velit cognoscere, adeat Theopompum ille enim scribit, quòd Archydamus, cum esset Phocensibus fœdere iunctus, ab illis cum vxore Doricha donis corruptus Apollinis fanum diripuerat. Euenit hoc ãno ab vrbe condita decimo quarto supra quadringentesimum, quo tempore Athenienſibus præerat Charondas, Romaque Consulatum iam inierant Caius Plautius iterum, & L. Aemilius Mamertinus, atque Macedonia Rex Philippus Athenienſes aliqua clade nitebatur deprimere. Anno deinde sequente, vel septimo post, vt supputat Paulus Orosius, Tito Mallio Torquato tert. P. Decio Mure Coss. cum Lucanorum Populi in Tarentinos coiuissent, Alexandrum Epiri Regem classe trajectum in Italiam venisse constat. Alias nec semel Tarentinus miles sub Archyta præcipuè leni docuerat certamine, iram sine viribus inanem esse. fugarat (inquam) quandoque inimicum exercitum, fugatumque fuerat insecutus. at in nouo hoc tantoque apparatu prudens sibi cauit, ne bellica fortuna aliquando terga suo quidem more auerteret. Accito hoc de causa ab Tarentinis Alexandro, Dodonæum quod consuluerat oraculum respondit, sub monens aquam caueret Acherusiam, Pandosiamque Vrbem, ibi fatis eius terminum dari. Oraculum duobus hus Gracis versibus fuit expressum foliis scribente Sybilla:

Αἰαχίδη προφύλαξο μολεῖν Ἀχερούσιον ὕδωρ
Πανδοσίαν τε, ὅτι τοὶ θάνατος περόωντός ἐστι.

Quo circa Alexander transit ocyssimè in Italiam, vt quam maximè procul vrbe abesset Pandosia, & Acheronte amni, quem in Epiro ex Molosside fluentem in stagna inferna accipit Thesprotius Sinus: ignarus in ſta-

in Italia & Vrbem & fluuiũ eius dẽ nominis esse: & Iustino scribente, sperans non minorẽ in Occidente materiam Italiæ, Siciliæ, & Africæ occupandæ sibi à fortuna porrigi, quam Alexandro sororis filio in Oriente Asiæ, & Persis. Primo quidem congressu Alexandro minus obsequens fuit militaris alea: sed indignatus rem sibi male gestam propter ingratos Tarentinorum mores obuenisse, quia sibi obtemperare noluerunt, publicum Græcorum consentum illius tractus eorum compulsus odio ad Thuriorum agrum traducere conatus est, qui in Herculea Tarentini soli ade antiquorum ritu celebrabatur, iussitq; ad Acalandrum amnem ædificari locum, vbi concilia fierent. Aulo Cornelio iterum, Gn. Domitio Coss. bellum Alexandrinum traxit Samnites in Lucanorum auxilium. Hi duo populi aduersus Regẽ & Tarentinos, qui Regem accuerant, dum a Pæsto excursionem facerent, collatis signis pugnam habuere cruentam, sed eo certamine superior Alexander factus Romanos sibi conciliauit, cum esset incertus an a se desciti populi fidem essent seruaturi. eo tamen tempore cũ Brutiis Lucanisq; fudisset legiones, cumq; Heracleam Tarentinorum, quam diximus Coloniam, quæ iam ab illis defecerat, Consentiam ex Lucanis, cum Sipõte, & Brutiorum Aceranam siue malueris Therinam sibi obsequentes subegisset, ad alias sese cum exercitu suo conuertit vrbes, ex quibus trecentas illustres familias in Epirũ obsides misit. Scribit Liuius non paucis interitum Alexandri huius Molossi sub C. Petilio, & L. Papirio Mugillano Coss. ibi cognoscas vim fatorum vehementem. nam Alexander in Italia, quò se receperat, non in Epiro vnde aufugerat, Acherontem adiuuenit amnem, & Pandosium vrbem non longe ab oppidis, quæ hodie Acheruntia, & Matera appellantur. ibidem inuenies anno eodem Alexandrum Philippi in Ægypto Alexandriam de suo nomine conditam appellasse, cuius Molossus erat auunculus Olympiæ matris frater. Adijcitur ab aliis fide dignis, corpus Alexandri à Tyriis militibus redemptum, sepultumq; perhonorificè ab eisdem traditũ. scribit Strabo pluribus & ortum, & educationem eiusdem, at hæc omnia nos ex industria prætermisimus, cum nihil ad rem nostram facere visa fuerint. narrat Iustinus ex Trogo, Appulos Alexandrum mouisse bellũ, sed ab illo tandem abstinuisse, antiquitatis fata veneratũ.

De Cleonymo Spartano, & Agathocle Syracusanorum Tyranno.

CAP. III.

OCciso & aquis necato Alexandro, Brutii, & Lucani non destiterunt cum cæteris finitimis Tarentinos infestare. vsi sunt hoc tempore Tarentini militia duce Cleonymo Spartano: si vera sunt quæ scribit Strabo, & illius ductu atq; auspicio Thurias in Calabria vrbem subegêre. fuit Cleonymus magna apud Tarentinos existimationis, quòd aperte colligitur ex Aristotelis opusculo illo, vbi de admirandis agit auscultationibus: Italiæ (inquit) mons est Clysæus nomine, in quo veneni quædam species lethalis oritur, huius vis atque naturæ, vt si quis ex ipso aspersus fuerit, cõtinuò concidat, ac caluus efficiatur, membraque totius corporis defluant. quamobrem superficiem corporis defunctorum miseratione dignam inde esse traditur. Hanc autem veneni speciem ferunt Paulum, Peucestium, & Gaium cum Cleonymo Spartano tradere decreuisse, à Tarentinis compertos, ac de veneno interrogatos capitales pœnas persoluisse. hactenus philosophus. At quoniam de Cleonymo Spartiata haud plura inuenimus ad nos pertinentia, præter hæc quæ dicta sunt, omissis quæ in Pyrrho & Demetrio Plutarchus refert, ad Agathoclem tota præsens se conferat oratio. Hic Syracusis abscedens indignatus, quod honore & dignitate Chiliarchatus auctore Sosistrato fuerat primatus, in Italiam profectus ad Brutios defecit, quibus cum aduersus Crotoniatas eisq; fauentes Syracusanos bellum mouit. sed eo prælio victus Agathocles fugatusq;, a Tarentinis fuit exceptus quam benignissime, vbi ob singularem quam profitebatur militarem peritiam, præfectura donatus est. cumq; in rerum nouarum suspicionem post modum incidisset, dignitatem simul cum ciuitate qua fuerat donatus amisit. Agrigentini a Sosistrato ad reprimendam Agathoclis tyrannidẽ cohortati, ducem exercitus Cleomenis Regis filium natu maximum, qui paratam in Lacedæmonia classem habebat, delegere. Is Tarentum Sparta nauigans Tarentinos cum parata quam & ipsi habebant classe ad Agathoclis expugnationem socios adscripsit, quibus cum applicuit tandem Agrigentum. Eius aduentu Agrigentini magna primum sunt affecti lætitia. sed post eius hominis vecordiam luxumq;, ac rei militaris imperitiam, & quod dolo Sosistratum cum coniugente ad necem depoposcerit, Syracusani, Agrigentini simul & Tarentini experti spretum militiæ præfectura primarunt, lapidibusq; etiam impetierunt. cæterum ipse eorum deinde impetu noctu cæteris ignorantibus Agrigento sua classe soluens Lacedæmonia reuersus est. & Tarentini cognito eius recessu Tarentũ reuerterunt. Cætera quæ de Agathocle scribuntur, legas apud Thomam Fazellum, Trogum Pompeium, & eius abbreuiatorem Iustinũ, Diodorum Siculum, & Athenæum: ibi enim inuenies Agathoclem humilis loco, & sordido genere vt potè ignobili & figulo patre genitũ Syracusarum vrbis tyrannidem occupasse, cui puero posti patris obitum dormienti ingens apum examen fauum mellis ad os coniculans formauit. notatur eius libido tam inde ab adolescentia, vtraq; enim in Venere laborauit. quare Timæus scortum promiscuum impudentissimũ, & cuiq; obscœnissimo expositũ Trorche a Troglie ano effrenatæ libidinis appellabat, ex cuius lasciuia natum ferunt proverbium: scorto Rex, vt in verbo Graculus legitur apud Suidam. Vno autem illo commendatur quod in amica fortuna nunquam sine fictili opere cœnasset, opesq; simul cum pauperie admisceri isset. qua de re extat Ausonii quod sequitur epigramma perelegans, quod alios ad modestiam cohortatur:

Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea Regem.
Atque abacum Samio sæpe oneratse luto.
Fercula gemmatis cum poneret horrida vasis,
Et misceret opes pauperiemque simul:
Quærenti causam respondit: Rex ego qui sum

Sicaniæ, figulo sum genitore satus.
Fortunam reuerenter habe, quicunque repente
Diues ab exili progrediere loco.

Eum mortuum vxor sic lamentata & luxisse perfertur:
cur non ego te? cur non tute me quoque?

Quæ fuerit inter Romanos, & Tarentinos simultatis origo. CAP. IV.

ERat in tractu magna Graciæ ad Zephyrium promontoriũ Vrbs à Naritiis condita, ea dicebatur Locri, cuius nõ modo Vergilius apud Latinos meminit,

Hic & Naritii posuerunt mœnia Locri:

Sed & Liuius, Solinus, Pomponius Mela, & Trogus: apud Græcos Ptolemæus ipse, Strabo, Pausanias, Stephanus, & Eustathius. Palæpolis deinde dicta quasi vetus, vt Neapolis, Noua ciuitas. Cum igitur obsiderent Palæpolim Romani in eo bello quod aduersus Græcos gerebant, cũ Lucanis & Appulis fœdere iuncti Publ. Philone Cos. cui triumphus ob partam decretus est victoriam, hac ratione sunt vrbe illa potiti. obsessi Locrenses cũ iã experti essent vana atq; ludribria esse, quæ à Tarẽto, & Samnitib. expectarãt auxilia, auctorib. Nymphidio, & Charialo ciuibus sese Romanis sponte dedidere, leuissimũ deditionis malum opinati. grauissimũ si vi caperentur. Quod factũ cum Tarentini rescissent, ac si illi ita misere obsessi atq; ipsis defecissent, ac non magis illos ipsi vana auxilij spe delusissent, increpare eos vt in societate non fortes, ira atq; inuidia in Romanos furere cœperunt, audientes insuper Lucanos & Appulos iã in Romani populi fidem transiuisse. Hu & sequẽtib. causis inter Tarentini consilia inuestigande pro serendis discordiis via atq; artis, vt Lucani quos iam ad Romanos isse certò cognouerant, reuocari impellirq; ad abolendam Romanam societatẽ possent. Eo n. res peruenerant, vt Romani aut hostes, aut domini haberentur, discrimenq; rerum suarum in bello Samnitico, & illius ab euentu verti cernebant. Hortantur itaque primũ omnium Samnites Tarentini, vt forti animo sicut eos decebat, bellũ sustineant, auxilia, & commeatus promittentes. inde subducunt Lucanorũ quosdã iuuenes, qui precio asciti clari magis inter populares, quam honesti, inter se multati virgis cum corpora nudata in ciuiũ cœtum intulissent, in media concione gemebundi vociferati sunt, iussu Romani Consulis se fœde cæsos, ac prope securi percussos quod Romana castra ingredi ausi fuissẽt. Res suapte natura deformis cum speciem iniuriæ magis quam doli præseferret, concitati homines illorum clamore magistratus Senatum egere poscunt, vt bellum Romanis inferatur: alii ad concitandam in arma agrestium multitudinẽ discurrunt, tumultusq; etiã sanos consternante animo decernitur, vt societas cum Samnitibus renouetur, & legati ad eam conficiendam mittantur. Repentina res, quia vt causam nullã, ita ne fidẽ quidem habebat: quocirca sunt à Samnitib. coacti, & obsides dare, & præsidia in munita loca accipere. caeci quidẽ in fraude, & in ea nihil recusarunt. Dilucere deinde breui fraus cœpit, postquam criminum falsorũ auctores Tarentũ commigrauêre: & amissa de omni re potestate nihil vltra quã vt facti paniteret frustra eis restabat consilii. & quoniam de Samnitib. facta est mentio, ridicula illa Tarentinorũ legatio ad Samnites, & Romanos initio belli prædicti sequatur necesse est. Anno ab vrbe condita 400. & 39. cũ Samnites ad Luceriã castra habentes à Papirio consule, cuius curæ delegatũ fuerat bellũ à collega Publio, coacti essent vt vel dimicarent vel sese dederent: per id tempus parantib. vtrisq; sese ad prelium legati interueniunt Tarentini Samnitibus Romanisq; denunciantes, vt bellũ omnino dimitterent: per vtros stetisset quominus ab armis recederent, aduersus eos se pro alteris acriter hostiliterq; pugnaturos. ea Papirius legatione audita perinde ac si motus fuisset eorum dictis, cũ collega se communicaturum respondit: quo accito cũ tempus omne in apparatu bellico consumpsisset, collocutus de re haud dubia, signum pugnæ proposuit. cũ interea agorent Coss. diuina humanaq; omnia, quæ quando acie dimicandum sit, agi assolent: expectabant Tarentini legati quid respõderet. illis Papirius qui legationẽ acceperat, ait: Auspicia secũda esse, Tarẽtini, pullarius nũciat: litatũ præterea est egregiè. auctorib. Diis, vt videtis, ad rẽ gerendam proficiscimur. inde iussit ferri signa, copiasq; eduxit, vanissimã increpans gentẽ, quæ suarũ impotes rerũ prædomesticis seditionibus, atq; discordiis, alsis modũ pacis ac belli facere æquum censeret. Samnites ex parte altera cum omnẽ belli causam remisissent, quia aut pacem verè cupiebant, aut expediebat simulare, vt Tarentinos sibi conciliarẽnt, cum instructos repente ad pugnã Romanos conspexissent, vociferari se in Tarentinorum auctoritate manere, nec descendere in aciem, nec extra vallum arma ferre: deceptos acie potius quodcunq; casus ferat passuros, quam vt spreuisse pacis auctores Tarentinos videantur. qua de causa Romani Coss. vallum hostium militem subire cogunt. Hic momento temporis repletus fossis, munitionibus disiectis castra miles irrupit, cædis & ruinæ omnia complens, fuissentq; hostes ad vnum obtruncati, nisi duces militem à cæde imperio & minis reuocassent. dolere vulgò omnes interpellatam suæ iræ dulcedinem, ob idq; Cos. adiisse: sed pro cõcione edoctis sunt sexcentorum equitum, qui in hostium potestate essent, rationem haberi oportuisse, ne qui in Vrbe inclusi erant recente suorum cæde irritati florem Romanæ iuuentutis crudelissimè necarent. Laudare militem quod suæ irati itum esset obuiam, omniq; prius ferenda existimare, quam salutem tot fortissimorum iuuenum prodendam.

Initium belli inter Tarentinos & Romanos. CAP. V.

BEllum quod inter Tarentinos & Romanos duce Pyrrho Epirotarum Rege maximo sumptum est, scribit Agellius fuisse anno ferè vrbis cõditæ quadringentesimo, & septuagesimo, qua tempestate Epicurus Athenienfis, & Zeno Cittiensis philosophi erant percelebres. Paulus Orosius, quem post diuum Antoninum Florentinorum Episcopum assequitur Ioannes Sedennius in Hispana historia, ab hoc numero 6. annos subtrahit. Plinius ad annum septuagesimum secũdum, nonnulli ad septuagesimum tertium supra quadringen-

Digitized by Google

gentesimum referunt. Polybius in primo dicit anno vno A
ante Gallorum in Italiam aduentum Tarentinos bellũ
cum Romanis gessisse vocato ad se Rege Pyrrho: illud
animaduertendum, quod anno trigesimo quarto ante
hoc est ab Vrbe condita quadringentesimo & tri-
gesimo septimo, Tarentini fuerant domiti à C. Iunio
Bruto Bubulco Cos. ob eam arrogantiam, qua vsi
sunt Romanis & Samnitibus edicentes, vt à bello desi-
sterent, sicut in precedenti visum est capite. Verba Li-
uij apposui non multa illa quidem ex libro nono, sed at-
tentione digna: Apulia (inquit) perdomita (nam Ta- B
rento quoque valido oppido Iunius potitus erat)
in Lucanos perrectum. Hec Liuius. Indictum Ta-
rentinis bellum fuit à Romanis, eo quòd iniuria (quod
ius gentium minimè patitur: neq; enim ὁσιον εστιν ἐς
ἄδικα ἔθνεα ἰέναι, ἀδικεῖσθαι δὲ μὴ δικάζεσθαι)
affecissent turpissima eorum legatos & fœciales ex Ur-
be missos ad res de more repetendas, cum Romanam clas-
sem illac preterentem spectaculo Amphitheatri, cuius
formam olim extitisse detecta nostris diebus indicant
vestigia, & quod fortè ad prospectum maris imminè- C
bat, à longè visam hostiliter inuaserint, odio in illos con-
cepto ob desectos sese à Iunio, (vt diximus) non modo
Samnites, quibus cum icerant fœdus. Quinq; tantum
hanes Romana classis vix tunc per fugam iunt elapsa,
cateras Tarentini in portum retraxerunt suum, ac pro-
fligauerunt, occiso ad hec Dumuiro, qui preerat classi,
prefectisq; etiã nauium singularum impiè trucida-
tis, & omnibus qui bello vtiles erant recisis, reliquis
precio diuenditis. Incredibilis populi tunc florentis Ta-
rentini superbia, qui scelus sceleri iure (vt dictum est) D
gentium neglecto addidit, sed verè finem fruendarum
opum quibus ad inuidiam abundauerat, quæsiuit. Tã-
ta vero legatorum fuit constantia, vt cum omnes pulsa-
ti essent, vnusq; etiam vrina aspersus in Amphitheatrũ
(vt est consuetudo Gracia) introducti legationem qui-
bus acceperant verbis peregerunt, de his quæ passi erant,
conquesti non sunt, ne quid vltra ac mandatum sibi es-
set loqui præsumerent, intimisq; eorum pectoribus anti-
qui mori respectus dolore, qui ex contumelia grauissi- E
mus sentitur, conuelli non potuit. Tuncq; primum Ro-
mani aduersus Transmarinos hostes dimicauerunt, Le-
gatos suos ita vindicantes à Tarentinis pulsatos, vt alias
à Fidenatibus, à Teuca Regina, à Gallis Senonibus in-
terfectos. Suidas in verbo τηβεννα Romanum cinem,
quem in legatione vrina, siue stercore inquinarunt,
Post humium appellat, quem Tebennum cognominatũ
ex illo tempore tradit à Romana veste polluta, cui te-
benno nomen indutum tradit à Tebenno quodam Ar-
cade, qui primus eam chlamydem induit, cum Ioniũ
sinum ingressus esset, & ab illius loci incolis susceptus: à F
quo edocti indigenæ eodem modo vestierunt, & vestem
Tebenniam vocarunt, postea nomine corrupto Teben-
nus dicta est. Data est prouincia Æmilio Cos. qui ni-
mis atrox paucis diebus agros depopulatus est Tarenti-
nos. Addit diuus Antoninus, quod Romani dum secũ
meditarentur, qui & quanti essent hostes, necessitate co-
acti proletarios etiam iuuenes, qui pauperes erant, &
plebij, ad sumenda arma, ac si militia esset tumultua-
ria, excitarunt. His itaq; rationibus Tarentini à Ro-
manis bello petiti, cum magnarum rerum potentia viribus
inferioresq; se agnoscerent, neq; tutò possent se finitimo-
rum fidei committere, vt qui sæpe leuissimis de causis de-
fecissent, cumq; ob innatam superbiam nobiliumq; pra-
uitatem bellum nollent deponere, Pyrrhum nobilissimũ
Epirotarum Regem ac Imperatorem tunc maximum
ducem accersere statuerunt, vtpote inter cæteros Reges
magis ocioſum, req; militaris peritissimum. Quibus
autem placuerit hac sententia, quique in eam pedibus ine-
rint, discam paulo post, vbi pauca docuere, quis nã fue-
rit hic Pyrrhus, quem in tanta aduersus Romanos ex-
peditione accersendum magno conatu curarunt Taren-
tini. Erat Pyrrhus materno genere ab Achille, paterno
ab Hercule oriundus. Pausanias in Atticis refert Ale-
xandrum Philippi habuisse propinquissimum. Si quidẽ
Tharypus quidam a Pyrrho Achillis decimus quintus
Alcetum genuit, Alcetas Arybbæ fuit pater, & Neopto-
lemi. Arybbas natus est Æacida, Neoptolemo Olym-
pias: hæc mater fuit magni Alexandri, Æacida pater
Pyrrhi occiso ab Epirotis patre, cũ ad necem & ipse quò
que infans quæreretur furtim subtractus est, & ad Illy-
ricum delatus, & traditus Heroe Glauci Regis vrbẽ
fuit nutriendus. Cum vndecimum ageret annum reuo-
catus a suis tanta virtute creuit, vt cum, sicut Cæcilius
scribit, imperium orbis agitaret, & Romanos potentes
videret, Apollinem de bello consuluerit: ille ambiguè de
more respondit:

Aio te Æacida Romanos vincere posse.

Hoc ad se dictum trahens auxilio Tarentinis contrà
Romanis venit. Huic tradit Aelianus pergratum fuis
Aquila cognomen, quemadmodum Antiocho Accipi-
tris. Accepto ab Epirotis regno sibi debito, primùm in
Coryreos arma mouit, quo in bello nauali bus copios (vt
Thucydides est auctor) Tarentinis fuit adiutus, vt aliãs
ab ijsdem adiuti sunt Lacedæmonij aduersus Athenien-
ses. metuebat Pyrrhus Corcyreorum insulam, quam fi-
nibus suis ex aduerso sitam hostibus pro statione futu-
ram aliquando suspicabatur. In Macedonia aliquan-
do est dominatus pulso Demetrio, quousq; à Lysimacho
inde pulsus est, atq; in patriam reuocatus multas ab eo
clades est passus. hæc atq; alia de Pyrrho leguntur, priusq;
quam Tarentinis opem ferret.

Metonis Tarentini oratio ne Pyrrhus accerseretur. CAP. VI.

COncilio, quod Tarentini inierant de Pyrrho ad-
ducendo licet per maiores natu & grauiores resi-
steretur, eam sententiam ciuitatis maximè obfuturam
perniciemq; multam allaturam clamantes, qui tamen
belli gerendi auctores fuerant, in concionibus suffragijs
que ferendis plus potuere. strepituq; & vi audiri bonos
& prudentes viros non permisere. quo in tempore quis-
dam Meton nomine vir vrbanus, & ea ipsa die, qua de-
cretum de Pyrrho vocando sciri per populum debebat,
& multitudo in concione sederat, accepta corona & lã-
pade quasi ebrius tibicine ducente ludibundus in con-
tionem pervenit, vtq; fit in turba populari, alijs applau-

Digitized by Google

dentibus aliis ridentibus, & vt procederet in medium A
inuitantibus, processit ille ridiculus, & quasi aliquid cã-
taturus astitit. sed vbi silẽtium nactus est, viri (inquit)
Tarentini bene facitis qui iocari & ludere volen-
tibus dum licet, permittitis: si tamẽ sapitis cuncti,
hac ludorum libertate fruemini antequam Pyr-
rhus aduenìat. Nam tunc non nostro, sed ipsius
arbitrio viuendum erit. *Hac verba non multos ex*
Tarentinis casurae libertatis admonitos commouerunt,
murmurq; fuit per concionem laudantium approban-
tiumq;: sed qui Romanos timebant, ne facta pace, dede- B
rentur formidantes, populum increparunt, quod in ho-
neste se deludi paterentur, & simul his dictis Metonem
concione propellunt, eiectoq; confestim, vt in suam sentẽ-
tiam decretum fieret, obtinuerunt. Quo firmato, oratо-
res cum donis ad Pyrrhum transmittuntur nõ solũ Ta-
rentinorum, verum etiam Italicorum, qui dicerent se
indigere sapiente & magna autoritatis viro: nam copias
satis frequẽteis sibi in Italia affuturas ex Lucanis, Mes-
sapiis, Samnitibus: equitum eum xx. peditum CCCL.
millia habiturum. Hac non Pyrrhũ solũ extulere, sed & C
Epirotas ipsos ad militiã adeo inclytã, & quaestuosam
emptiores fecerũt. Persuaserãt Regi Italiã toti Graeciae fa-
licitate praestare, nec esse satis aquũ se amicos, & supplicũ
more auxilia rogantes iniquissimis temporibus suis de-
seri. hac exponentibus legatis, Troiani belli euẽtus Pyr-
rho in mentem venit spemq; concepit, ex animi senten-
tia omnia euentura, quando ipse ab Achille (vt dixi-
mus) originem ducens aduersus Troiae Coloniam arma
esset sumpturus. Scribit Ioannes Sedennius auctor His-
panus in summa clarorum virorum ad Philippũ Ca- D
tholicum simul & inuictũ Regem nostrum semper feli-
cissimum, Pyrrhum humiles Tarentinorum preces re-
spexisse, at imprimis maiorum exemplo suorum, Ale-
xanari videlicet, quo de egimus, Molossi, huic populo
venisse suppetias. Erat praeterea & regnadi percupidus,
magni Alexãdri aemulatione ductus, cui totius orientis
imperiũ contigisse audierat: hac sibi occasione à fortuna
praestita, totam saltem Italiam occupare sperabat. noluit
autem (vt dictum est) Apolline in consulto arma capere.
sed per hanc Apollo suam ambiguam consuetudinem
perurbanè respondit, vt è duobus quidquid accidisset
ipse diuinus, non modò verax haberetur: ait enim, vt ex
Ennii fragmentis colligitur:

Aio te Aeacida Romanos vincere posse.

Aiq; ita siue Pyrrhus à Romanis, siue Romani à Pyr-
rho vincerentur, securus fatidicus, vtrumlibet spectа-
ret euentum: sed verissimum illud credi potest, quod ab
eodem Ennio traditur,

——stolidum genus Aeacidarum
Bellipotentes magis quam sapientipotentes. F

Nam dicto Apollinis per obscuro in voluntatem tracto,
Pyrrhus pro Tarentinis stare aduersus Romanos omni-
no decernit.

Cyneae ad Pyrrhum sermo de abstinendo ad Italiam aduentu, belloq; ibi gerendo. CAP. VII.

ERat his temporibus in Thessalia Cyneas vir magni
ingenij, quiq; cum Demosthenis fuisset auditor, in eius
imitationem se tradens maximè vim dicendi illius as-
sequi videbatur. Hic apud Pyrrhum degens, cum sepe
ad ciuitates transmitteretur, verum esse ostendit illud
Euripidis dictum: Omnia conficit oratio, vel quae
hostile etiam ferrum conficere non potest. *Et Pyr-*
rhus ipse dicere solitus erat, plures à Cynea oratione quã
à se armis captas partasq; esse vrbes. itaq; ipsum semper
in honore habuit maximo, vsusq; plurimum est illius
opera. Hic igitur Cyneas Pyrrhum ad Italiam adeo in-
clinatum cernens, cum inuenisset illum aliquando occa-
sum fretusq; quod alias eo familiariter esset vsus, in hu-
iusmodi sermonem adduxit: Egregij quidem bello Ro-
mani esse dicuntur, & multis bellicosis imperare gen-
tibus. quod si eos superare nobis Dij concesserint, quid tũc
agemus Pyrrhe? adhaec Pyrrhus: De re haudquaquam
obscura (inquit) ô Cynea percontaris, neq; enim barbara
nobis neq; Graeca ciuitas illic resistere valeret, Romanis
superatis, sed haberemus confestim Italiam totã, cuius
magnitudine & potentiã minimè te ignorare arbitror.
Parumper ergo cõmoratus Cyneas, enimuero cum Ita-
liã ceperimus (inquit) quid tunc agemus? & Pyrrhus
nondum mente eius intellecta, proxima (inquit) est Si-
cilia insula felix, & populosa, capi verò facilis ob sedi-
tiones ac discordias ciuitatũ. rectè dicis (inquit Cyneas)
sed an finis militiae ac laborũ nobis erit Siciliam cepisse?
Deus modo (inquit Pyrrhus) victoriam praestet, nãm
veluti praeludiis vtemur ad res maximas conficiendas.
quis enim se Lybya abstineat, & Carthagine, quam nu-
per Agathocles clam ex Syracusis profectus exigua clas-
se paulò abfuit quin caperet? his autem victis nullus no-
bis resisteret hostis. ita est inquit (Cyneas, constat n. q. &
Macedoniã recuperare, & Graeciae dominari certissimè
cum hac potentia licebit. Sed victis omnib. ac subactis,
quid faciemus tandem? Et Pyrrhus ridens, ocium (inquit)
agemus, & quotidiana festiuitate mutuisque ser-
monibus laetitiaque perfruemur. Cum ad haec Cyneas
Pyrrhum adduxisset: & quid vetat ô Rex (inquit)
quo minus nunc ista laetitia & festiuitate & ocio per-
fruamur? adest quippe nobis sine labore facultas eorum,
ad quae per sanguinem, molestias, & pericula nostra, & E
aliorum peruenturi sumus. his Cyneas verbis turbauit
potius Regem, quam incepto retraxit, spem eorum qua
conceperat deponere nequeuntẽ. vterq; quidem parum
honesta intulit, & Rex quiocium, non beneficentiam, &
cultum iustitiae victoriae fructũ credidit, & Cyneas qui
Regem in otio retinere satius duxit, quam ab iniuria
mortalibus inferenda auertere: quãuis alias laudabilior
videri possit Pyrrhus, qui tanquam continens ac prudẽs
praesentem audebat molestiam subire, vt postea diuti-
niore perfrui valeret voluptate. Interea Tarentini le-
gationẽ iterarunt adiectis Samnitũ, & Lucanorũ pre-
cibus, & Pyrrhus cum esset post ictum cũ his populis fae-
dus, intentus ad bellũ cum Romanis gerendũ, excogita-
uit primo tactis publicis pontibus inter mallũ Graeciae at-
que Italiae ab Epidamnia ad Hydruntũ continuare: q
idem post eũ M. Varro, cum classibus Pompei piratico
bello praeesset, tentauit: sed cum aliis Pyrrhus & fortasse
maioribus premeretur curis, cũq; Tarentinis festinandũ

esse moneremus, propterea q; Romanus exercitus cũ Æmilio Cos. in vniuersos igni ferroq; irrueret fines, nullo sibi obuiam eunte, sed tutus omnia ad libidinem vastaret, plurima expugnaret oppida: iniuriã insolenter acceptam insolentius & crudelius vindicaret, ad expeditionem a tam memorabili auersus opera se accingit: atq; Cyneam ipsum Oratorem paucis interiectis diebus cum tribus millibus militum Tarentum misit, ab Antigono naues ad exercitum deportandum mutuò petit. multa etiam rates, & omnis generis nauigia ex Tarento ad hoc idem faciendũ delata sunt, ab Antiocho pecuniam petit, quia opibus quam militibus instructior erat: a Ptolemæo Macedonum militum auxilia. sed Ptolemæus, cui nulla dilationis ex infirmitate virium esset venia, quinq; millia peditum, equitum quatuor millia, Elephantos quinquaginta, qua ex parte virium bus (vt dicetur Romani victi) sunt, non amplius quam in biennij vsum tradidit. De his paulo alter scribit Plutarchus: nam Elephantes viginti numero dicit ratibus super imposuisse Pyrrhum: coramq; aliquot cœpisse refert Pausanias in ea pugna, quam gesserat cum Demetrio, equitum prætereatria millia, peditum viginti millia & tria, sagittariorum duo millia, & funditores quingentos.

A

B

C

Pyrrhi naufragium in mari Ionio, quando Tarentum appulerit, & de caduceatore ad Romanos misso.

CAP. IIX.

HOc apparatu Pyrrhus Epirotarum, Thessalorum Macedonum, & incognitis in id tempus Elephãtis nauigans, anno ab vrbe condita (vt scribit Orosius) sexagesimo quarto supra quadringentesimum, relicto Ptolemæo filio, vt Epirotarum præesset regno decimum quintum annum agente, cum medium teneret Ionium rapitur vento Boreæ intempestiuè exorto, classis per mare disiecta, nauesq; dispersæ aliæ in Libycum ac Siculum pelagus sunt delatæ, aliæ in summam Iapygiam, cum superare nequirent, nox simul & procella in loca aspera, cæcaq; illidens omnes confregit præter regiam. Erat autem septiremis, qua post mortem Pyrrhi fuit Annibalis Carthaginensium Ducis, & eam amisit in nauali prælio, quod gessit cum Romanis in Sicilia, & in scapham prosiliens fuga saluti suæ consuluit. Hæc igitur nautarum & gubernatorum magna vi aduersus venti impetum nitentium tandem littus versum adigitur, & dum obliquum ventum, magnitudine ac robore resistebat, euadebatq;, sed postquam a terra veniens procella ferire proram cœpit, ac ne fatiscere magnum erat periculum, & se mari sæuienti variisq; agitato ventis permittere terribilissimum omnium videbatur, Pyrrhus sese ex naui in mare deiecit, statimq; circa ipsum familiarium amicorumq; pro eius salute fuit certamen: sed nox & fluctus cum magno fragore, ac violentia opus difficile auxiliantibus faciebant. itaq; vix tandem luce exorta vento deficiente ad terram peruenit, corpore qdẽ penitus exhausto, at robore animi inuicto. Messapii inquorum litora euaserat, promptissimè ad opem ferendã

D

E

F

conuenerunt, & simul naues quædam ex tempestate superstites aduenere, in quibus erant equites perpauci, pedium verò circiter duo millia, elephanti duo. Paucis post diebus cum his copiis profectus, & militibus a Cynea obuiam adductis Tarentum expectatus intrauit, quorum apparatu Tarentini nõ minus admirati sunt, quam gauisi sunt, imprimis propter Elephantos, qui nusquam in Italia antehac fuerant conspecti. Primo quoq; tempore nihil inuitis Tarentinis agere cœpit, quoad hausibus ex mari seruata copia conuenêre. Sed cum animaduerteret populũ sua sponte non seruare se ipsum, nec seruari ab alio posse, sed tanquam illo propugnatore domi sedere balneis consuetoq; indulgentem, clausit gymnasia, & deambulatoria omnia, in quibus phalantes pro rebus verbis militabant: potus vero & lasciuias intempestiuas inhibuit. Delectum habuit ita acrem, vt multis imperium ferre insueti, ex vrbe migrarent, seruitutem vocantes non viuere ad voluptates. Decius Magius superbam appellauit Pyrrhi dominationem, & miseram Tarentinorum seruitutem: hic enim vnus fuit qui restiterat, ne huiusmodi præsidium in Vrbem acciperetur. De Pyrrhi aduentu scribit Pausanias in Atticis, legisse in libris non sane illustrium auctorum Pyrrhi cum alacritatẽ, quam in prælijs præ se tulit, summa prouidentiam qua se ad futuras dimicationes comparauit. in Italiam classe transmisit, cumq; iam appulisset, non prius adesse eum Romani animaduertere, quam cominissa cum Tarẽtinis pugna, se ille cum exercitu inopinato ostẽdit, factoq; repente impetu, hostium (vt par fuit) agmen turbauit. Videndus etiam est Polybius in primi libri fragmentis, quid fecerint Rhegini Tarentinorum, vt diximus amicissimi audito Pyrrhi in Italiã aduentu: inuenies n. eos Romanorum opẽ ac præsidium postulasse, & a militibus eo per Romanos missis fuisse vrbe sua depulsos, aliasque huiusmodi calamitates perpessos, tandem & vrbem & agros recepisse. sed iam historiæ seriem prosequamur. Albinus Romanus consul magno iam apparatu aduentare & Lucaniam omnem acriter vastare nunciabatur. Albinus in Plutarcho solo legitur. Eutropius, Lucius Florus, Plinius, Sabellicus, Orosius, Sigonius, Liuium secuti, P. Valerium Leuinum Cos. tradunt a Romanis ad hanc expeditionem tunc missum: quin & ante hunc Leuinum aduersus Tarentinos ab alijs compluribus ducibus benè pugnatũ legitur, recensetur in his L. Æmilius Barbula, cum Q. Marcio Philippo in Capitolinis triumphus. Hoc audito nuncio Pyrrhus, quamquam non aduenissent sociorum copiæ omnes, indignum tamẽ ratus tolerare, hoc cũ exercitu obuiam proficiscitur, verum præmisso non multis millibus passuum caduceatore ad Romanos, si vellent ante bellum, se iudice, & mediatore cum Tarentinis de iure causam decerni: responso autem a Cons. dato, Romanos nec elegisse Pyrrhum iudicem, nec hostem formidare, tunc progressus inter Pandosiam vrbem Heracleamq; castra posuit. Cumq; audiret Romanos transiisse flumen Syrin castra habere, non longè ab ipsa Heraclea secus amnẽ ipsum speculandi gratia obequitauit, ordinesq; & formã castrorum, custodias, & disciplinam admiratus Romanorum, hæc (inquit) barbarorum disciplina

barbara non est, sed opera eorum videbimus. Eutropius & eum secutus Blondus sentiunt non ipsum Pyrrhum exploraße, sed alios à se missos, qui capti à consule Leuino per castra ducti sunt, cumq; vidißent omnem exercitum, dimissi sunt, iussi vt quæcumq; geri à Romanis vidißent, Pyrrho renunciarent. Explorato igitur, vtcumque fuerit, perlustratoque exercitu, ipse de futuro sollicitus expectare socios, quos ex naufragio perdiderat statuit: aduersus autem Romanos si forte amnem Syrim transire tentent stationem opposuit. at Romani, vt ille expectare decreuerat, sic ipsi prævenire festinantes transnare cæperunt flumen, haud vno tamen vado pedites equitesq;, sed pluribus simul locis: itaq; metuẽtes Græci ne circumvenirẽtur, se retraxerunt. Et Pyrrhus vt hæc sensit, turbatis pedestriũ copiarum ducibus mandauit, vt confestim armatos milites in ordinibus continerent, ipse autem cum tribus millibus equitum profectus est, sperans transeuntes adhuc & sparsos sine ordine Romanos inuasurum, accessuq; suo in ripa adhuc tumultuantes conturbaturum: at vbi clypeos multos pro flumine stantes, equitesq; in ordine ob viam prodire conspexit, primus omnium in hostes medios delatus, armis atque ornatu egregiè insignis gloriã, ac famam virtutis suæ rebus ipsis asserit. manus enim & corpus exhibens prælio, & contra hostes fortiter pugnans, prouidentiã tamen boni ducis non omittebat, sed vbicunq; auxilio opus erat accurrens, rectis consiliis bellum gubernabat. In ea pugna Leonatus Macedo virum Italicum conspicatus intentum, semperq; contra stantem, & simul se mouentem, cernis (inquit) ô Rex barbarum illum, quem niger equus pedibus albis portat? Is magnum quiddam agitare in animo videtur, nam te solum intuetur, & tibi soli intendit: & Pyrrhus adhæc: fatà quidem ô Leonate nemo potest effugere, verum enimuero nec iste, nec alius quisquã hostium in manus nostras venisse gaudebit. adhuc loquebantur, cũ Italus citato equo infesta hasta Pyrrhum inuadit: non tamen Regem percussit, sed equum, & simul à Leonato ipsius equus peremitur, ambo in terram ceciderunt, sed Rex à suis protectus asportatur, in alium q; recentem equum cum subito conscendisset ad pugnam est reuersus. Italus verò pugnans sua virtute infelix confoditur. Erat hic genere Ferentanus, præfectus turmæ nomine Eblacus: hoc periculum admonuit Regem magis cauere.

De errore ex armis Regiis concepto: de Romano exercitu fugato: de numero occisorum: & de Pyrrhi animo ob victoriam elato.

CAP. IX.

POst hæc Pyrrhus nihilo ad pugnam segnior cum equites animaduerteret impetũ ferre non posse, phalangem insuper accitam opposuit. ipse chlamyde & armis vni ex amicis Megadi traditis atq; illius assumptis incognitus ad prælium reuertitur. Resistentibus autem acriter Romanis diu anceps fuit prælium, septies enim dicuntur pepulisse, ac pulsi esse vtrinq; omnibus mortis intentis, & fugæ nescis, nam permutatio armorum quæ ad salutem Regi plurimum contulit, paulominus rem subuertit, victoriamq; hostibus præbuit. Certatim enim ad cædem eius, qui arma Regia gestabat, concursum est. sed ante omnes Dexter quidam nomine illum prostrauit, chlamydeq; & casside detracta se Pyrrhum occidisse clamitans, & spolia ostentans ad consulem properauit. Erat ob hoc Romanis lætitia, Græcis verò socordia atq; formido, ita vt parum abfuerit quin in fugam se conuerterint: donec Pyrrhus intellecta re per aciem discurrens nudo capite se militibus ostendit. Decreuerat inde iam aufugere tanto hostium impetui non resistere posse animaduertens, cum equis Romanorum ob Elephantes conterritis, ac sessores inde auferentibus, ac plurimos excutientibus, immissus à Pyrrho equitatus Romanos qui semper vincere consueuerant, non absq; Epirotarum, & Tarentinorum sanguine, & Cõsulem imprimis in fugam conuertit: cum præsertim nox quæ iam aderat prælio finem dari suaderet. Orosius non beneficio noctis tantum pugnæ finem impositum tradit: verum etiam quia Minutius quartæ legionis primus hastatus protentam in se manum belluæ gladio desecuit, & conturbatam dolore vulneris auertit bello atque in suos sæuire compulit, eiusque immoderato discursu perturbari ac permisceri cœperunt. Huius Minutii Lucius Florus adhuc meminit: sed accidisse hoc scribit non in primo, sed in secundo post ad Asculum prælio, quando belluarum terror iam exoleuerat. Hac autem victoria adeptus est Pyrrhus plus gloriæ quam lætitiæ, sæpissimum prouentus: nam multæ ciuitates defecerunt à populo Romano ad ipsum, & imprimis Locrenses, qui occiderunt omnes Romanos milites qui in vrbis præsidio erant. Quot autem in vtroq; exercitu fuerint militum millia desiderata certa ratio non est. Dionysius non multo pauciores quindecim millibus ex Romanis cecidisse scribit. Hieronymus autem tantum septem millia, ac mille & octingenti capti in hostium potestatem venere, quos Pyrrhus postea liberaliter dimisit. Ex his autem, qui cum Pyrrho erant Dionysius tredecim millia: Hieronymus pauciores quatuor millibus cecidisse tradit, optimos quidem ex amicis, & Ducibus, & quibus maximè vtebatur, fidebatq; Pyrrhus eo prælio amissos. Orosius aliter videtur sentire, Romanorumq; ostendit relatum cecidisse peditum quatuordecim millia octingentos octoginta, captos mille trecentos ac decem: equites autem cæsos ducentos quadraginta duos, & captos duos & octingentos, signa amissa duodecim. At quantus numerus è diuerso sociorum Pyrrhi fuerit extinctus, memoriæ traditum non esse dicit, maximè quia scriptorum veterum mos est ex ea parte, quæ vicerit, occisorum non commemorare numerum, ne victoriæ gloriam maculent damna victoris: nisi forte quum adeo pauci ceciderint, vt admirationem, terroremq; virtutis augeat paucitas peremptorum, sicut in primo Persici belli congressione apud Alexandrum magnum fuit, cui inter quadringenta fere millia hostium interfecta nonem tãtummodo in exercitu eius pedites defuisse referuntur. Pyrrhus finita pugna cum Romanos aduersis vulneribus occisos, truncique vnum morientes tacere videret, sublatis ad cæ-

ad cœlum manibus: quam facile (inquit) erat orbis imperium occupare, aut mihi Romanis militibus, aut mihi rege Romano. Amicis præterea gratulantibus: quid mihi respondit, cum tali victoria, vbi exercitus robur amittam? quin cladis atrocitatem hoc in bello exceptã Dijs suis, hominibusq; testatus est affigens titulũ in templo Tarentini Jouis, in quo hæc scripsit:

Qui antehac inuicti fuere viri, pater optime Olympi,
Hos ego in pugna vici, victusq; sum ab iisdem.

Et cum à sociis increparetur, cur se victum diceret qui vicisset? respondit: nec ego si iterum eodem modo vicero, sine vllo milite Epirum reuertar.

De eo quod Pyrrhus fecerit fugatis Romanis: illorum exercitus augetur: legatio Cyneæ: auctoritas Appii Cæci.

CAP. X.

POstridie Pyrrhus castra cœpit Romanorum, quæ noctu fuerant Cos. fugato deserta: spolia etiam ex casu collegit hostis: vrbes sociorum aggressus, ac regionem multam, totamq; tremententem Italiam, Campaniam, Latium, Fregellasque populatus eò processit, vt trecentis non amplius stadijs Roma cum exercitu abesset. Eutropius memoriæ tradidit ad Prænestè post Cãpaniam deuastatam venisse decimo octauo ab vrbe lapide: cuius trepidè oculos fumo ac puluere implenit. interea Lucanorum, Brutiorum, Samnitum copiæ, vt in legatione acceperat, ad eum venêre. quos licet de tarditate reprehenderit, tamen gaudere & magnificare videbatur, quod ipse cum suis & Tarentinorum duntaxat copijs magnum Romanorum exercitum superasset. Possem ipse sentire, quod non venissent, nisi de subita victoria cognouissent: irridebant siquidem omnes populi Romani tam tum præclaro nomini, & expertas totiès vires paueſcebant. Romani Leuinum Cos. non reuocarunt, quamquam dicatur Fabricium dixisse, Romanos ab nõ Epirotis, & Tarentinis, sed Leuinum à Pyrrho superatum: arbitratus ob hoc non victum exercitum, sed ducem à duce superatum. Hæc antequam fierent scribit Orosius, miserabilem belli cladem grauioribus monstris auctam accumulatamq; persensisse Romanos: nam pabulatores forte progressos velut hostilis quædam oborta tempestas, cum horribili fragore cœli correptos diru fulminibus excussit, quippe triginta quatuor eorum idem turbo prostrauit, duodecim semineces relicti, iumenta exanimata, & capta quam plurima: vt merito contigisse non signum vastationis futura, sed vastatio ipsa rèferatur. Scribit Suidas Grammaticus Romanos in hoc bello cum pecunia indigerent, Iunoni pro pecunia comparanda vota fecisse: illa eos admonuit, vt iustitia armis vterentur, sic enim pecuniam eis nunquam defuturam: facti deinde voti compotes Monetam Iunonem adorarunt, atque in eius rei memoriam nomisma moneta inscriptum in templo Iunonis asseruandum dedicarunt. Supplemento exinde habito, insuper amplificato militum numero, nulla mentio facta, id quod Pyrrhus expectabat, à Romanis facta est. hac rès Pyrrhum in admirationem conuertit, visumque est, vt prior ipse ad eos mitteret, & experiretur, an pacem vellent. Etenim existimabat non esse præsentis potentiæ suæ vrbem Romã capere posse: rursus post partam victoriam amicitiam, & pacem fore sibi perglorioſam. Missus itaque Cyneas a Rege legatus cum primoribus ciuitatis locutus est. Traditur etiam postquam venerat Romam die senatum introisse, atque ibi antequam initium inchoaret orationis, omnes ordines proprijs salutasse nominibus. Erat quidem huius viri admirabilis memoria, vt Hippiæ, Senecæ, Cyri, Simonidis, & aliorum circumfertur: dona etiam Pyrrhus per Cyneam ipsis principibus, neque non illorum vxoribus transmittenda curauit, quippe qui cupiebat, vt qui suam cognouerant in re militari virtutem, cognoscerent & liberalitatem. nemo autem accipere dignatus est, sed responderunt viri, si pax publicè fieret, se & sua omnia Regi offerre. scribit etiam Ælianus mulieres respondisse præclarè quidem esse dona, & digna eo qui misisset, sed gestarè illa sibi esse nefas. In senatu multa præclara & humaniter dicta sunt a Cynea, cum & liberationem captiuorum, & auxilium ad subigendam Italiam populo Romano Pyrrhus offerret, ac pro his nihil aliud, quam amicitiam sibi, Tarentinis securitatem postularet. Et constabat senatores ad pacem inclinari victos iam semel magno prælio, & secundum Pyrrhi victoriam ob superadditas Italorum copias motuentes: cum Appius Claudius vir nobilissimus quidem, ceterum senectutè & orbitate oculorum post Censuræ functionem à Reip. muneribus cessans, auditis iis quæ à Rege annunciabantur, ac rumore obtinente, senatum pacem esse decreturum, tolerare non potuit, sed in curiam se deferri iussit. latus igitur in lectica per fortum vbi ad sanum curiæ peruenit, filij simul & generi suscipientes ipsum, stipantesque in Senatum duxerunt. factum est silentium ad præsentiam tanti viri: ille autem vbi suo constitit loco ita dicere est exorsus: Antea quidem patres conscripti, hanc meam oculorum fortunam permoleste ferebam: nunc autem doleo atque angor quod non vltra cæcitatem ipsam surdus etiã sim; ne turpes cõsultationes ac sententias vestras, quæ huius vrbis gloriam subuertunt, audire compellererer. vbi est enim illa iactantia, quam crebro verbis vsurpare soletis affirmantes, si magnus Alexander in Italiam profectus nobiscum adolescentibus, aut cum patribus nostris tum florentibus conseruisset bellum, nequaquam eum nunc vt inuictum gloriam habiturum, sed aut fuga, aut morte sua maiorem huic vrbi gloriam, nomenque relicturum fuisse? Hanc igitur insolentiam verborum nunc rebus ostendite. Chaones & Molossos, qui semper Macedonum prẽda fuere, & Pyrrhum Regem eorum formidatis, vnum ex Alexandri satellitibus, quem semper secutus est ac coluit, & nunc non magis Tarentinis auxilium ferẽs, quã hostes domi fugiẽs in Italia verlatur, ausus ꝑfiteri principatũ in Italia cũ hac potẽtia, quæ

ad pat-

ad paruam Macedoniæ partẽ conseruandã suffi- A
cere non valuit. Non itaque hunc remouebitis,
si amicũ feceritis, sed alios inuitabitis per contem-
ptum nostri, quasi superare nos facile sit; si Pyr-
rhus abibit, ne dum pœna non data eorũ quæ con-
tra nos fecit, verum etiam mercede accepta fœde-
ris eo auctore cum Tarentinis Samnitibusque re-
cipiendi. *Hac Claudy verba ad studium belli omnes*
consilio immutato traduxere. quod benè exponere
videtur Ouidius in fastis:

Appius est auctor, Pyrrho qui pace negata B
Multum animo vidit, lumine captus erat.

Cuius orationem Cicero appellat volubilem, sed paulò
seruidiorem: quem eundem dicit in tanto cæcitatis ca-
su neq; priuato, neque publico muneri defuisse, & En-
nius vt totam historiam, ita hanc Appii orationem,
fuit versibus complexus.

Quò vobis acies mentis, quæ stare solebat
Antehac, dementi tendit se flectere paci?

Cum igitur omnes in huius sensi pedibus essent senten-
tiam, Cynea dimisso responderunt: Pyrrhus Italia ex- C
cedat, tunc si volet de amicitia ac societate verba faci-
at: quoad verò esset in armis populum Romanũ aduer-
sus eum belligeraturum etiam si mille Valerios Leni-
nos pugna superasset. Dicitur Cyneas interea dum hæc
in senatu agerentur, cognoscendi cupiditate moribus ac
institutis Romanis studium impertisse, atq; ea de re cũ
optimis viris locutum Pyrrho postea retulisse cum alia
multa, tum senatum Romanum multorum Regum si-
bi congressum videri: talesq; illic omnes ferè senatores,
quales vnus ipse Pyrrhus apud Epirũ, & reliquã Gra-
ciam putaretur de multitudine populi formidare se sub-
iiciens, ne aduersum quandam Lernæam Hydrã pu-
gnare videantur: supra duplum enim plures quam ãtea
pugnassent Consuli decretos, & multiplices etiam ex iis
qui arma ferre possent, superesse.

D. Romanorum legatione, & Caii Fabricii virtute: quomodo Pyrrhum commonefecerint: & de mutuis donis.

Cap IX.

PErsuasit Marcus Iunius Romanis, cum in Sena-
tu esset, vt ad Pyrrhum in Heraclea cum exercitu
commorantem legati pro redimendis captiuis mitterẽ-
tur: quibus missis & auditis respondit Rex se tutus
Deos se cũ Romanis de gloria & imperio non mãgonum
more negotiari, propterea precium non accepit. hanc
quidem præclaram sententiam Regisque integritatem
ita expressit in Annalibus Ennius:

Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis,
Nec cunctantes bellum, sed belligerantes,
Ferro, non auro vitam cernamus vtrique,
Vos ne velit, an me regnare hera, quæ ferat fors
Virtute experiamur, & hoc simul accipe dictũ:
Quorum virtuti belli fortuna pepercit,
Eorundem me libertati parcere certum est.
Dono. ducite: doq; volentibus cũ magnis Diis.

Inter legatos autem Caius Fabricius fuit, qui cum au-
disset Romanos à Pyrrho victos ad Labienum conuer-
sus, Pyrrhus (inquit) non Epirotæ neque Tarenti-
ni vicerunt. Huius à legatione reuersus Cyneas retu-
lerat maximam apud Romanos mentionem haberi, vt
viri boni quidem atq; bello egregii, cæterum vehemen-
ter pauperes. Hunc Rex seorsum blanditus, vt pecuniã
ab se caperet suadebat, non ob aliquam turpẽ causam,
quam proposuisset, sed ob amicitia, & hospitalitatis si-
gnũ: quamuis non desint, qui tradant, quartã regni sui
partẽ promisisse, vt à Romanis deficeret, & ad se trã-
sfiret: renuente autẽ Fabricio, tunc quidẽ plura dicere
ac tentare destitit. Postridie vero volens illum terrere,
vtpote qui nunquam antea elephantum vidisset, iussit
dũ simul loquerentur, maximũ elephantum post aulæã
iuxta se constitui, ac deinde subito aulæa sublato ele-
phas ex improuiso conspectus proboscidẽ super caput
Fabricii extulit ac vocem terribilẽ asperamque emisit.
at Fabricius tranquillo conuersus, leniterque arridens
inquit: nec heri aurum, nec me hodie bestia permouit.
In cœna autem apud regẽ acta cum multi ac varii ser-
mones inciderent pleriq; verò de Gracia ac de philoso-
phia, fortè euenit, vt Cyneas Epicuri mentionem face-
ret, memorans ea quæ ab Epicureis dicuntur, de Diis
immortalibus ac de Rep. vt nonnulli finem bonorũ in
voluptate ponentes curam Reip. fugiendam senserint,
vtpote felicitatis corruptionem: Deos autem à grauis
atq; ira longissimè remotos, nec vllam de nobis cura
suscipientes in otio vitam, & plenam voluptate cenit-
cere. etiã ipso dicente Fabricius exclamat, ac vtinam
(inquit) hæc Pyrrho & Samnitibus cordi sint, quã din-
aduersus nos bellum gerunt. His & aliis rationibus mẽ-
tem viri Rex admiratus magis ac magis optabat, pacẽ
quam bellum cum Romanis habere, & Fabricium pri-
uatim rogauit, vt facta pace vna secum esse vellet, pri-
mus amicorum & ducum suorum futurus. ad hæc Fa-
bricius submissa voce fertur respondisse: at ne hoc qui-
dem tibi ô Rex conducit: illi enim ipsi qui te nunc ad-
mirantur & colunt, si me experiantur, a me potius quã
à te regi optabunt. Pyrrhus non tyrannicè, neque super-
bè Fabricii verba suscepit: sed quanta magnitudine a-
nimi ille foret ad amicos protulit, & captiuos illi credi-
dit solos, vt si non decreuerat pacem senatus, post quam cũ
parentibus, ac domesticis Saturnalia peregissent, ad eũ
remitterentur. atq; ita factum est: & post festinitatem
aduersus non redeuntem pœna mortis per senatum de-
creta. Scribit etiam Eutropius senatum iussisse, vt omnes
captiui quos reddiderat Pyrrhus, haberentur infames,
quod armati capi potuissent, nec antè eos ad veterem
statum redituros, quam sibi notorum hostium occiso-
rum spolia reportent. Caius Fabricius legatus paulo
post, & Q. Æmilius Cos. interiecto anno facti, cum
in castris essent, iamiam cum hoste congressuri, medi-
cus Pyrrhi nocte ad Fabricium venit, promittens vene-
no se Pyrrhum necaturum, si sibi aliquid pollicitaren-
tur. Hunc Fabricius vinctum reduci ad dominum
iussit, Pyrrhoque dicit, quæ contra caput eius me-
dicus spopondisset. Tunc Rex admiratus dixisse fer-
tur, ille est Fabricius, qui difficilius ab honestate, quam
sol à suo cursu conuerti possit. Domocharo huic medico

nomen fuisse tradunt, addunt eum non illum venisse, sed literas ad consules dedisse. Valerius Antias furtim eum venisse ferebat, remq; ad patres a consule delatam, atq; publicè legatos ex vrbe ad Regem missos, qui eum commonerent, vt ab insidiis suorum sibi caueret; nulla Democharis interim mentione tum ad regem facta. Claudius Quadrigarius non Democharem, sed Nicaeam id pollicitum prodidit, neq; legatos a senatu missos, sed literas a Coss. ad Pyrrhum datas, quia Fabricius collegam Aemylium adduxerat, vt hoc agerent, detestatis iniuriam seruis medicis. extat literarum exemplar iuxta Quadrigarium apud Agellium: Coss. Romani salutẽ dicunt Pyrrho Regi. Nos pro tuis iniuriis animo strenuè statim commoti inimiciter tecum bellare studemus. sed communis exempli, & fidei ergo visum est, vti te saluum velimus, vt esset quem armis vincere possimus. Ad nos venit Nicaeas familiaris tuus, qui sibi pretiũ à nobis peteret, si te clã interfecisset, id nos negauimus velle, ne ob eam rem quicquam commodi expectaret, & simul visum est, vt te certiorem faceremus, ne quid eiusmodi si accidisset, nostrae consilio ciuitatis putarent factum, & quod nobis non placet precio, aut praemio, aut dolis pugnare, tu nisi caueas, facies. *Plutarchus autem breuiore exemplo literas nonnihil ab his diuerso datas refert*: C. Fabricius & Q. Aemilius Coss. Pyrrho Regi salutem. Neque amicorum, neque hostium fortunatus existimator esse videris, cum hanc epistolam ad nos missam legeris, tum satis cognosces te bonis quidem & iustis viris bellum inferre, in malis verò & iniustis confidere. Haec autem nõ tui gratia tibi significamus, sed ne mors tua calumniam afferat, quasi virtute nequiremus, te dolo superare contenderimus. *Pyrrhus his literis lectis medicum sceleris consultum* (facilè enim id facere poterat, quoniam filij sui pocula in conuiuio Regi ministrarent) merito supplicio affecit, ac laqueo suspendi iussit: captiuosq; sine precio, vt beneficij suscepti ad hostimentum esset, populo Romano restituit, rursusq; Cyneã misit pro pace firmanda. At Romani nec gratias ab hoste, nec mercedem accipere volentes parem Tarentinorum, atq; Samnitum captiuorum numerum Pyrrho remiserunt: neque enim insidias Pyrrhi gratia inducasse, sed ne viderentur Romani, vt dictum est, dolo necare; perinde atq; si apertè haud possent. De amicitia verò, & pace nihil agi denuo permiserunt, priusquam Rex ipse cum armis atq; exercitu, cumq; his, quas secum ex Gracia duxerat naues, ex Italia nauigasset.

Secunda Pyrrhi, & Romanorum pugna apud Asculum: accersitur Pyrrhus à Siculis vt Carthaginenses effugaret: Tarentum tandem remeat.

CAP. XII.

ANnus secundae huius pugnae inter Pyrrhũ & Romanos fuit iuxta Eutropij tempora quadringentesimus ab Vrbe condita ac septuagesimus quartus quo fuisse constat Coss. P. Sulpitium, & Decium Murẽ, sed in Chronologia Liuianae historiae Carolus Sigonius asserit; hoc anno fuisse Coss. iterum C. Fabricium, & Q. Aemilium, anno autem superiore praedictos Sulpicium, & Decium. quod posita est, priorem dicemus fuisse pugnã in qua Orosius Fabricium legatum vulnere ictum expressit, & exinde Medicũ Fabricio Coss. pollicitum Regi se venenum daturum. Miror etiã in epitomis Liuianis nusquã legis nomen Sulpitij, & Decij. Apud Glareanũ in anno praedicto 474. Coss. ponunt P. Sulpitius Auerrio. P. Decius Pyrrhicus, in sequenti C. Fabricius, Luscinus iterum, Q. Aemilius Papula iterũ. priore anno fuit habita oratio contra Pyrrhum ab Appio Caeco, sequenti verò gestum fuit praliũ, quae de agimus. sed haec alij viderint, sequar ipse quod plures scribunt, ratus minus esse errare cum multis, facilisq; veniam mereri. Pacè igitur hac ratione Romanis abnegantibus Rex bellũ exequitur cum Pu. Sulpitio, & Decio Coss. apud Asculum in Apulia, vt sentire videntur Plutarchus, & Lucius Florus: hic vrbs ducali nostris temporibus dignitate insignitur, cuius meminere non pauci scriptores: Appianus in primo, L. Florus in bello Tarentino, Strabo in Geographia recenset Asculum Picens appellari, quia & Pelignorum est Asculum. Locum autẽ hunc refert idem esse munitione praenalidum, cui & murus, & circumstantes montes superemiuent. Plura de hoc oppido legas in Blondi Italia. Dicebatur ab antiquis Satrianum Asculum, & Plinius appellat nobilissimam Piceni Coloniam. in ea pugna, qua ad hanc Vrbe coepta est fieri, cõpulsus Rex ad loca aspera, & flumen graue multoq; limo abundans, cum Elephanti impetum nullo modo sustinere possent, multis vulneribus, & magna suorum caede vtrinq; ad noctem dimicauit, nox praelium diremit. Postridie verò sine, vt alij, tridũo post equoribus structae acie locis, & asperioribus saltibus praesidio occupatis, missisq; inter Elephantos iaculatoribus, ac sagittario denso agmine Romanos inuasit. adiit Iulius Frontinus iuxta Homericum versum, quo pessimi in medium reciperentur, ita Pyrrhum milites disposuisse, dextro scilicet cornu cum Samnitibus Epirotas, sinistro Brutios atq; Lucanos, at in media acie eos collocauit omnes, qui inuiti pugnabant, equitatum & Elephantos in subsidijs esse mandauit: contra verò Coss. optimè suis in cornua dimissis equitibus, legiones in prima acie, & in subsidijs collocarunt, & his immiscuerunt auxilia. sed neq; a loco, vt pridie, adiuti aqua planicie contra frontem venientes. cum priusquam adesent Elephanti pedites profligare properarent, grauiter aduersus sarissas cum gladijs pugnabant, nulli labori parcentes: vulnerando ac cedendo hostis intenti nullam prorsus rationem habebant tandem post longum tempus dicitur fuga Romanorum militum ex ea parte, qua Rex premebat hostes fieri cepta. sed plurimum Elephanti suo robore atq; audacia perfecerunt, cum non possent Romani solita virtute vti, sed quasi violentia cuiusdam superuenientis fluctus, ac terraemotus in fugam compulsi. fuga verò nõ longa, sed in castra fuit. Addit ad haec Paulus Orosius, Elephantos congestis in belluas pilis, vibratisq; in turres facibus, in ea pugna vulneratos atq; in fugã conuersos: deinde subiectis inter posteriora ac mollia ignib. exagi-

tatos

tatos exitio etiam suis fuisse. cesa idem Oresius vult in ea pugna fuisse quinq; millia Romanorum, de exercitu verò Pyrrhi viginti millia prostrata, sine dimidia pars exercitus amissa, vt scribit Iulius Frontinus: Regis insignia ablata tria & quinquaginta, Romanorum vndecim amissa. sed hæc res variè traditur. nam præter eà, quæ dicta sunt, Hieronymus, cuius testimonio & auctoritate vt plurimum nitur Plutarchus, sex Romanorum millia eo prælio cecidisse tradit. à Pyrrho autem in regiis cõmentariis relatum esse dicit, tria millia & quingetos quinq; fuisse desideratos. Dionysius tamẽ nec duas ad Asculum pugnas, nec superatos refert Romanos, ac semel duntaxat vsq; ad solis occasum pugnatum, vix tãdem prælium diremptum vulnere, cum Pyrrhus hasta brachium transfixus, sine humero sauciu à satellitibus in armis suis fugientium postremus referretur, & impedimenta Samnites diriperent. dicitur Pyrrhus in recensendo numero militum suorũ dixisse, si alia istẽ pugna Romanos ita vicerimus, omnino pijmus: maxima n. militũ pars, quos secũ aduexerat cũ amicis ducibusq; fere omnib. interierant. & præterea nulli erant, quos denuo vocaret. Romanis verò quasi ex fonte quodam abundantissimo tam celeriter castra replebantur, vt ne superati quidem remittebant animum, sed magis ad prælium incendebãtur. His peractis in Siciliam Agrigentinorum, Syracusanorum, & Leontinorum legatio Pyrrhum auocauit. nam cum Carthaginenses classe in Siciliam innauigassent: post Agathoclis Tyranni obitum, cuius erat Pyrrhus ipse gener, & ex cuius filia Helenum & Alexandrum susceperat, omnes ferè Græci nominis vrbes ad vastitatem redegerant. subidem tempus ad eum ex Græcia legati venere, qui nũciata Ptolemæi Ceraunis a Gallis cum exercitu trucidatione immanissima, ab Seleuco regnum Macedoniæ ademptum: pro ipsis Macedonibus auxilia magnis ab eo precibus implorabant. dum Rex quereretur duabus his legationibus aduersus fortunam, & plurimum ac magnarum rerum occasiones in vnum idemq; tẽpus cõcessisset, cum duobus simul officiis fungi nequiret, consultò ad Siciliam, vtpote materiam rerum grandiorem propter propinquitatem Libyæ afferentem conuersus est. statimq; Cyneam Thessalum misit, ciuitatibus vti consueuerat, suo nomine præfaturum. sed vt non prius ad Tarentinos venit, quam reliquisset custodem suis regni Ptolemæum filium quindecim annos natum, ita noluit in Siciliam prius nauigare, quam præsidium, cui Helenum alterum filiũ præfecit, apud Tarentinos reliquisset, Alexandro, quẽ tertiò susceperat, in longinqua expeditionis solatia asportato, cui postmodum Locrorum curam dedit, qua vrbs eum multis aliis regionis illius primò in prima se dederat pugna. at Tarentini, & si cæteras ciuitates valido firmasset præsidio, graniter id ferebant, postulabantq;, vt aduersus Romanos bellum gereret secum vna, qua de causa venerat, aut qualem acceperat vrbem, talem relinqueret. sed nullo ad eos benigno responso facto Tarento decessit, iubens vt quiescerent, & tempus expectarẽt. Congressus in Sicilia cum Carthaginensibus victoriam primò summo cum honore assecutus illorum potentiam domuit, adductis secum Tarento peditum triginta millibus, equitibus verò quingentis supra duo millia cum viginti nauibus. Ingressus Syracusas totius tunc insulæ caput, Theonus, & Sostrati principum Syracusanorum suffragiis Rex Siciliæ sicut Epiri est appellatus. Ciuitates, quæ fidem præstiterant Cyneæ facundia, illi statim se dedunt: cætera vel vi, vel vltro in deditionem quoque sunt recepta. Eryce mox ea & natura, & magis Pœnorum præsidiis firmatam vrbem cum ingenti exercitu subita oppugnatione aggressus, Iudos Herculi si ea petiretur, vouit. inde scalis ad mœnia admotis omnium primus muros conscendit. plures ex resistentibus in præceps deiecit, plerosq; gladio transfixit, ipse illæsus terribilis, ac atroci aspectu hostem præformidine ab armis cessare cogens vrbem expugnat: quam adeptus Herculi votum spectaculumq; ex omnis generis ludicris insigne celebrauit. Sed in victoria quæ natura insolens & superba est, non eum se exhibuit, quem præstiterat. Quare his successibus & rerum magnitudine elatus Heleno filio Agathoclis nepoti Siciliæ veluti auito, Alexandro verò Italiæ regno destinato, cũ non benignè, sed imperiosè, ac superbe ciuitates premeret, contra consuetudinem sui instij, in quo egregiè mitis, ac placidus, nulliq; molestus fuerat, de populari Tyrannus factus ingratitudinis ac perfidiæ notam contraxit. quin & Theonem virum principem, per quem nõ modo Syracusarum vrbem, sed per plures etiam alias ciuitates adeptus fuerat, interfici iussit. Idem de Sostrato proculdubio factum, nisi fuga salutem sibi ille redemisset: qua ratione aduersus ipsum Siculorum odia exarserunt, ac statim alia ciuitates, quæ Pyrrho se antehac dederant, Carthaginensibus contra quos classem instruxerat ingentem, alias se Mamertinis coniunxere. Cernens igitur defectiones, & conspirationes contra se initas Pyrrhus, & q̃ Siciliã veluti nauem vi agitatam ventorum tenere nequiret, & non sine ignominia eam relinquere cogeretur, peropportunè ad dedecus celandum literis Samnitum, & Tarentinorum acceptis, quia vix resistere bello poterant, & ferè suis exclusi regionibus auxilium rogabant, occasionem hinc arripiens abeundi ex Sicilia, quasi non metu nec rerum Siculorum desperatione sed opulationis causa recessit, Tarentum velis remisq; ad nauigãs fertur cũ abiret classe, quam contra Libyam paraurat, Siciliam respexisse, atq; ad amicos conuersus dixisse, ô quantam & qualem Carthaginensibus, & Romanis pro hac insula relinquimus palæstram. Barbaris in ipso recessu insultantibus. Carthaginensibus verò nauali prælio in ipso portu lacessentibus, compluribus ex nauibus suis, quæ ducentæ erant numero, amissis, in Italiã remeauit. Mamertini etiam è vestigio terrestri itinere absq; Romano duce soli per se eum per Calabriam insecuti, eius agmen in locorum angustias coniecerunt, atq; à tergo & à lateribus adorti duobus eius Elephantis prostratis, plures circum eos milites occiderunt. Vnus autem præteris ferox barbarus procero corpore, & splendidis armis superba voce Regẽ in singulare certamen prouocabat. at Pyrrhus ob hæc irritatus, iraque accensus, & fœdatus sanguine (nam graue acceperat vulnus in capite, cum maximo impetu in aciẽ irrueret) truci aspectu terribilis in pugnam redijt, & barbarũ illũ cẽsecutus

Digitized by Google

secutus ita caput percussit, vt victus ex virtute gladii A *vsque ad partes inferiores plaga descenderet, caderentq; hunc inde dimissa corporis partes. Hoc Barbaros continuit ne amplius prosequerentur, quasi supra humanam vim Pyrrhum admirati conterritosq;. inde quod reliquum erat itineris secure profectus Locros ad filium se contulit Alexandrum, Crotone euersa, pecuniamq; Proserpina per derisum raptam, cum diceret intempestiuam religionem superstitionem esse, & opes cogere sine labore prudentiam, aduehere tentauit, quam Pleminius legatus pauco post annorum numero interiecto spoliasse tra-* B *ditur, sed ea naufragio relata est. Ad quod facinus pessimi, & sceleratissimi quidam impiorum, & nefariorum dogmatum Epicuri, sectatores Pyrrhi amicissimi illum monuerunt, & eos tradit Suidas fuisse Energetum Theodori, & Balacrum Nicandri, & Dinarchum Niceæ filios. Tarentum inde peruenit peditum viginti, equitum tribus millibus secum adductis, statimq; optimo quoq; ex Tarentinis delecto aduersus Romanos qui tunc in Samnio castra habebant contendit. Superati* C *multis iam prælijs Samnites (neque simul cum rebus amissa, simulq; ob nauigationē in Siciliam aduersus Pyrrhum infensi minus frequentes ad eum venerunt.*

TERTIVM, ET VLTIMVM bellum inter Tarentinos, & Romanos per Pyrrhum, & eius ab Italia recessu. CAP. XIII.

SVpremam cum Pyrrho & Romanis pugnam omnes referunt Historici, quorum Principes sunt Plutarchus, Liuius, Iustinus, Orosius, Eutropius, Valerius Flaccus, Cicero in Catone, & in oratione pro Mu- D *rena, auctor libri de viris illustribus, & Valerius Maximus: ac nos maiore ex parte quod & fecimus hucusq; Plutarchum in vita Pyrrhi sequimur, aliis tamen non despectis. Quintum alii omnes tradunt, atque vltimum fuisse annum, ex quo Pyrrhus ad Italiam aduenerat, quo cum Coss. Curio Dentato congressus in Arusinis campis victus est, & in fugam conuersus, sed historia ordinem aggrediamur. Pyrrhus omnibus copijs, quæ octoginta millibus peditum, equitum vero sex mil-* E *libus constabant, bifariam diuisis, & partim in Lucaniam missis, vt alterum Consulem Lucium Cornelium Lentulum demorarentur, ipse contra Marcum Curium Dentatum quart. Consulem apud Beneuentum castra habentem exercitum duxit. Curius verò quòd & collega aduentum expectabat, & simul auguriis bellare certantibus pugnam, vt poterat, detrectabat: è diuerso festinans Pyrrhus eum opprimere priusquam collega aduentaret, fortissimisq; militibus, & bellacissimis Elephantis delectis, noctu castra ex superiore loco aggredi contendit. Longam & syluis densam viam* F *euntem lumina defecerunt, & in errorem delapsus vsq; ad matutinum tempus est: Orta exinde die ab Romanis conspicitur de montibus descendere. Primo itaq; trepidatum est in castris, sed tamen peractis sacris, necessitate cogente, Curius castra egressus primos inuadit, eosq; in fugam vertens omnes conterruit, vt etiam complures ibi caderent, & multi Elephantes caperentur. Hac victoria Curium extulit, vt ad eam descenderet pugnam: prodiens itaq; in apertum, signaq; conferens partim hostes in fugam conuertit, partim & ipse cum suis bestiarum impetu ad castra repulsus est. At milites præsidio castrorum relicti, qui frequentes pro vallo stabant, à Cos. vocati, impetu de superiore loco facto bellua-as in fugam per suos retrouertere coëgerunt. Hac res victoriam Romanis tradidit, & simul principatum, nam gloriam quasi insuperabiles ex illa victoria nacti, constitim Italiam, & paulo post Siciliā subegerunt. ex copijs Pyrrhi cæsa tradit Orosius 3000. capti autem sunt 1300. Eutropius ea die cæsa scribit hostium 2300. addit præterea Orosius rationē victoriæ. nam Romani assueti iam, vt supra scriptū est, cum belluis pugnare, cum malleolos stupa inuolutos, oblitosq; pice uncis insuper aculeis tenaces præparassent, eosq; flāmatos in terga belluarū turresq; vibrarent, non difficile furentes, ardentesq; belluas in eorū excidia, quorū subsidia fuerant, retorserunt. Curius in consulatu triumphauit tertio, nā primò triumpharat de Samnitibus, & iterū de Sabinis: primus Romā Elephantes quatuor duxit, laudatusq; abstinentia, quippe nihil omnino ex præda regia, qua exercitū, atque vrbē ditauerat, attigit. Hic est ille M. Curius qui Samnitibus legatis cum ipse in foco rapas torreret, magnum aurī pondus publicè offerentibus respondit, malo hæc in fictilibus meis esse locupletibusq; imperare, quā ipse fieri locuples. Hic est ille Curius de quo in sexto Æneidos tam sublime cecinit Latinus Homerus:*

Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho
Victor aget currum, cæsis insignis Achiuis.
Eruet ille Argos, Agamemnoniasque Mycenas,
Ipsumq; Æaciden genus armipotentis Achillis
Vltus auos Troiæ, templa & temerata Mineruæ.

Hic est ille Curius de quo in bello Gothico tam honorificentissimè scribit Claudianus:

Sublimi certè Curium canit ore vetustas,
Æaciden Italo pepulit qui littore Pyrrhum.
Nec magis insignis Marii Paulique triumphis
Qui captos niueis Reges egere quadrigis.
Pl' fuga laudatur Pyrrhi, quàm vincla Iugurthę,
Et quamuis gemina fessum iam clade fugarit:
Post Decii lituos, & nulli peruia culpæ
Pectora Fabricii donis inuicta vel armis,
Plena datur Curio pulsi victoria Pyrrhi.

Nullus (*inquit Florus*) pulchrior in Vrbem, aut speciosior intrauit triumphus: quum ante hunc diē nihil, nisi pecora Volscorū, greges Sabinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitū arma vidisset: Tū si captiuos aspiceres, Molossi, Thessali: Macedones, Brutius, Appulus atq; Lucanus: si pompas, aurum, purpura, signa, tabulæ, Tarētinæq; delitiæ, sed nihil libentius populus Romanus conspexit, quam illas quas timuerat cum turribus suis belluas, quæ nō sine sensu captiuitatis sūmis ceruicib' victorū equos sequebātur. *Fuit auctore Onufrio in Fastis, hic triūphus, mense Februario, ānō ab vrbe cōdita, CDLXXIIX. atq; idē ponit de isdem Tarentinis triūphasse primū Lu. Æmilium Barbulā. VI. idus Quīctilis, ānō CDLXXIII, cuius rei solus Verrius Flaccus meminit. atq; idibus Decēbribus Caium Fabricium Luscinū ānō CDLXXV, de cuius triūpho idē Verrius agit, & Cic. in I. Pisonē. refert idem Onufrius solius Flacci Verrii testimonio nisus Spurium*

Caruilium Maximum de Lucanis, Brutiis, Samnitibus, Tarentinisq; triumphasse anno CDXXCI. *& eodem anno meminit Lucii Papyrii cursoris: qua victoria tradit magnam Italiæ partem in potestatem populi Romani redactam, victis præsertim Tarentinis, Samnitibus, Lucanis, & paulo ante Gallis Senonibus, & Etruscis. Quæ ipse potui apud scriptores fide dignos observare, vel meis, vel illorummet verbis recensui, in cæteris satis visum est, vel eos tantum citare, vel eorum libros & capita signare, atq; ostendere, per me iam non stetisse, quin & in singulis idem facerē: sed me Pyrrhus Italiæ recessurus expectat. Rebus itaq; Tarentinorum, & Pyrrhi vehementer attritis ac perditis, de fuga (quia sibi aliter per Romanos, & sine pugna minime licituram sperares) ipse Rex tale cepit consilium. Legatos cum literis ad Asiæ Reges, ipsumq; Antigonum misit, ab aliis pecuniam, auxilia ab aliis, ab ipso Antigono vtrumq; exposcens, cum verò legati reuersi literas reddidissent, Epirotarum & Tarentinorum principes in concionem vocat; ibi quas acceperat literas non recitauit, sed propediem affuturæ auxilia affirmauit. cum percrebuisset igitur fama, in Romanorum etiam exercitu, & è Macedonia, & ex Asia magna Pyrrho auxilia aduentare, nihil illi noxæ moliri ausi sunt. Pyrrhus verò ea, quæ consecuta est nocte ad Epiri montes, qua Ceraunia vocantur, classe transuectus est. per hunc itaq; modum Italia, Siciliaq; decisit Pyrrhus sex (vt solus sentire videtur Plutarchus) annorum curriculo in illis absumpto, & rebus quidem attenuatis, sed animi robore inuicto: famam ex eo bello nactus, quasi peritia rei militaris, & fortitudine atque audacia plurimum in tot suæ ætatis Reges præcelleret: sed qua præfidebat spe illorum, quæ nondum habuerat, deperderet, nihilq; eorum quæ ad tuendum iam parta attineat, conseruaret. itaq; assimilauit illum Antigonus lusori, qui & multa, & bene iacat, sed cedentibus vti nesciat. De Pyrrho quamplurima iterum essent dicenda, sed quoniam ex abundanti videri possent dicta, prætermittam, subditurus tamen Scaligeri de illo Epigramma.*

Robore nulli, nulli animis, nulli arte secundus,
Magno ter tanto maior Achille meo.
Veras quæro acies, & veri prælia Martis,
Qui petat imbelles malumus esse domi.
Aut totum, aut nihil. at paruũ nihilominus, illud
Dedecet Æacidas, progeniemque Iouis.
Nolim exprobetur tenuis victoria Pyrrho,
Vinci à Romanis vincere penè fuit.

Hæc satis videbantur superq; sufficere ad huius libri absolutionem, nisi vnum occurrisset ex chronologia Caroli Sigonii subiungendum de isdem temporibus captiuitatis Tarentinorum, & de Pyrrhi in Italiam aduentu, & ab illa recessu: quod ideo apposui, quia aliquanto diuersus est Sigonius ab Onufrio, & lector quem velit in hac re habeat auctorem. Cum Tarentinis antè bellum quã cum cæteris est initum, anno (vt Plinius refert) ab vrbe condita 472. cum illis classem Romanam diripuissent, & legatos Romanorum, qui ea de re missi fuerant quæstum contumeliis affecissent. Bellum autem cum Pyrrhi Epirotarum Regis, & Brutiorum, & Samnitum societate, in decimum vsq; annum est protractum. Sp. Carbilio L. Papyrio Cos. quo anno Tarento à Romanis capto Tarentinis pax, & libertas est cõcessa. triumphasse autem de Tarentinis, & Brutiis C. Fabricium anno CDLXXV. *C. Iunium* CDLXXVI. *Q. Fabium. Gurgitem* CDLXXVII. *Triennio post C. Claudium de vtriusq; Sp. Carulium, & L. Papyrium anno* CDLXXXI. *pluribus verbis in Fastorum consularium commentariis demonstrauit: tu lector illum consulas, iam ego libro finem impono, hoc altero tantum quod sequitur adiecto. Quid sibi velit Eusebius in chronico, dum dicit Milonem Romanis Tarentum tradidisse, illosq; Calabriam Messanamq; tenuisse anno mundi 4925. declaratur apud Iulium Frontinum lib. 3. c. 3. quod Papyrius cursor Cos. apud Tarentum Miloni, qui tum præsidio Epirotarum urbem obtinebat salutem ipsi, & popularibus si per illum oppido potiretur, pollicitus est: quibus præmiis ille corruptus persuasit Tarentinis, vt se legatum ad consulem mitterent, à quo plena promissa ex pactione ferens in securitatem oppidanos resolui, atq; ita in deditionem urbem Cursori tradidit. Hoc autem euenisse conuenit non multo post discessum Pyrrhi ab ea regione.*

Liber Sextus.

DE FOEDERE INTER TARENTINOS & Carthaginenses icto.

CAP. I.

TARENTINI *post Pyrrhi discessum, domesticis vt antea viribus diffisi ad Carthaginenses opes per legatos confugiunt: hi punico ingenio Tarentinis opem ferunt, classemq; suam auxilio misere. Quæ sanè res mirum in modum, vt par erat Romanis displicuit, nam inter eos & Carthaginenses iam inde a Pyrrhi bello fœdus erat quarto, vt L. Florus tradit, renouatum, sed tertio vt Polybius. legitur enim, quod eo ipso tempore, quãdo ad Pyrrhum legati Romanorum venerant pro captiuis redimendis, Mago Dux Carthaginensium Asdrubalis atq; Annibalis pater cum* CXX. *nauium classe & fœdere iam inde ab electo Vrbe regio nomine cum illis icto in auxilium Romanorum venit. Is Curiam ingressus ægrè Carthaginenses dixit ferre, quod bellum in Italia à peregrino Rege, atq; ab externis militibus illatum haberent, missumq; ob eam caussam vt socios auxilio iuuaret. Vnde gratiæ actæ sunt Carthaginiensibus à senatu hac bona voluntate, non tamen accepit oblatum auxilium. Sed eodem tempore idem Mago ad Pyrrhum diuertit Afrorum sagacitate vsus, vt populo Carthaginensi Regem conciliaret, ne in Siciliam transuehere posset, ad quam verebatur Mago Regem aspiraturum. Addit Polybius tunc temporis renouatum tertio fœdus inter Carthaginienses & Romanos his conditionibus: Si cum Pyrrho fœdus percusserint, curato vterq; populus, vt auxilium alteri ferre liceat iis, quibus bellum inferretur. Si Carthaginenses socium Romanorum auxilium implorabunt, nauigia præbento ad trasiciendum belligerandũq; Si Romani socium Romanorũ postulabunt, mari Carthaginienses opitulantor, in terram verò vt descendant*

Digitized by Google

veme compellito. Suis quisq; stipendia soluito. Censet Orosius hunc annum societatis Tarentinorum cum Pœnis aduersus Romanos fuisse 475. aliis quinque adiectis octuagesimus est. Neq; aduersus Tarentinos solum esse bellatum, sed & Samnites, Brutios, ac Lucanos. nam ex tabulis Capitolinis cognoscitur. de his omnibus triumphasse Coss. L. Papirium Cursorem, & Sp. Caruilium Maximum. plerique testantur à Fabio Licinio, & C. Claudio Coss. prælio Tarentinos superatos & cum illis Carthaginienses, qui etsi nondum hostes aperte sunt iudicati, vinci tamen se à Romanis posse senserunt. Anno etiam 84. post 400. dato iterum aduersus Romanos Tarentinis auxilio cum à Senatu per legatos arguerẽtur, turpissimam rupti fœderis labem præsumpto acumulauere perurio, quin & ipsi de Romanis cõquesti sunt, propterea quod cum Hierone Syracusarum Rege societatem iniissent. Ad Pœnos etiam defecere Tarentini cum his populis: Atellanis nẽpe, Calatinis, Hirpinis, magna Appulorum parte, Samnitib. præter Petelinos, Brutiis omnibus, Surrentinis, Metapontinis, Campanis, Neapolitanis, Crotoniensibus, Locrisq;. quãdo Annibal pugnauit ad Cannas cum Æmilio Paulo, & Terentio Varrone Coss. Hanc defectionem tradunt fuisse tertiam, non contenti pace & libertate, qua cæteris in bellis fuerant à Romanis donati. Erant tamen sub Romanorum ditione, sicut videre est apud Polybium, qui recensens copias, quæ Senatui pop. Romano adiuncta erant, tradit, in Sicilia, & circa Tarentum duas legiones præsidij caussa constitutas, quarum singulæ habuerunt peditum quatuor millia & ducentos, equites verò, ducentos tantum. Et tunc præcipuè hoc fecere Romani, quando viderunt Sempronium ab Annibale deuictum. Etenim timentes ne ad Vrbem Romam victor Pœnus permearet, parare nouas copias, auxilia in Siciliam ac Sardiniam mittere, Tarentum & cætera Italiæ oppida munire, quinquaginta & quinq; triremiũ classem ædificare, omni denique studio ad bellum intendere. Quin & ante deuictum Sempronium 25. naues M. Valerio datæ sunt quibus oram maritimam inter Brundusinum ac Tarentum posset tutari. quo quidem tempore legati à Philippo Macedonum Rege ad Annibalem missi (quorum princeps Xenophanes dicebatur felix in mendacio struendo, vt qui maxime) vitarunt portus Brundusinum ac Tarentinum, quia custodiis nauium tenebantur Romanorum, ac ad Lacinia Iunonis sacellum in terram egressi sunt: coacti, postea & paulo post Romani illorum astutia detecta 25. alias, quæ paratæ erant, naues superioribus addere, vt tutius totã Italiæ oram maritimam ab Ostia præcipuè vsq; Brundusium possent custodire, & in ipsa Macedonia Regis Philippi sententiam explorare, an fœdus cum Annibale esset initurus.

populis simul. nam anno 30. post 500 defecerunt Locrenses cum Crotoniatis: tertio anno post Tarentini cum Metapontinis. quæ res ita se habet. Annibal cum Auernũ venisset in animoq; haberet occupare Puteolos, ad lacũ Auerni, quinq; Tarentini iuuenes ex iis quos partim ad Trasymenum lacum, partim ad Cannas ceperat, domumq; dimiserat, eadem vsus comitate, qua aduersus omnes Romanorum socios, memores beneficiorum eius, referunt perpulisse magnam Tarentinæ iuuentutis partem, vt Annibalis amicitiam & societatem habere mallent, quam populi Romani. addentes ad hæc legatos se ab suis missos, rogare Annibalem, vt exercitum propius Tarentum admoueat: futurum enim, vt si signa eius, si castra conspecta à Tarento sint, haud mora vt se dederent. in potestate iuniorum plebem, in manu plebis rem Tarentinam esse. lato quidem animo Annibal hos audiuit, ac collaudatos oneratosq; ingentibus, vt par erat, promissis dimisit, domumq; ad cœpta maturanda redire iubet, seq; in ipso tempore affuturum cum exercitu esse. ad hunc modum Tarentinis iuuenibus dimissis ingens ipsum cupido inceperat Tarenti potiundi. Vrbem esse videbat cum opulentam & nobilem, tum maritimam & in Macedoniam oportunè versam, Regemq; Philippum, à quo legati fuerant missi, hunc portum, si transisset in Italiam, cum Brundisium Romani haberent nihilq; ipse inde sperares, petiturum. Eo ipso tempore descenderat (vt diximus) ad lacum Auerni, per speciem sacrificandi, re tamen ipsa vt tentaret Puteolos, quiq; ibi præsidio erant. Sacro igitur perpetrato, ad quod venisse finxerat, persuasit atq; agro Campano vsque ad Miseni promontorium, cum frustra tentasset Puteolos capere, Neapolis pulsus, & Nola, qua potiri sperauerat, à plebeis occulte accersitus, Tarentũ ad certiorem proditionis spẽ profectus, motis castris pergit, cum maxima omnium, quacũq; erat, clade. in Tarentino agro pacatum intedere agmẽ iussit. nihil ibi violare, neq; vsquam via excedere, cogitans sta conciliare sibi posse Tarentinorum animos. Cæterum cum propeiam mœnibus accessisset, nullo ad conspectum primo agmine, vt rebatur, motu facto, castra ab vrbe fermè passus est mille metatus.

TARENTINI QVIDAM IVuenes Annibali promittunt sui populi societatem.

CAPVT II.

POst Cannensem cladem acceptam ad Pœnos Græcorum fermè omnis ora defecit, non tamen omnes

ANNIBAL A TARENTINO agro castra mouet, & defectio quando fieri cœpta.

CAPVT III.

TArentum triduo antequam Annibal ad mœnia accederet, à M. Valerio propr. qui classi ad Brundisium præerat, P. Valerius legatus missus. is primorum iuuentute conscripta, dispositisq; ad omnes portas, circaq; muros, quæ res postulabat, stationibus, die ac nocte plurimum intẽtus, neq; hostibus, neq; dubiis sociis quicquam præbuit ad tentandum. sicq; diebus aliquot frustrà ibi absumptis, Annibal, cum eorum nemo, qui ad lacum Auerni adessent, aut ipsi venirent, aut nuncium literásve mitterent, vana promisisse, & se temerè secutum cernens, castra inde mouit. Tum quoque intacto agro Tarentino, quamquam simulata lenitas nondum profuerat, tamen spe labefactandæ fidei haud abstinẽs, Salapiam tendit, vbi hyemare constituit, fecitq; Pœnus

locum ipsum meretricio amore insignem. eoq; frumentum ex agris Metapontino & Heracleensi comportat: iam enim media æstas exacta erat, & hybernis placebat locus. prædatum inde Numidæ Mauriq; per Salentinum agrum, proximosq; Apuliæ saltus dimissi, vnde cætera prædæ haud multum, equorum greges maximè abacti: è quibus ad quatuor millia domanda equitib. diuisa. Et sequentem æstatem in agro consumpsit Tarẽtino, incassum tamen: sed spe per proditionem vrbis Tarentinorum potiundæ nois abiecta. ipsorum autem Salentinorum ignobiles, quæ multæ erant, vrbes ad eum citra vllum Numidarum, quos miserat, negocium defecerunt. Mox Tarentinæ Vrbis defectio ita initium sumsit, caussa deforis illius maturandæ interueniente. Phileas Tarentinus, diu iam per speciem legationis Romæ cum esset, vir inquietum semper gerens animũ, & qui minimè ocium (quorum diutino seneſcere videbatur) solitus erat pati, aditum sibi ad obsides Tarentinos inuenit. Custodiebantur in atrio Libertatis minore cura, quia nec ipsis nec ciuitati eorum fallere Romanos expediebat. Hos crebris colloquiis sollicitatos, corruptis adituis duobus, cum primis tenebris custodia eduxisset, ipse comes occulti itineris factus profugit. Luce prima vulgata est per vrbem fama, emissiq; qui sequerentur. à Tarracina comprehensos omnes retraxerunt: deductis in Comitio virgis populo id probante, casi, de saxo deyciuntur. Huius atrocitas pœnæ duarum nobilissimarum ciuitatum in Italia Græcarum animos irritauit, tum publicè, tum etiam singulos priuatim, vt quisq; tam fœdè atq; immaniter interemptus aut propinquitate, aut amicitia contingebat. Ex iis tredecim fere nobiles iuuenes, inter quos primi quinque Tarentini coniurauerunt, quorum principes Nico & Philomenus erant. Polybius addit Tragiscum, quem multi insignuere (aij prænomine, quod frequens erat Tarẽtinis, & per illud Brutum, terrenum & colonum hominem designabat, siquidem γῆ terra est, vnde γήϊος, & γαῖος deducũtur. q. si Tragiscus ex nobilibus erat, credi non idcirco non potest ita fuisse nominatum, nam & illis diebus erat agricultura apud eos, qui ex prioribus erant ciuitatum.

DE SIGNO, QVOD ANNIbali iuuenes coniurati dederant pro aperiendo ostio.

CAPVT IV.

COniurati adolescentes, priusquam aliquid mouerent, colloquendum cum Annibale rati, principiò siue per speciem venandi, siue excursionis facturi vrbe egressi ad eum proficiscuntur, & cũ haud procul à castris Carthaginiensium abessent, cæteris sylua propè viam sese occulentibus, Nico & Philomenus progressi ad stationes, comprehensiq; nihil dicentes, neque vnde, neque qui essent. sed hoc solum significantes velle se ducẽ conuenire. ad Annibalem ducti sunt. illo ipsos admodũ propenso animo ad colloquium admittente, excusant & patriam & se, & simul Romanos multis ac variis modis accusant: ne prætermissionẽ ad huiusmodi causſam egredi viderentur. Cum igitur & causſas consilij sui, & quid parārent, exposuissent, Annibal eos & collaudauit, & accessum eorum comiter accepit: denique à se dimittit, vt cito ad se redeant, seq; rursus conueniant. in præsenti verò iubet, vt priora ex iumentis emissis, & hi viri vnà cum illis, vbi longius à castris essent abacti, confidenter dimitterentur: se namque curaturum ea quæ securitatis essent. Hoc autem ob id faciebat, vt sibi accessum ad scrutandum res iuuenum pararet: & illis fidem apud ciues populares q; facerent, quasi ab ipso imperatore ad latrocinia excurrerent, vrbe egressi. Cum id autem, quod iussus erat, fecisset Nico, Annibal erat animo grato & hilari, propterea quod hactenus ægrè commodum poterat perficiundi negocij nanciscendi occasionem. Philemon verò magis adhuc proposita causſa inhiabat, quia & securus datus erat accessus ad colloquẽdum, & Annibalem animo inuenerat propenso, & præterea sufficientis commeatus copiam suis dandam esse fidem ab illo acceperat. Tum partim inito pacto, partim commeatu prosperè succedente non modo fidem faciebant Tarentinis, sed & amulatores habebant nõ paucos. Postea secundo excurrentes, & consimiliter singula exequentes fidem Annibali dederunt ipsi, & rursum ab illo acceperunt, quod videlicet Carthaginienses Tarentinos liberos reddere, nec vectigalibus aut tributo vllo in loco grauare, nec aliquid aliud illis imponere, ne præsidium quidem vellent. Romanorum verò ædes & diuersoria, si vrbe potirentur, Carthaginiensibus diripere liceret. Deinde & illud paciscuntur, quod castides, vbi ad castra venirent, ipsi in promptu acciperent. Quibus factis, potestatem acceperunt frequenter accedendi & colloquendi cum Annibale, nũc velut ad excursionem, nunc quasi ad venationem ciuitate egressi. His ita ad futurum compositis, plures quidem occasionẽ obseruabant, Philomenum verè venationi deputarunt. Etenim propterea quod ei rei supra modum studebat, putabatur nihil in via melius facere posse, quam venationi incumbere. Quapropter huic id muneris occasione capiendarum ferarum exequendum iniunxerunt. Primum vt Caium Liuium ciuitati præfectum (huic Liuius M. Linium Macatum, Cic. M. Linium Salinatorem appellat) deinde eos, qui vestibulum portarũ quas Temenetidas vocant, custodiebant, sibi denuncirent. Erant portæ Temenetidæ sitæ foras se, qua parte erat lucus: τέμενος enim Græcis lucus est. Hic acceptis hac commissione, quædam ipse venando exequebatur, quædam ipsi per Annibalem parabantur. Ipse cõtinuis feras captas afferebat, & earum alias Caio, alias custodibus vestibuli portarum, vt portam ipsam Rhinopylam dictam Græca voce, qua posticum sive posticulum significatur, in promptu aperirent. frequenter enim noctu per illam, metum hostium prætexens ingrediebatur & egrediebatur. Cum verò eiusmodi consuetudinẽ Philomenus apud custodes portæ comparasset, vt sine vlla hæsitatione, quotescunque noctu ad murum accedens indicium fistula daret, Rhinopylam ipsi confestim reserarent, obseruantes Romanum præfectum, cuius domus ad portam erat, quandoque ad museum foro vicinum cum pluribus (vt solebat) iterum, ipsum illum diem Annibali deputant iuuenes coniurati. Fuxere Pœnus quod ægrotaret, ne Romanis insolitum videretur, si plusculum tẽporis illis locis immorari ipsum audirent.

direxit. At tum etiam cum vicinus esset status dies, magis in firmitatem simulabat, abstinebatq; à castris per totum triduum vel quatriduum, via qua Tarentum itur. Qua ratione Romanis quoque, qui in præsidio Tarenti erant, suspecta esse iam segnis mora eius desierat. Ceterum vbi tempus adfuit, circiter mille viros corporis agilitate & animi confidentia excellentes, tam ex equitibus quam ex peditibus delegit, illisque mãdauit vt quatuor dierum commeatum quisque secum haberet. Liuius auctor est, decẽ millibus peditum atque equitum electis, quarta vigilia noctis, signa mouisse Annibalem. Moturus ergo castra sub crepusculum matutinum festinanter proficiscebatur. Octoginta vero ex Numidis delectis equitibus, in mandatis dedit vt exercitum triginta stadiis præcederẽt, & in vtrasq; itineris illorum locorum partes excurrerẽt, nequis totum exercitum conspicari posset. Sed vt alij interciperentur ex fugientibus, alij vero qui euaderẽt incursionem à Numadis fieri in ciuitate nunciarent. Cum autem Numida stadiis quasi centum abessent & viginti, cœnam parant ad fluuium quendam præruptum, & qui agerrimè vadari potest: & collectis ad se Ducibus clarè significat, quid conaretur: Et ingenuè hortatur, primum velint cuncti dextros se viros præstare, quod nunquam ipsis maiora præmia proposita essent. Deinde vt quisque suos milites in itinere sub se retineant & cohibeant & acriter increpent eos, qui prorsus suum locum transgredi, prænaricarique vellent. Postremo vt animum adhibeant ad ea, quæ præcipiuntur, nec quicquam proprio arbitrio extra iussa moliantur. Sed eodem ferè tempore Tarentum fama peruenerat, Numidas equites paucos, populari agros, terroremque latè agrestibus iniecisse. Ad quem nuncium nihil vltra motus præfectus Romanorum, quam vt partem equitum postero die luce prima iuberet exire, ad arcendum populationibus hostem. Interea adeo nihil obedienter curatum est, vt contra pro argumẽto fuerit illa procursatio Numidarum Annibalem exercitumque castris non mouisse.

ANNIBAL PORTA TEMENetida Tarentum ingreditur.

Caput V.

ANnibal sic Duces exercitus sui allocutus principiũ profectionis facit, cum esset adhuc caligo, ad hoc contendens, vt muros circa noctem in tempestam aduenirent, & præeuntem habens Philomenum, cui & Synagrum ad constitutum vsum addiderat. Et Caio Liuio Romanorum præfecto, cum sodalibus in Musæo cõmoranti, cum iam potandi studium prope ad summum inter illos incaluisset, nunciatur Numidas ex occidentis partibus regionem totam inuadere: ille cogitans quid faceret, vt illos deprimeret, aduocatis ad se Ducibus mandat, vt dimidia equitum pars sub matutinum egressa crepusculum, hostes regioni incommodum ferẽtes reprimerent. Hoc enim erat quod potissimum de tota caussa coniectare tunc posset. At qui cum Nicone & Tragisco erant, vbi tenebras ingruisse perspexerunt, cuncti intra vrbem collecti, ne Lucy reditus facilis esset cum suis obfuerunt. Cum igitur properè exurgerent alij ad quendam præscriptum intra se locum accedentes illic permanent: Alij vero Caio obuiam eunt, iocantes ac ludentes intra se, & quasi eos qui in conuiuio fuerunt reducturos se simulantes imò magis velut alienati propter temulentiam eorum qui cum Liuio erant, mox atque congressi essent, vtrinque risus oritur, & ludus increscens, deinde reflexi domum reducunt Caium. Ille vero quiescit temulentus, sicut solent, qui totos dies bibunt, nihil præcipuum aut graue habens in animo. sed plenus gaudio & socordia. Nicon vero & Tragiscus receptis ad se adolescentibus, dimiserunt se in tres partes, & habita obseruatione, accessus fori opportunissimos occuparunt, ne quid eos vel eorum quæ extrinsecus accideret, vel quæ in ipsa ciuitate fierent, lateret. Appropinquant autem & ad domum Caij, certè futurum scientes, vt si qua suspicio eius, quod Liuio euenturum erat, oriretur, primum illum fore confiçiendum, & quicquid gereretur, initium ab illo sumendum. At sicut frequenter post reditum à conuiuiis accidere solet, cum iam tumultuatio illa summatim transisset, & multitudo plebis sopita iaceret, ac noctis progressu spes propositis integra maneret, tum congregati ad executionem procedunt. Erat autem adolescentibus pactum & conuentio cum Carthaginiensibus, Annibalem oportere, cum ad ciuitatem venisset, circa mare exteriora id est mediterraneam regionem ad latus Orientis, & ad portas quas Temenetidas vocant, ignem in tumulo accendere, qui à nonnullis Hyacinthi, à quibusdam Apollinis Hyacinthi, tumulus appellatur. Eos verò, qui cum Tragisco erant, vbi hoc ita fieri vidissent signo per ignem dato respondere vicissim, quo facto Annibalem ignem extra ciuitatem accensum extinguere, ac pedetentim appropinquare ad portam. Hisce ita constitutis, iuuentus, qua intra vrbem erat, cum eam ciuitatis partem transissent, qua habitabatur, venit ad monumenta mortuorum. pars enim Orientalis ciuitatis Tarentinorum plena erat monumentis, quia mortuos etiamnum omnes intra mœnia apud eos iuxta vetus quoddam oraculum sepeliuntur. ferunt enim Deũ per oraculum significasse, satius illis ac melius fore, si cũ pluribus habitent: illos verò sic se quam optimè iuxta oraculum habitaturos putare, si mortuos quoque intra mœnia secum retineant, ideoque illos ad hunc vsque diem mortuos suos intra muros sepelire. Iuuentus igitur (vt ad rem reuertamur) ciuitatis, cum ad hunc Pythonicum tumulum peruenissent, quid esset futurum expectabat. Appropinquante autem Annibale, & quod constitutum erat faciente, mox atque ignem y qui cum Nicone & Tragisco erant prospexerunt, animum sumentes regum accensum & ipsi intus ostendunt. vbi verò Annibalis ignem extinctum rursus prospiciunt, cursu & studio ad portam properant festinantes, quia volebant eos, qui cum Annibale erant omnino præuenire, occisis primis vestibuli custodibus, propterea quod se ad ingressum componentes Carthaginienses segniter ac pedetentim proficiscebantur. cum autem successu potirentur, & custodes iam antea capti essent, alij alios occidunt, alij vectes infringunt. Portis properè ac in tempore apertis, ascendũt y, qui cũ Annibale erant, incessu sic commensurato vsi, vt sine vlla protractione ciuitatem ingrederentur. ingressum autem iuxta propositum secerunt, & sine tumultu consecuti, putantes se iam ma-

ximam conatuum suorum partem perfeciſſe, ipſi quidem confidenter ad forum accedunt per eam plateam, quæ à profundo ducit: equites verò intra muros relinquunt haud pauciores numero duobus millibus, quos illic ſubſidij gratia eſſe volebãt, cum aduerſus ea, quæ extrinſecus ſuperuenire poterant, tum contra alios incertos caſus, qui in eiuſmodi conatibus plerumq; euenire ſolent, cum ad loca foro vicina veniſſent, exercitum in platea ſiſtunt.

PHILOMENVS PORTA ALtera iuxta conſuetudinem ingreditur.

CAPVT XI.

PHilomenus verò ſollicitus quomodo ſuas quoq; partes commodè exequeretur, foris expectabat. Non enim cum ignem accendiſſent ad eam partem accurrerant. & Philomenum ſuem habentem in feretro, & Libyes vna ſecum circiter mille extra portam vicinam miſerant, volentes ſecundum idquod initio propoſitum fuerat, non ſimpliciter ex vna tantum ſpe, ſed ex pluribus, hanc cauſſam exequi. Philomenus verò cũ ad murum ſecundum conſuetudinem ſuam appropinquaſſet, mox atq; ad illum acceſſit, aderat confeſtim cuſtos ad Rhinopylam deſcendens: illo extra portam dicente, vt propere ſibi aperiretur, quod ſuem ſylueſtrem portantes onere grauarentur. cuſtos id cupidè audiens ſedulò aperit, ſperans ad ſe quoq; aliquam eorum pertinere partem, quia Philomenus cepiſſet, eo quòd antea ſemper particeps fuiſſet eorum, quæ inferebantur. ipſe itaq; Philomenus primum locum in illo cuneo habens ingreditur, & cum eo alius quiſpiam Numidicum gerens apparatum, quaſi vnus ex eius loci incolis eſſet, & poſt hunc alij duo feram à tergo deferentes. Cum autem iam quatuor intra portam eſſent, eum qui tam liberaliter aperuerat, & qui ſimpliciter abſque ſuſpicione vlla, vt ſuem grandem palparet, accurrebat, percutientes interimunt, & ſequentes, alios verò præcedentes, Libyes circiter triginta pedetentim & tacitè ad portulam inducunt. Hoc facto continuò alij vectes abrumpunt, alij cuſtodes veſtibuli occidunt, alij Libyes adhuc extra portam exiſtentes ſymbolis datis aduocant, & illos quoq; ingreſſos cautè iuxta conſtitutum ducunt ad forum. Annibal, cum hi quoq; prioribus adiuncti eſſent, alacris factus, quod inſtitutum hoc ſecundum animi ipſius ſententiam ſuccederet, cœpto inſiſtebat. Separat itaque duo Celtarum millia, ac diuiſis illis in tres partes, duos vnicuiq; parti ex adoleſcentibus, qui cauſſam hanc obibant, ac conſequenter nonnullos ex ſuis ducibus deputat, ſimulq; à ſe dimittit & mandat, vt vias opportuniſſimè quibus ad forum itur, occupent, & vbi id feciſſent inuenes eius loci excipiant, immò & ciues in quos incidiſſent, illæſos ſeruent, plurimumq; Tarentinos inclament, vt in eo loco maneant, quòd data ipſis eſſet permanendi ſecuritas. Carthaginienſium & Celtarum ducibus præcipit, vt Romanos, ſi quos obuios habuerint, occidant. illis itaque aſe inuicem diuiſi expediunt, quod in mandatis acceperant. Hoc autem hoſtium ingreſſu Tarentinis patefacto, redditur ciuitas plena clamoribus & perturbatione inopina. At Caius, cum & ipſe hoſtium ingreſſus innoteſceret, cogitans ſe iam nihil efficere poſſe propter temulentiam, confeſtim domo cum famulis ſuis egreditur, & cum ad portam veniſſet, quæ ad portum ducit, cuſtoſq; Rhinopylam aliam aperuiſſet, per illam effugiens, piſcatoriam nauim ex illis quæ in nauali ſtatione erant, vnà cum ſuis aſcendit, & in arcem aſportatur. Poſt id temporis Philomenus tubas nauales Romanas parat, quibus nonnulli vſum earum propter conſuetudinem callentes, circa theatrum ſtantes clangebant, ſignaq; dabant. Romanis verò in armis ſecundum conſuetudinem ad arcem concurrentibus, ſuccedit hoc cœptum Carthaginienſibus ex animi ſententia. Qui plateas illas inordinatè ac ſparſim ingrediebantur, incidebant alij in Carthaginienſes, in Celtas alij, quibus hoc pacto occiſis, magna Romanorum militum multitudo peribat.

ANNIBAL QVAM HVMAniſſime Tarentinos alloquitur.

CAPVT VII.

ILluceſcente die Tarentini quidem in adib. ſuis quieſcebant, cum non poſſent amplius diſponere quod accidebat. etenim ob clangorem tubæ, & quoniam nulla afficiebantur iniuria, nec rapina exercebatur in ciuitate, motus illos ex Romanis eſſe exiſtimabant. Vbi verò ſuorum multos in plateis occiſos, & nonnullos ex Galatis interemptorum Romanorum cadauera ſpoliare cernebant, de Carthaginienſium aduentu ſuſpicari cœperunt. Annibal autem cum exercitum iam in foro locaſſet, ac Romani in arcem ſe ſe, quam cuſtodia & antea occupauerant, ſubduxiſſent, clara luce per præconem edixit, vt Tarentini omnes ſine armis in foro congregarentur. inuentus verò ciuitatem circumiens clamat ſimul ad libertatem, hortaturq; ciues, vt Carthaginienſes ipſorum bono adeſſe conſiderẽt. Quotquot itaque ex Tarentinis fauebant Romanis, re intellecta ſecedebant in arcem ad præfectum, reliqui ad præconis vocem inermes congregabantur. hos Annibal benigne & humanis alloquitur verbis. cum autem Tarentini vnanimiter ſingula, quæ dicebantur propter inopinatam ſpem annotaſſent, tum quidem multos ex illis dimittit, mandatq; vt ſinguli domum reuerſi foribus ſuis nomen Tarentini diligenter inſcriberent. ſi verò quiſquam ad nominis Romani cuipiam diuerſorio inſcriberet, illi mortis ſupplicium determinat. ſelectos itaque ad eam rem accommodatiſſimos ad diripiendum Romanorum ædes mittit, dato illis ſymbolo, vt ædes Tarentinorum nomine non inſcriptas hoſtiles eſſe indicarent, reliquos verò, vt iſtis ſubſidio eſſent, in acie detinet. Cum autem multa ac varia ſuppellex ex ea direptione congeſta eſſet, Tarentinisq; commoditas concepta ſpei reſpondens ceſſiſſet, tum demum ad arma aduerſus Romanos reuertuntur. Hoc ipſo tempore, teſtatum reliquit Liuius multa Roma & foris loca de cœlo tacta: Reate ſaxum ingens volutare viſum: Solem rubore ſanguineo perſimilem: quibus prodigiis de mori

de more procuratis, erant iam Cos. in prouinciam abi-
turi, quum allatum est Tarentum ab Annibale ca-
ptum, post centesimum, vt refert Plutarchus, propè
annum, ex quo in Romanorum ditionem potestatemq́
venerat.

ANNIBAL CVM TARENtinis init de munienda Vrbe consilium.

CAPVT VIII.

SEquenti die Annibal inito cum Tarentinis con-
silio ciuitatem muro ab arce distinguere, & com-
munire decernit, ne quis metus à Romanis arcem oc-
cupantibus in posterum ipsis Tarentinis relinqueretur. igitur ciuitatem primum vallo prænunire aggre-
ditur correspondente mœnibus arcis, & tumulo, qui est
ante arcem. (hodie hic tumulus iussu Philippi Austri-
aci Regis excisus est) quoniam autem certò sciebat,
fore, vt nunquam hostes quiescerent, sed eo loco vires
suas ostensuros, sufficientes adhibuit copias, arbitra-
tus nihil magis in futurum ad hoc necessarium fore
vt Romani absterrerentur, & Tarentinorum ani-
mi confirmarentur. Romanis verò mox atque vallum
initio struebatur, confidenter & audaci conatu ad-
uersarios inuadentibus, Annibal cum illis paruum
per congressus, pronocat eos ad pugnam. Et quoniam plures extra tumulum prorumpebant, horta-
tus suos ad pugnam conflixit cum hoste. Cum autem
pugnaretur acriter quantum loco angusto & muris
cincto fieri poterat, tandem circa finem conflictus vi-
olenter repressi Romani retrocedunt, & multi ex illis
in Numidarum manus viui incidunt, maior verò
pars repressa, & in fossam præceps data perijt. Post-
hac igitur Annibal absque discrimine ciuitatem,
vt cœperat, vallo communit, & rebus ex animi sen-
tentia gestis tranquillitate potitur. Hostes enim con-
clusos intra muros iam non sibi tantum, sed & arci
metuentes, manere coegit. Ciuibus verò tantum in-
didit animi, vt se iam citra Carthaginienses, illorum-
que subsidia Romanis resistere posse putarent. De-
inde modico interstitio à vallo vrbem versus relicto
fossam molitur, vallo ac muro arcis correspondentem,
vnde per vices ad murum ciuitatis coacernatio fieret.
Præterea & vallo adhuc ei fossa impositio, contigit ex
ea munitionem fieri haud multum muro inferiorem.
Præterea hanc quoque interiè versus ciuitatem in-
terstitio commensurato relicto murũ extruere aggre-
ditur, facto illius initio ab ea parte, quam seruatri-
cem vocant, vsque ad eam quæ profunda dicitur: sic
vt etiam sine murorum subsidio munitiones illa stru-
eturis suis ad hoc sufficerent, vt Tarentini securè ha-
bitarent. Relicto itaque vnà cum necessarijs suis suffi-
ciente equitum subsidio, ad ciuitatis ac muri custo-
diam castra metatur, loco ab vrbe stadijs quadra-
ginta distante ad fluuium, quem nonnulli Galesum,
plurimi verò Eurotam vocant, quod cognominis ab
eo fluuio accepit, qui Lacedæmona præterfluens & ipse
Eurotas vocatur. Sunt autem huiusmodi cognomina
Tarentinis tam in agro quam in ciuitate multa, pro-
pterea quod coloniã, sicut ante plurib. dictũ est, & co-
gnationem à Lacedæmonib. indubitanter acceperunt.

DE CONSILIO ANNIBALIS PRO OPPVGNANDA ARCE, & de nauibus per vrbem transuehendis.

CAPVT. IX.

MVro autem tum propter Tarentinorum diligẽ-
tiam ac sedulitatem, tum propter Carthaginen-
sium cooperationem absoluto, deinceps Annibal arcem
etiam excindere ac demoliri cogitat. Cum autem ad
obsidionem illius iam prope structuras absoluisset, Re-
mani auxilio in arcem per mare ex Metaponto
accepto, parumper recreati, noctu inuadunt Anni-
balis structuras, & cunctos operum illius, & machi-
narum apparatus destruunt. Quo facto de obsidio-
ne quidem arcis desperat Annibal, & muris cinta-
tis vndique absolutis, Tarentinos congregat, illisque
declarat summopere necessarium esse, aduersum
præsentis temporis incommoda, vt mare in suam
potestatem occupent. Etenim cum locus, quo naues
portum ingrediuntur in potestate arcis esset, sicut &
antea dicebatur. Tarentinis haud quaquam liberum
erat nauibus vti pro arbitrio, aut è portu naviga-
re. Romanis verò seeurè qua necessaria erant adfere-
bantur. Quod cum fieret, nunquam esse poterat ciui-
tatis firma libertas. Hac cum considerasset Annibal
Tarentinos instruxit, futurum vt qui arcem tene-
rent, si spem commoditatis quæ ex mari erat, a-
mitterent, confestim ipsis vltro cedentes arcem re-
linquerent & locum traderent. Hæc audientes
Tarentini assentiuntur quidem dictis: at quomodo
perfici illa possent, in præsenti neutiquam intelli-
gere poterant nisi classis à Carthaginensibus missa ad-
ueniret. id quodtunc temporis fieri poterat. Qua-
propter conijcere nequibant, quò respiciens Annibal
hæc ipsis proponeret: illo verò affirmante posse ipsos suã-
pte opera citra auxilium Carthaginensium, maris
consequi potestatem, magis adhuc stupentes erant,
mentem enim illius assequi non valebant. Ille cum
plateam bene dispositam cerneret, eam videlicet, quæ
intra murum quidem erat, ducebat verò iuxta mu-
rum ex portu in externum mare, illic cogitabat na-
ues è portu ad Australe latus trajci posse. Hoc con-
silium cum Tarentinis aperuisset, confestim non mo-
do consentiunt sed & virum hunc mirum in mo-
dum extollunt, intelligentes nihil illius industriæ confi-
dentiaque obsistere posse. Confectis subitò rotis paratur
nauibus ster, & dicto citius opus absoluitur: nam ad
propositum hoc & animi propensio, & multitudo ope-
rantium cooperabatur. Tarentini itaque suas hoc pa-
cto naues ad externum mare transferunt, & secure il-
los obsident, qui ex arce externa subsidia intercipiebãt.
Annibal verò ciuitate relicta, castra cum exercitu
metatur, & tertio die, ad vallum initio structum re-
uertitur, & reliquam hyemis partem illic degens in eo
loco manet. Fuit hic annus quando Tarentum à
Romanis ad Carthaginenses defecit, ab Hannibale ita
occupatum, decimus secundi belli Punici, vt Liuius
significare, hæsitãs tamen, videtur, octauus & quadra-
gesimus supra quingentesimum ab vrbe condita, à
mundi totius origine 93 supra nongentesimum & qua-

Digitized by Google

terrmillesimam, quo tempore Philippus in Macedonia A *erant, vltimò ad transeundum hostes vocabant, sollicitabantq́, & erat satis validum præsidium, traductis ad arcem Tarenti tuendam, qui Metaponti erant, militibus. itaq́ Metapontini extemplo metu, quo tenebantur liberati, ad Annibalem defecere. hoc idem eadẽ ora maris & Thurini fecerunt. mouit eos non Tarentinorum magis defectio, Metapontinorumq́, quibus indidem ex Achaia oriundis etiam cognatione iuncti erant, quã ira in Romanos propter obsides nuper interfectos. Annibal post pugnam ad Herdoneam cõmissam, vbi Fulu*ianum deleuerat exercitum adeò, vt ex decem & octo B *millibus hominum vix duo millia euaserint, Tarẽtum duxerat legiones spe, aut vi aut dolo arcis Tarẽtinæ potiunde: quod vbi parum processit, & frustra tentari omnia vidit, ad Brundisium flexit iter, ratus vt id oppidum prodiretur. sed ibi cum tempus frustra quoq́ teret, legati Campani (iã enim Coss. Appius Claudius & Q. Fuluius, fossa valloq́ Capuam circundare parauerant, eoq́ res euaserat, vt portis muroq́ adhæreres (Capanus, seq́ contineret) ad eum venerunt querentes de-* C *sertam ab eo Capuam, ac propè redditam Romanis, orantesq́ vt tunc saltem opem non circumsessis modo, sed etiam circumuallatis afferat. quibus Annibal magnificè respondit, & antea soluisse obsidionem, & tunc aduentum suum Coss. nõ laturos. cum hac spe dimissi legati vix regredi Capuam iam duplici fossa valloq́ cinctã potuerunt. Cum in hoc statu ad Capuam res essent, Annibalem in diuersum Tarentina arcis potiunde, Capuaq́ retinendæ trahebant curæ. vicit tamen respectus Capuæ, in quam omnium sociorum hostiumq́ conuer-* D *sos animos videbat, documento futuræ qualẽcunq́ euentum defectio à Romanis habuisset. igitur magna parte impedimentorum relicta in Brutiis, & omni grauiore armatura cum delectis peditum equitumq́ quam poterat aptissimis ad maturandum iter in Campaniam contendit: sequuti tamen tam raptim euntem tres & triginta Elephanti, in valle occulta post Tifata montem imminentem Capuæ consedit. idem poeta Italicus Annibalis iram, celeremq́ motum describens, hanc subiũxit superioribus carminibus comparationem:*

E Haud secus amisso Tygris si concita fœtu
Emicet attonitæ paucis lustratur in horis
Caucasus, & saltu transmittitur alite Ganges,
Donec fulmineo partus vestigia cursu
Colligit, & rabiem prenso consumit in hoste.

Sed nos Annibalem dimittamus cum Centenio cognomento penula dimicantem, quid deinceps Tarentinis acciderit, descripturi.

terrmillesimam, quo tempore Philippus in Macedonia regnabat, Antiochus Achæo iam dudum citra murum sublato, in Syria, Ptolemæus Philopator in Ægypto: Eratque in Iudæa pontifex Osias. Hæc omnia his carminibus cecinit Silius Italicus:

Verterat & mentem Tyria ad conata Tarentum,
Portisque intrarant Pœni: sed enim arce coruſca
Fisa loco manus Ausoniæ stipata sedebat.
Hic miranda mouens classem, quæ condita portu
Astabat, (namque angustis è faucibus æquor
Erumpit scopulos inter, patuloque recessu
Effundit campis secretum gurgite pontum.)
Inclusas igitur, quibus haud enare dabatur,
Arce superposita claustris maris extulit actu,
Perque auersa tulit portatas arua carinas.
Lubrica roboreis aderant substramina plaustris
Atque recens cæsi tergo prolapsa iuuenci
Aequoream rota ducit per gramina puppim.
Et iam per colles dumosque ad littus adacta,
Inmabat pelago veniens sine remige classis.

ACCERSITVR ANNIBAL A Campanis, vtque Tarentinorum arcem linqueret, exoratur.

CAPVT X.

CVm Annibal circa Tarentum, Coss. ambo in Samnio essent, sed circumsessuri Capuam viderẽtur, quod malum diuturna obsidionis esse solet, iam famem Campani sentiebant, quia sementem facere prohibuerant eos Romani exercitus. Itaq́ legatos ad Hannibalem miserunt orantes vt priusquam Coss. in agros suos educerent legiones, viaque omnes hostium præsidiis, insiderentur frumentum ex propinquis locis conuehi inberet Capuam. Annibal Annonem ex Brutiis in Campaniam cum exercitu iubet transire, & dare operam, vt frumenti copia fieret Campanis. Hæc Anno cum nulla fecisset mora, tandem à Coss. fugatus vix vnde venerat, in Brutios rediit. Et Campani audita sua pariter & suorum clade legatos ad Annibalem miserunt, qui nunciarent duos Coss. ad Beneuentum esse diei iter à Capua, tãtum non ad portas & murum bellum esse. ni properè subueniat, celerius Capuam, quam Arpos in potestatem hostium venturam. ne Tarentum quidem non modò arcem, tanti debere esse, vt Capuam, quam Carthagini æquare sit solitus, desertam indefensamq́ populo Romano tradat. Annibal curæ sibi fore rem Campanã pollicitus, in præsentia duo millia equitum cum legatis mittit, quo præsidio agros populationibus possent prohibere. quam rem idem poeta eodem in libro ita scripsit.

Nuncius interea vectis non more carinis
Terrentem freta curarum feruoribus implet,
Dum procul Oebalios amat expugnare nepotes,
Et primus rostris fusca naualibus arua,
Obsessos Capuæ muros, clausstra ipsa reuelli
Portarum ac totum miseris incurrere bellum.
Linquit cœpta ferox, pennasque addente pudore
Atque ira simul immani per proxima motu,
Euolat, & minitans auida ad certamina fertur.

Romanis interim, sicut aliarum rerum, arcis Tarentinæ præsidiq́, quod ibi obsideretur, cura esse. C. Seruilius legatus ex auctoritate Patrum à P. Cornelio Prætore in Etruriam ad frumentum coemendum missus, cum aliquot nauib. onustis in portũ Tarentinum inter hostium custodias peruenit, cuius aduẽtu, qui antè exigua spe vocati sæpè ad transitionem ab hostib. per colloquia

PVNICA CLASSIS TARENTVM è Sicilia accersitur, & Tarentini bellum nauale gerunt cum Romanis.

CAPVT XI.

AEstatis eius extremo, quo Capua capta est, (rem ita intercisam videbis apud Liuium) & Scipio in Hispaniam venit: Punica classis ex Sicilia Tarentum accersita ad arcendos commeatus Romani præsidij. quod in arce Tarentina erat, clauserat quidem omnem ad arcem à mari aditum: sed assidendo

diuinus

Digitized by Google

dimittere arctiorem annonam sociis quam hostibus faciebat: non enim tantum subuehi oppidanis per pacatum litora apertoq; portus præsidio nauium Punicarum poterat, quantũ frumenti classis ipsa turba nauali mixtum ex omni genere hominum absumebat, vt arcis præsidium etiam sine inuecto, quia ibi pauci erant, ex ante præparato sustentari posset. Tarentinis, classiq; ne inuectum quidem sufficeret: tandem maiore gratia quam venerat, classis dimissa est. annona haud multum laxauerat, quia remoto maritimo præsidio subuehi frumentum non poterat. Exinde cum in arce Tarentinorum nix inopia tolerabilis esset, spem omnem præsidium quod ibi erat Romanum, præfectiq; præsidij, atq; arcis Livius in commeatibus ab Sicilia missis habebant, qui vt tutò præterueherentur Italiæ ora classis vigintis ferè nauium Rhegij stabat. Præterea classi commeatibusq; D. Quinctius obscuro ortus genere, cæterum multis fortibus factis gloria militaris illustris, primò quinq; naues, quarum maxima duæ triremes à Marcello ei tradita erãt, habuit: postea rẽ impigrè sæpè gerenti, tres additæ quinqueremes: postremo ipse à sociis Rheginiq; & à Velia, & à Pesto, debitas ex fœdere exigendo, classem XX. nauium, sicut antea dictũ est, effecit. Huic ab Rhegio profecta classi Democrates cum pari nauium classe Tarentinarum numero, quindecim millia fermè ab vrbe ad Sacri portum obuius fuit. Velis tum fortè improuidus futuris certaminis Romanus veniebat. Sed circa Crotonẽ Sybarimq; suppleuerat nauigio naues, instructamq; & armatam egregiè pro magnitudine nauium classem habebat. Et tum fortè sub idem tempus ferè & venti vis omnis cecidit, & hostes in conspectu fuere: vt ad componenda armamenta expediendumq; remigem ac micem ad imminens certamen vix satis temporis esset. Rarò alias tãtis animis pares concurrerũt classes: quippe cum in maioris discrimen rei, quam ipsæ erant, pugnarent. Tarentini, vt recuperata vrbe ab Romanis post centesimum propè annum, arcem etiam liberarẽt: spem commeatus quoque hostibus si nauali prælio possessionem maris ademissent, interclusuri. Romani vt retenta possessione arcis ostenderent, non vi aut virtute, sed proditione ac furto Tarentum amissum. Itaque ex vtraque parte signo dato cum rostris concurrissent, neq; retro nauem inhiberent, nec darimi ab se hostem paterentur, quam quis indeptus nauem erat, ferrea iniecta manu, sta conserebant ex propinquo pugnam, vt non missilibus tantum, sed gladiis etiam propè collato pede præliarentur. Prora interse cuncta hærebant, puppes alieno remigio circumagebantur. sta in arcto stipata erãt naues, vt vix vllum telum in mari vanũ interciderent: frontibus veluti pedestris acies vrgebant, peruiaq; naues pugnantibus erant. insignis tamen inter cæteras pugna fuit duarum, quæ prima agminis concurrebant inter se. in Romana naue Quinctius ipse erat, in Tarentina Nico cui Perconi fuit cognomen, non publico modò sed etiam priuato odio inuisus atque infestus Romanis, quod eius erat factionis, quæ Tarentum Annibali prodiderat. Hic Quinctium simul pugnantem, hortantemq; suos incautum hasta transfigit. Ille simul atque præceps cum armis procidit ante proram, victor Tarẽtinus in turbatam duce amisso nauem impigrè transgressus cum submouisset hostes, & prora iam Tarentinorum esset, puppim malè conglobati tuerentur Romani, repentè & alia a puppi triremis hostium apparuit. sta in medio circumuenta Romana nauis capitur. hinc cæteris terror iniectus, vt prætoriam nauim captam videre, fugientesq; passim alias in alto mersæ, alias in terrã remis abreptæ, mox præda fuere Thurini, Metapontiniq;. Ex onerariis quæ cum commeatu sequebãtur perpaucæ in potestatem hostium venêre, alias ad incertos ventos hinc atque hinc obliqua transferentes vela in altum erecta sunt. Neq; aquanauis pari fortuna per eos dies Tarenti res gesta. nam quatuor millia hominum frumentatum egressa cum in agris passim vagarentur, Livius qui arci præsidio q; Romano præerat, intentus in omnes occasiones gerendæ rei, C. Persium impigrum virum cum duobus millibus armatorum ex arce emisit, qui vage effusos per agros palatosq; ad orsus cum dispassim cecidissent, paucos ex multis trepida fuga incidentes semiapertis portarum foribus in vrbem compulit, ne vrbs eodem impetu caperetur. sta æquatæres ad Tarentum, Romanis victoribus terra, Tarentinis mari: frumenti spes vana in oculis fuerat, vtroq; frustrata est pariter.

DE Q. FABIO MAXIMO COS. qui Tarentum à Carthaginiensibus recuperauit.

CAPVT XIII.

ANno ab Vrbe condita 541. vel vt alij supplent, quinto, Fabius Maximus, (cui Verrucoso fuisse cognomen Plutarchus & Plinius auctores sunt, quẽque cunctatorem appellauit Ennius quum dixit,

Vnus homo nobis cunctando restituit rem.)

Consul creatur, cuius collega fuit Q. Fuluius Flaccus quarto Cos. Vtriq; Italia prouincia demandata, regionibus tamen partitum Imperium. Fabius ad Tarentũ, Fuluius in Lucanis ac Brutiis rem gereret. Q. igitur Fabius Cos. cum oppidum in Salentinis Manduriam (hodie Casale nouum appellatur populo frequentissimũ) vi cepisset, ac quatuor millib. hominum captis, præter cæteram prædam, Tarentum profectus est, atq; in ipsis faucibus portus posuit castra. Naues quas Livius habuerat tutandis commeatibus partim machinationib. onerarat, apparatuq; mœnium oppugnandorum, partim tormentis & saxis omnigq; missilium telorum genere instruit: onerarias quoq; naues non eas solum, quæ remis agerentur, vt alij machinas, scalasq; ad muros ferrent, alij procul ex nauibus vulnerarent murorum propugnatores. Eæ naues ab aperto mari, vt vrbem aggrederentur, instructæ, paratæq; sunt. Fabium Tarentum obsidentem leue dictu momentum ad rem ingẽtem obtinendam adiunxit. Quod sta est. Præsidium Brutiorum datum ab Annibale Tarentini habebant. eius præsidij præfectus deperibat amore mulierculæ, cuius frater in exercitu Fabij Cos. erat. is certior literis sororis factus de noua cõsuetudine aduenæ locupletis, atq; inter populares tã honorati, spem nactus per sororem quolibet impelli amãtem posse, quid speraret ad Cos. detulit. Quæ cũ haud vana cogitatio visa esset, p fugam iussus Tarentũ transire

transire, ac per sororem præfecto conciliatus, primò occultè animum eius tentando, deinde satis explorata lenitate blanditiis muliebribus perpulit eum ad proditionem custodiæ loci, cui erat præpositus.

Vbi & ratio agendæ rei, & tempus conuenit, miles nocte per internalla stationum, clam ex vrbe missus, & qua acta erant, quæq; vt agerentur, conuenerant, ad Cos. refert. Fabius vigilia prima, dato signo iis qui in arce erant, quiq; custodiam portus habebant, circuito portu, ab regione vrbis in Orientem versa occultus consedit. canere inde tuba simul ab arce, & a portu, & à nauibus, quæ aperto mari appulsa erant. clamor vndiq; cum ingenti tumultu, vnde minimum periculi erat, de industria ortus. Cos. interim silentio continebat suos. igitur Democrates, qui præfectus classis antea erat, fortè illi loco præpositus, postquam quieta omnia circa se vidit, alias partes eo tumultu personare, vt captæ vrbis interdum excitaretur clamor, veritus ne inter cunctationem suam Cos. aliquam viam faceret, ac signa inferret, præsidium ad arcem, vnde maxime terribilis accedebat sonus, traducit. Fabius tum temporis spacio & silentio ipso (quod vbi paulo ante strepebant excitantes prouocantesq; ad arma, inde nulla audiebat vox) deductas custodias sensisset, ferri scalas ad eam partem muri, qua Brutiorum cohortem præsidium agitare proditionis conciliator pronunciauerat, iubet. Et primum captus est murus, adsuuantibus, recipientibusq; Brutiis, & transcensum in vrbem est, deinde proximè refracta porta, vt frequenti agmine signa inferrentur. tum clamore sublato sub ortum fermè lucis nullo obuio armato in forum peruenerunt, omnesq; vndique qui ad arcem portumq; pugnabant, in se conuertunt. Prælium in aditu fori maiore impetu quam perseuerantia, commissum est. Non animo, non armis, non arte belli, non vigore aut viribus corporis par Romano Tarentinus erat. igitur pilis tantum conjectis, priusquam conserere manus, terga dederunt, delapsiq; per nota vrbis itinera in suas amicorũq; domos. Duo ex ducibus Nico & Democrates fortiter pugnantes cecidere. Philomenus qui proditionis ad Annibalem auctor fuerat cum citato equo ex prælio auectus esset, vacuus paulò post equus erransq; per vrbem cognitus, corpus nusquam inuentum est. Creditum vulgò in apertum puteum ex equo se præcipitem dedisse. Carthalonem autem præfectum Punici præsidij, cum commemoratione paterni hospitij positis armis venientem ad Cos. miles obuius obtruncat. Alij alios passim sine discrimine armatos inermesque cædunt, Carthaginienses Tarentinosque pariter. Brutij quoque multi passim interfecti visi sunt, non modo per errorem, vt credebatur à plerisq;, verum etiam peruetere in eos odio. additur & tertia, quæ & potior causa: ad proditionis obortam famam, vt vi potius atque armis non dolo & insidiis captum Tarentum videretur, penitus extinguendam. tum à tanta cæde iussi milites vt ad diripiendam vrbem discurrerent. quod non modo ab illis absq; vlla mora factum est, sed alacri animo quisque locum obseruabat, vnde plus prædæ domum reportaret.

A PRÆDÆ A ROMANIS IN EXpugnatione Tarentina acquisitæ declaratio. CAP. XIV.

TRiginta millia seruilium capitum dicuntur capta ac vẽdita: ingens vis argenti factis signatique, auri LXXXIII. millia pondo, tria millia talenta scribit Plutarchus; atq; Romam in ærarium inuecta signa tabulæque propè vt Syracusarum ornamenta æquarent. Sed maiore animo generis eius prædæ abstinuit Fabius quã Marcellus. nam interroganti scribæ quid fieri de signis vellet? (ingentis erant magnitudinis Dij, suo quisq; habitu in modum pugnantium formati) Deos iratos Tarentinis relinqui iussit, quod etiam Marcello Syracusis deiectis, opes & signa ostendenti Deorumq; sacra inferenti dixisse fertur, vt exemplo suo Deos suis iratos relinqueret, vt ipse Tarentinis. Murus inde ab eodem Fabio, qui vrbem ab arce dirimebat, dirutus est ac deiectus: & Herculis tantum simulacrum Tarento asportatum in Capitolio iuxta aream sui equestrem statuam locauit. Dum hæc Tarenti aguntur, Annibal iis, qui Cauloniam obsidebant, in deditionem acceptis, audita oppugnatione Tarenti, dies noctesq; cursim agmine acto, cum festinans ad opem ferẽdam captam vrbem audisset, & Romani (inquit) suum habent Annibalem: eadem qua ceperamus arte, amisimus. Ad amicos autem priuatim tunc primum dicere sibi in mentẽ veniisse, vt iam pridem perspexisset, difficile ipsis esse, nec autem impossibile præsentibus copiis Italia potiri. Netamen fugientis modo conuertisse agmen videretur, quo cõsisteret loco, quinq; millia fermè ab vrbe posuit castra. ibi paucos commoratus dies, Metapontum se recepit: inde duos Metapontinos cum literis principum eius ciuitatis ab Fabium Tarentum mittit, fidem ab Cos. accepturos impunita priora fore, si Metapontum ei cum præsidio Punico prodidissent. Fabius verò, quæ afferrẽtur, ratus, diem quia accessurus esset Metapontum, constituit: literasq; ad principes dedit, quæ ad Annibalem delatæ sunt. Enimuero lætus successu fraudis, si ne Fabius quidem dolo inuictus esset, haud procul à Metaponto insidias posuit. Fabio auspicanti priusquam egrederetur à Tarento aues semel atq; iterum non addixerunt. hostia quoq; cæsa consulenti Deos Arus prospexe ea uendum à fraude hostili, & ab insidiis prædixit. Metapontini postquam ad constitutum non venerat diem, remissi, vt cunctantem horiarentur, repentè comprehẽsi, metu grauioris quæstionis detegunt insidias. ab hac fraude arbitratur Plutarchus eum multis Deorum beneuolentia seruatum fuisse Fabium: sed has ante Tarentum captum contigisse autumat.

QVÆ GLORIA FABIVM PRÆsecuta ob captum Tarentum. CAP. XV.

FAbio Tarentum æstu captum magis quam virtute, gloria magnaq; fama fuit. quã de re sic Italicus poeta, quem alias in hoc præsertim libro est animus, scripsit:

Tunc & Tyndarij Latias fortuna Tarenti
Auxit opes, laudemq; simul. nam perfida tandem

Vrbs

Vrbs Fabio deuicta seni; postremus in armis
Ductoris titulus cauti, solertia tutum, [muris.
Tum quoq; adepta domos captis sine sanguine
Namq; vt compertũ, qui Punica signa regebat,
Fœminea exuri flamma, tacitusq; quiete,
Exin virtute placuit dolus, ire sorori,
(Nam castris erat in Rutulis germanus amatæ)
Cogitur, & magnis muliebria vincere corda
Pollicitis, si reclusas transmittere portas
Concedat Libycus rector votique potitus.
Euicto Fabius Pœno circundata telis
Incustodita penetrauit mœnia nocte.

Romani cum aliis bonoribus Fabium affecerunt, tum eius filium Cos. designarunt. cumq; is magistratum iniisset, & quædam ad bellum disponeret, pater sine ætatis vitio, sine alia quadam vi morbi, sine quod filium tentare vellet, innectus equo per medium circundantium turbam incedebat. quem cum vidisset iuuenis, non tulit, missoq; ad eum lictore, patrem descendere ex equo iussit, ac pedibus accedere, si quid à magistratu petiturus esset. quod imperium vt nimis superbum atq; arrogans ceteri indignè tulerunt: & in Fabium omnes oculos animũq; conuerterant, quem putabant priore gloria indigna pati. ipse autem repentè ex equo desiliens, equo citius ad filiũ properat, eumq; complexus & gratulans: rectè (inquit) fili & sentis, & agis: nec latuit te quibus imperes, & quantam imperii molem susceperis. sic & nos, & maiores nostri Romanam ciuitatem exauximus, publicam pietatem priuata, patriæ gloriam semper parentibus ac liberis præferentes. Consulendus est Agellius cum Valerio Maximo, Georgio Trapezuntio, Cassianeo, aliisq; iure peritis, rectene iusserit filius, & rectè paruerit pater. nos ad historiam transeamus. Quo tempore Marcello Cos. designato mandatũ est, vt de Etruria defectione inspiceret, Tarentinorum legatis pacem petentibus cum libertate, ac legibus suis, responsum ab senatu est, vt redirent, cum Fabius Maximus Cos. Romam venisset. non multo autem tempore post, de Tarentinis magna contentione in senatu actum est coram Fabio, defendente ipso, quos ceperat armis, aliis infensis & plerisq; aquantibus eos Campana noxa, panaq;. Senatusconsultum in sententiam M. Accilii factum est, vt oppidum præsidio custodiretur, Tarentiniq; omnes intra mœnia continerentur, res integra postea referretur, cum tranquillior status Italiæ esset. Huius autem præsidii, q Tarentum fuerat missum, bonam partem Coss. iussu Locros ductam, Annibal sub tumulo Petilia equitum duobus, peditum tribus millibus in occulto locatis aggressus est, ad duo millia armatorum cæsa, & mille & ducenti fermè viui capti, alii dissipati fuga per agros sultusq; Tarentum reuerterunt. Et de M. Liuio arcis Tarentinæ præfecto haud minore certamine actum est, aliis S. Consulto notantibus præfectum, quod eius socordia Tarentũ proditũ hostib' esset: aliis pramia decernentib', quod per quinquennium arcem tutatus esset, maximeq; vnius eius opera receptum Tarentum fores: mediis ad Censores, non ad senatum cognitionem de eo pertinere dicentibus: cuius sententia & Fabius fuit, adiecit tamen, fateri se opera Liuii Tarentum recepisse, quod amici eius vulgo in senatu iactassent. neq; enim recipiendum fuisse, nisi amissum fores. post hac fuerunt aliàs Tarentini suspecti, ne ad defectionem redirent, ideo scripsit Q. Crispinus ad Senatum se Comitiorum causa nõ posse Romam venire, quia præter via laborem, quem pati sanctus non posset, de Tarento sollicitus erat, ne ex Brutiis Annibal eò conuerteret agmen: moritur paulò post Tarenti iuxta quosdam. fuit sequenti anno Tarentum missus C. Hostilius ad eum exercitum, quem T. Quinctius Cos. habuerat. mandatur L. Manlio vt in Græciam legatus iret, & si fortè Tarẽtinos ciues ab Annibale ibi relegatos reperiret, domos redire iuberet, diceretq; omnia, quæ ante bellum habuissent, eis reddere populum Romanum. Duæ etiam legiones circa Tarentum & Salentinos. Q. Claudio obtigerunt. Sed hæc leuia sunt. Hoc adiiciendum duxi Fabium Maximum propterea Herculis, & non Ionis, (de qua Lucillius lib. 16.

-- Lysippi Iuppiter ista
Transiuit quadraginta cubita, altus Tarento)

statuã Tarento Roma aduexisse, quia & ipse cũ tota Fabiorũ fami. Herculeus dicebatur, vt docet Ouid. in Fastis.

Vt tamen Herculeæ superessent semina gentis
Credibile est ipsos consuluisse Deos.

Hic fuit ille Fabius, qui iterum dictator creatus Annibalem pluribus victoriis ferocem cunctando coërcuit, vnde de eo præclarè Ennius scripsit.

Vnus homo nobis cunctando restituit rem,
Non ponebat enim rumores ante salutem,
Ergo postq; magisq; viri nunc gloria claret.

TARENTVM ET SALENTINOS Prouincias, Tarentinos Municipes, & Colonos fuisse. CAP. XVI.

DE Prouinciarum origine, deq; earum numero, & quomodo confecta sint iuniores Grammatici, Sigonius præcipuè, Robertellus, Onufrius, permulta scribunt. illud modo dicendum, quod Tarentum cum Salentinis prouincia fuerit, mirorque satis id omissum ab aliis fuisse: misi forte crediderint, Tarentum & Salentinos in Sicilia prouincia recenseri, sed constat id aliter esse & ex iis quæ supra dicta sunt, & ex iis quæ dicentur. Anno igitur tertio & decimo belli Punici Q. Claudio Tarentum, C. Hostilio Tubulo Capuam prorogatum in annum imperium est. decimo etiam quinto eiusdẽ belli M. Cornelio, P. Sempronio Cos. T. Quinctius Tarentum C. Hostilius Tubulus Capuam prætoribus, sicut priore anno cum vetere vterq; præsidio obtinuerunt. Coss. etiam M. Æmilio Lepido, & C. Flaminio. L. Terentius Siciliam, Q. Fuluius Sardiniam, Ap. Claudius Tarentum, M. Fuluius Galliam prouincias sortiti sunt. Magno etiam illo seruili motu in Apulia orto, Tarentum prouinciam L. Posthumius prætor habuit. isq; de pastorum coniuratione, qui vias latrociniis pascuaq; publica infesta habuerãt, quæstionẽ secutè exercuit: ad septem millia hominũ cõdẽnauit; multi inde fugerũt, de multis sumptũ est supplicium. Omitto, q Liuius scribit de L. Quintio, cui à (consule noui milites præscripti, vt tueri omnẽ oram circa Tarẽtũ Brundisiumq; valeret. Per fetiis comitiis, idẽ dicit, quas præcias Prætoribus esse placeret, retulit ad senatũ Cõsul. decreuerũt duas Roma in vris ducẽdi causa, duas extra Italiã, Siciliã, atq; Sardiniã, duas in Italia Tarentũ & Galliã &c. Lege Iulia belli socialis anno] primo

primo lata, Tarentini Municipes facti sunt: nã antea A
foederati tantũ erant, & suis nõ Romanis legibus vtebãtur. Hoc autẽ fuit Sext. Iulio Cesare, & L. Martio Philippo Coss. Velleius Paterculus auctor est, ductã esse Coloniã Tarentũ post annum, quàm Fabrateriã oppidũ nõ longè ab Aquino. Id fuit ãno vrbis sexcẽtesimo & trigesimoprimo, quod nõ laudatur ab iis qui tẽpora obseruãt, nã aliquot post ãnis tanquã i foederatã iure Italico, quod erat extra Latiũ, ciuitatẽ voluit in eam adscribi Archias poeta, quẽ Cicero defendit luculentissima illa oratione, qua extat. sed ipsi viderint, nã & Sigonius & Onufrius Plutarcho & Velleio astipulantur. Exigebãt Romani à Tarentinis, vt à Rheginis, & Neapolitanis sua tributa. sicut respõderũt Minioni Antiochi Regis legato. Nos ab Rhegmis & Neapolitanis, & Tarentinis, ex quo in nostrã venerunt potestatem, vno & ppetuo tenore iuris semper vsurpato, nũquã intermisso, qua ex fœdere debẽt, exigimus. Verum quia hæc obscura sunt, ad finem libri accedamus. B C

Liber Septimus.

TARENTVM QVANDO fuerit instauratum

CAP. I.

VNiuersam Gothorum historiam multi quidẽ & Græcis & Latinis illustrarunt literis. Procopius Cæsariẽsis in castris Belisarii viri illius patricii, & Iustiniani Imperatoris strenuissimi ducis mediscus: Guido Rauẽnãs: Leonardus Aretinus: Blondus Foroliuiensis: Raphaël Volaterranus: Æneas Syluius Senensis, qui magnam suæ ætatis partẽ ante summũ pontificatũ apud Germanos egit: Agathias qui lõgo & copioso volumine res Gothorũ gestas ab vsq; Troiæ incẽdio narrãdas aggreditur: Pandulphus Collenucius, qus Neapolitanorũ Regũ facta simul ac dicta Ethrusco sermone edidit: Omnium verò nouissimus Ioannes Magnus, qui & ipse Gothus & sedis Apostolicæ in Suecia & Gothia legatus Iulio huius nominis tertio pontifice maximo, in Vspalensis Ecclesia Archiepiscopalem assumptus est dignitatẽ. Vt omittam vetustiores, qui de Gothorũ origine, diuisa eorũ gente, cæterisq; rebus memoria dignis tã Gothicè, quàm Græcè & Latinè, vt Ablabius, Diõ, & Iordanes scripserũt. Apud omnes vnum quod sequitur ad nostram pertinere prouinciam inuenio. Quo tempore Totilas, qui alter Balduilla dicebatur, sextus & quadragesimus Gothorũ Rex externus, tã in expugnãdis hostibus terribilis, quam erga deuictos perhumanus, bellum cum Belisario pro Gothis in Italia gerebat, ãno domini Saluatoris quingentesimo & quadragesimo septimo, Vigilio summo pontifice, & Iustiniano Romanorũ Imperatore. quidã Calabri, & illorũ finitimi domo profugi Tarentũ, quod aliquandiu dirutum, desertum, inculturnq; superioribus bellis iacuerat, instaurarũt, nõ veterẽ vrbis areã, non primã mœniũ longitudinẽ circumplexi, sed partẽ portus propinquã aditu a tergo facillimè munito, cũ eã in chersonesi speciem mare vtrinq; alluat. Conuenunt secũ scriptores prædicti, hoc quod de Tarento diximus renouato eo præcipuè accidisse tempore quãdo Totilas Roma siue salua, siue euersa egressus, parte exercitus sui Belisarii copiis obiecta, ipse aduersus Vitaliani Iustiniani germanũ fratrẽ properabat, qui audito Hostis teterrimi aduentu se cũ multis militibus receperat intra Hydrũti mœnia. Post secundam vrbis captiuitatem, cum Totilas expeditionem in Siciliam parasset, & obiter Rhegiũ expugnare tentasset, inde Termundi & Ameret, qui vrbis præsidio præerãt, ingenio & virtute expulsus, Tarẽtum inuasit, estq; ea vrbe breui potitus, quia nõdũ adeò communita à nouis suis cõditoribus fuerat, vt hostiũ valeret resistere incursionibus. Captum Tarentũ Totilas muris ab extero mari circũsepsit, locumq; vt ibi suorũ esset sedes, elegit, relictisq; in ea copiis Ragnerium præfectum virum inter Gothos præclarum quidem & impigrũ, sed maximè incõstantem, quod subsequens docebit factum. Cum audiret Ragnerius vnà cum Morrha, qui Acheruntiæ præerat, Crotoniatas longa Gothorum obsidione fatigatos liberos tãdem ab illa esse, ob Græcorum classem iussu Imperatoris Thermopylis ex ipromisso profectum; cumq; perspiceret socios multa cœde perfractos ac profligatos partim ad se Tarentinũ in portũ cũ ratibus aufugisse, partim ad Scyllæũ fretum loco propinquum delatos abiisse, à Totila ad Imperatorẽ Iustinianũ cui tota hæc regio obsequium præstabat ac suberat, accepta prius ab isto fide pro sua & suorũ salute, defecit cũ Morrha, ab vtroq; senis Gothis obsidibus præstitis, qui Hydrũti sub Pacurio Peranio ciue Romano, vrbisq; præfecto custodirentur. at vbi audiuit Totilã à Longobardis occisum, & Teiã in regiũ culmẽ assumptum; Francos & Burgundiones in societatem aduersus Narseten Iustiniani ducem venturos, pœnituit se ad illum transisse, & pro Gothis iterum stare constituit. Vt verò obsides reciperet suos, quorum recuperandorum studio nimio flagrabat, huiusmodi incessit astutia. ad Pacuriũ, quem Hydrũti præfectum dicebamus ac Prætorem, mittit qui suo nomine dicerent, vt vel auxiliũ præstaret aduersus Gothorum copias, quas contra se vẽturas cognouisse simulauit; vel saltem vt Hydruntem sibi liceret tuto cõmeare, quo inde Ionico sinu transmisso Byzantium deferretur. misit Pacurius nihil adhuc fraudis suspicans, è suis militibus 50. Hos Ragnerius intra præsidiũ admissos, & in potestatem suam redactos custodiri vinctos iussit, & ad Pacurium per nũcios iterum misit, vt sibi suos reddendos omnino curaret obsides, si milites Tarentum à se missos salues cuperet & incolumes. sensit tandem ille sibi grauiter illusum, ac simul ira accẽsus, paucis militibus in Hydruntina custodia relictis, ipse cum cæteris copiis aduersus Ragnerium profectus est: quem etiam in pugnã descendere ausum in fugam conuertit. sed milites suos à periculis eripere nequiuit omnes ad vnũ à Ragnerio ante congressum in carcere trucidatos. Deinde Ragnerius cum omnes vrbe circumsistentibus vndiq; Romanis, reclusæ essent, nec in Tarentũ regredi posset, nã & Tarentini fidẽ Græcis seruari inuito illo volebãt, Acheruſiam ad suos cũ magno vitæ discrimine delatus est. Eodẽ tempore Brundusini à Gothis, in quorum ditionem ante hæc venerant, classe, qua commeatus in castra aduehebatur, cõtra publicã fidẽ intercepta defecerũt, estq; eis eam D E F

vam rem non parum in Teianis castris rei frumentariæ inopia laboratum. Hæc de Tarentinis memoriæ prodita sunt in diuturnis bellis Gothicis in Italia per tot duces gestis: nusquam verò mihi constitit, quando fuerint ante aduentum Lucanorum & Calabrorum excisum & euersum Tarentum. sed de tota hac re consulito Procopium libro tertio.

Quid Longobardorum, quid Saracenorum temporibus Tarenti euenerit. CAP. II.

AD initium Pontificatus Vitaliani huius nominis inter Petri successores primi & nouissimi, Constantius Imperator confectum comparatumq; exercitũ in Italiã transducendum instituit, non quidem vt iuxta famam tunc à se accuratè disseminatam Longobardos Germaniæ populos inde eiiceret: sed vt vrbem Romam, & subiectas illi vel proximas vol ciuitates homo auarissimus diuitiis ornamentisq; spoliaret. Constantino itaque filio consorte imperii declarato, & Constantinopoli relicto, classem, quam instruxerat, præmisit Athenas, quò ipse pedestri itinere est profectus: inde nauigium ingressus, ventos nactus secundos, oram solvit, ac nullo prius in loco, quam apud Tarentum subsitit. Copiis in eam ciuitatem expositis, qui erat maximus & dignus Romano Principe exercitus, constituit Constantius terrestri itinere in Samnium venire, Beneventum obsessurus: at vbi intellexit vrbem valido præsidio, multisq; cõmeatibus Rhomoaldi diligentia munitã esse, Luceria motus vrbem vt cœpit, captam solo æquauit, quid inde secutum sit, haud quaquam nostrum est scribere. Hoc tãtum satis fuerit cognoscere, quod anno Domini 657. Orientalis imperio Tarentum subesset. & Constantinus cum parum proficeret, paulo post Tarentum reuersus, in Siciliam nauigauit. Et quoniam Beneventi meminimus, non est silentio prætereundum quod in Leone II. viro Latinè Græcèq; doctissimo apud Platinam legitur: Rhomoaldum duce Beneventanum ingenti cõparato exercitu, Tarentum, Brundusium, ac totam demiq; Apuliam occupasse: eiusq; vxorem Theodatãmuliere pietissimam ex hu nanubiis non longè a Beneuento Basilicam in honorè beati Petri ædificasse, adiecto sacrarum virginum cœnobio. In porta Tarentino & in exterro mari extant vestigia arcis cuiusdam latericiæ, quæ à Saracenis nomen adhuc seruat. distat ab vrbe ternis millibus integris stadiis. locus à piscatoribus pro Thynnis capiendis Martio, Aprili, Maioq; mensibus frequentatur. Coniici hinc nullo negocio potest Saracenos aliquando Tarentum diuertisse, vrbem expugnasse, arcemq; illam pro præsidio erexisse. de his hæc ad nostrum instituti facientia colligere visum est. Saracenis cũ e Mauritania ad Italiam reuertissent, depositis è nauibus, quas ingentem secum abduxerant, præda, Siciliam, Tarentumq; eodem innauerunt tempore. in eos Michael Imperator Constantinopolitanus Theodosiũ Patriciũ classis præfectum iussit nauigare. Sed tulit illius anni infortunii, vt dum magnis & nunquam antea visis apparatibus Christi fideles immanitèr lauirent Saracenos, Michael ipse imperator Græcus primò, & breui post Gregorius IV. Romanus & summus pontifex, & Ludouicus Imperator Romanorum eodem ferè mense suum obierunt diem. is fuit humanæ redemptionis annus 842. Saraceni interea, vt præfati sumus, Siciliam, Tarentinumq; duce Sabba Regis Mauritaniæ præfecto obsidione prementibus, Theodosius qui orientalis præfecturæ classem agebat, copias è Græcia adductas diffisus ad Venetos se cõtulit, & Petro Andronico ac Ioannitio filio Venetis ducibus Spatharii dignitate, quæ tunc erat omnium illius sæculi maxima in imperio ornatus, ab ea Repub impetrauit 60. nauium classem, quam ipsi Venetis suo ære armarent. ea auctus Theodosius non prius ab inchoatâ in Venetiarum porta velificatione destitit, quam sinum attigit Tarentinum. Sabba verò Saracenus, qui iam primum eã omnium inter se [illegible]derè coniunctorũ Christi fidelium classem Adriatico emenso in sinum Tarentinum flectere intellexit, sive quia timuerit, sive quid timoris simulatione rebus suis conducere sit arbitratus, obsidionem Tarenti solvit, & ad Croteniatarum litus repente nauigans, Christianis quid rei esset facturus ambiguum mouit. Ea igitur magnas classes vicissitudine ab oblatis occasionibus conferebantur certamina, tãdem vtriusq; classis duces Sabba & Theodosius velimus ad certamen protrahi visi sunt. quo fractus & fugatus Christianorum copiis in Venetos, qui pugnæ erant intentissimi, magna eius cladis calamitas cessit: nam eorũ naues partim mersæ, partim captæ sunt, militum verò pars in barbarorum potestatem facta reliqui ad internecionem sunt cæsi. Theodosius autem præfectus nauium, quas Constantinopolis secum adduxerat, maiore parte amissa salutis sibi fugam consuluit. Ea lati victoriâ Saraceni sinum denuo ingressi Tarentinũ omnem eius oram ferro igniq; vastabant. quos non multò post Venetis receptam vicissitudine cladem duce Urso Participatio fudere, anno 864. Anno Virginis partus 914. rursùs Saraceni ad Italiam denastandam regressi sunt, hanc sibi redeundi occasionem arripientes. Apud Græcos eum Constantinus puer, Leonis filius, orientalis imperio potiretur, quidam nomine & genere Romanus, quem Lecapeni dum viueret, classi præfecerat, pueri tutelam primò, deinde imperium ipsis dolisq; occupauit. Quarerum turbatione, Calabri, Appuli, Galli quibus ea fuerat ora, tũ legitimo Imperatori Constantino, sicut consueuerant, sub se nequirent, aduersus eum rebelles erant. Romanus iste pessimus erat vir, nulla alia ratione ab initio Imperatori charus, nisi quia venator fortissimus Leonẽ vrsos vastantem, & obuios quoq; trucidantem occiderat. quod idem ætate nostra Saluatori Arbatidio Tarentino adolescenti in Africa obuenisse traditur. sed miser defecit a Christiana fide, & vixit transfuga gratissimus Mauritanæ Regibus multorum equitũ dux. Romanus itaq; cum maxima in Italos, & Romanos præcipue, apud quos licet sordido loco, impietate Saracenorum abuteretur, Africanorum Regem impulit, vt ad Calabros, Appulosq; sibi rebelles perdendos copias traduceret. Ea gens, quia Christianũ, & imprimis Italicum nomen crudeli odio prosequebatur nomen Calabros, Appulos, Lucanos, & Salentinos oës nosse dicunt modo, domitosque Græco Imperatori obedire vsque: verum etiam commissis cædibus, rapinis, incen-

diys pene ad internecionem vsq; deleuit. adeoq; vincendo insolens est facta, vt de subigenda diruendaq; Romana vrbis ratione sepenumero secũ consuluerit. multitudine igitur sua Sarraceni confidentes omnem illam Italie plagam a strictioribus Calabrorum, & Hydruntinorum promontoriis in ampliorem terram, qua maria inter superum ac inferum semper se extendit vsque ad ipsa propè vrbis Rome mœnia tunc ceperunt, qua breui post eliminata Graci Imperatoris memoria ab ea barbarie ingo dominij est oppressa. Consilio autem Ioannis decimi, & Alberici Marchionis eius fratris copijs, Roma finibus expulsi Gargani montis arcem communierunt, ibiq; sedem cum cepissent, Italiam multis postea temporibus vexauerunt, & eam precipuè qua ab Aterno, cui Fluuio nunc Piscarie est appellatio, in Salentinos & Tarentinum sinum extenditur, cum altera, qua a Tyberi amne in Calabros porrigitur, Hungari effera & indomita gens, & qua nulli mortalium etati aut sexui parcere solet, deuastarent, ab Alberico inuitati ad opem vrbi prestandam. Vnde Graci Calabriam, Salentinos, Apuliam obtinentes, satis duxêre cũ illis ad inducias venire: aliter n. sua & subditorum saluti & indemnitati consulere haud poterant. quod ita esse sequens historia docebit. Ab anno dominice natiuitatis nongentesimo, primo & sexagesimo per decennium Constantinopoli & in tota Grecia clauum imperij tenuit Nicephorus, ut fuit nepos Nicephori Phocæ, qui cũ minime resistere valeret Saracenorum viribus, Eustathio Calabria duci, qui in suo esset dominatu, mandat, vti fœdus annui census conditione cum Sarracenis iniret, quod & magna factum est difficultate, & post hac sepius cum illis quiescere nescientib, bellum gessit. Huius ergo Nicephorus alter (vt dictum est) nepos, & cuius filiam siue sororem Theophaniam Otho secundus duxerat, Tarentum adificiis omnib. spoliatum renouauit, q ita nobis cõstat. In arce Tarẽtina inuẽtus est lapis magnus, vbi Grecæ erãt sequẽtes literæ incisa, quib. significabatur Tarentũ tot Sarracenorũ incursib. vastatũ ac penè relictũ iussu ipsius Nicephori fuisse reedificatũ. Ἐκ πολλῶν με πραίνην, ὅσον σθυσυχῶς ἀνεσρέφθην, λίαν μὲν ἀπιφανὴς ἐγειόμην, & λαμπρὸς, καὶ καλλίσοις ἀπιτειχίσμασι κεκοσμημένη. Τοῦτο δὲ ὅμως ἀπὸ τῶν μοχθηρῶν πραγμάτων, ἐμὲ σώζειν οὐκ ἐδυνήθην. νυῦ δὲ ἀγαθῇ τύχῃ πάλιν ἐπισκέυασμαι. Νικηφόρος ἀρχιπίκτων ἔξοχος ἀμφὶ τὸ ἔτος ραν τ' ἀπὸ θεμελίων ἤρξατο θεμελιῶν. Πρόσθερος ἕπεται πρεσβύτων ὄνῦν δικοδόμημα. Ἐλπὶς ἐτύκτηνατο. Ἐμὴν Νικηφόρος αὐτοκράτωρ κρίτιος, & εὐσεβὴς ἐμὲ προσιδὼν κλιένην· & γάρ με ἐκ τῆς λιβύας βάρβαροι, καὶ παλαιοὶ σπρατικηνὲ ἐξ ἄφρων ἐκδεδιμένοι ἐκ θεμελίων κατέβαλον· αὐόρθωσεν θαυμαστῶς, καὶ ἐκέλευσε Νικηφόρον τοῖχοποιὸν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον πολυώνυμον, & ἄρεσον ἰδίᾳ τῇ τύχῃ ἀπὸ τηδείοις πράγμασιν ἐμὲ διακοσμῆσαι. Sic ita latinitate donata sunt, vt ab omnib. intelligantur. Vidisti me paulo ante quenam modo diruta infeliciter fuerim. satis plane splendida fui, & admodum illustris, nonnisi ornata mœnibus: qua tamen in aduersitreb. me tueri nequaquã potuerunt. Sed nunc bona fortuna iterũ erecta sum. Nicephorus Architectus egregius vespertina hora locare cœpit fundamẽta. Prosper inde percurrens opus, quod conspicit, perfecit. Caterum Nicephorus Imperator fortis & pius, videns me humi iacentẽ (me namq; Libyci barbari, veteresq; Sarraceni ex Aphrico postea profecti solo æquarunt) iterum erexit visu mirabili. iussit Nicephoro artifici sua ætate prestanti atq; optimo, vt me sua arte rebus operi idoneis exornaret.

De Bohemundo primo Tarentinorum principe, Constantia vxore, & Bohemundo paruulo. CAP. III.

ANno humanæ salutis 1061. post obitũ Nicolai secũdi Allobrogis Robertus Guiscardus Gothefredi frater, fugatis ab Italia Sarracenis circa hæc tempora illo reuersis, Calabria & Apulia Comitatui, quem ab eodem pontifice cum soluendi tamen annui census conditione Ecclesiæ Romanæ acceperat, Matheratã & Tarentũ per suos oratores, conuentione, vt inde vt ex Hydrunte Græcos eiceret, adiecit, & sua subegit ditioni: is ex Abrarada vxore filium susceptum Bohemundum, qua mortua alteram duxit Giglegardam nomine Gisulphi Salernitani principis ob Guaimarum fratrem, neptem, ex qua Rogerium habuit filium. Cum igitur ipse Robertus ad opem Michaelis Diocliti Constantinopoli expulso ferendam nauigasset, prius quam discederet, Rogerio omnes Italiæres, & Bohemundo nauigationis prefecturam demandauit. Non longè post Roberto apud Cassiopen insulam fugatis Venetis defuncto, anno ætatis sue 62. & Christi nati sexto supra octuagesimum & milleſimum, Rogerius minor natu in ducatum successit Apulie, cui ob patris absentiam præerat, & ad cum haud mora ẽre Italiæ populi sicuti & genitori prater Siculiæ ciuitates obediturj peruenerunt. Bohemundus natu maior, quem ex prima, vt diximus Robertus susceperat coniuge, dolens nimium, nimiumq; indignè ferens, q nulla sibi in Italia ciuitatum pars daretur propria, classem cũ terrestrib. copijs Hydruntũ adnexit q vix fecerat, & qua cum matre genitore & sibi apud Dalmatas parauerant, ad Alexiũ Græcum Imperatorem defecerunt. Hoc ipso tẽpore Rogerius animum suæ in Italia potentiæ adaugendæ intendens, Capuam vrbem potentissimo immanem exercitu cœperat, cui etiã oẽs populi, quicunq; hinc a Tybure, inde a Velitris ad Campanũ pertinẽt agrũ, quia Romani pontificis Romanique populi tã enerues videbant vires, sese permiserunt regendos. Bohemundus vt primũ turbatos ac quassatos de nauigatione equos satis quieſſe, & milites omnia bello necessaria cõparasse conspexit, Hydrunte velis passis in Rogeriũ fratrem nauigauit, & cũ illo ad Farnetum, qui Beneuentanus locus est, acieb. utrinq; militari peritia structis conflixit. Decertatum tradunt prælio haud quaquam cruento solo homine in eo occiso. nã (comites paterni utrinsq; exercitus pacẽ his conditionib. propositis & acceptis cõposuerunt: vt scilicet Bohemũdo pars obuenisset ducatus Apulie, & principatus Tarentinus tam sibi quã heredib. Rogerius titulũ ducatus cũ cæteris retineret ciuitatibus, quæ pater in

Italia possedisset. Et in Vrbano secundo testatur reliquit Platina hoc euenisse præcipuè summi ipsius pontificis auctoritate, fratrib. vt ab armis desisterent, imperantis. Sed Vrbanus Melphim cōtulerat, synodum ibi habiturus, cū paucis Romanis iam prīdē nouis rebus studentib. considerat. pace facta Rogerius Melphim ad pontificē vadit, & ligiū se ac vasallū (vt aiūt) Romanæ Ecclesiæ deuincens, ducatus & paterna successionis confirmationē ab illo obtinuit. Exinde contra Sarracenos in Siciliā trāsiens Syracusas cepit, & tunc Halā Roberti Frisonis aliam duxit vxorē: erat Friso comes Flandrensis, & antea Danorū Regis filiā eandē despōsanerat: ex hac Robertum duobus in adolescentia defunctis Rogerio scilicet, & Amphulso, in quib. verissima paterna virtutis reddebatur effigies defunctis, Gulielmum suscepit ducatus Apuliæ successorē. Et per idē tempus Roberto ita occupato, Bohemundus, qui parum erat contentus concessis à fratre ciuitatibus, quarū maxima pars sub principatu continebantur Tarentino ab Ausido fluuio vsq; ad Iapygiū, hinc à mari supero, inde à Tyrrheno vsq; ad Zephyrium promontorium, Melphim furto surripere ausus est. Quod cū Rogerius, vt pateretur, nullis eorundē paternorū Comitum suasionib. adduci potuisset, bellum vtrinq; iterū parari cœptum est, & primo Rogerius, qui à Sarracenis magnā Siciliæ partē occupantib. sibi, & omnib. ditionis suæ, & Siciliæ, timebat, viginti millia bellicosorū hominum stipendio conduxit, & in Italiā secum transmexit. adunctisq; illicò copiis, quas ex Calabris, Lucanis, Appulis non omnib. sed ex Apulis sibi subiectis, contraxerat, in Melphim iter direxit. Bohemundus verò ad decē millia habens secum milites veteranos sub se nutritos, & disciplinā à se edoctos militarem, in propinquo Melphi, naturaq; munitus se cōtinens loco, vrbē, cum ipse adesset, decreuit cōseruare pro se aduersus fratrē: atq; vt hoc melius & facilius efficeret, fœdus iniit cū Beneuentano, vel (vt alii) cū Capuano principe Ricardo fraterno hoste, qui ea fratrum discordia percepta in patriā redierat. bellū hoc item ab omnibus exitiale habitum exitum credebatur, nisi inopinatum, improuisumque consilium accidisset. Vrbanus pontifex cū in Gallias Placentiæ abiret, rē memoratu dignā est aggressus. Concilio apud Clarum montē habito, ita principes Galliæ ad recuperandā Hierosolymā à Sarracenis iamdiu occupatā excitauit, vt anno restitutæ salutis 1094. tercentum millia hominū nomen in militiā Christianam dederint, signumq; crucis susceperint. Bohemundus animo quidē generosior, cū tot principes clarissimos plurimum gloriæ & meriti consecuturos intelligeret, quò inde multo clariores forent: cumq; videret militū manus cū classe tripartitò profectas, partē videlicet vnam Brundusiū, Barulensem portum alteram, & tertiam Hydruntū, laudabili exarsit æmulatione: & ab ipsis principibus viris, quib. cum illicò in sermonē venit, suasus, liberum Rogerio fratri effecit, Melphim nè, an cætera quæ sibi essent de Appulis occuparet. & statim è suo vestiario purpureas, nō nigras, vt quidam tradunt, eduxit Chlamydes, plureſq; inde abscidit notas perexiguas, quib. cæteris delecta nobilitatis equites & pedites voluntarios, Italæ gentis ad duodecim mille viri erucē fuerunt ab eo insignisti. Monit autē Rogerium Bohemundus, quæ in hoc re præstitit, animi generositas: daretq; cōsilium sibi, si illum in Græciā æquis vellent, libertatē abeundi, Melphim obsidione solutā. Declaratus præterea Rogerius, omnia sibi cū fratre Bohemundo esse cōmunia. In hoc bello multa atq; præclara gessit Bohemundus, ab omnibus quidem huius historiæ scriptoribus illustrata, & præcipuè a Roberto Monacho, Gulielmo Tyrio, & aliis, qui vniuersam belli huius seriē literis illustrarunt. & nouissime Etrusco carmine à Tassino poeta nostra ætate ingenioso & locupleto decantata. Duxit Bohemundus Constantiā Philippi Francorum Regis filiam, ex qua duos suscepit filios, Bohemundum, qui patri successit, nō modo in Tarētino, sed & in Antiocheno principatu (in bello Orientali Antiochiæ princeps ab omnib. suis Bohemundus electus, & in eius possessione confirmatus) & filiā, cuius nomen nō legi, quam Constantia mortuo viro Raimūdo Gulielmi ducis Austriæ filio matrimonio cōiunxit. Moritur Antiochiæ Bohemūdus anno 1106. Sed sunt qui scribunt in Iapygia & Canusii suū obiisse diem, videtur quidem Canusii sepulchrum, vt colligitur ex historia Ioannis Poiani. Extant duo apud Clericos Tarentinos priuilegia iam Constantiæ quā Bohemundi iunioris, quorū alterum fuit datum anno 1118. & sequenti alterum. In vtroq; continentur dona, quæ iam ab ipsis tum degentib. principib. concessa sunt; cœnobio perueteris beati Petri Apostoli, q̄ olim erat insula, quam ab aliis maioribus. Sunt autem dona hæc quæ sequuntur: Vsus duarū Cymbarum, seu schifarum, vt vulgo ibi legitur, quadam domus, in Tara fluuio Molendini vnius constructio, terrarū iugera aliquot, & alia, quæ vetustate corrosa legi nō possunt. parum vixit Bohemundus iunior cū Constantia matre, qui tamen Patris vestigia sectatus Gualterio primo Tarentinorum Archiepiscopo nouas auxit iurisdictiones: quo mortuo Tancredus, qui à Bohemundo seniore fuerat puero tutor relictus, & principatuum Antiocheni & Tarentini administrator, ex eadē Normanna familia Antiochiæ dominiū adipiscitur: soror autem Bohemundi Tarentini, quæ cū marito Raimundo etiam Antiochia donatur a Balduino Rege, cuius præfectura priuauerat Tancredū. quid inde secutū fit, vsq; ad annum 1195. ad nos nihil pertinet, præterquam illud q̄ legitur de Rogerio secundo, qui Rolemanno Archiepiscopo omnia iura dicta priuilegia confirmauit anno salutis 1133. ex voto, quod parturienti gratia diuo Cataldo venerat.

Extinctis penitus Normannis, atq; in Italia iam eorū memoria obliterata, Henrici Friderici Aenobarbi, vel dixeris Barbaroſſæ filius, genere Suenus, cœpit in vtraq; Sicilia regnare. Huic adolescenti Cœlestinus III. anno 1195. Constantiā Rogerij Regis filiam Deo dicatam, & iam grandem à cœnobio Panormitano eductā simul cum Regni vtriusq; iuribus matrimonio iungendā curauit, reseruato tamen annuo censu, qui Pontifici feudatario (vt dicunt) iure quotannis solueretur. Angelo tunc Tarentinæ Ecclesiæ antistite eōdē anno confirmauit omnia priuilegia per superiores Reges concessa, illaq; ampliora. Constituens in suis diplomatibus hæc adijcere consuerunt verba: In nullo melius saluti nostræ

consulimus, quã si Ecclesiarum Dei cõmodis, & quieti prospicimus. Verba profecto tanto, & quouis Catholico Rege digna, potentatus eminentiam non ab humana, sed a diuina manu cognoscente.

Moritur Henricus Panormi, siue (vt alii) Messanæ anno 1197. & Philippo germano suo Hetruriæ ducis Imperii & Regni administrationẽ demandat. eo n. venerat cũ Constantia vxore & filio quadriẽne à summo pontifice inuitatus ad bellũ Asiaticum ob Hierosolymã denuo recuperandã. Constantia eius vxor, & ipsa magnæ pietatis mulier, confirmauit denuò Ecclesiæ Tarentinæ priuilegia omnia, & ea præcipuè quæ maritus irrogarat, rata ac firma declarans. quidẽ fecit filius Fridericus tertio post anno, qui viuẽte matre suo in officio piè ac religiosè nõ modò prudẽter se gerebat: illa aũt ad meliorem vitam progressa, cœpit immanissimè Ecclesiam lacerare omnib. suis viribus, Romanos insectatus pontifices Honorium III. Gregorium IX. & Innocentiũ IV. vnde factum est: vt ab hoc & à cõmunione fidelium, & ab Imperio p sententias deiectus, cũ in graue morbum incidisset, a Manfredo Spurio filio ex Ancilla suscepto, quẽ Tarentinorũ principem iam elegerat, Deo ipso ita sponsam dilectam vindicante, in oppido Apuliæ Florentino suffocatur. Sed Manfredus, vt dolorem paterni obitus simularet, in eius tumulo voluit, vt sequentes versus, quales atas illa proferebat, inciderentur:

Si probitas Sensus, virtutum gratia, census,
Nobilitate orti, possent resistere morti,
Non foret extinctus Fridericus, qui iacet intus.

Instituit Haredẽ suũ ex asse Fridericus, prius quam moreretur Conradum filiũ, quem sibi pepererat Iola filia Ioannis Brenni Regis olim Hierosolymitani, cuius gratia perpetuus ei ac posteris hereditario iure titulus eius regni cõtigisse creditur. Conradũ Manfredus veneno sustulit, ingratus quidem, nec contentus, q prater Tarentinum principatũ à Friderico patre Sicilia ulteriori fuerit heres relictus. sed prius quã moreretur Conradus Conradinũ suum vel, vt alii, fratris sui Henrici filium instituit heredem: Mãfredus suppressit illius testamentum, conscios quoscunq veneno sustulit, populos ad Conradini fidẽ, vt admissa facinora cõtegeret, est hortatus, misit legatos in Germaniã, qui puerũ veneno extingueret. At mater pueri summam habens curã, loco eius alium exhibuit puerum legatis suspicionemque, quã de illis nõ inanem habuit, in pueri ostensi morte cõprobauit. simulauit inde Manfredus Conradini mortẽ, allegans se fratris heredem, ideo omnia regni loca occupasse præsidiisq firmasse: atq eius opera atrati quidã nuncii ex Germania venerunt, qui flentes affirmabant Conradinum ab humanis exemptũ simulatoq mœrore exequias defuncto adolescẽti celebrauit, quib. pactis Regem se continuò appellari, salutariq edicto mandauit.

Euocatur ab Vrbano pontifice aduersus Manfredũ Carolus diui Ludouici Francorum Regis frater, Andegauensium dux, prouinciaq Narbonensis comes, & ei vtriusq Siciliæ concesso iure mandat, vt incubatorem Manfredum vi deturbet, deturbatumq iugulet: iniũxit item, vt quadraginta millia (quibus aliquis octo millia adiiciunt) nummum aureorum, quotannis Pontifici tributi nomine penderet, atq ad Romanum Imperium neq ipse, neq quicunq posthac Neapolitanus Regis futuris esset, pateretur se assumi. Carolus a Beatrice Cõdomania vxore triũ Reginarũ sorore maxime sollicitatus trajecit Alpes, & diu varijs cũ Manfredo prælijs congressus illum tandem ad Beneuentum superiũ interfecit, iuxta Colorem fluuium, cuius ossa Consentinus Consul, quia cõmunione fidelium prouatus occubuit, absque vllo funeralis officio deijci iussit. collecta post modum ad ripam Viridis fluuij a Picenatib. Aprutinos diuidentis & in Truentum cadentis iussu Clementis quarti sepulta sunt. vixit Carolus in Regni culmine annos vndeuiginti. Moritur Fogiæ ciuitate Apuliæ clarissima, cum annum ageret quinctũ & sexagesimum, Carolo II. & Philippo filijs relictis, & eius corpus Neapolim translatum in maiore Basilica conditur.

Petrus Aragonius Constantiæ Manfredi filiæ maritus tentauit vt Siciliam occuparet, quia mortuo Conradino, quem Neapoli Carolus securis percussit, iure hereditario ad Constantiã vxorem pertineret. Habuit antẽ occasionem vt hoc faceret, quia in Gallos Rege Carolo II. conspirarunt omnes Siculi anno salutis 1281. initium defectionis factum traditur à Panormitanis, & certa die & vesperarum hora quicquid in Sicilia Gallorum fuit, ad internecionem traditũ est: quo facto a Carolo, ad Petrũ Aragonium defecerunt. Conflixit inde Aragonius cum Carolo, & captiuum in Siciliam, inde in Aragoniam secum duxit, & 4. annos in carcere detinuit. Philippus Francia Rex & Caroli frater patruelis magnum agens exercitum voluit Carolum de manibus Aragony liberare: commisso q ad Cathaloniam prælio Philippus fugatus est, & Petrus Aragonius lãcea ad facie vulneratus, cũ ramenti esset ad Villam Francã suo ense, equo habenas ab alio & hoste detenti incidit, qd parũ dilectes fuerat, nec victoria vti scierat, mortuus est. Exigit locus vt & alia quæ sequuta sunt, explicentur, testamentum scilicet Petri Aragony, successio Iacobi secũdi eius filij, Liberatio Caroli, obsides ab illa dati, fides ab eodem Aragonio non seruata, renouatio belli inter Aragonium & Carolum, pax rursus per Odoardum Angliæ Regem inter eos facta, coniugium inter Caroli filias Æleonoram & Blancam, & Iacobum ac Fridericũ Aragonenses, multaq alia, quæ à diuo Antonino in secunda parte & alijs copiosius: sed nobis cure sunt ea tantum, quæ ad Tarentinos siue eorum siue principes pertinent, & propterea illis omissis ad Philippũ trãsimus.

Philippus quinctogenitus Caroli II. princeps Tarenti, tres habuit vxores, quarum prima fuit Romania despota, & ex ea duos habuit filios, & totidẽ filias. Primogenitus dicebatur Petrus, qui ob maternam hereditatem Romaniæ despotus creatus est, cum duxisset filiã Regis Balearium in Hispania, ex qua nulla suscepta prole moritur adolescens cum adhuc pater viueret, & eius ossa seruantur Neapoli ad diui Dominici iuxta annum Carolum. Alter Philippi filius dictus Carolus moritur cum Petro. Granina Comite patruo in subsidio Florentinorum. De fœminis hæc tantum habentur, primam Armenia Regi nupsisse: alteram Athenarũ duci: & Lycij Comiti ob maritum Gualterium de

Brien-

Brencia fuisse. Ab altero horum, qui fuit Manuel Carolo Valesii filio, nullâ Philippi subsequente liberûm Baldwini Flandriæ Comitis filium, & Imperatorem Constantinopolitanum Catherinâ habuit vxorem secundissimam: ex qua quinq; sibi natos suos filios, totidemq; filias duas: Robertum, Ludouicum, & Philippum, Margaritam & Mariam. Robertus patri, vt principatus ipse quoq; vtriq; alter alteri succederent. Habent Tarentum nonnulla priuilegia Philippi & Catherinæ cum hæc modi inscriptionib. Philippi clara memoriæ illustris Imperatoris Constantinopolitani & Siciliæ Regis filius princeps Tarenti, &c. extant & literæ, quas vocant, exequutoriales, emissæ de Philippi sub anno 1327. in fauorem fratrum Dominicanorum, qui diuis Prædicatorib. dicuntur, p quibusdam domibus, aliisq; bonis, quibus bellorum causa fuerat spoliati. Catherina Dei gratia Imperatrix Constantinopolitana & principissa Tarenti, instituens &c. Philippi priuilegium vnum datum in hospitali Virginalarum anno domini 1330. primum Catherinæ datum Neapoli 1334. sic & tria sequentia. sed variis diebus, nec modo Latinis, sed & Græci idiomatis. Obiit tandem Philippus Neapoli annum ages sexagesimum, & ad diuos Dominicos sepelitur.

Philippum (vt diximus) Robertus primogenitus secutus est dictus vt matris hæres Imperator Constantinopolitanus, non modo princeps Tarentinus. eius vxor fuit Maria Borbonia dux, & ex ea nullos habuit filios superstites. in priuilegiis erat inscriptio, Robertus Dei gratia Imperator Constantinopolitanus, despotus Achaiæ, & princeps Tarenti. Vnum anno 1359. datum Casertæ, q fuit primum. Tarenti alterum. 1360. Neapoli tertium eodem anno. sic & quartum, & quinctum, vsq; ad vndecimum, sed non eodem die. Moritur Neapoli cum vxore: hæc in ade diuæ Mariæ Virginis, quæ Nouæ appellatur, recondita, ille ad diuos Georgium, cuius cum vetustate diruptum esset sepulcrum, sacerdotum cura ibi rem sacram facientium reconditus est. apparet inscriptio.

Roberto absq; filiis defuncto successit Philippus frater, qui ex Philippi superioris filiis erat tertius. Duxit primò Mariam Caroli ducis Calabriæ Consobrini sui & Mariæ Valesiæ matertera filiam viduam, quæ habuerat Carolum ducem Dyrrhachii & ipsius Philippi Consobrinum: suscepit ex ea aliquot filios, sed omnes in pueritia perdidit, mortua Maria & in Cœnobio Sanctæ Claræ Neapoli sepulta, transiit ad secundas nuptias cum annum ageret 38. & curreret annus Domini 1368. & duxit vxorem Elisabetham filiam Stephani tertiogeniti Regis Vngariæ, ex qua nullos habuit filios. Vterq; Tarenti moritur, & sepelitur in ade Diui Cataldi. Philippus ab anno 1363. vsq; ad 1370. cõcessit Tarentinis multa priuilegia, & his ornabatur titulis: Philippus Dei gratia Imperator Constantinopolitanus, Romaniæ despotus, Achaiæ, & Taretti princeps. Margarita prima eius soror quæ viuo patre fuerat Regina Scotiæ, inscijs fratribus alterum habuit virum Franciscum de Baucio Montis Caueosi comitem, qui Nuptiarum ergò Andriæ ducatu ornatus est. & inde natus est Iacobus de Baucio dictus & ipse Imperator Constantinopolitanus & princeps Taretti. In Margarita finè habuit, dum Neapoli moritur viri causa sibi detenta, Philippi principis Tarentinorũ do-

A mum: nam Maria altera soror virgo mortua, obiit 1348. & Ludouicus frater Ioanna maritus 1362. Habet Tarentum a Francisco priuilegium in vndecim distinctum Capita, cum Titulus, Franciscus de Baucio dux Andriæ & Comes Montis Caueosi, ac Baroniarum Betta, Tricarici, & Misanensium maritus, Imperatricis, &c.

Roberto Caroli II. tertiogenito, quo ob Caroli Martelli fratris obitum, & ob Ludouici Episcopatum & religionem, patri successerat, absq; filio marito, contigit vt Regnum contra ad Ioannam primã Roberti neptem

B pueri forent nati de hoc principe, quia pauca sunt ad rẽ nostram spectantia, quorũ illud vetustissimum, quod Archiepiscopi scripturis legitur, anno scilicet 1316. contigisse Gregorio tunc præsulis in oppido Gryptalarum Nõdum ante ecclesiam, qui plura volet de hoc Rege cognoscere, adeat diuum Antoninum, legat Blondum, videat Franciscum Petrarcham.

Dum Robertus esset in extremis, legauit, vt Andreas Caroli Martelli fratris sui filius duci Ioannæ eius neptì Regni præesset, Ioanna volens auisi voluntatem perficere, accepit in virum Andream, quem antea corporis habitu Andreassum vocabant. & cum eo, & in Apulia & in Sicilia tres annos regnauit, demum regnante vxore illius socordia, quãuis ex eo prægnans esset, Andreas suffendulo quo manabant, quod fuisse traditum anno Domini 1345.

C in mense Septemb. cũ tertium infelix & vxoriosum vitæ annum ageret, sepultusq; patet in maiori Neapolitana basilica. Ioannis principis nece deflet Franciscus Petrarcha lib. Epistolarum 6. ad Barbanum Sulmonensem epistola, cuius initium est. Heu quam violenti.

D Tum sibi Ioanna ad secundas nuptias cũ Ludouico filio Philippi principis Tarentinorũ: sed Ludouicus Hungariæ Rex & germanus Andreæ laqueo necati, audito tanto scelere venit cũ exercitu in Italiam ad vlciscendã fratris necem, & bello per septennium magna clade attriuit Regnum, cuius initio cepit Sulmonem: etenim Sulmonenses restitere absq; vlla trepidatione pro suis Regib. usi fuerant. Ioanna interim & Ludouicus eius vir Tarentinus princeps dictus aufugere Narbonã, relicto in Regni custodia Carolo Dyrrhachino, filio Ioannis Peloponnesi, ac dest. Moreæ principis. hunc Hungarus Rex captum cũ suo præsidio capite plecti mandauit eodem in loco, vbi Andreas frater tam impiè & inhumaniter fuerat suffocatus. Neapolim postea se contulit, eò, cũ nullus obstaret, ingressus nouam occupauit arcem, ipsa (vt ferunt) cõsentiente Ioanna: & multos, qui ab illa in fratrem steterũt, proceres in carcerem detrusit, ab anno 1347. vsq; ad 1352. Facta est demũ inter Hungarum & Ioannam pax. & in Regnum reuersa consentiente Clemente V. accepit cũ marito coronam Regiam. nam primò his conditionib. illi impserunt, vt solo Tarentino principatu cõtentus sineret vt ipsa Regnã exerceret auctoritatem. Regina Auenionem vrbem, quam sui erat patrimonij vendidit Pontifici: at ille remisit ei loco pretij tantundem, quod in defendis Apuliæ debebat: nam tot grauib. iactata casib. nõ fuerat soluendo. Habuit Ludouicus ex Regina duas filias, Catherinam, & Franceschã, illa moritur quinquennis, hæc 6. die post parentum obitum anni 1352. de tota hac re scribit Pogius in lib. de varietate fortunæ, & Petrarcha ad Philippum Caua-

tecensem Episcopatus verbis: Rex Siculus dilatatum diadema recepit, inter eq; eũ & Hungaricum regnatorẽ pax nunc æterna convenit. *Post decessum magni Ludovicum è vita abſq; filiis die Iouis 7. Calend. Iulij. magnificam inſtar more Regio ſunt in domo Dominica, vbi filia ſepulta fuerant, corpus vero trãſferunt Neapolim ad Monachos Diuæ Mariæ Montis Virginis, vbi vinus mater erat repoſita. Catherina Flandrenſis vxor.*

Fuit vero Ioanna vxor Iacobi Regis inſularum Baleariũ, quo vtrũ breui vita defuncto, cũ non conceperit ex eo, habent virũ Othonẽ Bruycenſem ducẽ Thoronicum, quẽ voluit Regẽ appellari, ſed Tarenti mũ principem ſic n. ipſamet illum appellat in ſuo (vt vocant) iure dulto, procerib. quibuſdam Neapolitanis facto, qui de primatu inter ſe contendebant, orta contentione ſiquidem inter nobiles platearum, quas vocant Porta noua, Portus, S. Archangeli, Nidi, & Capuana. Othone viuo Ioanna fuit regno ſpoliata non à poſthumo filio quẽ ex Andrea conceperat, vt multi contendunt, (ille n. puer quadriennis in Hungaria, quò à patruo Ludouico miſſus fuerat, moritur) ſed à Carolo III. qui Vrbani VI. mandato venit Neapolim anno ſalutis 1381. accepto Romæ regio diademate. Oderat Vrbanus Ioannam, tum quia fauere auſa fuerat Clementi VII. Antipapæ: tũ quia dicebatur adoptaſſe ſibi in filium, quia ex Othone nõ conceperat, Ludouicum Andegauenſem ducẽ Regum Francorum filiũ. nullo igitur obuiam ad reſiſtendum exeunte, Carolus vrbẽ ingreſſus Reginam in Caſtro nouo obſedit, & Othonẽ virum a ſuis captum militib. cuſtodiri præcepit in S. Felicis, & cũ per deditionem Caſtrũ intraſſet nouum, Reginam cepit, captam necari mandat occulè tũc egrotantẽ, puluillo ori adiecto. Othe vxoris morte audita aufugit, carceris ſui cuſtodib. pecunia corruptis, ſed paulò poſt moritur Fogiæ. Huius Ioannæ extant in arca ſcripturarũ Archiepiſcopi Tarentini nonnulla priuilegia, donationes atq; immunitates ab annuo cenſu Curiæ regiæ ſoluendo Caſalis atq; Eccleſiæ Gryptaliarũ.

In Philippo iuniore diximus ex Franciſco Baucio, & Margarita Philippi ſorore natũ Iacobum, qui ab Aloyſio Andegauenſi principatũ obtinuit Tarentinum & Lycij comitatum, atq; vxorem duxit Agnetẽ Dyrrachinã Caroli filiã, quæ Cani Scaligero prius nupſerat, & fuit electus Imperator Conſtantinopolitanus ob Robertũ & Philippũ principes Tarentinos auũculos. poſt Agnetẽ vxorem Neapoli mortuã, ex qua prolem nullã habuit ipſe moritur Tarenti, & ſepultura marmorea cõditur, quatuor adhuc è marmore columnis ſuppoſita, duob. leonibus ad baſim ſeruientib. Apparent inciſa præter inſignia huiuſmodi litera circa frõtẽ ſepulturæ carmine heroico:

Hoc tuus Andriæ dux Franciſcus Baucia proles
Extruxit templum Iacobi tegit oſſa Tarenti
Principis: huic mater Caroli de ſtirpe ſecundi
Imperij titulis & Bauci ſanguine claro:
Hic Romaniæ & deſpotus Achaius vrbes
Subiecit bello.

Hoc ſepulcrum me puero fuit eductũ de Sacello brachij ſancti patris noſtri Cataldi, atq; apertũ: & ibi fuerunt reperta oſſa Iacobi cum Dalmatica auro ſerico cõtexta, manipulo, ſtola, ſceptro, corona, regijs inſignibus. Tradunt alij ſuum Adriæ obiiſſe diem, indeq; cum marmoreo ſepulcro Tarentum tranſlatum.

Raymundum, quem Romandellum, vel Raymãdellum cognominabant, ſuſceperat Iacobus ex prima vxore, ſed nata grandiorem expulit ab ſe: ille autem attendat in Spartam, vbi q; cũ exercitu, Pœnos multa egregiè feciſſet, de fœcundum quendã Saracenum militem interemiſſet, tutor in Regnũ venerit, moritur patre, Tarentum principatu dignum habitus illum nulle negocio obeundo. Neq; ſolũ præfuit Tarenti, ſed & Hydrunti, Brundiſij, Lycij, Martinæ, Vxenti, Heritbi, Gallipoli, Hoſtunæ, Betunti, Motulæ, Bitettæ, & Cupreſſani, præter oppidula, quæ vulgo Caſalia vocantur. Et cũ eſſet Ioannæ ſuperioris cariſſimus, ab ea dono recepit Soletum Græcorũ oppidum. Habuit vxorẽ Mariam Enguerram Francorũ ſanguine clariſſimam, ex qua habuit multos filios, & filias, omnes quidem magni nominis, ſed de Ioanne Antonio Tarentinorum principe nobis erit dicendum. Notatur & illud præcipuum de Raymundo, quod Vrbanus pontifex cũ contenderet à Carolo, quẽ ad Regiam promouerat dignitatem, vt ſuus nepos Butius nomine, nullius neq; virtutis neq; conſilij, Capuæ ſaltem princeps eligeretur: Carolus, vel quia non expedire ſibi hoc ſentiret, vel quia tanti beneficij eſſet immemor, probibuit Vrbano bellum contra ſe paranti adhibitis cuſtodibus exuuim vrbis atq; palatij. Obtinuit tandem pontifex diſſimulata ad tempus iniuria, veniam a Rege, vt ob æſtus vitãdos Nuceriæ cõmorari ſibi permitteret. ibi poſt veniam a Rege impetratã contra illum inchoant (vt dicunt) proceſſum, miſſa de more per ſatellites citatione, quibus breui ſe venturum Nuceriã reſpondit, diuiturumq; obiecta crimina non verbis modo, verum etiã armis. Nuceriam itaq; cum ſatis magno exercitu veniens, vrbẽ obſedit, cum pontifice. qua indignitate motus Raymundus, ſuis fretus copijs, quas ſub Rege ductauerat, Vrbanum, & totam eius familiã ad proximũ deduxit litus, vel Barium (vt alij) & Genuenſium triremibus ad id inſtructis paratiq; impoſuit.

Extant apud Tarentinos quatuor Ladiſlai priuilegia, quorum tria præcedentia data ſunt eodẽ anno 1407 & menſib. Martio, Aprili, & Maio. vltimũ anno ſequente. His Ladiſlaus fuit filius Caroli III. & cum eſſet puer Vrbanum pontificẽ habuit aduerſariũ, qui ob paternum ex predicta in Raymundo cauſſa odium regnũ illi ſubuertere cupiebat: ſed Caietani magna, vt ſubditos decet, viſi fide, & puerum & Regnum ſeruarũt. Cepit Regnum in Apulia, cum eſſet annus Chriſti Saluatoris 1385. mortuo patre venit in Italiã, quia in Apulia proſpere minime ſuccedere audiebat. Regnauit ibi viginti trium annos, coronã adeptus per Bonifacium Papam V. poſt anno pridiè Calend. Iunii. Anno 1408. cum Ladiſlaus in Apulia obſideret ciuitatem Tarentinam, vbi dominabatur duciſſa Maria vxor Raymundelli Baucij cum filius ſuis, poſt multa prælia eã duxit vxorẽ, (duas n. priores perdiderat, alterã diuortio, veneno alterã, cũ filiis Tarentum accipiens. Hæc vocata fuit Regina Maria. Ladiſlaum ferunt concubina dolo in actu venereo venenatum occubuiſſe, atq; per Ioannem tertiũ & vigeſimum excommunicatum anno 5. vel 6. poſt occupatum Tarentum.

Ioanna huius nominis ſecunda Ladiſlai Regis tanquam

quæ regia habitabatur, frustrabãtur, libris defunctis, & ad ecclesiam Sti Ioannis a Carbonara Neapoli sepulto in Apulia regnum successit, & regnauit annos 21. excepta Ladislai Martino tutore, qui & quæstor dicebatur. Hic anno 1414. concessit Tarentinis multa priuilegia & omnia quæ tempore eius Sereniss. naturalegibus iniuncta, quæ vt præstantissimus, robur, animis magnis dedecus, imperandi vero dedit summum adeptus.

Ioanna ob Gelidria Ducem maritũ vita defunctum odio habuit, vt vulgo creditum est, ab omnibus creditã infamiam, inquit Iacobo Borbonio Marchia Demarcho virtus contigit, qui & ipse Regis titulũ Regis vsurpare, aut regium agere personam, sed Tarentino contentus principatu, quem frater Ladislaus vt dictũ est, occupauerat cum eius nec Regnum, Regna administratio liberã sibi permanere, multa suspicatus Regina, cum inuiderent Sforciadæ ipsa Sforciana factiosa suspexisset, data ad Iacobum vna, bona, seruatq; literis, illi persuasere, vt nomen assumeret, asserret Regium, nulla enim sibi ita vendicare defuncto posse auxilia. Duobus igitur mensibus Venetis Manfredoniam breui appulsum oĩ primo occurrentes Regis nomine salutauere. Regem q; appellauere solum Sforciadem, cum hac duas Catharinellam Pandulphi sororem Regina liberalitas in dignitate terminos longe ita fuerat Beneuentũ, Manfredoniã, Barolum, viamq; Trauersam vrbes, quibus viginti oppida partim in Apulia & Samnio, partim in Brutijs atq; Lucania adiecit, ad Beneuentum omnes salutũ aduenisse Comitẽ gratulatum est. quare Iacobus ira concitus in Beneuentanam arcem illum coniecit, equitatumq; eius omnẽ à vestigijs diripi, oppida per vim cum vrbibus rapi mãdauit. Hinc Beneuento in Hadriaticum arcem, cui ab eius nomen est, deiectum acerbissimis tormẽtis cruciare decreuerat. Summo omnium applausu Neapolim Iacobus excipitur, vniuersi vnius voce Rex salutatur, Arcemq; nouam prodente Auersano Comite, qui à contrario euentu Seruatoris nomen erat, ea potitur. interfectoq; Pandulpho Alopo, qui alter cũ Sforcia Regina concubitor credebatur, nuptialis mensæ eius sanguine conspergit. Potitus regno Gallos vbiq; præfecit, vrbibus illos & oppidis donauit. Neapolitanos etiam & cæteros regni proscrib. omnino septus Regnum consilio armisq; Gallorũ administrauit. Reginam coniugalis quidam thori consortem fecit. sed erepta veteris imperij potestate multis oneratam probris, thoro (quod muliebre animum asperius vulnerauit) sæpius ablegatam, & seuere castigatã, ne dissideret, a Gallis custodiri iubet. Sed duo Neapolitani, altitudine animi insignes, eripiendæ, asserendæq; in libertatẽ Reginæ, ac expellendi Regis negocium susceperunt, Othinus Caracciolus, qui inter optimates auctoritate & opibus præstitebat, & Anechinus Moreminus populariũ princeps. His cum Reginam, qua festo quodam die a viro licentia impetrata de Arce exierat, à dextra, sinistraq; coprehensam comitarẽtur stipati valida iuuenum manu eum in Capuanã arcẽ perduxere. Extemplo Reginæ nomen acclamatur, inuadũtur Galli, totaq; vrbe fugati in arcẽ compelluntur. Rex ad inopinatæ periculi discrimen cõsternatus portas claudi iubet. Neapolitani ex aduerso circumuallare arcẽ, egressum obstruere, & late obsidere Regem pergunt. Quibus rebus nota

A. modo dignitati, sed & saluti vehementer timens, undiq; omni militũ præsidio, & cõsilijs penitus inops, his conditionib. in deditionẽ est receptus, vt in posterũ Regis titulis abstineret. Tarentinus sine dux, sine Princeps, sine Comes mallet, appellaretur: Gallos verò oĩs, præter quos in Galliam remitteret, & Sforcia statim custodiæ emitteretur, redderẽturq; ei vi erepta oppida, ac renouato veteri honore Magister equitum crearetur. Vix vndecim mensib. Iacobus regnauerat, cum nobilissimorũ ciuium

B. honoribus priuarat, conspiratione in potestatem Regnare adactus, cum superbia & crudelitatis exitio tulit, vt Talenus panatus subiret: sed demũ imperante Martino summo Pontifice, quum libri vere custodia seruaretur, nauigio repente conscenso Tarentũ, vbi princeps erat, profugit. Eam vrbem Regina potenti exercitu obsidendam misit, & huius belli onus Ioannis Antonio Vrsino iniunxit, vt inde eo pulso Iacobo ipse Tarentinus esset princeps, sicut Raymundus fuerat pater. Sed Iacobus a pluribus sibi adhærentib. deceptus ve-

C. nisse conditionem cum Ioanne Antonio per Mariam eius matrem, & accepta nescio quanta pecunia in Gallos delatus, & religioni addictus anachoreta pallio vtebatur, superstite Regina, qua Neapoli absq; liberis moritur anno 1435. 4. nonas Februarij.

Sexui patrono, hoc est Tarentino principatui adiecit Ioannes Antonius prædium Barium, Montẽ pelusium, Pomericum, Materam, Aquauiuã, Mineruinũ, Rubos, Basamaximam, cũ Labello, quæ oppida sunt in Lucania & Pencetijs: at in principatu vlteriore Flumariũ, Vicum, Cadoniã, Bisaccium, Carbonariã, Accadiam,

D. Carifiam, Vallatũ, Sanctum sofium, Castellum, Sanctũ Nicolaum Torcariũ, Guardiã Lombardam, Monticulum Apertum, Bonitũ, Molisium, Montem acutũ: in Campania autem emit Marilianum, & Aceras per mutuatam amicitiã. Expulso vtrunque superstite dicto Iacobo, in quo verum cognitum est proverbiũ, secundã fortunã stulto raro nequaquam esse diuturnã, variam atq; inconstantem se ostendit Regina, illa tandem mortua prænaluit Alfonsus Rex Aragonius citeriore Hispania accitus,

E. quem florentem armis, pluribusq; rebus gestis insignem Regina ante alios adoptauerat. & Neapolim post diuturnã obsidionem per vim cepit, Renatoq; expulso victor regno potitus est. fuit Alfonso Ioannes Antonius carissimus, & ab illo non modo fuit adiutus in persecutione, quã passus est a Regina, qua dolens Tarentinum principatum a sua ditione præreptum, Iacobũ Candolfũ Barã ducẽ in eum mouerat cũ exercitu, vt tanta dignitate spoliaret, sed etiam confirmatus in principatu, fuit ab eodem electus magnus Connestabilis, qui magistratus in regno primus habet in militia, reditusq; erat eius centum millia aureorũ, cum obligatione tamen, vt quoties opus esset, iussu Regis Ioannes Antonius armatos secum haberet mille equites, quos vocant leues armaturæ. Eius vxor fuit filia Iordanis Columnæ, fratris Martini Papæ, & ab ea non suscepit filios. De qua sic scribit Calentius ad Hieracum: Veni ad Annam Columniam Tarentinã tuo & Regis iussu: nunquã vidi tanti corporis mulierẽ. ea domũ pene omnẽ sedẽs cõplebat, ita vt ãti mihi deesset locus ad dicendũ.

Os magnum, oculi vt boum pupares grandia mõ-

bra omnia supra quã credibile est, vt vox Leonis. A cumq; literas illi Regia manu scriptas reddidisset, legit, & gratias egit scriptori, qui tam blandã, ac cãdidam epistolam dedisset. post collecta paululum veste, ac sella posita me sedere iussit, & si qua vellem, dicere: sedi, dixi, audiuit, respondit. Summa est hæc, te iniussu Regis nõ abiturã, vtrũ ligna fugę sunt lectica ante fores, nauis in portu Brundusino parata, comites in equis, per domũ solliciti cliẽtes: quid vltra? me detinet tibi renunciare, quare his literis scias velim vt si quid facto opus sit habeas & B quid cogitandi tempus & disturbandi. viue. & paulo post. Diluculo mulier abiit Hiaracę, puellas secũ duxit quatuordecim, equites sexaginta, aureorum millia decẽ fere, supellectilẽ reliquit, iter facit vel sus Saletum oppidũ Icito. *Habuit tamen Ioannes Antonius nothum quendam filium, qui cum nullius esset valoris donatus ab illo est Lycy comitatu. Habuit & Trusthias illegitimas, quarũ prima fuit vxor Iuhs Antonii Aquensium S. Flaviani Comitis, dos eius creditur fuisse Bhettum, Cupressinum, & Bituntum ciuitates, cum* C *his oppidis, Casa maxima, Ioia, Cassano, Nucibus, Turri & Castellano. Altera fuit vxor Comitis Catãzari, q. fuit primogenitus Marchionis Crotonis, in tota tunc tẽporis Calabria potentissimi. Tertiam duxit Iacobus Sãseuerinus. Priuilegiũ Ioannis Antonii q. habent Tarẽtini, datũ anno 1432. Calend. Septemb. fuit illud quod cõtinet discrimen inter Tarentinos & Vritanos, de finibus ac terminis agrorũ. Huius principis iussu fabricata est Basilica S. Antonii Patauini, sicut docẽt duæ Ta-* D *bulæ lapideæ cum insignibus ipsius principis Latinus & Gallicus literis idem continentibus. Habitant ibi fratres minores, qui de obseruantia nuncupantur. Vtriusq; tabulæ literæ id sonant:*

Ioannes Antonius de Baucio de Vrsinis Tarẽti princeps, dux Barii, Lyci comes, regni Siciliæ magnus Constabulus, &c. Hanc construi fecit Ecclesiã sub vocabulo & nomine beati Antonii ãno Christi M.CCCC.xlviii.

Est & tertia tabula, quæ rudiores quosdam versus, qualis ætas illa pariuit ac, cõtinet, hoc ipsum idem demonstrantes, adscripti ne ab aliquo desiderarentur: E

Hæc domus Antonio Patauinõ sacra locatur,
Principe Ioanne Antonio dominante Tarẽti,
Sub quo præses erat fidus Nicolaus ibidem
De Cupressano Leonardo milite cretus,
Mille quatercentum septem Sol aureus orbes
Arce sub Ætherea Christi quadraginta rotabat.

Ab eodem principe fuit constructum Sacellũ beatis eiusdem Antonii, quod cratibus ferreis voluit circundari, & ibi apparet ipsius statua genu flexa.

De Alfonso primo scribimus hæc pauca, quia & ab F *ipso Tarentini habuere priuilegiũ, vt scilicet in vtraq; Sicilia exules haberentur, omniũq; immunitatib. gauderent. Hic cũ liberos ex iusto matrimonio careret, Ferdinandum, quẽ susceperat ex pellice ducẽ Calabriæ declarauit in spem successionis, cuius res vt validius cõstitueret Isabellam Tristani Claromontis filiam, qui erat dux Venusinus, Ioannis Antonii ex Catherina sorore neptẽ vxore habere voluit. Qua ab Alfonso pro Neapoli præsertim ornanda, & arcibus & mole, & portu, & rebus militaribus & studiis sciendi, & Reipub. administrandæ scribit facta sunt, quæ pariũ adrem, quam scribimus, putauimus vtilium non prætermittere. Cæterum segregescẽte anno febre correptus anno salutis 1458. bonæ multis post ætatem fessis in diebus fato functus est cũ Neapoli, quam Vrbẽ per aliquot annos immissis militib. Renato abstulerat anno 1442. annos sexdecim regnasset, ætatis q. suæ annum agens quartũ & sexagesimum. ob morbum tradunt succidisse, quia hyemo in Apuliam profectus alterius ac vtilitatis status vitra vires suas fuisset.*

Ferdinandũ ab Alfonso huius nominis primo in Regno Neapolitano hæredem substitutũ Regulis oẽs & ciuitates missis vndiq; oratorib. Capuæ conuenerunt habitoq; Regẽ salutarunt, & in eius verba de more iurarunt, præter Ioannẽ Antonium Vrsinũ Tarentinorum principem: oderat n. Ioannes Antonium Ferdinandũ, siue quia indignum censebat hominis illegitimo subesse, siue quia rumor erat Regẽ concubuisse cum Rossani principis vxore, cuius ipse Ioannes Antonius erat ex Raymũdo & Martha frater. Nouerat Rex principem animũ minime tranquillũ, quippe cui ab adolescẽtia seditiones insederint, discordiasq; gratias fuisse intelligeret. Erat Ioannes Antonius (quis n. virtutem occultauerit?) vario & non satis cõstanti ingenio, ac parũ firma amicitia, apud quem etiã sanctæ bonestatis nõ tantum respectus, quantũ studium, quãtaq; cura erat eius assequendæ, q. animo destruxisset, atq; vt ipse palam fatebatur, vtq; in bello abũdè timidus, sic in pace parum fidens suis, aut amicorũ opibus, quem longe maxime quieta Alfonsi pax male habuerat. Is igitur per finitimas ciuitates, locaq; opportuna clã summittere cæpit, qui aliis præmia, aliis delictorũ condonationẽ promitterent, nobiles alios suæ inopiæ, alios gloriæ maiorum admonerent, Regulos vt quemq; vel cupidum rerũ nouarũ, vel are alieno pressum, vel res suæ pœnitere intelligerẽt, tentare hortari, sollicitare, multa pollicendo erigere, opes eius ostentare, ne desinerent, donec [illegible] eum auctore ac ducem offerrent. His atq; aliis animos hominũ ad bellis studia cũ impelleret, in Galliam quoq; ad Carolum Regem, & Genuã ad Renati filiũ mittit, qui eos ad Regnum armis repetendum hortentur, omnib. denique artibus participes socios, duces cõsilii sui querit, atq; habere tũtat. At Rex artes illius veritus, nunc per literas, interdum per oratores aut amicos, operam dabat, illum vti conciliaret, appellabat eũ patrem, cõfitebaturq; Alfonsum parentem non nisi per eũ regnum fuisse adeptũ. Sed tum (vt diximus) principis in se odium animaduerterat Rex quando erat dux Calabriæ vno ad hunc patre, neq; sibi in hac re profuit Isabella neptis matrimonio iuncta, quæ nunquam cessauit auunculũ accusare, deq; illo conqueri, quod per eum sibi non licebat cum marito quietè viuere, & Regno frui. nunquam tamen quieuit Tarentinus princeps, quousque aduersum Regem arma moueret: & mouit tandem, bellumque illud à Ioanne Pontano, de quo prædicta omnia collegimus, elegantissimè scriptum, per breuissimum fere gestum est, donec Ioannes Antonius hoc modo è vita cõmigrasset. Dum Ferdinandus Suessam obsideret, lenibus ex initiis de pace cœptum est agitari: cumq; intelligeret Ioannẽ Antoniũ quartanam in dies magis magisq; premi, cupiens in Apuliã quam primũ, finitimisq;

Tarẽ-

Tarentinũ loca cum exercitu proficiſci, pace iam facta diſcedente in Apuliã Regem Antonium Vidanum Sanctipetrinũ, & Antonius Agellus Trauenſis aderant Principis legati, qq; Romã, vbi erant, ſtuli. Habito ſecum cõgreſſu Rex illos ad Ioannẽ Antonium remiſit, qui aggrauante eius quartana Iaſb. Decembrib. in arce Aliamurę diẽ obyt. Mors tamen eius ſuſpicione non caruit: nam vterq; Antonius in ſuſpicionẽ eum venisſet initæ cũ Rege conſilij, ſubmiſſum in cubiculo ſolum cum eſſet, atq; ſine teſtibus, princeps eo tuerat, vbi Tarentum, quo properabat, peruenisſet, ſecuri quã primum in illos animaduerſorum. ſed a puero, qui aſſiduus in cubiculo verſabatur, clanculũ, & quaſi non auditſet exceptum, atq; ad alterum ex Antonijs perlatũ, a quo blanditijs pollicitationibusq; delinitus puer fuerat, properanter ad necem perpulisſe vtrumq; creditũ eſt. Itaq; multã ad noctẽ ingreſſos cubiculum, vt qui repentinũ aliquod eſſerent ſomno morboq; oppreſſum ſtrãgulaſſe ſtatimque ad Regẽ miſiſſe mortis nuncij. multaq; coperta vicinorum mortis ſigna ſtatim diuulgatum eſt. Mortuo principe Ferdinãdus diſpoſitis per opportuna loca copijs, Tarentum proficiſcitur, ibiq; inuenit pacata omnia, mox per totum fere commeans Regnũ, nullũ alicuius nominis oppidum adiit, vbi nõ benignè liberaliterq; fuerit a ciuib. acceptus: ipſe omnes publicè priuatimq; ac præſertim bene meritos quoſq; proſecutus eſt priuilegijs, muneribus, beneficijs, & aliis liberauit vectigalib. aliis ornauit ſtipendijs, & equeſtri prærogatiua. Extant apud Tarẽtinos multa huius Regis priuilegia, quæ ſingula multas habent illorum pro Reipub. vtilitate petitiones, ſi mali priuilegium, & fuit in arce Tarentina expeditum ſub anno 1463. & Regni ſexto, 42. qua & ipſi Tarentina, quam dicunt, vniuerſitati conducere tũc cenſebantur, ac certis quibuſdam ciuib. Sed inter eas ſecunda admodum credita eſt laudabilis, qua petebant, vt Rex Vrbẽ ipſam tutaretur, atq; cõmuniret, haberetq; ſuo ſub dominio, neq; paterentur poſt hac vt ſub principalis eſſet poteſtate, niſi qui futurus eſſet princeps, eius foret legitimus filius. Priuilegium itẽ Aueriæ datũ 1464. vndecim habet petitiones priuilegium in arce Noua Neapolitana ſequenti anno datũ 1465. 47. continet particulas de modo viuendi ipſorum ciuiũ, cuius initio hæc leguntur verba: Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, Vngariæ vniuerſis & ſingulis præſentes literas inſpecturis tam præſentibus, quam futuris. Illis inſtinctu dignæ conſiderationis inducimur benefacere, quos nobis nouimus probabili experientia ſeruiuiſſe: ſed ad illos potiorib. beneficijs efferendos deflectimur, qui p fidei obſeruantia forti conſtantiq; animo labores atq; pericula diuerſimodè ſubierunt. ſanè in mẽte noſtra ſæpius reuoluentes, & propter integrã fidẽ, quam vniuerſitas & homines ciuitatis Tarẽti noſtri fideliſſimi ſignanter poſt obitũ quondã illuſtris Principis Tarentini erga ſtatum noſtrũ opere & effectu demonſtrarunt, ſe & ipſam ciuitatem ſponte & voluntariè nobis dantes & aſſignantes, quo fit, vt pacatis belli fremitib. pax exẽplo ſuborta ſit. Eorũ quidẽ opera & exẽplo multa & complurima alia beneficia nobis ſubſecuta ſint, & ea ſine antẽ hac: Quibus quidẽ Capitulis maieſtati noſtræ porrectis nomine præfatæ magnificæ ciuitatis & hominũ Tarenti fuit nobis humiliter ſupplicatũ, vt dicta Capitula, vnà cum decretationib. adiectis iuxta ipſorum ſetiẽ & tenorem benignè cõfirmare, ratificare, applicare, cõualidare, cõcedere que, & indulgere dignaremur, ad diuturnã firmitatẽ, perpetuumq; robur. Nos ipſius magnificæ vniuerſitatis & hominũ precib. clementer annuere volentes, repetentes memoria quantũ ipſi vniuerſitati Tarentinę & hominibus ciuſdẽ ciuitatis debeamus, quippe qui quã primum eius licuit, partes noſtras illico ſecuti ſine vlla armorũ vi vltro ſeſe nobis dediderunt, nomen noſtrũ inuocauerũt, nos in vrbem receperunt, & ſumma veneratione præclariſq; honorib. proſecuti ſunt, quæ res nobis quietẽ peperit, regnũ ſtabiliuit, & nomen noſtrũ reddidit & venerandũ & formidabile, exemplũq; fuit, vt caput pleraque mẽbra ſequerentur: Conſiderantes etiã quantum noſtra interſit, vt hæc præclara vrbs, quæ olim Romanis ipſis formidabilis fuit, pro virili noſtra inſtauretur, ne madidũ nobileque Tarentũ, vt veteres appellabant, ad internecionẽ adigatur, ſed priſtinã dignitatẽ aliquãdo accipiat: Impulſi etiam, quòd hæc Capitula maieſtati noſtræ, porrecta prudentiſsmè inſtituta & egregijs rationib. adinuenta ordinataque ſunt, quodque partes noſtræ ſunt hanc vrbem inſignẽ fauoribus proſequi, beneficijs cumulare, noſtriſque gratijs fiuere, & omni ex parte tanquã vrbẽ claram inter Regni primates, de nobiſq; bonemerentem cariſſimã habere &c. *Vt omittam alia ad annũ uſq; nonagesimũ primum poſt mille & quadringentes expedita. Suſcepit ex Iſabella coniuge Ferdinandus plures filios, quorum primogenitus fuit Alfonſus dux Calabriæ, alter Fridericus, tertius Ioannes Cardinalis, qui fuit Tarentinus Archipreſul, quartus Franciſcus. fœminæ fuerunt Helionora, quã Herculi Eſtenſi, & Beatrix, quã Mathias Pannonia Rex, Tertia Spuria, quã Antonio Pii ſummi Pontificis propinquo locauit. Henricũ itẽ Spurium habuit, ex quo genitus Aloyſius, qui neptem Innocẽtij Pontificis paſſã prius matrimonio habuit: mox Pontifice defuncto abdicata, Cardinalis Tarraconẽſis eſt a ſucceſſore creatus. è Regijs filijs Frãciſcus & Ioannes Cardinales, & Henricus, iuuenes admodũ defunctis patre ſuperſtite. Varia Ferdinandus per ſe & per filiũ Alfonſum geſſit bella: etiã ſũ pcerib. Neapolitanis rurſus mortuo Ioanne Antonio eſt tumultuatus. Hinc illa conſpiratorũ cõprehenſio, in carceres cõiectio, ac demũ filẽtio noctis omniũ occiſio, & nonnullorũ per fruſta cõciſio. Anno etiã Dei noſtri humanati 1480. quãdo Mahumetes Græcia domitor Rhodum maximis viribus oppugnabat, impulſus Turcarum aduentus, qui oportunitate loci, breuiſſimi tractus freti ab Aulona totaq; Epiro accitis copijs, nõ modo Apuliam ſed cunctam Italiã incredibili terrore complenerat. Sed Hydruntum in Salentinis vrbem breui accepit, decimo ſeptimo vix in obſidione oppugnationeq; conſumpto die. Vnde coactus Rex Ferdinandus Alfonſum filium a Florentinis armis ad Regni ſubſidiũ reuocauit, & ad Hydrũtis reparationẽ: iniunxitq; Raymundo*

mundo Baucio Vxenti Comiti, vt statim Tarentũ, cui a Turcis maximè timebat, se conferret cũ præsidio peditum quadringentorum. In bello autẽ aduersus Turcas p Hydrunto ab illis recuperando tenuerunt Tarentini 4. enerarias naues, vnamq; triremẽ, & transmiserunt trecentos pedites, quib. ipsi victum are publico subministrabant, sicut legitur quibusdã in Regis literis, quæ Neapoli expedita fuerunt 18. Calend. Septẽb. anno 1482. quib. mandabatur, ne Tarentini vexarentur insolutione, quam extraordinariã vocant, qua de re extat adhuc processus. Mors Mahumeti Turcarum Regis, qui fœdus cũ Venetis aduersus Ferdinandum inierat, magnam Alfonso occasionem, quã citissimè Hydrunti reparandi porrexisse creditur. nam Turcæ audito Imperatoris sui obitu, quotquot intra Hydruntem erãt, solutis reb. illi se dedidere, aliquot Alfonsus inter suos milites detinuit, sicut scribere videtur Antonius Galatheus Ferdinandi Medicum. Moritur Rex Ferdinandus intra biduũ ex morbo & Catarrhi descensu, quem ex immoderata venatione conceperat, 8. Calend. Februarii, hora 17. anno salutis restituta, 1494. & sexagenarius decessit, cũ annos undequadraginta regnasset, ac statim Alfonsus eius primo genitus iustis regalis pompa defuncto patri persolutis ad imperiũ euehitur. Rex in primis a Federico fratre natu minore, reliquisq; Neapolitanis principib. salutatur, auditæq; gratulantiũ, qui ab erant, procerum legationes, vrbium q;, quæ undiq; officii gratia Neapolim ceibant.

Alexandro pontifici huius nominis sexto, qui antea Rodericus Borgia nũcupabatur, per oratores suos hanc liter supplicat Alfonsus Junior pro bulla Pontificia, quam omnium Cardinalium consensu anuis superioribus fecerat Innocentius octauus, qui Alexandrũ præceras. in legatione autem fuerunt, ipso ita iubente, Eugenii, Nicolai, Pii, & Sixti innestiture recensita: & denum Alfonsus Apulia & Siculia Regno, quia vivo patre Dux fuerat Calabriæ, innestitus est hoc n. erat cõsuetudinis, vt primogenitus Regis, dũ pater deminaretur, Ducis Calabriæ nomen haberet, & qui Dux fuerat, Rege mortuo, in Regem eligeretur. Sic Ferdinandus senioris Alfonsi filius, qui ante paternam coronam princeps erat Capuanus, coronato patre Dux Calabriæ est electus. Ad Alfonsum autem quo de agimus, innestiẽdum ex sacri Senatus Consulto declaratus fuit legatus Ioannes Borgia Pontificis nepos. sanctæ Susannæ presbyter Cardinalis Montis regalis nuncupatus, vir & auctoritate, & integritate maximus, & missus Neapolim cum ingenti prælatorum, & curialium comitatu Regẽ innestiuit, & coronauit 1494. 8. Idus Maii. Quod tanta cum solẽnitate exactissimaq; ceremoniarum omniũ obseruantia factum fuisse legitur, vt nullum vnquã sacrum solemnius in ea vrbe præclarissima ita percelebre fuisse credatur. Quæ ad Tarẽtinos pertinẽt. Alfonsus cũ patre vivo exactis Hydrunto Turcis, muniendum Tarentum curauit, fuerat (vt diximus) antiqua vrbs munitissima, & murus centum circa turrib. sũgebatur: vltima quæ tunc tẽporis adhuc stabat Centenaria nomen seruabat. aliarum lapides ad muniendã, & instauranda vrbẽ Alfonsus iussit transferri, quamuis à Turcis & à Gallis fuerat anditum à Byzantio ad Neapolim, à Parisiis ad Hydruntem munitiorẽ se Tarẽto nullam vidisse vrbem. Fossa longis nauib. permeabilis à cõtinente vrbs fuit excisa (vt alias diximus) per Marcum Antonium Philomarinum. Ex vxore Hippolyta Maria Galeatii Mariæ Sfortiæ sorore, quã vivo patre duxerat, suscepit Alfonsus Ferdinandum & Isabellam filios. Hic nupsit Ioanni Galeacio Mediolanẽsium duci: q; quidẽ cõiugium turbauit Alfonsi felicitatem, qua in Regno vixerus caperat. historia plurib. explicatur ab aliis, panca hæc ãnotaui, vt ad Ferdinandũ II. facilius descẽderẽ. Dũ Isabella cerneret Ludouicum viri sui patruũ minimè permittere, vt principis ille munia subiret scripsit ad auũ Ferdinandũ, & Alfonsũ patrẽ, vt vel legationibus, vel literis, vel quauis alia ratione Ludouico persuaderẽt, vellet, quæ sua erat fides atq; iustitia fratris sui filio nõ adulto modo, atq; firmo, sed etiã planè iã viro, atq; adeo duorũ filiorum patri, aliquãdo tandẽ regnum tradere, suiq; illũ imperii, suarũ rerum compotem facere. literis lectis missi sunt, Antonius & Ferdinandus Gẽnuris viri graues ad Ludouicũ, qui nomine Aragonicorum Regum illi persuaderẽt, vt restitueret Mediolanẽsi Imperiũ Ioannis Galeacio nepoti, q; cum noluisset Ludouicus facere, Alfonsus patre inuito, qui paulo post moritur, mouere in eũ arma decernit. q; audiẽs Ludouicus Gallorum Regẽ Carolum in Italiã euocat, suas illi opes, copiasq; pollicẽs, quamuis sibi postea valde exitiabilem fuisse illius aduentum perdoluerit. Carolus audita Ferdinandi primi morte magno cũ delectu Neapolim se cõferre decernit. Alfonsus sentiẽs hostium copias iã propinquas esse, cumq; amissa omni spe, suiq; rebus omnino diffidẽs, cũq; cerneret se populis infensum, Regnũ Ferdinando filio possidendum permisit, Friderico fratre adhibito, eumq; vti alterũ parentẽ vereatur graui oratione commonet. ipse cũ bonis quib. potuit, vbi primum idoneã nactus est tempestatẽ, in Siciliã trãsmisit, & Messanæ tãdem mortuus est, & in Maiori Templo sepultus.

Junior Ferdinãdus annos natus 20. Rex à patre Alfonso factus, 10. Calend. Febr. anni nonagesimi quingentesimi & quadringẽtesimi in Castello Ouj, q; marito diq; alluitur, totã visus est perequitare ciuitatẽm veste Regia cũ Friderico patruo, præeunte vexillario cũ vexillo, Regẽq; acclamãte, & salutẽ illi deprecante: quo in fastu de omnib. optimè meritus vix mensem permansit integrum. nã Carolus interea Regnum fuerat ingressus cum magna militum copia, quã ei dederat Ludouicus Sforcia; cui post partã victoriam principatum promiserat Tarentinum. Cum igitur cerneret adolescẽs Rex in ipsam Gallici tumultus flammã se incidisse, eam nõ expectauit, sed spõte cedere statuẽs, cum suos gratia & indole antecederet, Regni proceres ad se cum Cassino Neapolim redisset, vocatos in hãc sententiam est allocutus: Quando Deus, in cuius manu omnium esse potestates, omniumque iura Regnorum non ignorarent, ita vellet, vt Gallorum furori abse cederetur, cessurum omnino statuit, ne q; viribus impar esset, populis magis, quã sibi incõmodatẽ pareret. Agi secum longè felicius putare, Regẽ in bello ob virtutẽ occũbere, q; prosatum cũ ignominia viuere. Quod si amor vllus Aragonensium apud eorũ corda remaneret, cum quãdoq; fortè superstes fuerit, post eã calamitatẽ in patriã reuocarent,

vent, sperarentq; nõ Regem sed Regni laborisq; sociũ habituros. Hu aditu oes amplexus obortis lachrymis discessit cum Friderico patruo, & uxore Ferdinandi sui altera, nomine Ioanna sorore Regis Ferdinandi Hispaniæ eiusq; filia: sese primò cõtulit in insulã Meyarim, ex qua non longè ab urbis litore Neapolitani Reges qui præcesserant arcẽ Oui dictã munitissimã illam quidem effecerunt: mox in Ænariã insulam traiecit. Dũ Neapolim cũ exercitu accederet Carolus, Aquilani se & locum suum statim dediderũt, q; idem & Cassinates, Capuani, Nolanig; fecerunt. at illi qui in munitione erant S. Germani, restiterunt, sed dicto citius oppidũ à Gallis fuit expugnatum, direptũ, atq; obtentũ. Aduenientẽ Neapolim post expugnatas vi, ac precio arces duas à eiusdem admittitur, & in Regẽ recipitur. Neapolitanes sequũtur Calabri, Bruty, Lucani, & Appuli. Tarentini idẽ fecerunt, si præcipuè (vt ferunt) qui ex medio atq; infimo erãt ordine: nam ex nobilib. perpauci Gallis adhæserũt, unde illorũ aduentu multi capite truncati sunt. & propterea voluit Carolus pergratũ sibi id fuisse, q; statim à se aduersus Aragonenses steterint demonstrare, privilegiũ concessit, vt non modò ii, qui nobiles essent, & ex prima ciuium classe sed & ii, qui sunt medii ordinis, quos vulgò cives vocant honoratos, in Syndicũ, qui primus in senatu est magistratus, possent eligi. dicunt tamen primi legiũ illud non fuisse Caroli ipsius manus subscriptione munitum. Sed hanc de Syndicatu cõtrouersiã, quæ magnos in urbe excitauit tumultus, Antonius Orificius senator præstantissimus & ũus consilii Regis præses sua dirimit sententia: censuit n. ab eo minimè excludendos esse notarios, & iudices Regios, qui contractuũ stipulationi præsunt. Carolo post quatuor vix exactos menses in Galliã redeunte, propterea quod cœperint paulatim exercitus deficere, & partim morbis, partim cædib. debilitari: eog; magis, q; Ludouicus dux, quem cœpti iam pœnituerat, ipsum ad Regnum recipiendum inuitasse, & Veneti non æquo animo Gallos in Italiã inuasisse patiebantur, omnibusq; conatib. ad eum expellendũ cõspirauerant, Ferdinandus in regnũ incredibili omniũ studio Neapolitanorũ præcipuè, qui Gallos iã fastidirent, reuersus est reuocatus, q; fuisse tradunt Nonis Quintilibus, prius quã Alfonsus pater moreretur. nam ille hoc animaduertens erexit se ad spem iterũ recipiendi regiminis: sed Ferdinandus, vti Regum ferè omnium mos est, qui regnandi causa, neq; pietate, neq; verecũdia permouentur, patris desideriũ celeriter eluit, illum orans atq; obsecrans ne initia infirma adhuc victoria intempestiuo reditu suo perturbaret, & euerteret: oderant n. illum oẽs, vt præfati sumus, ob multorum proceriũ cædem. sed acceptã Rex iunior à patre ingenti pecunia cum Cõsaluo Ferdinando Magno duce Rhegiũ Messana nauigauit, quo capto Monopolim in Iapygia insulam expugnari, quæ inter multas præcipuè maritimas urbes adhuc Gallorũ præsidio fulciebatur. Sed magna fuit & Ferdinãdo patruo difficultas urbis nostræ reparandæ, cuius rei ita se habere ferunt historiæ. A Tarentinis Gallicis à Venusinis, & Caietanis datæ acceptæq; fidei testeras in Gallã socii detulerant, quo circa volebãt cives, ii præcipuè, qui ex secundo & tertio ordine erant, ex quib. neq; oẽs primi descinerant, q; illis mori magis quã fidem soluere & rursus in Aragonenses, quorum tẽpora tam varia cũ maximo omnium detrimento perspexerãt, ditionẽ accedere. At Ferdinandus nõ desistit legatos mittere, qui omnia sua nomine illis polliceretur, quæ peterent. videns demũ Tarentinorum pp Gallis tantã animi constantiam, quantam Aragonius in amica fortuna seruarant, urbem decreuit mari terrag; aggredi. Præfecit classi Friderici patruum Aldumurra principẽ: at terrestrium copiarũ ducem instituit Cæsarem, qui patris sui etiã frater dicebatur, sed Spurium. Cũ itaq; terra mariq; viderent se Tarentini obsessos, nõ propterea timore perculsi a Gallis statim defecerunt, sed maiora pati pro seruanda Carolo data fide inter se iurauerunt. Terrestris exercitus ductor Cæsar infesto agmine illorũ agros deuastare, urbem tormentis oppugnare, obuios quosq; occidere, aditũ alijs ad urbem excludere: & marina classis sub Friderico aperti maris imperium habens pejora facere nõ desistebat. Nullus erat dies, nox nulla absque tumultuarijs inter nostros & Aragonios prælijs: hinc spes quandoq; futuræ oriebatur victoriæ, hinc desperatio tantam miseriã posse pati. Erat Tarentinis animus, & si urbs tota mœnib. nudaretur, sua, coniugũ, filiorũ, opponere corpora, nec pedem referre, nec hosti locũ relinquere per exiguum, vt in urbem immitterentur. quinquiè acrius bombardarum ictib. undiq; petebantur, eò firmiores constantioresq; se exhibebant. Erat tũc in classe Marcus quidã Cizenus, qui prætor 25. rostratis nauib. præerat a Venetis Senatoribus Gallorum hostibus, opem Ferdinãdo vt in hoc bello ferret, missus. is ad Tarentinum littus cũ applicuisset, classi quã Fridericus dũ habebat, naues adiũxit suas. Expositis recentes milites tantã agris, illos depopulando, cladẽ inferebant, vt id Tarẽtinorum animos q; simul ferions, illos nulla mora armatos impulit, vt hosti tã perfido, & qui ab ipsis nullã receperat iniuriã, occurrerẽt. dum dimicaretur, clamore hinc inde (vt fit) exorto tantũ Venetis militib. timoris est iniectũ, tanta illorum cædes facta, vt peractis ad vesperã certamine, observatum sit mane mille hostium de nauali exercitu desiderare prater trecentos, qui vinci capti à Tarentinis fuere: reliqui ad naues fugatis, dux Cizenus ad mortẽ saucius vix euasit. Tarentini cum Gallico præsidio victores ad urbem redeunt, quos adhuc bellare auidos in fortuna vsq; adeo amica, dux Gallus, vt victoria uti scirẽt, domum q; vt pedẽ referrẽt, admonuit. Veneti adhortantib. Ludouico Mediolanensiũ rectore, & Alexandro Pontifice Ferdinandũ defendere, & aduersus Gallorum violentiã rabiẽ, & regnicolarum perfidiã diadema regium illi conseruare. Ea tamẽ initio subsidii fuit proposita, acceptaq; conditio, vt sibi maritima in Adriatica ora urbes, Traniũ, Monopolis, Polymnianũ, Mola, Hydruntum, & Brundusiũ pignori traderẽtur, tãdiq; essent sub ditione Veneta, donec Ferdinãdus expensam eo bello pecuniã Senatui persoluisset. Aragonenses animaduersa nõ obsq; animi cruciatu Tarẽtinorum pertinacia, morientium magis quàm vt à Gallorum deficerent fide, Georginum Suillum Gallis præpositum & eam urbis partem tantum, quæ portũ respicit, vbi turris altissima erecta est, nostris adhuc diebus Citadilla vocata, muneribus ac pellicitationib. veritus tentare cœperunt, atq; per legatos, quibus se altera die

Gallus

Gallus responsurum promisit, ad deditionem adhortari. A Sedre a principe matris arcis praefecto, cui Suillus suberat, detecta, Tarentinorum consilio iussus est Suillus hostibus tanquam iussu deditorum se urbem promittere, & reid praestiturum in se recipere. Venit ergo dux Gallus cum Aragonicis legatis sequentis, ut dixerat, die ad colloquium: ostendit placere sibi oblata munera: cōsuluit ut in crastinum, prima sequentis noctis luce, pars nauium Citadellae muro adhaereseret. sic enim exposita nauali turba, inimicoq; terrestri instructo agmine Turris portas aperiret. Aderat iam dati ad deditionem si- B gni hora. Tarentini ad eam aduolant portam tutandā, qua admittendi hostes credebantur. Signo utrinq; dato acceptoq; naues aliquot ostensum ad murum accedunt, & copus instructus dux Caesar rei potiundae studio eadē aduentabat. Erat praefectorum omnium urbis illud consilium, ut inimicum inter pontem, quis longus est, & Citadellae ostium clausum trucidarent: sed res exitum illos ineptè fefellit. nam ubi haec agi tentabantur, displosum è moenibus in hostem tormentum, coegit illum subsistere. Sentientes Tarentini cum Gallus suum nihil iam pro- C fuisse inter se conceptum stratagema, assiduis tormentorum ictibus inimicas naues percutere, percussas submergere, submersas obruere, timorem undiq; terroremque injcere tentarunt. Dux terrestris ad fugam agilior, ne & sibi huiusmodi aliquid accideret, retrocedere cum exercitu consuluit. Moritur interea Ferdinandus Rex nonis Octobris & anno 1496. cum Neapoli regnasset duodeviginti menses, & moritur ab q; sobole, cum in matrimonium duxisset Ioannam Ferdinandi primi filiam, non ex matre patris Alfonsi, sed ex sorore Hispani D Regis susceptam, & Alfonsus iam suum obierat die decimo ante mense, hoc est 15. Calend. Ianuarij anno 1495. Quae res haud mediocri Gallis & Tarentinis voluptati esse potuit, sic enim ab utroq; liberati exercitu, quo tandiu fuerant obsessi, tempus sibi consulendi, ut illis abirēt, ita ut posthac quietè viuerent habuerunt.

Ferdinando iuniore extincto, Neapolitani, Fridericum in regni culmen admiserunt. Hic Gallorum reliquias, quae adhuc in regno substiterant, ut vel sibi obedirent, vel morerentur, vel saltem ad suos recederent, E remearentq;, magno suscepto labore, coēgit atq; idem per Alexandrum Sextum Capua corona regia insigni donatus est, decimo a Ferdinandi obitu mense, 4. idus Augusti, quo die celebratur diui Laurentij combustio. Tarentini interea tot mutationum pertaesi, & dominantium Gallorum taedio affecti coeperunt intra se, in tanta fortunae varietate quid potissimum agerent pro sua salute & quiete discutere, deficerentne a Gallis, & Aragonēsibus quos ad regnum prouectos cernebant, & quib. ante Gallorum aduentum suberam, se se dederent, ne u- F troq; deserent, & nouum quoddam subiectionis iugum, quod diuturnius & lenius foret, subirent. Omnes tandem in eo conueniunt, ut Venetis Senatoribus se subjicerent, quos & si iratos suspicari superiore praelio poterant, quia tamē iustos ac modestos eos dē fuerāt alias experti, Monopolim erectis prius Venetis vexillis, quae foelicissima vocabāt, Adriatici maris urbē triginta ferè mil lib. passuū a Tarento remotā ad Aloysium Lauredanum, ibi pro Rep. rectorē legatos miserunt, qui omniū nomine illum obsecrarent, obtestarenturq;, ut sibi subueniret, & in noua hac pro sua Rep. deliberatione iret suppetias, ille ne temerè aliq; inscio Senatu faceret, statim literas hac de re tā seria dandas perferendasq; curat Venetias. Tarentini praeterea duos mittunt legatos, alterum ex nobilioribus, è medio ordine alterum. audita Veneti proceres legatione, & voluntate Tarentinorum, quia res erat magni consilij indiga: nam & ipsi Aragonis Regibus multarum (ut visum est) captis pignoribus urbiū faue rant Ferdinando adhuc viuo: & si Tarentini imperio potirentur, sperarent facilè uniuersam Apygiā, & Calabriam sub se & breui habere posse, compluresque dies sententijs dicendis, quid Tarentinus respōderent, consumpserunt, & recipiendi ne essent, ut petebant, vel ad suos Reges Neapolitanos remittendi. Huc tandem deuenūt Tarentum, unum ex Senatorib. mitti oportere, qui urbis illius curam gereret, haberet ad dignitate Rep. seruandā, nomen prouisoris, sed potissimum illud sustineret, ad illud nutus intenderet suos, ut Tarentinis Friderico Regem & Friderico ciuitatē conciliaret: tam n. poterant Tarentini memoria repetere illius adolescentis in suam ciuitatē benenolentiā, nam cū prouinciis praeset uno tunc patre, liberalem in priuilegiorū confirmatione se praestitit. Nondū Andreas Zancanius (hunc n. Senatus legatū designarat) discesserat, & Oratores Hispaniarum Regis, Ludouici Mediolanensium ducis, & imprimis Alexandri Pontificis maximi Venetias appulerunt, qui Senatores admonerent, ne in Tarentinorum causam aduersus Neapolitanum Regē se insinuarent. Veneti non minus territi, sed laborem, quem praenidebāt, fore ut cum inuidia paterentur, denuntiatos, Zancanium, ne namē conscenderet, & Tarentū se conferret, cōtinuerunt, iniuncto; onere leuarunt. Dū haec fierent, non cessabant Tarentini cū Gallis intra moenia ab exercitibus septi pro viri. se se defendere. creuit tamen in tāta brenitate ferè obsidionis rerum omniū inopia, ut moribūdi, & ab Aragonicis ducibus tentati, ad deditionē se inclinare coeperint: eò magis, quia frustra a Carolo Gallorū duce auxilia sperarent. Et iā ipsi urbem magna ex parte munitioreq; dirutā, agros peruastatos, animalia omnia occisa, piscationem perditam oculis cernebant. quin ad tantā uiuendi peruenerant miseriam, ut canes, mures, bestiarum, quae intra urbem erant, coria, fame inualescente, comedentes stomacho hebetari, ac languescere indies, vitamq; diutius viuere non posse sentiebant. Cōuenerunt tandem cum Gallis, qui in praesidio erant, ut ad hostem legati deditionis conditiones utriq; proficuas relaturi destinarentur. consentiunt Galli, qui se perditos omnino videbant, id fieri, dummodo & ipsi inuictem cū Tarentinis legati mitterentur. Qui ad hoc electi fuerunt, Caesarem terrestium copiarum ducem adeunt, rogant, concionem cogeret, ut audito, quid vellent, omniū assensu ad Regem perferretur. Unus ita dicere orsus est: Ea semper dux inuicte, nostra fuit, erga Reges Neapolitanos, fides. ut mori potius maiores nostri, & nos illorū vestigia secuti, elegerimus, quam illam aliquando violare: cessimus tempori quandoq;. & velut membra capiti semper adhaesimus. nam quod Neapolis fecit, id nos

fecere

fuere decebat. Aduersa Aragonicorum fortuna, tempora tam varia, quæ cum discrimine & bonorum & vitæ & cum vrbis etiam totius perditione fumus experti coegerunt modo, vt quam Gallis fidem præstiteramus à Neapolitanis prius præstitam, seruaremus, proq; ea parum duximus, negleximus, quod pane miseri ex furfure confecto, quo genere canes pascuntur, diuersi cogeremur, sordidiore illo quidem, & interiora ob siccitatem adstringente. Vrticas vix coctas, ne vel sapore, vel imatis laderemur aculeis quoties esitauimus? sed modo omnibus iam perditis extenuati corpore, pallore ac liuore idolis factis similimi, pacem oraturi, veniamq; exoraturi à Scys ad te missi sumus, quam largiri his conditionibus neq; tibi, neq; Friderico, quem Regem accepimus, amplexamur, quibus quamuis absentis prostrati genua, sit, quæsumus, permolestum. Liberos posthac cuiuslibet status Tarentinos non seruos, vt qui bello capiuntur, poscimus: leges, magistratusq; quibus antea degebamus, saluos petimus, integrosq; bona nostra, quæ tot cladibus vix pauca conspiciuntur, nostra esse precamur, nullumque Regi vectigal pro damni recepti specie soluendum recepturi. Gallorum præterea duces, qui & ipsi legatos nobiscum misere, cum toto præsidio intactos, insolatosq; in Galliam vsq; transmitti, rogamus, ac obsecramus. Hæc si concedantur, iam Tarentina porta Aragonensibus patescunt, ingrediantur, quando libitum fuerit, dominentur in nostra vrbe, vt Alfonsi, vt Ferdinands, nihil est, quod eos impedire possit. Rex certior per Cæsarem de hac legatione factus, non tam vrbis obtinendæ desiderio, quod maximum quidem erat, quam timens, ne Regi Turcarum, cui vicini sunt Tarentini (quod quidem vnquam ipsi cogitauerunt, vt ex Senatusconsultis constat) se dederent, cum magna & sua ditionis, & totius Italiæ iactura atq; periculo, petita statim concedit, & maiora, ac grauiora polliceatur: & scribi, veluti leges ære incisas perpetuoq; seruandas, legatorum propositas iussit conditiones ad hæc ferè verba: Liberi Tarentini immunesq; cuiuscunq; ordinis posthac in vtraq; Sicilia sunto. Suos viuendi ritus, consuetudinesq; magistratuum eligendorum saluas habento. Vectigal Regi posthac, quod non esset ex vsu, ob veniam defectionis impetratam, non soluunto: præsidium militum inuiti nen recipiunto. Gallorum duces cum toto suo exercitu intacti, & nulla affecti iniuria Tarento in Galliam & reliquo regno, si volent, abeunto. Sic igitur Friderico se Tarentini dediderunt. Vix quintum in pace annum regnauerat post Gallorum discessum Fridericus, & in eum facta est noua, sed maior Hispani, Galliciq; Regum, Consaluo magno inde, Namurtio hinc ducibus conspiratio. Conuenerant enim Ferdinandus Rex Hispaniæ Catholicus dictus, & Ludouicus Gallus, Regnum inter se Friderico expulso, partirentur. Ferdinando vt vtraq; obueniret Calabria cum tota Apulia & Salentinis, ibiq; sortiretur nomen Ducis Calabriæ & Apuliæ. Ludouico autem cum reliqua prouincia, tum in primis tota Campania, Samnium, populi Marsorum, & Pelignorum cum regio nomine. Tanta autem callidi tate Ferdinands nomen in fœdere suppressum est, vt Fridericus à nemine in ipso summi periculi metu maiorem opem, quam à Ferdinando consanguineo, veteroq; suo defensore expectaret. Sed desperatis rebus cum vxore & liberis in Isclam Aenariæ insulæ arcem confugit, iratusq; Hispano Regi, à quo se destitutum querebatur, cum Namurtio atq; Obenigno Gallorum ducibus assignata illis arce Neapolitana transegit, vt sibi tuto liceret in Galliam nauigare, expeririq; Ludouici Regis clementiã, quem supplex esset aditurus. Venia ergo nauigandi ab illis impetrata contulit se ad Ludouicũ, à quo quidem fuit perbenignè acceptus, sed ibi in Gallia paulo post moritur, cum esset annus humanæ salutis quartus post quingentesimum & millesimum.

Reliquerat Tarenti Fridericus ob spem pacis à Ludouico impetrandæ Ferdinandum filium adolescentem natu maximum, quem de more aliorum Regum Calabriæ ducem vocabant, vt vrbem totius regni tunc munitissimam atq; opportunissimam præsidio tueretur. Erat cum Ferdinando puero regio Ioannes Geuarra Potentianus regulus, & Leonardus Alesius è Rhodia militia vir bellica virtute insignis. Tenebatur & eodem tempore Friderici præsidio Manfredonia ad Garganum montẽ, vbi vetus fuit Sipontus. reliquæ vrbes, iuxta Regum conuentionem, & arces partim in Gallorum, partim in Hispanorum concesserant potestatem. Consaluus itaque quoniam Salentinus ager, & Iapygia Hispano (vt diximus) obuenerant Regi, coactis in vnum copys, & acceto a Namurtio, à quo nondum dissenserat, Gallorum duce Vasconum sagittariorum cohortibus duabus, & totidem equitum alis, ad Tarentum castra posuit. Eò quoq; venere aly cum Prospero atq; Fabricio Columnys ducibus, qui apud Consaluum magna erant in existimatione, atq; honore. Bellum geri cœptum. Erumpebant vt plurimum Aragony, & in subiectis vrbi campis equestrib. pralys admisto pedite aduersus Hispanos dimicabant. Consaluus cum desperaret vrbem vi ac tormẽtis expugnare se aliquando posse, prensendam acri obsidione ac fame domandam iudicauit. Consumpserat iam aliquot ea in obsidione menses, quum nullis sensim consecturis animaduertit, Gallos haudquaquam regni diuisione iam facta contentos, occulte hostilia moliri, literisq; transmissis solicitare Geuarrã adolescentis Aragony nutritium, & Leonardum præsidy præfectum, vt suo potius quam Hispano Regi, qui Fridericum destituerat, Tarentum dederent. Auxerat quoq; suspitionem Alegrii Gallorum ducum longè promptissimus, qui paulo ante per speciem religionis postularat, vt sibi aditus pateret, ad Sancti Cataldi templum, scilicet vt votum pro salute susceptum oblatis donarijs præsens exolueret. Et per idem tempus Galli Manfredonia præfectum, vt sibi non Hispanis arcem vrbemq; dederet, magnis insuitarant pollicitationibus. At Consaluus cum in præoccupanda Manfredonia miros Gallorum conatus superasset, ego cum Geuarra ac Leonardo Gallorum suapte natura hostibus, vt ad deditionem Hispano regi maturandam adolescentem aquis conditionibus propositis hortarentur. Audierat iam illum, vt præcellentibus animi dotibus vigentem, vnum quod primum & nouissimum tamdiu obsessis vrbibus remedium esse solet, cures humanissimè, & quãdoq; profusis lachrymis appellasse singulos quosq; præsasse, patris maiorũq; suorum publicè ac priuatim beneacta cõmemorasse, auxilia propediẽ affutura promisisse. Admirabili interea stupẽdaq; Cõsalui ratiõe Annibalis Pa-

ni exemplo circiter viginti nauigia plaustris imposita ab aperto pelago in internum atq; conclusum mare transuexerat, qua parte vrbs minimè erat munita, vt hodie iussu Philippi Regis munitissimam cernimus. sed popularium domus frontibus inter se coniuncta pro muro erat, nihil vnquam hostile inde expectantibus Tarentinis. Ingenti itaq; militum plausu, multisq; tympanorum, ac tubarum cantibus in portum deductis nauibus, totoq; mari quantulumcunq; est vagantibus magnus Aragonius terror est illatus, quanquam ea res specie ipsa quam vsu, & facultate oppugnationis terribilior erat. Nec multo post velut desperatis rebus Leonardus, & Geuarra Ferdinando adolescenti persuasêre: vt se incolumem meliorib. fortunæ casibus seruaret. si enim consenescere obsessa in Vrbe præseueraret, certa ei instarent vitæ pericula. Iam enim considerare poterat, infensos sibi imminere longè maximos, & potentissimos Reges, & cæteros principes eorum esse fœderatos, a quibus auxilia opperiri, & opinione stultum, & exitu miserum videretur. falsum præterea esse quod ferebatur, patrem scilicet Fridericum cum Ludouico Galliæ Rege in Italiam descendere. Tarentinos, quos sibi iam agnouerat obsequentissimos, adeò cumulatis diuturnæ obsidionis tædijs & incommodis afflictos esse, vt iam acerbiora quæq; exoptent, modo obsidione, bellóq; liberati tot erumnis atq; laboribus finem inuenirent. Si vrbem arcemq; dederet, a Consaluo absq; vllo negotio, & facilè impetraturum, vt sibi in quascunq; velit terras cum omni regia suppellectile, totoq; domestico comitatu libere statim proficisci liceat. His atq; aliis adductus adolescens Ferdinandus consilijs Geuarram ad Consaluum emittit: inducia sex dierum statuuntur, commeantibusque intra vrbem Aloysio Ferrera, & Petro Paceo Consalui præfectis, de Tarenti deditione vtring; transigitur. Cuius quidem tam celeris & præpropera Leonardus & Geuarra cum nonnullis Tarentinorum primoribus, libertatis desiderio motis ingentis inuidiæ flagrarunt. Nã illi etiam obsides Raymundum Maramontem, & Ianuccium Ficatellum Consaluo dederunt, vt securus esset, fore vt ab Aragonijs, qua promiserat, seruarentur. Ferdinandus puer Regius summo cum honore, & singulari humanitate ab Hispano Duce susceptus, cum Regno excedere, & paterna sequi maturaret consilia, è Bitunto oppido non multo post Tarentum retrahitur, frustra querens & interdum gemens, quod fallacijs inductus, & sub fide Regia proditus custodiæ traderetur, & Consaluum sibi, vt patri, fidem non seruasse receptorum immemorẽ beneficiorum. sed verebatur Dux prudens Hispanus, ne adolescens Friderici Patris consilio innixus ad Gallos Hispanis infestos transiret, Aragoniorumq; animos in spem recuperandi sui Regni erigere, & renouato bello ab Hispanis niteretur auertere. defendebat se Consaluus, si qua promiserat, non præstaret, id totum ex Regis voluntate pendere, qui vti absens, ignarusq; earum rerum, ex iureconsultorum responsis nulla Consalui sponsione obligari posse censeretur. Nec multis inde mensibus adolescens regius, (quod vehementer mœrorem eius auxit) in Hispaniam deductus est, vbi in libera honestaq; custodia paterna simul fortuna, & iniqua suæ sortis casum æquo animo pateretur, vixitq; septuagenarius absq; liberis, sed cum vxore Germana Ludouici XII. Francorum Regis ex sorore nepte, qua ante fuerat vxor Ferdinandi Regis Catholici moritur tandem. Valentiæ cum ibi fungeretur proregis magistratu. Multi ex Tarentinis militibus eũ videre suspirantem, regnumq; suum non absq; lachrymis saltem cernere exoptantem, deq; multis, quos erga se obsequentes nouerat, interrogantem. Quo die Ferdinandus in Hispaniam captiuus missus est, obsides Maramontius & Ficatellius, qui Gryptalys Consalui iussu, & in naub. quandoq; fuerant detenti, Tarentum rediere à ciuibus magno excepti applausu, quod fuisse scribunt Calendis Martij anno secundo à quingentesimo & millesimo.

Orta est haud multò post inter Consaluum & Namurtium, hunc Gallici, illum Hispani exercitus ducẽ, contentio magna de finibus regionum, & præcipuè de Capitinata, qua Daunia est, & Basilicata Lucaniæ regione. tentatum primò, vt tollerentur lites togatorum hominũ & sureconsultorum arbitrio: mox insolentia, & libidine militari res ad altercationem cruentissimam est deducta. Historiam huiusmodi integram, quam tacitam fuit, pluribus & elegantioribus verbis prosecutus est Paulus Iouius in vita magni Consalui, nos inde ea collegimus, quæ huc pertinere censuimus. Quum diu Consaluus contra Namurtium in tota Apulia euagantem suis cohortibus iuisset, multisq; locis expulisset: exigua militibus suis quiete recreatis Petrum Nauarrum cum sua Cantabrorum cohorte, Canusio Tarentum misit, ratus eam vrbem ducendo bello, parandaq; demum victoriæ grauis momentum habituram, cui hostis ex propinquo vehementer inhiaret, maximè valido fideliq; præsidio munendã. Namurtius enim Messapiam, Dauniam, Iapygiamq; pernagatus, multa in Salentinis oppida in potestatem redegerat, & in his Lectium nobile oppidum, Lupiæ antiquitus dictum, præterea Calatinam antiquissimam Thessalorum Coloniam, qua hodie à Sancto Petro nomen duxit, & Nardoum à Leucadia, Neritho, condentibus Græcis dictum. item Rhudias Ennij poetæ natalibus celebres, qua Rhodiæ hodie vocantur: Oriam demum & Mottulam. conuersisq; signis & Gallipoli ex itinere frustra tentato, Tarento copias admouerat, nihilq; se commouente præsidio, & quiescentibus Tarentinis, (cuper sanum adortus eius oppidi Regulum fidem mutare coegerat. Postremo vrbem Castellaneetum medio, sed obliquo itinere inter Tarentum atq; Brundusium sitam, ea conditione in fidem acceperat, vt præsidij causa duas Gallorum turmas imponeret, quibus sese aduersus Hispanos è Tarento sæpius erumpentes tuerentur. Sed fortè euenit, vt Castellanenses ani Gallorum iniurijs exagitati cõiurarent, quod nonnullis procacius quam Appulorum mos ferret, matronarum puditiam attentassent: alij hospitum penurijs copijs prodigè uterentur: ac quidam hospites suos ægrè iniquis imperijs parentes temerè verberassent. itaque præsidium intempesta nocte sopitum in hospitijs ad datam tesseram est comprehensum, accitusque à Tarento Hispanis vrbs tradita: ea tamen conditione, vt Galli quanquam exuti armis & equis, quoad in tutum peruenirent, immolati præstarentur. Namurtius

festinanter

stinanter Castellanetum noctu diuq; continuare itine-
re perunie. Oppidani subito aduentu turati, repentinique
hostis magnopere turbati, quod pauci in præsidio Hispa-
nis aderant, quod aduersus vim tormentorum imparati
essent, & mulierum, puerorumq; planctus deliberantib.
viris sortia consilia excuteret, ad id consilium decurrerunt,
vt admissi sceleris pœnas pecunia redimerent, postquam
nihil in corpora desæuissent. Sed dux iracundus, quum
triplo maiorem pecuniam postularet, & nisi integram
continuò persolueret, cunctis extrema supplicia mina-
retur, id omnino importunè effecit, vt oppidani ad des-
perationem versi extructis intersum tumultuarijs mu-
nitionibus aliquot tormentorum ictus constanter susti-
nerent, subiréq; murum scalis ausos prouolutis è corona
trabibus, saxisq; ingentibus deterrerent. A tanto autem
periculo liberat Castellanetanos Namurtius Geriona
Rubosq; reuocatus. quo non multis post mensibus extin-
cto Consaluio, qui ab illo Barulis fuerat obsessus, quò me-
tu perculsus Petrum Nauarrum & Ludouicum Erre-
ram propinquum suum cum ea manu, qua posset, Ta-
rento coactus euocarat, Neapolim in ditionem recepit
Hispanam, Caseq; potitus Ludouicò Errera arcis vr-
bisq; custodiam statuit, vt in eius locum Tarenti Pe-
trus Nocosa succederet. Virtute igitur Consalui magni
ducis Rex Catholicus Ferdinandus expulsis omnino Gal-
lis, & prius Aragonis, ipse Aragonius regnum acquisi-
uit Neapolitanum anno prædicto. 1503. decimoseptimo
Calend. Iunii. sequenti anno, & tertio post, multa, qua
adhuc extant, Tarentinis concessit priuilegia, & ea
præcipuè, qua ad cochlearum nigrarum capturam in-
fossa, cui Arx maior imminet ex aperto mari, vrbs ex
intercluso, cum magna ciuium commendatione, spectat.
Apposuimus verba laudationem continentia. Ferdinã-
dus & Helisabeth Dei gratia Rex & Regina &c.
Etsi omnibus satis est clarum, nobis vero clarissi-
mum est, qui eorum animos, nedum opera fide-
lissima inspeximus. quippe qui cum omnis ferè
prouincia Apuliæ, & Calabriæ ad Gallos à dictis Ca-
tholicis Maiestatibus defecisset, non solum ea-
dem ciuitas permansit in fide, sed etiam hostibus
assiduè pugnando multa prælia confecit: propter
quæ omnia multas impensas fecit, & damna multa
perpessa est, atque eo pacto, vt aliquæ aliæ ciuita-
tes idipsum facerent, exemplo & documento fuit.
quare euenit, vt superatis tandem & profugatis
Gallis multò celerius eandem prouinciam recu-
perauerimus, quam defecerunt: & propterea me-
ritò inducimur, vt erga dictam vniuersitatem &
homines eiusdem ciuitatis Tarenti, simus ad gra-
tiam no solum prompti, verùetiam promptissimi.

Paterna Caroli origo semper christiana & potens,
materna, qua fuit & antiqua & Catholica coniugio ad-
iecta, illum reddidit adeò potentem, nobilem, & pium,
vt qui tot multis simul & sublimibus ornatus vixerit ti-
tulis, haud facilè alterum inuenias parem. Philippus Au-
strius Archidux, Maximiliano genitus Cæsare pater
fuit Caroli, Mater Ioanna, quam Ferdinandus Hispa-
niarum Rex Catholicus ex Helisabetha Henrici sorore
cum Ioanne Maximiliani eiusdem genero & Catherina
suscepit. parentibus igitur adeò illustribus nascitur Ca-
rolus quinti huius nominis Imperator & Caluus. Mater
& vberem tanquam hæres legitimus multa illa possedit
regna, quæ in instrumentis, indultis, edictis, decretis, ho-
norificentissimè præscripta videntur. Cum vix vndeci-
mum explesset annum patrem amisit adolescentem, qui
28. agens annum Burgas Hispaniæ oppidum se contulerat
auitus Helisabetha socrus morte, cuius in regno Castiliæ
hæres erat Ioanna eius vxor, qua ratione Ferdinandus,
ita decementibus Hispanis proceribus, inde decedens in
regnum Aragoniæ, mox Neapolim venire statuit cum
noua vxore germana Francorum Regis ex sorore nepte.
Sed audiens Ioannam filiam obitu viri Philippi mentè
raptum, redyt in Hispaniam, secum aduehens Consaluium
magnum, quem nouarum rerum auctorem in regno
Neapolitano non quidem inuenerat, sed suspicabatur, &
per quinquennium curam filiæ Ioannæ & Caroli nepotis
gessit. moritur Ferdinandus anno restitutæ salutis 1516.
vndecimo Calendas Februarij, cum esset sexagenarius.
quos alijs contendentibus superarat annũ, quem scalarẽ
dicunt sexagesimum tertium, & peruenerat ad sexa-
gesimum quintum. instituit hæredem ex asse Ioan-
nam filiam viduam & matrem Caroli, qui tunc annum
agebat decimum sextum. Is vigesimo post à morte Fer-
dinandi anni sui mense contulit se in Hispaniam, anno
1517. decimotertio Calend. Octobris, vbi regia insignitus
corona Rex ab omnibus salutatur, quamuis per aliquot
annos communè haberet cum Ioanna matre regimen: sic
enim in omnium scripturarum frontibus legebatur: Noi
Ioanna & Carolus eius filius primogenitus: & sic contẽ-
derant Hispanis quidam procures, ne vna matre solus
diceretur Rex. Eodem anno confirmarunt Tarentinis
omnia priuilegia, quæ Ferdinandus Catholicus & noua
concesserat, & vetera confirmarat. Maximiliano auo
Imperatore vita defuncto, ob Ioannam matrem, quæ
fuerat Philippi vxor, non modo hæres successit Regnorum
auitorum, sed etiam Imperialis Coronæ, designatus Chri-
stianorum Imperator Francfordia ab Imperij electorib.
quamuis Franciscus Valesius Francorum Rex, non mo-
do largitione ingenti illum oppugnaret, sed ea etiam po-
tissimum ratione, quia cum Neapolitanus esset Rex, non
poterat Imperiũ assumere: ita enim multo antè per Ro-
manos Pontifices & Carolum Andegauensem fuerat
sancitum. qua in re per Cardinalem Caietanum, sum-
mus pontifex Vrbanus Carolo aduersabatur. vicit tan-
dem Caroli virtus, nolentib. Teutonicis electorib. vt Im-
perium in aliam à sua migraret gentem. Decimo-
quarto igitur Calendas quinctileis anni 1520. fuit occi-
dentalis Imperator electus annos natus vnde viginti, cum
esset in Hispania: & sequentè anno mense Februario e-
odem, quo natus est, die, accepit Aquisgrani Imperiale
diadema ab Antistite Colonensi magna cum pompa &
festiuitate (quo eodem die & anno Solimanus Turca Im-
perator Constantinopolitanus Selimo patri mortuo suc-
cedens coronatus est) à Clemente septimo Bononiæ in Im-
perio confirmatur, cum trigesimum ageret annum. Non
est animus omnes inuictissimi huius Cæsaris res gestas
percurrere. hoc enim & ab alijs ante me elegantiore fa-
ctum est stylo, & fortasse Plutarchus si viueret, id aggredi
vereretur. Addam verba cuiusdam priuilegij, quod
Tarentini habent ab hoc Cæsare inuicto, cum in regno

Neapolitano Proregia auctoritate fungeretur, Philippus Cialonius, 1528. Philippus de Cialon Orange Princeps, Cæsareæ Maiestatis Capitaneus Generalis in Italia, & in præsenti regno Vicerex, & locum tenens generalis, vniuersis & singulis præsentium seriem inspecturis tàm præsentibus, quã futuris. Si cui vniuersitati huius regni pro eius seruitiis, constantia, & fidelitate, reddenda est remuneratio, est profectò vniuersitati & hominibus magnificæ & fidelissimæ ciuitatis Tarenti, quę pro seruanda erga Cæsaream & Catholicam Maiestatem fide, præsertim in obsidione, passa fuit à militibus exercitus ligæ inimicæ Cæsareæ Maiestatis inuasoribus huius regni vastationes omnium agrorum, & alia maxima damna, & incommoda firmissimo animo perpessa est, ob quam rem decet reddere nos erga ipsos liberales ad gratias, & circa præsertim eorum petitiones beneficos ostendere nomine præfatarum Cæs. Maiest. &c. *Hæc adieci, vt ex Carolo Cæsare sicut & ex alijs superioribus, Tarentinorum innotesceret fides erga Reges suos, sicut & erga Philippum eius filium, cuius rei & ipse est testis, hodie seruat, de quo restabat dicendum (sed alijs tantum onus seruetur) simul & vt annum huius in Carolum fœderis ostenderem fuisse superiorem à priuilegio concesso nempe 1527.*

LIBER VIII.

De Tarentina Ecclesia, & de aduentu Principis Apostolorum, & Marci Euangelistę Tarentum. Cap. I.

TArentinam Ecclesiam Romana aquenam ostendimus in præfatione: id autem ita se habere, in hoc, & alijs post ipsum, capite animaduerti certissimè potest. Petrus igitur, qui Simon antea vocabatur, natione Galilæus, vico Bethsaida, Andrea germanus, Bar Iona, id est, Ioannis vel Iona filius, à Christo Saluatore nostro post suam resurrectionem institutus Vicarius, Apostolici collegij princeps, summus Ecclesiæ pastor & Pontifex vsq; ad quinctum illius, vbi ad patrem conscendit, annum, multas fundauit Euangelij prædicatione Ecclesias, Ponti videlicet, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ. Antiochenam exinde adsumma euexit fastigia, ibique cum erexisset Cathedram sedit annos septem. Quadragesimo autem quincto Domini nostri anno, & Claudij Tyberij Cæsaris secundo, cum Romam eo consilio proficisci decreuisset, vt Simonis cuiusdam magi, cuius antea Hierosolymis nequissimas detexerat fallacias, errores quamplurimos refelleret, sicuti scriptores multi fidissimè testantur, Clemens inprimis, qui illi quarto in Ecclesiæ regimine successit loco, cum Marco eius discipulo, & interprete, quem ipso Canonica sua epistola filium appellat, nauem conscendit, cumque dies multos ex Asia ad Europam nauigasset, vi ventorum aduersa ab incæpto, quo intenderat, itinere, deflectens, sinum, quem Tarentinum vocari tot auctoribus præmonstrauimus, intrauit. visitur hodie ad XII. mill. passuum, ab Aera Iapygia versus Tarentum, vetustissimum templum diuo ipsi Petro dicatum, quem locum primum in Italia attigisse creditur, ibiq; (vt aiunt) rem diuinam fecit. vt omittam multa in toto ipso regno, non modo in nostra hac regione sacella atq; oppida, quæ Sancti Petri nomine insignita singulari deuotione frequentantur. illud præcipuum & populo olim Græco habitatum, vbi commorari princeps Tarentinus consueuerat, S. Petrus Galatina. Ad insulas igitur cum socijs, & nautis expositus, inde vrbem prospiciens, quam à multis habitatam perceperat, existimauit Christi virtute hue se deuectum. flexit igitur Apostolus genua Deo allaturus de more ad orationem genua: lapis seruis Dei pondere prostratus, ita mollis redditus, ac si cereus esset, recepit sanctorum genium vestigia: locus inde Apogenia, vt in Gargano monte ad Ecclesiam Michaelis Archangeli ob signa vestigiorum est appellatus: vulgus hodie piscatorum diuum appellat Petrum Veteranum. in illo maioris insulæ eminentiore loco, vnde prospectare consueuerunt inimici parate, ne ibi commorantes præda fierent, Venetum præcipuè, quibus Adriatici maris vsque ad præfatum sinum cura est. Audiui à multis maiorum traditione, discentibus lapidem illum ita Apostoli genibus concauatum à Venetis nautis ablatum, Venetiasque asportatum, vbi beatus Marcus ingenti omnium veneratione colitur. Crebrescentibus deinde Austris, cum discedere, quò incœptum absolueret iter, inde nequiret, à Spiritu Sancto admonitus portum ingreditur Vrbis, antea catena à turre Turrunda ad vrbis ipsius muros distenta clausum, intimumque cum comite breui cymba nauigans mare ad latus tandem deuenit. Erat tunc dei hora ferè tertia, quo tempore eiues, qui in aquis obuersantur, hinc atque illinc prope lacus erant frequentes. Cognita per eos via ad puteum accedit, prope quem Solis ingens astabat simulacrum: effundere ad illud preces nescio quas cogebantur, qui haurire aquam, vel bibere optarent. & dum beatissimus clamaret potum ab ijs peteret, qui tunc ferè haurirent, responsum huiusmodi accepit: Adora, & bibe: ad quæ Apostolus, nos Hierosolymitani sumus, & hoc signum in nomine Dei nostri, qui solus verus est Deus, facimus, siue manducamus, siue bibimus. & facto crucis signo aquam potauit. Obstupescunt omnes, tali quod ignorarant, perspecto signo, & iterum Apostolo repetunt puteum illum esse Dei Solis, nullique antehac licuisse bibere, nisi adorasset. At ille rursus: Puteus Ioannis Baptistæ, qui Iordanis fluenta exhausit, saluator omnium est homo CHRISTVS IESVS. *quibus dictis facto iterum crucis signo recessit, planos relinquens omnes admirationis ac stuporis, cum viderint nouo illi manus dextera motu eam fuisse vim, vt idolum ad terram deuoret, deiectumque confregerit.*

Erat Satna

statua illa tanta magnitudinis, vt inter Colosſos recenſeretur, quæ turribus eſſent pares. opus fuit Lyſippi cubitorum quadraginta. Sed illud in ea mirum, quod cum manu eſſet mobilis, ea erat libramenti ratio, nullis conuellebatur procellis. artifex id prouidit cum modico interuallo Columnam appoſuiſſet, vnde maximè flatum frangi opus erat. Itaque propter magnitudinem difficultatemque moliendi non attigit eam Fabius Verrucoſus, cum Herculem, quem in Capitolio ſtatuit, inde transferret. Ingreſſus iterum ſcapham Petrus per eundem ſinum interim nauigauit, cũq; in Regulis ipſius vrbis pomœrium deſcendiſſet, rogauit horti cultorem, vt aliquantiſper, dũ æſtuus deferueſceret ignis, ibi ſe vnà cum ſuis quieſcere pateretur. Erat ibi tum pomarij cuſtos Amaſianus quidam pauperculus, vſq; adeò incuruus, vt nullo modo cœlum ſuſpicere miſerrimus valeret: petijt ab eo Petrus, quod nomen loco illi eſſet, reſpondit, Cernaricium ab omnibus appellari, dictum ante hac ad fontanas, remq; huiuſmodi expoſuit: Regulus noſter Encadius cum fortè in venatione, quo exercitationis genere nimium oblectatur, cernuo hic lancea tranſfixiſſet, inde non multò poſt ingentem inter fruteta vſum Ericium occidit, & ex Cerua, & Ericio nomen loco impoſuit mandauit Cernaricium. intuens Apoſtolus quantopere homo ille iam inde à puericia ſua infeliciſſimus, dum loqueretur, laboraret, vt de facie eum internoſceres, & miſeratione motus, vtq; initium prædicationi, illiusq; populi conuerſioni daret, Marco dixit, fili dilecte erige hominem: ſuam tunc Marcus extendens manum apprehendit illum, propheſaq; verbis piè prolatis, Dominus ſoluit compeditos, Dominus illuminat cæcos, Dominus erigit eliſos, Dominus diligit iuſtos, illum eleuauit. Et homo ille fortunatiſſimus auctoribus iiſdem baptizatus tam breuis temporis curriculo, & corporis & animæ ſalutem fuit conſecutus. Ante ſolis occaſum, qui prope aderat, ratem denuò ingreſſus ad eam Vrbis partem venit, vbi porta maior dicebatur. Cœpit ibi inter Vrbem, & arcem antiquiſſimã de ingenti marmore, ante Apoſtoli ipſius ſacram ædem ad vſque noſtra tempora ſeruato, verbum Dei prædicare aſtantibus præcipuè illis, in quorum conſpectu Solis ſtatua decciderat: & in hoc ſalutifero nec dum ſatis commendato opere, plures conſumpſit dies: multi, qui audierunt, crediderunt in Dominum Ieſum, eiuſdemq; Apoſtoli manu ſunt omnes baptiſmate ſacratiſſimo initiati. Proſpiciens demum fore, vt poſthac vniuerſus populus, qui frequens erat, & pronus ad pietatis cultum, in Ieſum Chriſtum crederet, Rhegium veteriſſimum Calabriæ oppidum commeaturus, reliquit ibi Marcum. is multos in prædicatione menſes expẽdit, & nullus illucſcebat dies, quo Tarentini illi veteres cum accolis omnibus ad fidem non adnolarent. Accidit vt Encadij filia principis à Dæmonio vexaretur, & Marcum prædicantem audiens clamabat, quid mihi, & tibi ſeruo Dei Marce? cur me ante tempus, vt magiſter tuus, tam ſæuè cruciaris incendio afficere? increpuit eam Euangeliſta, vixq; Dæmoni præcepit vt abiret, & protinus ille aufugit, audiens præcipuè illa Catechiſmi verba: exi ab ea immunde ſpiritus, exi & da locum Spiritui ſancto paracleto. puella igitur hoc modo liberata, pater eius Encadius Tarentinorum regulus cum reliquo credens populo in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti baptizatur, cunctis idolorum fanis, quæ tunc plurima erant, diruti, & ad memoriam ſanctorum denuò Apoſtolorũ, ipſius inprimis Dei genitricis ſemperq; virginis Mariæ à poſteris erectis. An autem illa fuerint, quorum vnum in portu iuxta litus Deſpara matri, alterum principi Apoſtolorum intra Vrbem & arcem, tertium in acta paruis maris beato Marco nuncupabantur, haud facilè coniici poteſt, cum ipſa vrbis forma fuerit immutata. His omnibus ea, qua dictum eſt, ratione peractis, & omnibus iam in fide confirmatis, beatus Marcus ad præceptorem ſuum Petrum, qui Rhegij commorabatur, tranſiturus, ne ſine paſtore oues tenerrimæ aberrarẽt, Amaſianum, quem ante ad hoc ritè inſtruxerat, Epiſcopum deſtinauit: at ipſe Apoſtolo adhærens cum eo Romam verſus iter direxit. Hæc ita ſcripta ſunt, veluti patrum noſtrorum traditione percepta, & manuſcripti etiam cuiuſdam codicis lectione, quem Tarentini Clerici pro officio diui Cataldi in choro aſſeruabant. mutata ſunt tamen nonnulla, & ſtylus ipſe in meliorem à nobis redactus Laurentij Surij imitatione. Illud autem non prætereundum cenſui, Marcum Euangeliſtam, priusquam Rhegij Petrum conueniſſet, Sybarim diuertiſſe à Croteniatis olim Vrbem dirutam, & quæ aliquando Argentina, atq; Mendonica Ciuitas eſt appellata, non Sybarim tamen litoralem, ſed cuius reliquiæ in montis vertice erant, vbi hodie vrbs apparet, cuius ab ipſo Euangeliſta ob prædicationis beneficium Sanctus Marcus nomen eſt: ſicut à Guilielmo Sirleto S. R. Eccleſiæ Cardinali & Bibliothecario, olim illius vrbis Epiſcopo ſalutis noſtræ anno milleſimo quingenteſimo ſexto & ſexageſimo ſe audiſſe mihi retulit Conſalutus Ioannes Hieronymus Gonzaga Calaber, V. I. Doctor, vir apprimè nobilis, & fide dignus. Alterum eſſet dicendum de aduentu beati Petri Neapolim Campaniæ vrbem præclariſſimam & totius Regni noſtri caput, de conuerſione populi Neapolitani per illum ad fidem, de ſancta Candida, quæ prima illi eò venienti occurrit, de ſancto Aſprene, qui ab ipſo Apoſtolo infirmitate curatus, & deinde baptizatus, eiuſdem ciuitatis Epiſcopus ordinatus fuit, deq; Baſilica, cui nomen eſt Sanctus Petrus ad Aram, vbi ſacrificium Deo obtulit idem Chriſti vicarius, & vbi degunt religioſi illi viri, qui Canonici Regulares dicti ſub diuo Auguſtino militant. Sed hæc omnia ab alijs pluribus, & elegantiore dicendi forma ſcripta ſunt, & præcipuè à Paulo Regio Vici Equenſis Epiſcopo.

De Beato Cataldo Cap. II.

BEatus Cataldus ex partib. Hiberniæ, quæ suis & ipsa gloriatur in domino, & lætatur sanctis, oppido Numeniæ Catando, patre Eucho, matre Athena, honestis quidem inter cives natus, quantæ futurus esset sanctitatis, quantisq; & quot miraculis Dei omnipotentis virtute, coruscus, tam inde à natiuitate præmonstratum est. Vir quidam eximiæ virtutis Christianæ, & maiestati diuinæ amicus, cui vaticinij munus ob suum gloriam fuerat dilargitus, Dichus nomine, stellæ cuiusdam ductu, non ex illis quæ in firmamento fixæ nusquam mouentur, sed ad vaticinium istud declarandum mirabiliter exortæ, domum nascituri infantis peruenit, & cum occlusas pro foribus fores, illas mendicantium more ferens aperire sibi ob eleemosinam petiit: intus Athena pulsanti respondit, sola sum, partu laboro, aperire tibi vel cuiquam nequeo. Scias mulier, foris ille prædixit, nascetur tibi filius coram domino magnus, illiq; gratissimus, quibus dictis abiit nusquam deinde visus. postero autem die natus puerulus decidens tenello capite saxum impegit durissimum, quod non modo illæsum erexit, sed tanquam si in mollissimam incidisset materiam concauum lapidem reliquit. Eadem hora mater dolore partus, quæ mulierculorum miseria est, expirauit: infantulus non obstetricis, neq; alicuius alterius ope adiutus præter diuinam, surrexit, ac parentem exanguem tenellis brachiolis complexus suo illam osculo, Dei gratia ad vitam reuocauit. lapis, vbi nascens caput admouerat, sub dio aliquando positus, & in partem concauam aquam excipiens: pristina omnes restituebat sanitati, quicumq; ægrotantium aquam inde ad potum deuotissimè haurirent. nomen nomen illi infonti lauacro imponendum tulerunt parentes, Cataldus, cuius desinentia nomina quamplurima in ea insula esse solent, vt Mogaldus, Donaldus, Osaldus, & Helbaldus, Haraldus, Arcibaldus.

Crescebat puer non minus sapientia & eruditione, quàm pietate erga Deum, & proximum, per celebremque Cataldi nomen inter Francigenas, Anglicos, Theutonicos, Scotosq; magno cum honore diuulgabatur. Parentibus inde orbatus, ad sacerdotalem promotus ordinem, suos excitat ciues, vt in honorem beatæ semperq; virginis matris Dei eidem sacram erigerent. ipse inprimis & vehementior alijs tanto operi occupabatur: & dum fabricæ esset intentus, efferebatur quidam nobilis vir filij vnici cadauer nuperrimè defuncti multis ad eum lachrymis adducit, rogans, vt ad vitam senectutis miseratus sua reuocaret. restituit adolescentem gloriosus Christi athleta ad vitam, sed facta prius oratione, non immemor verbi illius, quod Apostolis assertor humani generis promiserat: Quodcunq; petieritis à patre in nomine meo dabit vobis. Præcucurrerat pater, quum nondum sanctum confessorem conuenisset, ad fossam, quam duximus nascentis infantis capite saxo impressam, & frustra miser præcucurrerat, quod eam, vt antea, cœlesti rore plenam non reperisset. Fama tanti miraculi totam subitò replet & vrbem, & paulo post prouinciam. Credentes in fide confirmantur, qui fideles nondum erant, ad fidem inuitantur.

Non longe post militis cuiusdam filius moritur: eius cadauer à patre ad amicum Dei Cataldum in feretro effertur: rogat gemebundus vt & se consolari non dedignaretur in mortuo filio, nam & ipse æquè miser erat, atque ille, cuius antè filium suscitauerat. recusat aliquantisum sanctus, seq; id efficere cum Deus ipse non sit, nullo modo posse asseuerat: volebat præterea & patris constantiam perscrutari. nam & hoc in Euangelio legerat, Saluatorem aliquando fecisse. Instat pater, & lachrymis & precibus filio vitam deprecari. Attendebat interim Ecclesiæ operi sanctus, qui dum terram effoderet, dumq; casu terram super mortui adolescentuli corpus aspergeret, continuo ille sic tactus viuus è feretro desiliit, sanctumq; veneratus patris ingemiscentis pependit amplexibus. Pergit inde qui viuum filium miles receperat ad Regem, & quantum sui misertus fuerit Deus, quantumq; Beati viri Cataldi intercessione beneficij sibi contulerit, ordine exponit. Incredulus ille magicis omnia censet artibus adscribenda, & vt è suo sanctum eiiceret, deturbaretq; regno, quàm admodum celeritate nauigauit. Vbi ad locum venit, comprehendi sine mora Cataldum iubet, comprehensumq; apparitoribus tradit in vincula custodiendum in crastinum ad exilium missurus. Nocte, qua nefandi consilij diem subsequitur, ab Angelis per visum terrore magno perculsus ab ijs audit, quod statim moreretur, nisi à proposito malo cessaret. Excussus somno Rex suspirat sæpius, vt qui melancholia percitus: quid sibi hæc velint suspiria, suscitatur Regina Regi sibiq; timens? reuelat ille visum: at illa consulit, quæ essent, vt ab imminente discrimine liberarentur, facienda. Eadem nocte dux quidam sceleris consiliarius moritur. id Rex audiens, Deiq; vltionem pertimescens, sanctum non modo è carcere educi liberariq; mandat, sed & ab illo veniam gemebundus petit, tam sibi, quam suis omnibus. mox defuncti ducis prouinciam Ecclesia, quæ etiam tunc erigebatur, cuiq; Cataldus construenda præerat, in perpetuum concessit. Erat dux ille Meltridis Dominus. Sanctus igitur acceptam prouinciam in duodecim Episcopatus distribuit, & suum Episcopium Archiepiscopatum faciens Rachau Archiepiscopus fuit dictus. cumq; Rachaensi Ecclesiæ multos præfuisset annos, & verbo & exemplo nunquam destitit alios ad fidem trahere, alios iam tractos confirmare.

Hac vbi tam fœliciter ad honorem omnipotentis Dei, & eius Ecclesiæ expansionem sibi successisse animaduertit, diuina motus inspiratione sepulcrum domini salutiferi, vbi pro omnium salute triduum iam quieuerat, visere disposuit, locaq; omnia perlustrare, siq; fieri posset, quantum in se esset stratus lingere, lachrymisq; perfundere, vbi steterunt sanctissimi, & nunquam fatigati pedes eius. Conducta naui sub peregrini habitu viam ingreditur, peruenit tandem Hierosolymam, continuò sepulcrum dominicum, cuius visendi desiderio flagrabat, magna deuotione nudis pedibus introiit, illudq; labijs & cordis, & oris, quanta potuit humilitate tremens, & ingemescens exosculatus immensas humani generis Redemptori gratias egit, quod dignatus esset sibi seruo suo concedere, vt attingere valeret monumentum illud vsq; adeò suauissimum, vnde morte surrexerat denuncta: atq; idipsum fecit de sanctissimis locis illis, quæ à sacratissima virgine olim frequentabantur, dum viueret.

Quibus

Quibus ita deuotè pieq; obſolutis, vitam, ea in regione ſtatuit degere eremiticam, quod tamen propoſitũ honeſtiſſimum voluntati diuinæ commendarat. & quũ interea nihil iuxta cordis ſui deſiderium obtingere cerneret, orationi aſſiduæ, quã & lachrymis condire aſſueuerat intento, vt quid Deo de ſe placeret, cognoſceret, apparuit illi Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & inter cætera, quæ ad eius ſolatium locutus eſt, illud in primis præcepit, vt ab eremitica deſiſtens deliberatione ſe ad eam Italiæ partem transferret vbi ciuitas eſt, quod Tarentũ appellatur: ibi enim rudem olim idoloſq; deditum populum per Petrum Apoſtolum & Marcum eius diſcipulum ad fidem ſuam conuerſum inueniret, quem ad idolorum cultum prædicantium inopia reuerſum ipſe denuò ad fidem reuocaret. Hoc domini præceptum alacriter audiens cum multis nauem inſcenauit Italiam verſus nauigaturus. inter nauigandum autem diuino repletus ſpiritu tempeſtatem prædixit, cuius quidem inſtantis periculi cum ſignum nauta non videbat vllum, fidem illi non adhibuerunt. Sed vix poſt ſancti viri prædictionem dimidia hora ferè ſpacium tranſierat, exoritur tẽpeſtas, cui antehac ſimilem nauta haud proſpexerant: rudens craſſior, quo velum in ſublimem arborem eleuatur, vi tempeſtatis effringitur. Vnus ex nautis adoleſcentior, & cæteris agilior malum conſcendit, vt rudentis partes diſiunctas connecteret, ventorum procelloſa rabies illum infelicem ea vi deiecit, vt ſtatim colliſus vitam cum omnium dolore perdiderit. Qui in naui erant, vt mox moriturus Deo quiſq; ſuo lachrymis effuſis ſupplicare, vota proponere, nonnullis inter huiuſmodi afflictiones recordati, quod vir ille, quem Deo cœleſti & immortali adeò carum prius non cognouerant, naufragium prædixerat, prouoluti illius pedibus humiliter obſecrare, obteſtarique: Homo Dei, dicentes, qui talem cœleſti afflatus ſpiritu imminere nobis tempeſtatem proſpexiſti, qualem alias non ſumus experti, exorare, quæſumus, ne graueris, Deum, vt tuis placatus precibus nos de vehementi periculo miſericorditer eripiat. Confeſſor ſanctus, vt qui pietate redundabat, ad orationis præſidium confugit, qua nondum finita, ceſſant venti, ſedatur mare, & magna inde ſequitur exoptataque ſerenitas. Neque tamen ſanctus ab oratione ceſſat, donec iuuenem è malo delapſum confractumq; non vitæ reſtituat, cõſoletur que. Dant iterũ nauta vela ventis, & nullo negotio Hydrũtũ perueniunt, vbi ſanctũ exponunt, & gratias illi agẽtes ob tot in vnius officia præſtita, eius ad Deum deprecationibus ſe commendant.

Dum ſanctus Tarentum pergeret iuxta Fellinum (oppidi nomen eſt) occurrit illi puella, quæ ſurda & muta pecudes ad paſtum fortè agebat: eam cum fuiſſet bis & ter perperam allocutus, & cognoſcens tandè miſellæ defectum, præcipio (inquit) tibi in nomine domini Ieſu Chriſti, vt abſq; mora mihi reſpondeas: & ſtatim illa recipiens cum auditu loquelam, eum ad ſuos domum deduxit, omnibuſq; diuulgauit miraculum, quod vir ſanctus diuina in ea fuerat virtute operatus, ibiq; ab incolis honorificè exceptus cum illis, quos omnes ſacro abluit fonte, aliquot dies commoratus eſt. Cum verò Tarentũ introiret, vidit antè ianuam pauperculum quendam à natiuitate cæcum: eum beatus Cataldus ita alloquitur:

A *Cuius religionis & fidei ſunt homines iſtius ciuitatis? Cæcus reſpondit, patres noſtri omnes fuerunt Chriſtiani, nũc autem omnes quotquot videbis, præter paucos, Ethnici. Tu verò fili (inquit) Chriſtianus es, an Ethnicus? reſpondit cæcus, Vtinam aliquis me ad fidem Ieſu Chriſti docendo adduxiſſet, iam diu Epiſcopo, qui nos inſtrueret, deſtituti ſumus. Si ex toto corde ſubdit ſanctus, crediderit in ſanctam atq; individuam Trinitatem, Patrẽ, Filium, & Spiritum ſanctum, & in eius nomine fueris*
B *baptizatus promitto tibi ſalutem animæ, & lumen, quod exoptas, oculorum. Credo, inquit ille, domine omnia eſſe, ſicut dicis. Tunc beatus confeſſor ſuis hauriens manibus aquam illum baptizauit, & ſtatim eius oculi aperti ſunt. Qui videns iam quæ prius ignorauerat, clamare cœpit iis, qui non longe diſtabant, Veniſte & videte hominem Dei ſanctum, qui me, in eius nomine aquam ſuper caput effundens, illuminauit. ad eius vocem tactus eſt populorũ multus concurſus Deum collaudantiũ atq; dicentium, nunquam ſe tale quid alias perſpexiſſe (audiuiſſe tamẽ) vt cæcus a natiuitate cerneret. Erat annus domini*
C *centeſimus & ſexageſimus ſextus quando diuus Cataldus Tarentum ingreſſus eſt. Sedem Petri tenebat tunc Anicetus Syrus, qui ſedit annos nouem à ſexageſimo tertio vſq; ad ſeptuageſimum tertium poſt centeſimum a Chriſto nato, martyr in quarta Eccleſia perſecutione, Imperatoribus, M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo. Sunt qui contendant diui Cataldi comites fuiſſe Euperpium, qui poſtmodum fuit appellatus Leutius Brundiſinorum Epiſcopus, & Barſonuphrium, qui colitur ab Vritanis, qua de re aliter legitur. Corpus ſelices diui Barſonuphrij ex remotiſſimis Paleſtinæ par-*
D *tibus ad ſuperi maris vicina delatũ litora, ad Theodoſium virum alioqui ſanctiſſimum Vritanorum pontificẽ ab hominibus illis, ad quos id erat expoſitũ, vel qui antea ſeruandũ acceperat, fuiſſe adductũ: qua poſteriora tẽpora deſignare videntur, diuũ verò Leutium multi tradũt fuiſſe Alexandrinũ. Eſt & alia opinio, quã dicunt referri a Iacobo Antonio Ferrario Lupienſi in hiſtoria, quã nondum edidit, Auſtrum ſanctũ ſuiſſe et Catalãũ ad Iapygiam veniſſe, qui & comitẽ habuit germanum fratrẽ*
E *nomine Donatum primum Lupienſium Epiſcopum, & per quatuordecim annos vitam cum illo eremiticã elegiſſe propè oppidũ, quod ab ipſo ſancto nomẽ accepit, hodieq; adhuc extat. Sanctus Cataldus ad decẽ millia paſſuum ab Hydrunte remotum. Hunc igitur tantũ patronum maiores noſtri, & viderunt, & amplexi veneratique ſunt, gratias indies Deo agentes, quod ſua ſola gratia, & largitate non eorum meritis dignatus ſit hanc Vrbem ſub beati Cataldi patrocinio apud ſe eſſe, vt ſexcentas, quæ in toto orbe terrarũ ſunt in Chriſtiana Repub. ampliſſimas, quamlibet diuorum ſuorum, tutelarumque cuſtodum*
F *præſidio fulciri. Venetias Marci, Perugiã Herculani, & Aſſiſiũ Franciſci, Matthæi Salernum, Andreæ Amalphitam, Bartholomæi Beneuentũ, Galleciam Iacobi. Maſſiliã Magdalenæ, Ambroſij Mediolanũ, Nicolai Barũ, Brundiſiũ Leutij, aliaſq; aliorum ne catalogum conficere tot recenſendis videar. Voluit enim Deus ipſe ſanctos ſuos inter ſe & homines poſt Chriſtum eius filium, qui princeps & caput omnium eſt, eſſe mediatores, vt vota illorum, quæ criminum mole in altum aduolare ne-*

quirent, veluti quibusdam alis sanctorum videlicet intercessionibus leuarentur in cœlum.

Scriptura nulla extat, qua dignoscere possemus, quot annos cum Tarentinis suis vitam duxerit beatus Cataldus: legitur autem in eius vita, vnde hæc excerpsimus, quæ ante Romanum officium restitutum in choro clericis legebatur, quòd hic sanctus dum sui dissolutionem corporis imminere sentiret, conuocatis ad se vrbis optimatibus, quos in fide quam prædicauerat, constantiores cognorat, & erga Deum magis deuotos, clericisq; omnibus ad hæc fere verba locutus sit: Fratres & filioli mei dilectissimi, scire debetis aduersus fidem Catholicã permagnam ab hæreticis, & inimicis crucis Christi non multò post insurrecturam persecutionem: nauem Petri magnis fluctibus actum iri: vos autem, qui spirituales estis, confirmate, vbi ego ad dominum pertransiero, confirmate (inquam) populum, illumq; docere, admonere, corrigere, nec cesseris, vt in fide domini nostri Iesu Christi, quam ex tot laboribus ac vigilijs prædicaui, firmi sint, & constantes, ab illa nunquam recedant, nunquam distrahantur, siue præmia promittantur, siue pœnæ acerbissimæ ante oculos proponantur. ad hanc enim Græcæ regionis vrbem percelebrem non casu, sed dominico iussu profectus sum iam inde a Palæstina, quò me religionis ac pietatis ergo cõtuleram a Britannis toto orbe diuisis. Etenim cum Hierosolymis agerem, apparuit mihi dominus noster Iesus Christus, iussitq; vt haud mora istuc ad vos & vestros omnes me conferrem, sanctum eius Euangelium & fidem concionaturus, & cordibus omnium impressurus, vbi cẽtum & viginti quatuor annis antè B. Apostolorum princeps Petrus, & eius in domino filius, & in rebus Christi gestis discipulus Marcus prædicauerant. Vos præterea rogatos etiam atq; etiam velim, vt corpus meum in maiore nostra æde reponendum curetis, & in cellula, quæ sancti Ioannis in Galilæa dicitur, ipsumq; sub terra quã diligentissimè recondatis. His ita dictis, & mox expletis in eo cunctis sacris ministerijs, quæ circa ab hoc sæculo commigrantes a fidelioribus fieri consueuere, sanctissima illa anima corpore soluta in æterna claritatis gaudijs Angelorum manibus fuit collocata: ipsa etiam obitus hora campanæ quotquot erant in vrbis Ecclesijs pulsari angelicis non humanis ictibus cœperunt. At vbi sancti viri corpus intra Ecclesiam domo deductum est, vt circa illud clerici de more funerali, exequiasq; persoluerent, cõfluxit eò innumerabilis vtriusq; sexus frequentia cum ingenti affectorum agritudinibus multi studio, qui vbi primum venerabile illud corpus tangerent pristinæ reddebantur sanitati. Celebratis tandem ritè honorificeque parentalibus, tam clerici, quam ciues pij, habito super hoc concilio, sepulcrum, quod adhuc extat, marmoreum, mira (vt tempora illa erant) pulchritudinis extruxerũt. ibiq; corpus illud odore fragrans nimio ob sanctitatem magno deuotionis affectu reponentes, ipsum sub terra, vt moris tum erat, posuerunt. Ex aduentu igitur, & prædicatione huius gloriosissimi confessoris extiterunt Tarentini semper religiosissimi, vitam viuentes Christianam, Deorum cultu gentilium, qui pro statu temporum illo miserabili, magno studio (vt dictum est) à veteribus statis cæremonijs obseruabatur, penitus deleto. Qui vero, diuo Cataldo in sinum Abrahæ, hoc est, in Paradisum recepto secuti sunt Episcopi Tarentina Ecclesia præsides, non satisliquet vsq; ad annum humanæ salutis XCI. supra D. S. Gregorio Pontifice Maximo, cuius dignitas extensa est, vsq; ad quartum & sexcentesimum. hoc autem fuit, vel quia scripturæ ipsæ cõbustæ sunt, vel quia nullæ fuerunt ante hoc tempus: quoniam qui à Paganis reperiebantur Christiani, aut verberibus afficiebantur, aut gladijs, variisq; tormentorum generibus occidebantur. Visum tamen est prius aliqua alia de hoc sancto referre, mox subiungam Episcoporum seriem, qui à præscripto tempore collegi ad nostrum vsq; potuerunt. illud verò non prætermittendum duxi, ab hoc diuo per totam Italiam, nedum Iapygiam, atq; Apuliam multa oppida appellata, multasq; parœcias: quid quod & Venetijs, & in Vmbria, & in Sicilia hoc nomen percelebre sit? Ab Lauti faucibus p m.s. (inquit Thomas Fazellus lib. 7. prioris Decadis) sancti Cataldi Tutris specula ab ædicula eiusdem nominis appellationem habens, occurrit: & iuxta fluuii Diui eiusdem titulo inscripti ostium. De nomine huius sancti, deq; eius apud Deum loco honorificentissimo scribit in secunda parte de origine Franciscanæ religionis frater Franciscus Gonzaga generalis Minoritarum minister, nunc in Episcoporum cœtu aggregatus, his quidem verbis: Cum tempore vniuersalis contagiosæque cuiusdam pestis, quæ adeò vniuersam Italiam peruagata est, vt nihil intactum reliquerit, Coraltino cuidam, simplicique homini Quirico Tranbotto, reuelatum diuinitus esset, vt ii Coraltum Apuliæ oppidum à grassante lue liberari cuperet, Ecclesiam diuo Cataldo sacrandam eo ipso loco, in quo sequenti luce sub curru occumberet, communibus sumptibus, nulla interposita mora, ædificandam curaret. Quod cum ille Coraltinis prædixisset, alligatusque ad currum bos sequenti mane mortuus corruisset, ex tempore sacrædes tum ex publicis, tum quoque ex priuatis eorum facultatibus in honorem sancti Cataldi eodem prorsus in loco constructa extitit. Quam tamen cum solemniore obsequio cultam affectarent, omnibus suis numeris absolutam Patribus Minoritis, qui Obseruantini dicuntur, quorum duodecim ibi commorantur, post XXIII annum ab eius erectione anno scilicet dominicæ incarnationis 1506. ex Apostolicæ Iulii secundi summi Pontificis auctoritate inhabitandam contulerunt.

Quomodo fuerit inuentum corpus beati Cataldi, de eius translatione, & de linguæ inuentione. Cap. III.

POst multos annos Drogonus Pontifex in hac prouincia maximus, Tarentinæ (inquam) Ecclesiæ Archiepiscopus, vir apprimè religiosus Dei cultus anhelans tota animi propensione diuinitus inspiratus maiorem Tarentinam Basilicam vetustate consumptam constituit funditus diruere, & nouam augustiorem erigere, quæ ornatu, & magnitudine veterem superaret. placet omnibus tam laudabile consilium: inchoatur ergo opus, & inter multos, qui ibi opifices erant, vir quidam vitæ sanctæ optimæ, quem Deus ad tantum detegendum thesaurum paraue-

peraurat. fundamentum effodiens, attigit sepulcrum quoddam marmoreum, unde mira odoris fragrantia emanabat. Vocatus pontifex ad miram suauitatem percipiendam properans adest, & monumentum cœpit animo concipere, & à reliquis, quæ ibi erant recondita, odorem illum tam suauem produre. Clerus currit, populus properat, cum vocibus tum odoris fragrantia accersiri. Aperit præsul tumbam, videt sanctas reliquias ebore (vt erant) antiquo rubicundiores. Crucem præterea adinuenit auream sancti ipsius nomen C. T. Latinis duab. literis significantem. Inducitur pro gratiarum actione supplicatio. cerei, lampades q; accenduntur, diuersiq; generis cō cremantur aromata: quæ tamen de reliquis prodeens suauitas non minus superare sentiebatur, ac minora lucerna Solis splendor hebetat. Pontifex interim sua ipse manibus pretiosiora reliquiarum thesaurū colligit, quarum magna pars thecis hodie argenteis condita spectantur. Brachium præcipue sancti ipsius dexterum, tibia, caluaria, ossa quamplurima, dentes, & quæ supremo cernentibus affert integra lingua, cuius inuento, quia suā habet historiam, ab ea nunc supersedendum videtur. Monumentum Marmoreum funibus, rudentibusq; extrahitur, & in sacello, quod à brachio ipsius sancti nomen habuit, magna cum reuerentia recondituꝝ.

Translationem deinde reliquiarum ita factam tradit. Giraldus Archiepiscopus anno à dominica incarnatione centesimo primo & quinquagesimo post millesimum, quando Romæ sedis claua tenebat Eugenius III. Pisanus, Imperatore Conrado Tertio, & Regnum Neapolitanum regente Rogerio cum Guilielmo filio, deuotione in sanctum admirabili accensus, cœlesti plenus spiritu loco decreuit pretiosiore confessoris reliquias recondere. Expertis inuenitur Argentarius, qui arcam conflaret, totam q; argenteam, vbi sculptæ fierent imagines permultæ, Saluatoris nostri videlicet, gloriosæ semperq; virginis Mariæ, sanctorum duodecim Apostolorum, cum Angelis quamplurimis, operiq; sic fabrè facto adhibita est portiuncula ligni salutiferæ crucis auro circumtecta, & lapidibus admodum pretiosis. Diem pontifex Giraldus translationis indicit suffraganeorum Episcoporum consilio, apertoq; prius marmoreo monumento, quod Rainaldus item pontifex longo ante tempore sub maiori Ecclesia altari recondiderat, extractisq; inde reliquiis intra argenteam quam diximus, arcam honorificè collocauit, quas adiunauit.

Rogerius autem, qui præfuit Ecclesiæ Tarentinæ anno 1346. cū recognoscere reliquias, stipauit intra Chrystallum limpidissimum linguam sancti confessoris, quæ adhuc integra conspicitur, sicut Brundusij seruatur lingua gloriosissimi & facundissimi Hieronymi doctoris illius Ecclesiæ celeberrimi. Arca illa argentea, sumptu ipsius Rogery, consentiente clero & senatu Tarentino, immutata fuit in statuam illam pontificiam, quæ ipsum Cataldum referre videtur pontificijs vestibus indutum, ac si sacrum missæ officium esset celebraturus, cum mithra, omnibusq; aliis quæ Episcopum decent, indumentis argenteis lamiuis ad incudem extensis. Et quoniam peruolutis Tarentini senatus Consultis reperi anno 1465. statuam ære publico erectam, cum pestes multæ percurrissent, comicio cū multis, quod arca veteris argentum cum ad statuam erigendam non fuisset sufficiens, & diuidi tantum reliqua fuisse, reliquum corpus eo anno adiectum fuisse, sicut ipsa indicare videntur vestitura. Neq; prætermittendum est, sæpius quamplurima miracula Deum per sanctum suum fuisse operatum: nam & cæcis visum, surdis auditum, mutis loquelam paralyticis, leprosis, & alio morbo laborantibus multis sanitatem restituit, & hæc seorsum ab hoc opere à nobis recitantur. Illud cognoscendum est, octauo idus Martij festum diui Cataldi solemniter celebrari, atque sexto idus Maij inuentionem ac translationem sollemnissimè, quo die magnus est vicinorum incolarum accursus ob plenariam à summo pontifice Gregorio decimotertio concessam indulg. deprecante hoc Lalio Brancatio Archiepiscopo. Quarto Kalend. Nouemb. fit commemoratio Tarentinæ Basilicæ; & die quarto mensis Decemb. currente anno octuagesimo post millesimum & quingentesimum cœptum est recitari officiū beati patris nostri Cataldi ad normam Romani breuiarij eiusdem Lelij Archiepiscopi diligentia repurgatum, habuit ab eodem Gregorio venia, sicut in fine libri his verbis declarat Guilielmus Sirletus S. R. Eccl. Presbyter Cardinalis.

Nos Guilielmus Sirletus tit. Sancti Laurentii in Paneperna S. R. E. Presbyter Cardinalis, fidem facimus, & attestamur S. D. N. D. Gregorium XIII. viuæ vocis oraculo nobis facto, concessisse, & licentiam dedisse Archiepiscopo & Clero Tarentino, dicendi in choro & extra suprascriptum officium sancti Cataldi Episcopi & confessoris eorum patroni, ad formam Romani Breuiarii redactum, & emendatum tàm in festo eiusdem, quàm in inuentione, per totam metropolim, iuxta antiquam Ecclesiæ Tarentinæ consuetudinem. Datum Romæ in palatio Apostolico, in loco nostræ solitæ residentiæ. V. Nonas Iulii. M. D. LXXX. Gul. Sir. Card.

Hi tàm multis de dicto Cataldo scriptis, non fuit alienum ab instituto subiungere Catalogum non omnium quidem Archiepiscoporum, sed plurimorum, quos ex scriptis tum Archiepiscopalis mensæ, tum Capituli & Cleri: sed & ex libris Conciliorum ac Decretis, aliisque locis collectos sunt: quod in aliis Ecclesijs factum esse constat, in Mediolanensi præcipuè.

Andreas I.

AD Andream Gregorius summus Pontifex huius nominis primus sanctissimus & toti Ecclesiæ notissimus scribit Epistolam, quæ est 44. libri Epistolarum 1. & cap. 83. quæ etiam legitur distinctione 33. ff. habuisse illum arguit de eius concubina, & de muliere de matriculis verberata: qua de re etiam idem Gregorius scribit ad Ioannem Episcopum Gallipolitanensem. Verba Epistolæ non apposui, satis est signasse locum.

Honorius II.

HOnorio etiam scribit idem sanctus pontifex, sicuti apparet lib. 2. Epist. 22. de baptisterio per ipsum in sua Ecclesia erecto. Hæc fuerunt inter annum 591. vsque ad 604. quandiu Gregorius præfuit Ecclesiæ vniuersali.

Ioannes III.

INterfuit hic Archiepiscopus concilio Lateranensi Romano sub Martino primo anno domini 643. vel (vt alijs placet) 647. ita colligitur ex secundo Conciliorum tomo.

Germanus III.

HIc subscripsit sexta synodo Constantinopolitana tempore Agathonis Papæ anno domini 682. verba inscriptionis in eodem tomo hæc leguntur: Germanus humilis Episcopus sanctæ Tarentinæ ecclesiæ provinciæ Calabriæ in hanc suggestionem, quam pro apostolica nostra fide vnanimiter construximus, similiter subscripsi.

Alexander Faccipecora. V.

SEdauit tumultum Mutilensium in electione sui Episcopi, & auctoritate metropolitana elegendum iussit Lybertum à Fumis germanum ducis ipsius, vrbis Mutilarum, anno salutis humanæ 1040.

Basilius VI.

DE eo legitur in fasciculo scripturarum quarundam ipsius Cleri, & donauit Capitulo nescio quam annui census decumam, anno nostræ redemptionis 1085.

Iacobus VII.

HVius Vicarius frater Antonius confirmauit Capitulo omnia, quæ tunc habebat, priuilegia, præter duo prandia, & vncias decem, neq; non decumam decumæ ex annuis redditibus Megniani oppidi, quod hodie dirutum est. Nec legitur an hic aliquando sua in Ecclesia resederit, sicut ferè omnes non resederunt, præter paucos suo in loco ponendos anno salutis nostræ 1099.

Stephanus Philomarinus VIII.

IN eisdem annalibus Mutilarum vrbis in vertice mõtis posita legitur de quodam Stephano Philomarino, qui fuit Archiepiscopatus Tarentini moderator anno 1102. quo tempore vrbs ipsa Mutilensis fuit à Gallis penitus euersa, post quam ruinam panca quæ videntur, restant vestigia. qui has literis mandarunt, fuêre Ioannes Antonius de Leuca Tarentinus presbyter, Eunostrius Sabellus de Palegiano, & Paschalis Taglieta, qui & ipse fuit de collegio Tarentinorum Sacerdotum.

Rainaldus IX.

EXtat de eo memoria in Archiepiscopali Archiuio ab anno 1107. vsq; ad 1119,

Rolemannus X.

SOlus hic ita appellatus, de eo habetur simplex recordatio circa annum 1133.

Philippus XI.

SCriptura Capituli & Cleri de hoc loquuntur, A. 1138.

Giraldus XII.

TRes fuêre Giraldi, quorum hic primus dini Cataldi reliquias honorificentius asseruari cupiens capsã argenteam suo elaborari iussit are, quod in vita ipsius sancti dictum est, Eugenio III. summo Pont. & Rogerio Siciliæ Rege. intercurrere 16. anni inter Philippum & Giraldũ, cuius mentio est in scripturis Archiep. anno post dominũ natum 1154.

Drogonus XIII.

FVit hic ante Giraldum & plures alios, verum quia nescitur annus sui pontificatus, post Giraldum reposuimus, quia & is Cathedralem Ecclesiam vetustate collabentem nouam erexit, reliquiasq; primus adinuenit.

Basilius XIV.

ALter huius nominis, qui erexit Ecclesiam sanctorũ Apostolorum Simonis & Iudæ, quæ hodie Atheniensiorum est iuris patronatus, & habuit cognomen de Paciano. annus Domini 1181. hunc in scripturis nomi-

Gernasius XV.

REsedit aliquando, & præcipuè anno 1187. nullum habet cognominem, eius memoria adinuenta est ab anno prædicto vsq; ad 1194.

Angelus XVI.

DE Angelo Archiepiscopo vnus tantum est index in scriptura quadam Capituli & Cleri, sed plura leguntur in secundo libro Decretalium Innocentij Tertij, qui præfuit Romanæ Ecclesiæ ab anno 1197. vsq; ad 1215. ibi videre licet, quanta his præsul fuerit prudentia summi ipsius Pontificis testimonio. At si desideras cognoscere, quo anno de eo agatur, apud Tarentinos 98: inuenies post 1100. qui fuit secundus Innocentij.

Giraldus XVII.

DE secundo Giraldo habetur 1203. adhuc Innocentio summo pontifice.

Nicolaus XVIII.

GIraldum sequitur Nicolaus Primus: præfuit Ecclesiæ Tarentinæ duodecim vel plures annos, certum id non est. eius residentia non legitur: sed habetur illius memoria. 1205.

Gualterius XIX.

SCribitur de Gualterio inter Nicolaos posito 1216. post Innocentium mortuum sub Honorio Romano, sedere sedisse non legitur.

Nicolaus XX.

AB anno decimo sexto prædicto vsq; ad quadragesimũ secundum nullius Archiepiscopi nomen legitur, præter Nicolaum II. in tabulno Capit. & Cleri.

Giraldus XXI.

TErtius est huius nominis, & illum reperies nominatum in anno 1260.

Iacobus XXII.

HIc alter Iacobus istem monisse traditur anno 1275. super decimas omnium iurium ciuitatis Tarentinæ, & eius (vt dicunt) pertinentiarum. erat tunc summus Pontifex Gregorius X. Placentinus.

Henricus XXIII.

DE Capitulo fuit Henricus optimè meritus: nam ille largitus est modios frumenti trecentos (vulgò appellantur tumuli) insuper confirmauit quartam (vt dicunt) mortuorum, ac multa alia: ter de eo legitur. 1280. 83. 84. Sed anno domini 1297. impetrauit à Roberto duce Calabriæ, primoq; genito Regis Roberti, & eius Vicario, quod (a sale Solezum, & alia congregarentur Casali Gryptaliarum ob bellis discrimina: ita enim futurum erat, vt securius habitarent subditi Ecclesiæ.

Gualterius XXIV.

ET hic Gualterius II. liberalissimus fuit, nam Clericis sex instituit annua prandia, cum trecentis frumenti modijs. Voluit præterea, vt magister sacrista, & qui in maiore altari ministrauerint, sacrumq; fecerint, de mensa sua comederent. hæc leges in anno 1300.

Gregorius XXV.

REsedit quandoq; Gregorius, diuq; præfuit Tarentinæ Ecclesiæ: nam de eo habetur ex anno tertio post trecentesimum & millesimum, vsq; ad trigesimum primum. appellabatur à Philippo Tarentinorum principe Consiliarius & familiaris suus. fuit Capuanus, atq; ordinis Prædicatorum: traditur cum clericorum collegio cõuenisse.

Venisse, vt concesso eis Regij Telonij iure, sine (vt dicunt) A Dogane, onus subirent lampades accendendis ante altare Beatus Ecclesia.

Rogerius XXVI.

DE Rogerio illud habetur glorioſum, quod ſcribi poſſit, repoſitio videlicet lingua ſancti Cataldi in chryſtallo. reſedit aliquando, inſtituit Canonicos & a Roberto principe appellabatur conſiliarius & familiaris ſuus. de eo legitur anno 1346. 1350.

Ioannes XXVII.

DE Ioanne nihil aliud reperitur preter eius memoriam anno 1353. B

Iacobus XXVIII.

IAcobus tertius, qui litigauit cum ſuo Capitulo, deinde donauit illis quam multa, nempe duodecim Italicæ pecuniæ uncias, bina prandia, decumam decumæ cuiuſdam Caſalis Megniani, quod hodie non extat præter aliculam dictæ Mariæ, quæ dicitur della Camera. a. 1362. 64.

Franciſcus Iacobus XXIX.

FRanciſcum Iacobum Archiepiſcopum binæ Capitulæ literæ nominant eodem anno 1368. C

Iacobus XXX.

LEgitur quòd hic Iacobus fuerit à quibuſdam Gryptaliarum hominibus necatus: vnde veniam petere coacti ſunt à Gregorio XI. ſummo Pontifice Lemouicenſi. anno 1378 1381. Extat & quoddam inſtrumentum ſuper hac re. 1378.

Marinus Amalfitanus XXXI.

MArinum Amalfitanum de Iudice, Tarentinum Archiepiſcopum Vrbanus VI. prima creationis Cardinalem S. Pudentianæ tit. paſtoris creauit 1381. cum eſſet perpetuus Auerſæ, Cuſani, Caſſani adminiſtrator. S. R. E. fuit Camerarius ac legatus in Hungaria: renunciauit Epiſcopatum Cuſani Roberto de Iudice fratri 1385 Extat in Eccleſia Metropoli Amalfitana ſub titulo diui Andreæ Apoſtoli cenotaphium cum inſcriptione horum verborum: Marinus de Iudice Archiepiſcopus Tarentinus. S. Pudentianæ tit. paſtoris presbyter Cardinalis. S. R. Eccl. Camerarius. obyt ſub Vrbano ſummo Pontifice, A. D. 1385.

Iacobus XXXII.

REſedisse Iacobum quinctum docent ſcrinia Archiepiſcopi. 1388.

Matthæus XXXIII.

ET hic Matthæus reſedit 1398. vt conſtat ex Clericorum tabulario.

Elzearius XXXIV.

SEquenti anno Elzearius Archiepiſcopus per fratrem Angelum Suazum de Peſco ſuum Vicarium confirmauit Capitulo omnia iura &c.

Iacobus XXXV.

SExtus hic Iacobus de Vrſinis ab aliis fuit obſeruatus a. 1400. ipſe locum non vidit. F

Alemannus XXXVI.

NOn reſedit Alemannus, ſed per ſuos procuratores ac Vicarium confirmauit Capitulo omnia iura a. 1402. at quinctò poſt anno 1407. primus cura Capitulis (vt dicunt) præiudicium exegit tres partes ex octonis de feudo Caſtinei in agro Marrubienſi, qua de re agitur lis Romæ. Sepultus eſt Alemannus Romæ in baſilica Sanctæ Mariæ Nouæ Montis Oliueti: in eius ſepulcro inciſæ ſunt huiusmodi literæ: Hic Florentiæ ex Adimariorum familia antiqua nobiliq; ortus V. I. D. & omnis literarum generis eruditus, primum Protonotarius, deinde Tarentinus, poſt Piſanus præſul ad Cardinalatus apicem promotus eſt, dum pro Romana Eccleſia legationi fungeretur in Gallijs: doctorum virorum amator & cultor, vir ipſe doctiſſimus, relator iuſticiæ, & communis Reſp. boni, qui pro Eccleſia vniuersa apud Piſanum Conſtantienſemq; Concilia vſq; ad optatam concluſionem neminem veritus laborauit intrepide. obiit ex peſte anno ætatis ſuæ 60. menſe Septemb. 17. die 1428. B

Ludouicus XXXVII.

FVit Ludouicus Alemanni ſucceſſor, nam de eo legitur 1408. ex nobiliſſima & vetuſtiſſima Brancatiorum familia, ab Innocentio ad Ladislaum Regem Neapolitanum legatus miſſus, & abſens à Gregorio XII. Cardinalis creatus. tit. S. Mariæ Tranſtyberim. Moritur Arimini cum multis aliis ſub eiuſdem Gregorij obedientia. C

Rainaldus XXXIIX.

DIaconus Cardinalis tit. Sanctorum Viti & Modeſti Martyrum in macello, ex eadem clariſſima familia Brancatiorum: interfuit Concilio Conſtantienſi 1414. moritur Romæ menſe Septembri, anno 1427. Cadauer Neapolim translatum, ſepultum eſt in Eccleſia S. Angeli ad Nidum à ſe fundata.

Ioannes XXXIX.

IOannes III. non reſedit: fuit tantum deſignatus Archiepiſcopus. de eo legitur 1416. D

Franciſcus de Caris. XL.

ET quia Franciſcus de Caris fuit vnus ex ſacro Cardinalium Collegio non reſedit: fuit noſter Archipræſul. 1419.

Ioannes Bernardus XLI.

IOannes Bernardus Taliacotius. 1421.

Ioannes XLII.

IOannes Quartus declaratur ex vtriuſq; ſcripturis per decennium ab anno 1422. vſq; ad 1432. E

Ioannes XLIII.

IOannes ex Comitibus Taliacotij, presbyter Cardinalis tit. Sanctorum Nerei & Achillei, poſt S. R. Eccl. maior pœnitentiarius ab Eugenio 4. fuit deinde Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus, & Decanus. obiit Romæ XII. Kal. Feb. a. 1449. ſepultus ad S. Auguſtinum, cuius ordinis protector erat. Habuit duas orationes in concilio Baſilienſi, eius notarius erat quidam Clericus Tarentinus, qui dicebatur Iacobus Adſerricius.

Marinus XLIV.

MArinus de Vrſinis viſitauit Eccleſiam, totamq; diœceſim: eius nomen legitur in anno 1450. & 1469. de eo conqueſtus eſt ſenatus ad Regem, quòd non curaret Eccleſiam in ruina, quam minabatur ſaltem reſarcire.

Latinus

Latinus XLV.

LAtinus de Vrsinis I.V. D. presbyter Cardinalis, fuerat Archiepiscopus Tranensis. 1448. post Episcopus Cardinalis Sabinus. tandem Episcopus Tusculanus. obyt Romæ III. Idus Augusti anno 1477. pontificatus Xisti Quarti anni 7. sepultus in Ecclesia Sancti Saluatoris de Lauro à se fundata Romæ.

Ioannes XLVI.

IOannes de Aragonia Neapolitanus, Ferdinandi Regis filius, protonotarius Apostolicus, Diaconus Cardinalis. S. Hadriani. deinde presb. Cardinalis. tit. S. Sabinæ. obyit Romæ anno 1485. sepultus in absidæ tituli sui annum agens XXII. patre superstite.

Ioannes Baptista XLVII.

IOannes Baptista de Petrucijs (habetur de eo 1486. non resedit) filius Antonij de Petrucijs à secretis Regum Aragonum.

Baptista XLVIII.

BAptista Vrsinus, Romanus, clericus Cameræ, & protonotarius Apostolicus, Diaconus Cardinalis, S. Mariæ Nouæ, post presbyter Cardi. tit. Sanctorum Ioannis & Pauli. tit. Pammachij. cessit administrationẽ Ecclesiæ Tarentinæ manibus Alexandri Sexti summi Pontificis anno redemptionis omnium 1498. sed quatuor precedentibus annis, fuit in Archiepiscopali sede, quo tẽpore fabricandum curauit ligneum chorum in maiore & Cathedrali Ecclesia. obyit Romæ in mole Hadriani, veneno sublatus anno 1504. vndecimo Alexandri Sexti Pontificatus anno, sepultus ad S. Petrum.

Henricus XLIX.

FVit hic alter Henricus ordinis Prædicatorum. legitur de eo ab anno 1498. vsq; ad 1505. fuit cognomento Brunus. Visitauit Ecclesiam.

Franciscus L.

FRanciscus Barchinonensis de Parets, Tarenti moritur, & sepelitur. parum in Ecclesia præfuit: & de eo non legitur nisi in anno 1506.

Ioannes Maria LI.

IOannes Maria Pudericus Neapolitanus, visitauit Ecclesiam, de eo fit mentio in anno 1513. extat q; eius memoria vsq; ad annum 1523. Neapoli mortuus ad D. Laurentium sepelitur. ibi legitur hoc Epitaphiũ. I. Mariæ Pudericio, Tarentinorum Pontifici, ac intimo Regum Consiliario, de patria, suaq; familia optimè merito, Paulus Pudericus patruo benemerenti pusillum gratitudinis munus posuit, anno domini 1525. erexit suo are magnam partem basilicæ S. Agnelli, cuius altare maius posuit sub titulo S. Catalds.

Henricus LII.

HEnricus III. generalis quæstor & Thesaurarius Clementis VII. Pontificis maximi, vsq; ad annum 1534.

Hieronymus LIII.

HIeronymus primus de Hippolyto Monopolitanus ordinis Prædicatorum, electus Archiepiscopus, legit Patauij, atq; Neapoli non absq; magna scholarium attentione, moritur Viterbij, antequam Ecclesiam suam viseret, anno 1527.

Antonius LIV.

ANtonius Sanseuerinus, fuit impeditus à possessione vsq; ad coronationem Caroli V. Cæsaris, presbyter Cardinalis creatus à Clemente VII. tit. S. Susannæ. post tit. S. Apollinaris. demum S. Mariæ Transtyberim. postea Episcopus Cardinalis Albanus, mox Sabinus, vltimo Portuensis & S. Rufinæ. fuit liberalis & benignus clericis suis, vt videre est anno 1531. moritur Romæ in Basilica S. Trinitatis in monte Pincio sepultus anno 1543. Sunt qui inter Hieronymum & Antonium recensent Cardinalem Armellinum Florentinum, cui non data fuit Ecclesia Tarentina possessio, contendente Romana sede sibi & non Regi competere ius eligendi Pontificis.

Franciscus LV.

FRanciscus Columna, qui antea fuerat Archiepiscopus Russanensis, anno 1545. visitauit Ecclesiam Gryptaliarum. Habuit Vicarium fratrem Angelum Paschalẽ ordinis Prædicatorum, qui & ab initio interfuit Tridentino Concilio sacratissimo cum esset Episcopus Mutilensis, & Iacobum Carrozzam Manduriensem & Episcopum Cupressanensem, moritur & sepelitur Neapoli, vbi vitam vixit peracto in Campania bello, ad montem Olueti in sacello, quod Columnensi familiæ illustrissimæ dicatum est, erectumq; Pompeio Columnæ Cardinali, qui Neapoli præfuit, ita iubente Carolo Quinto: & biennium in administratione rerum publicarum versatus, eum in rẽddendo iure, recreandaq; prouincia & pecuniis exigendis, iustitiæ, humanitatis, & temperantiæ modum tenuit, vt cum seueritate facilitatem misceret, publiceq; egestatis, & ærary causam tueretur. singularis ei apud omnes ordines laus pararetur. Huius vitam scribit Iouius.

Marcus Antonius LVI.

MArcus Antonius Cardinalis Columna, prædicti Francisci ob patrẽ nepos resedit aliquando. sed parũ, & nomine dotis, vt qui liberalissimus est (adhuc enim vivit) donauit Capellæ S. Agnetis modios viginti salis, & ius quod habebat in feudo Castinei. bis visitauit Ecclesiam, interfuit sacro Concilio Tridentino, quo tempore nondum fuerat inter Cardinales cooptatus. Theologum habuit secum Ioannem Matthæum Valdinam ordinis Prædicatorum, qui postea fuit Episcopus Acerranus. Synodum Prouincialem & diœcesanam vocauit, vbi interfuere Episcopi Monopolitanus, Castellatensis, Motulensis & Acerranus. Erexit Seminarium clericorum pauperum. Discedens postea iussu Philippi Regis Salernitanis datus est Archiepiscopus, dimisso Tarentino Pontificatu, sed & Ecclesiam Salernitanam, ob maiora à summis Pontificibus Gregorio & Sixto sibi iniuncta munera adhuc dimisit. Multos Episcopos habuit Vicarios, Mutilensem, Acerranum, Sanctæ Leonis, & Hostunensem, præter alios, qui omnes fuerunt viris pertissimi. Erat enim antiqua Tarenti consuetudo, quando Archiepiscopi alijs distracti negotijs non residebant, vt illorum Vicarij ob Sacramenta administranda essent Episcopi, quæ postea sublata est, quia & ipsi Episcopi post Tridentinũ Concilium in Ecclesijs residere coguntur. Hæc autem omnia, quæ de tanto Antistite dicta sunt intercurrere ab anno 1561. vsq; ad 1568.

Hieronymus LVII.

HIeronymus alter Austriacus Cardinalis de Corrigio nuncupatus. eius Vicarius Bonellus I. V. D. qui

qui postea fuit Ragusensis Antistes, magna quidem industria, studio, ac vigilantia visitauit Ecclesiam, Cornely Musso Bitontinensis Episcopi secutus vestigia in dicendo, scribendo, concionandiq; facultate. Conuocandam insuper Synodum Prouincialem & Dioecesanam, cui praefuit Aloysius Campagna Russanensis Episcopus Mutilensium Anno 1574.

Lelius Brancatius. LVIII.

LAELIVS Brancatius Neapolitanus, qui olim fuerat per Pium V. ad Surrentinae Ecclesiae Archiepiscopalem praefecturam assumptus, Hieronymum sequitur Gregorio xiii. Pontifice maximo, & Philippo Rege nostro ita iubentibus. Anno igitur domini septuagesimo quarto post quingentesimum & millesimum, & decimo sexto Calend. Nouembris Tarentum die Dominico sollemni quidem apparatu, & pompa est ingressus. Nondum autem annum in sua exegerat residentia, & magna inter hunc Pontificem, & Ciues clericosque Tarentinos oborta est controuersia, illis sedulò atque instanter consuetudinum suarum, quas vt maximè antiquas, laudabiles esse, iuriumque vim habere contendebant, confirmationem, vt ab aliis praedecessoribus obtinuerant, efflagitantibus, eo verò promittente, sese, quicquid vellent facturum, si visitationis tempus, quod proximum erat, expectarent, vt interea perpenderet, an quas iurisdictiones appellabant, legibus aduersarentur. Tota autem re ad Sedem Apostolicam deducta, quae petebant, ad quatuor tantum redacta Capita idem Gregorius summus Pontifex causa ad se auocata, & Antistitis dignitatis ratione habita, suo, quod in calce libri subscripsimus, diplomate ad futuram rei memoriam composuit. Cumque deinde per totum biennium magna diligentia, ac labore Metropolim, totamque cum ea Dioecesim, & Seminarium, quod paterna diligentia & regere, & augere adhuc non cessat, visitasset, quae in visitatione decreuerat, nouam rursus & Clericis & populo litigandi ansam exhibuere. Adeunt denuò Romanam Sedem, & Illustrissimi S. R. E. Cardinales Montis Regalis, & Lancelottus nuncupati, quibus & à Gregorio nondum vita functo, & à Sixto V. eius successore, fuerat visendae, corrigendaeque visitationis cura demandata, cogitantes qualis quantusq; esset Archiepiscopi zelus, quam integra eius vita. auditisq; in singulis tam Capituli & Cleri, quam populi procuratoribus, omnia ferè, perpaucis exceptis, decreta & probarunt, & confirmarunt, sicut in extremo opere ex authentico eorum scripto constabit. Sed ciuibus cum Clericis nondum omnino quiescentibus, à Sanctissimo Domino nostro Sixto saluberrimum aliquod in tanta animarum aegritudine remedium expectatur, vnde salus & quies speratur tranquilla istis tandem diuturnis procellis omnino sedatis.

Archiepiscopus Tarentinus, qui à Rege praesentatur duos tantum habet Episcopos suffraganeos Mutilensem scilicet, & Castellanetensem: primum quoq; praesentare consueuit Rex, alterum eligit summus Pontifex. Praesidet Archiepiscopus praecipuè Basilicae Diui Cataldi, qui patronus est Vrbis nostrae. habuit initium suae erectionis iam inde ab Apostolorum praedicatione, mox ab ipso Cataldo, cuius vitam leges in vltimo operis libro: verum ad hanc, quae hodie conspicitur, formam Drogonus Archiepiscopus, quia vetustior ruinam minabatur, qua plurima vigebat pietate, reduxit. Sexdecim vtrinq; sustentatur marmoreis columnis, & pauimentum multis emblematibus laboratū: habet nauim à duabus hinc atq; illinc minoribus distinctam cum suis aediculis, quae diuorum imaginibus decorantur. Omitto Campanarum turrim, omitto maioris altaris positionem, atq; sacrarium, vbi repositae sunt Reliquiae sanctorum: atq; imprimis Cranium, Brachium, Tibia, lingua, ossaq; aliquot Diui Cataldi thecis argenteis stipata: vbi Argentea etiam statua, quae Pontificem, dum celebrat, imitatur cum pallio, infula, baculo, aliisq; sacris & Pontificiis indumentis. Rem diuinam ibi faciunt duodecim Canonici, multiq; Sacerdotes & Clerici, qui omnes in chorum conueniunt pro Matutino, Missa, & Vesperis, reliquae horae ab iisdem diurna vicissitudine recitantur. Sed haec nimis curiosa, & propterea superflua videri possunt. Sunt & in Tarentina Dioecesi quinque Abbatiae consistoriales, & vt plurimum Illustrissimis Cardinalibus commendantur: Prima est SS. Viti Modesti, atq; Crescentiae, quae olim fuerat Graecorum Monachorum è societate magni Basilii, qui extra Vrbem habebant Monasterium sub Sancti Viti nuncupatione. habet hodie Abbas iuxta Vrbem Ecclesiā S. Saluatoris, vbi seruantur reliquiae praedictorum, diuorum, Caput imprimis & Brachium Sancti Viti argento obtecta, cum non parua sanguinis parte, qui in vitrea phiala asseruatur: hunc toto anno duriorem perspicimus, at in festo quod decimo septimo Calend. Iulii celebratur, liquescit, vt si recens de corpore manarit. Altera Abbatia dicitur Sanctae Mariae de Galeso, quae olim fuit ordinis Cistercienſis: & habetur de ea in secundo libro Epistolarū & Decretalium Innocentii Tertii Pontificis maximi ad Archiepiscopum Hydruntinum, & Episcopum Licien[illegible] scribentis. Tertia vocatur SS. Petri, & Andreae, cuius Basilica fuerat antehac in Insula parua ordinis Sancti Benedicti: sicut Quarta, quae appellatur Sanctae Mariae de Crispiano. huius redditus magna & melior pars est apud Martinenses, illius verò apud Mandurinos. Quinta & vltima Graecorum etiam Monachorū Basilii magni Sanctae Mariae de Talsano, cuius Ecclesia sex ab vrbe miliaribus distat, nomen habuit. Est & Abbatia, vbi à Monachis in Conuentu viuitur, & iis qui Montis Oliueti nuncupantur, Ecclesiae Sanctae Mariae de Iustitia, olim fuerat pauperū peregrinantium hospitium. Sunt & intra atq; extra Vrbem multae tam regularium, quam saecularium sacerdotum Basilicae & per totam Dioecesim, quas describere non modò summatim, sed & particulatim placuisset, nisi aliis, quorum consilio adhaesi, opus visum fuisset superfluum.

Digitized by Google

Gregorius Papa XIII.

AD perpetuam rei memoriam. Quoniam in Ecclesia Dei eius vices, meritis licet indignis, gerimus in terris, sicuti ad disciplinam Ecclesiasticam conseruandam atque propagandam, diuinúmque cultum amplificandum nihil est ipsa concordia accómodatius, ita nihil æquè vniuersum Ecclesiasticum ordinem conturbat atq; adeo peruertit, quã si quando à suo capite membra dissidere conspiciantur. Et sicut non sine animi nostri displicentia accepimus, inter Venerabilem fratrẽ Lælium Archiepiscopum Tarentinum ex vna, & dilectos filios Capitulum & Clerum, & forsan Communitatem Tarentinæ Ciuitatis, partibus, ex altera nonnullæ lites, dissensiones, ac controuersiæ coram Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus super Episcoporũ causis deputatis, aliisque forsan Iudicibus ac Tribunalibus versæ fuerint, & in præsenti versantur, prętendentibus quidem Capitulo & Clero, & Cõmunitate prædictis eiusdem Archiepiscopi Vicarios pro tempore existentes Syndicatui esse obnoxios, ac Notarium seu Magistrum actorum (vt vocant) non nisi de gremio, seu corpore Capituli per Archiepiscopũ eligi debere: Archiepiscopo verò quod Capitulum & Clerus ipso inconsulto, ipsoque vel eius Vicario non interessente minimè insimul cogi, nec haberi posset, quodq; aggregatio siue electio, vel saltem institutio & confirmatio Clericorum primæ tonsuræ, qui Metropolitanæ Ecclesiæ Tarẽtinæ deseruiant ad se omnino, vel ad eius officiales, minimè verò ad Capitulum, & Clerum prædictos pertineat: nos pro pastoralis officij debito, litibus, controuersiis, ac dissensionibus huiusmodi finem imponere, ac eorundem Archiepiscopi, Capituli, Cleri, ac Communitatis quieti, & animarum saluti consulere, eosdemque omnes à grauibus dispendiis, & molestiis, quæ ex litibus huiusmodi ac controuersiis in dies suscipiũtur, eximere, ac penitus liberare cupientes, illosque à quibusuis excõmunicationis, suspensionis, & interdicti, cæterisque Ecclesiasticis censuris, & pœnis, si quibus quomodolibet innodati existũt ad effectum præsentium dumtaxat consequendũ absoluentes, motu proprio, non ad dictorum Archiepiscopi, Capituli, Cleri & Communitatis, aut alicuius eorum instantiam, seu requisitionem, sed ex mera voluntate, & certa ac deliberata scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, habita prius super præmissis cum prædictis Venerabilibus fratribus nostris Cardinalibus, qui lura partium pluries audierunt, ac diligenter examinarunt, matura deliberatione omnes & quascunq; lites, controuersiasque, & differẽtias prædictas, eorumque singulas, à prædictis & aliis quibuscunque Iudicibus, & tribunalibus, vbi illas pẽdere contingeret, ad nos harum serie auocantes Apostolica auctoritate perpetuò extinguimus, cassamusque & annullamus, proq; extinctis, cassis, penitus annulatis haberi volumus, & mandamus, ac omnibus & singulis, quorum interest, siue in futurũ quomodolibet interesse poterit super præmissis perpetuũ silentium imponimus: Volumus autem, ac eadem auctoritate tenore præsentium perpetuis futuris temporibus expresse statuimus, & mandamus, quod de cætero Vicarii & officiales, siue generales, siue particulares, etiam foranei nũcupati, per eundem Archiepiscopum siue eius pro tempore successores in dicta Ecclesia Tarentina siue eius Diœcesi deputati, vel deputandi, ad aliquem syndicatum nullo modò teneantur, aut eidẽ sub quouis respectu sint obnoxii: Notariorum quoq; actuariorum, quos Magistros actorũ appellant, electio, ac deputatio etiam si laici sint, ac exteri ipsorũ Archiepiscoporum pro tẽpore penitus libera ac ad nutum amouibilis existat. Quodq; Capitulũ & Clerus prædicti etiam absq; ipsius Archiepiscopi notitia, & interuentu se pro corũ negotiis Capitulariter congregare, dummodo non eo tempore, quo in choro residentia, nel alib Ecclesiastica aliqua functio sit peragenda, possint, ac valeant: liberum tamen sit Archiepiscopo, & successoribus præfatis per se ipsum, nisi de suo, vel suorũ interesse ageretur, interuenire. Vicarius verò Clero & Canonicis inuitis minimè admittatur. Volumus tamen vt in singulis Capitulis, seu Cõgregationibus huiusmodi absq; Archiepiscopi interuentu, vt præfertur, faciendis, quod primus Canonicus in ordine, qui in dicto Capitulo, & Congregatione præsens erit, ipse iuxta debitum ordinem, & modũ, vota, & suffragia suscipiat, altercationes, ac clamationes & turgia cohibeat, cõtumacesque & inobedientes eidem Archiepiscopo seu Vicario statim denuncier, in eos iuxta qualitatẽ delicti animaduersuro. Insuperque quod Clericorũ eiusdem Metropolitanæ Ecclesiæ seruitio addictorum & addicendorum electio, siue aggregatio, ad Clerum, & Capitulum seu Canonicos prædictos absque aliqua ipsius Archiepiscopi siue eius Vicarii confirmatione, institutione, vel approbatione pertineat: Ita tamen vt electi, & aggregati huiusmodi ab ipso Archiepiscopo, siue eius Vicario mandatum de se ad dictũ gremiũ admittendis, prout hactenus consuetum extitit, petere teneantur, ac reseruato eidẽ Archiepiscopo iure, & facultate omnes ordines conferendi, licẽtiamque eisdem Clericis de se promouendo concedendi, ac eosdem ad sacramentorum administrationem admittendi: idoneos tamen & prævio examine approbandos iuxta sacrorũ canonũ statuta & ipsius Ecclesiæ laudabiles consuetudines. Quocirca omnibus & quibuscunque quos præmissa concernunt, & in posterum quomodolibet concernent, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis & conditionis fuerint, districtè præcipiendo mandamus, vt præmissa omnia, & singula inuiolabiliter obseruent, & obseruari mandent, & faciant, districtius inhibentes omnibus & singulis prædictis, ne sub indignatiõis nostræ & excõmunicationis latæ sententiæ eo ipso si contra fecerint

Digitized by Google

cerint incurrendis pœnis, ne quo minus prædicta A
omnia, & singula suum debitum sortiantur effectum, sese opponere, impedire, retardare, aut quoquomodo perturbare audeant, vel præsumant, & ita per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes etiam Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicandi, & definiri debere, ac irritum & inane decernimus quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter B
contigerit attentari, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis & regula nostra de iure quæsito non tollendo, Capitulique ac Cleri, & Ciuitatis prædictorum etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis præscriptionibus, ac consuetudinibus, etiam immemorabilis temporis, ac etiam Synodalibus decretis, priuilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis, etiam dictis Capitulo & Clero, Communitati, & Ciuitati, etiam per C
nos, seu prædecessores nostros, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine, similibus, ac etiam consistorialiter sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, & in clausulis irritantibusq; & aliis decretis quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiam si de illis specialis, & indiuidua mentio habenda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserD
rentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, ac vicem duntaxat specialiter, & expresè motu, scientia, & potestatis plenitudine prædictis, derogamus cæteriscque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo piscatorio, Die secunda Maii. M. D. LXXVIIII. Pontificatus nostri anno septimo.

Cæs. Glorierius.

SCRIPTVM CARDINALIVM E de approbata visitatione.

NOS Vicentius Laureus. tit. S. Mariæ in Via Montis regalis nuncupatus, & Scipio tit. S. Simeonis Lancelottus nuncupatus S. R. E. P. C. his scriptis testamur, quod annis præteritis habito recursu à Reuerendo Capitulo & Clero, & Vniuersitate Ciuitatis Tarenti ad felicis recordationis Gregorium Papam XIII. super prætensis quibusdam grauaminibus eis illatis in visitatione facta á Reuerendissimo Domino Lælio Brancatio Archiepiscopo eiusdem Ciuitatis, & per eundem remisso negocio ad sacram congregationem super negociis Episcoporum, & ibidem per plures annos ventilato, tandem nobis fuit ab eadem congregatione iniunctum, vt omnia & singula acta & decreta dictæ visitationis examinaremus. Nos auditis voce & scriptis pluries procuratoribus dicti Archiepiscopi, & Capituli, & Cleri, tandem habita super omnibus matura deliberatione, nonnulla ex dictis decretis emendauimus & correxiF
mus, prout in Apostillis in margine huius libri dictæ visitationis propriis nostris manibus subscriptis apparet, reliqua verò omnia in eo contenta approbauimus, in quarum fidem præsentes nostris manibus subscriptas, & sigillis nostris munitas fieri fecimus. Datum in ædibus nostris die primo Septembris 1585. V. Card. Montis Regalis. S. Card. Lancelottus.

SVPPLEX LIBELLVS LEGAtorum Archiepiscopi pro visitatione liminum Apostolorum.

Illustrissime, ac Reuerendissime Domine.

OPTABAT Reuerendissimus Dominus Lælius Brancatius Archiepiscopus Tarentinus præsens hoc sacratissimorum liminum visitationis munus adimplere, ac de iis, quæ ad Ecclesiæ suæ statum ac pastorale officium pertinent iuxta Sanctissimi Domini Nostri Sixti Diuina prouidentia Papæ V. constitutionis præscriptum rationem reddere. Verum cum ita graui detentus nuper fuerit infirmitate, vt non sine vitæ discrimine iter hoc suscipere posset: propterea nos Scipionem Tortamanum Cantorem, & Scipionem dello Vecchio de gremio suæ Ecclesiæ procuratores suos ad hoc specialiter constitutos ac deputatos cum authenticis mandatis, & legitimi impedimenti quo detinetur documentis Illustrissimæ, & Reuerendissimæ Amplitudini vestræ exhibitis, transmisit, vt eius nomine Beatissima Apostolorum limina visitaremus, ac sanctæ Sedi Apostolicæ Romanoque Pontifici Sixto V. Domino Nostro veram obedientiam & subiectionem sponderemus: statum dictæ Ecclesiæ exponeremus: ac demum Apostolica præcepta ac sacras iussiones exciperemus.

Præstitimus iam Illustrissime ac Reuerendissime Domine visitationis liminum munus, venerati sumus sanctissima Apostolorum corpora, Romanum Pontificem Christi Domini Nostri Vicarium, ac B. Petri Apostolorum Principis successorem Ecclesiæ caput agnoscimus, ac eius monita & præcepta pacatissimi suscepimus, & Deo dante exequi curabimus. Cæterum quod ad Ecclesiæ statum spectat. Est Ecclesia Tarentina insignis Metropolitana in Regno Neapolitano. suffraganeas habet Ecclesiam Motulensem & Castellanetensem, à quibus ad prædictum appellatur. In ciuitate & tota Diœcesi præter Cathedralem Ecclesiam, nullæ adsunt collegiatæ. Plura tamen sunt regularium ordinis Mendicantium Monasteria. Adsunt in dicta Ecclesia quatuor dignitates, octo Canonicatus. Copiosus præterea Presbyterorum & aliorum clericorum numerus ad centum quadraginta. Seminarium præterea Clericorum iuxta Tridentini Concilii decreta institutum, vbi plures sunt

res sunt pueri, qui Christianis disciplinis à Seminarii magistris imbuuntur. Habet autem Seminarium prædictum in redditibus ad quingentos ducatos, ex quibus Trecentos persoluit Archiepiscopus. Mons etiam Pietatis a Communitate & ciuibus Apostolica auctoritate erectus, à quo expositi aluntur, & alia pietatis officia erga puellas nubiles & pauperes honestiores, seu verecundas impenduntur, & luminaria pro cultu Cappellæ Sanctissimi Sacramenti suppeditantur, qui etiam ordinarii visitationi subest. Hospitale item pro infirmis curandis eiusdem ordinarii visitationi subiectum. Monialium verò Monasterium vnum tantum intra ciuitatem ordinis Sancti Benedicti, vbi Clausura & alia iuxta formam regulæ laudabiliter obseruantur. Curauit autem semper Archiepiscopus, vt in dicta Ecclesia & Diœcesi Verbum Dei & Christiana doctrina prædicaretur, Ecclesiæ Sacramenta frequentarentur, & alia ad populi institutionem, animarum salutem, & Dei laudem perficerentur: nihilque prætermisit, quantum in ipso fuit, quod ad pastorale officium & sollicitudinem pertinere videretur, visitando, prædicando, mores corrigendo, ac Tridentini Concilii decreta insinuando, prout ab Illustrissimis & Reuerendissimis Cardinalib. super consultationibus Episcoporum fuit alias cognitum. Cæterum quoniam à tribus ferè annis adest in Ecclesia Aicarius Apostolicus, qualis sit præsens Ecclesiæ status plenius ex eiusdem relatione sciri poterit. Reliquum est, vt à Deo optimo maximo, & Sanctissimo Domino Nostro, Illustrissimæ & Reuerendissimæ Amplitudini vestræ perpetuam felicitatem exoremus, quam pro sua benignitate concedere dignetur clementissimus Dominus.

LITERAE CARDINALIS ANTONII Caraffæ ad Archiepiscopum de visitatione liminum Apostolorum.

Reuerendissimo Domino vti fratri, Domino Lælio Archiepiscopo Tarentino.

REVERENDISSIME Domine vti frater. Reuerendi Scipio Tortamanus istius Ecclesiæ Cantor, & Scipio Vetus de istius Capituli gremio, Amplitudinisque tuæ procuratores de causis, quæ illam impediuerunt, quo minus ad Vrbem ipsa proficisceretur, præsentes legitimè docuerunt, iisque probatis, & admissis, vt constitutioni Sanctissimi Domini Nostri Sixti V. Pontificatus sui anno primo editæ, & præstito ab illa iuramento cuius nomine satisfacerent proximis superioribus diebus Sanctorum Apostolorum limina, vt habebant in mandatis, visitarent, Sanctissimique Domini Nostri iussu à sacra Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini interpretationi, & executioni præpositorum de istius Ecclesiæ statu, aliisque ad illius gubernationem pertinentibus auditi, demum benignè dimissi fuerunt. Quorum rerum omnium eius sanctitatis auctoritate, quæ hoc mihi præcipuè mandauit, testimonium volui Amplitudinem tuam his meis literis habere, quibus pro ea, qua nos Christus Dominus Noster coniunxit charitate, magnopere hortamur, vt in consortium Apostolicæ solicitudinis à Deo vocata commisso sibi gregi assiduè inuigilet, supremæque Sedis mandata ac monita, cum primum ad eum perlata erunt, non tam verbis, quam re exprimet, & quicquid animarum saluti prodesse intelliget, id diligenter exequatur. Vnum verò, quod maximè pastorale eius officium adiuuare poterit, inter alia curet, vt Concilii eiusdem decreta in ista Ecclesia ab omnibus obseruentur: præsertim verò meminerit, non dominari in Clero, sed subditis tanquam filiis & fratribus paterna dilectione præesse, Seminarii pueros literis & pietate informandos, aliosque in vniuersa sua Diœcesi Doctrina Christiana, quæ est salutis fundamentum, instituendos curet. Cumque verbi Dei alimento fidelis populi vita sustentetur, id illi per se, vel alios cum omni charitate subministret. Mulctas pecuniarias locis piis assignet, ad suamque præcipuè curam pertinere arbitretur, prouidere, vt ipsa pia loca fideliter gubernentur, & pauperes, in quibus sentitur persona Christi, qui cum diues esset, vt nos ditaret, inops est factus, eleemosinis iuuet, omnibusque in rebus commendatos habeat. Synodos quoque iuxta Concilii eiusdem præscriptū celebret. Prouinciales autem quas habebit, ad Congregationem eidem Concilio interpretando à Sanctissimo Domino Nostro præpositam expendendas, & recognoscendas quamprimùm mittat. Quæ de eius Amplitudinis pietate atq; in Apostolicam Sedem perspecta deuotione speramus, omnipotentem & misericordem Deum rogamus, illam incolumem seruet, vt spacio, quod ad sanctorum liminum visitationem præscribitur, redeunte, hoc tam necessarium munus per se ipsa obire possit. Romæ die xxiii. Decemb. 1588.

Amplitudinis tuæ Vti frater A. Cardinalis Caraffa.

Hæc habui, quæ de Tarentinis rebus à primis conditoribus ad nostra vsque tempora scriberem: iis arbitror omnia fore lectoribus gratissima: at si qua videbantur ingrata, illa haud prætermissa omnes cogitent, ne traditæ ab aliis historiæ rationes violarentur.

CL. MARII

CL. MARII ARETII
PATRICII SYRACV-
SANI CHOROGRAPHIA
SICILIAE.

Digitized by Google

ELISABELLAE GONSAGAE

MVLFETTA NORVM PRINCIPI,

CL. MARIVS ARETIVS.

QVum diu cogitassem, prudentissima princeps, tot populos, tot ciuitates, tot deniq; huius insulæ Siciliæ oppida, quæ toti ferè terrarum orbi ornamento fuere, temporum varietate, atque belligerantium sæuitia, tum deleta, nouaq; erecta, tum etiam quæ cũ priscis illis haud faciũt, mutata nomina, mærore quodam, ac potius pietate adfectus tamdiu A fleti, donec amicorum multi qui meorum studiorum erant conscii, aliquid de Sicilia scriberem, persuaserint. Quare eius situm, primordia, & conditores, rursus & clades perstrictiore stylo memoriæ commendare decreuimus. Quippe si aliquando nitendum, pro patria potissimum, pro qua labores iucundi, morsque vita futura est, & his præsertim qui virtutis studio moti, vitam non modò viui honestam, verum & post mortem, B monimentis literarum assequi cupiunt, nitendum est. Cæterum id vbi deliberatum, prolatumque opus in lucem, haud cũdedicarem diu cogitaui. Tibi enim, quæ splendidis natalibus orta, cuius forma insignis, & florentissima ætas, animi constantia, & moderatio maxima, vni duntaxat inscribendum succurrit. Præsertim quòd nostra respublica Ferrando Gonsagæ coniugi tuo, omni virtute, omnique militari disciplina prædito, domi à Diuo Carolo Quinto Cęsare, post captum Tuneta, regenda ac gubernanda quæque militiæ quoque geranda forent, tradita sunt: vt Siculi omnes sub tanto duce optima disciplina vbi instituti, Turcarum tyranni, si quæ paratæ, reiiciantur insidiæ. Supereſt demum vt tu, quæ maximis quibusque rebus digna es, tenue opus, nec candidum quidem politumque, tanto tuo nomini dicari permittas. Nam si permittes, vbi naturæ deerit beneficium, ibi grauitas, atque tui nominis aderit autoritas. Vale. C

Digitized by Google

CL. MARII ARETII

VIRI PATRICII SYRACV-

SANI, DE SITV INSVLAE SICI-

LIÆ LIBELLVS.

SIcilæ insulæ Siciliæ scripturus, oppidorum, ac ciuitatum, quæ à Sicanis, & Siculis primis conditoribus constructæ, licet cæteras antiquitate præcedant, eò quod aliquid haud reperitur monuméti, (nullus enim illis scribendi vsus) quo rerum gestarum memoria supereſſet, nullam faciam mentionem: verum de expulsione, eorumque successoribus, Polybiũ, Thucydidem, & Strabonem imitatus, qui hoc ordine de Sicilia plura memoriæ commendarunt. Sicilia insula Scylleo freto, Siculo pelago, Africo etiam, ac Tyrrheno clauditur. Eius tria promontoria, quibus Trinacria, & Triquetra appellata. Pelorus vnum, ad Italiam & Aquilonem vergens, contra Scyllam, decem milliaribus ab Messana distat, à Peloro Annibalis nauis gubernatore, nomen sortitum: qui eò delatus dum inuium pelagus, seseque delusum putaret, illum interfeciſſe fertur. Est in promontorio turris recens, non quod maris defendat angustias, sed procul venientibus, quà transeant, vadum ostendat. Scylla scopulus in continenti, vbi oppidum Scyglum, Scylleum à Plinio appellatum. Charybdis vorticosum mare, Galosarus quasi Calosaros, à nostris nuncupatum. Ibi enim faces noctu accenduntur, nautis portum petentibus signũ. Vorticibus terra ipsa, quà Messanæ portus efficitur (brachium sancti Rainerii hoiere-) sistit. Vtrunq; nauigiis exitio. Mulieres has, & meretrices fingunt, in monstra caneſque marinos versas; quorum audiri latratus, ac morsibus attrahi naues. Alteri Pachynus ab aeris crassitudine nomen, nunc Caput Passarum, à Pachyno ipso deductum nomen (omne promontorium caput nautæ vocant) Cuius duo sunt, ad ortum vnum, alterum quod ad austrum spectat. Pachyni inter vtrunque portus. Ad meridiem Odyssiam, siue Vlyssiam Ptolemæus collocat: Cicero Odyssæ portum, nos portum de Palis vocamus. Tertio est Lilybeum, Africæ & Libyæ oppositum, à puteo, cui nomen tunc Lilybeo, nostra ætate Caput Boei, pro Lilybei, dicunt: centum milliaria non amplius, a Mercurii promontorio, haud longe à Carthagine ad orientem, quod hodie Caput Bonum nominant, remotum: Strabo licet, & cum eo Plinius, aliter sentiant. Memoriæ proditum quendam è specula prospicientem naues Carthaginis portu egredientes Lilybetanis renunciasse. Strabo à Peloro ad Cumas tractum esse igneum tradit. Trinacria igitur sub quarto-sita climate vt continens primum: ita maris dein aulsa impetu, insula facta: ac in valles treis à nostris discreta, singulæ singulum adsignantibus promontorium. Nemorum vna, quorum plena: quæ Pelorum complectitur. Altera Nothi vallis frumentariis tum campis, tum nemoribus læta, pecorumque fœcunda Pachynum continet. Tertia Mazaræ frugiferarum arborum prope impatiens, messibus armentisque abundans, Lilybeum sibi vendicauit promontorium. Ambitus haud indiligenter facta mensione, sexcentis ac sexdecim milliaribus definitur. A Peloro ad Pachynum centum quinquaginta. Hinc ducentis, & quatuor ad Lilybeum. Rursum ad Pelorum ducentis sexaginta duobus. Fretum, quo à continenti diuisa, quo ve super nantem bouem Herculem trãsiisse in fabulis scripsit Diodorus, tribus ferè millibus passuum, à turri quam supra diximus, ad scopulum Scyllæ, continetur. Latera duo concaua, tertium aũt à Lilybæo ad Pelorum proueniens, quod cæteris est maius, curuum. Prima omnium Romanorum prouincia Sicilia, ac cella penuaria Romanæque plebis nutrix, populi omnes, præter paucos qui paruos vicos habitant, & in Valle Mazaræ potissimum, Græco adhuc sermone vtentes, lingua, moribus & institutis hodie non differunt: apud veteres suæ cuiusque ciuitatis legibus agebantur. Verum qui primum eam incoluissent, nemini compertum. Cyclopes ipsos (Hi fabricam ferream, vt autor est Plinius, inuenerunt) & Lestrygones indigenas tradunt, minimeque aliarum gentium aduentibus, & hospitiis mixtos, Ætnã, eiusque campos habitasse: Omnes enim qui successere, classibus aduectos, multi probant. horum autem nulla memoria, liber nullus est, qui doceat originem, nisi quòd his monstris Siciliam detentam crudelissimis, carnemque edentibus humanam, memorant. Cyclopes à rotundo oculo, à latrociniis dicti sunt. Lestrygones: Eorum campi vt apud Strabonem legimus inter Catinam & Leontinum à pelago surgentes. Post hos Æolum, atque Oenopionem Orionis patrem, in Sicilia regnasse, pariter & Italum, de cuius nomine

Italiam dici, fabulosis prædicant narrationibus. At Sicanos (quorum Rex Sicanus Cereris conjunx) Hispaniæ citerioris populos (ii Sicorim amnem, à quo nominantur, nunc Sergam, iuxta Ilerdam tenent) suis sedibus extorres, inque Siciliam adpulsos, terram aspectu pulchram, salubrem cœlo, felicem ac cultu fœcundam, primos omnium inhabitasse constat: eamque potissimum partem quæ ad occasum pertinet, nomenque illi Sicaniæ indidisse. Item Troianorum multi post captam Troiam, vbi nauibus illuc profugi deuenere, dictique Erymi, loca iuxta Sicanorum fines, nullis positis ædificiis insidentes, Erycem & Egestam statuere ciuitates. Phocenses quibus adcessere, Libyam primum, mox in Siciliam delati. Eryx in montis vertice (Montem sancti Iuliani hodie vocant) Drepanum prospicientis per id tempus ab Troianis, qui Ilio euerso in Sicilia suas fixerunt sedes, conditur. Fabulæ ab Eryce Veneris filio conditore, qui ibi fanum, quod toto ferè orbe veneratione, ac mulierum frequentia notissimum fuit, faciendum, matrique dicandum curasset, eam dici fingunt. Fani ædificium Romam ante portam Collinam transuectum, vocatumque Veneris Erycinæ templum, porta à sale hodie Salaria nominatur. Horum quoque Egesta, siue Segesta Troianorum ædificium, sicuti Eryx: & quod à comitibus Amphilocteræ erectum, fabulosum puto, Ciceronis accedens opinioni, qui in Verrem, Segestam peruetus oppidum, Aeneam à Troia fugientem, atque in hæc loca venientem condidisse, ait. Quod cum maritimum, nec procul ab Eryce ad mare Tyrrhenum, Diodorus & Thucydides collocassent, id esse credimus, quod dirutum penitus, Conterrana vocitatur. Ad lævam hodie diui Viti fanum in scopulo quotidianis miraculis insigne. Quò mortales confugiunt, canum rabiosorum morsibus accepto vulnere, mortis periculum euasuri. In dextro littore Segestanorum celebre emporium, quod Strabo triginta à Panhormo milliaribus disiunxit, falcato sinu inflectitur: Castrum ad mare de Gulfo hodie vocatum. Erat Segestæ ex ære simulachrum Dianæ, tum summa atque antiquissima præditum religione, tum singulari opere artificioque perfectum. Cuius in basi P. Scipionis Africani nomen inciſum, virtutis & victoriæ monumentum. Quod dum à C. Verris ministris exportaretur, Segestanas matronas & virgines omnes magno cum luctu & gemitu, multis cum lachrymis & lamentationibus conueniſſe constat, thure odoribusque intensis vsque ad agri fines prosecutas esse. Aemilio Sensorino Segestanorum tyranno Aruntius quidam, Paterculus nomine, equum ex ære factum, in quo cruciandi includerentur, obtulit: qui ab ipso tyranno in æreum iniectus equum, periit: hæc Plutarchus in Parallelis apud Aristidem se legisse ait. Iuxta emporium de quo diximus; fluuius in proximum Tyrrhenum mare effunditur: quo finus calidus prope oppidum ruinis adfectum, Calatamet nunc dictum, vbi thermæ sunt, hauritur. Fluuium Bethim, oppidum Scheram antiquitus appellari coniectura docet. Calatasimis supra fluuium ad orientem oppidum, recens nomen, vt reor. Quo haud procul Cereris templum, cui stantibus columnis, parietes omnes desiderantur. Seretisque nomen hodie. Mons Bonifati (vulgo Bonifacii) oppido imminet: in vertice vrbs est diruta, quæ an sit Acesta (Acestienses siquidem populos Caius Plinius citat) dicere quis posset? Quis Alcamenis vicinum oppidum, condiderit, nisi velimus ab Alcamo Thrace, qui vt Dares Phrygius scripsit, Priamo auxilio venerat, conditum, incertum omnino est. Nec de Corilione, seu Coniglone, atque Partanna oppidis, nisi pars Ennæ, quasi statutum esset ab Ennensibus, sit legendum, aliqua sit coniectura. Aliquot deinde post annis Siculi, qui Latium insederunt, duce Siculo, quum domi potentes essent, virtute ac militari disciplina cæteris omnibus præstarent, forti cum manu in Siciliam traiecere, pro certo habentes facile forte totius insulæ imperio potiri. Dionysius tamen Halicarnasseus fugam his causam aduentus fuisse autumat. Qui quibus præliis, quoue labore voti compotes, nec vnquam memini me legere: omnes etenim quorum de Sicilia aliquid scripti relictum est, à Siculis Sicilliam occupatam Sicanis prælio victis, atque ad eam remissis partem, quæ ad meridiem & occasum pertinet, eorumque ante Græcorum aduentum annis propè trecentis fuisse, proque Sicania Siciliam appellasse, tantum protulerunt. Siculos eam plagam mediterraneam vbi Centuripis est (Trinacrini quibus vicini, & genere cognati) occupantes, quamuis ob temporum hominumque ignauiam, quæ & quando omnes (vt ante dictum) lateat, *oppida* tamen, & vrbes statuisse, verissimo constat argumento. Nam à successoribus non condita quidem, sed his pulsis eorum oppida detenta, Polybius & Thucydides testimonio sunt. Græci postmodum nauibus profecti, omissa protinus deinde nauigatione, vt iidem autores scripsere, Motiam, Soloentem, & Panhormum vrbes Elymorum finitimas construunt, eorum freti societate. Igitur Motia ab his conditur, quæ vbi loci fuerit argumento, & coniectura vtentibus tantū constat. Porro inter Pachynū & Lilybæum parū à mari distat Modica, Morucá quod Ptolemæus vocat, oppidū nostra ætate haud quidem ignobile. Item alterum in media ferè Sicilia euersum penitus, hodie Moxinis: quorum neutrum, quum Diodorus libro tredecimo Mōtiam nec à mari, nec à Panhormo multum seiunxisset, finumque dixisset habere maritimum, & Thucidides Elymis finitimum

fuisset, Motiam esse arbitramur, sed tumulum, A qui nec procul est à Panhormo occasum versus, quem Mundellum dicunt. Sunt etenim haud procul ruinæ in prædio (Feudum recentiores vocant) cui Capacis nomen. Soloenti iisdem erectæ vrbi, vt autor est Thucydides, quæ Panhormum haud multum refugit ad orientem (Solantum nostri vocant) præter turrim ad nauium factam commoditatem: quæ vt frumento onerentur, in ea conueniunt loca, domus nonnullæ sunt. B Sunt quoque pauca vestigia in montis cacumine, monte Catalfarum nominant. In eius mari thynnorum ingens captura. Eius campi Eleuthero flumio, vbi pons ruptus (sic eum vocant) ad dextegam iacentes infunduntur. Vrbem Panhormum ab his conditam supra dictum est: cuius ea tantummodo pars erat, qui Cassarus dicitur. Noua deinde illi addita fuit, qua vetus à maris littore diuisa, Neapolis nomine, vt Polybius est autor. Fœlix in præsens vrbs, omniumque maxima Sicilien- C sium, in amœna ac fœcunda valle sita, ad septentrionem spectat, pelagoque abluitur Tyrrheno, muris sepra perquam altis, quod opus est Federici regis: Plures quibus cæmenticios aggeres latis fossis cinctos augmento ac ciuium securitati in præsentiarum addunt. Secundum mare arx est, quæ nostra tempestate amplificata, quod Castrum ad mare nominant. Huius arcis præfectus hodie Hieronymus Fuxa Panhormita, homo patricius, qui dies octo æstiuo tempore agit sine potu. Tres i- D tem antiquæ ciuitatis portæ, & veteres muri multis cum turribus lapide quadrato constructi, & nunc manent. Patitillorum vna, vbi lapides literis inscripti: quibus Noæ tempore fuisse Panhormum planè constat: Obscura altera nominata. Tertia est quæ Bosuemis porta ab ipsis nuncupatur, ad eam vergens vrbis regionem, quam Brigariam, Vulgariam antiquitus, vocant. Supra murum ad occidentem Rogerius comes, Tancredi filius, victis Pœnis Turrim Rubeam, quam vo- E cant, faciendam curauit: Alteram Chitimbrim nomine, Vilielmus rex, cognomento Malus: Terciam demum (Turrim Pisanam hanc vocant) qua palatium perfectum, Vilielmus filius, quem Bonum appellarunt. Intus sacellum marmoreum ædificium totum, diuo Petro dicatum, pulcherrimum & religiosum, cuius parietes Porphyritæ Pario que marmore, vermiculatis ad hominum & animalium effigies crustis, punctisque aureis vestiti, pauimentumque structum. Ibi subterraneus F carcer, quò plurimi reguli tumultum fecerant, ab Federico imperatore coniectæ, nec vnquam deinde visæ: quæ antiquo vulgi prouerbio, Donnæ quæ male venerunt, vocatæ sunt. Ducentos post atque nonaginta quinque ferè annos, quum locum fabricandi gratia homines confoderent, tria earum cadauera nulla putredine vitiata, integris cum vestibus, sericisque Calanticis inuenta sunt. Templum quoque est ingens Panhormi, exteriores parietes multo pulcherrimi, a Gualtherio Archiepiscopo Vilielmi Regis adfine dedicatum. Ibique quatuor sunt ex Porphyrio marmore sepulchra, opus sanè cunctis spectabile, Siciliæ reges in quibus sepultos aiunt: quorum medium locum tenet marmoreum quoddam, vbi Constantia regina condita. Sacellum item diuæ Christianæ parietibus marmoreis, atque auratis laquearis extructum. Ipso in templo cautum est in statutis, ne priuatorum quisquam sepeliatur: regibus nanque duntaxat & Episcopis concessum. Propè est orientem ferme celebre Hospitale, nec multum antè patrum nostrorum memoriam ædificatum. Cuius ministris curandi ægros, atque infantes alendi, quos vel paupertas, vel mulierum verecundia clàm exposuerit, maxima cura. Altera parte est locus, quod Toccum appellatur, vbi aut vetere consuetudine, aut regia gratia aureis coronas reges accipere consueuere, ipsi Panhormitæ euulgant, adducuntque illos, qui ibi regio diademate donati, Rogerium, vtrumque Vilielmum, Tancredum, Henricum Imperatorem Cæsarem, Federicum filium, Manfridum, & Petrum Aragonum regem. Insignis erat Panhormi regia ab Andrea Claramonte, tempore quo plures reguli à regia fide defecere, ipsius defectionis autore, extructa (Sterium tum vocarunt) quæ nostra ætate in mercium horreum, Doanam hodie appellant, vbi portitores ad regis vectigalia exigenda disponuntur, mutata est. Curia item est prætoria, vbi duæ statuæ ex marmore antiquissimæ, nec cui quidem dicatæ scire possumus: sunt enim nudæ, atque alteram manum mortalium incuria mutilæ. Et propè fanum vetus sacrum e marmore, punctisque aureis, licet vetustate deletis factum. Mercuranam Panhormitæ vocant, ibi virgines plures Deo perpetuo dicatæ. Auctæ postea ciuitati Tancredus primi Vilielmi spurius pomœrium protulit. Et Rogerius Comes eidem, quæ Diuo Ioanni sacrata est, eorum hospitium, qui Elephantia vitiari, trans Oreti amnis ostium (flumen Miraglæ Panhormitæ vocant) vbi pons est lapideus insignis, ædificauit. Flumen in Panhormitana valle oritur, inque agro Parco nomine. Ipsa Panhormi vallis pluribus irrigatur fontibus. Inter Soloentem & Panhormum fons est, Buccuti nomine, cuius latices e- molliendi aluum, purgandique virtutem habent. Et fons Miselemire (vulgo Misilmeli) fere ad orientem in planitie ortus. Et ex rupe multis vndique factis scatebris, qui quod stagnum propemodum facit, Mare dulce nominatur. Et iuxta fons Ambler nomine. Inq; montis regalis radici-

bus Sanctæ Dominicæ fons magnus, præter quem in ipsis quoque radicibus duo, maior & minor Gabriel: quibus maior est, quem Nixum vocant, Quoziæ ager infunditur. Ziza Punicum nomen. Estque suburbana domus hortis ac viridariis amœna, Afroque more extructa. Sunt præter hanc duæ, maior & minor Cubba, eodem artificio eademque Pœnorum colonia, quibus tum Sicilia occupata, ædificatæ, habentque hortos ad omnem vsum fermè & voluptatem ex omni parte consitos, ac fontiū etiam riuulos, loca quippe amœna, & voluptuosa quibusuis tristissimis prorsus exterminandis curis perquàm apta. Sunt præterea fontes Baida, Xarabus, Siccharia, Ainisindis. Et iuxta mœnia Chamberlingus versus occidentem. Intus quatuor Bontipositus, Guilla, & tertius sine nomine, sub porta obscura in Pilam influens: ac demum celebertimus, omniūque longe notissimus Garrapphus. Panhormi Thynnorum multi piscantur. Diocles Panhormita cognomento Phimes, illustris summusque orator fuit. Antonius Bononius Panhormita, nobili ortus genere fuit, homo quidem bonarum literarum valde peritus, Alfonso regi gratissimus. Dulcium arundinum, quarum ex recocto succo fit saccarum, fertiles in Panhormitano agro fiunt messes. Quod sic faciunt. Principio campum, non multum à mari remotum (Pruinæ sed enim messibus officiunt) bene pastinant, inque paulo eminentiores disponunt sulcos: Martio deinde mense arundinum dulcium nodos, qui ad summum pertinent, foliis librisque exutos ita conserunt, vt sulcorum latera tribus aut quatuor cum geminis frustis vno ictu persorentur. sicque implent omnes campi sulcos. irrigatur terra æstate, simul & à luxuria assiduè purgatur. brumale demum prope solstitium, radicibus tantummodo pro altera satione (biennium durat) relictis, franguntur arundines. Quarum ex maturis dulcissimisque nodis in minuta incisis frusta, eo artificio, quo oleum, elicitum succum vno ex tribus in hypocausto dispositis aheno purgarur, ac vili percolatur panno: Colati mox lucci partem (sic enim recoquunt) in alterum conficiunt ahenum, & hinc rursus in tertium reponunt confestim, verberantque feruentem, vnde extractum subnigrum erit saccarum. Idem denique iidem semel iterum & tertium si fuerit recoctum, candidum elegantissimumque fiet. Altera vero illis ex radicibus messis, nisi mense Maio stercoretur campus, vix emerget. Quatuor milliaria ad occidentem à Panhormo abest Mons Regalis, ciuitas nec in vasto colle sita, quam Vilielmus rex Bonus statuit, ibique nobile templum Diuæ Mariæ dei matri fecit, cuius pars quæ à medio ad altare vsque surgit, albo marmore, Porphyrito, ac Lacedæmonio, guttisque aureis, & lineamentis ad diuersarum rerum imagines quam esset structa, non vlli quidem in toto fere orbe comparandum. Vbi ipsius Vilielmi conditoris sepulchrum. Et hos, qui modò Catinim, Cætariam olim tenuisse non longe à mari situm oppidum existimo. Vbra Panhormum plurimæ gentes agunt. Earum oppida, quæ ad orientem pertinent, Ciminna Soloenti proximum, Caccamus, & multo remotiora Barrafrancre, Calataniſſetta, quod à Petrapertia oppido Himeræ amnis vada dirimūt: Bonicinus nostra propemodum tempestate erectum oppidū. Castrum nouum propinquius. Et Vicarus quod mediterraneum quanquam & Himeræ vicinum Ptolemæus & Thucydides collocassent, (Hyccaram ipsi vocant) Diodorus tamen scribit ab Athenienſibus Hyccaram maritimum vicum expugnatum, Laidemque puellam, quæ in Peloponnesum deinde adducta formosissima meretrix fuit, inter captiuos captam. Et oppidulum, Mezuiuffisus nomine, prope Vicarim ad occidentem. A Panhormo haud longe Fundus (hodie Feudum, à fide dictum) cui Cifala nomen ostenditur, aquæ vbi calidæ ægrotis admodum salubres. Nunc de Græcis dicendum, qui ad Siciliam adpulsi, leges ac viuendi ritus, moresque homines docuere. Theocles Athenienſis vento in Siciliam forte delatus, visa terræ virtute, & solicitudine (non enim tota plena id temporis) Athenas reuersus est, atque Chalcidenſium ex Euboea, Ionumque & Dorienſium, Megaratium pariter magno numero comparato, illuc rursus nauigans, Naxum obtinuit: aramque Apollini consecrauit Archegeto, vbi antequam è Sicilia oracula peciturī soluerent, sacra facere consueuerant. Vrbs (locum vbi tum erat, Schiſon vocant) postea à Dionysio inferiore tyranno euersa; Andromachus Timæi Historici pater, homo diues, vt Diodorus tradit in Philippo, Taurum collem propinquum, iis qui excidio supererant, coadunatis inhabitauit, vocauitque Tauromenium. Quæ inter Catinam & Messanam aperto pulsatur mari & sole inspicitur oriente, vbi pars vetustissimi Amphitheatri adhuc extat: ac duæ cisternæ, quarum altera ruinosa, altera duabus cum fornicibus octo quadratis ac cæmentitiis fulcitur columnis (Stagnonem ipsi vocant) cuius longitudo centum fere, & triginta pedibus, triginta sex latitudo, ac triginta demum altitudo continetur. Ad dexteram Tauromenius amnis, Vibius Sequester est author, hunc Cantaræ fluuius nuncupatus. ibi enim pons erat, quem Alcantaram Punici vocant. Timæus orator & historicus Andromachi, quem suprà nominauimus, fuit filius. Altero post Naxum anno Archias Corinthius, quem ab Hercule traxisse originem aiunt, cum Syracusarum partem, quam insulam vocamus, Naſon & Ortygiam nonnulli, [illegible] Siculis insedit, eam-

que

que suæ gentis colonia auxit, amplificauitque. A Quicquid autem de Archia & Myscelo scripserit Strabo, fabulis mixtum pro certo habemus. Vrbem igitur Syracusas maximam pulcherrimamque, ac triplici septam muro, opibus & viribus potentem fuisse, multi sunt testes. Ea capta prædæ tantum fuit, quantum vix capta Carthagine tum fuisset, cum qua viribus æquis certabatur. Et Dionysius tyrannus centum viginti peditum, equitumque duodecim millium exercitum, ac naues ad quadringentas ex vrbe vna eduxit Syracu- B sis. Quæ cum manu munitissima, tum loci natura erat: & portus adhuc habet duos: qui quum diuersos inter se aditus habeant, in exitu sunt cõiuncti, quorum coniunctione insula ipsa disiungitur. Ea tanta fuit, vt ex quatuor tunc vrbibus constarer, quarum vna, ea est, quam dixi, insula, quæ duobus illis portubus cincta (magnum & paruum vocant) quæque Impræsentia, cæteris solo adæquatis; tantummodo stat. In faucibus portuum, vbi nunc Castrum Marker est, arx erat C tyrannorum, Hieronisque regis domus, qua prætores postea vti solebant, thesauro plena, ac vt Plutarchus ait, armorum copia ita munita, vt hominum septuaginta millia illis armarentur. ibi mea tempestate, & pons lapideus (quo insula ipsa adiungebatur) & obrutum propter temporũ iniuriam, ac vrbium euersionem, arcis inuentum ædificium, multæque statuæ, & caput è marmore his literis inscriptum, EXTINCTORI TY- RANNICAE. Hanc arcem, quia tyrannorum re- D ceptaculum, à Timoleone Corinthio deletam, quis restituisset (prætores enim, vt à Cicerone probatur dein vti solebant) mihi haud compertum quidem. Fuit iterum ab Romanis euersa, & in ruinis Castrum Marker (de quo suprà dictum est) erectum. Nec eorum quidem accedo opinionibus & argumentis, qui Labdalum, de quo statim fiet mentio, tyrannorum fuisse receptaculum adfirmant. Habitare in ea insula, (est enim locus, quem vel pauci possunt defendere), M. Marcellus E Syracusanum neminem post vrbem Syracusas captam permisit. In ea insula ædes erant complures, sed quæ quæ longè cæteris antecellebant: Dianæ vna, quæ modò diruta nihil exhibet, præter vestigia pauca, domo inclusa, in ea regione, quam Rasalibram dicunt, contra Sancti Pauli ædem. Altera Minervæ, ante C. Verris aduentum ornatissima, nunc Antistitis sedes tredecim omni latere striatis ex lapide vastis cum capitulis, abacisque & trabibus, columnis suffulta. In qua pugna F erat equestris Agathoclis regis in tabulis picta, quibus tabulis interiores templi parietes vestiebantur. Viginti præterea tabulæ pulcherrimæ pictæ, in quibus erant imagines Siciliæ regum & tyrannorum, quæ non solum pictorum artificio delectabant, sed etiam commemoratione hominum & cognitione formarum. Erat & Medusæ caput pulcherrimum cinctum anguibus: valuæ item magnificentiores ex auro atque ebore, & in eis bullæ auro graues, & miro artificio cælatæ. Eius tectum anno post Christũ Deum millesimo centesimo corruit. quam ob rẽ qui sacris faciundis in altari incumbebant saluis tantum, mortales omnes, quorum ædes ipsa ferè plena erat, periere. Arx est pulchra in ipsius magni portus introitu, à Georgio Maniacho lapide quadrato ædificata, castrum turris Maniachi nominata. In maiore porta duo erant ænei arietes, hodie in ædicula Castri ad mare Panhormi positi sunt. Atque altera parua in parui portus ostio, quam quia recens ædificium est, Casam nouam vocant. In hac insula est fons, cui nomen Arethusa, tunc incredibili magnitudine, plenus piscium: qui fluctu totus opertus fuisset, nisi munitione, ac mole lapidum à mari fuisset disiunctus, dum hinc atque inde dulcis salsaue præda arundine capiebatur. Arethusam nympham, Dianæ comitem, poetæ assignant, quę ab Alpheo Peloponnesi fluuio adamata, ac subter mare vsque ad hanc insulam fugiens, in fontem sui nominis mutata est. Diodorus fontem Arethusæ, nymphas Dianæ produxisse, eiusque pisces sacros fuisse, refert: quæ omnia fabulosa. Eius ante os Alpheus ipse mediis in fluctibus placidus emergit, quem Oculum Zilicæ nostri vocant. Arethusa ergo, quamuis non ea magnitudine, è rupe tamen veluti è ciuitatis latere vsque in hunc diem in portum magnum effunditur. A quo non multum distat Alpheus, qui, vt dictum est, ante ipsius os è salsis vndis caput erigens, impetu cum magno ita erumpit, vt aut cymbas, aut nantes homines sese vix adire permittat. Est & alter fluuius in portum magnum influens, vulgo Alpheus dictus. Hic Anapus est, de quo Thucydides aliique plures meminerunt. Ortus eius ad fontem Cufferam, iuxta Baxemam recens oppidum. Hic vallem, qua ab eo quod diximus oppido, Pacorus, nunc Palazolus, diuiditur, præterfluit, aditque Cacyrum, hodie Cassarum: sunt hæc mediterranea à Ptolemæo citata oppida, & Feralensibus, recentioribus vti reor, ad lævam relictis populis, Sortinum, cuius ab his qui de Sicilia scripsere, nulla facta mentio, abluit. Fontibus denique pluribus absorptis, agrum Syracusanum ingreditur, quo Cyanes latices celebertimi, notique fontis duobus propè ante ostium milliaribus hauriuntur. Æneus fluuius haud procul à Netho ciuitate Fundum, nunc Feudum dicunt, cui nomen Cardinalis patris mei, domusque Aretiorum multis ante interluit: Statimque, vbi ad eius finem ventum, in profunda valle facto stagno absorbetur, peritque totus, simul ac per vndecim fere milliariũm spatium in Syracusano agro iuxta Anapum, non longe ab ipso fonte Cyane, tursus ex immensæ profunditatis emergit lacu, inque Anapum clementer, ac mirabili lenitate decurrit.

Digitized by Google

Lacum, quam Piscinam prius, deinde Pismam nostri vocarunt, in eo loco, vnde Ditis cum abrepta Proserpina exiuit; existere antiquitus putauere. Quapropter Syracusani ibi dies festos anniuersarios agebant, celeberrimo virorum mulierumque conuentu, propter huius opinionis vetustatem, quod eorum in his locis vestigia & propè incunabula deorum reperiri dicebant. autor idoneus est Cicero in Actionibus in Verrem, Fontem item Cyanen, hodie Cyrini Pismam appellatum, nympham ipso Anapo dilectam fuisse, inque sui nominis fontem resolutam, tradunt. Tres, præter quam de quibus diximus, fontes in Syracusano agro Plinius commemorat, Temenitem, Archidemiam & Mergeam, quorum cum recentioribus non faciunt nomina. Iouis Olympii fanum mille & quingentis ab Syracusis passibus, cum oppido Olympico, euerso nunc, è paruo tumulo Anapum respicit, vbi Athenienses, multis pòst annis, deinde & Romani, vt Thucydides & Liuius scripserunt, castra posuere, cuius adhuc extant columnæ. Nec longe ab Olympico Acatnaniam, quæ in præsentia nihil penitus ostendit, vrbem statuit Cicero. Locum hodie in ea, qui Pantanus dicitur, regione, Catranum vocant. Per paludem ad Olympicum, quam Lysimeliam Thucydides, nos Pantaneliam appellamus, via magnis instructa lapidibus nostra ætate reperta, cuius lapides Carolo Quinto Imperatore regnante vrbi muniendæ maximè profuere, porgebant. Palus hybernis aquis, multoque cœno fœdata nullum præbet adeuntibus accessum, donec veris nouæque æstatis calore desiccata sit. Thapsus Anapi ostium via Elorina, nunc Calorina dicta; ad meridiem, & Plemmyrium promontorium distenditur. Plemmyrium, de quo Vergilius meminit, promontorium, & ibi oppidum eodem nomine, quod Gylippus Corinthius Syracusanis ab Athenienſibus obsessis auxilio profectus (ibi enim hostes munitiones fecerant) hostiliter depopulatus est. promontorium hodie Massaolinerem, contra insulam, portus magni ostio diuidente, appellant. Alterum iuxta promontorium Raiscansir Afro nomine. In ipso portu Plemmyrium spectat parua insula. Supra sexto prope milliario Longum promontorium, modò Logina, & statio parua. Et mediterraneus ager Longarinus nuncupatus. Ibique nec à mari remotæ Thersones, hodie Thiresæ ruinæ, Giartis ager, quem Dionysii tyranni fuisse, Plutarchus scripsit in Dione, qui tum campestium rura, tum saltus & vertices montium, iugumque ad occidentem extensus continet, nunc Caua Georgia nuncupatus. Altera Syracusarum pars, cui Neapolis nomen est, insulæ propinquior, de qua, quod postremum ædificium, postremo verba facienda duximus. Est igitur parum eminens ager, duas qui Syracusarum vrbes Achradinem & Tycham complectebatur, Neapoli ab insula diuisus. His duabus vrbibus nulla vel pauca Romanorum prouidentia remanent antiquitatis vestigia. Ager post ruinam, ac damnum à Cn. Pompeio factum, Terratychæ, Terrachati postea vocatus est. Nunc vt quomodo paulo ante insulam, sic Achradinam & Tycham sequar. Achradina igitur mari propinquior, cuius murus fluctu abluebatur, autor est Liuius. Forum, in qua maximum, vbi C. Verres filii nudam, suamque in equo statuam posuerat. Ibique Concordiæ ara, vt idem Liuius scripsit. Pulcherrimæ item porticus, ornatissimum Prytaneũ (locus ad quem iudices conuenerant) & in hoc Sappho erat, quæ epigramma Græcum habebat in basi. Amplissima erat curia: locum ipsum Buleuterium vocabant. Templumque egregium Iouis Olympii. Erat præterea turris in extrema parte vrbis, quæ ad Septentrionem spectat, quam Galeagram antiquitas, nostri Scalam Græcam vocant. Et sub hac Trogilum oppidulum suburbanum, locus in præsens Targia dicitur, vbi turris proximis annis ædificata, atque Trogilorum portus, de quo Liuius fecit mentionem, statio, hodie Sanctinus dicta. Tertia est vrbs, quæ quod in ea parte erat, vbi fanum fortunæ fuit, Tycha nominata est: in qua locus eminens & præruptus à superficie Epipolę dictus. Et ibi arx Laodalum, quod Liuius Exapylum vocat, nostri vero Montem Belisum, modò erutà ingentem lapidum aceruum, veluti sui imaginem ostendit. Iuxta Epipolas locus erat, cui Pentapylum nomen, vbi illustre Dionysii horologium fuit. Gymnasum quoque erat amplissimum, quod superioris domum Dionysii fuisse, libro duodecimo scripsit Plinius. Aedes præterea Æsculapii, & in ea Pæanis signum præclarè factum, sacrum tum & religiosum. Aristæ alterum in æde Liberi. Iouis quoque imperatoris in ea templum erat, vbi notissimum simulachrum. Etenim tria Iouis imperatoris signa vno in genere fercbantur in orbe terrarum: vnum illud Macedonicum, quod Romæ in Capitolio posuerat Flaminius: alterum in Ponti ore & angustiis tertium quod in hoc templo erat. In radicibus ipsius Tychæ Timoleonis Corinthii suburbana domus, illi a senatu populoque Syracusano tanquam de republica bene merito donata. vbi iam senior & cæcus ipse habitauit. Domibus modo ruinosis, templum est paruum Diuo Petro dedicatum, atque fons perennis, nostri Trimiliam vocant. Portæ Agragariæ propè erant, quas iuxta sepulchrorum copia. Pyramis porta vergebat ad meridiem. Quarta autem erat vrbs, quæ quia postrema, vt antè dictum est, ædificata, Neapolis nominabatur, & in eo loco, qui nunc Muragli dicitur

eitur: Quam ad summam Theatrum in hunc diem est maximum, ex ipso saxo inciso factum: cui nil quidem desideraretur, nisi scena deesset, ex cuius fundamentis superiori anno lapides extracti. A quo haud procul Amphitheatrum, oualem formam continens, quod euersum iam, pauca ostendit vestigia, id tum Granatorum fossam, tum Coliseum nuncupant. Fons qui Theatrum abluit: Gilermis, qui Amphitheatrum Paradises hodie vocatur. Hi maximo hominum labore ampliſſimis cæciſque factis meatibus, in hæc loca erumpunt. Duo item tunc templa egregia. Ex his vnum Hiero superior Cereri, alterum Libero dicauit. Signumque erat Apollinis, qui Themistes vocabatur, pulcherrimum & maximum. Columnarum capita quæ Syracusarum in templis erant, Romæ in Pantheonis templi vestibulo, nunc Diuæ Mariæ vulgo rotundæ, vt Plinius censet, à M. Agrippa posita. Menetides erant portæ, per quas ab Anapo Achradinam Dionem ascendisse narrat Plutarchus. Et Plinius signum fuisse Syracusis claudicantis pueri, cuius vlceris dolorem etiam spectantes sentire videbantur. Latumiæ, quas Taglaeas nos vocamus, sub terra carceres, quæ vt Varroni placet, & Lapidicinæ dicuntur. Opus est ingens ex saxo in mirandam altitudinem depressum, & multorum operis penitus excisum, in has si qui publicè custodiendi erant, etiam ex cæteris oppidis (autor est Cicero) deduci imperabantur, sunt adhuc quinque insignes, omnes carentes testudine præterquam vna ad meridiem conuersa, Syracusanis Antrum Sancti Nicolai nominata, vbi carcer ille qui à Dionysio tyranno factus fuit. Alterum huic adhæret Antrum (Grotta quæ Fauellat hodie dicitur) eo factum artificio, quo loquentibus Echo ita dictiones singulas, & syllabas, accentusque omnes reddit, vt quenquam seriò inclusum omnino crederes. Tres item specus in hac vrbe memorabiles sunt, dictuque mirabiles. Vna in Diui Ioannis æde, quæ cæteris est maior. Hæc viis latis, multisque transuersis, vti oppidum subterraneum, diuisa continetur: cuius in parietibus sepulchrorum multa ex inciso saxo sunt. Altera ad Diuæ Luciæ martyris fanum, quod locum esse vbi ipsa tormenta passa fuit, Syracusani volunt, quæ non natura quidem, sed mortalium manu & artificio facta sunt. Tertia autem est specus in templi hortis, quod deiparæ Mariæ Iesu dicatum, eo per angustum hiatum passibus propemodum duo de viginti descendentibus, perque cæcum rursus callem triginta ferè orientem versus pergentibus lacus aquæ dulcis occurrit. Est Syracusis loci natura cœlique, vt nullus vnquam dies tam magna turbulentaque tempestate fuerit, quin aliquo tempore solem eius diei homines viderent, quod

A & si Cicero ipse affirmat in Verrinis Actionibus, nos tamen non semper id vsu venire dicimus. Syracusarum ædificia omnia, publica, priuata, sacra & profana, quibus M. Marcellus postea quàm vrbem illa tempestate fermè omnium pulcherrimam subiectam oculis vidit, humaniter pepercit, præter pauca, quæ Romam asportata sunt, in ædem Honoris & Virtutis, Cn. Pompeus penitus delenda curauit. Insulam dein, qua nunc habitamus, Augustum restituisse Strabo commemorat.

B Supra ad meridiem duodecimo ferè milliario, vltra Longarinum agrum (de quo diximus) Gacyparis est amnis, autor est Thucydides, Cassibilis hodie nuncupatus, & statio vicina quas Fontanas Blancas appellant, Plinius Naustathmum portum. Enimuero nullus inter Syracusas & Pachynum, præter stationes, reperitur portus. Erineus vltra sex milliaria fluuius, Miranda nunc dictus, qui campis, vbi arundines fiunt dulces, quum hauriantur latices, nullum prorsus in præsentia

C facit ostium. Ad eius fontes Auola oppidum, quò ex alto colle Pachynum prospectat. Et Syracusanorum victoria insigne Asinarum tum flumen nunc Falconata: Athenienses quoniam, & Nicias eorũ dux, hic à Syracusanis intercepti, præter eos qui capti, atque in Latumiis labore consumpti, ad vnum omnes trucidati: ob quam causam eo in loco ad nonas calendas Iunias diem festum celebrabant quotannis. Oritur iuxta Nethum antiquam vrbem, hodie Nothum: quæ ab Auola, de

D quo diximus oppido, sex miliaribus, ab Syracusis autem quatuor & viginti, supra Pachynum octo fere milliaria, natura ipsa ab omni parte munita, distat. Flumen ipsum omnium fermè arborum probatissimos præbet fructus. A quo Elorina ciuitas ad Elori amnis ostium deleta penitus, sex milliaria abest. Elori ostium Pachyno proximum hodie Labisum. Pachynum hunc fuisse amnem aliqui autumant. Ac rursus parte ex alia quæ ad septentrionem pertinet, Bidenos populos parum

E à Syracusis remotos statuit Cicero: oppidum tenue Bidis nomine, nunc Bigenis ager inter Tapsũ & Euryalum, vbi Pyramis est semidiruta. Euryalum, tumulus, & in eo arx, vt autor est Liuius, Belueder nunc dicta, quæ vtrunque mare prospicit, Tapsi hinc, illinc Syracusanum portum. Contrà mons est præceps ex rupe vtrinque excisa, cuius frons ad ipsum Euryalum: dextrum latus ad Anapi annis vada, læuumque ad Tapsum vergit. Vertex Lepas à Thucydide, hodie Mons

F Crimitis nominatur. Et Leo locus erat, vt idem autor ait, vno ferè milliario ab Epipolis, Liuius Leontiam vocat, munitum locum, quinque millia passuũ ab Exapylo. locus in præsens nec vestigia, ruinæq; vllæ vbi fuisset, demonstrant: quapropter, sicut & cæteri de quibus aliquod haud potest

fieri

Digitized by Google

fieri argumentum, relinquitur. Tapsus in præsentia insula de Manchisi dicta, peninsula: vbi antiquitatis nihil extat, portu ab occasu munita, quatuor ab Achradina distat milliaribus. Idem Thucydides iuxta Syracusarum muros Sicam oppidulum collocat, modò agrum esse Sinecchamnomine, qui prope Sicham est, ipsa docemur cõiectura. Officinam C. Verres maximam fecit Syracusis, artifices in qua ferè omnes cælatores ac vascularios conuocari iussit. Lex fuit Syracusis, autor est libro vndecimo Diodorus, quam petalismum appellarunt. Causa ferendi legem Tyndaris diues iuuenis, & incautus, variisque illecebris potens. Hic conuiuiis & comessationibus aduenas cunctos, ac seditiosos ita sibi aggregauerat, vt senatui suspicioni fuerit, veluti qui ex industria illorum vteretur consuetudine, vt pessimis confisus viris publicã occuparet libertatem. Inclinatis ob id iam omnium ad credendum animis, hominem obseruant, eundemque nequissimorum quorumcunque stipatum agmine circumsistunt. Tum comprehensum nituntur socii eripere, quibus, quum dispares essent viribus, trucidatis, vinctum coniectis catenis temerarium, ac damnatum pœnam sequi oportuit. Et confestim procerum consilio aduocato, Tyndaridis inuidia & audacia, ac communi periculo recitatis, quibus ille merita adfectus pœna, legem conscribunt, vt eius qui tyrannidis suspicionem tulisset, oliuæ folium inscriptum nomine illi daretur, scire propterea se exulatum ire quinquennium oportere. Lex ab oliuæ folio, Petalismus appellata, Athenienſium exemplo, qui quod in latere nomen scribebant, Ostracismum eandem vocarunt. Petalismo igitur lege multi ex primoribus quum in exilium acti, eorumque diminutus numerus, atque ob hanc causam in plebeiorum arbitrium, qui ciuitatis statum multifariam distractum, cæca confusione atque multiplici miscebant seditione, esset respublica declinata, eandem confestim aboleuere. Altera quoque lex Syracusis, vt refert Cicero in Verrinis Actionibus, de religione, quæ in annos singulos Iouis sacerdotem sortitò capi iubebat: quod apud Syracusanos amplissimum sacerdotium putabatur. Cum suffragiis ex tribus generibus creati erant, res reuocabatur ad sortem, vt quot essent renunciati, tot in hydriam sorte coniicerentur, cuius nomen exisset, vt is haberet sacerdotium. Hieronia præterea lex, de Hieronis nomine dicta, quæ decumas vendendas, vt idem autor scripsit, iubebat. Mos fuit Syracusis, vt si qua de re ad senatum relatum erat, diceret sententiam qui vellet, nominatim nemo rogabatur, & tamen vt quisque honore & ætate antecellebat, ita primus solebat sua sponte dicere, idque à cæteris ei concedebatur: si quando tacuissent omnes, tunc sortitò cogebatur dicere. Magistratum annuum, quem Famulatum vocarunt, quemque trecentos fermè post annos, vt in Philippo scripsit Diodorus, ipsi Syracusani aboleuere. Timoleon victo inferiore Dionysio instituit. Ac etiam de viris illustribus, aliqua digna memoria, quos vrbem Syracusas peperisse reperimus, Lygdamus Syracusanus tertia & trigesima Olympiade victor fuit in stadio, cuius ossa medullis carere fama vulgauit. Asylus & Hisbio, ille septuagesima quarta, hic nonagesima nona Olympiade in stadio quoque victor. Hermocrates dux & orator summus. Callicrates animo, & militari arte præstantissimus: Is & Lamachus Athenienſis Syracusis singulari certamine icti cecidere. Heraclides homo bellicæ virtutis peritus, leuis tametsi & instabilis. Eurides vir clarus & illustris. Menandrum Syracusium ephebum ab Elephante adamatum refert Plinius. Mentor insia cum claudo leone congressus, blandientis ex illius pede surculum extraxit. Zenagoras qui sextum remorum ordinem inuenit. Diocles legum lator, legem conscripserat, in qua nequis forum cum armis accederet, cautum erat: verum cum esset domi gladio accinctus in hostes impetum facturus, audito parui momenti tumultu domo egressus est: cui quidam ex ciuibus, Tuam, inquit, ipsius negligis legem: At Diocles, Minime ait, imò eã ipsam confirmabo: & stricto gladio necem sibi illicò conscinit. Theocritus Syracusanus, quem Vergil. imitatus est, bucolico carmine illustris. Epicharmus poeta comicus, trium literarum inuentor, zita, xi, psi, quem Plautus est imitatus. Horatius in Epistolis: *Plautus* (inquit) *ad exemplar Siculi properare Epicharmi*, huius sententia, vt Cicero scripsit in Tusculanis quæstionibus: *Emori nolo, sed me esse mortuum nihil æstimo.* Eius socius Phormus Geloni gratissimus. Dinolochus Epicharmi discipulus. Et ille Philemon, qui vnum supra centum vixit annum. Eiusque filius Philemon vterque poeta. Corax, Latine Coruus, orator præstantissimus, is Tisiam Syracusanum pacto docuit precio. cui *discipulus* petenti mercedem, Si tibi, Corax, ait, *persuasero*, non soluam: sin minus, veluti qui à te artem minimè edoctus, etiam non soluam. At Corax, Si tibi, inquit, Tisia persuasero, certè soluas: si vero id efficere non potero, dignus ero mercede, quòd me doctiori discipulo id persuadere nequeo. Quibus iudices (quod prouerbium fuit) Mali Coracis malum ouum. Antiochus Syracusanus (vt Dionysius Halicarnasseus refert) historicus, qui Italicos vetustissimos conditores scripsit. Lysias Gorgiæ discipulus, orator summus. Bion autem orator: Et Cimias philosophus. Nicolaus, vt ait Diodorus libro tredecimo, qui duobus filii orbus, pro victis Athenienſibus, quorum manibus interfecti erant liberi, orationem, vt illis parceretur, habuit. Et poeta diuinus Sophon, cuius poema Platoni admodum placuisse ferunt. Philemon Alexandri tempestate comicus poeta à

ta, à quo nonaginta sunt editæ comœdiæ, qui vbi totidē vixit annis, risu vehementi animam effudit. Sosiphanes Syracusanus Philippi Macedonici ætate, ex septem Tragicis vnus. Theodorus orator qui de re militari scripsit. Themistogenes historicus, à quo de Cyro plura edita. Athenagoras orator: Et Acheus poeta Comicus. Duo præterea fratres Epicydes, & Hippocrates, & armis & literis præditi. Dion vir illustris, Platonica disciplina eruditus. Cuius soror Aristomacha, Dionysi superioris tyranni coniunx. Dionysius Syracusanorū tyrannus à puero institutus & artibus ingenuis eruditus, musicorum studiosus, quem acrem fuisse & industrium, natura maleficum & iniustum, eiusque in victu maximam temperantiam, cumque fugitiuis barbaris & facinorosis vixisse, apud Ciceronem scriptum accepimus. Mater eius quum prægnans eum in aluo contineret, somniauit se peperisse satyriscum: cui interpretes portentorum (Galliatæ hi in Sicilia dicebantur) responderunt, eum quem illa peperisset, clarissimum fore. Item paulo ante quàm regnare cœpit, in agro Leontino quū equum flumine submersum maxima contentione ne non potuisset extrahere, discessit. At quum aliquantulum progressus esset, hinnitum exaudiuit, atque equum alacrem aspexit, cuius in iuba examen apum consederat. Quinque & viginti compleuerat annos, cum tyrannidem occupauit, regnauitque duo dequadraginta. Filias Dionysius, ne tonsori collum committeret, tondere docuit: adultas vero, ferrum earum manibus remouens, candentibus carbonibus capillum & barbam adurere. In carcerem demum quodammodo ipse se inclusit, atque ex turri alta concionabatur. Hic tunicam & gladium, quum pila ludere vellet, adolescentulo quem amabat, tradidisse dicitur: cui quidam familiaris iocans, Huic ait vitam tuam committis? ille vtrunque iussit interfici. Damocles assentator propter eius opes, atque rerum abundantiam beatum Dionysium assiduè in sermone commemorabat? cui Dionysius, Vis ne igitur inquit, O Damocle, sic te esse beatum? quumque ille velle dixisset, hominem Dionysius in aurea sede collocari iussit, mensasque instrui conquisitissimis epulis, pueros delectos consistere, iussitque rursus fulgentem gladium à lacunari seta equina appensum demitti. Damocles itaque gladium suspiciens, nec plenum artis argentum, nec pulchros administratores aspiciebat, nec manum porrigebat in mensam: Exorauit denique tyrannum, vt abire liceret, quòd iam beatus nollet esse. Damonem & Pythiam ea amicitia coniunctos ferunt, vt quum alteri Dionysius diem necis destinasset, alterum vadem mortis acceperit, donec il-

A le causa commendandorum suorum profectus reuerteretur: qui vt vadem suum liberaret, præsto fuit ad horam morti destinatam. Quorum fidem admiratus tyrannus, eos dimisit, Atque vtinam ego, inquit, tertius vobis amicus ascriberer. Aristides filiatum vnam in matrimonium petenti Dionysio respondit, Mortuam mallem, quàm tyranno filiam nuptam aspicere. Anus quædam quum diis immortalibus pro Dionysii vita preces assiduas funderet, quumque eam Dionysius in-
B terrogaret, cur sola ita faceret, Ne tibi, inquit, extincto deteriorem tyrannum suffectum videam. In Acarnania vrbe Iouis Olympii signum grauis ponderis aureo pallio vbi spoliauerat, atque laneo induerat, illud neutri dixit, idque vtrique esse aptum tempori. Idem è fano quodam quum mensas aureas, quæ bonis diis inscriptæ, subtrahi iussisset, dixit bonitate deorum vti. Aureas patera-
C rum, quas porrectis manibus simulachra quædam sustentabant, subtulit, Admodum, inquiens, vnumquenque decere, quòd dii porrectis manibus offerunt, accipere. Apollinis simulachrum Epidauri absque barba, barbatumque Aesculapii, quem Apollinis filium fingunt, videns, auream barbam, illius allectus pondere, accepit: non licere affirmans imberbem patrem, filium verò barbatum esse. Locris Proserpinæ fano spoliato quum ipse soluisset, secundo vento spirante, Videre, ait nauigationem, quæ à diis immortalibus ipsis sacrilegis conceditur. Aristippus philosophus & facetus, cuius consuetudi-
D ne tyrannus vtebatur, ad Diogenem philosophum, qui vitam agebat solitariam, vnà cum Dionysio accessit. Cui, quia olera lauantem offenderet, submissa voce, *Si Dionysio*, ait, *obsecutus esses, olera non comederes.* At Diogenes, *Si olera*; inquit, *comederes, Dionysio non obsecutus esses.* Dionysius pedibus tractum tyrannum, non insidentem equo, vt ait Liuius, relinquere tyrannidem debere, dicebat. Dionysius item huius Dionysii filius, philosophus quoque & tyrannus,
E qui Syracusis expulsus Corinthi ludum aperuit, pueroſque docuit. Ad vltimum vero sordidissimam agens vitam, popinas & lupanaria dum frequentaret, de minimis quibusque rebus vulgò insertus disceptabat. Niscæus, qui eo tempore, quo alter Dionysius exulauit, principatum Syracusis obtinuit. Et Cephalus, vt scripsit Diodorus, per id tempus legum conditor. Agathocles humili progenie ortus, rex deinde Syracusanorum. Cuius filius Endoxus poeta comicus. Callias
F historicus, is qui ipsius Agathoclis, gesta scripsit. Philistus poeta, & historicus, homo diues,

Dionysii

Dionysii superioris amicus, qui armis, nedum literis insignis, quem doctum hominem & diligentem fuisse testatur Cicero in li. quem de Diuinatione scripsit. Philistus philosophus, Monimus quoq; philosophus. Hiero rex prudens & strenuus. Polydorus legũ conditor. Polyænus orator, eiusdẽ regis tẽpore. Et ipsius Hierõis gener Andronodorus orator, cuius vxorẽ, Damaratã, interfecto, Hieronymo, Syracusani trucidarunt. Scopias (vt Vitruuius scripsit) Syracusãus Mathematicus multas res organicas, & Gnomonicas, numero naturalibusq; rationibus inuentas atque explicatas, posteris reliquit. Hippocrates & Epicydes, duces per quàm strenui, vt apud Liuium inuenimus. Archimedes insuper vnicus spectator cœli siderumque. Is, vt Cicero in Tusculanis quæstionibus tradit, lunæ, solis, & quinque errantium motus in sphæra alligauit. Bellorum item machinator, tormentorũque vnicus inuentor. Hic quum se terræ globum mouere posse gloriaretur, rogante Hierone rege, procul assidens nullo corporis nixu (autor est Plutarchus) nauem onerariam adduxit. Hiero prẽterea quum auream coronam votiuam diis immortalibus in quodam fano constituisset ponendam, immani precio locauit faciendam. Opifex autem ad tempus opus manufactum subtiliter regi approbauit. Postea quam iudicium factum est, dempta auri parte, tantundem argenti coronæ addit. Indignatus Hiero, neque inueniens qua ratione id furtum deprehenderet, rogauit Archimedem, vt in se sumeret sibi de eo cogitationem. Tunc is quum haberet eius rei curam, casu venit in balneum, & eò quum descenderet (Balneum paruo dolio erat simile) animaduertit quantum corporis sui in eo insideret, tantum aquæ extra effluere. Qua de re quum eius rei rationem explicationis ostendisset, domum reuersus duas dicitur effeciisse massas æquo pondere, quo & fuerat corona, vnam ex auro alteram ex argento. Quæ quidem licet æquo pondere, non tamen æquo corpore, etenim maioris erat corporis argentea, quum sit aurum maioris ponderis. Quumque ita faciisset, vas amplum ad summa labra impleuit aqua, in quo demissa argentea massa, multum aquæ extra vas effluxit: qua exempta, vas iterũ impleuit, in quo rursus aurea massa demissa, vti minoris erat corporis, quanquam eodem pondere, non tantum effluit aquæ. Quum id esset, rursus auream pleno vase demisit, ac ea exempta, repletoque vase coronam quam opifex fecerat demisit, inuenitque plus aquæ in coronam, quàm in auream massam eodem pondere. Et ita ex eo, quod plus defluxerat aquæ in corona, quàm in massa, ratiocinatus reprehendit argenti in auro mixtionem, & manifestum furtum. Archimedes persæpe balneum ingressus super vncto corpore vngA uento Geometricas figuras lineamentaque sui ipsius oblitus, digito describebat. Amicos item, vt Sphæram cum cylindro post mortem sepulchro imponerent, orasse fertur. Quod aliquot pòst annis ad Agragarias portas cum cylindro & sphæra; in cuius basi epigramma erat, se Cicero reperisse gloriatur. Postremo captis Syracusis in tanto tumultu Archimedem intentum formis, quas in puluere descripserat, ab ignaro milite quis esset, interfectum esse constat. Cui M. Marcellus sepulchrum faciendum curauit. Vilielmus Pernus Syracusanus proauus meus, vir patricius, iuris consultissimus à quo pluta edita. Est Thesta mulier Syracusana superioris Dionisii soror, Polyxeni (qui vnus ex primoribus) cõiunx fratri arguenti quòd viri fug amminime nunciasset, respondit, Adeo ne Dionisi vilis & abiecta vilu tibi sum, vt si coniugis mei fugam ipsa præscissem, eiusdem nauigationis comes & fortunæ particeps esse noluissem? Apud Plutarchum in Apophthegmatib. interrogatam Hieronis vxorem cur sibi, quod os foeteret, nunquam nunciasset? viro respondisse legimus, Ita omnes olere viros existimabam. Et duæ quoque Syracusanæ mulieres animõ etiam in morte præstantissimæ, Hermonia inferioris Gelonis filia Themistis coniunx, quum seditiosis, qui omnem prorsus regiam stirpem tollere conabantur, alteram puellam regali cultu ornatam à nutrice expositam intueretur, puellæ haud interitum pertimescentis admirata fidem exclamauit se esse, & non illam Hermoniam, quo vtraque vnius horæ momento periit. In Parallelis refert Plutarchus, autorem adducens Cyanippum, Dositheum Syracusanum Bacchho sacra facere negligentem ebriumque ob hanc causam factum, Cyanem filiam inuitam violasse, eandem patris annulum, criminis indicium, subripuisse. Pestilentia postea sæuiente, vt impietatis autor diis immortalibus immolaretur, responsum esse à Pythio. Cyanem idcirco patrem violatorem necasse. Septimo post anno Theocles & Chalcidenses è Naxo profecti, Leontinum vrbem ferè omnium fœcundissimam, & Catinam, prælio perdomitis Siculis, tenuere: Polybio nihilominus quinto post Syracusas anno id fuisse placet. Leontinum igitur, modò Lintini, populosa ciuitas & diues, muro tunc cincta (Nam quæ deinde addita, nouam ciuitatem appellarunt, autor est Diodorus in historia Philippi) paludibus fœda & humidior, duobus collibus, tribusque contenta vallibus, Catinam atque Aetnam respicit montem. Ibi turris adhuc tribus angulis ædificata ad nostrum vsque tempus, quasi posteris seruatum monimentum.

Et

Et murus ruinis quoque actus, domus Gorgiæ philolophi. Vrbi altus imminet collis, Hieropolis nomine: Hieronis Polum hunc antiquitas appellabat: cuius in vertitis planitie plura plumbea fruſtula aratoribus inueniuntur. Campi porrò omnium quæ ad victum humanum pertinent, rerum longe feraciſſimi. Tritici enim omnisque leguminum generis lætiſſimas ferunt ſegetes, ita vt ibi arare terram, ac frumentum ab ea mortales extorquere Cererem docuiſſe crederent. Quare Leontini rei frumentariæ principes appellabantur. Ibi quoque armentorum copia & pecudum, aucupii etiam maxima commoditas. Circa Leontinum fluuius prolabitur, qui ex duobus fit fontibus, quorum vni Gleppi nomen, alteri Paſſantio propè Francum fontem oppidum, & Hidram ab Ptolomæo citatum oppidum, ubi turris tantum hodie rotunda, ſex ferè milliaribus ad occidentem à Leontino, noſtri Cadram vocant. Et fons hic, de quo diximus, oppidum Militellum, haud antiquum quidem alluit. Iuxta Leontinum ex his vnus fit fluuius, ubi pons, quem Reginæ pontem vocant, cuius ſerio (admiſſis prius maris fluctibus) obturato oſtio, lacus, qui Pantanus nominatur, piſcoſus admodum efficitur. Vltra pontem, lacus eſt alter millia propè duo à ciuitate manufactus, non multum ante patrum noſtrorum memoriam, cui Bifarium nomen. Ex quo piſcium, quos mari captos miuutiſſimos eo alendi gratia coniiciunt, incrediblis multitudo expiſcatur, ac in omnes fermè Siciliæ partes mittitur. Aliasque complures habet Leontinum plaudes, quibus pernicioſa propemodum cœli temperies. Hic nundinæ ab omnibus ferè Siculis magna hominum ac mercatorum frequentia circiter calendas Maias celebrantur. Locus erat antiquitus in Leontino agro, Phoces nomine, & Bricinnia arx. Gorgias Leontinus philoſophus & orator ſummus, Socratis magiſter, qui, vt ait Cicero in Rhetoricis, omnibus de rebus oratorem optimè poſſe dicere exiſtimauit, centum & ſeptem compleuit annos, nec vnquam à ſuo ſtudio, atque opere ceſſauit: qui quum ex eo quæreretur, cur tam diu vellet eſſe in vita, Nihil habeo, inquit, quòd incuſem ſenectutem. Hic primus hominum, & auream ſtatuam, & ſolidam Delphis in templo ſibi poſuit. Herodicus Gorgiæ frater medicus quàm celeberrimus. Icetes à Syracuſis oriundus, Leontini ortus, Leontinorumque princeps, vir admodum inquietus & audax. Supra Leontinum, Hidra oppidum, de quo paulo antè diximus. Nec plus ſex milliaria Boccherius recens oppidum, vbi fons aquæ lacteæ quem Birigeim vocant. Bideni antecedunt populi, quorum oppidum nunc Bizinis haud ignobile: Et proximum Licodia. Cæterum altera ex parte Murgantium, octo ferè millibus paſſuum à Leontino ad Symethi amnis oſtium, ciuitas affecta cladibus tota, à Murgentinis Aſiæ populis vt erecta, ita à Carthaginenſibus poſtea deleta: Murgus noſtra tempeſtate nuncupata, turrim tantum frumenti emporium in ipſius Siculi maris littore continet. Symethi ortus ex quinque fontibus. Nomina autem recentiora Mucuba, Luchula, vbi caſæ. Canaliſcalcagnus, & Fons ferratus, quibus vicina eſt Nea vrbs antiqua (Neam diodorus libro vndecimo vocat, Menas Ptolæmæus, nos Minium. Populos vero Menaninos Plinius, Cicero Menenos qui potior eſt autor) in alto eſt ſita colle, eandemque à Durentio ciue in planiciem tranſlatam volunt, locus nunc Burgus dicitur. inter hanc Symethique vada, Stagnum Palicorum ipſis diis Palicis ſacrum, Symetho tamen quàm vrbi propinquius, cui iuſiurandi numen ineſſe antiquitus credebant. Thaliam nympham iuxta Symethum ab Ioue compreſſam ferunt, terraque abſorptam, ne in iram incideret Iunonis, maturi demum partus tempore duos peperiſſe Palicos. Stagnum, de quo Ariſtoteles mentionem fecit in eo libro, quem de mirabilium auditu ſcripſit, quamuis non vaſtum, quòd ſulphureum aſſidueque feruens, ac magno cum impetu vbi emerſerit, paſſibus duodecim non amplius hiatu quodam abſorbetur, horribile tamen vbi fanum erat olim. Pœni Siciliæ dominantes Naphthiam, quod eſt malus odor, nomen huic indidere. Et iuxta alii quoque exigui viſuntur crateres. Palica item oppidum, quod Paliconiam hodie vocant, ab ipſis Palicis nomen, Stagnum haud multum refugit, ab eodem Durentio, vt idem Diodorus ſcripſit, conditum. Duo præterea fluuii ad diuerſorium Gutterram Symetho hauriuntur, vnus Buffaritus, recens nomen, qui non longe à Plutia oppido; Cicero de quo in Verrinis Actionibus fecit mentionem. Alter ab ipſa Paliconia capit initium. Plutia, nunc Plaza, vrbs populoſa, & amœna arboribus, ac viretis referta. Hanc & oppidum haud multum remotum Daidonem, Ciſalpinos Gallos (nunc Lombardos) à Placentia vrbe adducta colonia, habitaſſe, quòd eorum vtuntur ſermone, ipſi credunt. His opulentiſſima, ſatisque proſpera vicina eſt ciuitas (Calatagironem hodie vocant) celſo in monte poſita, eam ipſam coniectura vtentes Calatam fuiſſe, ſeu Calinactem à Durétio conditam opinamur: Cicero Calatinos populos appellat. Duo ciues Calatini memoria digniſſimi Tales orator, & Demetrius hiſtori-

Digitized by Google

cus, Rursus ad Leontinum dilapsus Symethus A
amnis (Leontini agros Symetho allui Thucydides, Strabo Catinenses Leontinis coniunctos Symetho infusos probat) nomen Sancti Pauli, cum ipso ponte, sibi vendicat. Ad cuius ostium ager, vsq; ad hanc ætatem est Symethus nomine. Quo haud procul in prædio Sigonia vocato, fontes ex rupe manãt calidi. In radicibus Aetnæ mõtis Catinam vrbem, ac ea in ora sitam quæ ad meridiem pertinet, hi qui Leontinum, quarum agri limite diuiduntur (Euarcum quamuis ipsi huius coloniæ autorem fecerint) fusis Siculis incoluere, à septentrionibus Aetna monte, qui frugiferum omniũ fermè arborum, ac vini nobilissimi exuberantiam præbentium vinearum plenus, maximè vallatã. Orientalia eius Siculo, atque Ionio mari pulsantur. Hanc Diodorus Siculus, cuius opinioni accessit Strabo, tum priscos illos amisisse incolas commemorat, simul atq; agris sorte diuisis ab
Hierone superiore eo deducta colonia detẽtã, C
Aetnamq; pro Catina appellatam, nec multis post annis Hieronis tumulum solo adæquasse, eiectaq; colonia vrbem, & nomen rursus obtinuisse. Erat in hac vrbe sacrariũ Cereris olim eadẽ religione, qua propè in toto orbe terrarũ. In eo sacrario fuit signum Cereris perantiquũ. Aditus ad id sacrarium nullus viris, sacra enim per mulieres ac virgines confici solebant. Hoc signum noctu clàm C. Verris serui substulerũt.
Erat & Gymnasiũ prope vrbis mœnia, nõ mul D
tum à maris littore remotum, quod M. Marcellus post captas Syracusas ædificandum curauit, cuius hodie restant ruinæ. Theatrum itẽ ad orientem conuersum pulcherrimum, nigro quadratoq; lapide structũ. Extra vrbem Amphitheatrum prope Stesichori Himerensis poëtæ sepulchrum, vbi nunc vetus ædicula deiparæ Mariæ, Betlem nomine, hortiq; sunt ciuis, cui Nicolao Marũ cognomento est, iuxta Stesichoream portam, quam Acidis seu Iacis portam appellant. E
Aquæ ductus præterea adhuc est maximus, qui tunc aquam per structiles fornicatosq; canales intra mœnia ad diuersa immissaria ducebat. Memoriæ insuper proditum, Thermas cum columnis, & epistiliis è marmore fuisse, vbi nunc templum est Diuæ Agathæ virginis Catinensis. Est & nostra tempestate Catinæ Gymnasium omni scientia frequens. Charonda philosophus legumlator Catinensis: hic Chalcidensibus, qui in Sicilia erant, le- F
gem constituit. Mamercus Catinensis tyrann' locuples, armisq; potens Timoleonis tempore. Nicolaus quoque Tuduscus, cognomento Abbas, proximis antè annis iuris prudentissimus, qui multa scripsit, Catinæ claris ortus natalibus, Archiepiscopus Panhormitanus. Galeotus Bardaxis Catinensis Patritius ad gigantis prope staturam accedens, humani corporis

nostræ ætatis vires excessit. Is, vt multi qui cum viderunt referunt, asinum lignis oneratum manibus à terra subleuabat: equumq; absq; fræno velociter currentem, transuersum lignum amplexus, coxis, cruribusq; sistebat. Tres fluuii Teriam faciunt piscosum amnem, quo Catinẽses agri diuisi, vt autor est Thucydides (vocant hodie Larrecte fluuium:) Duo Montixoro monte effusi iuxta Brontem oppidum coëunt. Tertius Ciramim, Agyram, & Recalbutũ abluit. Hi vbi Aetnam montem ad ortum relinquunt, antequam Adranum ventũ, in ipsius montis radicibus confluunt: hincq; Teria est, qui primo ad meridiem, mox in orientem per planiciem in Siculum mare, inter Symethi ostium & Catinam deuoluitur. Chrisas qui Teriam auget, hodie Dictainus notus Siciliæ fluuius. Huius fontes duo sunt, apud agrum, cui nomen est Taui vnus. Alter sub Ennam vrbẽ oritur, qui iuxta Asserum coëunt, ac vnus factus Chrisas, Gurgalogam fluuiolum excipit, moxq; à Teria excipitur. At de his de quibus diximus oppidis, quæ mediterranea sunt, ac Aetna quoq; monte. Nicoxia, nomen incertũ esset, nisi coniectura, quam Herbitam antiquitus appellabant, honestam & copiosam ciuitatem esse doceret Philenus Herbitensis nobilis & orator. Alii à proximo loco Casalinis nomine illuc eam translatam aiunt. A qua haud procul Sperlinga arx in rupe ex vna parte in excelsa altitudine excisa, oppidum vbi antiquitus fuisse, quod ruinæ, atq; antiquitatis adhuc visuntur vestigia, vicini populi testantur. Eiusq; incolas Siculis tunc Gallos, qui Siciliam opprimebant, trucidantibus tantum assentire negasse: Vnde prouerbium, quod Siculis placuit, tantum Sperlinga negauit. Engium peruetus & exiguum oppidum, nostra tempestate Gangem, inter mediterranea Ptolemæus numerat. Accolas Enginos M. Tullius vocat, apud quos matris Magnæ fanum, in quo loricas galeasq; æneas cælatas opere Corinthio, hydriasq; grãdes P. Scipio posuit, suumq; nomen inscripsit. Conditores Leontinos ferunt. Diodorus scripsit in Philippo, Leptinem Enginum tyrannũ à Timoleone expulsum, inq; Peloponnesum migrare coactũ. Porrò oppidum à Federico rege anno Christianę salutis ducentesimo nonagesimo nono supra mille dirutum, quarto rursus post anno ab eodem restitutum, in ipsius oppidi annalibus inueni. A fronte Politiũ vrbem magnificam hodie excipit, nihil de qua memorię proditũ. Ipse à Palicis diis, siue à Polluce nomen sortitã crediderim. Medio ferè itinere Petraleium oppidũ occurrit, à Petrade, qua fons manat, ex cuius vnda oleum elicitur, quasi Petra olea, Petralia in præsens. Oleo post annum ad animaliũ curandas ægritudines vtuntur. Duo hoc nomine vicina oppida. Inferius

rius id quod nominauimus, superius alterum: Populi horum duûm Petrini olim vt refert Cicero. A tergo Nicoxia, de quo antedictum, & mox ad orientem in excelso Aetnæ æmulo, ac vndique prærupto monte Trahina vrbs constituta. Vlpianus de Censibus Trahinopolim hanc vocat. Huic proximum Gaglanum oppidum, quod Agyra ille amnis quem supra nominauimus, separat, Galeria antiquitus appellatum: populi Galerienses, autore Diodoro in Philippo. Ipsa Agyra, vt plura Siciliæ oppida, ita in montis cacumine sita, nunc Sancti Philippi miraculis insignis. in eius siquidem die festo spiritus, quos Diabolos vocamus, ab obsessis mortalium corporibus expelluntur, Samphilippus Agyrionis modò nuncupatur. Hic Herculem pro ciuium meritis lacum effodisse, eiusque boues saxis vestigia impressisse, Diodorus narrat in fabulis. Hæc ipsius Diodori, qui vir fuit in scribendis historiis quàm celeberrimus, patria. Tyberii namque Cæsaris tempestate historias in libros triginta digestas, quam Bibliothecam appellauit, de Aegyptiorum antiquitate, Siciliæ, ac aliarum insularum, deque Troiano bello, Alexandri, atque Romanorum gestis ad suam vsque ætatem scripsit. Ciramis de quo nemo mentionem fecit, oppidum contra Trahinam, versus Aquilonem, Ptolemæus Capityum dixit, quod nos Capitium, Capitynam Cicero. Ingenti frigore infestatur Randatium vrbs, propterea quòd sub ipso ferè Aetnę monte posita, ad septentriones maximè vergit, olim Triracium quam vocari credimus Plinio, quoniam de Triracienſibus facta est mentio. Gutridam appellant fluuiolum quinque milliaria non amplius distantem ad occidentem, quem specû quadam absorptum fama est illum esse, qui Catinæ pluribus in locis scaturiens mortiferam induxit contagiem, atque Iudicellus Catinenſibus appellatur. Brontes quoq; antiquum oppidum, ad fontem (de quo supra diximus) amnis de Brontis Cyclopis Vulcani socii nomine, de quo Vergil. meminit. Nam in nemoribus est quæ inter Randacium, & Adranum medio loco clauduntur. In montis radicibus Aetnæ, & in ea parte quæ ad occidentem pertinet, Adranum, nostra ętate Aterno, adhæret supra Teriam amnem: ab Hadrano deo deductum nomen, quem Siculi propè omnes maxima celebrabant religione. Et mox alterum Paterno nomine, siue quod ipsum sit, Adranum, siue de eius nomine, vbi Fons aquę ferreę, qui feruens, nec foras erumpens, linteum aut pannum Tritagalla prius cũ aqua infectum, mox nigrum reddit. Maimonis fontem hunc appellant. Et nunc ad Ennam vetustissimam vrbem venio, Castrum Ennæ, dein Castrumianni vocatam. Quæ quia in medio est insulę, vmbilicus Siciliæ nominatur. Enna igitur in loco est præcelso, atque edito, quo in summo est æquata agri planicies, & fons aquę perrennis, tota verò omni aditu circuncisa, atque dirupta est. Quam circa, & in ea plaga, quæ ad meridiem pertinet, est lacus antiquitus Perguſa nomine, quo, non piscium quidem pleno, sed colubris, ad linum molliendum duntaxat, cuius magna ibi copia, Ennenses vtuntur. Ennam, vt autor est Strabo, Eunus quidam multis fugitiuorum comitatus, adeò latrociniis, & populationibus affecit, vt vix Romani eum loco expulerint. In hac vrbe deam Cererem, & Liberam filiam, quam Proserpinam vocant, natas, raptumque ipsius fuisse Proserpinæ, ideoque ipsis consecratam non tantum Siculis, verum etiam mortalibus omnibus tum persuasum fuit. Etenim propè est spelunca quædam conuersa ad aquilonem infinita altitudine, qua Ditem ferunt repentè cum curru extitisse, abreptamque ex eo loco virginem secum asportasse, & subito non longe à Syracusis penetrasse. Hęc eadem Ceres antiquissima, & princeps fuit omnium sacrorum, quæ apud omnes gentes nationesque fiebant. Atqui Cererem Siculorum reginam constat, ac leges statuisse, frumenti item vsum homines docuisse, eiusque filiam Proserpinam ab Orco Molossorum rege, quem Ditem dixerunt, raptam. Erat in templo, cuius pars adhuc stat, simulachrum Cereris è marmore, & in altero Liberæ. Præterea quoddam ex ære modica amplitudine, ac singulari opere cum facibus perantiquum. Ante ædem in aperto, ac propatulo loco signa duo erant: Cereris vnum, alterum Triptolemi, pulcherrima & perampla: insistebat in ipsius Cereris manu dextra simulachrum pulcherrimè factum Victoriæ. Philonides Ennensis medicus fuit celeberrimus. Oppidum vicinum hodie Calathasibetta, valle ingenti ab Enna discretum. Asserum olim ampla ciuitas fuit, nunc Azarum. In ipso Chrisa amne (de quo paulo antè mentionem fecimus) & in ea via, qua Assero itur Ennam, erat fanum tunc singulari religione Chrisæ consecratum (is apud Asserinos habebatur deus) & in eo ipsius Chrisæ simulachrum præclare factum è marmore. Aetna mons (Mongibellus hodie dictus) suis miris incẽdiis, quum sit materia plenus sulphurea, quæ humidis generatur nutrimentis, veluti in Ephestiis Lyciæ montibus vt Plinius tradit, intra fistulas cauernasque ventorum incluso impetu, & euri potissimum subsolani, boreæque quibus ipse plus quàm cæteris patet, accensos ignis globos exesis vndique ex crateribus eructat. Thucydides in tertio de bello Peloponnesiaco libro, ab eo tempore quo Græci Siciliam tenuere tres, ad bellum quo Syracusani ab ipsis seditiosis acciti

Digitized by Google

Messanam ceperunt, Aetnæ ignis inundationes commemorat. In sexto Strabo, superioribus annis ait campos Aetnæis cineribus sparsos omnium propè rerum maximam exuberantiam præbuisse, atq; Anapiam & Amphinomum fratres flammas eructante Aetna parentes humeris ex flagrantibus extraxisse ignibus. Quibus ciues sepulchrum fecisse, piorumq; locum vocasse. Aliquot pòst annis deinde huiusmodi ignem ex Aetnæ hiatu emanasse legimus. Orosius præterea refert, Seruio Fuluio Flacco, & Quinto Calphurnio Pisone consulibus, arsisse Aetnam, & eo quoque anno bellum fuisse seruile in vniuersa prope Sicilia præter Messanam. Et M. Aemilio, Lucioq; Orecte etiam consulibus, horrendis cum sonis flammas eundem eructasse montem. Ac Lucio denique Cæcilio, & Q. Tito Flaminio consulibus, his maiorem ignis cladem; quam ob rē Romanos decennio tributum Catinensibus remisisse. Arsit & altero post Sanctæ Agathæ Catinensis martyrium anno, qui fuit ducentesimus, quinquagesimus quartus post Christū, Mense Februario. Millesimo item centesimo, ac sexagesimo quinto, Februario quoq; mense eiusdem montis sonantibus ruinis terra adeo concussa, vt ipsius Diuæ Agathæ domorum lapsu sacerdotes omnes obruti. Iunio præterea mense, Anno verò post Christum natum millesimo trecentesimo vicesimo nono, quo etiā solem defeciisse legimus, quatuor factis profundissimis hiatibus magnum prorupit ignis flumen. Ac deniq; priore anno, & hoc quoq;, quo ipse scribo, Millesimo quingentesimo tricesimo septimo mense Maio, incredibilis magnitudinis igneam massam de incenso sulphure facta, ex ipsius Aetnę nouis factis crateribus prolapsam, quæ ab aëre aliquantulum condēsata superficie, non velociter quidem, sed passim ruebat, colles, memora, saxa ac rupes, pagos etiam duos (mons pagos multos cōtinet) Monpiler vnum, quem vocant, alterum verò Licolosim, combussisse vidimus, ac deniq; mōtis cacumine flammis continuis vna ex parte prolapso, ampliorem factum craterem. Ipse ignis globus, quem incensum sulphur esse constat, interdiu subnigrum, noctu autem igneum totum, horrendumq; sese spectantibus ostendit. Tonitrus plurimis diebus continuos, mortales terrentes, exaudiri, atq; adustis nigrisque cineribus non Siciliam modò, verum & Calabriæ partem opertam, cœlumque totum infestissimo fumo, nos qui has insedimus terras testimonio sumus. Aetna rursus plenus est nemorum, fructusq; elegantissimos producentium arborum, cinctusq; oppidis, quæ radicibus sparsa. Versus meridiem Catina est in planicie, ad Eurum verò arx in scopulo, quæ cum suo pago de nomine Acidis fluminis, Iacis nūcupatur: Inter vtranque Vlyssis portus, nunc Logninę portus paruus admodum, quem Aetnæis ignibus accensa materia vastatum Catinenses pro certo affirmant. Cyclopum tres Scopuli (de quibus Plinius meminit) contra Xiphoniam promontorium, parum à Sicilia diuisi, scopuli Pharagloni, promontorium Caput Malinorum hodie appellantur. Ora autē quæ ad orientem, & mare Ionium spectat, partim nemora, partim planiciem habet, quā Mascaris planiciem, eodem nominē, & oppidulū vocant. In hac regione Aetnam ciuitatem collocant ad Tauromenium spectantem. In planicie flumē nomine Frigidum, quod Acis flumen antiquitus fuit, non longe à Tauromenii amnis ostio, in mare prorumpēs. Acidem Galatheę Siculę puellę adamatum puerum, saxoq; ab Polyphemo Cyclope contritum, atq; in flumen mutatum, in fabulis scriptum est. A cuius ortu non distat Calabianum oppidum arundinum dulcium à fronte stipatum messibus. Et alterum exiguum in nemoribus Aetnę remotiori in loco Linguagrossa. Ad Tauromenii (quem nominauimus) amnis fontes, situm est Francauilla, & Castiglonum, quæ ab oppido tenui Lamotta, cognomento Camastra, ipsum dirimit flumen. Hincque ad spacium duodecim milliarium in circuitu Aetnæ Randatium, & Chisaro: medio verò in itinere Ruchella, ac inde rursus ad Adranum, & Catinam. Sub Aetna Enceladum gigantem Vergilius constituit, Typhœum Ouidius. Sclurus quidam quum sese Aetnæ filium faceret, ac latrociniis assiduis campos ferè omnes infestaret, missus tandem Romam, in gladiatorum foro beluarum morsibus laniatus. Est Recalbutum oppidum inter Agyram, Aetnamque, cuius nomen vnde, siue à quo sit deriuatum me latet adhuc, nisi coniectura vtendo Alcæū esse velimus. Alcæos namq; Centuripi vicinos populos multi constituere. Ciues tametsi ipsi quòd ædiculam, quam nunc demonstrant à quodam rege voto dicatam ferunt, Regale votum vocari maximè contendant. Amplissima Centuripis tunc ciuitas, Aetna antiquitus appellata, vt autor est Strabo, in valdè edito loco, prope Aetnæ radices in ea plaga, quæ ad occidē tem pertinet, tum sita, nunc Centorbis vocata, à Cn. Pompeio diruta: quamuis ab Augusto dein restituta, vt idem autor scripsit: tamen nō casis sed omni prorsus carens ædificio paucis iunco, & palea contextis tuguriis contenta. Per id ferè tempus, quo Chalcidenses Leontinum & Catinam obtinuerunt, Lanus Megarensis à Peloponneso adducta colonia secundum Panthagium fluuium, medio in itinere, quo Syracusis itur Leontinum, Portilum oppidum condidit: quod Trotillum Thucydides, nostri Curcuracim (id quoniam esse reor) appellant, vetustate & ruinis affectum, quamuis Herbesum inter Leontinum, & Syracusas,

nec

nec procul à Megara, constituat Liuius. Ipsum A Panthagiũ cui ingenti murmure olim sonãti Cererem, dum filiam Diti raptam accensis facibus, quas ex Aetnæ fornacibus sumpserat mœsta perquireret, silentium imposuisse fertur, nullo in præsentia indito nomine fluuium in Syracusarum passu: ostium verò Marcillinum vocant, qui à fonte Lasauara, inter Sortinũ & Leontinum ortus, haud multum peragrans in Megaræ portum diffunditur. Prope Sortinum oppidum, de quo supra diximus, ve- B tusti oppidi apparent vestigia. locus saltibus & nemoribus difficilis, atque flumine propemodum septus, Pantalica nomine, longo tractu ab ipso Panthagio diuisus. Millia flumen inter Leontinum & Syracusas, vt ipse Liuius est autor, flumen Sancti Iuliani hodie. Non multis sanè pòst annis idem Lanus à Leontinis loco pulsus Tapsum peninsulam positis ibi ædificiis incoluit, insulam Magnisis, vt dictum est, nunc appellatam, portu ab occiden- C te munitam, atque ab Syracusis quatuor remotam milliaribus. Quo verò extincto eadem è Tapso profecta colonia, Hyblone rege duce, Megaram, & Hyblam occupauit, de cuius nomine Hyblæi dicti sunt. Megaram Hyblamq; vnam esse multi scribunt: nobis vero eam esse Megaram, quæ Augusta nuncupatur, ab Augusto Cæsare instaurata, magis placet: quum à Cn. Pompeio, vt Strabo refert, fuisset deuastata, atq; à Marcello, vt Liuius ait, ante dire- D pta: & Hybla supra ipsam Megaram à plurib⁹ autoribus collocatur, nunc Misillis, quasi mel Hyblæ. Megara peninsula ab occidente portũ insignem habet, distatq; duodecim Syracusis milliaribus ad Aquilonem, à Federico secundo arce immensæ magnitudinis munita, ad nostrum vsque tempus in ipsius vrbis aditu posita, tametsi parua in præsentiarum, nomenq; illi Augusti Cæsaris maneat. Eius ciuis Theon poëta fuit. Quam inter & Murganti- E um (de qua satis dictum est) Turris est ad Ionium spectans, recens, quam Brucam nostri appellant, Tauro promontorio, quod caput Sanctæ Crucis nominant, interiecto, frumenti nobile emporium. Centum post annos his Megarensibus noua adscita colonia Selinis misso Pammilo, qui eam tenebant, pulsis Phœnicibus, medio fermè itinere inter Lilybæum & Thermas occupatur. Selinis nomen de fluminis nomine, quod adhuc à salis copia, Selinis nuncupatur, ipsam alluens vrbem: quæ F modò Mazara dicitur, ab altero flumine Mazaro prope ipsam ciuitatem, ad occidentem. Egion hæc à Plutarcho appellatur; Ptolemæo, horum mutatis fluminum nominibus, alterũ pro altero descriptum. Hinc ad ad Himeræ portium salsas propemodum esse aquas fatemur oportet, quod & Strabo ipse autumat. Illi autem quibus Megara detenta, centesimo quadragesimo quinto anno, postquam Pammilius Selinim obtinuit, à Gelone Syracusanorum tyranno sedibus expulsi sunt. Supra Selinim amnem Selinis extat oppidum, Salemis nostra tempestate, à mari remotum, frugiferis arboribus insigne. Thermæ duæ vrbes maritimæ, ad Tyrrhenum vna, de qua dicemus: altera verò ad Libycum mare spectat iuxta Selinim. Quam, vt ait Diodorus, fortissimi quique à Carthaginensibus delecti, missique antequam exercitus ad explorandam insulam miteretur, coluere, atque ab aquis calidis Thermas vocare (Xaxcam eam hodie appellamus) Thermæ nanque ibi probatissimæ, quæ omnibus ferè morbosis locum petentibus præsentaneum præbent beneficium. Fons est cuius aqua in vase quibusuis lineamentis fabrefacto reposita triduo densatur, fitque lapis illis lineamentis inscriptus. Eras inter vtranque Pentia vrbs mari proxima, Lipulici nunc vocata, in qua Pollucis templum, vbi multa, licet vetustate deleta, visuntur monimenta. Hincque ad lapidicinas quæ mille passibus à Selino distant, vnde templi columnæ exceptæ, nostra ætate Ramaxara nomine, via est miro labore, ac immensæ magnitudinis structa lapidibus. Extant adhuc Entellini vicini populi antiquam colentes Entellam, ab Entello Acestis socio sic dictam, quam Castrum Entellicum deinde vocatam apud Siciliæ annales inueni, hodie verò Castellum uetranum. Antecedunt Lilybetani occidentem versus. Et vrbs Lilybeum, quam nostri Marsalam vocant, in ipso Lilybæo, à quo nomen sibi vendicauit, collocata promontorio. Ad dexteram portus, cuius fauces ab Romanis cum Carthaginensibus belligerantibus, magna lapidum, ac cæmentorum iniecta materia obstruſæ, promontorium inter vrbem, & portum haud multum in pelago proiectum. In ruinis domus adhuc, quæ per antiquæ ac nobilis ciuitatis apparet testimonium, semidiruta, vbi in quadam fornice inscriptus his literis est lapis,

I. CÆSAR FL.
Valentini.

Pio Felici semper Augusto
M. Valerius Quintianus V.C. Con.
P. S. Clementiæ Pietique.
Eius semper Dicatissimus.

DOmus præterea è marmorei draconis ore manante aqua horti irrigabantur. Aquæ ductus cæmentitius sex ab hinc milliaribus. Complures item fistulæ subterraneæ paruo itineris spacio in vrbem ducuntur. Nec multũ quidẽ distant à mœnibus magnitudine admirabiles lapicidinæ, vnde

Digitized by Google

lapides excisi, quibus, vt ipsi Lilybetani aiunt, Carthaginis muri instructi sunt. Domusque altera duo milliaria abest, quæ nullam habens domorum similitudinem aliquibus cum scalis, & fornicibus obscura admodum paruo Labyrinto maximè est similis: Hanc Abbatiam vocant. Ad aquilonem autem vergens fons est iuxtà. Item & puteus templo inclusus antiquo (id Sancto Ioanni Baptistæ modò consecratum, instructumque pauimento crustis diuersorum colorum distincto) cui nomen Lilybeo, de cuius nomine, & vrbs, & promontorium nomen sortiuntur, Sibyllam vbi quandam habitasse, sepultamque deinde Iulii Solini vrbis persuasi adhuc credunt. Probus philosophus Lilybetanus præstantissimus, quem Porphyrius vltro Lilybeum auditurus venit. Mediterranea oppida huic vicina lateri, quorum cum priscis aliqua non faciunt nomina. Sutera, Chiusa, Sanctus Stephanus, Prizis, Palatiun, Adrianum, Calatabilotta. Ad Bibonam fontibus compluribus arboribusque ornatam, Proserpinam periisse fama refert. Camarata, nomen (vt mea fert opinio) à Camerina dictum, quamuis Cammarum nonnullis placeat id nominari, Sal eius rubeus. Et à Iulio Cæsare oppidum Iulianam adeptum nomen credimus: Cuius finibus in seruntur, Busachinus, Villa Franca, Gibillina, Sambuca, inter Selinim, & Pauhormum, quod ab organi, machinæue genere quondam nomen duxit. Sub Erice monte Drepanum existit, quam ab Lilybeo promontorio, decem circiter, & octo milliaria sepositò, Acinthius amnis diuidit, qui ex duobus in loco Marcanza nomine vbi pons est, vnus fit. Nomen non à Saturni falce deductum, quod fabulosum est: sed à curuo littore veluti Rhium promontorium in Peloponneso, quia curuum, Drepanum vocatur. Medio loco inter vtrunque Caput Sancti Theodori, antiquitus Egitharsus promontorium in Sardoo pelago protensum: Ptolomæus nomen quoque ciuitatis fuisse ait. igitur in falcato posita littore, quo portus efficitur vastus, pulchra vrbs ac diues, etiam spectat ad occidentem. Insulæ in prospectu, quæ veluti munitiones ad portus augmentum serio factæ maximè surgunt, quatuor sunt, parua vna atque propinquior Columbaria vocata, vbi inexpugnabilis arx. Reliquæ Probatia, Egusa, & Sacra, hodie Fauignana, Maretimum & Leuasum vocatæ. Ea & portu, & salsis stagnis, quæ solis ardoribus diccata, incredibilem salis emittunt copiam, propè consepta expugnatu est valdè difficilis. Quadragesimo dein à Syracusis conditis anno Rhodium & Amtiphemum Cretenses, vt Polybius scripsit: Thucydides tamen, Amtiphemum è Rhodo, & Entimum è Creta icto inter sese fœdere, suæque gentis in Siciliam ducentes coloniam agros, qui Lindii dicebantur occupasse, vrbemque à flumine Gelam nuncupatam statuisse autumat. Gela barbarum nomen, Latine Caligo, flumen idem fuisse quod Himeram puto. Igitur vrbs in tumulo erat Lalicatæ oppido maritimo, quod ad meridiem vergit iuxta Himeræ amnis ostium, imminente, cuius nomen Gelæ adhuc (mons Gelæ namque vocatur) distatque ab Agrigẽto milliaribus quatuor ferè & viginti, ita vt ex Gelæ ruinis illud constructum affirment. Amplificatum nonnulli credunt ab Acate: nomenque deductum. Diruêre Athenienses deinde, Gorgus ex Chio profectus restituit, quæ ante Phalaridis tempestatem gesta reor. Stagnum Geloum vbi fontes duo olim, natura diuersi; vnius namque vnda steriles, alterius autem fœcundas mulieres reddebat, qui fabulosi etsi, hodie tamen non extant. Signum ante vrbem erat Apollinis prægrande, quod victores Carthaginenses Tyron miserunt. Timagoras Gelensis philosophus Theophrasti auditor. Supra Gelam Mactorium, quam Ptolomæus Macharinam appellat, vrbem constituit Herodotus, Cicero Macharensem agrum dixit, hodie Mazarinum. Sinistro Gelensis maris littore Heraclea, quæ & Minoia, vt Liuius tradit, ad notum vergens alluitur, vulgò licet Terranoua, in publicis tamen rationib. Terra Heracleæ dicitur. Minoia, quia ibi Minos Dædalum vestigans occisus creditur, Herodoto tamen Camicum eam vocari vrbem, vbi Minos interfectus, placet. Strabo ait hanc Cocali tyranni regiam fuisse. P. Rupilius prætor noua amplificauit colonia, legemque illis de cooptando senatu conscripsit. Condidisse verò Doriem Lacædemonium Diodorus narrat in fabulis. Ad læuam Ispa fluuius, Lapisa apud eos vocatus. Ad occidentem lacus Lafalconara nomine. Vltra lacum Butera oppidum haud longe ab Himera amne, quod Buterium in nostris annalibus dictum inuenimus. Ptolæmæus Heracleam magis ad occidentem, quàm Agrigentum & Gelam declinantem descripsit, quod falsum esse constat. Post centesimum & octauum annum Geloi & ciuibus & opibus aucti in eodem latere Agragantem Agrigentum, siue vt nostri vocant, Girgentem, vrbem à flumine Agragante, autoribus Aristone & Pystilo condiderunt, vt Polybius ait. Duo sunt fluuii ipso in exitu coniuncti, quibus antiqua vrbs septa est. Draco vnus vocitatus, Sancti Blasii alter nomen sortitus; qui, vbi confluunt, vnus erat Agragas. Nec vana quidem mihi videtur opinio, quibus horum alterum, cui Draco no-

co nomen: Agragantem fuisse placet, vt A- A
gragas primum, vulgari deinde pronunciatione Dragas, postremo autem Draco diceretur. Platina amnis qui viginti millibus passuum ab Agrigento labitur, iuxta Castrum nouum ortus, vbi Suteram & Cammaratam abluit, in pelagus diffunditur: quem Lycum fuisse Diodori Siculi, in eo libro quem de Philippi Macedonum regis gestis scripsit, verbis adducti existimamus. Flumen fontem excipit Oestrum monte Sanctangelo effusum, B
qui ob præcipuum Musarum cultum, fons Musarũ antiquitus appellabatur. Muxarũ postea agrũ dixerũt per quẽ fluit. Estq; haud procul Lafauara oppidulum. Nec desunt tamen quibus ab Agragante, hodie Monte sicco, qui magnanimorum nutritor equorum à Vergilio appellatur, Agrigentum appellari placeat. Vrbem ergo cæteris ditiorem (Syracusanorum etenim diuitiis cedere nesciebant) multis post annis Carthaginenses deleuere. Megalus postea atque Feriscus ab Helea Lucaniæ vrbe venientes instaurarunt, quæ demum à T. Manlio prætore omissis ruinis (vt Marcus Tullius in Verrinis Actionibus scriptum reliquit) & illis, qui superstites, coadunatis, atque ex vicinis adducta colonia, in colle, vbi in præsentia est, Athenæo nomine translata, Ita vt duo Agrigentinorum genera, vnum veterum, alterum colonorum fuerint. Cautum namque erat in senatu cooptando in Scipionis legibus, ne plures essent colonorum numero, quàm ex vetere Agrigentinorum. In foro recentioris vrbis lapis est marmoreus his inscriptus literis. D

Concordiæ Agrigentinorum Sacrum
Respublica Lilybetanorum. Dedicantibus
M. Haterio Candido procos. & L.
Cornelio Marcello Q. E

P R. P R.

PLura erant in illa vetere templa egregiè facta, vnum Aesculapii illa tempestate religiosissimum, in quo signum Apollinis erat pulcherrimum, Scipionis monumentum, C. Verris furtum, cuius in fœminæ literalis minutis argenteis nomen Myronis statuarii erat inscriptum. Alterum Palladis vt lib. 13. scripsit F
Diodorus, vbi Gellia Agrigentinus patria iam capta hostium violentiam euasurus, se cum multis receperat, atq; furente tumultu, moriendum esse potius, quàm hostium in manus incidendum ratus, templum cum his qui aderant combussit. Agrigentini turrim Puzellarum appellant. item & Sanctum Gregorium alterum, quod adhuc stat. Tertium Iouis templum fuit: cui Carthaginensium bellum finem prohibuit; longitudo vt idem autor refert, trecentis & quadraginta pedibus, sexaginta latitudo, altitudo autem centum & viginti continebatur. Idque omnibus, quæ tunc in Sicilia erant, multo fuit maius. Aedificium eo erat artificio, vt columnæ rotundam exterius, interius autem quadratam formam ostenderent. Et in porticu, quæ ad orientem conuersa Giganteum bellum ingenti magnitudine, miroq; artificio sculptũ. Altera verò parte Troiana clades, cui domus Phalaridis tyranni adhærebat. Lapidicinæ, nunc la Cauetta prope vrbem, vnde à Carthaginensium magno captiuorum numero columnæ & lapides exempti sunt. Item & aquæductus ab his plures subterranei fabricati memoria dignissimi, Phæaci, qui de cuiusdam Phæaci nomine dicebantur. Vna erat piscina, quam alibi Diodorus portum vocat, ad ciuium cõmoditatem manufacta, piscium plena. C
Ambitus eius mille fermè passus. Profunditas sexaginta pedes continebat: cycnorum vbi multos nantes erat videre. Quæ mortaliũ dein incuria cæno referta, in agrum tandem, vbi plantarum ingens fuit copia, mutata est. Ager item ad spacium sex propè milliarium Aquilonem versus, albus solo, qui neque herbarum, nec graminis quicquam patitur, multaque continet foramina lutum liquidum vomentia, ac absorptam (si coniicitur) virgam magno cum impetu foras retorquentia. Machalubam Agrigentini nominant. Mos erat illis, equos plures per virgines domi ac pueros alere, adeò vt Exænetum Agrigentinum, nonagesima secunda Olympiade in stadio quum fuisset victor, trecentæ bigæ (autor est Diodorus) quæ ab equis agebantur albis in ciuitatem conduxerint. Plinius quoque plurimorum Agrigentinos equorũ tumulis Pyramides erexisse testatur. Nec multum absunt mirandæ naturæ Salinæ (Cantarellæ Salinas hodie vocant) quæ salem, qui in igne soluitur, densaturque in aqua, gignunt. Iuxta antiquam vrbem ex cuiusdam fontis vnda, Aqua sancta appellata, oleũ elicitum aluum perpurgat. Horum omnium diuitiis pares erant deliciæ. propterea quòd dum à Carthaginensibus, vt idem autor commemorat, continua obsidione maximè premerentur, lege fuit constitutum, ne esset excubantium cuiquam cuscitram amplius vnã, vnum liteum, pelliceamq; vestem noctu habere permissum. Id namq; maximum incommodum putantes decreuerunt. Diuitiæ Antisthenis, & Gelliæ ciuium, luxu atque opulentia probantur. Ille in filiæ celebrandis nuptiis non modò his, qui domi erant, ciuibus sed etiam aduenis cunctis spectatum qui venerant, lautissimam cœnam subministrari iussit. Gellia vir nobilis, prudẽs imprimis, atq;

diues, ita fuit magnanimitate præditus, vt pueri quos in vrbis portis ipse disposuerat, peregrinos omnes domum conducerent. Centum præterea è Gela armati equites quum repentina tempestate correpti, noctu Agrigentum appulere, quibus hospitio exceptis vestes Gellia omnibus præstitit madefactis. Hic ad Centuripinos orator ab Agrigentinis missus, illis hominem statura pusillum deformemq; ridentibus dixit, Agrigētinos ad claras ac formosas vrbes proceros pulcherrimosque legatos, ad infimas vero pusillos, sibique similes mittere consueescere. Acron Agrigentinus philosophus, & medicus ante Hippocratis ætatem Athenis vixit. Empedocles omni propè laude dignus, veluti omni scientia clarus, qui animum esse censuit cordi suffusum sanguinem. Et de eius nomine nepos Empedocles tragicus poëta. Arcinus quoque tragicus poëta, centum & quinquaginta edidit tragœdias. Metellus musicus, Plato à quo musicam doctus. Moscus orator, discipulus & auditor Gorgiæ. Phalaris Agrigentinorum tyrannus, qui primus post Theseum tyrannidem exercuit, autor est Plinius. Huius matrem visam esse videre in somnis aiunt, simulachra deorum quæ ipsa domi consecrasset: ex his Mercurium ex patera, quam dextra manu teneret, sanguinem visum esse fundere, qui cum terram attingeret, refervescere videretur sic vt tota domus sanguine redundaret. Phalaris Laodamantis Cretensis filius, prima infantia parentibus orbus, vxore Erithia ducta, Paurolam filium genuit. Inde ob seditiones domo profugus, in Siciliam commigrauit, atque Agrigenti principatum obtinuit: vir prudens inter omnes, domi militiæq; clarus, literis ac liberalitate insignis. Stesichoro Himerensi poëtæ, qui coniurationis fuerat conscius, ob diuina eius carmina pepercit, fatoque extincto in Aetnæ radicibus sepulchrum posuit. Perillus: huic Atheniensis faber plura opera miro artificio cælata dederat, qui pluribus ob id donatus muneribus, taurum rursus æneum naturali statura maiorem obtulit. ipse nondum reserato artificio, quòd homo qui morti destinatus esset, tauro inclusus supposito flammis non humanam vocem, qua tyranni sæuitia leniretur, sed tauri mugitus ederet, donum benigne accepit. Artificium ille doctus, Perillum, qui tale excogitauerat tormentum, omnium sæuissimum, ac illo cruciatu dignum existimans, eundem faceret periculum adegit. Taurus Carthaginem deinde ductus, atq; à P. Scipione Africano multos post annos restitutus. quem taurum Scipio cum redderet Agrigentinis, dixisse dicitur: Aequū esse illos cogitare, vtrum esset Siculis vtilius, suis ne seruire, an populo. Ro. obtemperare, quum idem monumentum & domesticæ crudelitatis & Romanę mansuetudinis haberent. Mediterranea, quæ Agrigentum haud multum refugiunt oppida. Siculiana nomen à Siculis deductum: Recalmutus, Musulmelis & Sutera cæteris remotius. Narus magnifica ac populosa ciuitas, cuius nomen cum antiquis nulla similitudine comparatur. ab oriente Mons clarus cum arce pelagus prospiciente. hic venam habet rubei sulphuris. Trinacriam vrbem nobilem fuisse, quamquam vbi loci nemini compertum, simul & à Syracusanis euersam planè constat. Zancla vnius milliaris spacio à falcato littore (Polybius licet vnius diei dixisset) portusque sinu, vbi nunc pagus est Chiera nomine, quod post vrbis euersionem, vbi fuisset innuere volētes, hic erat dixerunt: deinde Chiera, à Siculis condita, atque à falce Zancla nominata anno mundi 3434. Siculi enim, vt Polybius & Thucydides scripserunt, tunc falcem Zanclam vocabant: Strabo Naxiorum ędificium fuisse ait. Et Diodorus in fabulis Zanclotum regem ibi regnantem ædificasse, deq; suo nomine appellasse narrat. Postea verò atq; per id tempus quo Aristonus, & Pystillus Agrigentum tenuere, Periheres Cumanus, & Cratimenes Chalcidensis nauibus prædandi gratia in Siciliam semel appulsi, mox iterum suę gentis eò deducta multitudine, Siculos vbi eiicrunt, vrbem suæ adigunt ditioni. His deniq; eiectis, Samii & Ionii Medos fugientes vrbe potiti. Ex quibus vnus Chadmus Chous vir integer, omnique propemodum virtute præditus. Syracusani his adhæsere ob seditionem exules, qui Melchidæ dicebantur: quibus sociis ipsi Zanclei Himeram obtinuerunt. Anaxilas Cretenei filius, Rheginorum tyrannus, non multis post annis eos pepulit, vrbemq; diripuit, nouamq; erexit, deq; suæ patriæ nomine Messanam appellauit (Messana vrbs Achaiæ) promiscua lingua inter Doricam & Ionicam frequētem reddens. Hæc igitur à portus sinu, vbi naualia sunt, & palatio regis Federici ædificio, portaq; castelli ad mare (quod ibi arcem antiquitus fuisse pro certo affirmat) vocata insurgebat, muroq; ædibus incluso, qui Malfitaniam vicum à deiparæ Mariæ egregio ac pulcherrimo fano, Sanctiq; Laurentii ædicula dirimit, tenditq; ad Diui Antonii vsque portā, præcincta: adeò vt quicquid domorum extat, formosissimæ impræsentiarum ciuitati augmento additum deinde fuerit. Cæterum quum vita functo Anaxila Micithi ferui, tutelæ filii puerilem ducentes ætatem crediti essent, Micithus quem sanctè gesserat, postea quam ex ephebis excesserē, illis reddidit principatū. Quæ omnia gesta sunt ante Mamertinos Campaniæ populos, quos sub Agathocle Syracusanorum rege militantes sitū vrbis, & opu-

opulentia allectos rupta fide, quia per amicitiam recepti erant, illis omnibus pulsis Mesanam occupasse diuisis inter se agris, nulli dubium. Messana igitur vrbs hodie satis prospera, satisque pollens, ab Italiæ finibus Charybdis freto, portuque natura ipsa facto discreta, ab occasu collibus munita, tritici messibus, quia montibus clauditur et pelago, caret nemoribus, abundat: sed tota propè eius messis in mororum foliis consistit: Probatissima enim à Messancis lana serica in multas Europæ partes mittitur. Portus tutissimum diuersorium, qui Charybdis, Scillæque rabies superare pertentant, eam vrbis partem alluit, quæ ad orientem pertinet. pars antiquissimi aquæductus ante ædem diui Francisci apparet. Fons est in ipsa ciuitate perennis, atque saluberrimæ aquæ iuxta portum, quem Leonis puteum ipsi vocant. Ac etiam insignis pila, nec ante patrum nostrorum memoriam facta, quo potum equos agunt (Biuiratoram hanc vocamus) omnibus quæ in toto ferè orbe pulchrior. Longitudo eius pedibus trecentis fermé & viginti septem, duodecim latitudo continetur. ipsam vna maior, atque altera minor strix cingit. In capite pila quadriformis ingens constituta: è cuius centro columna super leonibus quatuor marmoreis insurgit, & super ea altera rotunda pila cum columella & extrema pila, qua super Messana ipsa è marmore habitu muliebri, cuius in pectore Siciliæ insignia sculpta. Aqua autem perennis ab extremam, per subterraneas fistula decurrens, vbi ducitur quasi de castello, per foramina vsque ad quadriformem (quam diximus) pilam, defluit. Hinc rursum ab omnibus his seiunctàm per foramen defluit pilam, atque per cæcos meatus confestim in magnam ex marmoreæ Sirenes colubrum in manibus tenentis vmbilico decurrit. Altera vero parte puer nudus è marmore supernante delphino, qui ex naribus aquam emittit, cum lyra, cantanti similis. Effigies lapideæ duæ Scipionis, & Annibalis antiquitate ferè corrosæ in maioris templi porta visuntur. Sanctæ Prophoniæ templum Castoris & Pollucis, vti ferunt, antiquitus fuit. Extra verò vrbem veneris ædiculam, quæ prope portam gentilium mœnium nominatam in radicibus montium. Sanctæ Veneri religio dicauit Christiana, quam hodie diruunt. Ac etiam fama est Neptuni id fuisse templum, quod Diui Nicolai in lingua Phari ruinis propemodum affectum hodie vocant. Domusque erat regia tribus millibus passuum ab Messana ad meridiem, cuius adhuc extant vestigia, locum regis Castaguitum vocant, vbi fons. Latus vrbis quod vergit ad meridiem, amœnis ac locupletissimis pagis stipatur. per Valeriam viam, autor est Strabo, Messana Lilybeũ pergebatur. Fuit Messaneus quidam eius homo nobilis maximè locuples, minimeque auarus, cuius domus erat optima Messanæ, quam modò vetustate affectam cõtra propemodum Antistitis, palatium, est videre, Et in ea sacrarium perantiquum in quo signa pulcherrima quatuor, vnum Cupidinis marmoreum Praxitelis opus: Parte ex altera Hercules egregiè factus ex ære, quem Myronis fuisse fama vulgabat. Erant præterea duo signa ænea non maxima, verũ eximia venustate virginali habitu, quæ manibus sublatis sacra quędam reposita in capitibus sustinebãt. Canephoræ ipsæ vocabantur. Sacrarium, hodie vetus est ædicula Diuo Michaeli dedicata. Aedes in ea vrbe, vt supra memorauim', Sãctæ Mariæ, quæ proximis annis pulcherrima columnis, celebriq; pauimẽto extructa: insignis Archiepiscopi sedes. Symmachus Messaneus septuagesima octaua Olympiade victor fuit in stadio, in duodecimo libro vti scripsit Diodorus. Leontiscus Messaneus fortis supra hominum vires, cognomento Acrocherstites. Euhemerus omni ferè scientia eruditus, qui de deorum natura scripsit. Dicæarchus Peripateticus Philosophus, & orator summus Messaneus Aristotelem audiuit, situm moresq; Peloponẽsi scripsit, suisq; legem edidit; hic quia difficilis erat animi, quid aut qualis esset, intelligentia, nullum omnino animum esse dixit. Aristoteles Siculus Messaneus de morali, ac naturali, philosophia decem scripsit libros. Ibicus poëta Lyricus & historicus. Hic à latronibus quũ iam interceptus, antequã interficeretur, grues volantes suspiciens, Illis vos, inquit, saltẽ meæ mortis vltrices eritis. Paucis post diebus fortè euenit, vt sedentes latrones in theatro spectandi causa, volantes grues conspexerint, atq; submissa voce alter alteri, Ecce, ait, grues Ibici: quod secus sedentes vt audiuere, prætori renunciarunt: quapropter capti latrones, ac iudicio conuicti, laqueis crimen luerunt. vnde prouerbium in re certa, Grues Ibici. Lycus Latine lupus, cui & Butheras tum nomen, historicus, à quo de Sicilia multa scripta relicta sunt. Polycletus Phalaridis tempestate Messaneus, diuinæ mentis medicus. Colam cognomine Piscem, naturam piscium habentem cunctos mirari oportet. Quoniam ad ima descendens maris, biduo vti piscis cibum capiens inter mortales illæsus deinde visus, tametsi Charybdis voragines, cauernasque semel & iterum scrutatus, primorum precibus tertium tentare ausus nunquam esset egressus. Ioannes Gatius paucis antè annis Messaneus Cephaleditanus episcopus, Philosophia nostræ que Christianæ religionis scientia longe eruditissimus: amicis sæpe dixit, Sacros libros, si fortè amitterentur, ob firmã suã memoriam se posse

posse referibere. Andreas Barbatius iurisperitus Messaneus. Oppida casæúe plures inter Messanam,& Tauromenium in montium saltibus disposita. Quæ supra fretum, Fortia, Limina,Salecta,Stala,Sauoca,Casale vetus,Ali.Mandanichi,Locadi,Giudimandri,& Lipaglara. Flumen Enises,nunc flumen de Nise, cum oppido eodem nomine, quod Phaonem habitasse volunt. Venæ hic, quæ aurum, argentum, Porphyritumque marmor gignunt passim reperiuntur: sed quæ alumen cæteris omnib.abundantior.Argentum postmodum promontorium,quod apud Siculos Caput Sãcti Alexis dicitur,quatuor,& viginti à Messana milliaribus distat,sex à Tauromenio vrbe.Parte ex altera haud procul ab ipso Peloro duo sunt lacus,alter horum minor,quem,quòd ibi anguillæ quæ in Scyllæo piscantur freto, nec prægrandes quidem,sed gustu cunctis omnibus elegantiores capiuntur, perfossa terra fluctus admittere crediderim. Circa Messanam, & Mylam aresceré fontes hyeme, æstate verò scaturire Plinius testatur. Ad Pelori lævam Falacrium promontorium, Rasoculmum à nostris nuncupatur: secundum quod Farum, Sanmichelis,Sangeorgius,Gibisum oppidula. Et montana Castanæa & Lamassa: Et vltra in maris littore turris Diuetus vocata,Dimethus à Ptolemæo. Sed antequam ad Mylam ventum montosa oppida Carbarusa, Babusa, Saponara,Sammartinus: & post torrentem Vineticum,& Ramecta,supra item alia existunt, Rocca,Mauroiannis,& Monfortis,inter vtrũque torrens. Et mox Gualterius oppidum,& Tyrrheno littori propinquus Condro, cum flumine eodem nomine. Nec multum distat fluuius, simul & vastus torrens sine nomine. Verum medio in loco oppidum Sancta Lucia. Et mox Myla vrbs,Mylazum modò nuncupata,quam & mari & portu propè cinctam,vi capi difficile esset.Zanclæis hanc detentam Strabo commemorat. Phocylides in ea ortus ciuitate,Theocriti Syracusani tempore poëta. Et à littore parum remota oppida recentiora, vt opinio mea fert: Castrum Regale, à quo octo milliaria non amplius Fons Veneris distat sulphureus, quem Sanctæ Veneris fontem vocant,atque eò quia scabiosos sanat, miraculosum credunt,ibique fluuius oritur. Item in montibus Tripis,Raccuia,Samperis,& Monsalbanus Rinaldi villæ nouæ sepulchrum. Ad fontem autem Heliconis fluminis Noara,ibidem Furnaris est. Heliconis superato ostio Tyndaris vrbs in paruo tum sita tumulo mari imminebat,nunc penitus euersa.quam à Tyndaro Ledæ patre conditam ferunt. Veruntamen à P.Scipione hostium spoliis ornatam omnino cõstat: inter quę Mercurii simulachrũ pulcherrime factum, Tyndarum hodie locum vocant,Diuæ Mariæ vbi ædicula, ac nundinæ anniuersariæ celebrantur antiquitatis monumentum. Fama est ad hæc loca cum Dianæ Fascelis simulachro Orestem appulisse. Mox ad occidentem Thimethus fluuius. Vltra ostium Pactæ vrbs contra Aeolias insulas passibus mille à mari posita,Antistitis decorata dignitate: de qua quod ab autoribus nihil inscriptis relictum est,nec à Tyndaride ad Agathyrsum vllos populos habitasse legimus,eandem siue ex Tyndaridis ruinis erectam, siue recentem esse censemus. Suntque vicina parua oppida, Librizis, Giusaguardia, Montagna, Casale Pactarum. Inque fœcundis nemoribus, nec pelago procul Aluntium accessu difficili, Sanctangelum nostri appellant Populi tum Aluntini,autor est Cicero. Medio in loco oppidum recens,vt reor, Lasicarra nomine: paruumque alterum Pilainus, & supra Limartini oppidulum: Et quidam amnis, qui nullum apud iuniores sortitur nomen,cui proxima arx iuxta littus Brolus nomine (Ad Tyrrhenum hæc spectant vsque ad Drepanum) luxta fluuium Sinagra. Vchria,& Nesus nunc Nasus,à Nesia regione iuxta Aetnam sic dictum haud ignobile, millia quatuor à mari seiunctum. de quo Ouidium, cum dixit, Nesiades matres, Sicelidesque nurus. feciſſe mentionem magis,quam de Nisa arbitramur. Quippe est ad orientem ædicula parum distans, quæ sancta Maria Nasida nuncupatur. Huius finibus oppidum Castanæa,atque Longi oppidulum inseruntur, & mox Mistrecta, quæ Amastris antiquitus fuit. Sunt & montuosa plura oppida, nemorosaque ad Cephaledum,& Himeræ ostium. Galatis oppidum, Galata à Plinio vocatum, Galathæ patria. Turturicis, cuius ciues conflandi metalla peritissimi artifices, suo cum fluuio, & transfluuium Myrthus oppidum, quod à *mari sex* distat milliaribus,cum suis pagis:Myrt*hilone*, Saluatore, vtroque Crapi,Belmonte, & Frazanonæ: Item Sammarcus, & Chida flumen memorabile Rosmarini flumen vocatum: Militellus, SanFradellus duobus fluuiolis oppida diuisa: & oppidulum Alcara: Tumulus, qui est inter Tyrrhenum littus Sanfradellum, quod nominauimus, oppidum, in quo trium fratrum Alphidelphii, & Cyrini Martyrum hodie fanum est, antiquissimæ vrbis plura continet vestigia, quam Agathyrsum fuisse prædicant, propterea quod à Tyndaride triginta millibus passuum Strabo reposuit, ac Ptolomæus etiam id sentire videtur. Ierenses, ac Pithienses à Plinio citati populi, oppida Giracis, atque Pithinæum. Circa Giracim Sanctus Maurus & Castellutius. In iugo Halesa ciuitas,

quam

quam Halesinàm Marcus Tullius vocat, modò vt tantum suadet coniectura Catonia: Nisi quis id esse mallet, quod Colisanum. Halesinis pro multis, & magnis in rempublicam Romanam meritis, atque beneficiis decreuit senatus vt C. Claudius Appii filius Pulcher de senatu cooptando leges conscriberet. C. Claudius leges dedit, in quibus multa sanxit, de ætate hominum, de quæstu, de censu, deque cæteris rebus, quæ apud illos diu valuere. Dio Halesinus fuit nobilis & diues, àquo C. Verres sextertia decies centena millia auferenda iussit. Vltra duo fluuii sine nomine. Ad fontes alterius oppidum Lamotta, cognomento Fermo. Tusa inter duos fluuios à mari duobus miliaribus seposítum. Et Pollina, cum flumine, quod Aletem fuisse, nisi de Apolonienſibus Cicero dixisset, pro certo haberē. Oppidum est paruum, à montis cacumine, densisque nemorib. mare perspectans, quod Timoleon Corinthius Leptino victo tyranno libertate donauit. Monali ostium inter Cephaledum, & id de quo diximus oppidum, medium locum obtinet. Et ipsa sub alta rupe Cephaledus, aliisque montibus constituta pelago alluitur Tyrrheno, hodie Ciphalu. In ea ædes sacra, quæ Antistitis est sedes, à Rogerio maiore dedicata. Cephaleditano pelago thynnorum magnà captura, quorum oua stringunt premuntque, ac salsamento condunt. In montibus oppida Castellum bonum, Gracteris, Asinellus, quod an ab Asine flumine, de quo Plinius meminit, traxerit nomen, dicere non possum. Himeræ amnis insulam diuidentis, vt Liuius scripsit, duo sunt ostia diuersa, vnum Cephaledo proximum ad Tyrrhenum erumpit: Prope Gelam alterum in Libycum effunditur mare, Flumen salsum hodie vocant. Eodem nomine Himera vrbs à Zancheis, Euclide, Simo, & Sacone coloniam ducentibus detenta, quibus Chalcidenses plurimi, ac Syracusani exules ab altera factione separati, auxilio venerunt. Distabat à Termis octo ferè miliaribus, in paulo eminentiore loco posita, amnis ostio eas diuidente. Structura omnis lateritia propter lapidum penuriam. Eius templa Gelo Syracusanorum tyrannus Carthaginensium spoliis ornauit, quorum manibus multis pòst annis ea delcta, hi qui excidii calamitatibus superstites fuerant, ad Termas se receperunt, exhausti oppidi in alterum transfundentes reliquias. quam ob causam Termæ Himeræ ab hinc nuncupatæ. Cicero in Verrinis Actionibus est autor. In ea signa erant ex ære plura: quæ, Carthagine victa, vt P. Scipio reportauit, sic Verres postea substulit. In illis mira pulchritudine ipsa Himera in muliebrem figuram habitumque formata, quæ cornu in manibus floribus ac spicis plenum tenebat, quæ adhuc sunt ciuitatis signa. Stesichori etiam poëtæ statua senilis, incurua cum libro. Stesichorus Himerensis poëta, sacrum quem & scientia clarum, Musarumque eruditum appellat phalaris. Et Plinius in Stesichori ore infantis lusciniam auem ceciniſse refert Horatius Flaccus graues Stesichori Camœnas vocat. Fama est Stesichorum in Helenæ vituperationem carmina edentem ab Castore & Polluce infensis oculis priuatum; Postea Apollinis responso monitum in laudes eiusdem scripsisse, ac eo quod amiserat, restitutum beneficio. vita huic functo templum a Phalaride dedicatum, sepulchrumque in Aetnæ radicibus contra Catinam erectum. Thermæ Himeræ, vt dictum est, vltra amnis ostium hodie Termini vocatur, frumenti nobile emporium, in alto colle sita est, cuius pars, quæ mari imminet, in rupe, & ibi arx in præsentia. Aquæ ex rupe manant calidæ iuxta littus ciuitatis, à quibus nomen adepta, vbi etiam nunc perantiquum sanè, ac structilè suis cum concamerationibus ædificium, vbi ægroti multi conueniunt. In fabulis legimus, fontes calidos Mineruæ Hercule veniente nymphas aperuisse. Quæ in hunc diem sunt antiquitatis fragmenta. Aquæ ductus, aliquibus cum pontibus torrentes sub quibus nonnnulli in mare erumpebant, plumbeæque fistulæ, & Aquæductus etiam plumbeus semidirutus: Amphitheatrum ruinis ferè affectum cum scalis compluribus quadrato instructis lapide. Pyramis vna marmorea multis statuis inciſa. Estque in vestibulo recentioris templi, marmorea tabula fixa parieti, his inscripta literis.

G. Massio Aquilio

Fabio Titiano Cv. Cos.

Optimo ciui, ac Patrono Benemerenti ord. & populus splendidissimè Col. Aug. himerorum Termit. pecunia sua posuit.

Pars quoque Astenii domus vbi marmor his literis inscriptum Astenii ædes. Astenius homo primarius, & diues, qui ante C. Verrem prætorem multis propter suas diuitias, postea propter suam calamitatem atque prætoris iniuriam omnibus fuit notus. Signum Cupidinis huius Astenii nomine inscriptum argenteum cum lampade à Thermis ad Veneris Erycinæ fanum translatum fuit. Madunia mons ab Himera ad Politium vsque distensus, cuius pascua pascentium ouium dentes auratos faciunt. Is Nebrodes est,

est, vti reor, vbi damarum copia, à quibus nomen habuit. Flumina duo propè Thermas Panhormum versus collocant. Agatheriam vnum hodie nomine & Teresiam alterum, quod fontem Trabiæ esse opinamur. In iugis mediterranea oppida, ac recentiora quidem, Calatauulturus, paruumque Sclafanis. Caccamus de quo supra diximus, Thermis propinquius, quod Soloentem, & Panhormum non multum refugit. Acræ (de Acrensibus populis meminit Plinius) & Casmenæ à Syracusanis habitatæ sunt. Acræ septuaginta annis post Syracusas, viginti Casmenæ post Acras: quæ vbi fuissent, nullum docet argumentum: nisi sit Acræ Claramons oppidum, vt principio Acræmons postea Claramons esset appellatum. Cui vicinum oppidum recens hodie Mons rubeus nomine. Casmenæ autem Comisum vocamus, vbi fons vberrimus. Ii quoque Syracusani centesimo ac trigesimo quinto anno post Syracusas ab Archia amplificatas, Dascone, & Menecolo autoribus Camerinam vrbem inter Pachynum & Lilybeū, de qua Vergilius, condidere: hodie Cammarana dicta, cum flumine, prorsus euersa. Conditores eam postea deleuêre, restituitq; Gelo (Thucydides Hippocratem Gelætyrannum restituisse ait) rursus idem Gelo diruit, ac etiam demum nouam deducens coloniam erexit. Est vicinus amnis Dirillus modò nuncupatus, ab occidente qui apud Bidenos ortus, à Libyco tandem excipitur mari. Inter vtrunque oppidulum paucis contentum casis, à nostris Lobiscaris appellatum. Nunc de his, quæ inter Camerinam & Pachynum sunt dicendum. Palus igitur, quam desiccatam ferunt, quaque vrbem captam, ab ipso stagnante fit flumine. Fons item est iuxta Camerinam, cuius ostium Graphuscolarum vocant. Alter verò fons Dianæ in agro Sanctæ crucis, modò Paradisus nuncupatus, de quo Iulius Solinus fabulosè meminit. Ae vrbs affecta cladibus, cui in præsens Longobaldo nomen est iuxta mare quam Bruccam antiquitatem appellasse mihi persuasum est. Mox flumen Limaguni appellatum, apud Ciratanos populos, quorum à Cicerone facta est mentio, qui Ciratanam incolant oppidum, nostra ætate Iatratanam, oritur: ac Ragusam quod est recens nomen, interluens, mare haud statim ingreditur, quod Hirminium antiquitus fuisse existimo, Plinius inter Camerinam, & Pachynum reposuit. Et medio fermè itinere inter hoc, & Motucanum amnem Annælucatæ fontis ostium exiguum, qui littus parum refugiens an ab Achate lapide nomen sibi vendicasset, quis nouit? contrà, aquæ dulcis scaturigines in salsis videntur vndis. In dextro maris littore turris recens, Puzallus nomine: atque fons deinde Fucallus nuncupatus. Motuca oppidum mediterraneum quamuis, non multum tamen ab Afro pelago remotū, populosum valdè, Modicam quod nos vocamus, ad amnis fontes situm. Quarto supra id oppidum milliario puteus Prunorum dictus, vndam hyberno tempore pedibus ferè duodecim sursum èmittit. De Muticensi agro Cicero in Verrem fecit mentionem. Amnis vbi Xiclim longe amœnissimum oppidum (quod Siculum tunc dictum puto) adit, sese in pelagus effundit. Nec mediocri quidem magnitudine fontes tres inter hunc, & Elorina stagna, medium locum obtinent, ostia omnes, duo tantum piscosos lacus facientes. Samueli vni hodie nomen, alteri Sancti Pauli fons. Lacum autem non eodem nomine: nam Circhurim vocant. Tertius est in planicie Lafauara dictus, iuxta Spacafurnum exiguum oppidum, quod *Ispicæ* fundum, ab Ispa flumine deducentes nomen, in publicis vocant rationibus. Ipsa flumen, quod à Motuca quatuor milibus passuum oritur, locum Ispicam dicunt, raptis secum multis fontibus, postquam Spacafurnum ipsum relinquit, piscoso facto stagno Busaitono nomine, in mare Libycum diffunditur. Et mox ipsa Elorina stagna iuxta Pachynum.

Præterquam ea, de quibus supra diximus, plura erant in Sicilia oppida, quæ modo non extant, partim enim defecere. Strabo quæ inter Catinam, & Syracusas fuerant defeciſſe, multa quoque meridionali in latere ab Carthaginensibus deleta memorat. Nec hodie quidem Megara peninsula, atque parum à mari remotis Hybla, & Leontino exceptis inter Catinam ipsam, & Syracusas aliqua inueniuntur. Partim verò in noua translata, prisca illa penitus amiserunt nomina. Quapropter illis indagandis quo magis operam nauamus, quum nulla eorum quæ extant, vel *similitudo*, vel vicinitas, vbi loci fuissent, arguat, eò minus, quæ sint quæue fuerint, explicare possumus: Veruntamen operæ precium est, vt apud autores inuenta sunt, ita ea describere. Callipolim à Naxiis erectam, atque Eubœam à Leontinis apud ipsum Stranonem legimus. Plinio de Turpinis facta est mentio, & item de Nepinis, Edinis, Heubolensibus, Mutustratis, Magellis, Paropinis, Semellitanis, Trisinensibus, Triocalinis, quorum ciuitas Triocle a Ptolemæo appellata est. Ipse insuper Ptolemæus ciuitates numerat Abacenam, Tissam, Agurium, Sergentium, Legum, Acrimā, & Phthinthiam. Cicero verò de Acherinis, & Letinis meminit. Liuius Accillas vrbem, flumenq; Anatim dixit. Lex erat in Sicilia, quę senatores vel gratis, vel suffragiis faciendos iubebat. Prętor per triennium durabat. Bini Censores in singulas creabātur ciuitates. Cōsuetudo prętere-

rea erat,

rea erat, quod suos dies mensesque congruere vo-
lebant cum solis lunæque ratione, vt nonnunquá
si quid discreparet, eximerent vnum aliquem diẽ.
vel biduum ad summum ex mense, quos illi Exe-
resinos dies nuncupabant: item nonnunquam v-
no die longiorem mensem faciebant, aut biduo:
autor est Cicero libro quarto Verrinarũ actionũ.

Cæterum quia plerosque audimus illis, qui vr-
bem Syracusas tantæ fuisse potentiæ narrant, tum
instanter aduersari, tum leniter, quasi timidè cre-
dentes, annuere, de his pauca facienda verba iu-
cundissimum fore iudicauimus. Quippe & regali
potestate, & magistratu totius insulæ Siciliæ Syra-
cusanos imperio potitos facilè probabitur. Gelo
igitur Syracusanorum rex Carthaginensibus bel-
lo iam profligatis, vniuersæ Siciliæ dominatum
obtinuit, quem Hieroni fratri (hic superior fuit
Hiero) postmodum ex testamento reliquit. Victo
item aliquot post annis Thrasybulo tyranno, cæ-
teras Siciliæ ciuitates libertate ipsi Syracusani do-
narunt: hincq; pax alta ad Dionysii vsq; tempes-
tatem: quare Ioui liberatori ingentem statuam dedi-
carunt. Aduenas item complures, qui in ciues a-
scripti belli necessitate fuerant, officio quocun-
que fungi minimè posse lege sanxerunt, autor est
Diodorus libro vndecimo. Idem autor, cæteris
iam in potestatem redactis, Trinactinos, qui ob-
temperare recusabant, ab ipsis Syracusanis victos,
vrbemque direptam fuisse, in sequenti libro testa-
tur. Strabo præterea reliquos Siciliæ populos Sy-
racusanorum ditioni adactos, in suis scriptis reli-
quit. Et Dionysius demum superior, vniuersæ Si-
ciliæ imperio occupato, forti cum manu in Italiá
copias traduxit. Ac vbi Romanorum prouincia
Sicilia facta est, Syracusis prætoriam domum, ibi-
dem qui ius dicebant, iudices mansisse, nemo est
qui improbet. Cicero enim libro quarto in Ver-
rem, de Sopatro quodam loquens: *Causa*, inquit,
rem, causa agitur Syracusis. In eodẽ Stenium Ther-
mitanum dum defendit: *Edicit*, ait, *statim, vt calen-
dis Decembribus adsit Stenius Syracusis.* Ibidem quum
de Censoribus faciundis diceret: *Concurritur*, in-
quit, *vndique ad istum Syracusas: flagrabat domus tota
prætoria studio hominum, & cupiditate.* Item libro se-
ptimo ait, *Eo tempore* (de C. Verre loquendo) *ad lu-
xuriam, libidinesque suas domo sua regia, qua regis Hie-
ronis fuit, qua prætores vti solent, contentus non fuit.*
Fuisse igitur vrbem Syracusas omnium Sicilien-
sium facile principem fateamur oportet.

Sed nunc de principatu dicendum. Phalaris
primus, eodem tempore, quo Tullus Hostilius re-
gnabat, Agrigentinos domuit. Ad cuius ætatem,
nisi seculorum imperitiæ vitio demus, omnium
rerum famam, eo quod nihil memorabile com-
pertum, per silentium venisse arbitramur. Tame-
si Aemilium Sensorium Segestæ tyrannum fuisse
in Parallelis Plutarchus memoret: & Anaxilaum
Messanæ regnasse, vt satis dictum est, multi auto-
res probent. Telemachus deinde & Eumenides
filius. Is Enesidemum creat Theronis patrem,
Therone Terillus ortus, Cleander item Pataræus
Gelæ tyrannus à Sibyllo interfectus: cui frater suc-
cedens Hippocrates ad Hyblam Siculis bello illa-
to morte occubuit. Cuius filiis imperio, quo non-
dum maturi erant, fraudatis, Gelo, qui equitatum
duxerat, regnauit Gelæ ortus, à Telo insula oriun-
dus. Hic id temporis, quo Xerxes Persarum rex,
facto in Hellesponti angustiis ponte, in Græciam
[illegible]iecit, Syracusanorum rex creatus. Hiero poste-
frater principatum accepit, is qui Catinæ eodem
tempore extinctus, quo ad Cremeram, vt Diodo-
rus scripsit, trecenti Fabii vna die cecidere. Thra-
sybulus frater huic successit, qui Syracusis tandem
ejectus apud Locros miserè vixit, obiitque miser-
rè. Duretius Menaninus Siculorum tyrannus, &
Dionysius superior non modò Syracusanorum,
verum & totius insulæ Siciliæ dominatum obti-
nuit. Dionysius inferior illius filius, qui exul Co-
rinthi ludum aperuit. Agathocles sordido genere
ortus rex deinde Siciliæ, quo morbo implicito, at-
que dein mortuo, Pyrrhus Epirotarum rex, quum
iam esset in Italia, à Syracusanis accitus, rex appel-
latus est. Hiero rex Syracusanus, qui etsi ab Gelo-
nis stirpe, natus tamen ex ancilla. Hic cum Roma-
nis, quia Appium Claudium Mamertinis auxilio
Senatus populusque Romanus miserat, (quæ pri-
ma Rom. nauigatio fuit) fœdus pacemque fecit.
Cui Hieronymus nepos puer successit. Qui quum
moribus multum dispar esset, Leontini confossus
vulneribus occubuit. Ex prætoribus deinde Ro-
manis, P. Cornelio, & Octacilio, postea M. Mar-
cello Sicilia decernitur, à quo vrbs Syracusæ ca-
pta Senatui dehinc, populoque Romano, atque
imperatoribus Sicilia vniuersa obtemperauit, do-
nec Georgio Maniacho, & mox à Pœnis occupa-
ta. Multis deinde post annis Rogerius Tanchre-
di Normandi filius, victis ejectisque Pœnis eam-
dem obtinuit: cui filius anno post Christum mil-
lesimo centesimo tertio Rogerius rex successit.
Duo Vilielmi Malus, & Bonus postea regnarunt.
Tanchredus Vilielmi spurius, Constantia sorore,
quæ legitimo orta matrimonio, in cœnobio reli-
gionis sacris dedicata. Hæc demum illinc exempta,
Henrico Romanorum Imperatori in matrimo-
nium data, in sua propemodum senectute Federi-
cum genuit, quo Corradus, & Manfridus spurius
creati: quorum demum altero demortuo, Manfri-
dus regnauit fratris filiorum tutor, quem Carolus,
qui comes Prouinciæ dicebatur occidit, occidit-
que Corradinum Corradi filium. Quamobrem
Galli Siciliæ annos fermè decem & septem do-
minati, quibus à Siculis ferè omnibus, anno 28.
trucidatis, Petrus Aragonum rex decernitur: huic
etenim Constantia Manfridi filia in matrimoniũ
ducta: Qui Alfonsum, Iacobum, & Federicum
crearunt. Ex quibus Iacobus, Federico fratri natu
minori relicto regno, in Hispaniam remeauit. Fe-
derico Petrus natus est: Petro Lodouicus, qui re-

Digitized by Google

gnum accepit, quo vita functo, Federicus frater Mariæ pater, & Martinus eiusdem Mariæ coniunx, moxque Martinus pater. Et post hunc Ferrandus, quem Castellæ infantem vocauerũt. Quo Alfonsus, & Ioannes orti. Alfonso, filiis duntaxat spuriis relictis, Ioannes frater successit. Ioanne Ferrandus natus cognomento Catholicus, Ferrando Ioanna, qua Carolus Quintus Imperator Optimus Maximus.

CL. MARIVS ARETIVS ANDREÆ ARDVINO CÆSARIS CONSVLtori.

ETsi grauioribus negotiis impeditus, ab aliis quibusuis curis iure optimo abstrahi deberes: Aristotelis tamen vti initiatus documentis, qui intelligentem quemcunque quadã propemodum necessitate etiam phantasmata speculari oportere dicebat, tot rerum sarcinis aliquãdo remissis ad nostra iucundissima studia tua cum dignitate te humanissimè confers: quod Ciceronem, quodque Cæsarem fecisse constat. Quum igitur res huius insulæ Siciliæ nequaquam satis explicatæ essent, eò quod nemo primordia, conditores, simul atque ruinas ad nostrum vsque tempus vno perstrinxit volumine: tu omnis scientiæ, omnisque antiquitatis diligentissimus indagator, quum vna toties cum amicis essemus, quorum cõsuetudine familiarissimè veteris, qui primum Siciliam inhabitassent, quique ciuitates, & oppida erexissent, atque ea, quæ deleta, diruissent, à me peraccuratè quæsiuisti, quasi persuadens, vt de his quicquam memoriæ commendarem. Quamobrem ipse tua autoritate motus, quæ apud plures autores inueni, atque vno perstrinxi fasciculo, in lucem protuli. Ac demum Elisabellæ diuinæ propè mẽtis mulieri, Ferrandi Gonsagæ coniugi Mulfertanorum principis, qui Cæsaris in Sicilia vicem gerit, tua ipsius persuasione inscripsi. Proinde si id totum, quod legisti minus aptè, aut candidè scriptum tibi, cæteris que in hoc genere scribendi disertissimis autoribus videretur, non mihi quidem attribuenda erit culpa, sed tibi, qui graue opus mihi perficiendum præcepisti. Vale.

CL. MARIVS ARETIVS BALDASSARI SACCANO.

SOlent multi, Baldassar Saccane, munere non æquis viribus imposito, iussa capessant necne, diu multumque dubitare. Veruntamen quam difficilius sit, quibus plura debemus, id quod imperant negare, quàm efficere, ne ingratitudinis crimini dari possit: deliberatione quadam, quæ vires animumque omnino facit, vel arduam prouinciam sumere æquum esse arbitrantur. Suasisti, quum de his multis cum primoribus ageretur, vt situm nostræ insulæ Siciliæ Latinis literis illustrarem. Quod etsi ingenii vires atque mentis imbecillitas diffuasissent; mandatũ tamen, qui iubere potes, adeo impulit, vt veluti qui æstuantis Scyllæ, Charybdisque freto noctu se credere malunt, quam ei, qui iusserat, abnuere, fecerim pro viribus. Tu igitur vt quæsturam Messinæ sanctissimè geris, vt tot amicos, quibus comitatus & honoribus assiduis, & beneficiis prosequi minime cessas, sic animum, sic obedientiam læto cum vultu accipias, fauealque cœptis, vt ad maiora me impellas.

FRANCISCVS LIO AD LIBRVM.

Inuidiose liber pauidè quid pergis in orbem?
Forsitan inuidiam, verbaq; dira times?
Perge libens, tanto quid turba nocebit honori,
Liuida? Liuorem non nisi parua timent.

Digitized by Google

ANTONII PHILOTHEI

DE HOMODEIS SICVLI,

AETNAE TOPOGRAPHIA, INCENDIORVM QVE AETNAEORVM HISTORIA.

PER R. D. NICOLAVM ODDVM PATAVINVM in lucem edita, & à quamplurimis, quibus passim scriptorum incuria scatebat, erroribus expurgata.

ILLVSTRISS D. Ioanni de Vintimillibus,

HIERACENSIVM MARCHIONI, DOMINO SVO.

D. Nicolaus Oddus Patauinus, S.

INNATA animi vitium longè omnium teterrimum (Princeps Illustriss.) quantum abhorreant, quantumq; detestentur homines, vel ex hoc facile dignosci potest, vt qui huiuscemodi vitio laborant, vitam fœdissimam ac miserrimam degere sibi ipsis videantur Quotus enim quisque est qui aliter sentiat? Publica nihilosecius hominum querela est, pauciſſimos esse qui de bene merentibus, non inuicem possime mereantur. O misera horum hominum conditio! O vitium Deo, hominibusque exosum! Nam si natura insitum est, homines vt hominibus Dii sint, etiam si nulla intercedant officia: A quas gratias Principibus de nobis bene meritis, (vt par est) habebimus, agemusue, si minus referre poterimus? Illud proprium brutorum est, fructum arboris sub arbore vesci. nec ad arborem (vtpotè fructuum dominam) vnquàm oculos erigere. Horum ego nescio an dicam hominum, seu brutorum detestabilem, ac funestam pestem à teneris annis abhorrens, eius semper fui voluntatis, vt si daretur occasio, partem aliquam B assequerer aliorum in me meritorum: sin minus, quibus verbis possem, ostenderem me cum memorem beneficiorum, tum non ingratum virum. Cum igitur maxima, Sole clariora, omnibusque nota extent in me tua, non dicam officia, & beneficia, sed merita, ne detestabili ingratidudinis vitio in hominum cœtu contabescere compellar, quotidie apud memetipsum cogito, quod nam potissimum tibi gratum famulatum præstare possim, quodque saltem signum clarum omnibus darem, & grati mei animi, & meæ in te perpetuæ obseruantiæ: tibi enim tantum debere existimo quantum persoluere tibi præcipuè Principi magnanimo difficile esset. Et cum per hoc tempus nullum ingenii mei fructum tibi degustandum præbere possim, (qui propediem luci impertientur.) Hanc Aetnæ Topographiam Philothei Homodei

Digitized by Google

Siculi, hominis meo quidem iudicio in conscribendis historiis non vulgaris, nominis tui splendore præfulgentem in lucem prodire curaui, vt sciant homines, te mecum Dominum, ac Mecænatem vnicum esse, cui quantum possum, iure meritò debeo. Quam Topographiam tuo adscripsimus nomini, quippe quæ non parum præstabit illi authoritatis, & gratiæ. Hoc igitur qualecunque fuerit opusculum, sub faustissimis auspiciis tuis euulgandum esse censui, cumque res sit historica & delectabilis, fore non dubito, quin tibi Principi huiuscemodi studiis incumbenti periucunda futura sit. Tibi igitur primario Siciliæ Principi primarii Aetnæ Siciliæ Montis Topographiam sure debui nuncupare: quod si exiguum erit hoc seruitutis meæ monumentum, faxit Deus, vt animum non exiguum agnoscas. Vale Principum decus: meque (vt facis) ama.

Perusii, Calend. Sept. M. D. XC.

SONETTO DI D. NICOLO DE GLI ODDI, IN LODE DELL' Autore.

Chiunque brama d'Etna al sommo Monte
Gir hor poggiando, e'l suo scoscese, ed erto
Dorso calcar, e'l calle obliquo, e'ncerto
Segnar, e calpestar l'horrida fronte;
Te Duce ò Filoteo voli, e sormonte,
Che il dubio dianzi, e fauoloso, aperto
Gioco vedrà di cenere hor coperto,
Ch'il Ciel par arda, ed orgoglioso affronte:
Vedrà ch'ei pur sul dorso alto sostiene
Le brine, e'l gielo, e dentro hà fiamma interna;
Gielo di fuori, e fuoco entro le vene:
Vedrà le chiome (e pur il cor non verna)
D'algente neue, e freddo giel ripiene;
O gran segreti de la mente eterna.

EPIGRAMMA.

Aetna furit, flammis resonant ardentibus antra,
Discissum interdum perstrepit igne solum.
Hinc oculis procul apparet cum lumine tellus,
Auribus & capitur Trinacria fremitus;
Igne Ceres sic, sic poterat disquirere natam,
Et tæda incensa parcere luminibus.
At metuit nimbos atra caligine missos,
Quos ructat fumos, & vomere Aetna solet.
Vmbrosos que sinus, lucos, spelæa ferarum,
Aetnæ bs ignes, ignibus alma petens,
Sic liber hic claris collucens ignibus Aetnæ,
Et describentis lumine lumen habens:
Inuenies lucos, saltus tenebrosaque lustra;
Vmbrosæ valles, & nemora alta patent.
Nil tamen offendes obscurum, aut nubibus atrũ,
Scribentis lumen discutit ingenij.
Atrũ namq; quid esse potest vbi montibus ignes
Lucent? atque niuis candida bruma nitet?
Mons splendet, liber hic elegans præfulget vbiq:
Nam doctrinæ de lumine, lumen habet.
Lux nitet, hic doctrina fulget lumen, & Aetna,
Perstringit que oculi candida nix aciem.
Ne metuas atri hic aliquid, vel cernere fusci,
Ignem vbi commistum repperies niuibus.
Parce ignes, tædasque nitenti inferre libello,
Nam Clarius clarè scribere sic docuit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Αἴτνα πυρὸς ῥύακας προβαλλυσ' αἰὲν ὀτὲ μὲν
δείκνυσιν ἐντεῦθεν κλήσιος ἧς ἔτυχεν.
Νῆσον ἐπαυγάζει Φλόγας ἠΰτε λαμπάδας αἴρων
ἐκδέχεται ἐξόρεος Φῶς ἔπι καὶ πέδιον.
Ἀλλ' ὁ γεραὸς Φαῶν χώρας αὐδὴν, καὶ ἄρει δῶκεν,
καὶ πυρὶ Φῶς μαλακὸν, καὶ τ' ὄμμασιν ἀπαρέσιον.
Ἐμφαίνων χλοερᾶς τε πόπυς κραναόν τε κάρηνον,
τῶν ἐναιόντων ἤθεα Φῦλα τρόπυς.
Βιβλίον ἓν λάμπει σὺν βίβλοις, ἐγκλείον ἁπάντων,
ἄρει καὶ πυρὶ Φῶς ἀΐδιον παρέχον.

Digitized by Google

ANTONII PHILOTHEI

DE

HOMODEIS SICVLI.

ÆTNÆ TOPOGRAPHIA.

HORRENDVM sanè spectaculum, nec modica admiratione mistum existit, Aetnam niuibus candentem, flammarũ globos prorumpentem, igniumq; profluuia quæ cunctos ferè agros deturpant adiacentes, euomentem videre; & ingentibus denique strepitibus & terræmotibus totam penè Siciliam concutientem audire. Illudque longe admirabilius plerisque visum est quod in tanta feruentis naturæ peruicacia, mistas ignibus niues profert, perinde ac contra ius omne, si nix cum igne simul intra montis viscera nutriretur: quodque inuicta in vtroque naturæ violentia, nec calor in ea gelu mitigatur, nec glacies Aetnæo calore dissoluitur. Verum enimuero delectabilius esse reor, Aetnæ situm, locorum distantias, incendia, & alia memoratu haud indigna legendo pernoscere, quam suas furentes incẽdiorum eructationes præ oculis habere. Hinc igitur euenit, quòd, cum sæpe nos montis oras perscrutaremur, & diu mentis ardor nos tenuisset Trinacriæ Chorographiam, ac Regum & Siculorum historias ex approbatis authoritatibus in vnum compilare, idque plurimis librorum voluminibus, ad nostrũ tandem optatum, annuente Deo, perduceremus; venit in mentem, ex illis Aetnæ Topographiam, eiusque incendiorum historiam excerpere. Quippe quod montem ipsum quo magis incendiis, & tota sui qualitate, atque venustate conspicuus, & mirus existit; eo curiosius cognosci à nonnullis optari nobis innotuit, quanquam de eo non pauci scripserint, vt tot prætermissis voluminibus, Aetnam breuissima profectò lectione mirari quodammodo, & perscrutari commodius valeant. Res est enim historica, delectabilis, & periucunda.

Aetna igitur Siciliæ mons notissimus, situ sanè, forma, magnitudine, & feracitate atque incendiis, & amœnitate mirus, demumque tota sui qualitate, ac venustate conspicuus, sibi vni, absque montis alterius coniugio, constans, nomen istud ab incendiis perpetuo in eo durantibus fortitus est. vnde nos montem ipsum alloquentem sic induximus:

Dum mea perpetuis exardent viscera flammis,
Opprimit exurens extera membra gelu.
Hinc igitur quoniã resplendens semper & ardens
Hîs videor, sumpsi nomen, & Aetna vocor.

Vel (vt Poetarum fabulæ testantur) ab Aetna Iouis amica, Palicorũ genitrice, de quibus satis Diod. Siculus Argyrinus x i. suæ Bibliothecæ libro disserit, montis huius numine reputata, vt author est Pindarus referente Zaroto in Ouid. Ibim:

Aut vt Trinacrius salias super ora Gigantis,
Plurima qua summas Sicanis Aetna vomit.

Et Castor asserente Domitio in Saphone:

Arua Phaon celebrat vicina Typhoidos Aetnæ,
Me calor Aetnæo non minor igne tenet.

Cuius filium Lucius quidam temporibus Tiberii se professus, finitima quæque loca latrociniis infestans; captus, & Romã ductus, sui facinoris pœnas dedit.

Quinimo propter sui ipsius amœnitatem miramque speciem, mons ipse à pulchritudine, Mons bellus dictus est, quem vulgares vocabuli corruptione, Mongibellum vocarunt. Quanquam os in cœlum ponere non esset. Mongibellum asseuerare à Vulcano, cui sacer erat, ibi cum Cyclopib. ferri fabricam à se inuentam exercente (ob quod Mulciber à molliendo ferro dictus est) nomen sumpsisse

se; quasi Mulciberū nuncupatum, atque literarum immutatione fuisse Muncibelum, & magis corruptè Mungibellum vulgariter nomenclatum.

Situs autem eius in terræ globo, nostroq; superiori hemisphætio (ad Ptolomæi sententiam) longitudinis triginta nouē, latitudinis vero triginta octo graduū existit. Sed in Trinacriæ insula extollitur in altū; in extrema illius parte, ad ortum vergente, inter Promontoria Pelorū, cui propior est, & Pachynū, vix à mari mille passuū interuallo in calcibus distans; quò suis sæpe Charybdis vorticib. se extendit. In ipsius insulæ basi consistens. Trinacris n. (vt Strabo in v 1. & res ipsa indicat) trib. distincta promontoriis, de quibus in nostra Trinacria illustrata latissimè dictū est, ex Peloro, & Pachyno basim formantibus, ab ortu in Lilybæū ad occasum in pyramidē ferè protēditur. Et si nonnullos Triquetræ in medio montē hunc cōstituisse nos nō lateat, nominis vicinitate seductos mōtis alterius qui Enna dicitur: vbi eiusdē nominis oppidū (Castroianni hodie à Siculis nuncupatū) & Cereris templū etat vetustissimū, à Romanis religiosissime obseruatum, vt author est Cicero in Ver. vi. vetereſque historici.

Ab Oriente itaq; pro finibus Siculū, siue Ioniū mare, Catinamq; ciuitatē in pedib. habet, à Meridie vero Catinenses, & Centuripinos olim, Zoticæq; tangit campos, Teria interfluente fluuio: qui summis ex Grassettæ montib. supra Mattiacii cœnobiū decem ferè millia passuū interstitio, ab Randatio distans, Occidentē versus, paruulis incipiens fontib. in pelagū nō longè à Catina defluens, Iarretæ Cataniæ (hoc est Scaphę) qua traiicitur, nomē sibi mutauit ab accolis. Ab Occidēte autē Adranū vetustissimū oppidū (Aderno Siculis) Brontemq; villam confouet. Sed à Septentrione Triatiū, Randatiū hodie, nobile oppidū, & Cæsaris beneficio ciuitatē, atq; inter saxa sonantē, perpetuumq; amnem, læta platanorū hinc inde inumbratū fronde, Cantarā (Acesinē Plinio) in calcibus sibi vendicat, vallemq; format. Montis denique figura pyramidalis in orbē centum ferè millia passuū ambitu in pedib circunducta, Catinā ciuitatem, vt diximus, Valcurrentē pagū, Sanctæ Anastasiæ Mottam, Paternionē, Adranū, Brontē pagum, Triatiū, Castrū leonū, cliuulo intermedio, Linguagrossam, Oppida, Mascaras, Iacim, & eius, Catinæq; pagos periucūdi quidē, & re ipsa florentissimi aspectus cōtinet, loca planè arboribus tum domesticis, tum omnium fructuum genere amictis, consita; vbi Campi Aetnæi omnium ferè armentorū, pecorumque generis feracissimi, frugū quoq; & fontiū in amœnissimis circūquaque locis, frigidissimarū penè, ac dulciū aquarū vberrimi passim, abundeq; visuntur.

Sed mons ipse, vt pyramidatus in fastigiū se extendens, ascensum triginta circiter millia passuū ad plus habet, diuertentib, iter diuerticulis nō paucis insinuosis, & cliuulis quibusdā tum in radicib. tum ad mediā vsq; montis plagam, arborib. tophisque, atq; saxis refertā. Quæ & si formidolosa aliquantisper ascendētiū oculis videātur, vt suo loco dicetur: arborū tamen multiuga specie, tum fagorū, tum cerrorū, tū etiam quercuum glandiferatū, ad vmbras, & animantiū pinguedinē valentium, mira eorū procenitate lucū quidē vtpote sacrum repręsentātium, perambulantiū animi, proceraſq; pinus mirari nō desinentiū oculi maximè delectātur. Ex quib. (optimā vltra resinā, ex arbore tenacē guttatim defluentē, & in eadē residentē humorē) multimoda cunctis vtilitas paratur animantib. Ex pinu namque arbore, Tæda, (qua ad lumen vicini accolæ affatim perutuntur, ad Cereris imitationē, qui sacra dicitur, vnde Naso in Fast.

Altaiacet vastisuper ora Typhoeos Aetna,
Cuius anhelatis ignibus ardet humus.
Illic accendit geminas pro lampade Pinus,
Hinc Cereris sacris nunc quoq; tæda datur.)

pinguior scilicet prima pinus cortex, parum incisa bipenni, medicū quidē illum, diuinū penè liquorē, laudatissimū resinæ genus, Terebenthinā appellatum, guttatim affluentes emittit. illi haud dissimilē, quē à Terebintho mellis colore, Cypria, aut Syriaca distillare Plinius asserit. At frustatim cōcisa Tæda furnis vndiq; extra circundatis igne, adeo fouet, vt sudor aquę modo canali defluens, in varias picis species cōuertatur, cum ad animalium medicamina, tum etiā ad nauigantium vtilissimū vsum. Sed quid de mōtis herbarum diuersitate & affluētia, suis semper florib. suauissimi admodum odoris redolentium dicam? Hi enim vere in sex ferè menses perpetuum cōtinuantur periucundū ver. Hic nō Iunius suo solstitio, non Quintilis sua canicula, nec Sextilis quo cuncta arescunt, menses vnquā dignoscuntur. Sed hic semper Mars, semp Aprilis, & Maius virescentib. agris, syluisq; frōdentib. spectantium oculis sese offerunt: & ni altera anni pars in hyemem maximas ob

niues

niues ibidē abundè, lateque ningentes consisteret, illā, inquam à Tritone fluuio cinctā insulam cæteris feliciorem, pro Nysi Amaltheæ educatione, ab Ammone (vt quarto rerū antiquarū testatur Diodorus) selectā, amœnitate quippe sua manifestius antecelleret.

In supremo itaq; montis vertice anno circiter sesquimillesimo trigesimo tertio, quo ego ipse aliis cōitatus amicis, visendi illius apicem studio accessi, tumulus erat pumicibus, areniſq; permistus, in pyramidem penè orbicularem in altum erectus, altitudinis duūm vtpote millia passuum, cuius cacumen quadraginta ferè pedum spatio circulatiter terminabatur. Qui in sua ipsius basi, qua prominabatur in fastigium, mille circiter passuum ambitum continebat: libentiusq; à nobis per ambitum pedibus calcabatur solum, quod in planiciem quodammodo non magnæ latitudinis firmabatur. Habebat tumulus iste iuxta verticem, vbi (vt videntes existimabamus) maximus olim fuerat, Crater qui longa mōtis exhalationē illa quippe ignea, sulphureaq; materia, atque fragosa, obstructo ore, nimis abbreuiabatur, foramen quoddam humani vtpote capitis capax, quo exilis effundebatur sulfurei odoris fumiculus, parum aut nihil præter odorem, offendens: cogebat nihilosecius manū, vel aliud forsan corporis membrū in illud immissum, sudoribus statim humectari, veluti si hypocausto, thermisue, aut in vaporariis, sudariisq; locis existeret Cuius ex apice, totam penè Trinacriam, cuius termini longe minores hinc esse apparebant, quàm essent, longioresq; protractus pro hominum visus potentia, contemplari licebat. Quin vero & Brutiorum ora, nedum Catinensis, & Taurominitana, circumq; adiacentes campi, & æquor ita nobis sub fronte iacebant, vt eò posse nos penè lapides traiicere existimaremus. At enimuero horrendis, maximisq; ingruentibus postea Aetnæ incendiis, anno salutis nostræ. M D. XXXVI ad Martii decimum Calendarum, fastigium illud ad duo circiter millia passuū depressum corruit. Quandoquidē vna eademq; diei ad solis occasum hora, me apud Catinam, clarissimam Siciliæ ciuitatem, literarū disciplinis incumbente, horrens adeo terræmotus, ingensq; tonitru mortaliū animos suo concussit strepitu, perinde ac vniuersus si terræ globus, ne insula ipsa quidem, terra dehiscente corrueret, inq; sua seorsum elemēta rediret. Mox vero mortalium mentes, vbi rei inexpectato horrore, attonitæ respirantes, aliquantum constitere, Sole nostrum iam hemisphærium maximis obductum vmbris relinquente, ingens, sed atra, subrubraq; visa est insurgere nubes, in aëra tendens, (at fumus erat) eaq; qua tonitruū regione auditū fuerat: extemploq; crassiores ex Aetna vidimus insurgere flammas, ingentesq; illarum globos per aëra volantes, nullis (vt videbatur) mortalium parsuros. Quod fermè comprobare re ipsa manifestius cognoscebatur, id, quod Maro Aeneid. 3. versib. suppositis palàm cecinisse cōpertū habemus:

Portus ab accessu ventorum immotus, & ingens
Ipse, sed horrificis iuxta tonat Aetna ruinis:
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem piceo, & candente fauilla:
Attollitq; globos flammarum, & sydera lambit:
Interdum scopulos, auulsaque viscera montis
Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoque exæstuat imo.

Sed cum centesimus plānè esset annus elapsus, quo Aetnæa visa non fuerant incendia, nec qui illa viderit tunc in humanis ageret, atque maioribus Aetnæ incendia scribentibus minime crederetur, quisq;, sed & plebs potissimùm, quæ Aetnæum craterem ignibus exhalantem, Os sanè inferni esse censebat, mortem sub flammis, certo certius cum cæteris se subituram asseuerabat. Præsentibus itaq; calamitatibus, nemo ex tanta ciuitatis turba repertus est, mas, siue fœmina, senex vel iuuenis siue adolescens, liber aut seruus, quinetiam pueri ac moniales Deo velatæ, clausstriſq; obseratæ, qui, quæue nocte illa, sub flammis penè per ciuitatis compita procurrentes, in Diuæ Agathæ templum (hoc erat vrbis primarium) ad salutem indagandam, non se turmatim reciperent, indeque longo patrum, cæterorūq; ordine, corporibus etiā pube tenus, aut pedibus saltē denudatis (quorum vnus ipse fui) ad miraculis clarum Deiparæ Virginis Mariæ Carmelitarum Cœnobiū, Annunciatæ sacrū extra ciuitatis muros, post Stesichori portam (lacis hodie) fundatum, maxima cum veneratione, religioséq; nō accederēt, sua, vt poterant, confitentes peccata, ac Deo Optimo Maximo animas commēdantes. Idque magis quòd esset dies ille octauus, ante lucē Cœnæ Domini nostri Iesu Christi, Iouis scilicet, ante resurrectionis sacratissimū Paschatis diem festum. Quo factū est, vt inimicorū inter se multitudo, priuatis explosis odiis, vetustisq; inimicitiis posthabitis, in veram,

ram, vnanimemq; concordiam, & pacem re-
ctam coiret: suadente præsertim Stephano
Bolano, Prædicatorum ordinis Dominica-
no, Theologo non vtiq; spernendo, summæ
exemplo, & verbo religionis viro ac Nicolao
Nicosiensi, Minorum ordinis Franciscano;
Cuius id tunc munus erat, verbum populo
Catinensi Euangelicum concionandi: Cuius
etiam persuasione, pia opera quamplurima
ad Christi gloriam, optimum sunt sortita ef-
fectum. Aetna interea flammas, & lique- B
facta saxa cuomente, iuxta Virgilianum illud
Georgic. primo.

Vidimus vndantem ruptis fornacibus Aetnam,
Flammarumq; globos, liquefactaq; voluere saxa.

Nec tamen interdum cessabatur lamentis,
piis vocibus, & populi gemitibus, caligino-
sum æthera repleri, repercussumq; tristes
remittere voces, horrorem cunctis incutien-
tes, ad Maronis illud verè Aeneid. 4.

Spumantem, sparsasq; manus, it clamor ad alta C
Atria, concussam bacchatur fama per vrbem,
Lamentis, gemitibusq. & fœmineo vlulatu
Tecta fremũt, resonat magnis plangoribus æther:
Non aliter, quàm si immissis ruat hostibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyros, flammæq; furentes
Culmina perq; hominum volvantur, perq; Deorũ.

Nocte deniq; transacta, quæ flammas sua
tenebrarum densitate, ardentiores mortali-
bus ostentauerat, visus est iuxta Aetnam aer
longa atraq; caligine, ac suburenti, veluti ex D
camino exiliente, non intermissa vtique va-
porum exhalatione, per longum tractum ob-
ductus picco fumo, campique cinere referti.
Durante per ciuitatem interea, & finitima
oppida, pagosq; Aetnæos, terræmotu non
modici terroris. Et domus ita concussæ vsq;
adeo quassabantur, vt dehiscentibus rimatim
etiam lapidibus, certã exterritis minarẽtur Si-
culis ruinã. Quã de re, nõ pauci sub tẽtoriis in
pratis cohabitãtes, mortẽ sub ædificiorũ rui- E
nis oppetere (vt plerisq; cõtigit) effugêre: idq;
in plurimos protensũ est dies, insula tremẽte.

Primo itaque incendii huiusce fragore, in
montis vertice duo sunt aperti crateres: Quo-
rum alter & si antea altiorem supra se haberet
tumulum, depressior tamen nunc videtur;
isq; maximus ille est, de quo infra verba serio
faciemus. Alter vero, qui ad Euronotum Ca-
tinam versus, in montis tumulo, qui prius de-
pressior erat, apertus ob ingentem maioris F
fastigii ruinam, altior nunc quodammodo
A conspicitur. Qui veluti duas inter rupes, ge-
mina hinc inde sponda, tophis, arenisque re-
ferta, in vallicula quadam, viginti fermè pas-
suum magnitudinis consider, replentibus e-
ium ingentibus sulphurei viroris lapidibus,
salebrisue, quibus obtusus est, vnde prorum-
pente incendio, flammis vrgentibus, fluuius
igneus, ceu liquefacti metalli, rapto quidem
fluxu descendebat ad ima, totas pene delam-
bens eius regionis oras: cuius namque ignita
materies, sola aeris temperie, in duriores, ni-
gerrimosq; lapides congelabatur, illorum in-
star, qui Romæ per viarum strata passim vi-
suntur, sed porosiores, ac fragiles sanè, ener-
uantibus illos flammis, qui longo post tem-
pore (vt experientia indicat) in aridissimam
conuertuntur arenam. Qui lapides (vt ita
dixerim) maximo ventorum impetu, ex for-
nacis crepidine, & exhalationis vi, quæ sem-
per non est eadẽ, (non enim continuatio flu-
ore, sed per intermissos exhalationis ipsius
spiritus, eructat mons confluuiem illam) de-
fluentes, ac per aëra volantes emissi, in ter-
ram vbi ceciderint, pro loci qualitate, aggre-
gati simul veluti in saxorum flumen ignio-
rum conuersi, fragosas, præruptasque rupes
præterlabentes, fragore, ac murmure quo-
dam præcipitanter per montis decliuia, o-
mnia deuastantes, descendebant: ita vt Cata-
neos summo defluens furore hic igneus a-
mnis in agros, suo impeto, multa vineta,
multosque coadiacentium pagorũ hortos,
(Cœnobii præsertim Diui Nicolai de Arenis,
in montis radicibus existentis) funditus e-
ruerit: glareaque illa amœnissimos quoque
campos, tophis etiam impleuerit, non mo-
dico cohabitantium dispendio. Tum vero
periucundum Mompileri pagum, ac villam
denique nostris præ oculis Nicolosi nomen-
clatã, corruentibus incolarum tectis, ad ni-
hilum penè reduxit: Agrum etiam (is in pla-
niciem ferè distendebatur) Diui Leonis nun-
cupatum, Diuiq; sacellum (à quo nomen lo-
cus sortitus fuerat) funditus euertens, arbo-
res quoque annosas quercuum, alteriusque
speciei radicitus extirpabat. Hæc ignis con-fluuies ceu ferri spuma concreta, & in saxa (vt
dictum est) conuersa per decliuia præcipiti-
tim præterlabens, vbi in cõcaua, aliaq; impe-
dimenta peruenerat, eatenus ibi contra hebat
moram, quousque aliis descendentibus riuis,
profluuie illa replerẽtur, quę nõ superfluens,

sed

sed circum priora sese fluenta insinuans, cursum sibi quærebat: quo fiebat, vt auulsis è radicibus quibusuis, fortè arboribus, & solo coæquatis fossis, & valliculis (si quæ erant) inferius profluuium illud profluueret. At vbi tandem per multorum millia passuum Catinam versus decursum est, Catinenses, cæteriq; Aetnæi turmatim coeuntes, nimio præterrore, contra ignis profluuium iter deuotè facilitit, Canonicis (quorum vt pote Vexillarius Bartholomæus Monsonus, vir sanè probatæ vitæ) Diuiæ Agathæ martyris deferentibus velum, quod grimpiam Diuæ Agathæ ipsi vocant: quippe quod in sepulchro eiusdem repertum est.

Verum enimuero, quo in loco ita religiosè peruentum est (mirum quidem, & solius Dei Opt. Max. voluntate, intercedente pro patria, Virgine Agatha) ea tota ignis congeries, cunctos campos vastatura, nec ciuitati intra muros parsura quidem, ni resedisset, ad sanctissimæ crucis signum, velo illo factum, constitit, adeoq; refrixit, vt pedibus etiam nudis (vt ipsi vidimus) desuper illæsis deambularetur. Quis nam mortalium voces ibi astantium? Quis præ lætitia lachrymas, vlulatusue? Quis illorum, hoc viso miraculo, clamores ad æthera sublatos referre posset? Testor equidem, atteſtorque Deum, ipse ego oppressis tremore spiritibus deficiens corruebam in terram quasi moriturus, nisi amicus quidam Laurentius de Deo Catinensis, condiscipulus meus inter brachia me sublatum substuliſſet aquaque aspersum in faciem frigidissima, me exhalare, spiritumque vitalem haurire feciſſet, mirantibus aliis.

Plurimis tandem in locis ex omni montis regione, incendia non minima, rupta telluris cute è fornacibus erupêre: Cinerem quoque (ita plures affirmasse cognitum est) in Cretam insulam trahentibus ventis, euolasse, perque totã ferè Calabriam, Brutiorumq; agros, Consentiam vsque, mororũ frondes, quibus vermes ad sericum depascuntur, nedum in Trinacria, adeo offendisse certum est, vt pro semine vix Amigdalæ, quibus naturæ instinctu includuntur vermes, conglobarentur maxima incolarum iactura.

Eodem fermè tempore Franciscus cognomento Niger Leontinus, patria tamen Platæensis, Siculus philosophus, & naturæ abditorum diligentissimus indagator Physicus, A dũm nimis inconsultè, plusq; satis auidè ad Craterem ignes euomentem curiosius, propiusq; accederet, Plinium illum maiorem anno circiter salutis nostræ octuagesimoprimo, Vesæuiana perscrutantem incendia imitatus, exilientibus vndequaque vaporibus, ventisq; furentibus, qui die illa licentiosius per Aetnæ cauernas bachabantur, fumo, incendioque oppressus exiuit è viuis.

B Incendia hæc intermissis planè temporibus totum vsq; in annum M D. XXXVII. fumo, terræmotu, & fragore perdurarunt. Quibus quidem ad Maii eiusdem anni Kalẽdas, adeo Sicilia tota intremuit, Aetnaque intonuit vt Siculorum quisque ingenti obtusus strepitu, penè surdesceret: plurimaq; insulæ ædificia corruerent, inter quæ Corilionis oppidi (Coniglione vulgo) ab Aetna millia circiter centena passuum distantis, non modica pars in ruinam secessit manifestam.

C Sicanorum hisce calamitatibus, & terræmotus horrore per totum ferè Quintilem perdurantibus mensem, per seminidiei horam, Sole per Leonis arcum transeunte, meridianumq; attingente, tota planè Sicilia in tenebras conuersa obscurissima visa est. Tum autem dum ego Castileone morarer, atq; nimium nimiumq; pertimescerem, longe maius, vehementiusq;, quam alias auditum est, ex Aetna intonare tonitru, vehementiorumque sonitu, & tremore Trinacria ipsa penè tota, dehiscente terræ globo ad ima descendere Siculis iam videbatur: cum tunc repente, expulsis noctis vtpote caliginosis tenebris, Sol suis apparuit lucidissimis radiorum luminibus totam illustrantibus insulam. Quo factum est, vt Aetna tota sereno cœlo perlucida appareret: congerie tamen fumi excepta, quæ ad crassissimæ trabis formã, maximo ex cratere insurgens per aera ad Orientem, Vulturnum versus sese deflectens, in longum protendebatur tractum. Tum denique sonitus, strepitusq; omnis, quo portarum annuli, antæq; domorum, Siculos reddebant modo surdos, magna insulanorum lætitia cessauit, flammis nihilosecius, incendiisque in vertice montis remanentibus: ita vt interdiu fumus, noctuque flammæ viderentur. Iuxta Arioſticum rithmum.

F *Per ſoi il monte ne và, che fa col ſaco*
Chiara la notte, e'l dì col fumo oſcura.

Et Maronianum carmen Aeneid. 3 de quo supra.

Ad

Ad Craterem itaque maximum redeo. Clarum est enim per duo circiter milliaria, incendii fragore, primaque sui eructatione corruisse ad ima montis verticem, tumulumq; illum, qui tanquam corporis vniuersi caput, quasi in vrbe quadam arcem cuncta dominantem effingebat. Quod nos manifesta probauimus experientia: ex illo namq; (vt præfertur) supremo tumuli acumine, quadraginta ferè pedum spacio, in orbē terminato, quo totam penè Triquetram, longioresq; protractus circunspectari diximus, anno inde M D. X L. quo egomet pluribus etiam comitatus amicis, ad montis culmen reuisurus craterem, sum reuersus, nihil eorum quæ longius prospiciebantur, aspectum est. collibus, montibus Siculi, impedientibus visum; vltra quos præ nimia Ætnæi fastigii altitudine, priusquam apex ille subsideret, multo plura contemplari loca licebat. Quinimo montis dorsum, tumulusque ille Catinam versus, vbi craterem alterum existere diximus, qui eo breuior, depressiorq; cernebatur, altior quidē nunc facile conspicitur.

Inter vtrumque Craterem ab ortu ad occasum, iuxta meridiem, salebrosa quædam circunspicitur planicies, magnitudinis stadiorum circiter duorum, sed non adeo lata, quamuis oblonga, vbi maximi crateris crepidini, siue oris extremitati adhærens cliuulus erat salebrosus quidem tophis, & sulfurei vi- D roris lapidibus, atque fragosis calculis, ad sulci formam, hominis ferè altitudinem habens, quadraginta circiter passuum in longū coactus, extensusque. Quem nos ex primis montis excrementis ventorū colluctatione ibidem considentibus, fuisse coaceruatum putabamus: spacium vero illud intermediū quasi in planiciem deductum, montis cute per incendium, furentibus fermè ventis scissa, multis in locis rimulis non paucis affectū, E intermissa quandoque exhalatione, exilem fumulum quasi ex olla summisso igne, bulliente, effundebat: ita vt illis in locis, putaremus incendium sibi exeundi aditum quæritare. Quod vtique euenisset, nisi cessantibus ventis die illo, qui pridie (alendas erat Augusti cūcta serena pacataq; extitissent. Quippe quòd locus ille incrustatus videretur materia illa, nuper effusa, sulphur adhuc retinente, & bitumen: Hinc nobis maximus erat timor, ne loca passim rimis, fistulisq; affecta, F

A debacchantibus, colluctantibusq; forte intra montis viscera ventis, rupta superficie, igneas facerent voragines, vnde prosilientia nos saxa corriperent, aut ignis opprimeret. Quo perculsi metu, vno eodemq; loco nunquā consistebamus, sed raptim, citisq; passibus omnia pro loci, & temporis opportunitate, lustrantes, in alteram maximi crateris secessimus oram: quæ minus rimosa Aquilonem spectabat: quæque (quod nobis visum est mirum) ingentibus admodum lapidibus penè quadratis, virore sulfureo conspersis referta consistebat: qui adeo pergrandes, perque graues erant, vt vnus vel alter, à septem viris (is noster erat numerus) vno oris hiatu, manibus, pedibusq; obnitentibus, vix amoueri poterat. Quorum aliqui tantæ non existentes magnitudinis, quamuis magni satis à maiore nostri parte, à summo deorsum in crateris alueum, profundumq; montis hiatum, præcipitanter immissi, maximè horrendum remittebant sonitum. Sed an firmarētur, perdurante plus satis dimissiore sonitu, nobis erat incertum.

Crater vtique maximus, quem nos passim diligentissimè speculati sumus, satis amplo ore, in orbem se coiret, nisi in Vulturnum aliquantillum deflecteretur. Quæ Vulturnia (vt ita dixerim) deflexio, orbicularem crateri figuram adimebat: cuius peripheria, siue ambitus duūm millium, & octingentorum circiter passuum tractum continebat. Perfacile etenim à nobis spatium istud per crateris crepidines extrinsecus circumcirca dimensum est funiculis, quorum maximos globos nobiscum apportauimus. Quamquàm *interdimetiendum*, spiracula multa suffumigantia, non sine aliqua futuræ eructationis suspicione, pedibus calcaremus.

Diameter vero, vt existimabamus, quam (extra Vulturni angulum orbem crateri adimentem) longiori, extensoq; filo in vtroq; crateris labio à nostris retento, & vtrinq; perducto, propter magnum hiatus tractum, profunditatem voraginis, filo è medio semper deorsum incuruante, examussim dimetiri nō poteramus, paulo minus octingentorum passum tractū perducebat: tot filum dimensionis huiusce passib. terminari cognouimus.

At vero profunditas nobis incomprehensibilis visa est. Non enim aluus sibi intus paulatim sese adstringebat, quoad in medio vtpote centro, ad euomenda montis incremēta satis

ta satis amplo ore foramina retur, vt alii nobis veteres crateres apparebant, sed eodem maximo ex montis hiatu, nobis haud compertum barathrum in imum descendens immensum nostris incutiebat mentibus horrorem, quoniã crater tetra intus repletus erat caligine, picceoque, & suburenti fumo, atque sulphureis quodammodo nebulis, veluti si ex fornace exilirent, nec tamen ad summum vsq; prosilientibus vaporibus illis, qui ob leniſſimam forte fortuna vnius, vel alterius venti auram eo flantem, die nimbos intus agebant. Nam certum est, ventis intus furentibus, strepitum intra montis viscera exaudiri, fumumque interdiu, & ignem noctu pro furoris qualitate effundi, vt dicetur.

In cuius quidem Crateris latere ad Euronotum, Catinam versus, intra hiatum ipsum pergrandem, dum venti non furebant, infra summam ipsius coronam, orisque labia, ad centum circiter passus, fornax quædam conspiciebatur, eius amplitudinis planè in ore, cuius esse solent eæ, quibus Calx, aut lateres coquuntur, qua etiam interdiu, præter fumũ, ignis quandoque eiectabatur euidenter. Vnde pro ventorum furore, plusquàm aliunde ex maximi crateris ore, diu fumus, & noctu ardentes flammæ insurgebant: prout ipsi nos sub concamerati cuiusdam ædificii ruinis, paulo inferius inter saxa pernoctantes, coniectabamus: non tamen huius rei certiores esse possumus, cum ad id perscrutandum, in montis vertice pernoctasse, aut saltem hiatui propius noctu accessisse oporteret, vbi immensum, intensumque ob frigus, Sole recedente, sine mortis periculo, certo certius est consistere posse neminem. Quippe quòd multo inferius adiacentes intra saxa ad antri formam, grauioribus etiam obducti tegmentis, ignibusque, magna lignorum strue vndique accensis totam contremiscentes artubus noctem, vix euasimus viui.

Erat insuper in summa Crateris corona, paruulus quidam trames per oris crepidines ita productus, vt vix in eo firmarentur pedes. ex quo, si quis in alterutram declinasset partem, aut è monte deturbatus in salebras incidisset, suum quodammodo corpus, vel lacernas lacernaturus, aut in craterem vltima sui iactura obruisset perituras.

Ipse tamen, accessuris forte aliis, mirum quoddam iocose spectaculum pararem, audacter manibus per sociorum manus detentis, tutus intra os, è tramite illo pluribus in locis ipsius crepidinis, & infra, ita pedes apposui, vt illorum vestigia remanerent impressa. Quo fiebat, vt facilime propter rei impossibilitatem, non sine maxima aspicientium (qui hoc nescirent) admiratione, dæmonẽ potius illac, quàm hominem pedibus deambulasse putandum foret: tum etiam in summo montis vertice, antequàm discederemus, tumulum ex lapidibus illis, in aræ formã ereximus quadrilateram, ad Aquilonem, vbi minori rimarum scissione consistebat planicies illa, de qua mentio facta est, à crateris ore triginta circiter pedibus remotam. In cuius lapide maximo, ipsi cœlo diligenter ferreo cælauimus, atq; sculpsimus eructationis annum hiatus illius, & incendii, erectionis aræ huiusce diẽ certam, meum, & sociorũ qui mecum erant nomina, cognomina, & patriam.

Sed anno inde sesquimilleſimo quadragesimo quinto, ad verticem reuersus, vsq; adeo ampliatum vidi crateris os, in sua corona, & labris, ob crebras montis, & illorum ruinas in barathrum collabentes, vt superficiei illius inter aram, & hiatum maximum, vix decem pedum remaneret spacium, illudq; à nobis animaduersum est, quòd eò aluus sibi intus astringebatur, quò dilatatum os erat in summitate, ita vt montis viscera, (inquam) ad oculos contemplari liceret: quod prius fieri nequibat. Hinc mihi persuadeo, & profectò, coniectari licet, nihil eorum, quæ circa craterem in planicie consistebant, hodie adinueniri: Quinimo cuncta in ruinam cedentia, intro fedulo corruisse, hiatumq; materie, ruinisq; illis, maiori pro parte esse repletum. Tũque demum vbi in totum crater ille ad fastigium refertus erit foramine obstructo, iis similia aut forte vehementiora non deerunt incendia, sicuti multoties euenisse veterum scripta, & res ipsa testantur. Nec istud quidem (tametsi longè admirabilius videatur) mirũ est, si naturam ipsam inspicianus. Quoniam, vt Thucydides, Pindarus, cæteriq; aiunt Græci, quod etiã quarto inter Latinos libro testatur Iustinus, & alii non improbant, Sicilia angustis quondam faucibus Italiæ adhærens, superi, inferiq; Maris, (quod toto vndarum onere illuc vehitur) impetu, veluti à corpore directa. vnde (vt in historiis diximus) sibi Siciliæ nomẽ sortita est, quasi Sicilita, & resecata: terram habet tenuem, fragilem, & cauernosam, fistuliſq; ita penetrabilẽ, vt ventorum tota fermè flatibus pateat. Necnon & ignibus

ignibus generandis, nutriendisque soli ipsius naturalis est vis, quippe quod intrinsecus stratum traditur sulfure, quod in venis terræ ceu decoctus quidam ardor, tam valida, & firma partium confusione insistit, vt oleū eius nulla arte in cæteris rebus separari posse Plinius asseueret, & prope Siciliam optimum nasci lib. 35. cap. 15. affirmet: Bitumine etiam, quod ex limo exundante tellure fit, & alumine, quod ex terræ quoq; salsugine coactatur: quæ res facit vt cum tellus ipsa foraminibus, canalibusq; distincta, & ceu corpus humanum venis, ossibus, neruisq; compacta, propter venarum, & sui ipsius partium differentiam, omnino in se coire non valeat, siue quòd aut semper aliquid de nouo producit, aut perimit, vel immutat, non semper vnum idem in se retinet, stante maris vicinitate, quòd omnino est in causa, vt in quacunq; telluris parte, nuspiam maiores fistulæ, crebræq; cauernæ, nec meatus existant ampliores, quàm iis in locis, quæ vel æquori vicina sunt, vel ab eo protinus abluūtur. Quippe quia mare suapte natura fluxu, refluxuq; semper, & suopte contactu, aliquid exedendo consumit quasq; telluris partes debiliores reperit, membraq; fragiliora multo facilius erodens, intima in viscera pergit. Vnde cum suo impetu, sibi viam in telluris cauernas faciat, aditum quoq; ventis parat, quibus inde furentibus, loca quæq; maritima, vel mari finitima maximè sunt terræmotibus subiecta, tanquā magis spongiosa, & subātrosa, vbi maximæ fiūt exhalationes, vt secūdo Meteororū Aristoteles testatur lib. vbi de Sicilia in his ponūtur exempla. Tū demū, si in venas sulphureas, vel bituminosas, & aluminosas inciderint venti, spirituum colluctatione intrinsecus facta, non difficulter suscitantur incendia. Quippe quoniam in sulfure, vel bitumine, quibus tota Sicula tellus abundat, non modica vis inest ignem concipiendi. Hinc itaque spiritibus cum igne colluctantibus intra terræ viscera, vbi multæ sunt exhalationes, eructatione facta, quandoque fumū, vel aliquem alterius speciei vaporem, scissa tellus euomit. Quin etiam, vbi acriores per cauernarū spiramenta venti bachantius incumbunt, arenarum quoque, vel cinerum moles egeruntur. Nec igitur mirum, si hoc in Aetna intermissione facta contingat, cum Ionium æquor (vti dixi) & feruentissimum, profundum, ac sæuū charybdicum pelagus vorticosum in radicibus habeat, ipsaq; subantrosa, & fistulosa vel natura, vel longo maris exesu sit, atque sulfurea, ventos æstuantes admittens, quibus combustibilis materies vtiq; accenditur. Nonne clarum est, mare vasto ventorum turbine commotum, intra telluris cauernas, cotibus, aliaq; materia collisis, ignē suopte conflictu elidere? quod ex silice, & chalybe experientia ipsa, passim comprobatur. Quo igne in massam illam præpinguem, & incensibilem immisso, ventorum iterum, & maris colluctationibus insistentibus, necesse est, vt tellus non valens inclusum incendium diu (vti maturum fœtum) alueo comprimere, scissa cute, ruptisq; fornicibus, non visceribus modo debilioribus, sed planè neruis etiam, ossibusque fortioribus terræ correptis, hoc est, ipsius frangibilioribus partibus, ac saxis durissimis, veluti corporis humani ossibus pene, aut liquefactis, aut effossis, furentibus ventis, vi sua exitum sibi parantibus, incrementa illa, quasi parientis nisu strepitu, atque sonitu eiectare cogatur. Vndeipsi nos aliàs hac de re ad poëtarum fabulas accedentes, poëticè quoque incendiorum, & strepitus huiusmodi causam indicantes, italicè lusimus multa.

Quorum omnium incendiorum scilicet, terræmotus, & strepituum Aetnæorum causam, fabulosè Virgilius 3. Aeneid. his explicat versibus:

Fama est Enceladi semustum fulmine corpus
Vrgeri mole hac, ingentemque insuper Aetnam
Impositam, ruptis flammam expirare caminis,
Et fessum quoties mutat latus, intremere omnē
Murmure Trinacriā, & cælū subtexere fumo.

Petrarcha in castitatis triumpho,

Non fa sì grande & sì terribil suono
Aetna qual hor da Encelado è più scossa.

Et infra,

Non Mongibel s' Encelado sospira.

Incendia itaque & eructationes huiusce, quamuis alii hoc mirū putauerint, nunquàm deficere cēsentur, nec etiam mons in totum vnquam subsediſſe dicitur. Quippe quòd humore, & calore, vt innotescit, omnia concipiuntur naturaliter. Cūq; semper ardeat Aetna, saltem intra viscera, & semper ab æquoris vndis contacta rimatim perluſtretur, ignis qui consumit semper aliquid, gignit etiam semper sibi aliquid, quod consumat suo ipsius calore, tellurem humectantibus vndis, semperq;

Digitized by Google

semperque igni materiã subministrantibus, ipsa alatur: prout elegantèr Iustinus de freto Siculo, & Bruttiis pater, disserente filio, de Aetna, ceteriisque testatur. Tellus etenim semper fœcunda sui ipsius natura subsistit, semperque semetipsam parturit, vt experientia indicat. Vnde, vt noster erat sermo, futuris etiam temporibus, Aetnæa per suas vices, incendia non deerunt, sicut suis interstitiis fuisse pluries res ipsa, & scriptorum monumenta exactius protestantur.

Scriptum quidem à quamplurimis relictum est non spernendis authoribus, scripsitque Thucydides tertio belli Peloponnesiaci libro, tres fuisse Aetnæi ignis exundationes, ab eo tempore, quo Græci Siciliam tenuere, ad bellum, quo Syracusani à seditiosis occisi Messanam occuparunt: quo plusquam trecenti viginti quatuor anni defluxere. Quinetiã Sicanorum tempore, qui pene statim post Cyclopes, & ante Græcos, Trinacriam obtinuere, tot Aetnam vicibus ignem eructasse legimus, vt regionem illam derelinquere, & in alteram insulæ remotiorem plagam secedere cogerentur.

Strabo quoque in VI. *Superioribus annis*, inquit, *campos Siculos Aetnam cinerubus sparsos, eorum prope rerum maximum exuberantium prabuisse, atque Anapiam, & Amphinomum (quos alij Amphidem, alijque Amanthiam, & Crithonem dicunt) fratres Aetnaeos, quam ibi fuisse censet, vbi postea Centoripe, Aetna eructante flammas, parentes pro diuitiis super humeros impositos flagrantibus extraxisse ignibus. Tum denique fluuius perstrepentis ignis sua velocitate, illos insequens, in duo, eorum secus pedes, cornua sese diremit, illosque praterlabens illæsos, iterum cornibus in vnum reductis fratribus vt pote pio onere pressis pepercit. Quo factum est, vt maxima dum viuerent, haberentur veneratione, post vero mortem, illis conciues sepulchrum erexisse pium, pietatumque locum illum vocitasse plerique affirmarent.* de quibus Solinus sic ait: *Inter Catinam & Syracusas certamen est, de illustrium fratrum memoria, quorum nomina sibi diuersa partes adeptant. Si Catinenses audiamus, Anapias fuit, & Amphinomus, si (quod malunt Syracusæ) Amanthiam putabimus, & Crithonem. Catinensis tamen regio causam dedit facto: In quam, cum incendia Aetnæ se protulissent:* & reliqua. At Paulanias (quod verius affirmatur) fuisse dicit Catinæ ciues, quæ tunc Aetna à seniore Hierone, incolis expulsis, dicta fuit. De quibus etiam Aetnæ author, in Virgilianis opusculis ita cecinisse habetur:

Cunctantes vorat ignis, & vndiq; terret hiatus,
Consequitur fugisse ratos, & præmia captis
Concrepat, assultu persona incendia pascunt:
Vt soli pietas cura piis. Nemque optima proles
Amplius, fraterque pari sub munere fertur,
Cum tam vicinis ferperent incendia tectis
Aspicunt, pigrumq; patrem, matremq; senemq;
(Heu heu) defessosque fuisse in limine cernunt.
Parentia auera manu, dites attollite prædas:
Illis diuitiæ sola mater que, pater que,
Haurs rapiunt prædam, medium q; exire per ignes
Ipsa dante fidem, properant. O maxima rerum
Et mentis pietas, hominis tutissima virtus!
Erubuere pios iuuenes astingere flamma:
Et quacunq; ferunt illum vestigia, cedunt.
Fœlix illa dies, illa est innoxia terra.
Dextra sena tenent, lauaq; incendia feruent:
Ille per obliquos ignes, fraterq; triumphans
Tutus vterq; pio subpondere, sufficit illa,
Et circa geminos auidus sibi temperat ignis.
Incolumes abeunt tandem, & sua numina secum
Salua ferunt: illos miratur carmina vatum.
Illeque se potuit claro sub nomine ditis.
Nec sanctos iuuenes attingunt fera dicta fatæ:
Sed iure his cessere domus, & iura piorum.

Hinc Silius inquit,

Tum Catina ardentis nimium vicina Typhœo,
Et glomerasse pios quondam celeberrima fratres.

Hoc namque sepulchrum, piorumq; locum pleriq; putant hucusque extare Catinæ, aut vestigia saltem extra Stesichori portam, in hortis quibusdam ad Aquilonem, vbi Stesichori lepidissimi Himerensis poëtæ erectum quoque Phalaridis suasione fuit sepulchrum, cuius etiã vestigia ad oculos cõtemplari licet.

Paulus quoq; Orosius secundo historiarũ libro sic ait: *Aetnam, que olim cum exitio vrbium, atque agrorum, crebris eruptionibus æstuabat, tunc tantum innoxia specie, ad præteritorum fidem fumasse,* & reliqua. Eodemq; libro sub Cyri monarchia, annis circiter quingentis ante nostræ salutis vindicem, ait: *His deinde temporibus, grauissimo motu terra concussa Sicilia, insuper & æstuantibus Aetna montis ignibus, fauilliſque grandibus, & calidis, cum detrimento plurimo agrorum, villarumque vastata est.* Quinto quoque libro refert M. Aelio, & L. Aurelio Oreste Consulibus, anno post instauratam à Romulo vrbem DC XXVIII.

Digitized by Google

Aetnam vasto tremore concussam exundasse ignium globis: rursusq; alio die, Lipáram insulam, & vicinum circa eam mare in tantum efferbuisse, vt adustas quoq; rupes dissoluerit, tabulata nauium liquefactis ceris exorruerit, exanimatos pisces supernatantes exposuerit, homines quoque (nisi qui longius potuere effugere) reciprocato anhelitu calidi aeris, adustis introrsum vitalibus, suffocarit. Eiusdemque tertio decimo libri capite, Q. Cæcilio Metello, & T. Q. Flaminio Consulibus, anno post Romæ ampliationem à Romulo DC XXXI. *Aetna mons* (inquit) *vltra solitum exarsit, & torrentibus igneis superfusis, lateque circunfluentibus Catanam vrbem, finesq; eius oppressit ita, vt tecta aduum calidis cineribus prausta, & pregrauata corruerent. Cuius leuanda cladis causa, Senatus decem annorum vectigal Catanensibus remisit.*

Nec iis inferiora erupêre incendia salutis nostræ anno CC LIII. primo vero post virginis Agathæ martyrium, quo tempore, Catinenses adhuc idolorũ superstitione affecti ob eorum ciuis martyrium Agathæ, in Christum credentes, fideles effecti sunt Christiani, inuento potissimè in virginis sepulchro lapide iis literis inscripto.

MENTEM SANCTAM, SPONTANEAM, HONOREM DEO, PATRIAE LIBERATIONEM.

Qui lapis (vt fama per manus hominum ducta refert) religiosissimè Catinæ conseruatur in præsentem vsq; diem. Nam æstuante crebris eruptionibus Aetna, ea qua regione Catina iacet, tunc Catinensis populus, aperta martyris sepultura, assumptoque tenuissimo panniculo, quo virginis Agathæ cadauer fuerat inuolutum, quem hodie Grimpiam vocare accolas diximus, & cũ illo ignis profluuio occurrentibus ciuibus, (mirabile dictu) igneus amnis statim defluere destitit. Quamobrẽ fama per hominum ora producta, litterisque maiorum comprobata, Catinenses eodem velo Aetnæos flammarum globos, vno, & alio temporibus se contra tuentur, vt vidisse diximus.

Nonne, etiam Plinius secundo naturalis historiæ libro affirmat, Aetnam maximam euomuisse arenarum congeriem, illamq; ad passuum millia centum quinquaginta (trahentibus suo furore ventis) eiectasse? Et nos satis vltra temporibus nostris euenisse fide dignorum testimonio accepimus? Quippe quod cinis in Cretam insulam euolauerit.

Anno autem M C LXXIX, vel vt aliqui scripserunt M C LXXIII. sub Guilielmo secundo, cognomento Boni, Siciliæ Rege, pridie nonas Februarii, ad primam diei horam, vt Vgo Falcandus (qui illorum temporum historiam conscripsit Siculam) refert: Vehemens terræmotus tanta Siciliam inuasit vi, vt in Brutiorum agro quoq; circa Rhegium, oppidaq; proxima sentiretur. Et Catinensis opulentissima ciuitas vsq; adeo subuersa est, vt ne vna quidem domus in vrbe superstes remanserit, viri ac mulieres circiter quindecim (at viginti referunt aliqui) millia, vna cum ciuitatis Episcopo, maximoq; monachorum numero, sub ædificiorũ ruinis sunt oppressi. Et nisi velo virginis Agathæ, qui superierant se tutati essent, actum quidem esset de illis, furentibus, & perstrepentibus vndiq; flammis. Leontium etiam nobile Syracusanorum oppidum, eadem terræ concussione subuersũ, oppidanorum pleroſq; ruentium ædificiorũ mole consumpsit. Multa præterea in finibus Catinensium, & Syracusanorum castella diruta sunt: multisq; in locis terra dehiscens & nouos protulit fontes, & veterum nonnullos obstruxit. Quin etiam ea Aetnæi cacuminis pars, quæ Tauromínium (ad Vulturnum scilicet) respicit, aliquantillum subsedisse vita est. Syracusis Arethusa fons famosissimus, quem ab Aelide Græciæ ciuitate, fama est in Siciliam subter mare, occultis deriuari meatibus, de limpido turbulentus effectus, saporem salsissimum, multa maris admissione, contraxit. Taius quoq; fons (Taui hodie) non longe ab Enna Siciliæ vmbilico remotus, aquarum tunc vberrimus nitidarum, dulciumq;, qui à montis radice iuxta Casale Sarracenorum affatim scaturiebat, spacio duarum fermè horarum, obstructus manens, aquas intra venas continuit immotas, magnoq; inde erumpens impetu, sanguinei coloris laticem per vnius horæ spacium, mirantium oculis indigenarum exhibuit. Messanæ etiam mare Mamertinum, cum tranquillissimum esset, Scylla, Charybdique concordibus, in se ipsum primo se contrahens, paulisper cessit à littore, deinde pedetentim rediens præfixas vndarum metas transiliit, muroſq; ciuitatis abluens, ipsis etiã sese portis infudit, magna Messanensiũ iactura. hæc Vgo Falcãdus literis mandauit.

Sub Frederico deniq; secundo, Trinacriæ Rege,

Rege anno salutis nostræ M CCC XXIX. maioribus ignium profluuia eruptionibus Aetna euomit. Quarto etenim calendas Iulias, quo festum diui Leonis Papę Siculis celebre venerabatur, ad vigesimam tertiam diei horā, contremiscente tota propè Trinacria, maxima Siculorum formidine, extemplo ab Aetnæ regione Subsolanum, siue Orientem versus, ad Rupem Musarræ (hæc pars montis erat) niuibus contectam candentemque, per grandis, formidolosusq; crater erupit, aliis atque aliis diruptione eadem, circa montē concremantibus hiatibus, vnde quattuor fermè ignium profluuia profluxere, illius quidem fragosæ materiei, de qua saris supra dictū est. Quæ immensa tophorum, & saxorum mole, Cataneos ita campos deuastauêre, vt in præsentem vsque diem, agri penè omnes glarea (quam indegenæ sciaram vulgo appellant) cōbustisq; lapidibus, referti apertius appareat.

Quid de illo maximi profecto horroris, & iacturæ incendio, quod anno circiter M. CCCC XLIIII. cuenisse in historiis diximus, quo summum Aetnæ apicem subsedisse, ignibusque diuæ Agathæ velo obuiatum fuisse, maiorum monumentis apertissime constat? Sed hoc de ignium eruptionibus seuis dicta sufficiant.

Ad Montis igitur descriptionē ordinatāq; illius diuisionem particularius reuertamur.

Aetna planè in tres (secundum communē indigenarum loquendi vsum) diuiditur plagas, siue regiones. In pedemontanam siue radicalem, aut Aetnæ fimbrias mediam, quā costas, & nemora dicunt, & montis cacumen, apicem, siue scoperta.

Prima igitur quæ aridissima est fragosa, salebrosaq; contegitur materie, quæ natali incolarum nomenclatura, sciara vocatur, quā nos sæpę glaream appellamus, ex eo, quod glaream dicunt Latini terrā lapidosam, qualis aut in fluuiorum ripis, aut in littore maris, quamuis longè crassior existat, esse solet. Virg. Geor. 2. *Clinosi glarea riuis.* Vnde Liuius primo bell. Punic. *ad hæc inquit, saxa glareosa volumen.* Hæc sub radicum vocabulo, ab accolis hoc sibi mutuauit nomen Aetnæ radices, aut (vt vulgares dicunt) faldæ Mongibelli: Quippe quæ montis ad pedes fimbriarum vicem obtineant prolapsarum. Quæ à montis iam designatis finibus, ad medium vsque plagam, nemora nuncupatam, protenditur spacio (ex Austri, siue Meridiei regione) passuum millia circiter duodecim. In cæteris vero lateribus, pro locorum qualitate, eo amplius, vel minus, & quandoq; trium, aut plurimorum millia passuum tractum habens, in longum, suam circa basim, multis ornata oppidis, pagisque, aquarum decursibus perennium, aliisque amœnitatibus, & rerum diuersitate, se decoram facit.

Secunda vero, quæ media est, nemorum, & quandoq; costarum sortita est vocabulum, hoc ad humani corpori similitudinem, & illud propter nemorum densitatem vnde vulgo dicitur, le coste, vel, gli boschi di Mongibello quòd omnibus ex lateribus vndequaq; præter Australe, quod maximè præceps, præruptumq; existit, mons ipse sit nemoribus cinctus. Quæ aliquibus in locis, vltra milliaria septem extenduntur in latitudinem eoq; plus minus secundum locorum dispositionem: In longitudiuem vero ad octuaginta passuum millia, circa montem protenduntur & vltra, quorum fimbriæ, siue inferiores ad pedemontanam extremitates, quercubus vt plurimum, cerrisque, populis, & quandoq; castanetis, aliorumq; pomorum arboribus sunt refertæ, grossas dulcesq; glandes, & alios fructus ad animnatiū vitam producentibus. Inter quas maxima est glareæ continuatio, & adeo huiuscemodi saxa adusta, ponderosaq; ibi perpetuantur, vt fuisse hominū ingenio, ac industria in ordinem collocata diceres. Quæ etiam vsq; adeo splendent, & in oculis aspicientium nitent, vt vitro conspersa diiudicarentur. subnigredinis, & porositatis quid in se habentia. & asperitatis.

Sunt & hac in regione proceræ inter nemora, patulæq; fagi, longiores, pinguioresq; pini, quibus (vt dictum est) tum resinam, tum picem, tum etiam terebenthinam aliosque medicos liquores artifices conficiunt, ob quorum opportunitatem factum est, vt sub montis Aetnæ radicibus, Linguagrossa pagus, nunc vero populosum oppidum cohabitaretur ab iis (Longobardis forte à quorum idiomate, vt Sicanlo crassiore, nomē retinet) qui primi picis conficiundæ magisterium nouerant in Aetna commodum. Qui Linguagrossenses in præsentem vsq; diem, in ea versantes picis exercitiū subposito exercent vtiq; modo: quærunt artifices per Aetnā, Pinus annosiores quàm reperiri possunt, quæ vel in

totum, vel in partem tædosæ sint effectæ; hoc A
est, quæ per earum annositatem præpingues
euasêre, suopte glutinoso naturali arboris
succo, qui instar gummi, sæpe per corticem
defluit, insistitque: quo pro resina (sub ragiæ
nomenclatione) accolæ sæpiuscule perutun-
tur, vnde euenit, vt tæda, quæ est prima arbo-
ris cortex, & internæ quoq; partes, ob natu-
ralem, viscosumq; humorem immisso igne
facilime succendatur, & vti cerea fax lumen
retineat, suaq; præpinguedine alat, cuius lu- B
mine Cererem noctu quæsiisse Proserpinam,
poetarum testantur fabulæ. Quas inuentas
quantum à calce in cacumen arboris, luxuria
patitur, idq; fieri potest, securi, siue bipenni in
frusta secant, quod stellare, incisoresq; Mani-
sios à Manara vulgares vocant. Tum furnos
ad id paratos pyramidales, sed teretes, ad cam-
panæ formam, in vtero ahena habentes ad-
aptata (quamuis & sine his fieri soleat) extra-
que cinctos canali in ahenum foraminibus C
directo, tædis frustatim concisis circundant,
aptèq; disponunt, furnorum fabricam supra
canales extrorsum frustulis illis pyramidatim
vestiendo: immissoq; postea desuper igne, tæ-
dæ adeo feruent, vt sudor aquæ modo, à ca-
nali defluens in ahenum, vel vbi sine eo fit, a-
lia in loca operi apta, indeq; in aliquas maxi-
me constipatas arculas, vel in fossulas, quo
usq; condensetur, emissus, in picem (quam,
di barca, vocant) nigerrimam conuertitur, D
concoctione præcedente.

Alteroq; modo sine aheno sic fit. Tædas
vt supra extra furnum dispositas, arborum ra-
mis, viridibusq; frondibus contegunt, cespi-
tibus, & glebis supra impositis, vt calor inde
spirare non possit, suppositio postea intra fur-
num igne, vbi tædæ maximo sunt feruore af-
fectæ, sudor ille in canalem, locaq; apta defluens, pix (vt supra dictum est) euadit. Sed li-
quore stillatim colare cessante, opus iam ab- E
solutum se se ostendit. Tædæ liquor iste etiã
in aliam picis speciem conuertitur, quã Græ-
cam appellant, qua artifices ad ferruminati-
onem vtuntur. Aliudque picis genus effici-
tur liquidum, & tenacius; Catalana Siculo
vocabulo dicta, medicus quidem liquor, ad
brutorum vlcera valens, muscis quoq; mor-
sus brutis inferentib. summè exosus, ad The-
riacæ colorem, quod pissélæum, id est; picis
oleum pleriq; esse putant. quod ex pice hu-
mida quando coquitur, vtique fit simile visco F
sua tenacitate, vnde pix viscosa ab aliquibus
nuncupatur.

Ex iis pinorũ quoq; arboribus conciso (vt
diximus) præpinguiori cortice, terebenthina
species quædam, & resina etiã, quæ tenacitate
sua in arbore (vt gummi) residet, sæpe colligi-
tur, & conseruatur. Sed de iis hactenus dixisse
sat est.

Hæc fermè secunda Aetna plaga, quamquã
omni sit amœnitate completa, non nihil in se
tamen horroris habet. Nam adeò locus iste
densis, procerisq; arboribus fagorum, cerro-
rum, vlmorum, populorum, quercuum &
pinorum, ac ilicum, aliarumq; arborum cor-
poribus, pari propè distantibus interuallo,
redditur vmbrosus, vt à solis radiis penetrari
vix possit. Additis quoq; fragosis lapidibus il-
lis, de quibus satis supra diximus, multisq; e-
tiam crebrioribus cliuulis, & collibus, quini-
mo erectioribus fragosæ glareosæq; materiæ
tumulis, montium instar, orbicularibus fere,
& aridissimis ibidem consistentibus.

In quorum verticibus, crateres, siue rotun-
da quodammodo visuntur ora, tophis, salc-
brisq; repleta, & quibusdam spinosis plantis,
quas adastras vulgares accolæ vocant, quer-
culisq; etiam non paucis. Vnde certo certius
iis in locis, montis eruptiones, ignium q; pro-
fluuia quondam fuisse coniectari licet. Quos
Aetnæi incolæ montes arsos (vt ipsorum vo-
cabulo vtar) appellant: quorum non modi-
cus est numerus.

Hac quoque in Regione, in Septentrionali
montis ora, à Subsolano ad Fauonium, siue
ab Oriente ad Occasum, multa reperiuntur
antra, subterranea q; specus, stupore, ac for-
midinem aspicientium animis iniectantes.
Quorum, quarumq; aliquæ, licet solo adæ-
quata habeant ora, ad puteorum, aut sarco-
phagorum formam; interne tamen pedũ cir-
citer quinquaginta altitudinis, totidemq; la-
titudinis tractum, & supra centum longitudi-
nis continent. Nonnullæq; etiã cauernæ, quæ
nõ adeo pergrandes existunt, in Aetna quoq;
consistunt, in quib æstiuis temporibus, aquę,
sed modicæ quantitatis, stillãtes reperiuntur,
fontanis gelidiores, & putealibus puriores, vt
ipsi vidimus & degustauimus. Quorũ aliqua
(de multis, antra hic sicuti curiosius perscru-
tati sumus, ita curiosè referre nobis visum est.

Antrum, siue specus est ingens planè ad exi-
tum fermè regionis huius, tertiam versus, in
loco ab

loco ab Aetnęis Baracca vetus (quod Tugurium Siculis est) nomenclato, vbi pix conficitur: à Furno passibus circiter mille ad montis verticem remota, in qua per foramen, instar communis portæ, descenditur. Sed vbi in specus alueum descensum est, primum quidem est reperire aulam, siue pergrande atriũ, natura ipsa, vt videtur, concameratum, durissimi, nigerrimique saxi, quod metalli, aut ferri spumam imitatur, in testudinem formatũ, quod cœlo propè, aliisq; fabrorum ferreis instrumentis fabrefactum incisumque penè videtur; in quo hastiludium, equo, & lancea exerceri facile posset. In cuius angulo ad Aquilonem, supra Antri solum pedibus circiter duodenis, fenestra est, in quam vbi per quasdam saxi præruptiones graduum ferè instar, ascensum erit, in cuniculum quendam, tetrum quidem, & formidabilem introitur. Qui vnius communis hominis altitudinem vix habens, in passus fermè quadraginta extenditur in longum testudinatim, eodemq; saxo naturæ artificium præ se ferente. In cuius meta intimoque extremo angulo fossula quædam incredibilis frigiditatis, & nitoris aquam habet, è culmine distillantem. Et adeo spirat hoc in canali ventus, vt faculæ accensæ extinguantur. Ego vero dum in hunc intrarẽ cuniculum, lumen lanterna conclusum mecum apportaui. Enimuero Cyclopum habitaculũ fuisse tantum abest vt credamus, quòd eorum innumeros Aetnam habitasse nemo est qui saltem non legerit vel audiuerit: vel (quod mihi quidem persuadeo, magisq; credendum est) antrum hoc incendiorum vi, consumptis telluris visceribus, intra saxa hæc igne concocta fuisse concauatũ, veluti color, & interior materies ad oculum indicat. Hinc Fauonium siue Occidentem versus, per idẽ montis latus, ad milliaria circiter sex, plura etiam inueniuntur antra subterranea, vnum scilicet Vlmi nuncupatum ab accolis: quod in eo sit pergrandis vlmus, & annosa. quæ ex antri hiatu in altum surgens, stuporẽ mirantib. infert. Est & alia specus in imum descendens, hac in montis plaga in loco Collecta ab Aetnęis appellato, omni namq; tempore virenti; vbi deficientibus arboribus, herbidus campus leni decumbit cliuulo, amploq; tractui speculã præbet altiorẽ, quæ in Aeolias vsque insulas, liberiori aspectu, ad aquilonẽ, vallis nemorũ ferè in oram dominatur. Hæc est enim alia ex tribus Trinacriæ Prouinciis ad Pelorũ vergens, & Nebrodem Siciliæ montem, Madoniã hodie, cui damarum copiam, nomen dedisse Solinus asserit.

Specus iste, quod palumbiũ turbam intrà se nidificantium totó ferè anni tempore cõfouet, à palumbe assecutus est nomen: Quarũ nos alias protensis in specus ore plagis, retibusque multas circumuentas aucupati sumus. Aetnæi antrũ hoc vulgò vocant, Grotta della Palomba.

Tum procliuiter denique ad exterum nemoris orã, montisq; fimbrias cum deflexeris iter, & si inter eundum plures reperiantur cauernulæ, latebræq;, in quibus gelidissimæ nitidissimæque æstate adinueniuntur aquæ guttatim destillantes: quandã tamen montis dulcis nomẽ à loco sibi nactam reperies, miræ quidem profunditatis, longissimiq; protractus: cuius hucusque (quod sciuerim) nemo est qui perscrutatus finem inuenerit.

Hæc namque cauerna inter hanc secundã & primam montis regionẽ fimbriatũ existit, sed in plaga nuncupata mõtis dulcis. At quoniam in hunc incidimus tumulũ, de eo prius aliqua notatu digna dicamus, quę etiã ad Aetnæ descriptionẽ vtique pertinere censentur.

Mons igitur hic dulcis ab accolis appellatus, qua ratione nobis incertũ, in Castrileonis agro situs, forma sua pene rotundus est, alterius absq; collis coniugio: ambitum in calce duũm circiter millia passuũ habet; sed in altũ vnius fermè stadii spacio in pyramidẽ assurgit. Cuius in latere ad Boream, vallicula insidet, qua igniũ profluuiem primis temporib. illis defluxisse manifestũ est. Nam montis vertex in coronam deductus, excepto illius vallicułe interuallo, quod quartã penè montis coronæ partẽ absorbet, depressamq; cõtinet, vetustissimi crateris os, per quod ignis profluuiũ emanauit, apertissime indicat. Idq; etiam montis alueus in profunditatẽ demissus, veluti in conchã formatus ingens nobis ostẽdit. Cæterum glareæ exuberantia, ac materies illa aridissima & fragosa, subrubra, arenosa, porosa, pumicosaq; ac leuis, & ingentia saxa ibidẽ vitreo nitore consistentia, quæ collectiuè incolarũ vocabulo Sciara dicitur, ibidẽ protestantur. Addito, quod per vallículã illam, ad Cantaram fluuiũ, igneus decursus vetustissimus, insistente hucusque perpetua etiam glarearũ mole, apparet; Campisq; peruetis idem affirmantibus.

Hunc deniq; iuxta montem ad ortum, specus est illa, de qua noster erat sermo. Quæ paruulum ad vnius hominis capacitatem, depressum habens hiatum, & glareis extrorsum supertecta, in subterraneam ducitur cauernã imperscrutabilem: In quam ego ipse, Marco Franchino, Simone de Carolo, & aliis cum amicis, viris quidem naturæ secretorum curiosis, sum ingressus, detento in specus ore, custoditoq; funiculo, eodemque à nobis in longum post terga protracto, plusquam trecentis passibus, lumine lanternis incluso, maioribusq; facibus, per tetras cauernæ latebras, præruptaq; diuerticula ambulauimus. Deuicti tandẽ frigore, & vehementi algore, quãquis, sub æstiuo essemus solstitio, atq; horribili formidine, nec specus nacti finem, conglobantes denuo filum, quo perrexeramus tramite, in lucem. Solisque aspectum reuersi sumus, re imperfecta.

A fide dignis inde viris accepimus, fama per manus hominum ducta, affirmantibus ad eorum peruenisse noticiam, sic asseuerantibus aliis, qui à senioribus ita dici audiuerant, primis quidem temporibus, nonnullos hanc ingressos specum, nunquam fuisse reuersos, nec vspiam visos. Censebatur profectò, & ita mihi sanè dicendum videtur, ni modo eius sint obstructi meatus, cauernam hanc, per subterraneos cuniculos, sub Cantara flumine, montiumq; catena (quam nos in historiis Apenninum Siciliæ vocamus) indeq; mare subtermeantẽ, in Vulcani insulam traiectare. Idq; comprobari videtur, quòd apud probatos Scriptores legimus, & experientia docet, furente Aquilone, Vulcaniam insulam suo cratere, siue montis hiatu flammas effundere, & idem aliquo emenso temporis interstitio, non multo, Aetnam quoq; facere: Quo cessante vento cessant vtrobiq; flammæ. Pariterq; debacchante Euro, Aetnam fumare, & quandoq; tonare, ididemq; postea Vulcanũ agere: vnde Solinus, & pleriq; alii hac ducti consideratione, posteris scriptum reliquêre, Aetnã, Vulcanũq; vicissim ignẽ sibi communicare. Hinc Virgilius quoq; Aneid. octa. dixit:

Insula Sicanium iuxta latus, Aeoliamque,
Erigitur Liparim fumantibus ardua saxis,
Quam subter specus, & Cyclopũ exesa caminis,
Antra Aetnaa tonant, validiq; incudibus ictus
Audiri referunt gemitum, strideuntq; cauernis
Structura Chalybũ, & fornacibus ignis anhelat
Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.

Hinc etiam Petr. Amoris Triumph. cecinisse legimus,

Non holli mai Vulcan, Lipari, od Ischia,
Stromboli, o Mongibello in tonta rabbia.

Et Dant. 14. Infern.

O scegliſtanchi gli altri à muta à muta,
In Mongibello à la fucina negra,
Chiamando buon Vulcano aiuta aiuta.

Tota deniq; hæc secunda montis Aetnæi regio, est plane glareosa, arborata, & frugifera, aquæ tamen decurrentis indigens, hyberno saltem tempore, propter maximè congelatas niues. Excepto tamen quòd aliquibus in lapidibus suapte natura concauatis (quos Aetnæi Sciambrẽ appellãr) quandoq; pluuiales conseruantur aquę, in multam ætatem: in quam etiã conseruantur aliquæ in concauis arborũ vrnis, & eneruatis illarũ corticibus, quæ montano illas purgante aere, vmbriſq; Solẽ arcentibus, gelidæ, nitidæque existunt, ita vt fontanas putealesque frigiditate, & nitore superare facilime dignoscantur.

At ea, qua ad Orientem vergitur ora, inter nemora supra Mascaras (qui paruulus est pagus, & aquis exuberans) in cœnobio in nemoribus sito, cui sanctæ Mariæ de vena, *ob id* est nomen, purissimus, & perennis erumpit fons, cuius aquæ per subterraneos quoq; naturæ meatus, longè inferius in sanctæ Venere fundo scaturiunt ad Mascararũ læuã, affluenter. Est & alia aquæ dulcis, nitidæq; scatebra in eadem ferè plaga, ad Vulturnũ, intra nemus, quæ Doricè Melan dicitur, à nigredine telluris, vbi scaturit, & ab Aetnęis vulgo, il Milo, appellatur. Plura sunt, & alia regionis istius secundæ, quæ cũ talia nobis nõ videantur, quæ curiosos saltẽ delectare possẽt, pro nunc prætermittũtur. Quippe quæ in nostra Sicilia instaurata, & illustrata, satis late Italicè relata sũt.

Illud tamẽ quod nũc in mentẽ venit, nõ esse prætereundũ cẽseo, quòd media hæc montis regio, cuius maxima nunc agri pars inter cerros, quæ propterea Cerrita indigenarũ nomẽclatione dicitur, impensa Illustris quondã Ioannis Thomæ Iuenii, Marchionis Castrileõis, (cuius dominio potiſſi. Aetnæ pars cedit) in plagas arabiles deducta, & alia, quæ Collabasla ab accolis nuncupatur, frumentorũ adeo vberrimæ fœcundæq; re ipsa, existũt, vt vernis quidem niuibus, cineribusq; igne in cespites, glebasq; submisso, præ pinguedine luxuriãte humo, sępe agricolis semina credentibus, supra quàm centuplũ meo quidẽ tempore reddidisse acolarum testimonio finitimorum, apertissime constet.

Terra

Tertia Aetnæ plaga, siue pars, ea est, quæ per septem ferè milliaria, eoque amplius, vel minus, pro locorum qualitate, à secunda in montis apicem vergit, quæ incolarum nomenclatione Nectorum, siue Scopettorum vulgatè nomen sortita est, quòd ea sit arboribus, arbustisq; nuda, quò phalactæ meo quidem iudicio Græcè, & glabreta Latinè dici possent, hoc est, loca nullis penè herbis, aut plantis vestita, sed calua: Quippe quia ob niuium copiam, qua in multam vsq; ætatem, iuga hæc contecta manent, stirpem nullam gignunt, iisque ceu capillamentis orbata, calua quodammodo videntur. Excepto tamen montis tractu, qui accliuis duûm circiter passuum millia, statim post secundam, succedit regionem. Qui cum sit glareosus, & aridissimus, illa subrubra & fragosa Tophorum materie repletus, ac pumicosus, & arenosus, aliquibus tamen in locis refertus est quibusdã admodum spinosis, siluestribusq; & comestibilibus carduis, de illis forte, quos in Sicilia tantum nasci à Strabone, Plinioque accepimus, & spinosorum quoque quadam graminum specie, quibus equorum armenta, quæ ibidem æstate, nullo custode, vagantur, naturæ instinctu, pede contusis depascuntur: Rursusque & luniperorum, Barberorumq; fruticibus. Sunt enim luniperi frutices qui in locis arenosis frequenter nascuntur, per terram vt plurimum repentes, pro foliis spinas habentes, perpetuo virentes, & baccas ceu laurus ferentes. Barberi vero arbusta sunt, siue plantæ quædam, quæ exillis aridis, scabrisq; distritis tophi, subortæ à terra surgentes, densis crescunt virgultis, armatis sanè longioribus atq; leuioribus spinarum apicibus, quæ naturæ artificio distinctæ circumcirca eas nascuntur, dumosis cum ramulis, frontes circa spinas ipsas, habentibus, malorum punicorũ frondium instar, sed exiliores, breuioresque nec adeo acuminatas: inter quas Maio subintrante mense, flores parturiunt luteos, giluosque, racemis circumquaq; dispositis, in vitis modum ferentis vuas, suauissimi odoris. A quibus acini postea giguntur parum oblongi, & aliquantis per frumenti granis grossiores. Qui vindemiarum quoquo tempore, quo vua communiter maturescit, in vuæ quoque modum, in acinosos dispositi racemos, venustè pendentes, vbi permaturescunt, adeo viuidi, rubriq; euadunt, vt colore mali punici acinos imitentur maturos, sed inflammationis, viuidioriſq; coloris, saporis tamen ad gustum acidioris, ac styptici Qui Berberorum vocabulo à pharmacopolis appellati, in febribus acutis maximè dispensantur. Quorum quidem fructuũ, ego ipse suo tempore quàm plurimos legi racemos, minimò minus niuibus obtectos, manibus tamen chirothecis contectis. Et frutices etiam sic spinosos, ramulosq; acinosis venustè distinctos racemis, mecum asportaui, diuq; in vuæ modũ conseruaui.

Reuertatur itaq; vnde nostra iam defluxit oratio. Isto igitur tractu duûm circiter millia passuum, emensо, ea, quæ à Subsolano per Boream, siue ab ortu per Septentrionẽ, montis parte vergitur ad Fauonium, in Occasum, varia, atq; multiformis præostenditur Aetnæ facies, semiherbosis existentibus locis, & assurgentibus quoq; perpetuis, frequentibusq; tophis, nigerrimisq;, & porosis saxis, quandoque subrubris, & glareosis, vt in calcibus videri diximus. Quæ furente incendio, montis plagas turpiter occuparunt: prospectu tamen in insulam amœniori, regio hæc alias totius Aetnæi ambitus partes, specieq; superat, Reliquæ enim ambitus huius partes præruptis, fragosi q; rupibus, & obliquis adeo flexibus, sunt deturpatæ, vt horrendum mirantibus præbeat spectaculum, modo hiatibus, modo impendentibus ripis, cuncta (qua mons in ima descendit) deformantibus iuga, colles, fundos, & arua.

Hæc enimuero tertia montis ora, è Vulturni regione, ingentem profundamq; habet in latera vallem. Cuius pars superior (à forma) asini dorsum, & à plerisque Leonis Taghara Sarracenicè, nuncupatur, semper niuibus candens. Hinc quoq; Occidentem versus ad Aquilonem, tumulus est quidam orbicularis, conchaà figura, appellatus. Indeque non multum à longè tumulus alter conspicitur in eadem plaga, in pyramidem pene erectus: qui frumenti mons ab accolis dicitur. Inter vtrumq; vero parum accliuis vallicula desidet: qua libentius minoriq; equitantium incommodo, ad vltimum montis Aetnæi acceditur fastigium: vbi maximus, & ardens crater cunctis formidolosus existit: Namque etiam equis ad montem accedi potest.

Post hanc, quæ mille circiter passuum tractu protenditur, alia paruula succedit vallis arenosa valde ascensu longè difficilior, vbi lacus, siue stagnum Gornazzo ab Aetnæis dictum

ctum (is locus est enim in vallicula niuibus A vtrinq; contecta) qui tribus diei horis, iuxta Solstitium æstiuum, aquarum frigidissimarū vbertim cernitur. Quæ has extra horas horas, in glaciem maximè congelantur: ita vt nec gutta quidem inueniri possit. Hinc ad asini dorsum, Orientem versus, indeq; ad Occidentem, lati quidem campi exilium, albarūq; arenarum, in longitudinem quoq; protensi, inherbidi, nudiq; conspiciuntur. Qui propterea huic regioni Nectorum, aut scopertorum B (vt diximus) nomen indidêre. Et verè sunt glabreta, siue phalacræ. Sub quibus ingentē niuium congeriem summè congelatarum, ventis ibi sæpe furentibus, illasq; inuoluentibus, mistā arenis consistere aperte constat. Quæ in crystallum vehementiori gelu contractione, facilime tendunt. Per hos igitur arenarum campos, per quos equis quoque conficitur iter, ad locum vsq; saxis circunseptum quendam, à supremo montis vertice, C mille quasi passibus remotum; difficilior est ascensus, quamuis accliuis sit parum, aut nihil. Quippe, quod tres superambulantium passus in vnum, vel alterum vix resoluuntur. Segniter enim, testudineoq; (vt aiunt) passu, est eundum. Nam degrauantibus vel equis, vel viatoribus arenam, tardissimus fit incessus, quinimo retrogradus. Hoc tandem emēso spacio, in alium montis tractum peruenitur, mille circiter passuum latitudinis, vsque D in craterem maximum, summumq; montis apicem, qui ascensu difficilimus est, salebris, & in grossiores, acutissimosq; calculos disterminatis tophis fragosis illis, quos ignitos admiranda mons ipse eructatione eiectauit, pedes retardantibus, atque exedentibus: qui & si recentioribus, nouisque, atq; reiteratis tegerentur calceamentis scabris tamen illis tophis, & saxis nimium offenduntur, ceu si lima ascendentium calcei exederentur ferrea, aut E si in culinarium instrumentum, quo foraminato caseus minutatim disteritur, Græce Tyrocnestis sortitum nomen, manus perducerentur. Quo factum est, vt sodalis quidam noster, dum illac simul teneremus iter, iocosè tophos illos salebrasq; Tyrocnestes appellauit: Calippū imitatus, qui Syracusis amissis, dum Catina potiretur, vt Plutarchus in Dione refert, scribitur dixisse, Tyrocnestim pro ciuitate habeo. Atque Mulciberis (cui mons sacer ipse fuit) culinaria instrumenta casei disterendi gratia, quàm facetissimè dixerit.

Ceterum locus iste saxis circunseptus, multo cingitur ambitu. Sed per duas, aut tres sui ipsius angustias, adeuntibus aditum præbet. Vbi ad primum loci huius ingressum, lapis est, nec omnibus notus, in cuius concauo alueo, suis horis (vt dictum est) aqua reperitur frigidissima, maximeque nitens.

Hinc non longè abest fragmentum quoddam latericium, antiquitatis vestigium, testudinatum: Turris Philosophi nomenclatura à Siculis, quòd speculandi naturæ abdita Agrigentino Empedocli hospitium (vt plerique putant) præbuerit. Qui tandem immortalitatis numen acquisiturum se existimans, furente Aetna, in craterem sese immersit, vt communis Scriptorum schola testatur, vnde Horatius Poet.

Siculique poeta
Narrabo interitum: Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aetnam
Insiluit: sumat, liceatque perire poetis.

Sed an & ibi fuisset Vulcani templum flamma circumseptum inextinguibili, à canibus custoditum, nobis incertum est. Ad quod eos qui castè accessissent blanditiis cranes allectabant, impuros verò latratibus, mordicusque arcebant. Quod apud superstitiosos gentiles illos, diuinitus putabatur euenire, vt Rhodig. XX testatur libro. Quod etiam refert Author quidam primo de Animal. libro, dum de Canibus custodiæ differit. Quin etiam Pausanias tertio libro refert, Gentiles illos in captandis negotiorum auguriis, argentea, aurea, & iis pretiosiora, si qua haberent vasa in flammas illas proiecisse siluestos: & dæmonis opera (vt Christianos affirmare decet) si bonum, absorbebantur in imum barathrum: si verò infaustum erat oraculum, ab eisdem violenter eiectabantur in ltum, perstrepentibus flammis.

In hoc denique vetustatis monumento, pernoctare plerunque solent ii, qui maximū visuri craterem in vltimum Aetnæ fastigium tendunt, ignibus tamen, magna lignorum secum apportatorum strue, vndique accensis. Quippe quòd altius noctu, & post Solis occasum, homines posse consistere, hi occidant, impossibile profectò censetur, maximū ob frigus regionis huiusce tertiæ.

F Si quis ergo per hunc tractum accessu difficilimū, ad montis apicem, maximumq; hiatum

tum ire cupit, pedibus propè reptare, segnique passu incedere necessario cogitur. Arduus namque, & asperrimus per ardua hic callis est, immenso, & non spernendo vtique labore superandus. Quoniam degrauantib. pedes viatorum corporibus, calculi & salebrę haud modicam inferunt calcantibus molestiam. Nam dum ascendentes pedetentim reptauerint, amoto altero congeries tota illa glareosa deuoluitur in alterum pedem, & in eos aceruatim corruit. Quo fit, vt si etiam in plano (si quod fortè hic esset) ceciderint, scabricie sua maximè lædunt, manusque offendunt: quod mihi sanè duriore corio pedes, & tibias ocreato, ac manibus chirothecatis per crepidines, verticisque extremitates inter reptandum (vt ita dixerim) sæpe contigit.

Isto demum emensо tractu prærupti ascensus ad supremum montis fastigium peruenitur, vbi duo sunt illi crateres, de quibus satis dictum est suprà.

Ad quod alio quidem tempore non datur commodus accessus, nisi ab Augusti duodecimo calendas, ad quartum idus eiusdem, eoque prius, aut posterius, quo temporis qualitas, temperiesque patiatur; propter frequentes, ingentesque niues, ibi quoquo tempore plerumque ningentes, atque continuas, perpetuasq; glacies, gelu, & frigora quoque immensa; quæ hac in regione assidue insistunt. Vnde nec musca quidem ibi consistit. Quinimo nec vnquam pluit aqua in ea, vt Aetnæi per omnes montis oras sæpissime conuersantes, affirmant; sed feruentiori etiam æstatis tempore grandinat, ac ningit. Vnde scitè Pindarum Aetnam niuium nutricem appellasse legimus.

Verum enimuero illud est, quod hominũ animos non parua admiratione suspendit, concutitque, quòd quamuis (vt Solinus ait, & res ipsa apertius indicat) vastis Aetnæ exundet incendiis, perpetua tamen verticis canicie, brumalem detinet aspectum. Itaque inuicta in vtroque naturæ violentia, nec calor frigore mitigatur, nec frigus calore dissoluitur. Vnde Aetnæ hoc distichon conuenit:

Dum mea continuis vruntur viscera flammis,
Vruntur cano caterà membra gelu.

In cuius sententiam Franciscum Petrarcham in aliud propositum ceciniſſe legimus:

Dentro pur fuoco, & fuor candida niue.

Et quamquam æstiuis vt plurimum temporibus, montis plaga, quam scopertorum vocabulo nuncupari diximus, arenosam potius, quàm niuosam faciem ostendat: Nix tamen in ea, nunquam deficit; quippe quæ ob ventorum debacchantium vim, qui omnia subuoluunt, arenis contegitur, illisque inuoluta permistim summè congelatur. Quæ ita vehementiori gelu concreta, effossis arenis, scissisque montis arenosis crustis, maximè contracta vbique inuenitur. Quo factum est, vt illustris quidem Ioannes Michael Spataforæ cognomento, Roccellæ ad Randatium Dominus, anno ab hinc quadragesimo ferè in hanc montis plagam cum artificibus se cõtulerit, tentaturus ibi crystallum effodere. Quæ cum sit gemma quædam candida, & perlucida satis, ita dicitur ab eo, quod gelu contrahitur, vt Plinius asserit. Nec alibi reperitur crystallum, nisi vbi maximè hybernæ rident niues, glaciemque esse constat. Et nisi furentibus plus satis ventis, ab eorum potentissima flandi peruicacia, atque à grandinib. quæ sexto tunc Augusti calendas, satis largiter vsque ad fimbrias montis descenderunt, penitus maxima eorum iactura, arcerentur, experimentum certo certius reportassent absolutum. Hinc igitur euenit, vt eructante Aetnà maximo strepitu subitoque furore: aliquibus in locis, in quib. nix ipsa profunditas arenis commista, summè congelata, (vbi cutis telluris incrustata consistit) conuersa in glaciem saxis duris duriorem, subsistit: eodem fermè temporis momento, vnico furentis ignis ictu, & telluris eruptione, excrementa montis ignita, & niuis summopere contractæ fragmenta (crusta niualis cutis, arenis inuoluta scilicet) permistim visa sunt per aera conuolare; & sic mistim in terram simul cadere. Qua de re plerique (inter quos Solinus vnus) scriptum posteris reliquêre, ceu miraculum quoddam: Aetnam in illa feruentis naturæ peruicacia, mistas ignibus niues proferre, perinde ac contra naturæ ius omne, si nix cum igne simul, in montis visceribus nutriretur: nullã (vti reor) de proxime enarratis, veram habentes instructionem. Nec prætereundum existimo, Aetnæũ craterem maximum, plures etiam naturæ sanè abditorum ignaros, ob perpetuos feruores, ignium fragores, & flammarum strepores, inferni esse voraginem censuisse.

AENA-

ÆNARIARVM BALNEA EX IOANNE ELYSIO MEDICO NEAPOLITANO.

De Balneo Furnelli.

CAP. I.

BAlneum hoc est propè S. Petrũ Pantanellum. Quod traxit nomen à loco, qui est adinstar furni. Lauacrum hoc confert quartanæ exquisitæ, ac nothæ quotidianæ, splenì, hydropi, & cephalalgiæ: calculũ frangit, arenulasque educit: vesicam aperit, podagris prodest, stomachique sedat fastidia. prius tamen æger vtatur Diacydonite.

SCHOLIA.

Ne Balnea Inarimes inuiderent Puteolanis, facerentque monstrificam τὴν θερμομαχίαν, conatus sum Balnea hæc etiam Thespiadum musis consecrare. Nec turberis lector, si à carminum dyspnœa coacti, Græculas voces aliquando inseruimus; nam classicos, atque antesignanos duces secuti sumus: nimirum Lucretium, Nasonem, Martial. Iuuenal. Persium, & Auson. Gallum.

Ast ego Nasonis munitus carmine dicam,
Quod decuit tantos, cur mihi turpe putem?
Legeitaque alacri animo:
Quartana confert, splenì, capitisque dolori
Subuenit, hydropi, phlegmaticæque febri.
Vesicam reserat, lapidem perstringit, arenas
Educit, prodest mirificè podagris.
Omnia languentis stomachi fastidia sedat;
Furnelli à furni schemate nomen habet.

Diacydonite.) *de eo Galenus 6. de san. tuend. Oribas. Aetius, Alexand. Actuar. & quotquot de medic. compos. scripserunt.*

De Bal. Fontis.

CAP. II.

DIstat à prædicto balneo iactus lapidis interuallo. Sanat vero plagas, ferrum extrahit, iecori, & pulmoni confert, psoram emundat, capillos pulchros, prolixosque reddit, consumptos resumit, & ossium fragmina extrahit.

SCHOLIA.

Succurris plagis, ferrũ extrahit impetu magno,
Pulmoni confert, hepatis atque malo.
Consumptos reparat citò, prolongatq; capillos,
Emundat scabiem, fragmina ab esse trahit.

Fontis.) *est baln. huius nominis apud Puteol. de quo supra.*

Fragmina.) *idem Puteol. operatur baln. Cantarelli de quo supra.*

De Balneis Castillionis.

CAP. III.

SIc dictum est, quia iuxta ipsum fuit olim quoddam castrum, cuius adhuc mœnia supersunt. Stomachi debilitatem tollit, & vim in eo concoctricem auget, morphæam delet, lepræ prodest, cor confortat, visum acuit, plagas sanat appetitum ciet, ventremque soluit, siquis ea in potu vtatur.

SCHOLIA.

Languentem reficit stomachum, vt bene concoquat, vrget,
Morphæam humano vultu, abigitq; lepram.
Visum acuit, cor confortat, plagisque medetur,
Ventriculum soluit, prouocat vsque famem.

Concoctricem.) *D. Io. Paulus Stathanus Medicus hoc sæpius se fuisse expertum testatus est, cum Aenariis publico stipendio medicam artem exercebat.*

Morphæam.) *quæ superiùs in baln. Puteol.*

Potu.) *de baln. potabilib. lege supra ibidem, & infra cap 4.*

De Baln. Scrophæ, seu Spelunca.

CAP. IV.

AQua hæc clara est, & dulcis, iuxtà maris littus propè Casam comam. Quæ adeo feruens est, vt opus sit eam in labro ponere, siquis ea frigida vti voluerit. Confert podagris, arthritide affectis, nephriticis, ischiadicis, chiragricisque, tussi opitulatur potuque aluũ soluere potest.

SCHOLIA.

Aluum subducit, tussim, ac nephritida pellit,
Arthritin, chiragram, ischiada, podagrã.

Scrophæ vel Spel.) *sunt & baln. horum nominum apud Puteol. de quibus supra.*

Potu.) *quæ supra cap 3.*

De Baln. Gurgitelli.

CAP. V.

LAuacrum hoc pretiosissimum est: nam sterilitatem fugat, consumptos reparat, stoma-

Digitized by Google

stomachum confortat, calculum frangit hepati prodest, pſoram purgat, appetitum incitat, ferrum extrahit. vt est experimento comprobatum in quodam iuuene, qui vulnus in pectore per annum acceperat. Aduertendum tamen est, quod si aulæ huius baln. primam ianuam egredieris ad Occidentem, reperies calidissimum fontem: cuius aqua confortat stomachum. Si vero alteram ad Orientem I, occurret tibi fons, cuius aqua confert dentium dolori. Oritur quoque occidentē versus fons quidam calidissimus: cuius aqua Matronæ cum cinere vtuntur, vt absque ignis opitulatione pannos abstergant. hæc aqua capiti, oculisque prodest. Nascitur pariter Occidentem versus aqua, quæ vulgò sinigalla vocatur; hæc quidem dolori iuncturarū, chiragræ, podagræ, ischiadique, salutarem præstat opem. aqua hæc clara est, saporisque dulcissimi.

A

B

C

SCHOLIA.

Hepaticis prodest, à pſora purgat, ὄρεξιν
Proritat, ferrum mirifice extrahit.
De aliis aquis ex appendice.
Est & ad Occiduam partē, quæ vertitur vndæ
Languentem stomachū quæ reparare valet.
Quique orientales spectat calidissimus eras
Fons, dentem haud vlla parte dolore finit.
Fons quoq; ad Occiduam plagam conuersus, ocellis
Prodest, & capiti mite leuamen adest.
Quam vulgò sinigalla vocant, podagra, atque dolori
Iunctura, ischiadi præstat opē, & chiragræ.

Sterilitatem.) *idem operatur baln. Sylueanæ apud Pusol. de quo supra, cap. 37.*

ὄρεξιν.] *quæ supra cap. 45. annotata sunt legas.*

De Sudatorio Cocti.

CAP. VI.

SVdatoriū hoc est in domo Nizzola. quod inuentum est à quadam anu in rure suo, quæ à fractione tibiarum liberata est: confert hoc fudatorium laborantibus arthritide, lienis, ac ventriculi affectionibus.

D

E

SCHOLIA.

Confert affectis arthritide, pondera splenis
Aufert, inflatum ventriculum q; premit.

Sudator.] *auctor de nat. effos. meminit huius sudatorii. est & aliud apud Tritulos Baiarum, de quo superius diximus.*

F

De baln. Dimidia via

CAP. VII.

IAuacrum hoc neruos molles reddit, scabiem detergit, grauidis prodest cephalalgicis, & dolorem stomachi patientibus, lacrymas stringit, visum confortat, vomitui auxiliatur, phlegma eliquat, rigoremque abigit.

SCHOLIA.

Detergit scabiem, neruos molles facere cogit,
Fit prosul hinc capitis, sit stomacho q; dolor,
Constringit lacrymas, vomitum, pellitque rigorē,
Phlegma liquat, grauidis est medicina potens.

Lacrymas] *hoc idem operatur aqua sulphur. apud Pusol. de qua supra. & ferè omnes huiusmodi virtutes sunt cum illa communes.*

De Baln. Cytharæ.

CAP. VIII.

LAuacrum hoc parum distat à prædicto. confert spasmo, phrenitidi, tinesmo, sterilibus, cephalalgiæ, & quartanæ: semen viris auget, mulieribus vero lac.

SCHOLIA.

Tinesmū, sterilem, curatq; phrenitida, spasmo
Succurrit, capitis hinc dolor omnis abest.
Quartanam delet, mammis lac, testibus auget
Sperma virūm. (Iuuenes quod faciūs hodie)

Spasmo] *quia, vt inquit Hippoc. 2. aphorismorū sectione, nec non 4. febrem superueniens spasmo bonum est. quia febris, vt explicat Galenus, & Alex. Aphr. 2. problem. calefacit humiditatem, extenuat, dissolui, & digerit. legeetiam Galen. & Aphor 40. 5. Aphor. 70 & alibi.*

De Baln. Vimitella, vel Doyani.

CAP. IX.

AQua hæc calida est, dulcis, & perspicua: confert arthritidi, dilatat guttur, prodest rugitui stomachi tinesmo, calculo, & doloribus iliū, pituitā educit, ophthalmiæ, anhelitui, cordis palpitationi, quartanæ, leprosis, pulmoni, & lienosis vtilis est.

SCHOLIA.

Arthritin pellit, lepram, stomachiq; rugitum,
Tinesmo prodest, iliacosque iuuat.
Spiritui, lippis quartanæ subuenit, arctum
Dilatat guttur, diminuit lapidem.
Liene affectis, παλμῶ καρδίης καὶ ἰατρὸν,
Præstò est pulmoni, è corpore phlegma fugat.

Lepro-

Leprosis] *follicet in principio morbi.*

Palpitationi] *veteres Medici huic affectioni inuenerunt remedia, quæ extenuare, & calefacere valent: aquasque commendant nitrosas, sulfureas & bituminosas, vt dicit Galen. lib de trem. tio. & palp. lege eundem 2 de symp. cau. c. 2. Quod scribit hic Auctor, bis se expertum fuisse, mihi retulit præceptor meus Leo Roganus Caiet. Philoso. & Medicus insignis: qui superioribus annis miserabili casu pertit. cui Dominus det portionem in terra viuentium.* κυριος δωη αυτῳ μοιραν ἐν γῃ ζωντων.

De Baln. Succellarii.

CAP. X.

BAlneum hoc confert vesicæ, tinesmo, tertianæ intermittenti, & quotidianæ, resoluit frigida, scabiem purgat, capillos elongat, vultusque mulierum detergit.

SCHOLIA.

Tinesmo, intermittenti confert quæ τριταίῳ,
Vesicæ prodest, phlegmaticaque febri.
Prolongat crines, & frigida membra resoluit,
Detergit vultum, & liberat à scabie.

Succell.] *est baln. huius nominis apud Puteol. de quo supra.*

De Baln. Plagæ Romanæ.

CAP. XI.

BAlneum hoc est propè ciuitatem, cuius aqua est ferruginei coloris. confert pituitæ salsæ, aufert oculorum pruritum, lacrymas stringit, oculos confortat, bilem purgat, cordis imbecillitati prodest, dilatat pectus, guttur, & pulmonem, sedat tussim, capillos firmat, ne cadant, tibiarum fracturas sanat, pruritumque.

SCHOLIA.

Pituitæ confert, salsus quam procreat humor,
Pruritum ex oculis tollere fama refert.
Lacrymulas cohibet, teneros confortat ocellos,
Expurgat bilem: pectora lata facit.
Cordi imbecillo robur mirabile præstat,
Gutturis amplificat, incipientes ledque sinus,
Tussim sedat: neue cadant firmatque capillos,
Pruritū, ac crurū fragmina sanat aqua hæc.

Ferruginei] *de baln. ferri apud Puteol. lege supra.*

De Baln. Nitrosi.

CAP. XII.

LAuacrum hoc est in eadem plaga, confert scabiei, pruritui que ex pituita, & atra bile genito, nephriticis, & hystericis, ventrem soluit, consumptosque reficit, rheuma, tussimque tollit.

SCHOLIA.

Phlegmate pruritum fugat, aut ex bile μελαίνῃ,
Nephritis, tussis, fit vrcul hinc scabies.
Ventriculum soluit, consumptos recreat artus.
Subuenit hystericis, rheumaticisque malis.

Pruritui] *lege de eo Gal. 3. Aphor. 21. 31. Auic. 7. 4. tr. 7. c. 6.*

Hystericis] *lege quæ copiosissimè de iis scripsit Galen. 6. loc. eff. c. vlt.*

De Baln. Saxorum.

CAP. XIII.

DVo sunt, alterum intus saxa, quod confert podagræ frigidæ: alterum propè littus, quod prodest podagræ calidæ.

SCHOLIA.

Duo] *in Antandria sunt duo fluuii: quorum alter gignit oues cum colore albo, alter vero cum nigro, velut ex Aristo. 3. de nat. ani. c. 12. notat Hieron Gambucinus de lumbr. c. 12. Et Plin lib. 31. ca. 2. refert in Macedonia non procul ab Euripidis sepul. duos riuos confluere: quorum alter est salubrerimi potus, alter vero mortiferi.* Ἡ μὲν οὖν ἑτέρου μόγις ἐστὶ παμπνιάσιον τόκον· ἀλλ' ἠνορωμαϊκῷ τῷ Διξίχῳ εἰς τοιούτων γλώττων φιλοτήτος συμβολον ἐκλείσωμεν.

Sunt duo: quorum vnum gelidæ est medicina podagræ,
Alterius thermis φάρμακον ἀλόγιμον.

Digitized by Google



LITAE DE-
MMENTARIIS
ANARVM

HEDVI AD

MODVM SIBI
O MELITENSI
TISS.

rus, quam ante annos aliquot
ui indulgens, ne dicam ſimius,
fœtum, nullius adhuc roboris,
uſque adeo diſiuncto & docto
llaturum. Itaque Melitam
olent ſemper liberis parentes ti-
giſtri ductu & patrocinio ad
& nutricium iſtic inuentura:
habes, iure quodam originis
Lugduni 16. Maii, Anno

Ex animo tuus Quintinus.

Digitized by Google

Leprosis] *fallere in principio morbi.*

Palpitationi] *veteres Medici huic affectioni inuenerunt remedia, quæ extenuare, & calefacere valent: aquasque commendant nitrosas, sulfureas & bituminosas, vt dicit Galen. lib de trem. rig. & palp. lege eundem 2 de symp. cau. c. 2. Quod scribit hic Auctor, bis se expertum fuisse, mihi retulit præceptor meus Leo Roganus Caiet. Philoso. & Medicus insignis: qui superioribus annis miserabili casu periit. cui Dominus det portionem in terra viuentium. nam ille erat sudonius ex Σλάυων τῶν ἐν τῇ Σιών.*

De Baln. Succellarii.

CAP. X.

BAlneum hoc confert vesicæ, tinesmo, tertianæ intermittenti, & quotidianæ, resoluit frigida, scabiem purgat, capillos elongat, vultusque mulierum detergit.

SCHOLIA.

Tinesmo, intermittenti confert quæ τριταίῳ,
Vesicæ prodest, phlegmaticæque febri.
Prolongat crines, & frigida membra resolut,
Detergit vultum, & liberat à scabie.

Succell.] *est baln. huius nominis apud Puteol. de quo supra.*

De Baln. Plagæ Romanæ.

CAP. XI.

BAlneum hoc est propè ciuitatem, cuius aqua est ferruginei coloris. confert pituitæ salsæ, aufert oculorum pruritum, lacrymas stringit, oculos confortat, bilim purgat, cordis imbecillitati prodest, dilatat pectus, guttur, & pulmonem, sedat tussim, capillos firmat, ne cadant, tibiarum fracturas sanat, pruritumque.

SCHOLIA.

Pituitæ confert, salsus quam procreat humor,
Pruritum ex oculis tollere fama refert.
Lacrymulas cohibet, teneros confortat ocellos,
Expurgat bilem: pectora lata facit.
Cordi imbecillo robur mirabile præstat,

INSVLAE MELITAE DESCRIPTIO EX COMMENTARIIS RERVM QVOTIDIANARVM

F. IOAN. QVINTINI HEDVI AD SOPHVM.

REVERENDO ADMODVM SIBI D. FR. THOMAE BOSIO MELITENSI EPISCOPO MERITISS.

IN Gallia Melitam editurus, quam ante annos aliquot elephas istic conceperã, nolui indulgens, ne dicam simius, pater recentem & tenerum fœtum, nullius adhuc roboris, ruboris plurimi, cœlo pati vsque adeo disiuncto & docto vagari, tutius inter suos allaturum. Itaque Melitam remitto Melitam, sed solam non audeo: vt solent semper liberis parentes timere. Illustrissimi itaque militia nostra magistri ductu & patrocinio ad cunas suas reptabit, alterum te parentem & nutricium istic inuentura: vt qui patrem tibi iamdudum adscriptum habes, iure quodam originis partum pariter vendices. Bene vale. Lugduni 16. Maii, Anno M. D. XXXVI.

Ex animo tuus Quintinus.

Digitized by Google

QVINTINVS HÆDVVS SOPHO SVO S.

MELITAM demum superato Pachyno peruenimus ad Nonas Aprilis, quum nos antè Septembris Idibus Massilia soluissemus. Tam lente (dices) tam pauca stadia? Sophe, tarda nunquàm est hyemalis nauigatio. Nec in tanto discrimine, vllo tempore serus venit, qui saluus venit. E tribus ipsius Triquetræ promontoriis, Pachynum vnum est vergens in Græciam, vnam aut alteram modo literam retinens de veteri nomine, Passaro, dicunt. Melitam verò quũ appulissem, nihil prius habui, quàm (quod de aliis quibusdam proxima ad te epistola feci) vt spectandam tibi illam proponerem. Idque non longa valde tabella: neque enim locus est magnopere scriptione dignus. Melitas multas apud autores legimus. est Melita in Græcia prope Marathonem campũ. est alia à Semyramide condita in Cappadocia, haud procul Euphrate. Est & Melita in Adriatico sinu inter Corcyram & Illyricum. Melitam quandam posuit Plinius in Magnesia. Nostræ hæc Melita insula est millibus sexaginta, mari satis periculoso ab Sicilia disiuncta, Africã versus, Punicæ quondam ditionis, quę & ipsa adhuc Aphrorũ lingua vtitur: & nonnullæ etiamnũ Punicis literis inscriptæ stelæ lapideæ extant: figura & appositis quibusdam punctulis, propè accedunt ad Hebræas. Atq; vt scias aut nihil aut minimum differre à veteri, quod nunc habent idioma, Hannonis cuiusdam Pœni apud Plautum, Auicennæ huiusque similium Punica verba plurima intelligunt Melitenses, tametsi sermo is sit, qui literis Latinis exprimi bene non potest: multo minus ore aliquo enunciari, nisi suæ gentis. Eiusdem quoque sunt linguæ verba illa in Euangelio Eloi, Ephata, Cumi. Nunc Siculi iuris est ac moris. Romanorum enim esse incœpit, quum & Sicilia semper eodem post iure, iisdemque prætoribus vsa. Vrbem vnam eodem, quo ipsa est, nomine habet. Non inA nouissimum profecto digna admiratu insula, vel ob hoc vnum, quòd quum ingens sit & spaciosa quædam rupes, verius quàm insula, quæque olim natura nolente (est enim, vti dixi, scopulo quàm insulæ similior) haud magnas opes, magnumque nomen sibi facere potuerit: tamen aliqua semper extiterit apud antiquos nominis celebratione. E plurimis cognita mihi pauca recensebo, dum vacat, & in eiusmodi nugis ludere adhuc iuuat. Principiò insulæ Melitæ rex quondam fuit, Battus nomine, opibus & diuitiis potens inprimis & nobilis, clarus insuper hospitii fœdere cum Phœnissa Didone iam tum vltimis illis temporibus, dum hæc exiguam adhuc Byrsam taurino tergo in littore Libyco metaretur. Ad quem etiam pòst regno expulsa per Hyarbam Annà, sorore mortua, confugit, hospitium vetus Melitensium & necessitudinem sequuta vbi comiter accepta & pari fide apud hospitem Regem habita, profuga duos egit annos, relictæ patriæ, regni, simul & sororis amissæ desiderium vna Melita, quantulacunq; esset, tam grata & obuia terra solans: quã deinde metu coacta Pygmalionis fratris inuita deseruit. Romanos olim fastos auctura, inquit Ouidius mensis Martii festa recensens. Agrigentino Phalaridi magno, ac vetusti nominis tyranno (vixit enim dum tertius RoD mæ Tullus Hostilius regnaret) non leuis intercessit cum Melitensibus amicitiæ coniunctio: cuius est in Luciamicis epistolis ingens argumentum petitæ ab his & mutuo sumptæ per tyrannum pecuniæ. Est Agrigentum, qui & Agragas Vergilio cæterisque dictus, oppidulum modo in ora Siciliæ centum viginti à Melita millibus, nihil nunc præter veterem appellationem, eandemq, valde corruptã de antiquo seruans: tum fuit nobile. & tũ quoq; vixdum bene condita erat Roma, quum iam

nostra

noſtra hæc Melita florebat Regum, Tyrannorumque amicitiis, ſeculis aliquot antè exædificata. In qua pariter ab oppido non longe (vt autor eſt Cicero) in promontorio fanum fuit Iunonis antiquiſſimum, & nobiliſſimum, magna vi donariorum priſcam circum populorum religionem oſtendens. Vnde inter cætera ſublatos incredibili magnitudine dentes eburneos, & in Aphricam per præfectum Regium portatos, re cognita, ſtatim quinqueremi, numen veritus, Maſſiniſſa eò referendos reponendoſque curauit. Hercules etiam delubro hic omnibus vbique gentibus ſanctiſſimo cultus, Melitenſiũ laudis admiratio non poſtrema eſt. Iunonem Ptolemæus in eâ inſulæ parte poſuit, quæ Orientem ſpectat, Herculem ad Auſtrum: vtriuſque ſacri fama eſt, parum tamen hactenus incolis audita. Herculani templi (ſi modo vera è Ptolemæo diuino) immenſæ adhuc reliquiæ patent, circuitu in paſſus ter mille & vltra, in eo inſulæ angulo quem ab argumento loci, patria lingua Euri portum nominant. Ima pars extat in pleriſque, lapidum longitudinis craſſitudiniſque ſtupendæ. Iunonis templum non ſolum inter magna, ſed etiam inter magnifica numerari potuiſſe arbitror, ex his quæ pauca durant, medio ferè loco inter oppidum & caſtellum. Ruina ſparſa apparet in multa iugera, fundamentis & ſubſtructionibus templi bonam portus eius partem occupantibus, longe etiam in mari, in quo inædificatum erat infra cliuum promontorii, in planicie vndique à ventis, & prealtis rupibus defenſa. Non eſt locus effabilis, niſi gentis ipſius ore. In vertice promontorii ſacellum eſt Diuæ Virgini dicatum, cognominatæ à corte. Et hoc quoque ſuper cæteram antiquitatis gloriam Melita præfert, quòd cum inter duos terrarum principes populos Romanum, & Carthaginienſem, de Sicilia, imò verius de orbis imperio, certamen eſſet, non paruum ſemper, ab alterutro teneretur, victoriæ momentum attulit, plurimumque valuit ad Siculos præſertim, in fide partium, & imperio continendos: eſt enim velut ſpecula quædam in hoc mari ad Aphricam, ex qua facile in Siciliam irruas. Hinc à Cicerone ſcriptum, his ferè in locis Punica illa bella nauali prælio geſta, atque verſata eſſe: Romanis tamen inclinatior. Hæc nempe in magno ſecundi belli Punici apparatu dum à Pœnis poſſideretur, ſedente iam ad Trebiam Annibale, aduenienti Sempronio conſuli, qui in eam à Lilybæo traiecerat, cum Amilcare Giſgonis filio præfecto præſidii, & paulo minus duobus millibus militum ſtatim tradita eſt, inquit Liuius libro eius belli primo. Prætori Verri Melitenſes veſtes in iudicio, mella quoque, & ſtragula Melitenſia obiecta ſunt. Puluinus item Melitenſis roſa fartus. Huius inſulæ Strabo nobiles illos adagio, nõ minus quàm medicinis, canes adſcribit, inde Melitæos dictos. Plinio, & nunc etiam incolis ignotos, tunc forte naſcebantur. Scribit in hiſtoria ſua Lucas Euangeliſta Paulum CHRISTI Apoſtolum Melitam veniſſe, naufragumque & vinctum multa humanitate à Barbaris ſuſceptum. Quin etiam & hoc memoriæ proditum eſt, Melitæ ſub Innocentio Papa XXXVIII. habitam ſynodum ducentorum & quatuordecim epiſcoporum contra Pelagium hæreticum, in qua tum præter cæteros, adfuerunt Syluanus epiſcopus Melitæ, Aurelius Carthaginienſis, & Auguſtinus Hipponenſis epiſcopi: inde illa Melitenſia concilia, receptiſſimæ inter eccleſiaſtica decreta autoritatis, Meliuetana Gratianus nominat: & magnus ille Manichæorum propugnator Fauſtus, Meliuetanus pariter nuncupatur. Quam nunc vulgò appellationem Romana ſimiliter curia vſurpat, de Melita noſtra ſentiens, ex qua Meliuetum detorſerunt: cum neutra voce vulgaris appellatio conuenit, Malta vocatur. Antoninus in itinere ſuo recenſens inſulas inter Siciliam & Aphricam, meminit eiuſdem Maltaciæ: vnde puto à corruptis illis & iam barbaris temporibus noſtram quoque nunc vocem corruptam. Quod vndecunque, & à quibuſcunque immutatum nomen fuerit, hanc tamen inſulam & eſſe, & dici Melitam ſunt teſtimonio geographici omnes atque hiſtorici. Eſt inſuper ad fidem epigramma quoddam ingenti marmoreo ſepulchro hic adſcriptum, ſequentibus notis: Α. ΚΑ. ΤΙΟΒ. ΚΥΡ. ΙΠΠΕΥΣ ΡΩΜΑΙΩΝ, ΠΡΩΤΟΣ ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ Numiſma vetus habeo ex ære, in quo altera parte excuſa Deæ Iunonis effigies, altera Remi latitudo, hac inſcriptione, ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ. quæ nobis & nomen, & inſignem gentis artem prodit. Sunt alia apud alios, quæ quamlibet deſertam Melitam, in obſcuro eſſe non ſinunt: & modo (quod primis ſuis ornamentis annumerare debet) Melita Hieroſolymitanorum Militum

sedes est. Patet insula tota circuitu LX. millia: quà latior est passuum millia XII. continet: longa passuum millia XX. Nulla in toto nostro mari insula distat à continenti longius. Quà plus Italiæ propinquat, Cõcynthũ est, nautarum modo vulgus loco dedit nomen, Spartiento: quod esse longissimum Italiæ promontorium existimant: intersunt passuum millia ducenta. Pluribus ab Aphrica recedit. Quibus fuit curæ cœlo terras dimetiri, ciuitatis Melitensis radicem, insulæque medium dixerunt esse in gradibus 38. 45. longitudinis, latitudinis vero 34. 40. Pagis est & incolis frequentior, quàm pro terræ bonitate. Paroeciæ octo sunt extra oppidum ipsum: in quibus (quod iure admirabile est in tam angusto, deserto, agresti loco) censentur hominum capita supra viginti millia, & quod æquè mirandum, plerique vitæ annos excedentes octoginta. Hanc Siculum fretum tam crebro lancinat, tam multis recessibus excauat, vt breuis admodum ora in sex aut plures curuetur portus, in quibus ferè omnibus vestigia quondam habitati soli. Semper enim fuit piratica statione nota. Reliqua ferè sui parte rupibus immensæ altitudinis, ac profundo mari septa. Arx est præruptè alta in cacumine, excisæ & vndique impendentis rupis, ad Orientale insulæ latus, in Aquilonem tendens, ante tota ruinis deformata & caduca, vix consistens, sed quam modo, præter naturalia præsidia, & præcipitia, sic assiduo quoque opere muniunt, vt sit, si pergant, futura breui inexpugnabilis, & hosti nullis belli machinis, nullo ferro, sed fame tantum peruia. Intus habitat Illustrissimus ordinis Hierosolymitani Magister. In arcis pede vicus est (nunc hominum frequentia, & muris ciuitas) in rupe quoque totus exædificatus, aut verius effossus: quem vna cum arce, dextra, læuaque littoribus alluit. Agit hic Hierosolymitanorum militum conuentus. sane perincommode: locus est enim ventis omnibus obnoxius, vt vniuersa insula. Laceræ, & ruinosæ ædes putribus & infectis parietibus, humili solo: sine contignatione ædificia, tecta rudere, aut pauimentis, aut arundinum tegulo operta. quod potest patitur. Quid vis? vrbem demas, & suburbanas aliquod domus, Aphricanum magalia diceres. Terræ tamen quod Adam genus habent lautioris, lactei coloris, quæ pro calce & gypso aqua diluitur ad tectoriorum albaria. Octo à vico millibus in mediterraneo ciuitas est, maioris cuiusdam reliquiæ: non inamœna quidem illa, & culta satis pro loci gentisque genio. Salubri cœlo, sicuti tota insula, iis præsertim qui iam diutina mansionis consuetudine illi assuerunt. Fontibus rigua est, hortis consita, palmas, sed steriles, nec sponte genitas ferentibus, oleasque ac vites (vuis tamen quàm vino melibres) & cum reliquo pomorum genere, ficus: breuiter, eosdem omnes, quos & Italia, fructus producunt. Rosas quoque gignunt odoris suauissimi, vt sunt hortensium, quibus abundant, omnia odoratissima ac sapotis gratissimi apud eos, quia ficca. Rosa tamen præ cæteris, quæ proprie ruderatum agrum amat, qualis est Melitensis. Quare fiunt optima & hoc tractu mella, vt quæ sint, thymi, violarum florumque apibus & alucariis conuenientium condita: Sic vt nomen traxisse videri possit insula, ipso nomine mellis gloriam statim præferens. Huic pariter est cotonon familiare, vnde magni prouentus Insulanis. hoc olim aliqui gossipion vocauere, plures xilina, inquit Plinius, Aegypto tantum nascens dum is autor vixit. Nunc in Sicilia, Calabria, Hispania, & aliis locis pluribus seritur: verum Melitense maxime horum laudatur, multum præcipue superato Aphrico & Hispaniensi: alterius enim nationis crassius est. Cotonon cæteris aptius Vlpianus ἐριόξυλον nominauit, quasi diceres è ligno lanam, & lanæ appellatione contineri respondit libro tertio de legatis. Speciem eius non tradunt autores, quos equidem legerim. prolixius itaque depingam: præsertim quia est admirabile nostratibus, aliquid ex arbore nasci, quod tam molle & laneum ab exotico aliquo animante detonsum putant. Frutex est arbusculæ modo, pedali magnitudine, caule ligneso à quo rami terni, quaterniue fruticant: folia, ni minora essent, vitium poterant videri: flos subcæruleus: fructum defert amplitudine auellanæ nucis, qui maturitate ruptus, præduras pilas ostendit tenui lanugine obductas, ex qua cotonon netur in textrinis, mira deprehendi arte: ex quo & magalia, & vestes hic muliebres conficiuntur, vt iam hobis lanifera

Digitized by Google

feræ Indorum arbores, gossampinæque vestes miraculo esse non debeant. Ad vela natium etiam perutile, & multum expetitum. Solum amat tenue magis quàm pingue, cœlum vtique siccum, vix aliter habiturum Melitæ aruum. Miratus sum hoc, quanquàm calidius solum est, fimo misceri ab agricolis & stercorari, quum sole statim inarescant omnia. Vere seritur, nec nisi pridie madefactum, & in aruo statim restibili (illo enim agrum pinguescere ferunt) mox aratum integitur crate, vel rastro quod supertrahunt: suo sarritur tempore, & runcatione quadam inutilibus herbis liberatur tam manu, quàm sarculo: dum vellitur, tunc pluuias horrent. Incolæ hoc maximè cupiunt serere, si liceat: quoniam quæstus plus quàm è frumento: cuius etiam admodum ferax non est insula. Hac vna re vel maxime felix, quod iuxta sita est Sicilia, frugum omnium fertilissima, quæ illis pro horreo est, fame alioqui perituris. Et homines etiam superstitiosi, ceu patriæ sterilitatis conscii, valde tenuem vitam agunt. Gignit etiam Melita cuminum notam herbam, medicinis, & condimentis, quod & crustæ panis inspergitur gratissimè: solo gracili gaudet. Duo eius genera: vnum est magna gustus acrimonia, aromatum modo odoratum, cuminum agrion vulgò vocant; alterum per omnia refert anethum, & anisum: satiuum vtrunque. Cumino Aphrico, quale hoc nostrum, palma semper data: vnde incolis magnum cumini atque cotoni cum exteris nationibus commercium. Super omnia est, hanc soli exilitatem, nec ipsam agricolis operosam, toto anno seri, & inde aliquid meti. Biferæ arbores, binæ sæpe messes: demesso enim hordeo, mox cotonum succedit, vel hordeum cotono, adeo terra non cessat parere. Idque, si fit aptum solum, magna fœcunditate: è modio siquidem sexdecim, & plures nonnunquàm modii redduntur: ordinarium autem vt cum decimo ac duodecimo fœnore totius insulæ campi fundant: ob id (credo) ab Ouidio fertilitatis titulo decoratur Melite. Petrosa pene tota est, & salebrosa, etiam (quod non crederes) vbi aliquid gignit, terra vix binum aut trinum cubitorum altitudine, vt sæpe mirari succurrat, quomodo in ea radices agant arbores, fruges gignantur, frutices viuant, lapidibus omnia occupantibus: operariis tamen, quippe qui structuræ, & ædificiis non habeantur inutiles, nec in calce improbentur. Candidi sunt, & mollitia insignes, serra secantur facilius etiam quàm lignum. Ingentes sæpe lapidum glebæ è solida rupe cuneis diuidentium soluuntur. Ideo in opere tractabiles, sed minus ad humores, & auram maris robusti, nec satis coagmentationibus & cæmentis nimia siccitate fideles. Pleraque eius alia inculta, & deserta omnia. Campi late pleni lapidibus: sub quibus tamen gramen exoritur, à quo pecoribus pabuli suppeditatur vbertas. Atque hæ rupes magna ex parte serpillo, cythiso, thymo scatent. Troglodytæ in ea multis specus excauant: hæ illis domus. Passim non nisi atræ degenereſque herbæ. Carduis quibusdam incolæ pro lignis vtuntur, qui cum siccato boum editu, clibanis & furnis præbent vsum. Idem præstat cotoni semen, gratissimum pariter pabulo bubus, gandis sapore. Aliis item carduis vescitur vulgus, non iis quos iam in galeam cum Italis vertimus (quanquàm & hos habent in magna copia) sed multo asperioribus. Salsæ & feculentæ aquæ: & qui sunt in insula dulcioribus aquis fontes, credo hybernis pleroſque constare imbribus, quorum non in altum origo est: frequenter enim æstate deficiunt, semper subsidunt. Potus ex imbre (si quis est) cisternis seruato, & frequentius scrobibus. Aestiua vere Libyco infesta: vt hic iam sitientes Virgiliani pastoris Aphros agnoscere incipias, vulgus colore præfert sidus, tingitur sole, nondum tamen Aethiopum modo exustum. Aestum temperat aliquando ventus: sed tanta violentia, vt homines penè, & tecta rapiat, puluerem secum agens oculis maximè noxium: in quos etiam regestus è rupium candore nimius solis ardor aciem supra modum offendit, oculorum caliginem & scintillationes afferens. Neque niuem, neque glaciem viderunt vnquàm. Septentrionales enim venti, qui nostratibus, vt omnium frigidissimi, niuales sunt, & cœlum reddunt serenum, his frequenter imbres pariunt; quod à Lucano de Aphrica similiter traditum est. Quare alieno tempore vernat. Bruma nunc virent omnia, florent etiam arbores. Tum maximè læta pascua, herbis etiam media inter saxa erumpentibus. Reliquo fere anni tempore exusta flammis, & solis in-

cendio

cendio cremata. Roſcidas tamen æſtate noctes habent; qluuiarum vice. Quin & eodem animalia crediderim ali, quum ſiccitas coërcet herbas, tunc ſub dio muris incluſa pecorum manſione. Siculo ſunt homines ingenio, Aphro confuſo: ad prælia parum fortes & commodi. Non eram dicturus, niſi Rex ipſe Melitenſium Battus grauius quiddam de ſe, ſuisque apud Ouidium fateretur. Fœminæ non ignobili forma, ſed perſimiles feris, cœtum reliquorum mortalium fugiunt: velatæ prodeunt foras, ita vt hic vidiſſe mulierem, ſtupraſſe ſit. Gens eſt religionis haudquaquàm negligens. Diuo Paulo conſecrata eſt Melita, quem quondam natio illa Deum credidit, cuius mira quædam tota inſula priuatim ac publicè religio eſt. Auguſtius in ea templum, vbi nunc epiſcopi ſedes, Paulo dicatum eſt: & tota ea inſula ſacella. Nec enim (Lucæ adducti, ſicuti volunt, annalibus) tenacius, certiusue credunt indigenæ Petrum Rómæ fuiſſe, quàm Paulum Melitæ: quam ſibi quoque perſuaſionem, nauigandi quadam ratione, cuius ſunt apprime periti, ſumpſiſſe videri volunt: quam ab eis acceptam referam, vt potero: dignia enm ſcitu viſa eſt, nec minus iucunda auditu, iis præſertim qui reb. marinis delectantur. Rem igitur ſic extra controuerſiam ponere conantur. Paulus (inquiunt) Cretam deſerens è Claudæ (Ptolemæo Claudus eſt Plinio Gaudos, vulgò nunc Gozo) medio inter Occidentem & Meridiem portu, iis actus ventis quos Lucas deſcribit, neque Lesbum, neque Ioniam, quò nonnulli Paulum Melita auertunt ferri potuit. Siquidem eò inde nauigatur non Orientalibus ventis, qui contrà flant è diametro, ſed Meridionalibus: qui tum Paulum deſeruerunt, dum Cretam prę-terlegeret, coorto Typhone: quo correpta nauis obniti amplius non valuit, nec curſum in Italiam tenere. A Creta verum eſt Euro, qui tum ſpirabat, nauigari in Siciliam, plena & tranquilla velificatione: & certe Eurus ab inſula Clauda Paulum recta vexiſſet ad Pachynum Siciliæ promontorium, niſi (quemadmodum ſcripſit Euangeliſta) εὐροκλύδων fuiſſet, id eſt, niſi fuiſſet Eurus cum fluctuatione & tempeſtate maris. Quem tunc ventum nautæ ſolent Typhonicum cognominare, præcipuam nauigantium peſtem inquit Plinius: hoc enim violento nimis, & procelloſo Euro iactata Pauli nauis relicto ad dextram Pachyno, infrà multò ad Melitam, quæ tum fuit eis propinquior terra, vi venti abrepta eſt: vbi in littus impegit. Vnde Romam (ſi quis eam velit) mari iter eſt, quale ordine poſuit Lucas, Syracuſis, Rhegio, Puteolis. Rident illum neſcio quem Euroaquilonem mari noſtro (aiunt) & terris incognitum, quem admirantur quæ noua orbis regio inſufflarit illius ſacræ hiſtorię interpretibus. Hoc ſibi modo Paulum aſtruunt naturæ Melitenſes: cuius inſuper veſtigia non in vno loco demonſtrant, & adorant. Viſitur littus loci bimaris (Cherſoneſus Ptolemæo dicitur, & vere eſt) nunc à Paulo hic veteſtiſſimè cognominatum, in quod is nauem illiſit. Ibi non vltimæ venerationis ædicula lapide extructa. Propter vrbem ſpelunca eſt effoſſa introrſum rupe, duabus intus aris, vbi cum vinctis Paulum tres aſſeruatum menſes referunt, inſulanos interim variis morbis & infirmitatibus vexatos ſanantem, & ad CHRISTVM ſua prædicatione vocantem. Præterea (vt hæc inſula non ſolum ab eo diligi, ſed etiam penè incoli, & cuſtodiri videatur) Melitæ nullum malefi-cum ſerpentis genus neque naſcitur, neque nocet aliunde inuectum: ſunt indigenæ quaſi terrori ſerpentibus. Scorpiones, dirum alibi animal, inter manus laſciuientium puerorum conſpiciuntur innocui: vidi qui manderet. Quod Paulo viperam admorſo pendentem digito citra noxam excutienti ferunt acceptum. Ex eo, quod modo dixi, antro nullo non die per aduenas lapidum fruſta effringuntur, quibus ſerpentum & ſcorpionum ictibus tota Aphrica, & Italia, Romæ etiam palàm ſeſe mederi affirmant: plebs gratiam ſancti Pauli nominat. Eſt inſula Gaulos breuiſſimo tranſitu à Melita, latitudine intercurrentis freti quinque millia non amplius paſſuum: parua quidem, ambitu duntaxat XXX millia paſſuum: ſed quæ fertilitate non cedit Melitæ, cuius Præſulem cognoſcit: in hac oppidulum, ad cuius portam adſtructum eſt inter cęteros lapides marmoris fragmentum, vetus inſulæ nomen indicans: Sic enim ſcriptum legitur in eo. M. GALLIO C. F. QVIR. EQVO PVBLICO EXORNATO A DIVO ANTONINO AVG. PIO PLEBS GAVLITANA EX AERE CONLATO

LATO OB MERITA ET IN SO-
LATIVM GALLII POSTHVMI
PATRONI MVNICIPALIS PA-
TRIS EIVS POSVIT. Loquitur hic apertò lapis de Gaulo male à nonnullis factam Cosyram. Quam geographici omnes inter promontoria Lilybæum, & Mercurii, hoc Aphricæ, illud Siciliæ, pari penè interuallo reponunt. Nautis hoc tempore Panthalarea nominata, centũ à Melita millibus, quum sit Gaulos ferme contigua. Deceptos B hoc dixisse coniicio Ouidiano illo versu Fastorum tertio: *Fertilis est Melite sterili vicina Cosyræ, Insula quam Libyci verberat unda freti*, dum is Annam fugientem è Carthagine describit: quam equidem non dubito à promontorio Mercurii (nautæ nunc sua lingua capo bono vocant, aduersum Siciliæ in altum valde procurrens) Cosyram venisse: nulla enim promontorio vicinior, abest quinquaginta millibus pass. deinde recta quò distinarat Melitam ad amicum Regem contendisse: Propterea Cosyram cum Melita coniunxisse Poëtam. Habes Melitam, Sophe dulcissime, pessimis quidem depictam coloribus, & ab imperito pictore: cæterum isthæc leges ociosus & dormitans, interim tecum reputans, quid, & à quo describebatur: & intelliges Melitam nou alium Apellem sibi depoposcisse. Vale Sophe charissime, peregrinantis, id est, multa post experientia. ea quæ tu antè præcipiebas cognoscentis amici tui memor. Melitæ XX. die Ianuarii, qui mihi sacer & natalis est M D. XXXIII.

QVINTINVS ex animo tuus.

Digitized by Google

Digitized by Google

CATALOGVS

AVTHORVM, QVI IN HOC OPERE CITANTVR: NON RARO ETIAM EMENDANTVR, ILLVSTRANTVR, AVT etiam refutantur.

A

Blasius Gothus 71.b.
Accius poeta.1111.b.
Acron Grammaticus.715.e.1291.b.
Actuarius, 797.d.
Ado Trevirensis, 685.d.830.d.
Adrianus Turnebus, 1249.b.
Ægidius Tschudius, 368.e.369.a. 370.a.
Ælianus,1089.e.1098.a.1117.b.c.1195. a.1202.e.1203.f.1204.d.1259.f.1266. e.1278.d.1308.a.f.1280.a.1283.b.
Æmylius Probus, 1282.c.
Æneas Sylvius, 79.b.80.b.c.d.e.96.f. 216.b. 688.f.
Æschylus,255.f.
Aetius,7[illegible]00.F.1049.a.
Africanus,1195.c.
Alcadinus, 801.f.802.a.b.c.805.c.806. b.f. 807.e. 812.c. 829.a. 831.b. 832.b. 839.e. 840.d. 841. f. 842.d. 845.b. 846.c.
Alexander ab Alexandro, 1308.e. 1311.e.
Alexander Trallianus,796.d.820.e.
Alphius Avitus poeta,722.f.
Ambrosius Leo,1286.a.
Ammianus Marcellinus, 261.b 289. a.290.f.293.d.731.c.
Anastasius Bibliothecarius,725.726.a
Andreas Alciatus, 281.c.288.f.301.a. 305.a.309.a.346.f.683.e.
Andreas Matthiolus, 1312.a.
Angelus Politianus.683.f.684.e.730.a.
Antiochus Syracusanus, 149.e.150.a. b.1000.b.1001.a.c.1003.B.1056.b.
Antoninus Pius, 261.c.299.c. 682.a. 688.c.1036.f. 1057.b. 1060.b.1062.b. 1071.a.1072.f. 1077.c.1080.f.1082. 1192.e.1216.a.1510.d.
Antonius Galatheus, 1255.a.
Antonius Sabellicus, 458.a.461.e. 552.d. 588.f.732.d. 601. d.605.f.618. d.629.d.732.d.1236.f.
Aphthonius, 1196.f.
Appianus, 285.d.323.a. 681.e.1258.f. 1334.c.
Apollonius,255.f.1312.e.
Apollodorus,1002.f.
Archilochus, 141.b.143.d.1006.b.
Archytas, 1269.c.1271.c. 1274.a.
Aristides,731.e.
Aristophanes, 113.b.c.
Aristoteles, 114.c.160. a. 162.c. 169.f. 256.b.797.d.803.d.805.a.806.e.1001. f.1074.f.1081.e.1088.c.1109.b.1115.a. 1117.a. 1119.d. 1128.b.1163.c. 1164 a. 1193.e.1196.d.1202.b.1235.e. 1242.d. 1279.a.1287.a.1315.f.1317.f.1434.c.
Arnobius, 144.b 1249.c.
Athenæus, 130.e.308.e.f.1006.b.1038.b. 1059.e.1063.c.1075.a.1080.e.f.1085.a. 1098.e.f. 1099.c.1101.f.1113.b.1117.b. e.1118.b.1164.a. 1170.e.1174.e. 1194. a.1196.e.1198.d.1204.c.1215.b.1277. a.1278.f.1307.e.1308.b.1280 d.1281.c.
S. Augustinus,121.c.130.e.797.f. 1016. b.1284.a.
Augustinus Patricius, 685.a.686.f. 699.f.
Ausonius, 147.d.714.e. 715.a.1104.a. 1318.f.
Avicenna, 596.d.

B

D. Basilius, 1158.b.1175.e.
Baptista Fulgosus,726.D.
Baptista Mantuanus, 289.f.595.e. 830.d.
Bartholomæus Marlianus, 683.b.
Bartholomæus Taurianus,806.e.
Berosus Chaldæus, 130.d.e.133.a. 141.f. 146.c.f.147.a.d.145.c.e. 151.d. 152.c. e.f.154.f.155.a.156.b.c.f.160.d.161.d. 163.f.164.d.199.f.717.e.1238.e.
Blondus, 34.b.218.c.d.219.220. aliquoties, 456.c.552.559.f.588.f. 620. a.691.a.693.a.716.e. 725.d. 728.a. 731.b. 822.b. 832.a. 1033.e. 1145.f. 1264.b.1307.b.
Boethius, 715.d.
Bossius Chronographus, 131.d.

C

Cecilius Romanus, 677.716.e.
Cæsar, 252.e.253.b 344.b.369.a. 370.a. 389.b.1214.e.
Callimachus, 62.e.
Carolus Sigonius, 1254.e.1339.f.
Cassiodorus, 398.e.1030.c. & seqq.1085. d.1132.b.1134.e.
Cato, 65.a.77.d.115.a.120.b.122.b.123. 1080. 126.c.127.b.133.e.d.140.a.142. d.e.f.149.e.152.f.153.b.d.159.b.160. d.170.d.176.f. 180.f. 196.d.f. 199.b. 262.c. 442.f. 450.b. 483.a. 677.b. 707.e.712.c.1074.e.1252.d.
Catullus,158.c.216.a.708.a.
Chinachius Tarvisinus, 26.e.
Cicero, 61.b.83.d.116.a.117.f.119.e.122. e.123.a.b.124.b.126.c.128.a.129.b. 130.a.131.b.139.b.e.147.c.149.e.150. b.c.152.a.253.a. 258.c.283.e. 307.e. 311.d.322.a.677.d.822b.902.d.1006. f. 1007.b. 1013.b. 1015.f. 1019. b.d. 1042.b.1059.b.1061.d.1063.f. 1082.e 1090.a.c.1098.f.1103.e. 1109.f. 1111.e e.1113.a.1118.c.d. 1127. c.d. 1147. t 1151.f. 1155.b.1158.c.d. 1163.b.1172.e 1175.e.1212.a.1258.c.d. 1163.b. 1172 e. 1175.e. 1212.a.1258.c. 1266. c.d 1279. c.f. 1283. b.d. 1292. d. 1298. d 1308.f.1413.f.1415.d.1423.b.1425.b. c.1427.d.e.1428.d.1434.b.e.1436.d 1437.a.c.1444.c.1445.c. 1452. b.f 1453.f. & sequent. 1457.b. 1467.e 1509.a.e.
Chrysostomus, 257.c.292.f.393.e.395.a. 731.d.1248.d.1295.d.1338.c.
Clearchus, 1109.b.
Clemens Alexandrinus, 1118.e.1160.

Digitized by Google

f.1204.c.
Caelius Rhodiginus, 797.f.803.b.827.c.1292.c.
Columella, 257.c.681.f.904.f.1049.c.1296.a.1297.c.1416.b.c.
Conciliorum temi,693.f.694.a.
Constantinus Lascaris, 1155.d.
Cornelius Alexander, 120.b.121.b.
Cornelius Celsus, 797.d.827.c.835.d.1297.d.1277.f.
Cornelius Nepos, 677.d.1296.d.
Cyriacus Anconitanus in itinerario, 206.f.

D

Dantes Florentinus,1492.a.
Dares Phrygius, 1416.b.c.
Demosthenes, 147.e.
Dictys Cretensis, 162.f.
Dio, 677.e.687.e.799.b.880.f.
Diodorus Siculus, 120.d.149.a.150.d.e.f.151.a.819.b.1007.e.1081.b.1101.e.1146.b.1198.f.1260.a.1301.4.b.c.1385.e.1434..b.d. 1435.b. 1436.d. 1437.b.c.1442.b.1445.a.1446.d. 1448.c.1457.c.d.1466.b.
Diogenes Laertius, 1009.e.1158.c.1159.b.1160.e.1162.a.1163.a.a.282.c.
Dionysius Afer, 287.d. 307.a.308.b.997.e. 1079.c. 1107.e. 1108.c. 1151.d.1236.d.
Dionysius Areopagita,135.b.
Dionysius Halicarnasseus, 123.d.153.a.161.b.439.a.677.b. 997.d.999.b. & seq.1003.c.d.1020.e.1107.e.1173.e.
Dioscorides,256.d.888f.1037.a.1049.d.
Donatus,799.a.f.800.a.1279.f.

E

Elysius Calentius Neapolitan. 1263.a.
Ennius, 1264.e.1331.b.e.1354.e.1358.c.
Erasmus Roterodamus, 343.f.
Euripides,255.f.1212.f.1269.e.
Eusebius Caesariensis,216.b.260.b.292.a.814. c.999. b. 1237.f. 1283.c.d.1340.b.
Eustasius de Matera, 808.d.809.f.810.e.812.f.820.c.822.d.625.f.826.f.828.a.833.c.834.b.835.c.838.f.841.b.843.b.847.c.
Eustathius, 149.a.d.163.a.172.f.313.f.997.e.1006.f. 1008.f. 1151.e. 1201.e.1236.d.
Eutropius, 209.b.211.f. 219.d.687.c.727.c.1014.c.1015.c.f.1154.f.

F

Fabius Pictor,130.f.131.a.139.e.143.d.157.c.e.f.730.f.
L.Florus,291.f.323.b.c.d.679.a.714.a.727.c.766.b.863.f.889.1262.f.1338.e.
Festus Pompeius, 66.f.677.f.714.c.775.b.776.a.782.a. 1005.d. 1090.c.c.1161.b.
Flaminius,799.f.
Franciottus, 805.b.806.a.e.807.c.808.f.810.b.811.a.812.c.813.a.820.e.822.e.826.b.827.b.829.e.830.c.831.f.832.e. 839..840. c. 842.d. 843.d.844.d.845.a.f.
Franciscus Aretinus, 794.d.795.b.
Franciscus Maurolycus, 1021.f.1042.1069.b.1076.b.1091.b.
Franciscus Petrarcha, 1480..d.1491.f.1497.e.

G

Gabriel Barrius Francican. 1255.a.
Galenus,796.d.806.e.814.f.820.f.827.c.832.c. 833.f. 835.d. 903.d. 1049.d.1163.d.1198.c.1277.e.1279.a.
Gellius, 677.f.678.a.715.a.886.f.1010.1019.f.1157.c.1197.b.1240.d. 1241.c.1270.d.
Georgius Merula, 281.c.464.d.
Gratius poeta, 709.a.712.a. 719.a.
S.Gregorius,800.e.f.822.b.
Guido Ravennas, 1133.e.1145.e.
Guilelmus Xylander,791.d.

H

Haly abbas, 797.c.
Hellanicus, 150.c.162.f.1001.b.1003.d.
Herachius,148.b.
Hermolaus Barbarus, 691.c.
Herodotus, 150.c.1036.c. 1040.f.1154.c. 1164.b. 1193.f. 1196.a. 1314.c.1444.c.d.
S.Hieronymus,69.a.70.f. 130.e.141.a.151.d.172.c.293.e.350.b.595.f. 997.a.1161.d.
Hieronymus Fracastorius,799.f.
Hippocrates, 416.d.419.c.432.e.f.796.d.806.f. 832.a.
Hippodamus, 1204.f.1028.b.
Homerus, 117.a.118.a.162.f.174.c.278.e.751.b.997.d. 1041.b.c.1078.f.1079.d.1080.e.1081.d.1264.f.
Honorius III. Papa, 694.d.
Horatius, 377.b.712.b.713.a.714.b.1029.f.1127.f. 1249.a.d.f.1241.a.1247.e.1248.d.1274.c.1291.b.1295.a.c.d.1296.e.1308.c.1428.d.1496.b.
Horus Apollo Niliacus,143.f.
Hugo Falcandus, 1484.a.

I

Iacobus Papiensis Cardinalis, 729.a.
Iacobus Perfectus, 799.d.
Iamblychus, 1006.a.1095 b.
Innocentius Papa, 694.c.
Ioachimus abbas, 1024.b. 1047.e.1068.b.1179.c.f.1214.e.
Ioachimus Vadianus, 316.f.
Ioannes Boccatius, 1025.d. 1236.a.1298.f.
Ioannes Franciscus Rubeus eques Troianus,1262.c.
Ioannes Goropius Becanus, 677.d.
Ioannes Iovianus Pontanus, 712.b.799 b.d.f.803.d.819.a.1029. a.b.c.d.1083.f.1249.e.1308.e.
Ioannes Pierius Valerianus,1291.f.
Ioannes Sareshuriensis, 125.c.675.f.
Ioannes Tzetzes, 1173.b.1174.c.1176.e.1196.d.1272.c.
Iordanus,692.a.e.
Iornandes,1008.e.1048.e.
Iosephus Iudeus, 130.e.136.a.163.d.818.b.819.b.997.a.
Isacius, 1036.d.1041.f. 1042.a.1056.d.f.1059.a.b.1146.a. 1149.a. 1177.f.1178.c.1180.c.1198.b.e.1212.e.1215.d.1216.b.
Isocrates,153.f.
Iulius Capitolinus,199.a.313.e.
Julius Frontinus, 722.f.1088.b.1143.f.1154.f.1340.b.
Iulius Scaliger,1295.e.1297.e.f.
Iustinus, 71.a.124.f.126.c.129.e.196.a.b.197.c. 262.b.436.d. 637.c. 718.e.1007.f.1046.a.1086.f.1088.e. 1089.c.1109.e.1126.c.d.1154..a.1157.e.1201.e.1278.e.
Iuvenalis, 200.f.201.a. 718.d.864.a.e.1249.e.1308.e.

L

Lactantius, 148.b.157.[redacted]
Landulfus de Columna, 692.a.
Laurentius Monachus Venetus, 77.c.f.
Leander Albertus, 685.b.799.d.803.f.1020.c.
Leonides Tarentinus,1284.1285.
Libanius, 890.c.
Livius, 61.c.64. c.e.65.b.d.f. 66.c d.f.67.a.77.d.e.133.d.153.a.156.e.197.e.211.f. 277.d. e. 284. e. 290. d.291.f.368.b.c.377. b. 436. c. 437.f. 438. a.440. e. f. 441. a. b. 442. a. 443. d.444.f. 445. a.452.a. 459.f. 460.d.461.c.462.a.d.e.464.a.465. a. 466.d.467.d.e.f.468.c.474.e.639.e. 679.b. c. 687. b. c. d. f. 708.a. b. 709.c.d.713.c.d.714. d. 719.c.758. d. 776. a.782.a.c. 889.c.d. 890.b.f.892.c. 893.a.902.d.f.1005.e.1011.b.c.e.f. 1012.b.c.d.e.1013.1014. sepe: sic. 1015.1016.1017. d.e. f. 1018. a. 1037. d. 1040.e.1042. b.e.1043. b.e. 1044.a. 1048.a.1063.e.f.1089.b.1108.a. 1112.d. 1113.c. 1114. b. & seqn. 1127. e. 1143.c.1147. b.e. 1148.d. 1152.d. 1155.f.1156.a. 1157.a. 1191.a. 1203. b. c.1250. a.1263.f. 1274.f. 1292.c. 1423.e.1424.a.b.1441.a.d.1444.d.1457.e.1485.a.

Lucanus

Lucanus, 62.c.66.a. 680.b.c.d. 809.a. 1236.f.1241.f.1504.e.
Lucianus, 137.a.1117.b.1167.c. 1279.b. 1508.e.
Lucillius, 1074.f.1358.b.
Lucretius, 200.f.
Lycophron, 162.f.1021.a.1041.a.b.f. 1056.c.e.1058.f.1059.a.1061.c.1140. c.1145.f.1148.e.1177.e. 1178.c. 1180. c.1198.a.b.1212.e.1215.d.1216.b.

M

Macer, 834.f.
Macrobius, 284.a.714.f.717.f.754.a. 1082.b.1249.a.1297.a.c.
Manetho Ægyptius, 148.b.
Martialis, 28.f.58.e.62.a.b.c.202.f. 283.f.719.b.800.c.1082.c.1128.a. 1247.c.1248.e.1250.f.1258.b.1296. e.f.1297.a.
Maximus Tyrius, 1154.c.
Menghus Faventinus, 800.f.805.b. 806.e 807.e. 808.f.810.b.811.a.819. a.827.b.832.a.
Mercurius Trimegistus, 157.b.
Metasthenes Persa, 127.e.f.128.f.143.d
Michael Savanarola Medicus, 800.f. 805.b.806.a.807.d. 808.f.810.b.811. a.818.f.819.e.827.b.832.a.
Mnaseas Phœnix, 141.b.
Myrsilus Lesbius, 129.c.138.a.143.b. b.161.b.199.b.717.b.

N

Nazarii Panegyricus ad Constantinum, 342.f.
Nicolaus Gruchius, 684.f.
Nonius Marcellus, 1264.c.

O

Onuphrius Panuinius, 683.e.690.b. 693.c.1338.f.1339.f.
Oribasius, 796.e.819 d.834.d.
Ouidius, 161.f.162.d.164.e.177.c. 712. b.717.d.718.a.c.d.e. 719.b.c. 726.e. 819. b. c. 1004. e.f. 1006.c. 1041.d.e. 1078.e.1111.c. 1126.a.1130.a.b. 1149. c.1156.f.1175.f.1178.b.e. 1196.f. 1197. e.1198.a.1248.c.1249.e.1250.e.1309. d.1331.a.1358.c.1452.c.1466.c.1468. c.1508.d.1515.a.1517.b.

P

Pandulphus Collenucius, 1033.e.1035. c.1260.b.
Paulinus Nolanus. 938.939.940.941. 942.
Paulus Aegineta, 256.d. 797.a. 803. b.1049.e.
Paulus Diaconus, 79.e. 81.d. 125.a. 200.c. 264.586.e. 605.a. 614.c. 629. f.1048.d.
Paulus Iouius, 799.d.800.b.
Paulus Manutius, 1101.a.
Paulus Orosius, 1316.e.1329.e. 1337.f. 1439.a.1482.d.e.1483.b.
Pausanias, 156.b.c. 164.f.307.f. 317.a. 814.f.1099.e.1104.a. 1111.d.1122.b. 1128.b.e.1131.b.1173.a.f.1175.a.1176. e.1197.e.1207.f.1210.d.1279.e.1280. f.1315.f.1316.e.1322.b.1481.f.
Petrarcha, 799.d.1367.c.
Petronius Arbiter, 291.b.c.d.
Petrus Bembus, 160.f.161.f.800.b.
Petrus Crinitus, 821.f.
Philippus Ingrass. 799.c.827.d.
Philistius, 1003.c.
Philo Iudæus, 69.a.129.b.
Pindarus, 163.a.1123.c.1466.b. 1478.e. 1497.d.
L. Piso, 66.e.1004.b.1154.e.
Pius II. vide Æneas Sylvius.
Platina, 70.d.88.e.89.c.532.c.586.b.588. f.590.a.595.c.e.601.d.e.604.d.e. 618. d.619.c.639.a.
Plato, 115.a.121.c.160.b.164.b.178.a.319. f.1073.d.1098.f.1112.a.1210.e.1273.c. & seqq.1278.f.1308.f.
Plautus, 1294.e.
Plinius, 25.e.27.a.28.b.e.31.e.33.b.c.57. c.58.54.f.55.b.63.f.64.c.f.65.a. 66.c. 84. a. 120. b. 121. f. 122. a. b.f. 123.f. 127.a.130.e.140.e.f.142.c.143.a.159. a.160.d.183.f.197.c.216.c.217.a.255. e.258.c.299.b.342.d.386.f.387.a. & seq.416.c.417.c.428.d.e.436.c.440. f.441.b.485.c.f.489.a.507.d. 523.a. 579.e. 595.d.681.e. 688.a. 690.f.712. c. 713.d. 714.e. 717.b. 719.b. 726.d. 798.a.e. 799.b. 803. b. 805. a. 809. a. 819. b. c. 821. f. 845. a. 889. e. 1005.e. 1006.c.1035.d.e.1036.c.1037.c.f.1038. a. 1040. e. 1045.e. 1048. f. 1049. e. f. 1058.c.d.e. 1066.e. 1073.c. 1074.b. 1075.a.1078.f.1081.b. 1083.f. 1084.a. 1085. b. 1096. f. 1100.a. 1102.a.b.e.e. 1105.d.1106 c.e.1107.b.1111.d.1112.a. c.f. 1125.c.f. 1129.c.f. 1130.a. 1131 a. f.1142.f. 1144.f. 1145. b.c. 1146. d. 1152.a. 1159.e. 1174.d. 1175.d. 1191. b.c. 1193.f. 1195.e.1197f.1198.f.1202. f. 1203. a. 1204. b. c. 1215. c. 1257. a. 1296.c. d. 1297.d. 1298.a.b.c.f. 1333. c. 1354. a. 1413. d.e. f. 1414. a. d. e.f. 1423. b. 1425. b. c. 1434. b. 1437. d. 1440.a 1441.f.1446.d.1451.b.1452 d.f.1455.a. 1456.f. 1510.b. 1511.b.c. 1515.d.f.
Plinius Iunior, 207.d.216.d. 677.d. 716.e.800.b.904.c.
Plotinus, 1120.
Plutarchus, 67.a.147.e.f.148.a.260.c. 292.a.711.a. 799.b. 803.b.c. 1011.a. 1040.e. 1057.c. 1064.c. 1097.f. 1099. a.1110.a.1117.b. 1120.f. 1121.c. 1131. f.1137.c.1144.b. 1148.c. 1159.c.1161. b. 1172.f. 1178.a. 1201.d.f. 1279.e 1281.b. 1282.e. 1292.e. 1354.a. 1416. a.1421.e.1441.f.1495.e.
Poggius Florentinus, 1283.f.
Polyænus, 1111.e.
Polybius, 60.f.62.b. 64.a.c.d.66.e. 150.c.258.a.307.b.319.f.320.e.360.d. 428.d. 437.e. 445.f. 452.f. 461.d. 468.f. 996.e. 1002.f. 1010.f. 1081.b. 1088.f. 1111.b. 1112.d. 1127.e. 1130.a. 1252.e.1257.e.1416.e.f.1432.f. 1443. f.1444.f.1448.b.
Sext. Pompeius, 1264.e.
Pomponius Lætus, 595.e.e.814.a.839.e.
Pomponius Mela, 96.f.639.b.690.b. 803.d.1040.e.1042.b. 1058.c. 1075.a. 1106.d. 1125.f. 1129.c. 1130.f. 1142.f. 1145 e.1253.f.
Probus Theodosii II. Imperatoris epistolarum magister, 72.c.
Probus Grammaticus, 1005.c.1074.e.
Proclus, 1118.a.1163.b.
Procopius, 1090.f.1155.a.1183.c.1254.d.
Propertius, 713.f.730.f.1103.f.1298.e. 1264.d.1293.c.
Prudentius, 257.d.
Ptolemæus, 57.b.c.159.b.369.a.630.e. 640.d.688 c.690.a.f.717.a.760.a. 781.f. 1042.b.1253.e.1313.f. 1316.e. f.1420.b.1422.f.1433.b.1434. b. 1436.d.1437.1443.d. 1444.c.1452. f.1457.a.1467.a.1509.b.c.1515.d. 1516.b.

Q

Quintilianus, 1073.f.

R

Raphael Volaterranus, 257.d.676.f. 679.f.681.e.683.d.f.691.a.694.c. 716.c.819.a.1033.e.1143.a.
Ramus, 799.c.
Rhazes, 797.c.
Rufus Ephesius, 803.c.
Rutilius Numatianus, 682.f.730.f.

S

Sallustius, 155.a.341.e.f.1005.e.
Salmonius, 1308.e.
Sebastianus Corradus, 1002.d.1833.e.
Sebastianus Erizzus, 689.a.
Sempronius, 123.e. 126.e. 131.b. 133.c. 152.f.153.b.e.f.170.b.e.196.f.107.a.
Seneca Philosophus, 716.f.798.f 809.a. 816.d.817.b.818.b.c.
Seneca Tragicus, 714.d.
Sermius Honoratus, 62.e.278.d. 290. e.306.e.f.342.a.343.d.344.a. 713.a. c.715.d.f. 718.a. 799.f. 857.e. 887. e.1198.d.1128.a.1236.b.1240.f.1247. f.1250.d.

Digitized by Google

Sextus Ruffus, 318.e.
Sidonius Apollinaris, 1296.e.
Silius Italicus, 679.f. 680.d. & seq. 707.e. 709.f. 712.d. 719.a. 819.b. 821. f. 889.e. 891. a. 1020. c. 1247. e. 1351. 1352. a. f. 1356. f. 1482. c.
Simon Portius Neapolitanus, 823. d.
Simplicius, 803. b.
Solinus, 133. e. 141. c. d. e. 143. d. 158. a. 177. d. 256, e. 712. a. 713. c. 726. d. 753. d 999. a. 1073. b. 1078. e. 1083. f. 1145. e. 1192. f 1254. c. 1381. e. 1443. a. 1497. e. 1498. e.
Sophocles, 1000. a. b. 1242. e.
Spartianus, 311. e.
Statius, 809. a. 1041. e. 1248. e. 1250. e.
Stephanus de Vrbibus, 272. b. 726. d. 1008. f. 1022. d. 1037. d. 1039. b. d. 1043. f. 1044. b. 1046. c. 1056. d. 1059. f. 1068. a. 1072. c. 1073. b. 1082. f. 1110. e. 1125. f. 1131. a. 1180. c. 1191. e. 1236. c. 1250. d. 1264. d. 1298. d. 1416. e. 1432. f. 1443. f. 1444. f. 1448. b.
Stobaus, 1095. c. 1097. c. e. 1113. c. 1117. a. a. 1158. a. 1160. e. 1164. b. 1170. f. 1201. f. 1204. e. 1208. b. 1267. b. d. & seq.
Strabo, 28. e. 55. c. d. e. 58. d. e. 60. d. 62. b. e. 77. d. 130. d. e. 150. d. 159. b. 170 f. 173. b. 202. e. f. 255. f. 257. b. 278. c. d. 282. e. 283. c. 284. f. 286. a. 287. b. 288. d. 291. c. 314. a. 349. a. e. 360. b. c. 370. a. 387. b. 428. d. 440. e. 442. b. 442. b. 446. a. 677. c. 682. d. 687. e. 690. f. 691. b. 709. a. 712. e. 713. b. c. 717. b. 726. d. e. 750. b. 753. b. c. 755. c. 757. a. 775. a. 803. b. c. 811. f. 814. d. e. 819. a. 889. e. 996. e. 997. d. 1002. b. f. 1003. b. 1004. f. 1006. b. 1007. c. 1016. b. 1020. a. 1034. e. 1035. a. 1036. b. 1041. b. 1045. f. 1049. a. 1056. b. 1057. b. 1058. d. 1063. b. 1072. f. 1074. b. 1078. f. 1080. b. 1081. a. c. 1082. e. 1086. e. 1087. b. d. e. 1106. f. 1106. c. 1107. e. 1108. d. 1112. b. 1121. d. 1126. b. 1127. e. 1131. e. 1132. a. 1140. b. 1146. d. f. 1147. a. 1149. c. 1150. a. d. e. 1154. a. 1175. d. 1177. d. 1179. b. d. 1193. a. b. d. 1197. d. 1202. e. 1215. b. 1216. c. 1217. a. 1235. f. 1243. a. 1253. e. 1291. a. 1333. c. 1481. c. 1493. b. 1510. a. 1414. a. 1415. a. c. 1421. a. 1426. b. 1435. a. b. 1439. a. 1440. c. 1441. c. 1442. a. 1444. d. 1448. c. 1452. f. 1456. f. 1467. b.
Suetonius, 67. c. d. 69. f. 205. b. 211. b. 343. a. 521. f. 688. c. 731. f. 777. a. 811. d. f. 816. b. f. 817. d. e. f. 818. b. 1211. b. 1280. b.
Suidas, 145. c. 263. e. 307. a. 819. c. 1073. c. 1097. c. 1098. c. d. 1118. a. 1167. f. 1176. b. 1196. b. 1201. c. 1237. a. 1260. b. 1275. d. 1321. e. 1339 f.

T

Tacitus, 71. b. 202. f. 216 c. 253. a. 312. b. 342. c. d. 455. a. 579. c. 689. a. 777. c. 813. d. 814. c. 823. d. 858. a.
Tatianus, 1098. b.
Terentianus Maurus, 715. b. d.
Tertullianus, 718. d.
Themistius, 1163. c.
Theocritus, 1151. c.
Theodoretus, 1031. e. 1118. f.
Theophrastus, 154. c. 163. f. 1201. f. 1297. d. e.
Theopompus, 273. b. 1191. e.
Thomas Fazellus, 1259. f.
Thurisanus, 797. c.
Tibullus, 148. e. f. 154. b.
Timaeus, 150. c. 1004. c. 1118. e.
Trebellius Pollio, 273. b.
Trogus Pompeius, vide Iustinus.
Thucydides, 1003. d. 1058. e. 1081. b. 2089. b. e. 1102. a. 1110. d. f. 1131. a. 1182. a. 1202. e. 1415. 1416. e. f. 1420. b. 1422. d. e. 1423. c. 1426. b. f. 1427. a. 1435. a. 1436. a. 1438. f. 1440. f. 1444. a. 1448. c. 1455. d. e. 1478. e. 1481. b.

V

Valerius Maximus, 117. f. 1109. f. 1010. b. 1110. a. 1113. c. 1117. e. 1147. c. 1148. d. 1308. b.
Varro, 62. c. 123. a. 314. c. 433. a. 758. a. 1003. c. 1074. d. 1099. f. 1107. b. 1203. a. 1264. c. 1281. f. 1425. c.
Vegetius, 1049 d.
Velleius Paterculus, 312. b. 679. b. d. 1356. a. & seq.
Vgolinus Medicus, 800. f. 804. f. 806. a. 807. e. 808. f. 810. b. 811. a. 813. b. 819. a. e. 820. e. 822. e. 826. b. 828. b. c. 831 f. 832. a. 833. f. 834. d. 836. e. 839. e. 840. c. 845. a. f.
Vibius Sequester, 253. a. 450. b. 712. e. 752. a. 1420. f.
Victor paraphrastes Geneseos, 1238. e. d.
Virgilius, 25. e. 28. e. f. 58. e. 62. b. d. 63. a. b. 157. d. 160. e. 577. d. 253. f. 277. e. 292. e. 306. e. f. 349. a. 360. a. 395. a. 419. a. 432. a. 443. d. 457. b. 485. f. 710. a. 712. c. 716. a. 727. c. f. 756. f. 760. b. 805. a. 885. a. 1004. a. b. 1005. b. 1006. d. 1018. e. f. 1078. f. 1086. f. f. 1108. a. 1111. c. 1127. f. 1240. f. 1242. c. 1247. f. 1248. d. 1249. a. 1250. d. 1252. b 1256. c. 1258. e. 1260. d. 1295. e. 1296. d. e. 1312. a. 1338. b. 1470. b. 1471. b. c. 1480. d. 1482. a. 1485. e. 1491. e.
Vitruvius, 200. e. 206. c. 777. e. 1162. e. 1197. e.

X

Xanthus Lydius, 161. b.
Xenophon, 132. f. 133. a. 149. d.
Xiphilinus, 1248. a.

INDEX

INDEX RERVM, PRÆCIPVE VERO LOCORVM, QVORVM DESCRIPTIO IN HOC VOLVMINE CONTINETVR.

Abacena ciuitas Sicilie. 1457. a.
Abbatia Motis in Foro-Iulii. 57 f. 96. b. occupatur à Ludouico Aquilei-ensi, 56. b.
Abbatia Sextii in Foro-Iulii. 54. c.
Abdua fl. vide Addua.
Abella ciuitas Campanie olim illustris, 760. b. c. 888. d e.
Abella mons Nole Campanie imminens, 879. b. & seqq. 882. a. & seqq. vnde 883. b. c.
Abellani agri bonitas, 760. b. c.
Abistrum opp. Calabrie, hodie Vrsimarsum. 1035. f.
Aborigines ab Onotriis orti, 61. a. 1000. f. vel ab Armenis, 198. b. c. d.
Aborigines dominatur Roma Itali filia, 130. f.
Aborigines qui & Vmbri, 198. b. c. vnde dicti, 1000. f.
Abrianum locus regionis Veneta ad flum. Liquentiam, 32 f.
Acarnania opp. Sicilie. 1423. hodie Carranum, ibid.
Accilla ciuitas olim in Sicilia, 1457. a
Acherini populi Sicilie, ibid.
Acheruſia palus Campanie, 749. f. hodie la Coluccia, 760.
Acerra olim ciuitas Inſubrie, 276. a. hodie ne veſtigia quidē eius extāt, 276. a. 321. e. vbi fuerit ſita diuerſa opiniones. ibid. 461. d.
Acerra ad ripam lacus Verbani in Inſubribus, 295. b.
Acerra ciuitas Campanie etiam hodie Acerra, 758. f. 759.
Acerrani agri bonitas, 758. & ſeq.
Aceſine fl. Sicilie, qui hodie Cantara fl. 1467. e.
Aceſta opp. Sicilie, hodie coniectura Mons Bonifati, 1416. b. c.
Acheron amnis Calabrie, hodie Capanianus, 1045. e.
Acida fl. Calabrie. 1039. b.
Acis fl. Sicilie, 1439. e. 1440. b. hodie Frigidum, ibid.
Aconia flu agri Lacmellini ſiue Lebuorum populorū, 259. e. 261. 264. c
Acra opp. Calabrie, 1190. f.
Acra opp. Sicilie olim, 1455. a. b. hodie putatur eſſe Claromons. ibid.
Acrima ciuitas olim in Sicilia, 1457. a
Actianum quod hodie Alzanum locus in Cenomanis, 181. a.
Actiatum opp. Inſubrum. 865. b. quaſi Actiacum, ibid.
Acuſilas ſcripter annaliū Gra. 128. b.
Acuſilaus corrigit Herodotū, 136. a.
Acynthus amnis Sicilie, 1443. e.
Addua fl. apud Orobios, 274. b. recipit Brembū & Serū, 296. e. per Volturenā vallem in Larium lacum decurrit, 292. 2 296. d. e. 395. b. 396. a. 404. e. f. ex lacu Lario vbi erumpat, 409. a. circuit Inſubriā. 296. e. 501. d. e.
Adeleiſus filius Deſiderii regis Longobardorum, 219. f.
Adelhardus epiſcopus Veronenſ. 204. a
Adglaream, vide Glarea.
Adhaſte vicus agri Bergom. 184. a.
Ado dux Fori-Iulii, 84. b.
Adranum opp. Sicilie, hodie Aterno 1437. e. 1467. d.
Adria Thuſcorum colonia, 156. e. 200. c. d. ab hac mare Adriaticum dictum, 136. e. 286. a. dicta ipſa ab Atriano fl. 200. c. 286. a. vel ab Atrio rege Thuſcorum, 200. f.
Adrienſes ad Laureti à Venetis eaſi potentium ſuam amiſere, 25. f.
Adria ſita in agro Ferrarienſi, 200. e, extant eius veſtigia adhuc, 200. e. hodie appellatur Adri, ibid.
Adriaticum mare ab Adria ciuitate dictum, 156. e.
Adrianum opp. Sicilie, 1443. b.
S. Adriani virginium ad Sulmo flu. in Veneta regione, 31. f.
Adua vel Adula mons in Alpib. hodie Graius, ex quo Addnas fl. delabitur, 395. b. c.
Aduncū op. in ripa lacus Larii, 404. c
Ægyptus rex Cham ſiue Saturnus Ægyptius, 146. d. e. f. 147. a. b. Ægypti rex Oſiris, 147. b. e. f. 148. d. 149. c.
Ægyptus dicta Miſraim, 145. d. e.
Aegyptii à Chamo orti, 147. d. 155. d
Æmylia dicta Gallia Ciſp. vſque Rauennam, 170. e. f. olim Felſina, ibid. & Bianora, ibid.
L. Æmylius Coſ. Gallorum horrendam cum regib. ſuis ſtragem edidit, 64. b. c.
Æmylius Macer qui de auium generatione ſcripſit &c. Veronenſis, 216. b. 279. d. liber qui hodie ſub eius nomine extat eſt ſuppoſititius, 279. d.
Æneus fl. Sicilie mirus, 1422. e.
Ænnodius Iuuenalis Ticinenſis epiſcopus, 563. b. & ſeq. Legatus Hormiſda Papæ ad Anaſtaſium Imp. 563. c. miraculo à naufragio ſeruatus redit, ibid. quando obiit, vbi & eius epitaphium, ibid.
Æſarus fl. & portus Calabr. 1177. d. e.
Æſtus marius mira variatio Veneciis, 3. a. abſtergit ſordes Venetiis. ibid.
Æthyopes dicti à nigris oculis, 121. a. à Chamo orti, 155. d. ex filio eius Chus, 144. f.
Aetius Patricius vincit Athilam, 73. b
Ætna ciuitas Sicilie qua & Catana. 1435. b. & alia ibid. 1440. a. b. hodie Centorbis, olim Centuripis. ibi. e. f.
Ætna mons Sicilie, 1438. e. eius deſcriptio, 1466. a. & ſeqq. hodie Mongibellus, 1438. e. 1466. d. eius ſitus, 1467. a. altitudo, 1468. a. 1469.
Ætna horrenda incendia deſcribuntur, 1439. a. & ſeq. 1469. e. 1470. a. & ſeq. eorū cauſa & an unquam deſitura, 1478. & ſeqq.
Ætna craſeres igne vomentes. 1469. c. & 1475. a. & ſeqq. 1476. c.
Ætna montis ſylua tedoſa, 1468. a. b. 1486. b. eius tres partes ſiue regiones & earum deſcriptio. 1485. d. antra horrenda altiſſimaq;, 1488. d. & ſeqq. Chryſtallus, ibid.
Aeta opp. Calabr. agrique eius commoda, 1034. e.
Africa dominatus eſt Phut filius Cham. 162. c.
Afri à Chamo orti, 155. c.
Agareni & Saracens an iidem, 595. d.
Agaricus cibo vtilis, 1027. a.
Agateria fl. Sicilie, 1455. a.
Agatha, vide Artemiſium.
Agatha fl. Calabrie, 1100. e. item eiuſdem nominis opp. ibid.
Agathyrſum opp. Sicilie, hodie S. Fratellus, 1452. f.
Agellum, vide Tyleſium.
Agefilaus hiſtoricus diſſentit ab Hellanico. 136. a.
Agilulfus Longobard. rex à Theodelinda regina vidua in matrimoniū aſſcitus, 261. d. e. 588. c. ab Ariana hæreſi conuerſus, 561. d. e. 588. d. 589. d. bellum contra Roman. geſſit. 261. e. expugnat Cremonam ibid. 590. b. c. Mantua. 261. e. 590. e. f. Patauio. 590. b. c & ſeq.
Ago dux Fori-Iulii, 82. b.

Digitized by Google

Agonis domus, familia Fori-Iulii, 82.b.

Agonei populi Inalpini, Vogonia vallis hodie, 368.e.

Agragas fl. Sicilia, 1444.e. & seqq. hodie Drago, ibid.

Agrigentũ ciuitas Sicilia, hodie Girgenteni. vide plura, 1445. & seq. & & 1508.e. 1444.e. & seq. hodie mons siceus, 1445.b.

Agrigentini illustres, 1447.a. & seq.

Agurium ciuitas Sicilia, 1456.f.

Agyra opp. Sicilia, 1436 b. 1437. b. hodie S. Philippi Agyrionis, ibid.

Aio filius Arrichis dux Beneuentanus, 82.a.b.

Alba Pompeia ciuitas Eganum in Gallia Cisp. 281.c.

Albianum opp. Gall. Cisalp. ad Statelam fl. 299.c.

Albinciatum vel Albiziatum pagus in Insubribus, 273.a. 356.e.

Albingunum opp. Liguria in Alpib. maritimis, 288. hodie Albingana, 638.e.

Albingauni pop. Liguria 440.e. 638.e.

Albium Intemelium opp. Liguria in Alpib. maritimis, 288.b.c. 638.b. hodie Ventimillium, ibid.

Albisolla vicus Liguria, 639 b.

Alaca fl. Calabria, 1130.f.

Alagnia oppidum Leumellina, 480.d.

Alani Italiã intrantes cadũtur, 218.e.

Alani Hispanias occupant, 79.e. cum Gothis in vnam gentem coalescũt Cathalani dicti, 79.b.

Alani vincuntur à Turcis, 96.f.

Alarus vide Sagra.

Alarichus Gothorũ rex Romam occupat, 78.d. & statim paulo post moritur, 77.d. & successit Arnulfus, 218.d.

Albinum lacus in Cenomanis, 181.a. ibidem inscriptio vetus, 184.b.

Albienses Gallia Cisp. populi, 260.d.

Albiola olim opp. Venetia, 28 b.

Albœci Gallia Transalp. populi, 260.d

Albertus Scaliger primus filius Mastini, 220.f. successit patri in ducatu Verona, 220.f.

Albertus II. Scaliger filius Canis Grandis factus dux Verona, 221.a.

Albouinus Longobardorex XI. 79.d. à Narsete in Italiam euocatur, 79.c.d. 581.a. Italiã ingreditur, 79.e. 219.d. 581.a. Forũ-Iulium & Venetiã occupat, 79.f. 219. & Lombardia, 219.e. 581.a. & seq. mitior à Paul. Aquileiensi factus, 80.a. Gisulfum nepotẽ ducem Fori-Iulii creat. 79.f. Ticinũ occupat, 581. & seq. à coniuge necatus, 219.e. 585.f.

Albuinus Scaliger dux Veron. 221.a.

Albricus Comes Barbianus Italos postliminio ad arma tractandaexcitauit, 265.f. vbi & eius laudes.

L. Albutius Silo Nouariensis Rhetor 258.e.

Alcara oppid. Sicilia, 1452.e.

Alciati, familia nobilis apud Insubres, 265.d.

Alciatus vic. apud Bergomens. 265.d.e

Alcmaon Philosophus Crotoniensis & eius placita, 1163.a.

Aldonaldus Longobard. rex, &c. 599.f

Alexander 3. Ro. Pont. f. Roma pulsus Venetiis latuit. 6.f. à Venetis restitutus sedi, ibid.

Alexander 5. Antonium Aquileiensi sede deiectum restituit, 94.a.

Alex. M. regnauit an. xii. 128.f. de Nilo ortu scisscitatur Ammonẽ. 118.a.

Alexandria Italiæ vrbs in Ananum agro sita, 281.b. olim Cæsarea, vicus, 281.e. à Mediolanensib. cõdita & ab Alexand. 3. Pont. dicta. 281.e.

S. Alexis caput, vide Argentum.

Alfridus dux Fori Iulii, 84.a. pulso Rodoaldo, 84.a. Coperto regi insidias struens captus & oculis priuatus est, 84.b.

Alganum vicus Venetia, 30.a.

Alis oppid. Sicilia, 1451.a.

Alimonia vicus lacus Larii, 469.f.

Allianũ castellum agri Falisci, 728.e

Allius amnis Calabria, 1139.e.

Alona oppid. Insubria, 362.b. in quo monachorum cœnobium vetustũ admodum, ibid.

Aloysius Dardanus Venet. 14.c. 15.e.

Alpes à Septẽtrione Italiã cingũt, 60.e. Graciæ montes Cimens dicta, 287. a. vnde ortum capiunt, 287.b. vnde dicta, 287.f. ab Alpib. semper Italia inuasa, a.b.c.d.

Alpes Carnica & Iulia præ aliis sæpe agentib. Barbaris superata, 61.d.e. f. & seq. 293.e. vbi ille sita, 293.e.

Alpes Norica terminus Fori-Iul. 53.d

Alpes Norica ad Forum-Iulii reliquis mitiores, 68.c.d.

Alpes Maritima vnde oriuntur & earum descriptio, 288.b. & seq. non eadem quæ Graiæ, 288.f. in iis oppida Albingauniũ, Albion Intemeliũ, Augusti trophæa siue Villa-Franca, Nicæa, Anco, Visio, & Antipolis. Forum Iulii, Citharista, Imatra, Monœci portus: fl. Mexula, Varus.

Alpes Cottiæ, vide Cottiæ. Alpes Iulia, vide Iulia, &c.

Alpheus flu. Syracusanorũ duplex in Sicilia, 1422.c.d.e. olim etiã Anapus, hodie Oculus Zilia, ibid.

Alpinorũ pop. mores memorabiles, 312.e.f

Alsa fl. Fori-Iulii, 55.b. 56.a. 299.a. hodie Liminius, 298.a. eius ostium in Venetia, 33.c.

Altanum, vide Soretium.

Altimentum, vide Balbia.

Altinum opp. Gessatarum in Gallia Cisalp. 286.b.

Altinum opp. Fori Iulii à Troianis conditum, 75.f. ab Attheila solo æquatum, 77.a. 218.e.

Altinates Tercellum condunt, 77.b. item Maserbiũ & Amerianũ, 77.b

Aluntium opp. Siciliæ, à quo Aluntini, 1452.b.

Amagiana columna Venetiis, 7.e.

Amanthea, vide Nepetia.

Amantia familia Venetiis, 15.e.

Amator episc. Fori-Iulii, 86.c. sede pulsus à Calliste Aquileiensi, 86.d.e.

Amastris opp. Siciliæ, 1452.d.

Ambarri duce Bellouesо Italiam inuadunt, 61.c. 63.f.

Ambigates rex Gallorum Bellouesum in Italiam misit, 63.e.f.

Ambrones in Italiam erumpentes à Mario Cos. deleti, 67.a.b.

Ambrosius Mediolanens. episcopus ex proconsule factus, 535.d. Arianos in occidente extinxit, ibid. a.f. constituit officium Ambrosianum, 535.f.

Ambrosianũ officiũ siue missam Mediolanenses soli retinuerunt, ibid.

Ameria condita ante bellũ Pers. 123.f.

Amerianum fugiunt Altinates ab Attheila, 77.b. idque condunt, ibid.

Amphitheatra in Italia & Græcia quã Roma prius extiterunt 206.e.

Amphitheatrum Veronense. 202.d.f. 205.d. 206. 214.d.e. & seq. eius descriptio, 207.f. 208.a. & seq.

Amphitheatrũ fuit Spelli in Thuscia 206.e.

Amphora fl. Fori-Iulii, 56.a. eius ostium in Venetia, 33.c.

Anaxus flu. Venetiæ Plinio quis, 31.e.

Amygdalaria, vide Heracleopolis.

Amygdalia opp. Calabriæ olim Peripolis, 1101.f.

Ananes populi Galliæ non procul à Massylia, 281.a. 347.e.

Anao op. Ligur. in Alpib. marit. 288.e

Anapus fl. Siciliæ, 1422.e.

Anastasii Bibliothecarij liber qui circumfertur non est eius, 693.b.c.

Anastas. episc. Ticinens. Arian. 604.e

S. Anastasis corpus est Venetiis, 16.d.

Anastasius Imp. vrbem in Tridentinis Alpib. condidit, 293.a. vbi & eius edictum. legatos ab Hormisda ad se missos male dimittit, 563.c.d.

Anaxis fl. olim Siciliæ, 1457.a.

Digitized by Google

Anaxus fl. Venetiæ Plinio, qui, 31.e. 293.f. Plauis Sabellico, 31.e.f. & alijs, 298.f.

Ancinalis fl. Calabriæ, 1062.b.

ad Anconem Apenninus Gargano monte Adriatico mari incumbit. 60.e.

Ancrestes Gallor. rex in Italiam irrumpit. 64.b.c. casus cum ingenti suorum numero, 64.b.c.

Andolo de Nigro Genuensis summus mathematicus, 642.f.

Andoria opp. Liguriæ, 638.d.

S. Andreæ templum Venetiis, 11.f.

Andreas Bragadinus Venetus Bibliothecam Venetiis instituit, 16.c.

Andreas Donatus Venetus, 16.b.

S. Angelus opp. Insubriæ situm in confluente Lambri & Orenæ, 298.d.e.

S. Angeli templum Venetiis, 21.a. eius turris de cœlo tacta, 21.b.

S. Angeli virginum in Venetia, 29.f.

Angitula opp. Calabriæ, 1061.b. olim Crissa, ibid.

Angleria opp. nobile ad lacum Verbanum in Insubrib. 265.e.295.b.c. 359.c.d. olim Alpinarum gentium præfectura. 265.e.295.d.359.c.d. ex eo orta familia Vicecomitũ, 265. e.f.295.c. vnde dicta diuersæ opiniones, 295.c.d.359.d. hodie Borromais paret, 359.f.

Annianus Poeta Falscus excellens, 715. a. & seq.

Anna, vide Decalstidium.

Annales à Pont. Max. conscribebantur, 128.a.b. in P. Mutio Pont. M. conscribi desierunt, 128.b.

Annalium scriptores apud Græcos & Latinos qui, 128.b.

S. Annianus episc. Alexandrinus D. Marci discipulus, 6.f. condstus Venetiis, 6.f.7.a.

Anogeum castellum Calabriæ, 1072.b.

Anspertus Episc. Mediolanensis, 271. f. eius Epitaphium, ibidem & seq.

Antenor Henetos in Italiã ducit, 77.d

Anthemius Imp. à Rechimere sublatus, 545.a.

Antilia olim ciuitas Gall. Cisalp. 181.c.

Antiochus historicus dissentit à Timæo, 136.b.

Antipolis opp. Liguriæ in Alpib. maritimis, 288.c.

S. Antonii templum Venetiis, 17.f.

Antonini Imp. (vulgo dictum) itinerarium eius non est, 683.c.d.

Antonius Gnarisius Patriarcha Aquileiensis, 94.a. & seq.

Antonius Scaliger filius Canis Signoris, 221.b. Bartholomæo fratre à se interfecto solus ofi Veronensium dux, 281.b.c.

Verona à Ioanne Galeatio occupata ad Venetos transfugit, 221.c.d

Anto. Scalig. filius Guilelmi a Francisco Carrariẽsi in Montefilicis in carcerem reclusus, 222.b.

Antoninus Verus Imp. Veronam reædificauit, 217.c.218.a.

Apenninus supra Massiliam iungitur Alpib. 60.e.170.b.281.d. vnde dictus, 287.c.d. Italiam diuidit, 60.e.170.b.415.b.c. eius iuga in Liguriã exeuntia, 60.e. deinde in Garganũ ppo Anconã ad mare Adriaticum, 60.e.170.b. ad Venusiam ex transuerso diuidit Italiã. 170.b. vna parte Brundusium attingens, 170.b. altera Velum, ibid. finitur in Leucopetra, 60.f.170.b.

Apennini aëris temperies & commoda, quibus Italiam afficit, 425.f. 426.a. & seq. 427.a. & seq.

Apennina dicta Italia ab Apide qui & Osiris, 149.c.150.a.b.c.

Aphrica olim dominatus Phut filius Cham, vide in Africa.

Apia dicta Italia ab Osiride, 150.a.

Apis dictus rex Ægypti Osiris post mortem ab Ægyptiis, 148.c. vide plura in Osiride. condidit Taurisiũ Italiæ. 150.c.

Apis bos imago Osiridis, 148.c. Osiridis sacer, 149.a.c. conditor Taurisanorũ siue Taurisciorum, 150.c.d

S. Apollinaris templũ Venetiis, 8.f.10.c

Apostolorum templũ Venetiis, 14.d.

Apius mons Liguriæ, 638.c.

Aprusium, vide Vernicarium.

Aprustum hodie Castrumillarum oppid. Calabriæ, 1213.b.

Apuani Ligures quo loco sedes habuerint, 153.f.441.a.d.e.637.b.

Apulia calidissima Italiæ regio, 418. f.419.a. & seq. obuersa oriũti, 418.c

Apulia equi optimi, & qui potissimũ 419.d.e.

Apuli fallaces, 1018.e.

Aqua frigida cœnobium ad lacum Larium, 404.f.

Aquæ Statiellorum vrbi Galliæ Cisalp. 281.b.

Aquarum mirabilis inundatio ex locis aridis defluens. 382.e.f.497.a.

Aquilus color ab aqua dicta, 66.f.

Ara Cæsaris, vide Arcisate.

Arabes à Chamo orti, 155.d.

Aralius septimus Assyriæ rex. 152.f.

Aramæi qui & Galli Ianigenæ, 133. e.f. idem & Scythæ Sagæ, 133.d. 142.e.143.a. ab iis orti Vmbri, 133.e. 143.a. & Orobii, 133.e. primi incolæ Italiæ, 143.a. idem & Ianigenæ & Hetrusci, ibid.

Araxes mons vel regio Armeniæ 141.a. ubi requiescit arca Noe, 141. a.b.

Araxes fl. Armen. cãpestris, 141.a.b

Arcades cum Euandro Latinum occupant, 61.a.

Arcenthium vicus in ripa lacus Larii, 401.d.

Archinti nobilis familia Insubrum, 266.f.

Archytæ Tarentini acta & dicta 1265.e. & seq. 378.f.

Arcisate opp. Insubriæ, 375.e.376.a.f. quidã Aram Cæsaris volunt, ibi.

Arda fl. Galliæ Cisalp. 299.c.

Area opp. Fori-Iulii, 94.e. irrito conatu à Sigismundo Imp. oppugnatur, ibid.

Arena opp. Calabriæ, 1070.e.

Arena op. Liguriæ ad Padũ situ, 528.e

Arena amphitheatrũ Veronense dictum, 206.f.208.a.

Arenthum fl. Calabriæ. 1051.e.

Argentanũ ciuitas nobilis Calabriæ hodie Marcũ, vid plura 1042.e.f.

Argentina, vide Sybaris.

Argentum promont. Siciliæ, hodie Caput S. Alexii, 1451.a.

Argenauta primi inuadunt Fortunæ Iulii, 61.e.f.62.a.

Arges nauis humeris per Alpes transuecta, 62.a.

Argon mons in Orobiis, 185.e.

Ariadna coniunx Ianiregnli Concordiæ, 7.a. Caprulas ab eo missis venientibus Hunnis, ibid.

Ariana hæreseos exortus, duratio, crudelitas, 534.a. & seq.

Arminius fl. Gall. Cisp. ad. 300.d. hodie Marida, ibid.

Arintha opp. Calabriæ, 1045.a.

Arioualdus Longobard. rex. 599.f.

Aripertus Longobard. rex & eius res gestæ, 604.f.605.a. & seq.

Aripertus secundus Longobardorũ rex ab Asprando pulsus, 613.e.

Aristoteles in multis vexat Platonem. 135.d.136.d. eũ calumniatur Epicurus, ibid.

Aristotelis quãta authoritas, 137.c.d.

Aristotelici quidam dici malunt, quam Christiani, ibid.

Aristotelis de suis discipulis iudicium, 1276.d.

Aristoxenus, Musicus Tarent. eius vita & dogmata, 1276.a. & seq.

Armannus Carniolus supplicio affectus, 92.a.

Digitized by Google

Armatrites nonus Assyrior. rex, 156.b
Armeni vincuntur à Turcis, 96.f.
Armenia maior Saga, 140.a.f. 141.f. in Armenia Scytha Saga, 133.c. 140.a. 141.f. 142.c. ab Armeniis orti Vmbri, 133.d.e. 198.c.d. Et Orobii, 133.d.e. Armenia campestris appellatur Ararat, 141.a.b. per eam fluit Araxes fluuius, 141.a.b. vide etiam in Aramais. In Armenia genus humanum renatum, 140.a.f. 198.b.
Arnulfi Imp. filius Ludouicus, 87.f.
Arnulfus Gothorum rex successor Alarici. 218.d.
Arnus fl. terminus Ligurum Hetruscorum. 153.f.
Arnus fl. in Insubrib. limpidissimus ab Arno Hetruria fl. dictus, 356.d.e.
Arni vallis, tractus Insubriæ & eius descriptio, 356.d. & seq. 357. 358.
Arocha opp. Calabriæ, 1217.e.
Arocha castellum Calabriæ, 1137.d.
Arocha fl. Calabr. nauigabilis. 1140.a.
Arona locus munitissimus Insubrum ad ripam Verbani lacus, 295.a
Arponium, vide Querquarium.
Arriches filius Lempichis Longobardus, 81.c. auus Pauli Diaconi, ibi.
Arriches Dux Beneuentanus, 81.f. 82.a. à Slauis in prælio cæsus, 82. eius filius Aio. 82.a.b.
Arses rex Pers. regnauit an. 4. 128.f.
Artemisium, hodie Agatha opp. Calabriæ. f. 1037.f.
Artenea vicus Fori-Iulii, 51.d. 80.d.
Arsias fl. Venetiæ, 73.c.
Aruerni Italiam duce Belleneso inuadunt, 61.c. 63.f.
Aruns Clusinus primus Gallos in Italiam duxit, 170.e.f.
Asabethus Turcicarum copiarum dux cædit Venetos, 100.101.
Ascina vallis in Orobiis, 384.a. vel Asina, vt 409.e.
Asconia opp. ad lacum Verbanum in Gallia Cisalpina, 294.f.
Asculum, olim etiam Satrianum, nobile, & hodie ducale Apuliæ oppid. vel Piceni, 1333.b.c.
Asdrubalis mons in Gallia Cispa. 300.e.
Asinarum fl. Siciliæ hodie Falconata, 1426.b.c.
Asinellus opp. Siciliæ, 1453.c.d.
Asines fl. Siciliæ, 1453.
Aquileia ciuitas Fori-Iulii à Romanis condita, 55.e. eius descriptio, 55.e.f. 56. sedes Patriarchalis adhuc hodie, 56.a. vnde dicta, 66.f. colonia Romana, 66.d.e.f. 77.e. à quib. dicta, 66.f. nequaquã à Troianis condita, 75.f. Imperatorum suburbanũ, 67.d. alterũ Italiæ lumẽ, 75.e. intersecatur à Natissa fl. 33.c. Alluitur Turro amni, 55.b. emporium frequentissimum, ibid.
Aquileia Timauus fl. à Martialis tribuitur, 62.a.
Aquileia dicitur etiam tota circumiacens regio, 55.e.f.
Aquileiensis ager circa quæ tempora à Romanis occupatus, 66.a.b. à Gallis occupatus, 65.e.
Aquileiã sæpe progrediebatur Augustus Imp. 67.c.d. Ibidem fuit eius filia Iulia, 67.d. ibidẽ cæsus Quintilius Imp. 70.c. Item Constantinus, 70.c. & Constans, ibi. & Maximus tyrannus à Theodosio, 70.d.e.
Aquileia ab exercitu Othonis Mœsiaco direpta, 69.f. à Maximino Imp. obsessa irrito euentu, 70.b. in qua obsidione fœmina ex propriis capillis funes fecere, 70.b. Aquileia obsidetur ab Atthila, 73.c.d. & seq. ea obsidio in tertium annũ pene incredibiliter dilata, 73.d. idque ob loci situm, 73.e. præerat ei tunc Menapus & Oricus fratres. 74.a. vacua ab Hunnis occupatur, 75.a.b. vel certè vi expugnata, 75.c.d. tota incendio absumitur, 75.d. 218.e.
Aquileienses ante obsidionẽ omnia pretiosa cũ vxorib. & liberis Gradũ miserunt, 74.f.
Aquileienses Patriarcha nullius authoritatis sub Longobardis, 86.c.d. eis Gradensis Patriarcha subiicitur, 88.c. longo tempore Cremonæ sedẽ suam habuerunt, 86.c. eã transferunt Forum Iulium, ibid.
Aquileiensi Patriarchæ 20. episcopi subiecti, 89.b. magna pars Fori-Iulii donatur ab Othone primo, 88.f. item tota Istria, 89.c.d. item Ducatus Foro-Iulianus ab Henrico tertio donatus, 89.c. item Carniola ab eodem, ibid.
Aquileienses Patriarchæ: S. Marc. Euang. S. Hermager. Paul. Probinus, Helias, Seuer. Ioan. Martia. Serenus, Callistus, Paulin. Vrs. Maxẽt. Frider. Leo, Poppo, Gotepaldus, Sighardus, Vualcher. Gregor. Philip. Raymundus, Octobonus, Bertran. Nicolaus. Ludouic. Mediolanensis, Marquardus, Philippus Lancho, Ioan. Morauian. Ant. Gruariensis, Ludouic. Thechius. Vide quemque suo loco.
Asparagi serendi ratio & eius vsus 429.a. & seq.
Aspirandus Longobardorũ rex Aripertũ secundũ regno pellit, 613.a. regnat trimestre, ibid. eius filius Luitprandus, ibid.
Assa fl. Calabriæ, 1129.b.
Asserum ciuitas Siciliæ, 1428.d.e.
Assyriis à Chamo orti, 155.d.
Asta oppidum Salassorum, 257. b. vel Anaunum, 281.b. colonia Romana, 257.b. 281.b.
Astezanum in agro Bergomensi, 386.c. ibidem inscriptio vetus.
Astulfus Longobardorum rex Rachisii frater, 620.d. Romanos oppugnans à Pipino Francorum rege victus Rauennam & alia reddidit, ibid.
Asylia opp. Calabriæ, 1139.e.
Atergatis Dea, 130.e. Græcis dicta Δερκέτω, 130.e. Hebræis, Dagon, ibi. eius filia Semiramis regina, ibi.
Atella ciuitas olim (hodie euersa) Campaniæ, & eius situs, 758.e. 759.e.
Atestini malè Cladia conditores feruntur, 27.a.
Athena opportunissimè sita, 1.c.d. cui ob eas Pallas & Neptunus certasse dicuntur, 1.d. 2.a.
Athenæum, vide Rossia.
Athesis qui & Atrianus flu. 200.e.d.e.
Athesis fl. oritur in Alpib. Tridentinis 25.e. Veronam perfluit, 25.e. 200.e.d.e. & seq. Venetiam perfluit, 26.b.c.d. Bachilionis partẽ recipit, 26.a. cum Brenta Padi ostio cõfluit, 25.e.
Athiso fl. ex summis Alpib. in Verbanũ lacum sese exonerans, 291.f. 368.a. ad quẽ casi Cimbri, ibid. & 292.a. 368.a. & seq. Veterem fl. excipit, 368.e. alluit Oscellam. ibid. Vegoniam vallem perluit, ibid.
Altinum locus in Foro-Iulii, 53.e.
Atthila Hunnorũ rex, 72.c. 73.a. 218.e. eius pater Mundzeticus, 72.d. Octar & Rhuas fratres, 72.d.e. vincitur ab Aetio, 73.b. de se interficiendo cogitat, 73.b. nouas copias Illyricũ vastat, 73.b. vincit copias Valentiniani Imp. 75.b.c. Italiam ingreditur, 73.b.c. 218.e. Aquileiam obsidet, 73.c.d. capit, 75.a.b. 218.e. Aquileienses cecidit, 74.a.b.c. e quo desicitur in prælio, 74.c. Hunnũ sine Vtinũ ædificat, 73.e. Concordiã capit & incendit. 77.a. 218.e. Altinũ, 77.a. 218.e. totã Venetiã. 77.a. Patauiũ, 218.e. Vicentiã, 78.c. 218.e. Veronam, 78.c. 218.e. Mediolanũ, 78.e. 218.e. 263.d.e. Ticinum 78.e. 218.e.

Digitized by Google

Romanos pingi extraxit pecuniam sibi ad pedes effundentes, 263.f. Minatur se maiore clade Italiam oppressurum, 78.d. Proprio sanguine dormiens suffocatur, 78.e. de eo Martiani Imp. somnium, ibidem.
Attestini finitimi Vincentinis, 229.
Atticam Photi filius Cham cum filio Ligure olim incoluit, 152.e. inde traiecit in Italiam, 152.e.f.
L. Attilius Cos. Gallos ingenti cede profligat, 64.c.
Attrianum flumen Veneterum olim terminum, 153.b.154.e.
Auares in Italiam irrumpunt, 82.f. 83.f. à Grimoaldo stratagemate terrentur, 83.a. eorum rex Cazanus, 83.a.
Auarum lingua Cacanum regem significat, ibid.
Aucupiorum diuersitas, 495.d.e.
Auernus lacus Campaniæ & eius descriptio, 750.f.751.a. & seq. 777.e. 861.c. & seq. eius nomen moderni, 759. eius noxia pestifera exhalatio olim, 750.f. terræmotu minor factus monte impositio, 751.a.
Auexa fl. Gallia Cispadana, 300.d.
Auginus mons Liguriæ, 441.a.
Augonius mons Liguriæ, ibid.
Augusta Bacenorum vrbs Gall. Cisalpinæ, hodie Bassignana, 281.f. vide plura in Bassignania.
Augusta Prætoria in Alpib. Graiis vrbs Lebuorum Gall. Cis. 258.b. ab Augusta amplificata, ibidem.
Augusta Salassorum in Salassis, 257.b
Augusta Taurinorũ vrbs Salassorũ, 257.b. ab Hannibale euersa, 258.a.
Augustus Imp. sæpe venit Aquileiã, 67. d.e. fuit origine Thurinus, 1211.a.
Augusti trophæa, vide Villa-Franca.
D. Augustini laudes, 614.e. & seq. eius corpus Papiam ex Sardinia translatum, ibid. eius sepulchrum vbi, 615.e. & seq.
Augustinus Barbaricus princeps Venetus, 6.c.
Augustinus Superantius Venet. 14.c.
Aulanauum opp. Ligurum Lauerũ, 472.a.479.f.
Aulon, vide Caulon.
Aulanum opp. Fori-Iulii, 54.d.
Aula opp. Siciliæ, 1426.b.c.
Aurelia dicta Gall. Cisalpina, 170.e. qua & Æmilia, 170.e.f. & Felsina, 170.e.f.
Aureolus inuasor Imperii sub Gallieno, 273.c.d. cæsus in agro Mediolanensi, 273.d. eius epitaphium, ibid.
Aurius Lamba Genuens. cũ Venetis confligit, eiusq; apophthegma, 643.b
Aurum extinguit ignem, 9.d.
Aureum seculum quando cæperit & quandiu duraueris, 139.e.
Ausonia qua & Calabria & vnde dicta, 997.d. & seq.
Ausonia olim ciuitas Campaniæ hodie diruta, eiusq; situs, 755.d. 759.e. ab ea Italia dicta Ausonia, 755.d.
Ausones Magnæ Græciã incolentes pulsi Campaniam occupant. 755.d idem & Itali & Calabri, 997.d.e.
Ausones non sunt Græci origine, sed Aschenazi posteri, 997.a. 1003.a.
Auster Italiæ insalubris, 3.b.416.d. 417.a. qua de causa, 417.a. & seq. Venetiis parum nocuit, 3.b.c. vastissimos fluctus excit in lictus, ibid. flans vina in vasis deteriora facit, 419.c.
Autharis Longobardorum rex Brixellum capit, 588.a.
Azarum, vide Asserum.
Baluſa opp. Siciliæ, 1451.c.
Babylonem alii à Semiramide conditam dicunt, 130.d.e. alii saltẽ amplificatam, ibi. Babylonii à Chamo orti, 155.d.
Bacchilio flumius Venetiæ, 26.b.c.d. 27.e.107.d. oritur supra Vincentiã ad Gennas villas. 27.e. Plinius eum falsò ex Patauino agro oriri asserit, 27.e.f. interfluit Vincentiã, 107.e.f. eius pars Athesi infunditur, 26.e.27.e. eius scissio vna dicitur Nasariolus, 27.f. alia Brento, 27.f. alius Brenta, 298.f. (sed male) eius ostium, 27.f.
Badolatum opp. Calabriæ, 1130.e.
Bagantianus fl. Galliæ Cispad. 299.d.
Bagnacauallum, vide Caballi.
Baianus sinus Campaniæ & eius descriptio, 749.f.750.a. & seq. 777. 859.e. & seq. hodie, il mar de Baia, 759. vnde dictus. 751.b. 777.d. e. in eo olim sub Augusto semper magna classis, 777.e.
Baiæ ciuitas nulla fuit, 751.b. vel fuit 777.d. 860.a.
Balbia oppid. Calabriæ hodie Altimõtũ, vino Balbiano nobile, 1039.a.

BALNEA PVTEOLAN.

S. Anastasia & eius vires, 812.e.
Arcus, 827.f. Arculi, 831.a.
Astruni, 805.e.
Balneoli, 808.c.
Bracculæ, 844.f.
Bulla Sudatoria, 8045.f.
Calatura, 826.f.
Cantarelli, 820.b.
S. Crucis, 832.d. Culina, 840.b.
Fati, 844.b. Fasciculi, 850.b.
Ferri, 834.a.
Fontana, 821.a.
Fontis Episcopi, 843.b.
Foris Cryptæ, 806.d.
S. Georgii, 837.e.
Gibberosi, 842.b.
Iuncaria, 807.c.
S. Lucia, 830.a.
S. Maria, 831.a
Myrteta, 851.f.852.f.
S. Nicolai, 829.a.
Olei petrolei, 839.d.
Orthodonici, 812.a.
Palumbarii, 835.b.
Petræ, 809.a.
Prati, 822.e.
Pugilli, 838.f.
Raneris, 828.a.
Scrophæ, 829.d.
Saluiana, 836.b.
Solis & lunæ. 840.f.
Spelunca, 845.a.
Subueni hemsim, 810.c.
Sulfuraria aqua, 818.d.
Subcellaris, 833.b.
Sudatorium S. Germani, 800.c. & seq.
Sudatorium Trituli, 849.b.
Trspergulæ, seu Veteris, 825.c.d.
Trituli, 847.a.

BALNEA ÆNARIARVM.

Balneum Castilionis, 1500.b.
Cythara, 1502.a.
Dimidiæ viæ, 1502.b.
Doyani, 1502.d.
Fontis, 1499.e.
Furnelli, 1499.a.
Gurgitelli, 1900.e.f.
Nitrosi, 1504.a.
Plagæ Rom. 1503.c.
Scrophæ seu Speluncæ, 1500.d.
Saxorum, 1504.e.
Succellaris, 1503.b.
Sudatorium Cocti, 1501.d.
Ulmitellæ, 1502.d.
Balneorum Canones, 795.796.797. 798.

ELENCHVS MORBORVM ET AFFECTVVM quibus Balnea Puteolana & Ænariarum aut prosunt, aut obsunt.

In genere eorũ effectus, 696. & seq.
Anhelitus, 1502.e. Anus, 838.e.
Appetitus, 805.f.806.b.810.d.f.826.f. 827.a.833.c.844.c.1500.b.
Arenulæ, 809.f.810.a.821.b.d.833.c.
Artus, 839.d.f. Arthritis, 829.d. f.835.b.c.843.b.1500.d.1501.d.e.

Digitized by Google

Auditus, 809.f.810.a.830.c.831.c.834.b.c.
Aurium tinnitus, 809.f.831.c.832.c.834.b.c.835.b.c.
Bilis, 839.d.f.1503.d.1504.a.
Brachia, 837.f.838.a.
Branchus, 805.f.806.b.
Calculus, 809.f.821.b.d.1499.b.1501.a.
Caput, 804.f.808.c.e.809.f.810.a.822.d.e.834.c.d.835.b.c.838.f.845.a.
Capilli, 821.b.833.c.d.1499.f.1503.b.
Cardiaca, 835.b.c.
Catarrhus, 809.b.
Cerebrum, 834.b.c.
Cephalalgia, 809.f.810.a.830.c.1499.b.1502.a.c.
Chiragra, 1500.d.
Consumpti, 808.d.e.812.b.c.827.f.828.a.829.b, 838.f.1499.1504.b.
Cor, 809.f.810.a.825.e.826.f.287.a.839.d.f.1500.b.
Corporis gratia seu alleviatio, 800.d.802.d.825.e.
Corporis impinguatio, 807.d.
Coxendix. 837.f.838.a.
Crapula, 826.f.
Cutis, 806.d.807.a.828.c.d.
Denies, 805.f.806.b, 833.c.d.1501.a.
Debiles, 829.b.838.f.
Dolor, 810.e.f.834.b.c.841.a.b.
Emollitio. 821.a.d.1502.a.
Facies, 826.f.827.a.833.c.d.839.d.e.
Fauces, 806.b.844.f.
Ferri extractio, 820.c.838.a.841.a.b.844.c.1499.f.
Febris, 818.f.820.c.d.838.f.
Febris continua, 808.d.e.
Febris ephemera, 812.b.d.
Febris erratica & Hectica, 807.d.812.b.d.
Febris intermittens, 845.a.c.1503.b.
Febris quartana, 808.d.e.833.c.d.845.a.c.1499.b.1500.c.e.
Febris quotidiana vel amphimerina, 808.d.e.833.c.d.845.a.c.
Febris tertiana, 1503.b.
Fistula, 820.b.841.a.b.
Fractio, 820.c.
Frigida, 1503.b.
Frigus, 818.f.839.d.f.
Frons, 837.f.838.a.
Gingiua, 805.f.833.c.d.
Generrhœa, 809.a.
Guttur, 1502.d.1503.d.
Hepar seu Iecur, 804.f.805.d.806.d.807.a.c.f.810.e.831.e.832.d.e.833.c.d.845.a.c.1499.f.
Humores, 800.d.822.c.d.
Hydrops, 806.d.807.a.829.f.832.d.e.838.e.845.e.1499.b.
Hipochondria, 832.d.a.
Hysterici, 1504.b.
Inguina. 804.f.805.d.
Ignitum corpus, 806.d.807.a.812.f.
Ilia, 800.d.802.d.842.b.d.
Impetigo, 829.d.e.839.d.
Ischiadici, 1500.d.
Iunctura, 843.B.c.
Langoridi, 800.d.802.d.812.f.819.a.
Labrum, 833.c.d.
Lac, 821.a.d.1502.c.
Lacryma, 818.e.1502.a.1503.d.
Latus, 832.d.
Lapis seu calculus, 821.b.d.837.f.838.a.842.b.d.
Lepra, 828.c.829.d.f.839.d.f.1500.b.1502.e.
Lentigo, 835.c.
Lien seu Splen, 804.f.805.d.810.c.827.b 828 a833.c.d.838.f.845.a.c.f.1499.b
Lipothymia, 825.e.
Manus, 832.d.e.837.f.838.a.
Matrix, 805.d.
Membra, 808.c.e.
Membrorum pigrities, 805.f.806.b.
Membrorum defectio à febri, 806.d.
Mens, 825.e f.826.f.827.a.
Menstrua, 836.c.d.841.a.b.
Morphœa, 826.f.839.d.f.1500.b.
Nausea, 812.b.c.821.a.b.844.c.
Nephrites, 1500.d.1504.b.
Nerui, 818.e.1502.a.
Oculi, 804.f.805.d.806.b.807.c.f.808.d.e.809.f.810.a.820.b.d.830.c.831.c.f.834.d.c. .840.c.850.b.1503.d.
Ophthalma, 805.b.1502.e.
Ossa, 820.1499.f.
Palpitatio cordis, 1502.e.
Pectus. 805.f.806.c.807.a.1503.d.
Pes, 832.d.837.f.
Phlegma, 805.a.806.b.c.832.d.e.1502.a.1503.d.
Phrenitis, 1502.e.
Phthisis, 821.b.d.826.f.827.a.
Pili vrine, 842.b.d.
Plaga, 820.b.d.1499.f.
Podagra, 800.d.810.d.e.f.821.b.d.829.d.f.837.f. 841.a.b. 843.b.c. 844.c.845.e.1499.b.1500.d.1504.c.
Podex sine anus, 838.e.
Psora, 1499.f.1501.a.
Pulmo, 805.f. 806.b.d. 807.a. 810.d.e.826.f. 827. a. 833. c. d. 1499. f. 1502.e.
Raucedo, 844.f.845.b.
Renes, 807.c.f.808.e.809.f.810.a.821.b.b.d.835.b.c.842.b.d.
Rheuma, 805.e.806.b.820.b.e.845.e.1504.d.
Rigor, 1502.a.
Rugitus, 1502.a.
Sanguinis fluxus, 841.a.b.
Scapula, 822.d.e.
Scabies, 818.f.828.c.d.833.e.1503.d.1503.b.
Serpigo, 839.d.f.
Somnus. 121.a.d.
Spasmus, 1502.a.
Sperma, 1502.c.
Sterilitas, 818.f.836.c.d.1502.e.
Stomachus, 805.f.806.b.d.f.807.e.f.808.d.e.810.d.f.818.f.825.e.826.a.f.827.b.e. 828.a. 829.b. 833.c.835.845.e.1499.b.1500.b.1501.a.
Suffusio, 830.c.831.c.
Supercilium, 834.b.c.
Sudor, 800.d.
Suspiria. 807.e.f.
Tibia, 1503.d.
Tineosus, 1502.e.e.1503.b.
Termina, 822.c.d.
Tussis, 805.f.806.b.d.807.a.826.f.827.a.833.c.845 e.1500.d.1503.d.1504.a.
Venena, 807.c.f.
Venter seu Ventriculus, 810.e.f.
Ventris lubricitas, 821.a.d.838.f.850.b.1500.b.1504.b.
Vesica, 810.d.821.b d. 833.e.842.b.1499.b.1503.b.
Veternus, 804.f.
Vigilia, 831.f.
Virium auctio, 829.b.
Visus, 818.e.1500.b.1502.a.
Vlcera, 800.d.f.802.d.822.c.f.
Vomitus, 818.f.1502.a.
Vox, 805.e 806.b.810.e.f.
Vrina, 833.c.d.
Vterus, 836.c.d.842.b.f.
Vtero gerentes, 820 c.d.1502.a.
Vulnus, 821.b.d.
Vulua, 805.f.

Balnearia opp. Calabria, 1078.e.
Balneolũ castell agri Falisci, 728.e.
Baptista Landulphus excellens Physicus, 251.b.
Bara oppi. Orobiorum quod interciderit, 120.c.185.e. alias Barra, 409.b. ab eo dicti Bergomates, 120.c. vbi situm fuerit, 409.b.
Barbara lingua antiqor Graca, 121.a.
Barbiani Comites in Insubribus, 265.f.
S. Barnaba mons in summis Alpib. olim Lucumonis mons, 374.f.

Barra

Barra vrbs, vide Bara.
Barra francre opp. Sicilia, 1420.a.
Barrianum in Orobiis oppidum, 185.e
Barrus mõs lacui Lario adiacẽs, 408.b
Bartholomei Bergomatis equestris statua Venetiis. 15.e.
Bartholomæus Scaliger I. Dux Verona, 221.a.
Bartholomæus Scaliger II. dux Verona, 221.b. filius Canis Signorii, 221.b. a fratre Antemo interfectus, 221.c.
Bartholomæus Perustius, 6.f.
Basentum amnis Calabria, 1046.d. 1048.d. 1055.e.
Basilienſi concilio interfuit Ludouicus Aquileienſis, 96.d.
Baſſanellum opp. Falisſcorum in Hetruria, 710.c.
Baſſanũ opp. Hetruria in Falisſcis. ibid.
S. Baſſi templum Venetiis, 22.b.
Baſſignana opp. Gal. Ciſalp. quod olim Auguſta Bacienorum, 282.a. vel Auguſta Vagiennorum. 523.d. olim colonia Ro. ibi. quomodo & quando ad fidẽ conuerſa & à quo. 523.524. Ticinenſi eccleſia ſubdita, 524.e.f.
Basũ fl. Calabr. 1035.d. item opp. ibid.
Bauari vaſtant Forum-Iulii, 88.e. cæduntur & fugãtur ex Italia. ibi.
Baucha opp. agri Falisci, 728.d.
Baulı opp. Campaniæ ad lacũ Baianũ ab Hercule conditum, 754.d.e. 857. d.e. vulgo Vaculo, & alias Vaccolum, 857.e.
Baxema opp. Sicilia, 1422.d.e.
Beachinus Comes Porlulianus caſtellum quoddam occupat. 91.a.
Bebiana aqua in Venetia. 26.b.
Bebiana turris in Venetia, ibid.
Bebiana molæ in Venetia, 26.c.
Bebriacũ vicus agri Cremoniẽſis, 277.f.
Bedæ ſanctitas & oraculum ipſi redditum, 624.d.
Bedeſis amnis agri Rauennatis, 300.d.
Belaſium, vide Bilacum.
Belgradum opp. Fori-Iulii, 56.b. ab Attilla expugnatum, 73.b.
Belsca ſtrum, vide Chona.
Bellanum ciuitas lacus Larii adiacens, 406.e.
Bellinzona, vide Bilitionis caſtrum.
Bellinederium, vide Blanda.
Belli fortium, vide Subſicinum.
Belloueſus primus Gallos in Italiam duxit, 65.a. 262.b. 350.b.c. quas gentes, vide 61.c. 63.f. miſſus ab Ambigato Rege auunculo, 63.e. per Alpem Iuliam, 64.e. & per Taurinos in Italiam deſcendit, 63.f. Mediolanum condidit, 262.a. 350.c. vel certè auxit tantum, ib. vi & plures vrbes.
Bellunentium opp. Calabria, 1056.a.
Bellunenſis ager terminus Fori-Iulii, 53.d.
Bellunum à Cani Grandi Scaligero occupatum, 221.a.
Belochus decimus Aſſyrior. rex, 149.e.
Beltrana fl. Calabria, 1131.c.
Belueder, vide Euryalus.
Belzeioſum oppid. Inſubria à Ioanne Galeacio conditum, 275.d.
Benacus lacus agri Veronenſis, 298.e. ex eo Mintius flu. effluit, 298.e.
Benedictus Ionius Nouocomenſis ſcripſit de rebus Comenſium, 173.d. eius laudes, 251.b.
Benedictus Triuiſanus orator Venetorum pacem cum Turca pepigit, 102.e. præfectus Fori-Iulii, ibidem.
Beneuentani cæduntur à Slauis, 82.a. cædunt Slauos, 82.a. eorum Dux Arrichis, 81.f. 82.a. Aio 82.a. Rhodoaldus. 82.e.
Bergomũ non Pergamum ſcribendũ, 175.176.182.c.d.
Bergomũ ciuitas Cenomanorũ, 120.c. 157.b.
Bergomi origo incerta, 122.b. eius nomen Hebraum, 175.176.177.1010. conditum à Breuno, 125.a.b. quod refutatur, 126. vel conditum à Gracis, 120.c. eius ſitus, 174.e. municipium Rom. 180.e.f. vrbs regalis, 178.b. eius laudes, 186.d.e. & ſeq.
Berengarius Dux Fori-Iulii, 87.f. rex Italiæ, & quo tempore, 204.c. Ludouicũ Imp. victum ad Veronam oculis priuat, 87.f. eligitur in Imperatorem, 88.a.f. Theatrum Veronenſe dirus iubet, 204.a.
S. Bernardini mons in ſummis Alpib. quo olim culmen Ocelli, 374.e.f.
Bertholdus Spilumbergius equeſtri dignitate à Carolo IV. donatus, 92.c. occiditur, 94.f.
Berthucius Delphinius Venetus, 16.a.
Beroſus Chaldæus ſcriptor hiſtoriæ Aſſyriæ. 127 f. eius laudes. 140.d.e. eum ſequitur Philoſin Aſſyriacis, 129. b. item Ægyptii, Perſæ, Medi, Chaldæi, 140.f. ab Athenienſibus ſtatua lingua inaurata donatus, 140.f. ſcripſit publica annalium fide, 140.b.
Beroſi hiſtoria adulterina, 677.b.
Bertrandus Aquileienſis Patriarcha, & eius bellum cũ Comite Goritiæ, 90.e.f. & ſeq. ex inſidiis occiſus, 91. c.d. miraculis clarus dignuſq; ſanctorum catalogo habitus, 91.e.f.
Beſcia, vel Beſidia aut Beſidianum, ciuitas nobilis Calabriæ, 300.d. 1191.d. & ſeqq.
Beſutium opp. Inſubriæ, à Burgundionib. conditum, 370.b.
Bethis fl. Sicilia, 1416.a.
Beuanus fluuius l. agri Rauẽnatis. 300.d.
Bianconum opp. Calabria, 1106.e.
Bianor Ocnus Thuſcorum Rex, 170. e. condit Mantuam, ibid.
Bianora olim dicta Italia Cispad. 170.a.
Biblia Sacra antiquiſſima, certiſſima. 140.d à Deo author, ibid. ei prima fides præ omnibus debetur, ibi.
Biblia Hebræa à Iudeis corrupta, vt iam Græcis deteriora ſint, 311.b.
Bibliotheca Venetiis, 15.f. alia ibi. 16.e.
Bibona opp. Sicilia, 1443.c.
Bidens (hodie Bizenis) populi & oppidum Sicilia. 1433.e.
Bidis idem, 1426.d.e.
Biennũ vicus ad lacum Lariũ, 401.e.
Bilaciũ promõtoriũ lacus Larii, 409.f.
Bilacium opp. ad Larium lacũ, 410.b.
Bilacum (hodie Belaſium) opp. vallis Aſcmæ in Orobiis, 384.a.b.
Bilitionis caſtrum ſiue Belinzona opp. in Alpib. Leopontiis, 292.c. vnde dictum, vide diuerſas opiniones, 375.a.b.
Bina vel Binaſcũ opp. Inſubrib. 273.a.
Biorgus Alanorum rex in Italiam erumpens cæditur, 218.e.
Biſamnis fl. Liguria, 639.f.
Biſnatum opp. Inſubrum, 357.f.
Biſuſti vicus in Inſubribus. 379.d.
Bituriges cum Belloneſe veniunt in Italiam, 61.c. 63.f.
Blaſium, vide Turres.
Blaſius Phyletus magnus Phyſicus, 251. b. ortus ex monte Calerio, 257.a.
Blanda vel Blanda opp. Calabriæ (non Lucaniæ, vt Liuio placet) hodie Bellimdarium, 1040.d.e.
Bleda Hunnorum rex frater Attilæ, 73.a. diſſuadet expeditionẽ Italicam, 73.a. ab Attila fratre peremptus, 73.a. Budam muro cinxit, 73.a.
Blenium opp. in ripa lacus Larii, 411.d
Bleſia fl. in lacum Larium ſe effundens, 400.f.
Bobium in Alpib. Cottiis opp. Salaſſorũ. 257.b.f. ſiue Ananũ, 281.b. aliud Bobiũ in Eganib. in Apennino inter Genuam & Placentiã, 281.b. c. ditionis Verniana, 281.c. 282.d.
Boccherius opp. Sicilia, 1433.e.
Bochilenſium opp. Calabria, 1181.e.
Boëthius Seuerinus Patricius Ro. horologiorũ mirus artifex, 560.b.c. Papa in carcere iuſſu Theodorici Gothorũ regis necatus. 562.b. & ſeq. ad eũ Theoderici epiſt. 560.b c.

Digitized by Google

Bohemii à Vandalis orti, 84.f.
Bohemundi Tarentinorum principis res gestæ, 1364.a. & seq.
Boii qui hodie Borbonii in Gallia, 282.e.
Boii cũ Senonibus in Italiam veniunt, 64.a.282.e.347.b.c.
Boii superato Apennino Thusciam invadunt, 64.a.133.c. Romã cum aliis capiunt, 64.a.b.133.c.282.f. confligunt cum Transalpinis Gallis, 64.a.
Boiorum sedes in Gallia Cispadana, 281.b.347.c. inter Padum, Apenninum, Trebiam & Bononiã, 282.e. Metropolis eorum olim Tannetum, 281.b. eius descriptio, laudes, & incrementa vide 283. hodie Bononia, ibid. oppida alia, Placentia, Fidentiola, Tarus, Parma, Mutina, Monsceritus, Guastallum, Brixellum, sive Brixillum, Tannetum, Rhegium Lepidi, Hostilia: Fluvii, Nura, Occa, Comias, Parma, Rhenus, Crustulus: vide quodque suo loco.
Bois periurii & infidi Romanis, 1010.e.f. & sequentib. ideoque ignominia notati, facti lictores, &c. 1011.c.d.1020.a. graviterque bello pressi, 1015.f.
Boletum opp. Calabriæ, 1216.b.
Bombices alendi & serici conficiendi ratio, 484.d. & seq.
Bombycinum opp. Calabriæ, 1040.d.
Bonaventura Castillionæi laudes, 251.a.
S. Bonifacii Comites Veronæ, 220.e. pelluntur, 220.d.e.f. interficiunt Mastinum Scaligerum, 220.f.
Bonifatium, vide Hyela.
Bononia Boiorum Cispadanorum hodie metropolis, 281.b. olim Felsina, 282.e.552.d. ab Hetruscis condita, sed ab Boiis restaurata aque sedicta, ubi alluitur Rheno fluvio, 282.e.
Bonuicinus oppidum Siciliæ, 1420.b.
Borbus torrens Galliæ Cispadanæ ex Apennino decurrens, 298.b.
Borellum opp. Calabriæ, 1071.c.
Borrhacus flu. agri Tarentini, 1256.b.
Bos numismatis nomen apud antiquos, 149.b.
Bos animal sacrum antiquis, 149.b. ideoque monetis incidi solitũ, 149.b.
Botigon & Botigum dictus Padus ab Hetruscis & Ligurib. 160.d.
Bova civitas Calabriæ, 1105.a.
Bovolina oppidum Calabriæ, 1106.f.
Brachiacum locus in Foro Iulii, 57.d.
Bragadinus Philosophus Venetus, 9.e.
Bragola quid veteribus Italis significet, 18.d.e.
Bragolana ædes Venetiis, 18.d.
Branca Aurius Genuensis Dominus Sardiniæ, 647.c.
Brancaleonum castellum Calabriæ, 1105.f.
Braulinum oppidum Fori Iulii, 90.f. à Comite Goriciæ expugnatum, 90.f. ab Hunnien sibus receptum, 91.a.
Brebia oppidum Insubriæ, 373.d.
Breia vicus ad lacum Larium, 403.
Brembus amnis Cenomanorum propè Bergomum, 174.e. influit Addduam, 298.c.
Brennus Gallorũ Senonum Rex in Italiam venit, 124.f.125.a. sequent. à Britannia ortus, 125.d. Thuscos pellit, 125. & sequent. Romam capit, 125.b.c. Mediolanum, Bergomum, Brixiam, Comum, Veronam, Tridentum, Vicentiam, Ticinum, condit, 125.a. & seq. 350.b. vel potius instaurat. 130.c.d.e.f. 131.d.e. Delphis seipsum iugulat. 125.e.
Bremium oppi. Lemellinæ regionis, 479.a.
Brenta fl. Venetiæ, olim Medoacus, 4.d.28.e.f. duplex, 28.d. male Timanus putatur, ibid. e.f. in eum cymba ex stagno machina gravi per lintus trahuntur, 30.a.
Brento pars Bacchiliones fl. Venetiæ, 27.e. Athesi infundituv, 26.c.
Bretonorium, vide Forum Pompilii.
Brettia pars Calabriæ, & unde dicta, 998.f.1007.d.
Brettii Italiæ populi, & eorum origo, 1007.1008.1009. malè dicuntur Bruttii, 1010.a.
Brettii nequaquam perfidi erga Romanos, ideoque nec ignominia notati, 1010.c. & seq.
Brettiorum vetus potentia, 1007.d. & sequent. numismata, 1009.a. & seqq.
Brettium promontorium Calabriæ, hodie Subarum, 2005.f.1059.e. Item urbs, 1008.f.
Brevnia vallis Alpina descriptio, 374.e.375.a. & seqq.
Brevnii populi Alpini, 387.f.
Briantes vel Brigantii, qui olim Orobii, 296.f.345.a. unde dicti, 345.a. & seqq.
Brisagum opp. ad lacum Verbanum, 294.e.
Brixellum vel Brixillum oppidum Boiorũ in Gallia Cispadana, 284.d. ab Authari Longobardorum rege captum, 588.a.
Brixia civitas Cenomanorum sive Orobiorum, 130.c.159.b.173.e.f. Brixia à Brenno condita, 125.a. vel à Cydno Ligurii filio, 158.c.d. 173.e. arx Brixiæ dicta specula Cycnea, 158.c.173.f.
Brixia caput Cenomanorum, 211.f. à Cane Grande Scaligero occupata, 221.a.
Brixiensem agrum Germani Elitonio duce occupant, 64.a. de rebus Brixiensium scripsit Helias Capreolus, 174.b.
Brognana locus in Foro Iulii, 54.c.
Brolus arx Siciliæ, 1452.b.
Brontes oppidum Siciliæ, 1436.b. 1437.d.
Brorchus flu. Insubriæ Melam, & cũ eo Padum influit, 298.e.
Broxace locus in Foro Iulio, 83.c.
Bruca turris & emporium Siciliæ, 1441.e.
Brucca oppidum Siciliæ hodie Longobaldum, 1455.e.f.
Bruda flu. Calabriæ, 1130.e.
Bruna-Vacca locus in Foro-Iulii, 54.c.
Brundulus fl. Venetiæ, 26.b. vel potius pars Atheſis & Bachiliones, 26.e.
Brundusium urbs Apuliæ & eius descriptio, 1264.d. & seqq.
Brunorius Scaliger filius Guilelmi, 222.a. à Francisco Carrariensi in Monte-Silicis carceri inclusus, 222.b.
Bryaticum opp. Calabriæ, 1065.b. item civitas, qua & Bryſtacia, 1179.f.
Buffaritus flu. Siciliæ, 1434.d.
Bugia oppidum Fori-Iulii, 57.d.90.f. à Comite Goriciæ expugnatum, 90.f. ab Hunnien sibus fame domitũ & receptũ, 91.b.
Bugnaciacũ pagus Insubriæ ad lacum Gusiratum, 366.c.
Bulgarum vicus in Cenomanis, 184.a. ibidem inscriptio vetus, 184.e.
Buliascum vicus Liguriæ, 640.a.
Bulsanum opp. Calabriæ, 1106.a.
Buranum opp. Venetiæ in stagno, 31.a.
Burgetum oppidum agri Tusculani infelix & desertum & cur, 424.a & seq.
Burgofrancum oppid. Lemellinæ regionis, 479.b.
Burgundiorũ ortus & antiqua sedes, 369.d.e. in Italiam à Gothis vocati irrumpunt, 369.d.e.

Digitized by Google

Burgo S. Syri op. Lesmelline. 482. B.
Burmida fl. Gall. Cisalp 456. c
Burmium opp. Vulturene 395.
Busachinus opp. Sicilie, 1443. b.
Busiacium vicus Insubrum, 355. f.
Butera oppidum Sicilie. 1444. D.
Buthrotus vide Novitum.
Butrium castellum & opp. Fori Iulij 57. b. 90. c. deficit ab Octobono Aquilejensi. 90. c. ab eodem funditus euersum. 90. c. sed rursus erectum captumq;, 93. a. at rursum funditus euersum. 93. b.
Butrium castellum in agro Ravennate. 285. b.
Buzanicum villa in ripa lacus Larij. 403. a.
Caballi opp. Gallie Cispadane, 299. e. olim Tiberiacum, 300. c. hodie Bagnacauallum. ibid.
Cacanus Auarum Rex, 80. c. 82. d. e. 83. a. Italiam vastat, & Forum-Iulij delet. 80. d. rursum in Italiam irrumpit 82. d. Lupum Fori-Iulij ducem cadit. ibid. miro stratagemate territus fugit, 83. a.
Cacanus Auarum lingua significat regem. 83. a.
Caccamus opp. Sicilie. 1420. a. 1455. a.
Cacciarum opp. olim Falisciorum. 728. f.
Caco, 80. d 81. c. & seq. 83. f. filius Gisulphi Ducis Fori-Iulij, 80. d. 81. c. dux Fori-Iulij, 81. a Gregorio Romano Patricio occiditur 81. d. e.
Cactiacum villa Insubrie ad lacum Guiraium 366. c. d.
Cacutius mons Calabrie. 1046. d.
Cacus Marsyae regis legatus, 158. a. Campaniæ partem occupat. 150. a. capitur ab Hercule, 155. a.
Cacurum opp. Calabrie. 1178. f.
Cacyparis fl. Sicilie, hodie Cassibilis. 1426. h
Cacyrum hodie Cassarum opp. Sicilie 1422. e.
Cadronia vide Carona.
Calaueria opp. Lesmelline. 481. e.
Canaeola promontorium lacus Larij 410. e.
Cannensium mentio in inscriptione, 180. c.
Cacines fl. Calabrie. 1062. e. 1130. f.
Cacinum vide Satrianum.
Canis vel Canisium opp. Calabrie. 1082. e.
Canis promontorium Calabrie. 1080. f. & seqq.
Cataria opp. Sicilie hodie Carinis. 1420. a.
Cauinium opp. Insubrie, 387. a.
Caieta vicus ad Lacum Larium. 403. d.
C. Caligula sinum Baianum naumb. & terra iniecta instar viæ Appiæ strauit. 777. a
C. Flaminius Triumuir Aquileiæ coloniæ deducendæ, 67. a
C. Iulius Zanchius. 115. b
C. Marius Cimbros duobus prælijs delet, 67. b
C. Mutius scripsit de cellario. 115. f.
Calabrianum opp. Sicilie, 1440.
Calabria dicta Ausonia & cur. 997. c. Hesperia. ibid. Oenotria. ibid. & 998. a. 999. f. Italia. 998. c. Morgetia. ibid 1000. c.
Calabriæ situs. 996. c. d. terminiſiue fines. 996. d. magnitudo ſiue ambitus 996. d. e. vetuſtas. 996. e.
Calabriæ primi incolæ Aſchenaz, 996. f. Oenotrij Arcades, 998. a. Peucentii Arcades, 998. b. Graci alij. ibid. f. 999. a. & seqq item Troiani. 1020 e & seqq.
Calabria vnde dicta, & quando hoc nomen accepit. 998. c. d. & seqq. eius pars dicta Sicilia. 998. d. item alia, Chonia, ibid. Iapygia ibid. Salentinia ibid Lucania ibid. Brettia 998. e. Magna Græcia 998. f. 1006. a. & seqq.
Calabria quando ad fidem Christi conuerſa. 1021 c. & seqq. quot episcopatus habeat. 1023 f. & seqq.
Calabria alieta a monachor. Ægyptiis 1024. a. & seqq.
Calabria a Græcis Imperatoribus infeſtata ac vaſtata. 1024 f. item a Saracenis ſiue Agarenis 1024. f. & seqq. 1025. a. & seq. item a Turcis. 1025. f. 1084. e. f.
Calabria a Robert. Guiſcardo Mauris & Saracenis erepta. 1021. b. 1025. c.
Calabria ducatus primogenito Regis Neapolis debetur. 1021. b. c.
Calabria dux ſucceſſor Regis Neapolitani in regno. 1021. c.
Calabriæ fertilitas. 420. c d 1026. b. & seqq amœnitas 1206. e. omnium rerum neceſſariarum copia. 1026. 1027. & seqq. aeris temperies 420. d. e. 1028. f.
Calabriæ laudes 420. c. 1026. & seqq. maxime. 1029. 1030. 1031. 1032. 1218. a & seqq.
Calabriam hodie multi Graci incolunt, 420. c. 1006. f 1022. d. e. f. 1025. d. 1100. e. f. 1105. b.
Calabria hodie a multis regulis & tyrannis expilatur. 1032. d. item maximis exactionib. ibid.
Calabri olim neq; quam perduri ad inſidi Romanis, neq; etiam ignominia notari. 1010. b. & seqq. 1011. a. & seqq. 1015. d. e.
Nequaquam ſponte ad Annibalē deſecerunt. 1010. 1011. & seqq.
Calabrorum in Romanos merita. 1017 a. & seqq.
Calabri Romanorū ſocij 1017. e. f. Romani municipes. 1019. b. c. belloſi. 1018. b.
Calabrorum mores. 1021. b. & seqq. lingua præſens. 1025. c. mos lugendi defunctos. ibid. e.
Calabri illuſtres aliis gentibus adſcripti. 1021. e. f. & seqq.
Calabri viri docti in literis humanioribus 1050. b 1051. a. d. 1054 f. 1055. a 1056. c 1060. c. 1004. e. 1132. a. 1136. a. 1216. e d.
Calabri iureconſulti 1050. f. 1100. e. 1179. a.
Calabri philoſophi. 1051 c. 1067. b. 1073. f. 1094. f 1095. a. & seqq 1096 1097. 1098. 1115. a 1116 1117. 1118 1119. 1120 1121 1137. b. 1138. d. 1140. d 1155 1156. 1157. 1158 1159. 1160. 1162. 1163 1164. 1165. 1166. 1168. 1169. 1197. b. 1204. & seqq 1210 c.
Calabri medici 1060 d. 1066. c. 1102. b. 1164. b. 1182 F.
Calabri Poetæ 1073. b. 1121. c. 1196. e. f. 1197. a. 1211. a.
Calabri martyres 1023. b.
Calabri Epiſcopi veteres alicuius nominis 1023. e f 1042. c 1051 b. c 1064 f. 1066. b. 1078. b. 1075. b 1075 b. 1092 1093. 1105 a. 1124. e. 1136. a. 1137. b. d. 1138. e f. 1177. a. 1179. e. 1180. f. 1181. e. 1212. c d.
Calabri Monachi celebres 1024. a. 1044. c. 1047. d. 1051. f. 1055. f. 1069. e. 1071. d. 1072. a. 1075. c. 1076. b. 1078. b. 1094. d. 1101. b. 1105. a. 1183. a. 1184. 1185. 1186. 1187. 1188. 1189. 1191. c. 1192. b 1213. c.
Calabri eremitæ famoſi, 1024. e. 1049. f. 1051.
Calabri artifices excellentes. 1082. a. 1102. a. 1172. d. & seq. 1196. d.
Calabri muſici. 1121. b. d.
Calabri palæſtritæ ſiue pugiles & athletæ, 1121 f. 1122. 1123. 1124. 1172. e. f. 1173. 1774. 1197. e.
Calabræ doctæ aut celebres mulieres. 1159. e. 1161. e. 1170. f. & seqq.
Calabriæ, ciuitatū, oppidorū, caſtrorum, vicorum, portuum, regionum, tam vetuſtæ, quam præſentis temporis nomina: Acra, Æſarus por-

Digitized by Google

tus, Aeta, Agatha, Agellum, Altanum, Altimontum, Amanthea, Amygdalaria, Amygdalia, Angitula, Anna, Anogium, Apruſtum, Arena, Argentarium, Arintha, Arinthia, Arocella, Arocha, Artemiſiũ, Aſylia. Badolatum, Balbia, Balnearia, Baſentum, Batum, Belicaſtrum, Belmontium, Belliuiderium, Beſidia, Biancum, Blanda, Blaſiũ, Bochilerium, Boletum, Bombycinum, Bonifatum, Borellum, Boua, Bowolina, Brancaleonum, Bryaticum, Bryſtacium, Bulſanum. Cacurium, Caeinum, Canis vel Caneſium, Calanna, Calatum, Calocerum, Calonatum, Calopitiatum, Calouitum. Campana, Canna, Caroleum, Caſtionum, Caſtra Annibalis, Caſtriuillarum, Caſtrofrancum, Caſtrouetum, Caſtrum Minerua, Caſuonum, Cataſanum, Caulonia. Cerenthia, Cerilli, Chalatrum, Charetum, Chariatum, Charida, Chaterena, Chona, Chriſtina, Chryſia, Cinga, Citrarium, Claraualis, Coczntibus, Columella, Condoianum, Conſentia, Coriolanum, Coſa, Coſitetum, Crepacorũ, Cripteria, Criſcora, Criſtina, Cropanum, Crotalus, Croto, Crotoneum, Crucolum, Cutrum, Cyriſanũ vel Cyterium. Decalſtidium, Dimitrium, Dinus portus & inſula, Domanicum, Donatum, Droſium, Euphemia, Fabalium, Fagianum, Felum, Fiſcaldum, Fligidium, Folonium, Francauilla, Francica. Galeatum, Gemilianum, Geolea, Geolia, Geolioſa, Georgium, Georgetum, Gerentium, Ginetum, Giriſancum, Grumentum. Heracleopolis, Herina, Hetriculum, Hieracum, Hipponium, Hyela, Iopolis, Iſula, Itone, Ixias, Lacania, Lacũ, Lagaria, Lametum, Lamotta, Lãpetes, Lataracum, Laurete, Laurentium, Laura, Laum, Leucopetra, Leuidonia, Leutarnia, Linũ, Locium, Locri vel Locrus, Lucij. Macalla vel Macella, Machara, Maida, Malanium, Mallea, Mamertum, Marcũ, Martiranum, Maurum, Medama, Melea, Melichlochia. Meliſſa, Melitum, Menecina, Merimagnum, Meſianum, Meſurgia, Miletus, Miſtra, Monardum, Monaſteracum, Monſantum, Monſaurum, Montalcum, Montibellum, Montileonum, Montispaonum, Montiroſum, Neocaſtrum, Nepetia, Nicetum, Nicotera, Ninea, Ninetum, Noa, Nucara, Opedum, Oreſtis Portus, Pacanica, Palecaſtrum, Palstium, Panagia, Pandoſia, Papeſiderum, Parma, Parthenius portus, Patycos, Paula, Pentedactylum, Peripolis, Petramala, Petritium, Philocaſa, Philocaſtrum, Picium, Polycaſtellum, Polycaſtrum, Polyſtina, Portus Veneris. Potamia, Pretianum, Pumentum. Querquarium. Ranagoſum, Reatium, Regina, Rhegium, Riolum, Rogianum, Roſa, Roſarnum, Roſetum, Roſſanum, Sabatium, Saracena, Satri, Scala, Scalea, Scyllaceum, Scylleum, Sedecula, Seminaria, Semiris, Seracena, Seſtium, S. Seuarina, Siberena, Sideronum, Soretum, Sorianum, Stylum, Suberatum, Subſicinum, Summuranum, Sybaris, Synopolis. Sypheum, Taberna, Talaus, Tarſia, Taurianum, Temeſa vel Tempſa, Teneſius campus, Terina, Terranoua, Theba, Thurium, Thyetum, Toranum, Trebiſatium, Tres taberna, Trionum, Tropea, Turtura, Tyleſium, Tyrium, Vallonga, Vardia, Verga, Vergianum, Vernauda, Vernicarium, Uertina, Vffugum, Vicenſinum, Vria, Vrſimarſum. Zacharisium: quorum vnũquodq; require ſuo loco.

Calabriæ flumina, amnes, ſinus, fontes celebriores: Acalander, Acheron, Acida, Agatha, Alaca, Alarus, Allius, Ancinalis, Arenthum, Aroca, Arethuſa, Arocha, Aſſa, Baſentum, Batum, Beltrana, Eruda, Buthrotum, Cacines, Calabrices, Caldana, Calipparus, Calopinacum, Calyſtarnus, Capanianum, Cardonum, Catianus, Catocaſtrus, Celanum, Cheropotamus, Chriſtina, Colenetum, Cotilis, Crathis, Crondus, Cropa, Crotarus, Cyris, Diamas, Eianus, Emula, Euripus Calabriæ, Finetum, Fligidum, Folonum, Fretum Siculum, Galicium, Gallicum, Gargæ Geolienſis ſinus, Grondus, Halex, Hylias, Ianiſum, Ipolotum, Iſaurus, Iſpica, Lamentia, Lamentum, Lametum, Laus, Laureum, Leas, Leſa, Leudus, Lipuda, Litromas, Locanus, Lubonum, Lucinus, Mada, Maloſa, Manilianus, Marnus, Medama, Mericum, Metaurus, Mocatũ, Moſa, Muconius, Naſcarus, Neathus, Neia, Nouitius, Ocynarus, Pacanitum, Paccolinus, Panopletus, Perditium, Peſipum, Proteriatum, Racanellum, Reatium, Roſa, Sabatium, Sagra, Salentinum, Santocrucius, Saracenus, Satrianum, Scyllaticus ſinus, Semiris, Senitum, Septimius, Simaretus, Soleus, Sordus, Stalaſſa, Stylarum, Sybaris, Syrus, Talaus, Taurocinum, Terinæus ſinus, Trecotium, Trientum, Turbidus, Thynnaria, Vadus, Valgius, Verres, Virgaris. Quære ſuo loco.

Calabriæ montes, promontoria, ſylua: Alecium pr. Aulon, Athenæum pr. Brettium pr. Caucinus, Canis pr. Calocrius, Cerilli pr. Charitoros, Clibanus, Cocynthum pr. Corica pr. Crimiſſa pr. Formicula pr. Herculeum pr. Herculis pr. Hipponium pr. Lacinium, Lampetes pr. Leucopetra pr. Linũ pr. Manna pr. Minerua pr. Moſcius pr. Mula. Naum pr. Pollinus, Poſterionum, Rheginorum ſaltus ſylua, Roſſia, Sabronum pr. Scylleum pr. ſiue Scylla, Sila ſylua, Silarus, Stalarum pr. Storthyngum pr. Subarum pr. Terinæus ſcopulus, Tyleſium pr. Verres pr. Zephyrium pr. quære ſuo in ordine.

Calabrices fluuius Calabriæ. 1048. a.b.

Calanna oppidum Calabriæ. 1083. c.

Calaſerna opp. Calabriæ, hodie Campana, 1181. d.

Calata vel Calatagirone ciuitas Siciliæ. 1434. e.f.

Calatabilotta opp. Siciliæ. 1443. b.

Digitized by Google

Calastasimis opp. Sicilia, 1416. a.

Calatamet vide Schera.

Calatanisseta opp. Sicilia. 1419. b.

Calata Vulturus opp. Sicilia. 1455. a.

Calathasibetta opp. Sicilia. 1438. d.

Calatia vrbs Campania, eiusq; situs ac descriptio. 758. a. hodie Caiazza, 761. a.

Calatini populus Sicilie. 1434. f.

Calatrum oppidum Calabria. 1071. f.

Caldana vide Cyris.

Calasolum castrum Laumellina, 148. c.

Calendonum amnis lacum Larium influens, 408. f.

Cales siue Calenspop. & ciuitas Campanie, & eius situs, 756. a. d. hodie Calni, 761.

Calsmera castellum Calabria, 1068. d.

Calystarnus hodie Racanellum fl. Calabria, 1214. f.

Calypparus amnis Calabria, 1130. f.

Callipolis olim oppidum Sicilia. 1456. f.

Callistus Patriarcha Aquileiensis, 86. c. successit Sereno, ibid. Amatorem Episcopum Fori-Iuly pellit, ibid. d. a Pemone duce Fori-Iuly captus & incarceratus, 87. a. rursum d. missus 87. e.

Calycerum castellum Calabria, 1068 d.

Calocrius mons Calabria, 1066. d.

Calonatum oppidum Calabria, 1083 a.

Calopiciatum castellum Calabria. 1181. f.

Calopinacus fl. Calabria. 1084. b. olim Taurocinum. 1100. d.

Calorius fl. Gallie Cisalpine olim Vianus, 298. f.

Calonitum oppidum Calabria, 1182. e.

Caluariola mons Verona. 202. c.

Caluus mons propè Tarentum. 2257. a.

Camaldulensis eremi descriptio & situs. 651. 652. 653. & eremitarum adicula omnibus necessarijs abundantes, 652. a. eius author Romualdus, 653. d e. laudes, 657. & sequentib. institutaquedam, 660. 661. eam nulls muliers ingredi licet, 662. a.

Camaldulenses eremite insignes, 654. 655. 656. 659. f. 660. a. 663. a. & seqq.

Camarata vel Cammatum opp. Sicilia, 1443. c.

Camerina ciuitas Sicilie, hodie Camarana, 1455. c.

Campa locus in Fero--Iulij, 54. d.

Campania tractus quidam Insubrie, 477. e.

Campãia vnde dicta, 748. a. hodie Laboria, 767. d.

Campania situs, 747. f. aeris constitutio. ibid. termini 748. a. magnitudo, 748. a. fertilitas, 755. b. c. 756. d. e. 766. b. 767. a. & seq. laudes, 766. b. & seq. amœnitas, 766. c. 767. a. & seq. 768 769.

Campania duplex Cisiuliurnana, & Transiuliurnana, 756. f.

Campani origine Graci. 889. e.

Campanie populi, ciuitates, oppida, castra, quorum in hoc opere fit mentio: Abella, Acerra, Atella, Ausona, Ausones pop. Baia, Bauli, Calatia, Cales, Capua, Casilinum, Casinum, Cimmerij populi, Cuma, Herculanium, Laborie campi, Laurinium, Liternum, Minturne, Neapolis, Nola, Osci pop. Palepolis, Phlegreicampi, Pompeij, Sinuessa, Stabie, Stellatis ager, Suessa, Suessula, Theanum, Trebula, Turris Iopparelle, Vaeulo vel Vacculum, Venafrũ, Vescia & Vescini, Vestini & Vestia, Vulcanium forum, Vulturnum. vide quodq; suo loco.

Campanie lacus, flumina, sinus, portus, Acherusia palus, Amyclanus sinus, Auernus lacus, Clanius, Fibrenus, Fossa Neronis, Glanis, Liris, Liternus lacus, Lucrinus lacus, Mare mortuum, Portus Iulius, Sarnus. Sebethus, Vinius, Volturnus quare suo loco.

Campanie montes, sylua, colles: Falernus, Furce Caudine, Gallinaria sylua, Gaurus, Gecale colles, Lesbius, Leucogeo colles, Massicus, Misenus, Nesis, Olibanus, Pausilypus, Spinus, Tisata, Vesciani colles, Vesuuius, require suo loco quodq;

Campanie vina omnium prestantissima, 767. c.

Campani infidi, & hostes acerbissimi Romanorum, ideoq; ignominia notati. 1012. a. & seqq. 1016. f. 1018. c. 1020. a.

Campilsonum opp. Insubrie ad Lacũ Lucanum 382. e.

Campolaurum opp. Laumelline, 471. f. 482. a. cuius ciues ab astutia celebres, 482. a.

Camponicum villa in ripa lacus Lary. 404. d.

Camporanea opp. Laumelline, 479. c.

Campus Martius Verone. 202. d. e.

Camulium vicus Liguria, 64 e. a.

Camuni populi Gallie Cisalpine, alias Camuli. 387. a. b.

Canalis orphanus fossa Venetia à Gallorum strage sic dicta. 29. c.

Canapina vide Capena.

Canaregium vna ex sex regionibus vrbis Venete. 3. d. 4. a. 12. a. vnde dicta. 12. d. eius descriptio, 12 a. b. & seqq.

Candida opp. Laumelline regionis, 479. a.

Candia vel Candium opp. Gallie Cisalpine, ad quod Cimbri deleti, 367. e. 368. c.

Canis Grandis I. Dux Verone factus. 221. a. occupat Vicentiam, Patauium, Tauusium, Feltrum, Belluuum, Brixiam, Parmam, Rheguũ Lucam, ibid. obiit Tarusij fluxu ventris. ibid.

Canis Grandis II. dictus Canis rabidus Dux Verone. 221. b. occisus à fratre Cane Signorio. ibid.

Canis Signorius siue Canis Franciscus Dux Verone. 221. b. fratrem Canem Grandem interfecit. ibid. obiit quando. ibid. eius filij Bartholomeus & Antonius. ibid.

Digitized by Google

Canna castrum Calabriæ. 1216. B.

Canobium emporium ad lacum Verbanum. 294. e.

Canonica fanum in margine lacus Larii 404. d.

Cantara fluuius vide Tauromenius.

Cantianum locus Venetiis. 14. e. f.

Canthurium & Cauchianum loca apud Orobios. 274. d.

Capanianus fl. vide Acheron.

Capena vrbs Hetruriæ, hodie Canapina. 709. b.

Capenatium fines. 709. b. bella 719. 720 721.

Capitium vel Capitina vide Cyramis.

Caporiacum opp. Fori-Iulii. 57. d.

Capreasæ vide Tarsia.

Caprulæ oppidum Venetiæ à Concordiensibus constitum. 32. f. 77. b. ab Illyricis vastatum 33. a. hodie infrequenter habitatur. ibid.

Capua ciuitas Campaniæ Oscorum caput. 756. f. vnde dicta. ibid. eius situs. 757. a. olim opulentissima. ibid. c. d.

Caput aggeris locus regionis Venetæ. 26. a. b.

Caput lacus cœnobium Insubriæ ad lacum Guiratum. 336. f.

Caput Malmorum, vide Phariglons.

Caput montium promontorium Liguriæ, hodie S. Fructosi. 640. b.

Caractum opp. ad lacum Larium. 401. c.

Carantanum Slauorum regiuncula. 83. A.

Carbarusa opp. Siciliæ. 1451. c.

Carbonariæ fossæ ostium Padi. 25. e. f.

Carchedonii semipedales Venetiis in templo D. Marci. 23. d.

Cardonum flumen Calabriæ. 1054. f.

Carenum villa in margine lacus Larii. 411. b.

Cariate olim castrum Insubrum, hodie cœnobium, & vnde dictum. 351 e. f. 352. a. b.

Carilissium oppidum Laumellinæ. 482. b.

Cariñ opp. Laumellinæ regionis 479. e.

Carinis vide Cetaria.

Carni à Carnutib. Gallis dicti. 65. b.

Carnicum Iulium. 57. b. c.

Carnium pars Istriæ. 57. d.

Carnuntum Slauorum regiuncula. 83. b.

Carnütes vel Carnutes Galli duce Bellouesō veniunt in Italiam. 61. c. 63. f. 354. e.

Carnutum in Insubria condiderunt. 354. e.

Carnutum opp. Insubriæ hodie Carnagum. 354. e.

Caroleum opp. Calabriæ. 1055. e. olim Ixias ibid.

Carolus Magnus Desiderium Longobardorum regem capit. 87. f. 88. a. 219. f. 627. 627. mittit eum in exilium. 87. f. Papiam & Veronam recipit. 219. f. 220. a. 627. b. Paulum Diaconum in Galliam ducit. 88. a. mittit eum in exilium. 88. a. b.

Carolus IV. Imp. Ioannis Boemiæ Regis filius 91. f. 92. c. Nicolai Aquileiensis Patriarchæ frater 92. c. venit Vsinum. 92. c. Multos Regulos Fori-Iulij equestri dignitate donat. 92. c.

Caronaqui & Cadronia amnis Ficinum alluens. 510. f.

Carthago ob situm potens & munita. 1. c.

Carthusinus conuentus in Venetia. 30. b. c.

Carum vide Salsubium.

Casale S. Euasij opp. Galliæ Cisalpinæ in Eganibus. 281. b.

Casale nouum, vide Manduriuum.

Casale Pactarum opp. Siciliæ. 1452. b.

Casale vetus opp. Siciliæ. 1451. a.

Casilinum duplex in Galliæ Cisalpinæ. 261. a.

Casilinum olim ciuitas Campaniæ, hodie delet a. 757. f. 761. a.

Casinum opp. Campaniæ eius situs & descriptio. 756, b. c. hodie S. Germano. 761.

Casmenæ opp. Siciliæ hodie Comisum. 1455. b.

Cassarum vide Cacyrum.

Cassibilis vide Cacyparis.

Cassiodorus vir illustris & doctus natione Calaber. 1132. a. 1136. a.

Castanea oppidum Siciliæ. 1451. c. 1452. d.

Castella opp. Calabriæ. 1145. d.

Castellana ciuitas Falliscorum in Hetruria. 710. e. 738. a. eius situs. 737. c. d. non eadem cum Veys. 713. d. & seq. 736. f. 737. a. & seqq. recens extructa ex ruinis Faleriæ. 714. a.

Castellanæ ædes Venetiis. 14. f.

Castellucium opp. Siciliæ. 1452. f.

Castellum vna ex sex regionibus vrbis Venetæ. 4. a. 14. e. f. eadem & Oliuolensis 14. f.

Castellum opp. agri Falisci in Hetruria. 728. d.

Castellum S. Angeli in Laumellina regione. 479. e.

Castellum bonum opp. Siciliæ. 1453. c. d.

Castellum Porpetij in Foro-Iulij. 56. b. 90. c. est Sanorgnanæ familiæ. 56. b. à Sigismundo Imp. frustra oppugnatum. ibid. expugnatur ab Octobono. 90. c. item à Ioanne. 91. f.

Castellum Pucium vel Punicum. 87. a.

Castellum Vetranum vide Entella.

Castiglonum opp. Siciliæ. 1440. c.

Castillionum opp. Insubriæ. 271. e. 362. a. quasi castrum Stiliconis. ibid. Mediolani Castillionorum familiâ, Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, &c. illustre. 362. a. & seq.

Castinus Dux cæsus ad Vercellas. 258. c.

Castra Annibalis portus Calabriæ. 1145. e. f.

Castra Mariana in Gallia Cisalpina. 367. e. 368. c.

Castrimillarum vide Aprustum.

Castrofrancum vide Panisia.

Castronouum opp. Laumellinæ regionis. 479. a.

Castronetum vide Caulonia.

Castrumiani vide Enna.

Castrum Minervæ vide Crypteria.

Castrum nouum in Foro-Iulio. 54. d.

Castrum nouum opp. Siciliæ. 1420. a.

Castrum Regale opp. Siciliæ. 1451. a.

Castrum Scpry in Insubribus. 272. a. 351. b. c. d. Alciato male castrum Seueri. ibidem. olim Insubrium. 351. b.

Castrum S. Sylvestri in Falliscis Hetruriæ. 710. e.

Casuonum castellum Calabriæ. 1178. f.

S. Cataldus Episcopus Tarentinus, eius vita & acta. 1395. a. & seq.

Catana ciuitas Siciliæ, quæ & Ætna & eius vetus magnificentia. 1435. b.

Catazanum opp. Calabriæ. 1138. b.

Catena Appiæ vicus & promontorium lacus Larii. 403. b.

Catianum villa agri Bergomensis. 182. a.

Catianus fl. Calabriæ. 1078. e.

Digitized by Google

Catij Nouariensis familia vetus. 259. e.

Cato Græcè doctissimus. 122. c. male à Plinio citatur. 122. b. contra eum scribit Cæsar. 136. d.

Catonis librum, qui hodie circumfertur, Catonis verè esse probatur. 122. f. 123. a. & seq. refutatur. 677. b. & seq. continet fragmenta Originum Catonis collecta à Guilelmo Manutiano. 123. c.

Cato quando obijt. 127. c.

Catocastrum fl. Calabriæ. 1056. b.

Catona vide Halesa.

Catullus quo tempore vixerit. 158. d. Veronensis. 216. b. 279. d.

Canarij locus in Foro-Iulij. 54. d.

Canaturices Liguria populus. 440. e.

Caucasus excelsissima pars Tauri montis. 141. f.

Cauciones pop. lacum Larium attingentes. 403. c.

Caulon qui & Aulon mons Calabriæ. 1127. f.

Caulonia hodie Castroneum, ciuitas Calabriæ, olim nobilissima. 1127. d. & seqq.

Celanum fl. Calabriæ. 1183. a.

Cella vicus Liguriæ. 639. b.

Celsi principis Venetorum sepulcrũ. 16. e.

Celtæ vnde dicti Galli, & cuius lingua vox sit. 305. e. f. & seq.

Celtæ Torquinii Prisci temporibus ex Gallia in Italiam veniunt. 133. b. accersiti ab Arunte Clusino. 133. b.

Celtiberorum pars Lemnini. 149. e.

Cenetensibus pars agri Opitergini adiecta. 83 f.

Ceni familia nobilis apud Bergomates. 158. d. e. à Cydno Ligure filio descendens. 158. e.

Cenomani idem qui Orobii. 159. a. b. & seq. & alijs displices. 150. a. 307. e.

Cenomani dicti à Cydno Ligure filio. 154. c. d. 156. b. c. & seq. 157. b. c. 307. f. quasi Cydnomãi. 154. c. d. 159. a. e. f. 160. a. & c. reliqua de Cenomanis vide in Orobijs.

Cenomani diuersi ab Orobijs. 277. e. ex Gallia in Italiam transierunt. ibid. eorum metropolis Brixia. 277 e.

Centa fl. Liguriæ olim Merula. 288. b. 638. e.

Centuripis vel Centorbis vide Ætna.

Cenum oppidulum vallis Seriana agri Bergomatis. 158. e. à Cydno Ligure filio dictum. 158. d. e.

Cephaledus opp. Siciliæ. 1453. b. hodie Ciphalu. ibid.

Cerasia villa in ripa Lacus Larij. 400. f.

Ceres Siciliæ regina. 1438. b. & seq.

Cereris templum hodie Sereris in Sicilia. 1416. a. b.

Cerilli oppidum Calabriæ. 1036. b. item promontorium. ibid.

Cernachus pagus in Lasmellina. 479. f.

Cerresum vicus Lasmellinæ regionis. 479. e.

Cerenthia vide Pumentum.

Cerusa opp. Galliæ Cispadanæ salinis celebre. 300. d.

Ceruina insula prope Forum-Iulij. 54. c.

Cerusum oppidum Liguriæ. 638. d.

Cesenna opp. Gessatorum in Gallia Cispadana. 285. f.

Cessimia regio ad lacum Larium pertingens. 408. d.

Cetrariam vide Lamperia.

Cena oppidum in Salassis ad Alpes maritimas. 258. a. Marchionatus. ibid.

Chaldæi Sacerdotes apud Babylonios. 128. d. mundum æternũ dicebant. 140. a.

Cham filius Noachi, idem & Chameses. 141. f. 143. f. 145. d. 146. c. 198. a. d. iunior reliquis. 151. e. dictus & Saturnus Ægyptius. 144. e. 145. a. 146. c. d. e. magica semper studiosus. 151. e. primus promiscuam Venerẽ induxit. 146. c. d. patrem magico carmine sterilem reddidit. 151. f. vnde & Chemesenna, id est, Cham infamis dictus. 146. d. item Zoroaster. 144. e. 151. e. ex Rhea sorore Osiridem gignit. 146. e. f. 147. a. item Isidem 146. f. 147. a. venit in Italiam. 147. a. 198. d. & dextram Tyberis ripam incolit. 139. a. vel Vmbriam 198. d. Ex Italia redit in Ægyptum. 147. pulsus à Iano patre. 198. d. Hammonem ex Libya regno pellens id occupat. 147. a. b. pellitur à Dionysio Hammonis filio 147. b. habuit quatuor filios. 144 e. 152. d. primus est Chus. 144. e. secũdus filius Mesraim. 145. d. tertius Chanaham. 152. b. c. Phut postremus. 152. d. ex Africa serte obuenit. 144. d.

Chanaham filius tertius Cham. 112. b. c. Græcis Phœnix. 152. c. Phœnicem & totum Palæstinam occupat. 152. c. d. inde terra Chànaham dicta. 152. c. & Phœnicia. 152. c.

Charetum castellum Calabriæ. 1107. b.

Chariatum ciuitas Calabriæ. 1181. c.

Charida oppidum Calabriæ. 1072. c.

Chariteres mons Calabriæ. 1038. a.

Chaterena oppidum Calabriæ. 1130. d.

Cheropotamus fluuius Calabriæ. 1072. c.

Chersus pars Istriæ. 53. d.

Cherusa amnis Liguriæ. 639. b.

Chida fl. Siciliæ. 1452. e.

Chielanus vicus Salassorum prope Augustam Prætoriam. 389. d. male a quibusdam Ocelum Cæsaris existimatur. 389. d. & seq.

Chiusa opp. Siciliæ. 1443. c.

Chona, qua hodie Belcastrum opp. Calabriæ. 1140. a.

Chonia pars Calabriæ. 998. e.

Christina castellum & fl. Calabriæ. 1077. d.

S. Christophori fanum in Venetia. 30. e.

Christa castellum Calabriæ. 1182. a.

Christas Siciliæ fluuius. 1436. b. 1438. e.

Christi sanguis Venetijs. 8. a. eius imago miraculis clara. 8. a.

Chus Saturnus Æthyops idem cum Chus filio Cham. 144. e. 145. a. ab eo orti Æthyopes. 144. f. & Cuthæus. 144. f.

Cicero citat. Catonis origines. 123. a.

Ciceronis ædificium in Campania quam Academiam vocabant. 752 f. 752. a.

Ciceronis villa, & Cumanum. 821. e. f. 822. a. b.

Ciconia locus celebris Venetiæ. 31. d.

Cilix comitatus à Sluuis habitatus. 81. d. Iulium dici debet. 81. d. pars Noricis. d.

Cilina fluuius Fori-Iulij. 54. d.

Cimbri tentant Illyricum, 66. f. 67. a. b. cedunt Carbonẽ. 66. f. delentur à Mario. 67. a. per Forum-Iulium in Italiam erupere. 67. a. in agro Nouariensi à Mario profligati, non vero in Veronensi. 260. b. 291. f. 367. e. f. 368. a. & seq.

Digitized by Google

Cimbri in Insubria. 367. & 368. a. & seq.
Cimbrorum vicus opp. Insubria. 367. d. & seq.
Cimenij montes à Græcis appellati Alpes. 287. a.
Cimirina opp. Sicilia. 1420. a.
Cimmerij populi Campaniæ olim accolæ lacus Auerni. 751. b.
Cinga vicus Calabriæ. 1178. f.
Cinamis opp. Sicilia. 1436. b. olim Capitium vel Capityta. 1437. c.
Ciphalu vide Cephaledus.
Cirâta ciuitas, & Ciratani populi Siciliæ, hodie Iarratana. 1455. e.
Cirignochium oppidum Fori-Iulij 57. d.
Cirrha vel Cirum vide Crimissa.
Cisalpina Gallia. 170. d. e. vide Gallia Cisalpina.
Cispennina Italia. 170. d. e.
Cispadana Gallia, olim Bianora dicta. 170. item Felsina. 170. e. post Aurelia. 170. e. & Æmylia. 170. e. olim ab Hetruscis inhabitata. 170. e. in quorum expulsorum locum Galli transierunt. 170. e. f. eius laudes. 255. b. & seq. descriptio & populi. 281. 282. 283. & seq. fluuij. 299. 300.
Citharista opp. Liguriæ in Alpib. maritimis. 288. e.
Citreorum præstantia & vires contra venenum præsertim. 754. a. & seq. 768. a. & seq. 769. a. & seq.
Citrea poma Neapolis optima. ibid.
Ciuidatum opp. Fori-Iulij. 57. b. 79. f. 80. f. olim dictum Forum-Iulii. 57. b. c. 79. f. non videtur id esse. 80 f. 57. b. c. Natisone amne diuiditur. 57. b, 58. b. defciscit ad Venetos. 94. f. oppugnatur irrito conatu. 94. f. 95. a.
Ciuitates cur edstis in locis à veterib. condite. 172. f.
Clanius fluuius Campaniæ. 758. f. 759. c. vide plura 879. c. d.
Clarentius amnis in Larium lacum sese effundens. 408. f.
Clastidium opp. agri Ticinensis. 282. d.
Clauarum oppidum Liguriæ. 640. c.
Claudianus vel Candianus Patriarcha Gradensis primus. 80. c.
Claterna oppidum Galliæ Cispadanæ. 249. e. hodie Quaterna. ibid. & flumen eiusdem nominis. ibid.
Claude, vel Claudus, vel Gaudus hodie Gozo portus insulæ Cretæ. 1515. d.
Claudius Imp. Gothos incredibili clade superauit. 70. c. 71. c. in sylua Lugana ad lacum Benacum. 210, c. aurea statua & clypeo donatus. 70. c. 71. c. moritur Sirmii. 70. c.
Clauus quo Christus crucifixus Venetijs. 11. f.
Clauenna opp. Rhætiæ non procul à lacu Lario. 405. d.
Cleſen Longobardorum Rex Albuini successor. 219. e. à Longobardis interfectus. 219. e.
Cleta castellum Calabriæ, hodie Petramala. 1056. e.
S. Cletus auctor ordinis Crucigerorum. 14. c.
Clibanus mons Calabriæ, hodie Visardus. 1144. f.
Clinium vicus in Insubria. 379. e. f.
Clodia ciuitas Venetiæ. 26. c. 27. a. b. c. vel fossa Clodia. 27. d. vndiq; aquis alluitur. 27. a. quando condita & à quibus. 27. a. b. hodie infrequentior quam olim. 27. b. c. Episcopalis est. 27. c. expugnata bello Genuensi à Genuensibus. 28. c.
Cloniola vel Coloniola villula Insubriæ colonia Romana. 371. d. e.
Clusia castellum munitissimum in Alpibus. 57. f. 92. e. 96. b. claustra Italiæ. 57. f. occupatur à Ludouico Aquileiensi. 96. b.
Cn. Papirius Carbo à Cimbris cæsus. 66. f.
Cochleæ ostreæ & similia in montibus effossa. 201. a. b. & seq. vtrum ibi generata vel non, pulchram disputationem vide 201. c. & seq.
Cocium opp. Laumellinæ regionis. 479. a.
Coctia Alpes sunt inter Graias & maritimas. 289. a. 342. 343. earum descriptio. ibid. dicta à Rege Coctio. 289. b. c. 343. a. in iis situm Segusium ibid. à Nerone, rege Coctio defuncto, in prouinciæ formam redacta. 343. a.
Coctia & Iulia non eadem. 343. 344. 349. b.
Coctius Rex, à quo dicta Alpes Coctiæ. 343. a.
Cocynthum promontorium. 1129. f.
Cœlium opp. agri Tarentini. 1257. a.
Cœlium fuit homo, alias dictus Vranus, Saturni pater. 157. a. d.
Cœlus Phœnix Ogyges, qui vt Noa. 145. a.
Colchi vicli à Turcis. 94. f.
Colchi circa Istriam. 62. e.
Colecum vicus ad lacum Larium. 406. a.
Coleneum fl. Calabriæ. 1190. c.
Colisanum vide Halesa.
Colonia apud Romanos duplices, Romana & Latina. 283. c. d. diuersa eorum ratio & potestas ac libertas. 459. 460. 461. 462. 463
Coloniola vide Clemola.
Coloretum oppidum Fori-Iulij. 57. d.
Columbaria insula Drepano Siciliæ obiecta. 1443. f.
Columella turris Rheginorum è regione Pelori. 1082. e.
Columna alabastrita lapidis Venetijs 23. d.
Comacina insula in Lario lacu descriptio. 401. f. 462. a. & seq. inde ortus Iouiorum familia. 402. a. ea aliquoties capta & vastata. 402. a.
Comgolitanus Gallorum Rex Italiam inuadit. 64. b. cum suis cæditur ingenti strage. 64. b. c.
Comisum vide Casmena.
Comum à Mediolanensibus euersum. 400. a. à Friderico I. Imp. reædificatum. 400. b. c. à Vicecomitibus Mediolanensibus occupatum. 400. d. ab Hispanis inusitata crudelitate direptum. 400. e.
Comi origo incerta. 122. b. eius descriptio. 396. d. & seq. Cenomanorum siue Orobiorum ciuitas. 159. b. 172. d. e. situ in ripa Larij lacus. 172. a. conditum à Brenno. 125. a. & seq. quod alij refutant. 125 f. 126. & seq. 196. d. vel à Græcis ortum. 120. b. c 276. d. e. 396. d. 397. c. quod & refellitur. 120. d. e. f. 121. a. & seq. cõditum à Thuscis. 136. c. d. eius nomẽ Hebreum non Græcum. 172. b. c. d. fuit olim in monte situ. 172. f. 173. a. inferior vrbs ad ripam lacus à Recondita. 173. a. & Nouocomum appellata. 173. a. b. deductis in eam colonis à Pompeio Strabone & C. Scipione. 173. b. 276. e. f. cum à Khætis vastata esset. 173. b. amplificata à Iulio Cæsare. 173. b. 276. e. 396. e. Græcis etiam immissis. 173. b. 276. e. 396. F. comi laudes. 397. 398. 399. De reb. comensib. scripsit Benedictus Iouius Nouocõensis. 173. d. 397. a.
Conca mons agri Tarentini. 1256. f.
Concha vide crustumium.

Concha

Concha locus regionis Venetæ, 34.e
concilium Romanum, 88.d. Rauennense. 88.d.
concordia ciuitas Fori-Iulij, 54.b. Romana colonia, 54.077.c. à Troianis primum condita, 75.f. Nihil habet præter vnicum templũ, 54.e. At. Attibola sole equata. 77. a.b. 218.c.
concordienses condunt caprulas, 77.b
Condibertus Longobardorum Rex à Grimoaldo occisus, 608.d.
Condoianum vide Uria.
condro opp. Sicilia, 1451.c.d. & eiusdem nominis fluuius, ibid.
conflyentia opp Laumellina regionis 479.a.
conius fl. Gallia Cispadana in Boiis, 283.c. 299.c.
Conradus II. Imp. interfuit dedicationi Ecclesiæ Aquileiensis, 89.b.
consentia ciuitas Calabriæ nobilis, de qua fuse, 1129.c.
constans Imp. Aquileiæ occisus, 70 d.
S. Constantius Auchonitanus, Venetiis situs, 9 f.
Constantinus Heraclij Imp. filius fuit Torcelli, 31.d. eius in Italos impietas & crudelitas, 608.e.f. 609. a.
Constantinus Constantini M. filius Aquileiæ occisus. 70 d.
Constantius Imp. Arianus omnes rectè de fide sentientes persecutus, 70.d Liberium Romanum in exilium egit, 70.d.
Constantinopolitana Synodus VI. Oecumenica ab Agathone Pont. indicta, 610.d. eius acta, ibid. & seq.
consulinum hodie stylum opp. Calabriæ, 1129.c.
conterrana vide Egesta.
copatorrens Galliæ Cisadana, 299.e.
copertus Rex Longobardorum, 84. a.b. forte idem qui Aripertus, vide ibi. ei insidiæ struuntur ab Alfrido Duce Foro Iulensi, 84.b. quẽ ille captum oculis priuat, 84.b.
corbeta vide Pistacuria.
corbulus Dux Fori Julij. 85.c. oculis priuatus in exilium mittitur, 85.c.
Corchianum oppidum Faliscorum in Hetruria, 710.e. 700.b. vnde dictum, 716 b.
corderia mons ad lacum Larium, Vulturenam a clauenna disiungens, 405.c.d.
cordunacum locus in Foro-Iulij, 54.c.
corenũ villa & arx ad lacum Lariũ 406.c
corica vide Tylesium.
corilio vel conigio oppid. Sicilia. 1416.c.
coriolanum opp. Calabriæ, 1190.e.
cornelia castellum Liguriæ. 640.e.
Cornelius Alexander, Orobios à Gracis ortos dicit, 121.a. Refutatur, 121.a. & seq.
cornelius Nepos Veronensis, 216.b.
corregium oppidum Venetiæ, 28.a.
corsinus fluuius Gallia Cispadana, 298.b.
corta sonium opp. Liguriæ, 507.e.
cosa vetusta & nobilis Calabriæ ciuitas, de qua fuse. 1214. & seqq.
cosiletum castellum Calabriæ 1077.f.
costdeola opp. Liguriæ, 523.e.
cosyra insula maris mediterranei male pro Melita habita, 1517. b.
cotilis fl. Calabriæ, 1191.a.
cranium quod & Iapidia, 58.d.
cranus Racẽnus filius Noa natus post diluuium, 198.d. missus à patre in Italiam, 198.d. Vmbriam tenuit, 198.d.
caprula vel crapula oppid. Fori-Iulij, 54.b.
caprulana paludes, 54.b.c.
crassobium pagus agri Bergomat. 184. f. inscriptio ibidem, 184 f.
crateus fl. Calabriæ, 1078.e.
crathis fl. Calabriæ celebris, 1046. d. & sequent. 1055.a. 1191.a. 1192. d. 1197.d.
crateris Sabellico à Vicentinis donati descriptio, 103. 104. & seq. 105.c.
crema vrbs opulentissima in ripa Seriy fluuij, 278.a. à Friderico I. Imp. condita, ibid.
cremona vetus Romana colonia, 277.e. quo tempore condita, 467. 468. ab Augusto grauissimè multata, 277.e.f.
cremona ab Agilulfo Longobardorum Rege expugnata, 261. e. 590 b.c. a Gallis capta & direpta, 466.d.
cremona an olim libera ac absoluti dominij fuerit, 470.f. 471.a. & seq. a colonis suis turpi fuga deserta, 474.d. & seq.
cremona quando rursum instaurata, 598.b. & seq.
cremonensis agri descriptio & laudes, 598.e.f.
crena pagus in Insubria, 356. d.e.
crepacorium castellum Calabriæ, 1106 b.
crimissa fl. Calabriæ hodie Flumica, 1181 b.
crimissa opp. Calabriæ, 1140.b. 1180. b eadem & Paternum, 1180.d. hodie cirum vel cirrha, 1180. b.
crimissa promont. Calabriæ, 1149.a. 1180.b.
cripta ferrata monasterium Gracum Latij in agro Tusculano, eius descriptio, 423 f. 425.a. & seq.
cripteria, olim castrum Minervæ opp. Calabriæ, 1125.d.
crisaora opp. Calabriæ, 1036.d.
crispus Niger Episcopus Ticinensis & eius acta, 528 f.
crissa vide Angitula.
crondus vide Grondus.
cropa amnis Calabriæ, 1142 f.
cropanum opp. Calabriæ, 1139 f.
crotalus amnis Calabriæ, 1137. a f.
cropalatum castrum Calabriæ, 1182 f.
crotatius Bergomensium Dux totius Venetiæ Dominus, 178.d.e.
croto nobilissima olim Calabriæ ciuitas: de cuius origine, varia fortuna & viris illustribus vide, 1.49 c. & seqq.
crotoneum castellum Calabriæ 1144 f.
S. crucis promontorium, vide Taurum.
cruceia vna ex sex regionibus vrbis Venetæ, 4.a 10.f. eius descriptio, 10. & seq.
crucigerorum ordinis auctor Cletus Petri discipulus, 14.c.
crucem gestare instituit Cyriacus Hierosolymitanus, 14.c.
crucis lignum miraculis clarum Venetiis, 8.d.
crucolum castellum Calabriæ sine charocalum, 1181. b,
crustulus amnis in Eoiis prope Rhegiũ Lepidi, 284 e. 299 d. Æmyliam mediam ferè secat, 299.d.
crustumiũ fl. Gall. Cispadana, hodie concha, 300.d.e.
Culicina turris Venetiæ, 32 e.

Digitized by Google

Cuma ciuitas Campaniæ olim, 749. c. vnde dicta, 778.b.865.a. condita à Cumais & Chalcidensibus, ibid. 775.a.778.a. eius filius, 749. d.777.c. 778. a.b.c. 781.eius varia fortuna, 778.a.779 a.& seq. 780. à Campanis colonia facta, 780.f. præfectura Romana, 781.c. postea colonia, ibid. hodie funditus euersa, 749. c.d.

Cumanorum olim potentia, 749.c. Hetruscos ingenti clade profligant, 778.e.f. Rursum eosdem & Pœnos, 780.d.

Cumanorum colonia Parthenope siue Neapolis, 780.f. Puteoli, 781.a.

Cumanorum erga Romanos fides, 781.b.

Cumillum oppidum Galliæ Cisalpinæ 281.c.

Cunthibarus siue Gundebaris Italici exercitus Dux Romanis bellum mouet, 545.e.

ab Epiphanio Episcopo Ticinensi sedatur, 545.546.547.

Cunium oppid. olim ditissimũ in ripa Senis fl. hodie totum diruptum, 299.f.

Curanella locus in Venetia, 30.a.

Curania locus Venetiæ, 30.a.

Curcuracis vide Portillum.

Curetes à Chus filio Chami oriti, 144.f.

Curis Faliscorum Deus, 718.d.

Custodia olim municipium Æmyliæ, 281.d.

Cutrum castrum Calabriæ, 1145.d.

Cunia opp. & vallis Insubriæ, 375.c.d

Cyane fons Siciliæ, 1422.f.

Cyclopum scopuli, prope Siciliam, 1440.a.

Cycnus Stheleni filius, 161.f.162.d. in cygnum auem mutatus, 162. d e.164.e. Ligurum Rex, 162.d.e

Cycnus Martis filius ab Hercule peremptus, 162.f.

Cycnus filius Neptuni & Scamandrodices, 162.f. ab Achille cæsus, 163.a.

Cydni vel Cycni complures, 161.b.c. & seq.

Cydnus Liguris filius, 154.b.d.156. a.158.b.162.d.163.c. eius frater Eridanus, 156.b. Italiam trans Padum occupat 154.c.156.a.b.c. 157.b.158.b. 164.f. 307.f. 308.a. conditor Cenomanorum siue Otobiorum, 154.c.d.156.b.c.d.& seq. ab eo dicti Cydnomani & corruptè Cenomani, 154.c.d. eius filius Eridanus, 160. item Venetus 160.c.d.

Cydnus Ciliciæ fluuius, 154.b.

Cydnus Syriace significat candidũ, 154.b.

Cyllarus Castoris equus, 62.a.b.

Cyminius mons Hetruriæ & eius descriptio, 708.b.& seq.

S. Cyriacus Episcopus Hierosolymitanus, crucem Christi cum Helena quæsiit, 14.c. crucem gestare instituit, 14.c.

Cyris hodie Caldana fl. Calabri, 1215.f.

Cyterium, hodie Cyriſatum oppid. Calabriæ, 1046.d.

Dacium pagus ad lacum Larium, 405.f.

Dagon Dea Syrorum, 130.e. alias dicta Δερκέτης Græcis, vel Atergatis, 130.e. mater Semiramidis, ibid.

Daido oppidum Siciliæ, 1434.e.

Damianus Episcopus Ticinensis epistolam scripsit ad Concilium VI. Oecumenicum, 610.e. eius acta plura vide, 610.611.612.

S. Danielis oppidum in Foro-Julij, 57.d.90.f. à Comite Goriciæ expugnatum, 90.f. ab Hunnis receptum, 91.a.

S. Danielis reguli in Foro-Iulii, 92.d.

Danubius non oritur ex loco præcipiti Hercinia, 346.e.f.

Dapetia hodie Toranum opp. Calabriæ, 1043.e.

Darius vltimus Rex Persarum regnauit annis sex, 128.f.

Daueriũ vicus inter Insubres, 367.e.

Decalstidium, hodie Anna, pagus Calabriæ, 1078.c.

Decumines populi Liguriæ, 440.e.

Decurionis magistratus in municipiis eodem iure quo Romæ senatores, 180.e.205.c.d.

Deditio duplex, 460.c.d.

Delebium oppidũ Vulturenæ, 405.b.

Delphini portus in Liguria, hodie Portus Finus, 640.b.

Delphinum opp. ad lacum Larium, 406.e.

Democides Crotoniata Medicus præstãs, de quo multa, 1164.b.& seq.

Derbinum oppid. non procul à lacu Lario. 408.d.

Δερκέτης Dea Gracis, 130.e. qua Syris Atergatis, 130.e. Hebræis Dagõ, 130.e. mater Semiramidis, ibid.

Derthona ciuitas Galliæ Cisalpinæ in Eganibus populis, 281.b.282.a. colonia Rom. 282.b. à Friderico I. Imp. euersa, & à Mediolanensib. instaurata, 282.a.b.

Desiderius vltimus Longobardorũ Rex, 87.f.88.a.b.219 f.624.f. à Carolo victus & captus, 87.f.219. 220.a.625.a.& seq. 628. & seq. Lugdunũ in exilium missus, 87.f. Ei charissimus Paulus Diaconus, 88.a.

S. Desiderius Genuẽsis Episcop. Lingonensis & martyr, 642.b.

Deturbius fluuius Insubriæ, 478.a.

Diamas fl. Calabriæ, 1036.c.

Diana opp. hodie Dianum, in Liguria, 638.d.

Dictainus fl. Siciliæ, 1436.c.

Diethelmus Cirignochius I C. 57.d.

Diethelmus Regulus Varani inferioris, 92.d.

Dimethus vel Diuetus opp. Siciliæ, 1451.c.

Dinus portus & insula Calabriæ, 1035.a.

Diomedes Aetolus in Italiã siue Venetos venit, 63.b.c. d.ei immolabatur equus albus, 63.b.c.

Diomedeæ insulæ à Diomede dictæ, 63

Dion Chrysostomus scripsit laudationẽ comarum, 115.f. scribit aduersus Homerum, 136.d.

Dionysius, dictus Bachus Oggyius, 147.d. Osiris ægyptiis, 147.d. Phanes Mystis, 147.d. Adonius Arabibus, 147.a. Pantheus Lucanis, 147.d.

Dionysius Hammonis filius regis Libyæ, 146 f.147.a.b.

Dionysius Indis qui Romanis Liber 147.d.a patre in Nysam Arabiæ missus, ibid. Rhea nouerca quæritur ad mortẽ, ibid. Saturniũ Aegyptiũ siue chamum regno Libyæ siue Hammoniticopellis, ibid. iam occupat, ibid. Osiridi regnum Aegypti tradit, 147.b.

Dionysius Halicarnassæus, M. Varronis libertus, 123.d. Catonem & C. Sempronium de origine Ligurũ reprehendit, ibid.f.

Dirillus amnis Siciliæ, 1455.d.e.

Disputando artes nõ amittuntur, sed illustrantur, 157. toto.

Dissensio inter Philosophos maxima 135.c.d.137.a.b. Philosophiam clarorum

Digitized by Google

virorem reddidit,137.a.b.c. Item inter historicos,136.a.b.c.

Dinetus vide Dimethus.

Doana, vectigal Venetiis, 6.e. 9.b.

Domanicum castellum Calabriæ, 1055.f.

Domasium oppid.in ripa lacus Lary,404.e.

Dominicus Contarenus Dux Venetorum,27 e.condidit eadem S.Nicolas littorei,29.e.item S.Angeli, 29.f.

Domitius Caltiatus vir Latina lingua doctissimus,259.f.

Domeßnla vide Oscella.

Donatio Ludouici Pij Imp. valde incerta,693.a.& seq. eius instrumentum vetustiß.Longobardicis literis scriptum,725.c. eam ijsdem verbis confirmauit Henrici II. Imp.725.d.

Donatus vide Ninea.

Draco fluuius Sicilia vide Agragas.

Drepanum ciuitas Sicilia, 1443. d.

Drosium castellum Calabriæ, 1076. e.

Ducarium siue palatium ducale Venetiis & eius descriptio,23.a. vetus conflagrauit; 23.c.

Duellum cur apud Longobardos permissum, 600.b. & sequent. quando & in quibus casibus, 601. a.& seq. quis eius ordo,602.e.& seq.cur abrogandum, 603.e.& seq.

Dulcinus hæreticus Novariēsis monachus,258.f. Iußu Clementis V. Papæ vocatus,258.f.

Durias fl.in Salaßis, 257.b.294.b. influit Padum,257.b.

Durias minor oritur ex monte Genèbre in Alpibus Cottiis, 390.a.

Durnum oppidum Lanuellina, 482.d.

Durum dorsum una ex sex regionibus vrbis Venetæ.4.a.d. vnde dicta, 4.d. eius descriptio 4. d. & seq.

Duumviri in Coloniis vicem Consulum obtinebant,689.c.

Dyrim populi cum Iano veniunt in Italiam,142.d.

Eburiates populi Liguriæ,441.b.

Ecclesinus Tarusinus,220.e. à Mōticulis Veronam vocatus eam occupat, ibid. Monticulos interficit, ibid. Veronenſium 2000.necat,ibid. cauitur ad Abduam, 220.f.sepultus Soncini,ibid.

Ecclesia non sunt ipsa tecta aut edificia sed homines recte de fide sentientes,69.d.e.

Edini populi Siculiæ incerti, 1456. f.

Egani Gallia Cisalpinæ populi inter Tanarum Trebiam & Padum, 281.b.347.c.

Eganorum vrbes & oppida, Alba Pompeia, Aqua Statiellorum, Bobium, Casale sancti Euasii, Derthona,Pollentia. Item custodia,Lellia. Item Augusta Bacienorum,siue Bassignana, Forum Fului siue Valentinum aut Valentia,Sale,Antilia, Clastidium Iria & Quadringentum pagus, & victoria. item fl.Iria qui hodie Scrivia.

Egesta,vel Segesta hodie Conterranea ciuitas Siculiæ,1415.d.e.

Egestanorum emporium, vide Segestanorum.

Egon vide Selinis.

Egithartsus promontorium Siculiæ hodie S.Theodori,1443 d. item vrbs,ibid.

Egusa insula Drepano Siculiæ obiecta,hodie Marcimum,1443.f.

Elanus fl.Calabriæ,1214.f.

Electrides insulæ an sint,255.f.256.a. vt seq.

de Electro varia veterum opiniones 256.a.& seq.

Elentherus fl. Siculiæ,1417.a.b.

Elistonius vel Elistorius Germanos in Italiam ducit,63.f.197.e.

Elorina stagna in Siculiæ, 1456.c.d

Elorina ciuitas Siculiæ,1426.d.e.

Elorus fl.Siculiæ, 1426.e. idem & Pachynus.ibid.

Emonia opp.Illyrici ab Attbila expugnatum,73 b

Emula fluuius Calabriæ, 1045. d.

Engini populi Siculiæ, 1436. d.e.

Engium oppidum Siculiæ,hodie Gangen,1436.d.e.

Enisę fluuius Siculiæ, hodie Nile, 1451.a.

& oppidum eiusdem nominis. ibid.

Enna ciuitas Siculiæ, hodie Castrumiani, eius situs, & quædam de ea memoranda,1437.f.1438.a. & seq.

Ennis quæ patria fuerit,1283.b.

Entella fl.Liguriæ, hodie Lauania, 640.c.

Entella ciuitas Siculiæ celebris, hodie Castrum Vetranum, 1442. d.

Enna Aramæis significat impudicū & propagatorem,146.d.

Ephorus historicus Hellanicum arguit mendacii,136.b.
Arguitur mendacii à Timæo, 136.b.

Epicurus calumniatur Aristotelem, 136.d.

Epiphanius Episcopus Ticinensis, 545 b.c.
Bellum inter Rauennates & Romanos sopuit,545.546.547. exosus Rauennatibus,547.f.
Ab Odoacre Ticini reædificationem impetrat, 550.d. legatus Theodorici Regis ad regem Burgundiæ,556 e. captiuos liberat, 557.558. hostiam Diuioni consecrat quæ adhuc hodie durat,558. e.obit,559.c.

Equilium oppidum olim Venetiæ, 32.d.e. conditum ab Opitergini tempore Heraclii Imp. 32. d.e. Gallico tumultu desertum, 32.e.

Erasmi portus prope Venetias, 30. b.

Eridanus filius Liguris, & frater Cydni,siue Cynni,156.b.c.

Eridanus alius filius Cydni, 160.e. a quo Padus Eridanus dictus, 160.c.d.

Eridanum siue Padum accolunt olim Cydnus, 156. b.c. dictus Eridanus ab Eridano filio Cydni, 160.d.

Erineus fl. Siculiæ hodie Miranda, 1426.b.

Equi Apuli optimi,419.d.e.

Equibonitas quibus signis cognoscēda,419.e.f.

Equi Calabri,420.d.e.

Digitized by Google

Eruca Laumellina regioni infesta, 480.f.481.a. cur ibi frequentior quam alibi, ibid. quomodo perditur, 481.b.

Eryx mons Sicilie, 1443.d.

Eryx ciuitas Sicilie, hodie Mons S. Iuliani, 1415.b.c.

Esem Aramais significat impudicum 146.d.

Etymologia nominis validum in historia argumentum, 121.b.

Euander Romam collapsam instauranit, 131.a.

Eubœa olim vrbs Sicilie, 1456. e.

Euganei orti ab Hercule Libyo Osiridis filio, 199.e.f. vel ab Hercule Iouis filio, 106.a.b. olim in Venetia sedes habuerunt, 62.d. montana loca occupant, 199.e. Veronam incoluerunt, 199.d.e. 200.e.f. & seq. col.

Euganei ab Henetis sedibus suis pulsi 77.d. 106.c.

Eugion locus apud Orobios, 274. d.

Euphemia vide Lametia.

S. Euphemia martyr facta temporibus Hermagorœ, 91.d.

Euplis lacus in Orobiis qui hodie Pusilianus, 274.d. 382.a. 409. d. emittit Lambrum fl. siue Vmbronem, 298.d 382.a. 406.d. subito terramotu in plures lacus discerptus fuit, 409.c.d.

Eurotas vide Galesus.

Euripus Siculus & eius natura, 1081.c.

Euryalus mons Sicilie hodie mons Crimitis, 1426.e.f. item arx hodie Belueder. ibid.

Exapylum arx Siracusis, quæ & Laodalum & Mons Bilisis, 1424. c.d.

Fabalium oppid. Calabriæ, 1217. e.

Q. Fabius Consul Tarentum recipit. 1352. a. & seq. insidiis ab Annibale tentatus, 1353.d.e. eius gloria, 1354.a.

Faganea in Foro-Iulij, 57.d.90.f. à Comite Goritiæ expugnata, 90. f. ab Hunnien sibus recipitur, 91. a.

Fagianum castellum Calabriæ, 1043. d.

Fabius Pictor annales Rom. scripsit, 128.b.

Fabrica opp. Faliscorum in Hetruria 710.e.

Falacrium promontorium Sicilie hodie Rasoculmum, 1451.e.

Falco mons in Carnis. 53.f.

Falconata vide Asinarum.

Falconibus aucupandi ratio, 493. e.

Faleria Faliscorum metropolis, eadem post Falaris, 711.c.d. eius origo, 740 a. iam olim Episcopalis ciuitas, 711.d. & sequent. euersa & quando, 711.c.e. & sequent. 730.a.

Faleria & Ferentia non eadem, 717.a.

Falerij ciuitatis nomen: Faliſci populi, 711.a ea aliquoties occupata à Romanis, 722.724. &c. Facta colonia Rom. 725.a.

Falernus mons in Campania Gauri montis pars, 782.b.

Falernum vinum quod, ibid.

Faliſci cis Cyminium versus Romam, neque ijdem cum Monte Flasconio, 707.e.f. 708.a. & seq.

Faliscorum fines, 709.c.d. 710.b. & seq. agri eorum descriptio. 711. b. & sequent. olim populosissimi. 710.e. origo, 710.f. 771.c. & seq. 740. a. una ex principibus Hetruriæ gentibus, 711.e. eorum Respub. olim qualis, 717.c.

Faliscorum Dij olim, 717.e. & seq. mores, institutæ, leges, menses, 718. 719. 739. f. 740.a. & seq.

Faliscorum bella cum Romanis 719. c. & seq. 720. 721. 722. 723. 724. 725.

Faliſci ditionis Rom. Ecclesiæ iam à multis seculis, 725.c. & seq.

Faliscum metrum quod, 715.c.d.

Faliſci genius farciminis, 719.a

Faliſci posterioribus Rom. Imp. seculis ob vicinitatem Romanis attributi, 730. 731. 732.

Faliscorum oppida & castella: Bassanum, Bassanellum, Burgum S. Leonardi, Castellana ciuitas, Castrum Sancti Syluestri, Corchianum, Fabrica, Gallesium, Munianum, Orta, Polymartium, Stabia, Feronia, Fescennium, Vicorchianum, Faliscum, Albianum, Balneolum, Baucha, Castellum, Peschium, Turricula, Caccianum, Faliscum.

Montes, Soracte, Cyminius mons.

Lacus: Vadimonis lacus.

Faliscum vel Falisca oppidum Faliscorum, 726.

S. Famiani vita miracula, templum, 729.f. & seq.

Fanum oppidum Fori-Iulij, 54. d.

Fanum fortunæ opp. Senonum Gallorum in Italia, 286.e.

Farum opp. Siciliæ, 1451.c.

Fauentia ciuitas Gessatarum in Gallia Cispadana, 286.a. à Totila euersa, ibid.

Faugnana vide Probatia.

Fauorinus Philosophus scripsit de laudibus Thersitis & quartana febris 115.d.

Faustianum vinum in Campania quodnam, 782.b.

Federicus Sauorgnanus, 89.b.c.d.

Fella fluuius Fori Iulij, 54.e.

Feltrum à Canigrandi Scaligero occupatum, 221.a.

Felum vide Hipporum.

Feralenses populi Siciliæ, 1422. e.

Feraria pagus agri Laumellini, 479.f.

Ferdulfus Ligur Dux Fori-Iulij, 84.b. homo irrequietus & stultus, 84.c.d. 85. a.b.c. Slauos in Forum-Iulium euocat, 84. c. Ab iis cum omni exercitu cæsus, 85.a.b.c.

Ferentia vel Ferentiana ciuitas olim Hetruriæ hodie diruta, 717. a. non eadem cum Faleria, ibid. vbi sita, 717.b.

Ferior amnis Genuam alluens hodie Bisamnis, 639.c.

Feroletum castellum Calabriæ, 1060.c.

Feronia olim vrbs in Faliscis, 713.c.

Feroniæ templum, 713.c.d.

Ferra-

Digitized by Google

Ferraria à Smaragdo Exarcho condita, 285.d. vnde dicta, 624.b.c. hodie vrbs inter primas Italiæ, ibid. Ecclesiæ Rom. donata, 624.b.c.

Fescennium olim vrbs Falisc orũ, 714 c. Seruio male ciuitas Campaniæ, 713.c. quibusdam hodie Castellana ciuitas, ibid.

Fescennini versus qui & quales, 714. a. & seq.

Fesulana colonia Florentiam translata, 331.e.334.e.f.

Fibrenus fl. Campaniæ Lirim fl. influens, 748.b.

Fidena colonia Veientium & postea Rom. aliquoties capta, 719.c. & seq.

Fidentiola oppidum Boiorum in Cispadana Gallia, 283.d.

Fidentius vel Fridericus Episcopus Foro-Iulienſis, 86 c. antecessit Amatorem, 86.c.

Finarium oppidum Liguriæ celebre 639.a.

Fineium fl. Calabriæ, 1044.a.

Fiscaldum & castellum Calabriæ. 1043.d.

Flauiorum familia Veronensis, 211, b.c. & seqq.

Fligidum opp. Calabriæ item eiusdem nominis fluuius 1055.f.

Florentia à Leonardo Aretino omnibus aliis Italiæ vrbibus male prælata, 324.c.d. & seq.

Florentia in valle sita 324.f. mundissima & ædibus splendidissima, 331.e. Syllanæ fœcis colonia, 331. e.334.e.f. Fesulana colonia Florentiam translata, ibid.

Florentia multi lanarij, 331.b.

Florentia, cum Mediolano nouiquam comparanda, 331.e.f.332.a. & seq.334 a. & sequent. 337. b.c.d.

Florentini cur seditionibus frequenter iactentur, 334.e.f.

Florentini Gallos Cisalpinos ad occupandam Italiam primi euocant, 337.c.

Flumica fluuius, vide Crimissa.

Fluuius loci nomen in Foro-Iulio, 82.d.

Focunates populi Galliæ Cisalpinæ hodie Maggia vallis incolæ, 387.f.

Fœciales, & Fœcialia iura à Falisc is orta Romani vsurparunt, 718. f.

Foliarica munitio à Venetis in Istria contra Turcas instituta, 98.f. 99. a.b.

Folonum opp. Calabriæ olim Arianthæ, 1039.d.

Folonum fluuius Calabriæ, 1042. e.f.

Fontana blanca vide Naustathmus.

Fons mirę virulentiæ in Germiniæ repertus, 254.a.

Fontana bona opp. Fori-Iulij, 57. c.d.

Formicula promontorium, Herculis olim dictum, 1066.e.f.

Formigo fl. Galliæ Cispadanæ ad Mutinam, 299.e.

Foroneſum vallis agri Tarentini, 1259.b.

Fornaces ostium Padi boreale, 25.e. Plinio fossæ carbonariæ, 25.e.f.

Fortia opp. Siciliæ, 1451.a.

Fortunatus vel Fortunatianus Aquileiæ Episcopus sub Constantio, 70.d. Liberium Rom. ad Arianismum sollicitat, 70.d.

Forum Cornelii olim vrbs clarissima in Æmylia, 171.d.e. siue in Gessatarum agro, 285.f. a Cornelio duce Rom. nomen sortita, 171.e. hodie dicitur Imola, 285.f.299. f. alluitur Vatreno fl. 299.f.

Forum Diugunterum olim apud Orobios oppidum hodie non extat, 277 a.

Forum Fulvii, olim Valentinum & hodie Valentiana ciuitas Galliæ Cisalpinæ. 282.b.

Forum Gallorum opp. Galliæ Cisalpinæ, 286.d. hodie Burgum Francum, 299.e.

Forum-Iulii duplex, alterum in Alpibus maritimis Liguriæ 65.d.e 288.e. alterum in Italia, de quo sequentia.

Foro-Iulium, à C. Iulio Cæsare sic dictum, 161. d. Olim dictum Iapidia, 161.b. Dicitur etiam Carnia, 53.c. Item Patria specialiter nomine, quo modo Sabellicus totus illis sex libris vocabulo illo vtitur, 53.c.d. Eius fines & descriptio, 53.d. & toto libro primo Sabellici de vetustate Aquileiæ. Eius longitudo & latitudo, 53.e. Eius tres regiones, 53. f. prima descriptio, 54.f. & seq. secunda, 54.e. & sequent. tertia, 57.f.58.a. & sequent. generalis terræ & commodorũ eius descriptio, 59.a.b.c.60.a.c.

Forum-Iulii olim trium legionum præsidio tenebatur, 67.d. Eius magna pars Aquileiensi Ecclesiæ subiicitur, 88.f.

Foro-Iulio pars Opitergini agri adiicitur, 83.f.

Forum-Iulii, exterarum gentium motibus semper obnoxium, 61.e. f.67.d.e.f. primo ab Argonautis invasum, 61.f.62.a. deinde a Venetis, 62. f. 63. a. a Diomede Aetolo 63.b.c.d. a Gallis duce Bellouesо, 63.e.f. a Germanis duce Elitorio, 63 f. a Gallis aliquoties, 64.a.b.c.

Forum-Iulii occupant Galli, 65.f. Quo tempore Romano Imperio cesserit, 66.a.b. a Cimbris vastatur, 66. a.f. 67.a. idem occupant Hunni 73. 74. Occupant idẽ Longobardi, 79.f.

Forum-Iulium vastatur ab Auaribus, 84.a. vastatur à Slauis, 83. c.d. 84. c.d. 85.a.b.86.e.f. Hungaris, 88.d.e. Bauaris, 88.e. a Turcis, 98.a.b. 99. c.d. 102. a.b.

Forum-Iulii porta Italiæ, 67. c.d. e.f.

Forum-Iulii ciuitas hodie Cimidatũ dicitur, 57.b.c. 79.f.

Forum-Iulii funditus euersum ab Auaribus, 80.f.

Foro-Iulienſium ingenia qualia, 60. a.b.c. color candidus, ibid.b. capillus flauus, ibidem statura mediocris, ibid. sermo vrbanis Venetus, ibid. Rusticus semibarbarus, omniumque penè linguarum, ibid.

Foro-Iulienses cadunt Slauos, 83. c. rursum, 84.d.e.85.e.f. eduntur ab Auaribus, 80.d. cedunt à Slauis, 85.a.b.c. Dedunt se Venetis, 95.d.

Foro-Iulienſes episcopi accepti & magna

authoritatis apud Duces Lõgobardorum, 86.c. Ab ipsis constituebãtur 86.c.

Eorum quadam nomina: Fridericus vel Fidentius 86.c. Amator, ibid.

Fori-Iulij Duces primum à Longobardis constituti 79.f. creabant Episcopos Fori Iulij 86.c.d.

Gisulfus vel Sisulfus primus Dux, Fori Julij, 79.c. 30.a b.c.d. 81.a.b.c Thassone & Cacone fratres 81.c.d.e. Grasulphus, 81 e.f. Ago 82.b. Lupus. 82 c. 83.b. Warnefridus eius filius 83 c. Wetharis 83.c.d.e. Lautharis, 83 f. Rodoaldus, 83.f. Alfridus 84 a.b. Ado, 84.b. Ferdulfus Ligur. 84.b.c. Corbulus, 85.c. Pemo, 85.c. 86.d.e.f. 87.a. & seq. Rachis, 87.b.c.d.e. Henricus, 88.c. Berengarius, 87.f.

Fori-Iulij ciuitates, oppida, castra, cœnobia &c. Abbatia Sextij, 54.c. Abbatia Motij 57.f. 96.b. Archanũ, 57.d. Area 94.e. Artenea 80.d. Altinum 57.d. Aurianum, 54.d. Belgradum, 56 b. Brachiathiacum, 57.d. Braulinum, 90.f. 91.a. Brognaria, 54.c. Broxace. 83. c. Bruna vacca, 54.c. Bugia, 57.d. 90.f. Butrium, 57.b. 90.c. Campa, 54.d. Caporiacum, 57.d. Castrum nouum, 54.d Ceruiani insula, 56. a. Cirignothium 57.d. Ciuidatum 79 f. 80.f. Coloretum 57.d. Clusia vel Clusium, 57.f. Concordia, 54. b. Corduacum, 54.c. Crapule vel Caprule, 54.b. Cromo, 57.f. S Daniel. 57.d 90.f. 91.a. Faganea, 57.d. 90.f. 91.a. Fanum, 54.d. Fontana bona. 57.c. Fratrina, 54.d. Glemona 57.d. 80 d. Gortia, 58.f. Gradus insula, 58.d.e. Hema, 80.b. 83.b. Hemopolis. 58.e. Hutinum siue Utinum, 56.c. Lauriacum, 86.e. Lioinij vertex, 58.f. Lignani portus 55.b. Lignanæ portus, 54. c. Mansanum, 58.a. 93.a. Maranum 56.b. Medunum, 54.d. Mereti villa, 74.b. Mocta, 54.c. Mõsfalco, 58.d. Morucium 57.d. 91.a. Mossa, 58.f. Noreia. 57.a. Ospitũ 54.e. 80.d. Pampergum, 57.d. Pera, 57.d. Pinsanũ 54.d. Pontenia, 53.e. Porlilium 54.c. Purpeti castrũ 56.b. Porta Plecinæ, 58.f. Portus Gruarius 54.b. Portus Naonis, 54. c. 94.b. Prata 95.a. Pulcinicum 54.c. Quadrinium. 56.c. Rheũia, 80.d. Rosoacium, 58.f. 96.f. Sacilium 54.c. 90.a. 91.b. Sauorgnanum, 57.c. 90.f. Seruarola, 54 c. Sofumbergum, 92.b. Sontiacum, 67 e. Spilimbergũ, 54.c. Strasoldum, 56.a. Tercentum 57.d. 92. a. 94.b. Topium, 54.d. Tricesimũ 57.d. 90.f. Tulmentium, 57.d.e. Tulminium, 58.f. 94.b. Turriola. 92.f Turrus 94.b. Valuason, 54.c. Varianum duplex, 56.b. Vẽsonum, 57.d. S. Vitti oppidum, 54.c. Villa alta, 57.d. Villa noua, 92.d.e. Zuccum, 57.c.

Fori-Iulij flumina lacus paludes, Alsa, 55.b. 56.a. Amphora, 56.a. Canacy lacus, 54.f. Celina, 54.d. Crapulanæ paludes. 54.b.c. Fella, 54.e. Hidra, 58.c. Ledra, 54.f. Limen, 54.c. Liquentia, 53.d. 54.a. 84.a. Maranicæ paludes, 55.b. 56.a. Meduna, 54.d. Melo. 54.f. Moscardus 57.e. Natiso, 53.f. 55.b.c.d. 57.b. 58.a. & seq. 83.d. Natissa, 55.c.d.e. Rouedula 56.a. Sontius, 55.b.c.d. 58.a.b. Stella, 55.b. 56.b. Tiliauentum, 53.f. 54.e.f. 55.a.b. Timauus, 53.d. 58.d.e. Tribusa, 53.e. Tulminia, 58.c. Turrus 55.b.c. 56.e. 58.d. Varianum, 54.f. Vipauus 57.d.

Forum Lebuorũ opp. in Lebuis Galliæ Cisalpinæ: hodie pagus Lavizarius, 259.f. viri docti ibi nati, 259.f. 260.a.

Forum Liuij vrbs Æmyliæ siue Gessatarũ Gallorũ olim opulentissima 171.e. 286.a. à Liuio Rom. duce sic appellata, 171.e.

Forum Pompilij, quibusdam Bretonigorum hodie, olim autem Brittanorum forum, 300.d.

Fossa Clodia, vide Clodia.

Fossa Neronis in Campania, 749.d. hodie Licola, 761.

Fossa Carbonariæ ostium Padi, 25.e.

Fossiones hodie dicitur Athesis ostium 25.e. 26.b.

Framulæ vici Liguriæ, 640.d.

Francauilla opp. Siciliæ, 1140.c.

Francauilla opp. Calabriæ, 1061.a.

Francica opp. Calabriæ, 1170.a.

Francorum origo, vetustæ sedes, migrationes & res gestæ, 344.c. & seq.

Franci Imperium tenent annis circiter centum, 87.f.

S. Francisci fanum in Venetia, 27.d.

S. Francisci templum Venetijs in quo conditus Ludouicus Siciliæ Rex, 16.d.

Franciscus Bellasinus scripsit de rebus Bergomensium, 178.c.d.

Franciscus Carrariensis paucis horis stupendam fossam egit, 27.d. Dominus montis Silicis, 222.b. Veronam occupat Guilielmo Scaligero necato, ibid. filios Guilielmi incarcerat ibid. pellitur Verona à Venetis, ibid.

Franoiscus Foscarus Dux Venetorum, 8.b.

Franciscus Sauorgnanus Romæ à Carolo IV. equestri dignitate donatus, 92.c. legatus ad eundem, 93.b.

Francisci Vinaldi Genuensis hominis ditissimi insignis moderatio 648.b.

Franciscus Zenus Venetus, 15.c.

Frascata opp. agri Tusculani, 423.f.

S. Fratellus, vide Agathyrsum.

Fratrina opp. Fori-Julij, 54.c.

Fretum Siculum, eius magnitudo, natura &c. 1081.b.c.

In Fridericum I. Imp. Gaud. Merulæ conuicia & calumnia 302.f. 303.a. 336.f.

Fridericus I. Imperator 336.e. & sæpe. Lombardiam & Marchiam Ancõitanã siue Picenũ occupat, 220.b. Mediolanũ euertit, 220.c. à Veronensibus fugatus, 220.c. à Mediolanensibus & eorum sociis Italia pulsus 220.c. 303.a. 336.f. à Venetis nauali prælio victus, 78.a. captus 78. a Romano Põtifici subiectus, 78.a. inuitus Italis pacem turpem dedit 263.c.d.

Fridericus II. Imp. imperio depositus, 89.d. Cæsus & castris exutus à Gregorio Aquileiensi, 89.d.e.

Fridericus Patriarcha Aquileiensis 88.d. eius tempore Hungari Forum Iulii vastant, 88.d.

Fridericus Austriæ Dux bellum infert Ludouico Aquileiensi, 91. e.f.

Fridericus Barchius præfectus Peretui Naonis eum diripit, 97.f.

Fridericus Sauorgnanus à Ioanne Aquileiensi missis sicariis cæsus, 93.f. eius filius Tristannus, 94.a. & seq.

Frigidum fl. vide Aris.

Friniates populi Liguriæ, 44.a.

Frontini liber (vulgò sic habitus) de Coloniis non est eius, 684.d.

Fulcheriæ insulæ, vide Glarea Verbani.

Fucinus lacus in regione Marsorum 748.b.

Digitized by Google

Fanum Hermæ Italiæ, 213. f. quæ sanctæ quæ pure vocabant, 218. a.
Favara opp. Siciliæ, 1451. f.
Gabellum fl. Galliæ Cisp. Plinio incertus, 339. d.
Gaglanum, vide Galeria.
Galantheus filius Hercules, 132. f. ab eo oriri Gallos, ibid.
Galatæ à Gallis orti, 125. b. 132. f. unde dicti, 301. & 306. &c. lingua Frumentorum usi, 330. b.
Galatorum ritus Calabriæ, 1038. b.
Galeris vel Galata oppidum Siciliæ, 1452. b.
Galeoba de Asiaticorum nomine Venetiæ, 321.
Galeratum vel Gallareatus vicus in Insubria, 272. f. 334. f. dictus quasi Gallorum area, 335. a. exercitus à Friderico I. Imp. ibid.
Galgrubolæ Gaglanum opp. Siciliæ, 1437. a.
Galerenses, ibid.
Galisas fluvius Tarentini, 1257. d. e. 1258. a.
Galisium fl. Calabriæ, 1123. f.
Gallorum symbolum ratem Sagis, 132. f.
Galliæ descriptio, 252. d. partes, ibid. a. fines, ibid. magnitudo, 259. d. e. 341. b. c. 428. 429. aëris temperies & proprietates, 429. 430. 432. 439.
Galliæ Cisalp. descriptio, 254. seq. 281. a. & seq. 578. 579. figura, 341. b. c. 428. 429. populi Agones, Anamares Cispadani, Boi Cispadani, Brenni, Cenomani, Cenomani, Eganes Cispadani, Ganna Gessata Cisalpini, Insubres, Insubres, Lai, Lebecii Galli, sive Lebecii vel Libicii, Marici, Nannes, Orobii, Salassi, Senones Cispadani, Transumpleni, Venetæ, Vennones, Vennones, quæ vel & eorum civitates & oppida quare sic quemque ordine.
Galliæ Cisalpinæ olim ab Helvetiis habitatæ, 347. b. post expulsi à Gallis Transalpinis, 347. b. c. donata Iuli Coloniæ, 321. c. 322. a.
Galliæ Cisalpinæ fratres & familiæ 313. 314. & seq. 578. e. f.
Gallorum nomen ambiguum, 132. e. f.
Galli dicuntur omnes ex ultima Germania, 132. e. 133. a. 139. c. 176. d. 196. b. qua optimè defendatur, 209. f. seqq. 329. inserti Galatæ Herculis filio, 132. f. Romanis corpori roboreque stantibus, 331. duos cum dicti Galatæ, 307. f. & seqq. nem cum Cisalpinis.
Gallorum tres species, 133. b. c.
Gallorum Transalpinorum mores 253. & seqq.
Galli Cisalpini sæpe Romanum Imperium Romanis 322. b. f. 323. a. b. optimi pedites, 323. b. c. 372. b. contra quam vulgò creditur, ibid.
Gallorum Cisalpinorum historia vetus aut nulla, aut valde suspecta, 385. c. & seq. 386. a. & seq. mentio, 312. c. lingua olim, 316. c. d. vocabula, 317. 318. & seqq.
Galli qui primi Alpes transierunt Celtæ, 133. b. duce Arunte Clusino, 170. f. sub Tarquinio Prisco, 133. b. Iturio Abi duce Bellovesi, 61. d. 63. e. f. 347. a. b. Eo monito post secuti Boii Senones, & Insubres, 64. a. 133. c. 347. post alii duobus Comgolstano Ambrone, 64. b. a. qui fere ad internecionem cæduntur, 64. b. a. 320. a. & seq.
Galli in Armenia, 139. d. 149. a. à quibus orti Orobii sive Cenomani, 139. d. 143. a. item Umbri, 139. e. 141. 142. d. 143. a. isti dicti Insubres, 133. c. venisse cum Iano in Italiam, 143. d.
Galli Transalpini in Cisalpinam Galliam venium, eamque occupant usque Ravennam, 170. e. f.
Galli quæ parte Italiam primum intrarint, 64. 65. a. b. & seqq. 327. d. b. duce Bellovesio Pomum Gallicum vallem, 63. b. d. f. Marcellus cos. fugat duplum, 63. f. legatos ad Senatum Romanum mittunt, 66. a. oppidum in Italia condunt, 66. b. c. d. jubentur Italia excedere, 66. b. c. duce Brenno in Italiam irruptio. 124. duplex. ibid. Pelleum Thuscos, 125. a. & seq. 317. f. cum Romanis sæpe confligunt, 308. 309. Romam capiunt, 130. 308. a. b. c. conditores Orobiorum, 143. f. vendunt Mediolanum, 124. c. 125. b. & sequent. 350. b. Brixiam, 124. c. 125. a. b. Cenomanos 350. b. Bergomum, 124. c. 125. a. b. & seqq. 350. b. Clusium, 124. c. 125. a. b. Ticinum, 124. c. 125. a. b. 150. Brixiam, 124. c. 125. a. b. Cremonam, 124. c. 125. a. b. & sequent. 350. b. Mantuam, 124. c. 125. a. b. Veronam, 124. c. 125. a. b. & sequent. 350. b. Patavium, 124. c. 125. a. b. 350. b. Ravennam, 124. c. 125. a. b. 350. b. Aquileiam, 124. c. 125. a. b. 350. b. Tergestum, 124. c. 125. a. b. 350. b. Istriam, 124. c. 125. a. b. 350. b. Carnos, 124. c. 125. a. b. 350. b. Taurinos, 124. c. 125. a. b. 350. b. Salassos, 124. c. 125. a. b. 350. b. Lepontios, 124. c. 125. a. b. 350. b. Helvetios, 124. c. 125. a. b. 350. b. Rhætos, 124. c. 125. a. b. 350. b. Noricos, 124. c. 125. a. b. 350. b. Pannonios, 124. c. 125. a. b. 350. b. Illyrios, 124. c. 125. a. b. 350. b. Dalmatas, 124. c. 125. a. b. 350. b. Thraces, 124. c. 125. a. b. 350. b. Macedones, 124. c. 125. a. b. 350. b. Græcos, 124. c. 125. a. b. 350. b. Asiam, 124. c. 125. a. b. 350. b. Africam, 124. c. 125. a. b. 350. b. Hispaniam, 124. c. 125. a. b. 350. b. Britanniam, 124. c. 125. a. b. 350. b. Germaniam, 124. c. 125. a. b. 350. b. Galliam, 124. c. 125. a. b. 350. b. Italiam, 124. c. 125. a. b. 350. b. Romam

Cetala oppidum Campaniæ, alias Cicala vel Cecala, 924.f. & sequentibus.
Ceti cimices Siciliæ, eius ortus & varia fortuna, 1444.a. & seq.
Cevitianum oppidum Calabriæ, 1137.a.
Cimina columna oppidum Galliæ Cisalpinæ in Lebuis, 461.b.c.
Cimina turres locus Venetiæ, 29.e. 30.d.
unde nautis noctu lampades suspendantur, 29.e.
Cimsum promontorium & templum Lariis lacus, 412.b.
Cenebrus mons in Alpibus Cottiis ex quo exitur Durias minor, 599.a.
Cenna villa in agro Vicentino, 27.e. ad eam exitur Rocchulæ fluminis, 27.e.
Cenua vide dicta, 169.d. 444.c. 639.d.
a Cenio Iano primum condita, 153.d.
dicta & Pherethiana, ibid.
Cenua artes & antiquitas, 639. c.d.
quoties expugnata aut capta, 639. d.e.
Cenuenses ad Clodiam intercepti, 26. c.d.
Clodiam expugnant, 28.c.
Cenuenses a Venetis ad Clodiam ingenti clade profligati, 26.e.28.
Cenuenses literis, armis & virtutibus clari, 641.642. & seq.
Cenuenses per Carolum quintum liberi facti & Principes Ligurię, 444.c.d.
Cenuensium Imperium quantum, 638.a.639.c.
Ceola, vide Metauria.
Ceolia, vide Mistra.
Cergetium vel Cergium oppidum Calabriæ, quod etiam Morgetum vel Morgetia, 1072.a.
S. Cergii ædes Venetiis, 4.c. alteribidem 5.c.e.
Sancti Cergii corpus Venetiis, 6.c.
S. Cergii ædes in Venetia, 26.f. alia ibidem, 29.f. alia ibidem, 29.f.
Cepida coniuncti Hunnis Galliam vastant, 73.a.
Cera vicus ad lacum Larium, 404.c.
Cerentiana villa ad lacum Larium, 409.f.
Cerentinum, vide Pomentinum.
Cermani bellacissimi, 253.a.f.
Cermani duce Hitorio Italiam invadunt, 63.f.64.a.197.b. agrum Veronensem & Brixiensem occupant, ibid.
Cermanicum imperium Venetiis, 20.c.
Cerminiacum sive Cerminuca oppidum Insubriæ ad Verbanum lacū 295.b.373.c.
Cesata vel Cessate populi Galliæ Cispadanæ, 281.a.285.b.
eius soc dicti, 285.c.
hodie Romanoli, ibidem.
cum Bellovefo in Italiam irrumpentes agrum inter Rhenum & mare Adriaticum occuparunt, ibid.
Cessatarum urbes: Faventia, Forum Gallorum, Ravenna, Arminium, Cesenna, Sarsina, Forum Cornelii sive Imola, Faventia, Forum Livii, Adria, Ordia, Vetetia, Epitherium, Butrium, Altinum, Spina.
Cibillina, oppidum Siciliæ, 1443.d.
Cibisum oppidulum Siciliæ, 1451. c.
Cimetum vel Thymetum opp. Calabriæ, 1081.c.d.
Ciracia, vide Ieracia.
Cirifarcum castellum Calabriæ, 1137.c.
Cisulfus vel Sisulfus primus dux Fori-Iulii, 72.f. vide etiam Sisulfus.
nepos Alboini regis Langobardorum, 79.f.
Ciouanni Ecclesiæ Aquilejensis præfectus, 90.c. ab Amarinis præbo victus excedit, ibidem.
eius filii Tbasso, Caco, Grimoaldus, Rhodoaldus, ibidem.
eorum Rhemilda, 80.c.81. & sequens.
Ciudimandri oppidum Siciliæ, 1451. c.
Ciurarum lacus in Insubribus quæ & Glarearum dictus, 364.a.365.a. eadem ac L. Xiphias.
Ciuscgnardo oppidum Siciliæ, 1452.
Clanis fluvius Campaniæ prope Cumas, 778.b.
Clarea oppidum est Galliæ Cisalpinæ, 387.a.
Clarea Verbani locus est ad ostium Verbani lacus, 296.a. alius Helvetiæ insula, ibid.
Clarea nudiens, vide Cisiradus.
Clasti, herba serenda, præparanda, & lanas ea tingendi ratio, 525.c.d. & sequent.
Clebedona oppidum Galliæ Cisalpinæ, 587.a.
Clemona oppidum Fori-Iulii, 57.d. 80.d. radicibus montium accubans, 57.d.
Clemonenses occupant Clusium, 92. e. Austrinos mercatores spoliant, 92.f. bellum iis infertur ab Austriacis, ibidem. Mansionem cū Utinensibus occupant, 93.b. Fenetiarum bonam occupant, 94.c.
Clanicus fluvius olim, qui & Liris, 748.c.
Clycerius Imperator a Romanis dictus, 545.d. a Leone Imp. dejectus, ibidem.
Comerus Gallus Iasonis filius, 198. c.d.309. venit ex Armenia in Italiam, 198.d.309.b. adeo Gallia dilata, 309.b. Umbriam incolit, 198. d. Hetruscorum author, ibidem.
Condiberga Rhodoaldi coniunx Langobardorum regina adulterii accusata, duello liberata est, 601.e. 604.c.
Cordianus mons idem qui Taurus, 142. 6.142.a.
Coricia oppidum Fori-Iulii, 58.c.e. alluitur Sontio fluvio vel Naisonte, 58.c.
Cotpoldus Patriarcha Aquilejensis, 89.c. Eidem anus Henricus tertius Imperator donavit Fori-Iulii, ibid.
Sancti Cothardi mons in Alpibus, qui olim Alpes Summæ, 320.
Cothi idem qui Getæ, 311.f. Scythæ ad Tanaim habitantes, 71. Troge Pompeio Asiatici, ibidem. alii eos ex Scandia oriundos volunt, 264.c. primum a Lucullo victi, 71. ab Augusto victi, Danubium pacis pactione penetrant, 70.b. sub Domitiano cæsi, Romanos Danubium venerunt, 71. b. a Traiano pacem impetrarunt, ibidem. ab Antonino Caracalla tumultuarie cæsi, ibidem. a Gordiano repulsi, ibidem. Mœsiam vastantes Decium cædunt, 71.c. a Claudio 200. eorum millia cæduntur, 70.c.71.c. in Lucania, Silva ad lacum Benacum, 219.c. ab Aurelio rursus victi, 71.d.

Digitized by Google

ibid. ab Imperatore Constantino M. Sarmatia pulsi, ibid. Valentem Imperatorem cadunt, 71.d.e. ab Hunnis sedibus suis pelluntur, 264.b.

Gothi duce Rhadagaiso Italiam intrant, 218.a. caduntur, 71.e. 218.b.c. Rege Alarico Romam capiunt, 71.e.f. 218.c.d. & seq. 541.f. à Stilicone ad Pollentiam superati, 257.d.

Gothi duce Theodorico rege ex Thracia in Italiam tendunt, 78.f. 219.a. 541.f. 553.a. Odoacri copias vincunt, 78.f. 533.a. totam Italiam Transpadanam euastant, 78.f. 79.a. 219.a. 533.b.c. Ravennam inque ea Odoacrum capiunt, 79.a. 219.a. 553.f. in Italia annis circiter LXX. dominantur, 79.a. caduntur à Francis, 566.b. Romam & vniuersam Italiam crudelissime tractant, 79.a. à Belisario magna parte Italia pelluntur, 566. 567. à Narsete vincuntur & exterminantur, 79.b.c. 219.b.c. 568. e. 569.a. & seq.

Gothi vtrum iure aliquo regem sibi creare, & Italia dominari potuerunt, 570. 571. 572 & seq.

Gouernum oppidum ad ripam Mintij fluuij in Gallia Cisalpina, 298. f. vbi Leo Rom. Pont. Atthilam stitit, 298 f.

Grabadona inter præcipua oppida lacus Larij, 404.d.

Gracteris oppidum Siciliæ, 1453. c.d.

Gradiscana munitio à Venetis contra Turcas extructa in Istria, 99. a.b. eius descriptio, 98.f. 99.a.b.

Gradus insula ad ostium Sontij siue Natissæ fluuij, 33.c.d. 58.d. ab aliis Gradatæ aquæ. 33.b.

Gradus ab Aquileiensibus Atthilam fugientibus condita. 33.c. 74. f. 75.a.b. 77.a.

Gradum Patriarchica sedes delata, 33.d. vnde graues discordiæ, ibid.

Gradensis Patriarcha nequaquam talis esse in Mantuano concilio declaratur, 88.d. Aquileiensi subiicitur, 88.d.f.

Gradensis Patriarchatus Venetias translatus, 33.d.

Gradenses Patriarchæ quidam: Claudianus vel Candianus primus à Pontifice Romano constitutus, 76. e. Venerius, 88.d. Vrso, 89.a.

Gracia Magna dicta pars Italiæ, 998. f. 1003.e. 1006.a.

Græci fabulosissimi & mendaces scriptores, 126.e.f. 127.a.b.c. 129.f. 130. a. 163.c.

Græci posteriores barbaris, 120.b.c. & sequent. 164.b.c. incerta originis 153.a. mentiuntur Italiam à se ortam, 126.c.d.e.f. 153.a. ab iis orti Ligures, 123.f. quod negat Halicarnassæus, ibidem. Romanos vocant barbaros, 127.c. ab iis orti Orobij, 118.f. 120.b.c. quod refutatur, 120.d.e.f. 121.a. & sequent.

Græ Alpes vbi sint, & earum descriptio, 290.b. & seq. de iis Alciatierror, 288 f.

Grasus mons qui & Adula in Alpib. 395.c.

Grasulphus frater Sisulphi dux Foro-Iulienſis, 81.f.

Gratius poeta Falliscus, 712.a. & sequent.

Granalenum alueus Ticini secundus, 529 c.

Granedona oppidum Gallia Cisalpin. 387.a

S. Gregorij corpus Venetiis habetur, 19.c.

Gregorius I. Rom. Pontif. à Romanis pro ipsorum Principe electus, 592.f. sed is id suum ius in Romanos in Imperatorem Phocam transtulit, 593.a. & seq.

Gregorius Patriarcha Aquileiensis missus ab Innocentio IV. contra Fridericum II. Imperatorem, 89. d. Parmam obsidione liberat, 89.e. Fridericum cedit & castris exuit, ibidem. bellum gessit cum Comitibus Goritia & ducibus Carinthiæ, 89.d.e.

Gregorius Patricius Exarchus Italiæ duces Foro-Iulienses fraude circumuentos necauit, 81.d.e.

Gregorius X. Pontif. Rom. nõ vult confirmare Philippum Aquileiensem, 89.e.

Gregorius Papa XII. Antonium Patriarcham Aquileiensem deponit, 94.a.

Grimoaldus Longobardorum rex, 81. f. 82.c. 83.f. 84.a. 608.c. & seq. pulso Partharito regni hærede. 608.d. Auares contra Lupum in Italiam euocat, 82.c.d. quos etiam moro stratagemate terret & ex Italia abigit, 82.83.a. proficiscitur Beneventum, 82.c. 608 f. Gallos cecidit, 608.e. & Romanos, ibidem. Vuarnefridum ducatu Foro-Iulienſi pellit, 83.b. inexpiabili odio persequitur Romanos, 83.f. Opitergium funditus euertit, 81.f. 83.f. & eius fines aliis distribuit, ibid.

Grimoaldus filius Sisulphi ducis Foro-Iulienſis ducatu patrio exclusus, 81.f. 82.a. Slauos cædit in Apulia, ibid.

Grondus vel Crondus flu. Calabriæ, 1039.a.c.

Grosgallus saxa scopulus lacus Larij, 410.d.

Grues quomodo ab aucupibus fallantur, 496.a.

Grumellum oppidum Laumellinæ regionis, 479.d.

Grumentia villa ad lacus Larij ripã, 400.f.

Grumentum oppidum Calabriæ, 1215.e.

Grupelium oppidum Laumellinæ, 482.d.

Gryptalia oppidum agri Tarentini, 1257.e. 1258.a. 1259.b.

Gualterius opp. Siciliæ, 1451.d.

Guastallum oppid. Boiorum in Gallia Cisalp. cum castro, 284.d.

Guilielmus Embriacus dux classis Genuensis primus muros Cæsaræ conscendit, & eius præmium, 643.e.

Guilelmus Scaliger filius Canis Grandis secundi, 222.a. Veronam reductus dux factus, ibid. veneno interficitur à Francisco Carrariensi ibidem. eius filij Brunorius & Antonius ab eodem carceri inclusi, ibid.

Gundebaræ, vide Cunthibarus.

Gundibaldus Burgundiorum rex Insubriam vastat, 553.d.e. captiuos Italos ad petitionem Epiphanij Episcopi Ticinensis dimittit. 556. 557. 558. Theodorici Gothorum regis amicus, 560.b. à quo etiam horologia dono accepit, ibid. & 561.

Gunipertus Longobardorum rex, 610.a.

Gurridas amnis Siciliæ, 1437.d.

Halesa opp. Siciliæ, 1453.a. hodie Catenia vel Colisanum, ibid.

Halex fl. Calabriæ, 1103.d.

Hamaxobij dicti quod in plaustris viuerent, 120.f. 121.a.

Hammon rex Libyæ, 146.f. 147.a.b. eius coniunx Rhea soror Chami, 146.f. 147.a. eius filius Dionysius ex furtiuo concubitu, 146.f. 147. a. à Chamo & Rhea ex regno in

Digitized by Google

Cretam fugatur, 147.a.b.
Hannibal Italiam paruo exercitu inuadit, 64.d. vbi Alpes transierit, 64.d. & sequ. 65.a. & seq.
Harga vel Hargadh vox Longobardica, opprobrij nomen, desidem & inertem significans, 84.d.85.a.
Hastulfus Pemonis ducis Fori-Iulij filius, 87.d.e. Luitprandum Regem obtruncare conatur, 87.d. strenuè se gerit bello Spoletano, 87.e.
Hebraea lingua prior Graeca, 121.d. & sequ.
Helias Capreolus scripsit de rebus Brixienſium, 174.b. eius laudes ibidem.
Helias Patriarcha Aquileiensis, 80.b.86.c. lapsus in haresim errorem renocat, 80.b. synodum celebrat, in qua Gradensis Ecclesia metropolis totius Venetiæ declaratur, ibi. ad hunc Pelagii II. Pont. epistola, 80.b.c.
Helicos fl. Siciliæ, 1451.e.f.
Hellanicus historicus dissentit ab Agesilao, 136.a. mendacii arguitur ab Ephoro, ibid. scripsit annales, 128.b.
Helvetij in Gallia Celtica, 252.e. eorum virtus bellica laudatur, 253.b.c.
Hema locus in Foro-Iulij. 83.b.
Hemopolis ciuitas Fori Iulij, 58.e. ripa Sontij accubat, ibid.
Heneti ex Paphlagonia veniunt in Italiam, 35.d.e. 62.e.f. 77.d.e. conditores Venetorum, ibidem. eorum oppidum Troia, 62.f. non sunt conditores Orobiorum, 122.a. fellunt Euganeos, 36.b.
Henetus rex Illyridis, 77.d.
Henricus prefectus Fori-Iulij, 88.e. Bauaros pellit Italia, ibid.
Henricus 3. Imperator Ecclesiæ Aquileiensi donat ducatum Fori-Iulij, 89.c. item Carniolam, ibidem.
Henricus Pamperginus capite multatus. 90.c.
Heraclea qua & Minoia Siciliæ vrbs, 1444.d. hodie dicitur Terra Noua, & Terra Heraclea, ibidem.
Heracleopolis, hodie Amygdalaria oppidum Calabriæ, 1216.d.
Heraclius Imperator Persas cedit, 594.f. Lateranense templum diripit, 595.b. in haresim labitur, ibi. turpi morte obit, ibid.
Heraclia ciuitas Venetiæ, 32.c.d. ab Opiterginis Opitergio euerso condita, ibid. in honorem Heraclij Imperatoris, ibid. Gallico tumultu deserta & hodie talis est, 32.c.d.e.
Heraclides Philosophus Tarentinus, 1276.f.
Heraclitus Tarentinus Philosophus, 1278.a.
Herasma virgo & martyr tempore D. Hermagoræ, 89.e.
Herbesus oppi. Siciliæ, 1441.a.
Herbita, vide Nicoxia.
Hercates populi Liguriæ, 441.a.
Hercinia-sylua in Germania, 254.b. de ea mira referuntur, ibid.
Hercinia sylua à Singonefo Gallo tentata, 63.e.f.
Herculanium olim oppidum Campaniæ, 754.c.d. 881.d. idem & Heraclea, ibid. hodie vicus, 754.c. eius nomen hodiernum, 761.964.f.
Hercules Cacum capit, 158.a.
Hercules Libycus Osiridis filius venit in Italiam, 199.d.e.f. 20.a. conditor Euganeorum, 199.e. pellit Lastrigones, ibid. redit in Celtiberiam, ibid.
Herculis promontorium, vide Formicula.
Herculeum promontorium Calabriæ, 1105.e.
Herinum, vide Regina.
S. Hermagoras cum S. Marco Euangelista Romam venit, 69.b. à Petro ordinatur Aquileiæ Episcopus, ibid. multis miraculis Aquileienses ad fidem conuertit, ibidem. à Sebasto præside cum aliis martyrio coronatur, 69.b.ibi. extra muros sepultus, 99 c.
Herodotus à cunctis mendacii arguitur, 136.b.
Heruli Hunnis coniuncti vastant Italiam, 73.74.
Herxemiri Longobardi factiuus audax, 87.d.
Hesperia olim dicta Calabria. 997.d.
Hetriculum, hodie Lataracum oppid. Calabr. 1043.d.e.
Hetruria triplex, Transcyminia, Ciscyminia & maritima, 707.e.
Hetruria cis Apenninum sita, 415.c. eius plana insalubria, 416.d. est calidissima æstate, & cur, 418.d.c.
Hetruriæ pars Liguria, 154.f. & Ligures quoque Hetrusci, 153.f. 154.a.
Hetruriæ ciuitates, Sena, Sutrium, Nepete, Capena, Falisci, Veij, vide plures in Faliscis & vnamquamque suo loco.
Hetrusci vnde dicti, 143.b.c. 133.d. 199.b.
Hetrusci dicti & Aramæi Scythæ, 143.a. & Armenis Saga, 143.a. & Hebraicè Galli, ibidem. & Razenni, ibidem. & Ianigenæ, 143.a. 159.d. 199.b. & Thusci à Græcis & cur, 143.a.d. 199.d.
Hetrusci à Iano orti, 126.f. 142.d. 143.a. vel à Phaethonte, 153.d. vetustissimi Italiæ populi, 139.e. 143.d. 198.d. 199.b. condiderunt Orobios, 122.a. 143.a. & sequ. 144. & sequ. quod alij negant, 122.a.
Hetrusci progenitores Vmbrorũ, 143.a. regionem Transpadanam primi tenuerunt, 153.b. 157.b.c. 170.e. 196.c.d. & sequent. 198.f. condiderunt Mediolanum, 122.b. 196.c.d. & Comum, ibid. Veronam, Mantuam, vide alibi. pulsi sunt à Gallis, 124.e.f. 125.a.b.c. & seq. olim potentissimi, 139.e. 156.e.f. eorum colonia Adria, 156.f. 198.f.
Hetrusci Ligures Apuani vbi sedes habuerint. 153.f. Hetrusci Populonij vbi habitarint, 154.a.
Hetrusci Ligures Tyrrheni qui, ibid.
Hetruscorum Lucumones, 157.c.d. 158.a. eorumque potestas tribuere regnum, ibid.
Hetruscorum reges in fano Hetruriæ regni sceptra sumebant, 157.c.
Hetruscorum rex Maloth, 152.f. qui Phaethontę Transpadana regione donat, 158 a. item rex Tharchon, ibid. qui Cacum duce Herculepellit & capit, ibid.
Ab Hetruscis orti Vulturreni, 198.e.f. & Rhæti, 196.f. 198.f. quo tempore, 199.b.c.
Hetrusci molles, imbelles, luxuriosi, 1018. & seq.
Heubolenses Siciliæ populi, 1456.a.
Hidra fluuius Fori-Iulij, 58.c. Sontium illabitur, ibid.
Hidra oppidum olim Siciliæ, hodie Codra, euersum, 1433.b.f.
Hieracium, vide Locrus.
S. Hieronymus presbyter Aquileiensis ortu, 71.a.
Aquileiæ baptisatus, 70.f.
cum Ruffino scriptis certat, 71.e.f.
de eius scriptis iudicium, ibidem.
S. Hieronymus doctor Ecclesiæ Brun-
dusinæ

Digitized by Google

dusine, 1401.e.f. *vbi etiam eius lingua*. *ibidem*.
Hieronymus Badoarius Venetus, 16. c.
Hieronymus Contarenus Venetus, 16. c.
Hieronymus Fracastorius medicus & Philosophus excellens. 201.c. *eius de conchis & ostreis in moribus effossis sententia*. 201.c.& *seq*.
Hieronymus Ioannes Venetus, 16 b.
Hieronymi Iustiniani Genuensis insignis iustitia. 645.c.d.
Hieronymus Veronensis Venetorum copiarum dux caditur à Turcis, 99.100 101.
Hierusalem parua, *dicta Verona*, 202 c.
S. Hilarius turris ad Brentam fluu. in Venetia. 30.a.
Himantopodes vide dicti, 121.a.
Himera fluuius Siciliæ, 1420. b. 1453.d.
Himera olim ciuitas Siciliæ, 1453.d. e.& *seq*.
Hipparchus Rheginus Mathematicus excellentissimus, *de quo multa*, 1095.c.& *seqq*.
Hipponium hodie Monti-leonum, *olim etiam Vibo & Valentia*, *ciuitas Calabriæ*, 1063 a. & *seqq*.
Hipponium promontorium Calabriæ, *alias Sabronium*, 1065 e.
Hipporum, *quod & Felum pagus Calabriæ*, 1072.f.
Hirminium opp. Siciliæ, *hodie Ragusa*, 1455.f.
Hirpii vel Hirpi familiæ olim apud Falisc os, *qui illæsi ignem transibãt*, 712.b.& *seq*. 713.a.& *seq*.
Hisarci populi olim Insubriæ, 379.e.f. 387.e. *eorum opp. Arcisate*, *Isarsum & Pjaltrium*. *ibid*.
Historia olim tantum annalium confectio erat, 128.a.
In Historia argumentum à notatione nominis validum, 121.b.156.e.f.
Historici qui recipiendi, 127.e.f. 128.a. b.& *seq*.
Hisprium locus in Insubribus ad lacum Verbanum. 295.b.
Homerum taxat Dion Chrisostomus, 196.d.
Hominum diuersissima ingenia, 113. 114.
Honorius II. Papa fuit Aquileiæ, 80.c.
Raymundum ducem Austriæ fac regem Hierosolymorum, 89.c.
Horchia Dea Hetruscorum, *aliàs Pomona*, 716.b.
Hormisda Papa legatos mittit ad Anastasium Imperatorem de fide, 563.b.
Horologia miri artificii olim in Italia facta, 160. 561.
Hortensianum templum Venetiis, 13. c.
Hostilia oppidum Veronense in ripa Padi situm, 216.b.c. *vel potius Bosorum*. 385.a.
Hungari androphagi, 83.d.e. *vastant Italiam*, 88.d.
Hunni origine Scythæ. 72.c. 264.b. *eorum sedes circa Sarmatiam*, 72. c.d. 264.b. *Gothos sedibus suis pellunt*. 264.b.
Hunni considerunt Hunnitum siue Vinũ. 56.c. 73.e.f. *non sunt Pannones*, *sed Scythæ*, 73.f. *vastant Thraciam*, 73.a. *Macedoniam*, *Mysiam*, *Achaiam*, 72.f. *in Italiam irrumpunt eamque vastant*, 73. 74. 543.a.& *seq*.
Hunnium siue Vinum ciuitas Forijulij eius caput & metropolis. 56. c. *ab Hunnis dictum*, 56.c. 73.e. *ab iisdem primo conditum*, *ibidem*. *eius descriptio*, 56.d. & *seq*. *alluitur à Turro fluuio*. 56.e. *Hunnũ non Vinum dicendum*. 73.e *a Papo Florentino & Vngaris corrupatur*. 94.c.d. *dedit se Venetis*, 95.c.d.
Hunnium venit Carolus IV. Imp. 92.c.
Hunnienses Comitem Goritiæ cedunt fugantque, 90.f 91.a. *capiunt & diruunt Braulinum*, 91.a. *recipiũt Faganeam*, 91.b. *Sanctum Danielem*, *ibidem*. *Moruicium*, *ibidem*. *Bugiam*, 91.b. *Castellerium demoliuntur*. 92.b.c. *Mansanum capiunt*. 93.b. *Beitrum euertunt*, *ibidem*. *Fontanam bonam occupant*. 94.c. *Philippum Caraxalem à Pontifice Aquileiæ præpositum recipere nolunt*, 93.c.d.
Hybla ciuitas Siciliæ, 1441.c.d. *hodie Misillis*, *ibid*. *non eadem cũ Megara*. *ibid*.
Hyccara, *nunc Vicaris oppidum Siciliæ*, 1420.b.
Hyela. *hodie Bonifatum oppid. Calabriæ*, & *eius laudes*, 1040.f.
Hylias fl. Calabriæ, *hodie Trientum*, 1182.a.e.
Hyrcanij montes iidem cum Tauro, 141.a
Hyria siue Vria præclarissima olim Iapygiæ ciuitas, 1314.c.d.

Iacis arx & pagus Siciliæ, 1439. a.
Iacobus Majetius vir doctus. 259. f.
Jacobus Marellus dux classis Venetæ in expeditione occubuit. 8.c.
Iacobus Villafranca Veronensis, 194. d.
Sancti Jacobi templum Venetiis voto ob ciuitatem incendio seruatam erectum, 10.a.
Iactus nomen loci Venetiis, 13 b.
Iadera ciuitas Illyrici ab Attila euersa, 73.b.
Ianicula dicta Italia à Iano, 142.f. 143.f. 150.b.
Ianiculum mons à Iano dictus, 126.f.
Ianigena Galli, *qui*, 133.e. 143. a. 146.d. *idem qui & Hetrusci*, 143. a. 198.b.c.d.
Ianus idem qui Noe, 133.a. 143.d. 151.d.e. 198.b. *item Gallus*, 176. d. 198.b. *item Oxyges priscus*, 133. a. 143.d. 198.b. & *Oenotrius*, 143. a. *ab eo dictum Ianiculum*, 126. f. & *Italia Janicula*, 142.f. 143.a. 150.d.
conditor Thuscorum, 126.f. 143.a. 198.b.c.d.
Ianus Aramæis significat vitiferum, 151 f. *à Chamo siue Satiro no filio cur castratus dicatur*, 151.d.e. 152. a. *venit in Italiam primum*, 198. b. *Vmbriam tenuit*, 198.b.c. *reuertitur in Armeniam*, 198.c. *rursus regreditur in Italiam*, 198.d
Ianisilius Cranaus Ruzenus, 198.c.
Ianus Thuscorum Deus idem qui & Vertumnus & Vadimon, 717.e. f. & *sequent*. *cur bifrons & quadrifrons fingitur*, *ibidem*. *olim Thuscorum rex*, & *eius regia* 718.a.
Janus Concordiæ regulus Attilæ tempore, 77.a.
eius coniunx Ariadna, *ibid*.
Iapetus qui & Iaphet Iulius Noe, 141. f. 143.d.e.
Iapidia contigua Foro Iulii, 53.d. *hodie Cranium vel Carnium*, 53.d. 58.d. *illa ipsa quæ Forum-Iulium*, 161.d.
Iapygia pars Calabriæ, 998.d. 1004.e. f & *seq*.
Jarratana, *vide Ciratana*.
Jasisum fl. Calabriæ, 1191.d.

Digitized by Google

Iccus Tarentinus Medicus & Athleta. 1278. a. & seqq.
Icthyophagi à piscium esu dicti. 120. f.
Iera opp. Sicilia, hodie Giracis. 1452. f.
Iesuati & eorum cœnobium Venetijs. 6. b. c.
Iesulum ruinæ Equilij oppidi Venetiæ. 32. d.
Ildoualdus Gothus Dux Veronæ. 219. b. c. factus Rex Gothorum. 219. c.
Ilex castellum in confinio Liguriæ & Hetruriæ. 641. a.
Illyridis partem occupant Slaui circa tempora Mauricij Imperatoris. 84. f.
Illyricum bellum omnium post Punica difficilimum. 67. d. triginta legionibus à Tiberio gestum. 67. d.
Illyricum à Tiberio domitum. ibid.
Iluates pop. Liguriæ. 441. b.
Imagines sanctorum qui tollit, eorum memoriam abolere cupit. 615. c. imaginum vtilitas. ibid.
Imatra opp. Liguriæ in Alpibus maritimis. 288. e.
Imaus mons Indis dicitur, qui nobis Taurus. 141. e.
Imola vide Forum Cornelij.
Imperatores cur Moguntiaci, siue Modoetiæ in Insubria coronari soliti. 301. a. & seq. quibus ceremonijs, & quid significantibus. 302. a. & seq.
Imperator non est qui Mediolani coronam Imperij non susceperit. 336. a. c.
Imperatores quando primum à Papa excommunicati. 563. d. e. item quando primùm ab ijsdem coronati. 565. e.
Imperatores quo iure Dominium Romæ amiserunt, & id in Papas est translatum. 592. d. & seq.
Imperatorum in Pont. Rom. impietas. 606. b. & seq.
Imperator Papæ miles. 505. e. eoq; inferior. ibid.
Imperium translatum ad Francos. 219. f. à Francis ad Longobardos. 88 f. vel ad Germanos. 220. a. b.
Incinus pagus, oppidũ Bergomoio. millium interuallo distans. 171. f. quibusdam doctis Liciniforum fuisse videtur. 171. f. 277. a. 382. a.

Indi Taurum montem vocant Imaum. 141. e.
Indi Bachum vocant Dionysium. 147. d.

Ingauni vel Albingauni populi Liguriæ. 440. e. f.
Inglorius Rex Longobardorum Luitprandi nepos. 620. c.
Innocentius IV. Genuensis Papa Fridericum II. Imperio privat. 89. d. 642. e. Mittit Gregorium Aquileiensem contra eundem. 89. e. Eius laudes. 642. C. & seq.
Inscriptiones lapidum à magnis & vetustis auctoribus ad probandas aliquas historias productæ. 346. d.
Insubriæ termini. 262. 347. b. c. 348. a. 358. c. 437. e. f. 438. & seq. 477. a.
Insubriæ situs & cœli clementia. 330. c. d. & seq. 504 e. 505. & seq. fertilitas. 330. d. 477. a. 505. & seq. populositas 330. d. e.
Insubriæ laudes & eius regionis commoda. 262. a. 263. a. & seq. 265. b. 329. 330. 477. 478.
Insubria inclinato imperio Rom. etiã Liguria dicta. 343. c. d. cur toties à barbaris populis vastata. 265. a.
Insubria meliores villas habet, quàm alibi in Italia sint ciuitates. 329. c. d.

Insubres vnde dicti. 306. f. 307. a. & seq. 349. e. Insubres inter Gallos Cisalpinos præcipui. 347. b. 348. a. eorum vetusti mores & viuendi ratio. 348. a. b. 349. c. d.

Insubris cum Senonibus Thusciam inuadunt. 133. d. 138. a. Romam capiunt. 133. b. 318 b. alia vetusta illorum res gestæ. 388. 319. ingenti prælio cum alijs Gallis Cisalpinis profligati. 319. 320. rursum à Romanis magna cæde fusi. 321. a. & adhuc alio prælio. 321. d. Annibalem iuuant. 321. f. Cæsaris partes in bello ciuili sequuntur. 322. a. M. Antonium oppugnant. 322. b. c. & seq.

Insubres semper Romanis infidi & infesti. 1010. e. f. & seqq.

Insubrum princeps Medus. 126. b. c. 262. c.
Ab eo conditum Mediolanum & nũcupatum. 262. c. 349. d. vel saltem instauratum. ibid.

Insubria à Marcomannis vastata. 532. b. ab Hunnis. 543. f. & seq. Ab Alanis vastata. 544. f. & seq. A Gothis & Rege Theodorico occupata. 553. a. & seq. A Burgundis direpta. 553. d.

Insubrum familia clara, tam veteres quam nouæ. 265. d. 266. 267. & seq.

Insubriæ populi, ciuitates, oppida, castra, locaque celebriora:

Acerra, Acerræ, Actiacum, Adglaream Verbani, Agones populi, Albizatum vel Albutiatum, Alsona, Sanctus Angelus, Angleria, Ara Cæsaris, Arciſate, Armi vallis, Arona, Ascona, Bellinzona, Belzoiosum, Besutium, Bilacum, Bina vel Binascum, Bisusti, Biterra, Brebium. Brenni populi, Brixantei, Brigantia, Brisagum, Bugnciacus pagus, Bustacium, Bustum Arsium, Cactiacum, Caidatum, Camurianum, Campania tractus, Campilionum, Campionum, Candia, Candium, Canobium, Caput lacus, Cariate, Carnagũ, Carnuntum, Castillionum, Castrum Insubrum, Castrum Sepriy, Castrum Stiliconis, Cimbri populi, Cimbrorum vicus, Cluium, Comacina insula, Corbetta, Coloniola, S. Columbani oppidum, Crena, Cuuia vallis & oppidum, Dauerij vicus, Domossula, Eganes populi, Fulcheria insula, Gallareatum, Ganna vallis, Gauni populi, Germiniacum, Glarea Verbani, Gouernum, Hisarci populi, Hispria, Insubrũ, Intra, Isarsum, Iselle, Lacmellina, vel Laumellina regio, Laij populi, Lamatium, Lauenum, Lauerium, Lauinium, Laus Pompeia, Lebetij populi, Lebui populi, Libitij, Licinoforum, Locarnum, Lomatium, Louinium, Lucanum, Machanum, Magadinus vicus, Malenatum, Malpagus, Martianum, Maxentia, Mediolanum, Modoetia siue Moguntiacum, Monatius vicus, Mongerosus vel Mons Mindricius, Mons Orphanus, Morasentium, Oggiona, Olonum, Orobij populi, Orona vallis, Ossilla, Papia, Parabagiũ, Picta curia, Polegium, Pontirolus, Portus Lucani lacus, Proxinium, Psaltrium, Sapriam vel Sesrium,

Sextilli. Sext. Calendas opp. sive Sextium, Sicomaria regio, Sideriacum, Solbiatum, Stabium, sive Stabula, Subrium. Ternatius vicus, sive Terlacus, Ticinum, Tradate, Traualia, Turbinis castrū, Vallexitus sive Vasisium, Vilicula Arni, Vallis Brennia, Vallis Gaune, Vallis Leuentina, Vallis Mesochi. Vallis vetus, Varetina regio, Varisium, Vedanus pagus, Venegona, Veneris Agonalia, Vicus Cluij, Vicomercatus vel Vicus Martis, Vicus Seprij, Vicus Varronis, Vigluuium, Villafranca, Vogenia: vide etiā plurā in Laumellina & Orobijs requirē etiam vnumquodque suo suo.

Insubria, flumina, lacus, fontes Agonia, Arnus, Benacus lacus, Brembus, Brorchus. Carona vel Cadronia, Deturbius, Durias, Eridanus, Eupilis lacus, Glareatus lacus, Giuratus lacus, Isseus lacus, Lambrus, Larius lacus, Lucanus lacus, Maior lanus, Martisamnis, Mela, Mesus, Monatius lacus, Morma, Ollius, Olona, Ombro, Orona duplex, Orta lacus, Pusiani lacus, Sebinus lacus, Serius, Sesites, Te. natus lacus, Ticinus Trissia, Verbanus lacus, Vernasina, Vetus fl. Vmbro qui & Lambrus, vide suo quodq; loco.

Insubria montes & calles celebriores: Adula, Alpes, S. Barnabe mons, S. Bernardini mons, Briantei colles, Generosus mons, S. Gotthardi mons, Graia Alpes, Lucumonis mons; Mons Robius, Sempronii mons, Turderia, Vesulus, quare quodq; suo loco.

Insubrium opp. olim celeberrimum apud Insubres, 351.b.c. 272.e. non est Mediolanū, 272.e. 351.e. 354.e. sed Castrum Sepriū, ibid eius descriptio & hodierna conditio, 352. d. & seq 353.e.f.

Intemelsi populi Liguria, 440 e.f.

Intemelium opp. Liguriæ, hodie Vintimillium, 440.e.

Intra vel In trium vicus Insubrum ad Verbanum lacum, 295.a. 375.c.

Joachimus Abbas Calaber, eius vita & scripta, &c. 1051.f. & seqq. item an hæreseos condemnatus, ibid.

Ioannes Balbus Genuensis author Catholici, 642.f.

Joannes Patriarcha Aquileiensis, 86.b.

S. Joannes opp. agri Placentini. 299.e

Ioannis martyris corpus Venetiis, 17. d.e.

S. Ioannis Baptistæ dextera Venetiis, 13.f.

S. Joannis Baptistæ templum in Venetia, 27.d.

Ioannis Bellinus pictor insignis. 12.f. tabula ab eo picta, 12.f.

Ioannes Patriarcha Aquileiensis à Gisulfo Duce Fori-Iulij constitutus, 80.c.

Ioannes Carottus Veronensis pictor, 203.b. edidit antiquitates Veronenses, 203.b. 204.c. 209.c.f.

Ioannes Chrysostomus Zanchius reprehenditur, 310.d. 350.a. & seq.

Ioannes Franciscus Porpetinus capite mulctatus, 89.f.

Ioannes Galeacius dux Mediolani 222.a. & seq. Veronam pulso Antonio Scaligero occupat, per annos XVIII. 221.d. 222.a. castrum D. Petri, & castrum D. Felicis, ibid. edificat, 222.a. condidit oppidum Belzoiosum, 275.d. eius laudes & res gestæ, 328.a. & seqq.

Ioannes Gualbertus author vallis vmbrosæ cœnobij in Hetruria, 654.d.

Ioannes Matthæus Gibertus Episcopus Veronensis, 194.a. eius laudes, 195.a.b.

Joannes Moravianus Patriarcha Aquileiensis, 93.f. Friderici Sanvorgnanum interficiendum curat ibid. ab eius filio Tristanno cæditur, 94.a.

Ioannes Papa à Theodorico Rege legatus ad Iustinum Imp. missus, 595.b. eum coronat, ibid. a Theodorico Rege necatur, ibid.

Joannes Papa 19. præsedit concilio Rauennensi, 88.f. Gradensem Aquileiensi Patriarchæ subiecit, 88.f

Interfuit dedicationi Ecclesiæ Aquileiensis, 89.b. viginti Episcopos Aquileiesi Patriarchæ subiecit, 89.b

Ioannes Zacharias Venetus, 16.e.

S. Iobi templum Venetiis, 12.f.

Ipolis castellum Calabriæ, 1067.a.

Ipoletum fl. Calabriæ, 1060.c.

Iria fl. Galliæ Cisalpinæ, hodie Scrivia, 282.c.d. vel Ratus Plinij, 299.b

Iria ciuitas olim Galliæ Cisalpinæ, 282.c.

Isarsum municipiolū Insubriæ, 379.a

Isaurus fl. Calabriæ, 1039.d.f. 1041.a. 1191.d.

Iscla insulæ descriptio & eius mirabile incendium, 872.d. & seq.

Iselle vicus Insubriæ ad Verbanum lacum, 295.b.

S. Isidori corpus Venetiis. 20.e.

Isis filia Chami sive Saturni Ægyptii ex sorore Rhea, 146.f. 147.b. eadem dicta & Iuno Ægyptia, 147 b. vxor etiam Osiridis, 147.b. et committit Osiris regnum Ægypti, 148.d.

Ispa fl. Siciliæ, hodie Lapriſa, 1444.d 1456.c.d.

Ispica fl. Calabriæ, 1055.a.

Iseus lacus Insubriæ qui olim Sebinus, 298.e.

Istria conligua Foro Iulii, 53.d.

Italia olim solius Calabriæ nomen, 998.c. 1000.c. 1001. b. 1002.b. vnde dicta, 150.b.c. 998.c. 1000.f. 1001.b dicta olim & Vaticana. 142.e. & Janicula, 142.f. 143.a. & Chamesena, 143.a. 150.b. & Saturnia, ibi. & Saleumbrona, ibid.

Italiæ situs & diuersa per partes aeris constitutio, 415. 416. 417. 418. & seqq. 421.a. & seqq.

Italia vnum ex tribus Europæ promontoriis, 60.d.f. a tribus interibus mari alluitur, 60.d.e. a septentrione Alpibus clauditur, 60.d.e. 170.c.d. similis quernofolio, 60.e. Ab Apennino per medium discriminatur, 60.e. 170.b. alluitur Adriatico mari, 60.f. Ionio, 60.f. Tyrrheno, 60.f. Ligustico, 60.f. Siculo, 60 f. finitur ad Leucopetram, 170.b.

Italiæ quanta vires olim, 64, b.e.

Italia in quinq; partes diuisa, 415. d. & seq. vel in tres aut quatuor, 170. b.c.

Italiæ populi splendidissimæ originis, 125.c. quorundam nomina: Aborigines, 61.a. Armenii Sagæ omnium primi qui & Hetrusci, 143. a. Arcades 91.a. Dyrus, 142.d. Galli Sagæ, 142.d. 143 a. Hetrusci omnium primi, 139.d.e. 143.a. Latini, 61.b. Oenotrii, 61.a. Pelasgi, ibid. Rutuli, 61.b. Siculi, 61.a.

Italia cœpit habitari sub Iano sive Noach & Chamese, 139.c.d. 142. c.d.e.f. ab Osiride vniuersa occupata, 149.c.

Digitized by Google

Italia ab Argonautis inuasa, 61.f.62.a. & seq. ab Henetis, 62.a.e.f. à Diomede Aetolo, 63.d.

Italia inuasa à Gallis duce Belloueso, 61.c.63.e. à Germanis duce Elitonio, 63.f.64.a. à Senonibus & Boiis, 64.a. itē ab aliis Gallis ducibus Comgeitano & Ancoeste regibus, 64.a.b. qui ad internecionem ferè cæsi 64.b.c. ab Hannibale & Pœnis, 64.b.e.f. Italiam rursum alii Galli Transalpini inuadunt, 65.f.66.a. item Cimbri, Teutones & Ambrones Germaniæ populi, 61.d.67.a.

Italia vastatur à Marcomannis, Hunnis, Herulis, Vandalis, 544.a. Gothis, Alanis, 544.e. Longobardis, Auaribus & Slauis quare suo loco.

Italiæ origines scripsit Cato. 123.a. & seq.f. item C. Sempronius, 123.f. 126.e.

Italiæ rex Lastrigo, 150.a.

Italia cur toties à Barbaris vastata & excisa, causa referuntur, 538. 539.540.541. & seq.

Italicarum ciuitatum status & conditiones antiquitus, 458.e. & sequ. 459.a. & seq. 460. 461.462.

Italia à Phœnicibus & Sagis oriundi, 126.c.139.d.142.d.c.f. 143.a. & seq. non à Græcis, vt vult Trogus Pompeius, 126.c.d. 143.a. & sequ.

Italiæ tertia agrorum parte ab Odoacre Herulo mulctati, 550.d. Et à Gothis.555.b.

Itali idem qui & Oenotri & Ausones.997.e.f.

Italus rex Italiæ, 130.f.131.a. & sequ. vel Ianigenarum, 199.d. eius filia Roma, 130.f. ab ipso Siculis & Aborigini bus præfecta, ibidem.

Italus alias Chitym dictus, 199.b.c. cur Italus dictus, 199.c.

Ithacusa vel Ithacesiæ insulæ Calabriæ obiectæ, & earum præsentia nomina, 1065.b.

Itone oppidum olim Calabriæ, 1110.c.

Iudæi Biblia sacra corruperunt, vt Græca emendatiora nunc sint Hebraïs 311.b.

Iudaica insula Venetiis ad meridiem obiecta 3.c.5.e.
theatri species lunata, ibid. diuersum quid ab vrbe ipsa, 4.e.

S. Iuliani finitimus, vide Millia.

Iulius II. Papa animum plus bello, quam religione implicatum habuit, 617.b.

Iulius Cæsar quæ à legiones in Galliam traduxit, 67.d.e.

Iulia Augusti filia, Aquileiæ peperit, 68.a.

Iulia Alpes quæ, & earum descriptio, 64.e.f.65.d.293.c.d. & seq. 345.c.d.

Iulia Alpes non eædem cum Cottiis, 343.344. dictæ à Iulio Carnico, 345.d.

Iulia Alpis saltus, vbi & quis, 289.f.

Iulia regiuncula Carniæ montanæ, 64.f.

Iulium oppidum in Carnis, Iulium Carnicum dictum.57.c.64.f.

Iulienses proximi Noricis & Carnis, 64.f.

Iuliana opp. Siciliæ, 1443.e.

S. Iuliani fl. vide Millia.

S. Iuliani templum Venetiis, 14.f. 20.e.

S. Iuliani fanum in stagnis Venetis, 31.e.

Iulium Carnicum, 57.c. mediterraneum Carnorum oppidum, 57.b. situm in Alpibus, 345.c.d. ab eo Alpes Iuliæ dictæ, 345.d.

Iuno Ægyptia eadem quæ & Isis, 147.b.

Iupiter Belus Ninus vel Nimbrothus 145.a.b.c.

Iupiter Iustus Olympicus fuit Misraïm filius Cham, 146.b.

Iuris Ciuilis à Iustiniano editi, qui comperiantur defectus, 576 577. & seq. eius vtilitas etiam vbi ius Romanum non obseruatur, 577.e.

Ius Canonicum quos defectus habeat, 577.d.

Iurisconsultorum catagolus, ex quibus Digestum est collectum, & tamen initio Digestorum omissi sunt, 578.c.d.

Iustinianus Imper. Gothos Italia per duces Belisarium & Narsetē pellit, 565.566.567.568.
Rom. Ecclesiam altarum omnium principem declarat, 575.b. & seq.

Iustinus male Veronam à Gallis conditam asserit, 196.a.

Iustinus I. Imp. primus ex Imperatoribus à Papa coronatus, 565.e.

Iustinus II. Imperator negligentia & animi stupiditate Italiam perdit, 580.e.f.

Iuuenates, 184.b.

Iuuentius vel Iubentius Episcopus Ticinensis tertius, 585.e. 588.c. & seq.

Ixias, hodie Caroleum oppidum Calabriæ, 1055.e.

Laboria pars Campaniæ circa Cumas, & eius laudes, 749.b.c. 767.d. olim campus Phlegræus, ibid. nomen hodiernum, 761.

Labrusca & eius vsus ac frequentia in Laumellina, 491.e. & seq.

Lacania castellum Calabriæ, 1060.e.

Lacinium promontorium Calabriæ 1146.a.1252.b.

Lacinium Iunonis templum, 1146.f.

Lacmellum oppidum olim Lebuorum Galliæ Cisalpinæ, alias Laumellum. 261.c. hodie pagus, ibidem. ibi celebrata nuptia Theodelindæ cum Agilulfo rege Longobardorum, 261.d. vide plura in Laumellum.

Laconium Marmor, 23.d.

Lacteus amnis mirabilis in lacum Larium sese effundens, 407.d. & sequ.

Lagaria ciuitas Calabriæ, 1215.b.

Lastrigo gigas nepos Osiridis, 150.a. filius Neptuni, ibidem.
rex Ianigenarum ab Osiride constitutus, ibid.

Laui Ligures qui & Laii, 444.f.445.a. & sequ. vbi fuerint vetusta eorum sedes, 464.c.
vnde dicti, 446.d.
eorum antiqua conditio & libertas, 463.e. & sequ. 464.a. & seqq. 470.471.472.474.
Romanorum socii, 464.f.465.a. & seq. 474.b. & seq.

Laumellum oppidum (quod & Lacmellum) Ligurum Laorum, 471.e. eius descriptio & situs, 479.d.e.

Laumellina regio à Laumello oppido dicta, 471.e.f.
(aliam nominis rationem, vide 478.f.) eius situs & descriptio, 477.e. 478.a. & seqq.

Laumellina satiua & fructus frequentiores: asparagi, 483.a.
fungi, ibidem, e. mori & bombyces, 484.d. fraga, 485.f.
serpillum, ibidem. fœnum multiplex, 486.c.
frumenta varia, ibidem, f.
lina præstantia, 489.a.
vina tenuia, 491.e.
labrusca, 492.e.

Laumo-

Digitized by Google

Laumellina miranda inundationes certis temporibus, 497 a.

Laumellina regionis oppida & vici: Alagnia, Aulanianum, Bremium, Burgo-francum, Burgus sancti Syri, Calauenna, Caldesolum, Campolanum, Camporanea, Candiola, Carilassium, Carium, Castellum S. Angeli, Castronouum, Cenetum, Cernachus pagus, Cocium, Confluentia, Durium, Ferarsa, Gambarana, Grumellum, Grupellum, Laumellū, Meda, S. Nazarius, Parona, Plebs Albancola, Plebs Cary, Rodobiū, Rosacium, Saluiana, Sartirana, Sfortiaca, Trumellum, Turturellum, Validum, Valgium, Vastalarrasia, Viclauanum, Vicobianum, Zmascum.

La tanara oppidum Sicilia, 1445. b.

Laficara oppidum Sicilia, 1452. b.

Lai populi Gallia Cisalpina, qui & Salassi, 258. c. inter Padum & Alpes habitant, 347. b. vide Lani.

Lalicata oppid. Sicilia, 1444. a.

Lamassa opp. Sicilia, 1451. c.

Lambrus duplex fluuius in Insubria 298. d. e. 382. alias Vmbro, ibidem. ex Eupili lacu defluit, ibid. 489. d. 493. d.

Lambri fluminis descriptio, 502. d. e. seqq.

Lametia, hodie Euphemia opp. Calabria, 1059. f.

Lametum flum. Calabria, ibidem, 1060. a.

Lametum vicus, ibid. c.

Lamo Herculis filius, 154. a.

Lamones campi Hetruria pleni lapidum, 154. a. claripugna Herculis, ibid. ab Lamone eius filio appellati, ibid.

Lamotta oppid. Sicilia. 1440. c. & aliud, 1453. a.

Lampetes promontorium Calabria, 1041. a.

Lampetia oppid. Calabria hodie Cetrarium, 1043. b. c.

Lanactum promontorium lacus Lariy, 404. d. e.

Langatij populi Liguria, 440. e.

Laodalum, vide Hexapylum.

Lappones omnium hominum commercia vitant, 253. e.

Laprisa, vide Ispa.

Largo fossa nauigabilis in Venetia, 32, e. f.

Larius lacus Hetrusca voce sic dictus, 198. f. 296. d. 395. a. à Thuscis patricius Vulturrenus qui eum incoluerunt, 198. e. f. vel Graca voce dictus quasi suauis, 274 c. 299. d. alias Sucrenus, 274. c. in eum se exonerat Abdua, 395. b.

Laris lacus descriptio, 296. d. & sequ. 395. & seq.

Lario lacus adiacentia oppida & vici: Adrancum, Aqua frigida, Arcennium, Asina vallis, Belbianum, Barra, Bellanum, Biennium, Blenium, Breia, Buzanicum, Canauis, Cajeta, Camporiacum, Canonica, Carallum, Carenum, Catena Apia, Cauerriones, Cerasia, Cessimia, Clauenna, Colecum, Colonium, Comacina insula, Comum, Corenum, Dacium, Delphina, Domasium, Dorbinum, Garumia, Gerasium, Gera, Gerentiana, Grosgallia saxa, Grabadona, Grumellia, Lecenum, Lellum, Lemna, Lennum, Leucum, Luernia, Lopia, Malgratum, Mandellum, Meriola, Minaciū, Mirabella, Molma, Multrasiū, Mussium, Nessium, Nobialius vicus, Oleium, Olonia turris, Onium, Palentia, Parietes, Parlasca, Piscalium, Platea, Plona, Pomponiana, Quartianum, Rhationicum, Rubenna, Sala, Speciannm, Spuranū, Stabium, Succota, Summolacum, Surrinum, Tabernula, Teola, Toldinium, Tremetium, Turnium, Turregia, Vacania, Varena, Vasenna: quare suo loco singula.

Lacum Larium influentes fl. & amnes: Abdua, Blesia, Calendonus, Camogia, Clarentius, Lacteus amnis, Mera, Plusuerna, Varro: quare alibi.

Lario lacui adiacentes montes aut promontoria: Barrus, Bilacium, Busbinius, Corderia, Lanactum, Linco, Linio, Murca, Olympinus, Perlana, Picra, Platus, Roberetū, Saxa-rancida, Turniū, Veterianū: qua suo loco reposita inuenies.

Lateranum templum Venetiis, 19. a.

Lataracum, vide Hetriculum.

Latij plamcies insalubberrima, 416. d. regio calidissima & cur, 416. d. 418. c.

Lauenum oppid. Insubrum ad lacum Verbanum, 295. b. 369 f.

Laus opp. Calabria, 1057. a.

Laura ciuitas Calabria, ibid.

Laurentia amnis Calabria, 1181. e.

Laurentius Delphinius Venetus, 16. a.

Laurentius Monachus Venetus historia scriptor, 79. b. f.

Laurentum castrum Calabria. 1192. e. item opp. 1101. c. & fl. ibid.

Laurete vrbs olim in Calabr. 1149. e.

Lauretum locus in Veneta regione, 25. f. vbi Adriani à Venetis cesi opes & potentiam amiserunt, 25. a.

Lauretum fl. Calabria, 1182. f.

Laurianum opp. Fori-Iulij, 86. e.

Laurinium opp. Campania, 884. d.

Lauritellus mons propè Tarentum, 1257. a.

Lauania fl. Liguria, qui hodie Entella, 640. c.

Lauania vicus Liguria, ibid.

Laus Pompeia ciuitas apud Insubres, 275. e. à Bois condita, 275. f. à Pompeio Strabone colonia deducta & appellata, non autem à Pompeio Magno, 275. e. euersa à Mediolanensibus, 275. f. alio loco instaurata ibid. eius ager fertilissimus, ibidem.

Laus fl. Calabria. 1035. d.

Lautharis dux Fori-Iulij, 83. f. Nihil gessit memorabile, ibid.

S. Lazari fanum prope Venetias, 26. f. aliud, 29. e.

Lazaretum instar oppidi propè Venetias, 29. d. huc deferuntur ex vrbe peste correpti, ibid.

Lazaretum nouum apud Venetos. 30. b.

Lebui vel Libui Liguria populi vel Cisalpine Gallie vltra Ticinum, 258. b. 347. b. 358. c. 444. f. 445. a. 465. f. idem & Lebetii, 258. d. 347. b. & corrupto textu Plinij Lybici. ibidem.

Lebuorum vrbes & oppida sunt: Augusta Prætoria, Hipporrhedia. Vercellæ, Nouaria, Forum Lebuorum vel pagus Lauzarius, Rhaudium, Syllauenium, Castra-Mariana, Vergeminum siue Vigleba num, Sforciaca villa, Casilinum duplex, Gemina columna siue Gambalotum, & Lacmellum siue Laumellum vel Laumellum: vide plura in Laumellum.

Lecenum tractus lacus Larii, 416.

Ledra flu. Fori-Iulij, 54. f.

Lecen ciuitas iuxta lacum Larium, 171. f. à quibusdam Licini-Forum fuisse putatur, ibid.

Digitized by Google

Legiunum oppidum Insubria à legione Romana ibi locata dictum, 371.f.

Legum Sicilia oppidum incertum, 1457.a.

Lelbia olim municipium Æmyliæ. 281.d.

Lellium villa ad lacum Larium, 401.b.

Lemna villa ad lacum Larium, 411.b.

Lennum viculus in ripa lacus Larii, 404.f.

Lentia fluuius Gallie Cisspadane, 299.b.

Leo I. Pontifex Romanus Attilam a Romam mouear persuadet, 78.c.d. 218.e.

Leo tertius Romanus Pontifex à Gracis ad Francos transfert Imperiũ, 219.e.f.

Leo decimus Pontifex Maximus voluptatibus planè immersus, 617.c.

Leo Patriarcha Aquileiensis, 88.e. à Rhodoaldo Longobardo occisus, ibid.

Leonardus Aretinus scripsit laudes Florentinæ vrbis, 324.c.

Leonardus Lauredanus Venetus, 15.c.

Leonides Tarentinus poeta, 1284.a. & seq.

Leontium vrbs olim Calabriæ, 1177.d.

Leo vel Leontia locus Siciliæ, 1426.f.

Leontini ciuitas Siciliæ, eius ortus, descriptio & varia fortuna, 1432. 1433. hodie Lintini, ibidem. Viri Leontini illustres. 1433. d. & sequent.

Leontium meretricula scribit contra Theophrastum, 136.d.

Leos amnis Calabriæ, 1181.c.

Leopontii vbisiti, 292.c.e. hodie Leuentina vallis, 374.e.

Leopontiæ Alpes, 292.c. 374.e.

Lepas vertex montis Eryali in Sicilia, 1426.f.

Lesa fl. Calabriæ, 1179.b.

Lesbius, vide Vesuuius.

Letini Siciliæ populi, 1456.f.

Lenantum municipium Liguriæ, 640.e.

Leuasum, vide Sacra.

Leucogæi colles in Campania, 752.d.e. hodie, de la Lumera, 761.

Leucopetra oppidum Calabriæ, 1100.e. item eiusdem nomenis promontorium, 1100.e.

Leucum oppidum in ripa lacus Larii, 408.f.

Leucum vicus Orobiorum, 274.d. à quibusdam putatur esse Licino-Forum, 277.a.

Leucum opp. agri Bergomatis, 171.f. quibusdam est Licini-Forum, ibidem.

Leudus fl. Calabriæ, 1043.e.

Leuentina vallis per quam Ticinus ex summis Alpib. perlabitur, 374.e. olim Leopontii. ibid.

Leuidonia olim Leutarnia opp. Calabriæ, 1216.b.

Leupichis proauus Pauli Diaconi historici, 81.b. captus ab Auaribus, ibid.

Libarna oppidum olim in Apennino, 281.e.

Lib ſum ostium Elori flu. in Sicilia, 1426.

Liber Pater Gracis dictus Bachus, 147.d. Ægyptiis Osiris, 147.d. Mystis Phanes, 147.d. Indis Dionysius, ibidem. Arabibus Adonius, ibid. Lucaniacis Pantheus, ibid. de eo falsa Philarchi sententia, 148.c.

Liberius Romanus Pont. à Constantio in exilium missus, 70.d. à Fortũatiano de Arianismo sollicitatus, ibid.

Libriz is opp. Siciliæ, 1452.b.

Libyes siue Libs author Libyum idem qui & Phus Chami filius, 152.d.

Libycum Gallia Cisalpina nulla: corrupta apud Plinium & Ptolemæũ voce. 260.d.

Libui Ligures, vide Lebui.

Lichini Vinaldi Genuensis, insignis continentia, 646.b. & seq.

Licini-forum incerta origthis, 122.b. à Licinio Imperatore dictum, 171.d. vetus nomen ignoratur, ibidem. conditum à Gracis, 120.b.c. quod refellitur, 120.d.e.f. 121.a. & seq. olim vrbs clarissima. 171.d.e. hodie quæ sit controuertitur, 171.e.f. 277.a. quidam Incinum dici volunt, 382.a.

Licodia oppidum Siciliæ, 1433.f.

Lierna vicus in ripa lacus Larii, 408.a.

Lignani portus in Foro-Iulii, 55.b.

Ligugnanæ portus in Foro Iulii, 33.b. 34.c.

Ligur filius Phuthi siue Phaethontis neposque Chami, 152.e.f. 153.c. Hetruscorum regulus, 153.f. 154.b. cum patre ex Africa petit Asticam, 152.e. inde cum eodem venit in Italiam, 152.e.f. 153.d.e. quo tempore, 154.a. eius filius Cycnus siue Cygnus, 154.a.b.c. 155.c. 156.a.b.c.d. item Erydanus, 156.b. quos ille ad occupandam Transpadanam Italiæ regionem misit, 156.a.b. ab eo dicta Liguria, 153.c.d.

Ligures populi antiquissimi, 438.f. 439.a. vnde dicti, 439.b.

Ligures & in Italia & in Gallia, 123.e. non sunt Galli, 171.a. à Gracis orti, 123.f. 152.e.f. 153.a.f. quod negat Dionysius Halicarnassæus, 123.f.

Ligures montani qui & vbi, 153.f. Apuani, ibidem.

Ligurum mores & res gestæ in compendio comprehensæ, 441.442.

Ligures à Longobardis subiecti, 604.a.

Ligures vtrum vani & fallaces, 442.f. 443.a. & sequens. 1015.e.f. 1018.f.

Liguribus Phaëthon dictus Pherithon 153.d.

Liguria fines, 439.c. 637.b.c. longitudo, 641.c.
situs, ibid.
diuisio, ibid.
aeris constitutio, 439.f. 440.a. & sequ.

Liguria princeps regio maritima Hetruriæ, 153.f.

Liguria insula tres, & quæ, 640.b.c.

Liguriæ populi: Albingauni, Apicini, Apuani, Canaunenses, Dectunines, Eburiates, Friniates, Garuli, Genuenses, Hercates, Fluates, Ingauni vel Albingauni, Intemelii, Langatij, Libui vel Lebetij, Maricі, Mentomnes, Odiates, Populonij, Sallij vel Sallyes, vel Salluij, Statiellij, Tyrrheni, Veturij.

Liguriæ ciuitates, oppida, castra, & vici: Albingaunum, Albisella, Album-ciuillium, Andoria, Arena, Bassinana, Bunascum, Camulium, Celle, Cerium, Clauarum, Cornelia, Cortasonium, Costilcola, Delphini portus, Dia-

Digitized by Google

...ium, Dianum vel Diane oppidum, Pisi portus, Pisarum, Pratandi, Genua, Herculis portus, Ilex, Lemania, Lemanium, Lemo portus, Monaceli, Monaci portus, Mentonum, Monoeci vel Monoica, Monachus, vel Monaci portus, Monsvisbar, Mons castellum, Mutonenium, Nimeum, Nervum, Nicea, Pannonium, Petra-Malesta, Posperani, Pizatum, Pomarium, Portus Herculis vel Monaci, vel Monachus, Portus Lunæ sive Veneris vel Veneris, Portus Vadorum, Regale, Rechum, Reparatum, Rinus maior, Rochabruna, Sanctus Romulus, Salenum, Santum, Sanona, Segestum vel Segestrum, Spedia, Tabia, Tegula, Tectonetum, Tegulia, Torbia, vel Trophæa Augusti, Vadorum portus, Valentia, Venaris vel Veneris portus, Vernatia, Vencmellum, Virago, Vnola vallis, Vulnaria, Vulturnum.

Ligures flumina & amnes, Bestumus, Centa, Cheresa, Entella, Feriet, Lamona, Macra, Merula, Percifera, Rodoria vel Rucuba, Varus.
Montes: Apus, Augines, Balista, Caput-montanum, Senfmontium.

Ligurinus portus, 153.f.154.a.

Lilybæum cuspis & promontorium Siciliæ, 1413.c.f.1442.d. & seqq.
hodie Marsala, ibid.

Limagnum fluvius Siciliæ, 1455.c.f.

Limarinis oppidum Siciliæ, 1452.b.

Linum vel Lenten fluvius Fori-Julii, 32.f.54.c.299.a. oritur in Carnia, 32.f. portum Grmarinum intersecat, ibidem.
ad Caprulas mari infunditur, ibidem.

Lingua grossa oppidum Siciliæ, 1442.c.1486.c.

Linum promontorium Calabriæ, hodie Verres, 1056.a.

Linum Leucotellinum & eius promontoria ac scrupulosa, 1040.a. & seqq.

Lini fanum, 490.b. olenus, ibidem.

Lipaglara opp. Siciliæ, 1451.a.

Lipuda fluvius Calabriæ, olim Arcta, 1180.b.

Lipulici, vide Pentia.

Liquentia fluvius. 32.b.33.d.54.a. 84.a.298.f.
hodie Lemeria, 298.f. eius ortus, 32.b.54.a. Plinii sententia de eo falsa, 54.a.84.a.299.a.
olim Opitergius ager, 84.a.298.f.
hodie Fori-Iulienses, 84.a.
eius descriptio, 54.a.b.

Liris fluvius. Campaniæ terminus versus Latium, 748.a.b. eius virgo & fluxus, ibidem. excipit Fibrenum fluvium, ibidem. olim Glanicus, ibid.

Liris hodie Garigliano, 781.

Liternus lacus Campaniæ, 748.f.749.a. hodie, il fiume di Patria, 761.

Literninum oppidum & colonia in Campania olim, ubi & eius situs, 749.a. 782.a. hodie locus eius dicitur Patria, 761.

Liternus Scipio Africanus maior, villam privatam ut exularet, 749.a. 782.a.

Litremus fluvius Calabriæ, 1068.c.

Livio vel Livco mons excelsus Lariæ lacus eminens, 405.a.f.

Lobiscaris oppidum Siciliæ, 1455.d.e.

Locadi opp. Siciliæ, 1451.a.

Locanus fl. Calabriæ, hodie Proteriotum, 1135.c.

Locarnum oppidum situm in ripa lacus Lari, qua est ex parte Insubriæ, 294.b.

Locusus vicus Calabriæ, 1043.b.

Locri vel Locrus, hodie Hieracium, nobilis urbs Calabriæ: de cuius situ, incrementis, varia fortuna, viris illustribus, &c. vide fusè, 1107.d. & seqq.

Logna, vide Longum promontorium.

Lognus portus, vide Vlyssi portus.

Loianum oppidum olim Falisc orum in Hetruria, 728.f.

Lomnina, populi Calabriæ, 1485.a.

Lomnina urbs Celtiberiæ, ibidem.

Longi oppidum Siciliæ, 1422.c.

Longobaldum, vide Brucca.

Longobardi origine Germani, 310.f.
gens bellicosissima, 312.a.b.
dicti à longitudine barbæ, 79.b.
aliam nominis rationem, vide 579.c.f. & seq.

Longobardi ex Scandinavia in Pannoniam egressi, 79.b.
vel ex Langlandia, 579.c.f.
Mesiam olim incoluere, 312.b.
à Narsete evocantur in Italiam, 79.c.579.c.
veniunt in Italiam, rege Alboino duce, 219.d.581.a.
Forum-Iulii & Venetiam occupant, 79.f.581.a.
& Insubriam, 581.582.582.
ducatum Fori-Iulii instituunt, 79.f. Mediolanum capiunt, 581.c.
item Papiam, 581.582.
regnant annis 204. in Italia, 87.f.
delentur Carolo Magno, 219.c.
ad eos translatum Imperium, 88.a.

Longobardi omnia sacra & splendida ædificia Galliæ Transpadanæ everterunt, 219.a.

Longobardorum regimen & ratio regendi Italiam, 586.d.
eorum regna Tusci. 82.f.87.b

Longobardorum auxilio Gothi in Italia deleti, 569.b.c.
à Narsete in Pannoniam remissi, 569.578.c.d.

Longobardi Ariani, 604.c.
convertuntur, ibid.

Longobardorum leges, 599.f.601.a. 604.b.c.618.a.
mos circa duella, 600.601.602. & seqq.

Longobardorum reges an reges fuerint, 606.c.
eorum nomina: Alboinus trigesimus rex, Cleses vel Clephius post hos triginta tyranni, 219.a. 586.b.
Antharis, Agilulphus, Theudelinda, Aldoaldus, Arioaldus, Rotharis, Rhodoaldus, Ceperus sive Aripertus, Condobertus, Rotharius, Grimoaldus, Gumbertus, Aripertus secundus, Astrandus, Lustprandus, Inglerius, Rachis

Rachis Astulphi, Desiderius, Berengarius : quorum vnumquemque quære suo loco.
Longobardia vnde dicta, 219. e.
Romana Ecclesiæ subiecta, 219. e.
Longoburgum oppidum Calabriæ, 1182. e.
Longum promontorium Siciliæ, 1423. & ibidem Longana fluuius.
Lopia vicus ad lacum Larium, 410. c.
Lotharius Imperator in Montjano monasterio Gradensem Episcopum Aquilejensi subiecit, 88. c. d.
Loudunum oppidum Insubrum ad lacum Verbanum, 295. b. 375. d. e. a Plinio Lauinium, ibid.
Lubo vel Lubonum amnis Calabriæ, 1083. c. 1084. b.
Luca nobilis ciuitas, colonia olim Romanorum, 459. a.
Luca à Cane Grande Scaligero subacta, 221. a.
Lucanum oppidum Insubriæ ad lacum Lucanum, 298. a.
Lucanus lacus in Verbanum se exonerat, 290. c. 371. a. videtur esse recentior, 382. a. & seq. nauigatur Trillia fluuius, 278. e. 383. b. c. d.
Lucaniæ pars Calabriæ, 998. d.
Lucianus scripsit laudes Muscæ & Parasiticæ, 115. a.
Lucii vide Thebæ.
Lucinus fl. Calabriæ, 1190. e.
Lucrinus lacus Campaniæ & eius descriptio, 750. c. 751. c. & seqq. 777. e. eius nomen hodiernum, 761. 762. b. c.
Lucumonis mons in Alpibus hodie S. Barnabæ, 374. a.
L. Manlius Acidinus Aquileiæ deducendæ Triumuir, 67. a.
L. Petreius Zanthius, 115. b. scripsit nescio quos commentarios, 762. d.
S. Lucæ corpus Venetiis sepultum, 92. f.
S. Lucia opp. Siciliæ, 1451. d.
Lucianus Auria Genuensis in milites liberalitas, 648. c.
Luciani Spinulæ Genuensis equanimitas, 646. f.
Ludouicus Barbianus Comes Venetos cecidit, 297. a. vbi & eius laudes.
Ludouicus Foscarenus Venetus, 3. b.
Ludouici Siciliæ regis cadauer Venetias Hierosolymis delatum, 76. d.
Ludouicus Arnulfi filius Imperator à Berengario ad Veronam victus 87. f. oculis & Imperio priuatus, ibid.
Ludouicus Mediolanensis Patriarcha Aquileiensis, 92. d. ab eo Foro-Iulienses reguli deficiunt, 92. d. & 93. bellum eis infert, Archiducis Austriæ, ibid. 93. a.
Ludouicus Thiechini Patriarchæ Aquileiensis, 94. c. bellum gerit cum Venetis, 92. f. & seq. vincitur in Vngaria, 93. c. cum exercitu Vngarorum redit, 96. b. Clusinam occupat, ibidem. item Abbatiæ Motis, 96. b. Montisannij 96. b. Rosacium, 96. c. mittitur in carcerem Basiliensis, 96. d.
Luitprandus Longobardorum rex, 87. d. & seq. 613. f. 614. c. & sequen. Callistum Aquileiensem sedi suæ restituit, 87. b. c. & seq. Pemonem ducatu Foro-Iulensi priuat, ibid. & sec. Rachim eis substituit, 87. d. e. Bellum contra Spoletanos gerit, ibid.
Luitprandus rex leges Longobardorum secundo edit, 603. b. c. 618. a. corpus Diui Augustini ex Sardinia Papiam transtulit, 614. c. & sequent. eius animi modestia, 617. f. eius regni initium, 618. d. obitus, 619. f.
Lumbrici oleo lini perduntur, 490. d. e. vnde oriantur, ibidem, & 491.
Luna portus in Liguria, qui & portus Veneris vel Venerius, 640. f. ibidem & oppidum eiusdem nominis. 641. a.
Lupium area nomen Venetiis, 11. c.
Lupa turris ad Bachiglonis fluuij ostium in Venetia regione, 27. d.
Lupus Dux Foro-Iulensis, 82. b. d. & 83. b. Gradum thesauris sublatis spoliat, 82. c. Prorex Longobardorum sub Grimoaldo, ibidem. Illi infensus Grimoaldi rex, 82. c. d. 83. b. defecit à Grimoaldo, 82. c. d. contra eum Auari vocat Grimoaldus, ibidem. cæsus in prælio ab Auaribus, ibidem. eius filius Varnefridus, 83. b.
Lupus filius Croatæ Dux Bergomensis, 178. e. f.
sub eo Bergomenses Christiani facti, 178. f.
Lutetiæ Parisiorum in Gallia, 185. a.
Lux ipsius vndæ quæ effluxa huius apud Venetos vndæ, 11.
Lycas fl. Siciliæ, qui hodie Platani, 1449.
Lydiæ sunt eædem quæ Thuscorum, 12. b. c. d. e. f.
Lysimachus qui & Olympicum hodie Pontinellæ, 1423. c. d.
Lysis Philosophus Pythagoreus Tarentinus, 1282. c.
Macalla vel Macella, vrbs Calabriæ, hodie Scrabglio, 1178. b.
Machara oppidum Calabriæ, 1036. d. e.
Machanam opp. ad lacum Verbanum situm, 295. b.
Macharina vel Machana, vide Macharium.
Macharius locus in Liguribus, 113. f. montium Ligusticorum terminus, ibidem.
Macra fluuius Ligurum ab Hetruria discernens, 641. b.
Macrenum locus in Orobiis, 274. d.
Madrobius hanc quidquam originem Parmensis, 233. a.
Mactorium, quæ & Macharium, vnius que populi Macharensis omnium sedes, 1114. b. c.
Madagnus Calabriæ, 1077. b.
Madunia, vide Nebrodes.
Magadinus vicus in exordio lacus Verbani, 294. e.
Magelli populi Siciliæ, 1457. a.
Magnus Opiterginus Episcopus, 91. b.
Diuus appellatur, 5. e.
sunt tempore Heraclij Imperatoris, 28. d. templa aut alia ædificia ejus erecta, 5. b. 11. b. 14. d. 16. d. 19. e.
Opiterginum eversum, cum Opiterginis sedem Heracleam vide Opiterginis conditum, Trentulus, 28. d.
Maida, vide Malanium.
Maiorbium oppidum in stagnis Venetis, 31. b. à Concordiensibus conditum, 77. a.
Malanium hodie Maida, oppidum Calabriæ, 1060. a.
Malanus mons & vicus, fossa obruta lapidosissima, 1060. a.
Malgradum olim qua nunc Gradus prope Venetias, 74. f.

Malgra-

Malgratus vicus ad ripam lacus Lurij, 409.
Malleo opp. olim Calabriæ, 1080. f.
Maltosa fl. Calabriæ, 1042. f.
Malvelt Theutonum Rex, 152. f. Phaethontem Tranſpadana vocant, 152. f. 158. b.
Malpagus cubrium in ripa lacus Verbanidium, 294. f.
Mamertinus vide Martinianus.
Manuela caſtellum Ligurum vide optimo nobile, 648. e.
Mandelicum oppid. in margine lacus Lavi, 303. b.
Mandanichi opp. Siciliæ, 1451. a.
Mandurianum, bodie Caſale nouum opp. Salentinorum, 1354. b.
Mangonel vide Tapſis.
Maniacum oppid. Fori-Julii, 54. d.
Manilianum ciuitas Calabriæ, 1044. b.
Manna promontorium Calabriæ, 1146. b.
Mantuanum opp. Fori-Iulii, 58. a. occupatur ab Auſtriacis, 93. a. recipitur ab Venetis, 93. b. occupatur à Ludouico Mediolanenſi, 96. e.
Mantua vetuſtiß. Iuliæ ciuitas, 436. b. unde dicta, 436. f. à Bianore Otneo Thuſcorum rege condita, 170. e. 278. a.
Mantio anno virorum 278. a. 426. f. à Thuſcis olim inſeſſa, 197. b. 436. b. ab Agilulfo Longobardorum rege occupata, 261. a. 390. f. & ſæpe aliis occupata, vide 278. a. b.
Mantuanum concilium tempore Lotharij I. Imperatoris, 88. d. Item de Gradenſi Eccleſia Aquileienſi ſubdititia, ibid.
Mauometes Arabs author Alcorani adulterio Sylueſtri Monachi, 281. d.
Mauometes II. Turcarum Imp. à Venetis ab Italia arcetur, 78. b.
Mauranum opp. Fori-Iulii, 56. b.
Maranus paludes in Foro Iulio, 55. 56. a.
Marcellus II. Pont. Max. prædicit inharmonium ouem deuitare, 496. a.
Marchallum opp. Inſubriæ, 367. e.
Marciana, dea à qua regionibus vrbi Venetæ, 43. vius deſcriptio, 20. a. b. & ſeq.
Marcomanni Vandalicum Hunnis Gallicis & Germanicum noſtram, 95. a. Italiam occupant ob Auretianum Imp. bellum, 352. b. c.
Marcum vide Argentarienſe.
S. Marcus Euangeliſta cognominatus Ioannes, 68. f. à Petro Romam ducitur, ibid. 69. a. Romæ noſſa Petri ſcribit Euangelium, ibid. mittitur à Petro Aquileiam Eccleſiam ibi fundaturus, 269. a. redit inde Alexandriam, ibid. obyit ſclauo Neronis anno, ibid.
S. Marcus patronus Venetorum, 82. f
S. Marcus cum D. Petro Tarentinis, fuit & filium regulis curat., 1898. a. inde Rheginum, ibid.
M. Ambitionis laudes paſtoris ſcripſit 105. f.
M. Antonius Maurocenus Venetus, 16. a.
M. Barbaricus Princeps Venetorum 6. b.
M. Barbus Patriarcha Aquileienſis 89. e. Bertrandum Aquileienſem Sanctorum Catalogo inſerre conatus, 89. e.
Marcus Marcellus Cos. Gallos in deditionē accepit, 65. c. 66. a. e. oppidum Gallorum Inſubriæ emerit, 66. e.
M. Marſilius Zanchius, 119. e. & ſeq. patrius Hebreæ linguæ, 121. e. 134. b. mortuus Inuentinæ, 168. f.
M. Mauricius Bergomas vir doctiſſimus, 168. f.
M. Superantius Venetus, 15. e.
S. Martinus templum Venetus augustiſſimum, 4. a. diſtum Aureæ ædes, 23. e. eius deſcriptio, ibid. figura eorum propè exprimit, ibid. alia eiuſdem ædis, ibid. 16. e.
S. Martini fanum in Venetæ regione 27. f.
Maretinum vide Egusa.
Margaria vicus Venetus, 31. e.
S. Mariamago Venetus, miraculis clara, 21. f. 22. a. alia ibidem, miraculo nata, 23. d.
Marici populi Liguriæ, 441. b. ubi ſiti, 453. b. c. 457.
Maricum opp. Maricorum Ligurum, 450. e.
Marida fluuius vide Arimineus.
S. Marinæ corpus Byzantio Venetias translatum, 19. f.
Maripertus Dux Venetorum, 17. b.
Marlianum olim Meriangum vel Marlianum oppid. Inſubrium, 273. b.
Marmora in aliquibus Italiæ præſtantiſſima reperiuntur, 30. c. d. eadem varia in Inſubria effoſſa, 315. c. d.
Marnus fluuius Calabriæ, 1076. e.
Marquardus Aquileienſis Patriarcha Caprulas diripit, 93. c.
Marrhucium opp. agri Tarentini 1256. idem dicitur & Maſſafia, ibid.
Marſala vide Lilybeum.
S. Marſanus oppid. agri Tarentini 1256. f.
Marſi Rex Cacum in Italiā miſit, 138. a.
Martianus Patriarcha Aquileienſis ſuccesſor Iacuus, 80. b. c.
Martinus Imp. Iouianum de fratre Attilæ arcu, 78. e.
Martinengum opp. Cenomanorum, 185. b.
S. Martini fanum in Venetæ regione, 31. d. & Venetiis, 17. a.
Martiratum vicus nobilis Calabriæ, quæ olim Matuertum: de quo ſatis, 1037. & ſequente.
Martiſanus fluuius Inſubriæ, 302. f.
Maſſaollner vide Plemmyrium.
Maſſicus in Campania mons, pars Gauri montis, 782. b.
Maſſilia vrbi Galliæ Tranſalpinæ, & eius inſtituta ac mores, 253. a.
Maſſilienſes à Phocide (male pro Phocæa: Phocæa enim Aſiæ vrbs, Phocis verò Europea Græciæ) profecti in Galliam veniunt, 63. f. 253. a. oppugnantur à Salluiis, 63. f. iuuantur à Belloueſo, ibidem.
Maſſileo fluuius in Summis Alpibus in Seſitem ſe exonerans, 292. b.
Maſtinus Scaliger primus eius familiæ prætor Veronæ creatus, 222. f. à Comitibus S. Bonifacij initiatur, ibid.
Maſtinus Scaliger II. Dux Veronæ factus an. M. CCC. XXIX. 221. a. filius Alberti II. Scaligeri, ibid.
Matthæi Donatus Venetus, 16. b.

Matthei Maruffi Genuensis erga fures severitas, 644.f.
Maura fossa navigabilis agri Novariensis, 259.e.
Mauranũ atrium Venetiis, 13.a.
Mauricius Imp. Gregorij I. Pont. hostis. 588. e.
Mauricius portus Liguriæ, 683.d.
Mauro Ioannis opp. Siciliæ, 1451.c.
Maurum civitas olim in Calabria, 1212.d.
Maurus Princeps Venetorum, 12. f. eius sepulchrum, ibid.
Maurus mons Fori Iulij, 54.f.
S. Maurus. opp. Siciliæ, 1452.e.
Maxenta locus in Insubribus, 273.b.
Maxentius Patriarcha Aquileiensis, 88.d. Gradensem Ecclesiam in concilio Mantuano sibi subiecit, ibid.
Maximianus Imp. ortus ex Castro Seprij, 272.a.
Maximilianus I. Imp. Veronam occupat, 222.c. eandem Venetis reddit, ibid.
Maximinus Imp. Aquileiam frustra obsidet, 70.b. in obsidione a Puppieno cum filio cæsus, ibid.
Max. mus tyrannus Aquileiæ a Theodosio Imp. cæsus, 70.d.e. qui Gratianum Imp. ceciderat, ibid.
Mazara vide Selinis.
Mazarus fl. Siciliæ, 1441.f.
Mazarinum vide Macrorium.
Meda oppid. Lanmellinæ regionis, 479.d.
Medea mons in Foro Iulij, 58.f. 62. d. vitib. consitus, 56.f. in eo exaudiuntur voces spectrorum, 62.d. a Medea Colchica sic dictus, ibid.
Medama fl. Calabriæ, 1062.b. Item civitas Calabriæ hodie Nicotera, 1067.e.
Mediolanum, de qua fusè, 78.c. 122. 218.262.325. & seq. 344 349. 535.581.610.
Medoacus fl. regionis Venetæ, 29.b. c.d. eius ortus in Alpibus Tridentinis, 29.c.d. duplex Plinio, 29 d. hodie Brenta, 29. d.e. alius est Bachilio, qui Vicentiam interfluit, 298.f.
Medoaci alueus antiquus Venetiæ in duas partes secat, 4.a.b. hodie Altinus dicitur, ibid. eius flexus instar Maandri in urbe Veneta, 4.a.b.c.
Medoaci portus, 28.b.a.
Medoacum oppidum Venetiæ, 29. a.b. olim sedes Ducariæ, 29.b. incendio & æstu maris interciit, ibi. cuius loco vnum adificatum, ibid. huc olim Patauinus Episcopatus translatus, 31.c. huc etiã migrarunt Equilienses, 32.a.
Medvna fl. Fori-Iulij, 54.d. influit Liquentiam, 299.a.
Medvnum oppidum Fori-Iulii, 54.d.
Megara civitas Siciliæ celebris, hodie Augusta, & eius situs, 1441. d. non eadem cum Hybla, ibidem.
Mela fl. agri Brixiani, 298.c. Brachiũ & Mormam recipiens in Padum influit, ibid.
Melæa oppidum vicus Calabriæ, 1110. c.
Melæsium vide Tempsa.
Melo fl. Fori-Iulii, 54.f.
Melichlochia oppidum Calabriæ, 1077.f.
Melpum olim florentiss. Orobiorum opp. hodie non extans. 277.b.
Melissa opp. Calabriæ, 1178.a.
Memphis civitas Ægypti, 143.d. eius verbi significatio, ibidem, ibi sepultus Osiris, ibid.
Memphites bos Osiridis sacer, 149.a.
Menanini vel Meneni populi Siciliæ, 1434.b.
Menæ civitas Siciliæ, vide Nea.
Menapus præfectus Aquileiæ, 74 a. confligit cum Attila & vincitur, ibidem. Aquileiam Attila vacuam diripiendam reliquit, 74.f.75.a.
Menas Licinius scripsit de coquo, 115.f.
Mendonica vide Sybaris.
Menecena oppidum Calabriæ, 1055.d.
Menophis Ægyptiorum Rex, 143. b.
Mentonum opp. Liguriæ, 638.b.
Mentonius populi Liguriæ, 440.a.
Mera fl. in lacum Larium sese effundens, 405.d.
Mereti villa propè Aquileiam, 74. ad eam commissum cum Attila prælium, 74.b.c.d.
Mericus amnis Calabriæ, 1107.d.
Merimagnum oppidum Calabriæ, 1035.f.
Merula fl. Ligurius in Alpibus maritimis, hodie Comus, 288.b. 638.a.
Merularum familia in Foro-Iulii, 266.a.
Mesanum opp. Calabriæ, 1065.a.
Mesraim vel Misraim alter filius Chami, 144.a. 145.d. Ægyptum occupat, 145.d. ab eo Ægyptii dicti Mesraim, ibid.
Mesraim idem cum Osiride, vide in Osiride, item Apis dictus, 146. b. c. & Serapis, ibid. & Dionysius Libycus, ibid. & Iupiter iustus Olympicus, ibid. natus ex Rhea sorore Chami, ibid.
Messana urbs Siciliæ clara, quæ olim Zancla, de qua vide fusè 1448.b. & seqq.
Messanenses illustres, 1450.b. & sequent.
Messapia & Messapi qui & quando dicti, 1114.d.e.
Messenius pictor excellentissimus, 11.a.
Mesurga. vide Reatium.
Mesochi vallis in Alpibus, 374.a.
Mesus fl. Alpinus per vallem Mesochi delabens, 374.a.
Metasthenes Persa author historiæ Persicæ, 127.d.e.f. 129.b. quo tempore vixerit, 128.f. 129.a. sequitur Berosum, 129.b.
Metaurus vel Metaurum, hodie Gioia, oppidum Calabriæ, 1072. f. 1073.a.
Metaurus fl. in Senonibus Italiæ populis, 286.e.
Metaurus fluvius Calabriæ, 1068. c. 1071.a. 1072.f. 1073. a. qui & Pacolinus, 1073. a. 1074.e.
Metiola vicus ad lacum Larium 405.d.
S. Michaelis ædes in Venetia, 26.a.
S. Michaelis Muriani ædes in stagnis Venetis, 30.a.
Michael Comenus Venetus, 16.a.
Miletus civitas vetus & nobilis Calabriæ, 1068.d.e. & seq.
Militellus oppidum Siciliæ, 1452.a.
Millia fluvius Siculus, 1441. b.c. hodie flumen Sancti Iuliani, ibidem.
Minacius vicus in ripa lacus Larij, 403.b.c.
Minervæ promont. vide Scyllæum.
Mincius fl. Insubrius, 278.a. 298.a. ex lacu Benaco effluit, 298. e. lacus effecit Mantuæ circumfluus, 278.a.
Minturnæ civitas ac olim Campaniæ hodie deleta, 748.b.c.
Mirabella castrum Lariæ lacui adiacens, 412.b.

Mira-

Miraculorum templum Venetiis,15. a.splendidissimum ibid.ob miracula cuiusdam imaginis extructũ 14.b.
Miraglia,vide Ortes.
Miranda vide Erineus.
Miri-Adam regio Armeniæ,141.a.
Misenus mons siue promontorium ad sinum Baianum,749.f.777.e. vide & 854.855.e.
Misillis vide Hybla.
Mostra,hodie Geriosa opp.Calabriæ 1125.f.
Mistrecta opp.Siciliæ,1452.d.
Mocata fl.Calabriæ 1060.e.
Mocta locus in Foro Julij,54.e.
Modica vide Motuca.
Modoetia vide Moguntiacum.
Moguntiacum opp. Insubrum aliàs Modoetia, 271. d. in eo coronari solebant reges Longobardorum,271.d. item Imperatores,& eur,301.a.& seq.
Molina villa ad lacum Larium, 411.b.
Monalus fl.Siciliæ,1453.b.
Monardum opp. Calabriæ,1061.a.
Monas vetustissimus Mediolanensium Episcopus,371.d.
Monasteracum castellum Calabriæ, 1129.e.
Monatium opp.Insubriæ, à quo lacus Monatij dicta,367.b. 371.c. vnde dictum,ibid.
Monacij vel Monecij lacus in Insubria,367.b.
Monfortis in Sicilia,1451.e.
Mongerosus vide Mons Mindricus.
Mongibellus,vide Ætna.
Monichus portus,hodie Monacus, in Liguria,638.a.
Monilia vel Monelia vici Liguriæ,640.d.
Monoeci portus Liguriæ in Alpibus maritimis,288.b. hodie Villa Franca,638.a.
Monsaurum castellum Calabriæ, 1061.a.
Mons Albanus oppid.Siciliæ,1451. f.
Mons Billisis vide Exapylum.
Mons S.Bonifati vide Aceste.
Mons Calerius oppidum in Apennino non procul Alpibus Cottiis, 257.a.
Mons Castellinus.opp.Liguriæ,523.e
Mons Ceritus,hodie Mons Cerubus castrũ agri Parmensis,284.b
vnde illustris Comitum familia orta,ibid.
Mons Clarus ciuitas Siciliæ,1448. a.
Mons Crucis in Alpibus Cæticis, 57.e per eum augustus transiit, ibid.
Mons Falco locus Fori-Julij, vbi balnea salubberrima,58.d.
Mons Flasconius opp. Hetruriæ nõ idem cum veteribus Faliscis,707. f.708.a.& seq.
Mons S.Iuliani,vide Eryx.
Mons Mindricius,mons & oppidum Insubriæ,381.d. vulgò Mongerosus,ibid.
Mons orphanus pagus Insubriæ, 273.b.
Mons Regalis vpp.in Salassis,257.b. item in Sicilia vrbs,1419.f.
Mons Robius apud Orobios,296.f. 365.f.
Mons ruber castellũ Liguriæ,640.d.
Mons rubens opp.Siciliæ,1455.b.
Mons Siccus vide Agrigentum.
Mons Silicus castrum in agro Patauino,222.b.
Montagna opp.Siciliæ,1452.b.
Montaltinum vide Vffugum.
Montanarum ciuitatum commoda 324.f.325.a.& seq.
Montibellum castellum Calabriæ, 1101.c.
Monticuli familia nobilis Veronæ, 220.d. à Comitibus S.Bonifacij opprimuntur,ibid.euotant Ecclesinum Taruisensem, ibid. abeo exterminantur,ibid.
Montileonum vide Hipponium.
Montonus torrens prope Forum Liuij,300.c.
Morasentium opp.Insubrum à Sentiis Romæ appellatum,364.a.
Morbonium opp.Volturenæ,505.a
Morgetia olim quæ hodie Calabria, 998.d.
Morgetia vel Morgetũ,hodie Geriæ opp.Calabriæ,1072.c.
Morgus (hodie Orchus) fl.apud Taurinos in Gallia Cisalpina,294.b.
Morma fl.agri Brixiani in Gallia Cisalpina,298.e.
Mortarium oppidum Leucasellina 479.e.
Moruicium opp.Fori-Iulii,57.d. 91.a.
Morus & eius vsus ad bombyces alendos,484.c.& seq.
Mosa fl.Calabriæ,1045.d.
Moscardus fl.Fori-Iulii, 59.d.e.
Moscius,hodie Stalarum promontorium Calabriæ,1136.f.
Moses antiquissimus historicus Archilocho,141.b.
Moschicus mons ibẽ qui & Taurus,141.e.
Mossa opp.Fori-Julij,58.f.
Motia opp.Siciliæ,eius ruina hodie Mundellum,1416.e.f.
Motii Abbatia vide Abbatia Motii.
Motuca opp.Siciliæ,1456.a hodie Modica,1416.e.f. Motuenus amnis,ibid.
Moxinis opp.Siciliæ,1416.e.f.
Muconium fl. Calabriæ certa omnẽ laberantium medicina,1191.a.
Mugarenium opp. Liguriæ at diœcesi tamen Ticinensis.523.e.
Mula mons Apennini Calabriæ,1039.b.
Multrasium vicus ad lacum Larium,401.b.
Mundellum vide Motia.
Munianum oppid. Hetruriæ apud Faliscos,710.e.
Murca promontorium lacus Larii,407.
Murgantium opp.Siciliæ, 1433.f. 1434.a.hodie Murgus, ibid.
Murianum vicus regionis Venetæ, 16.b.30.f. eius descriptio & amplitudo,30.a.f.31.a præstantissima ibi vitra conficiuntur, quæ omnes res naturales effingunt, ibid. conditum ab Altinatibus profugis, ibid.
Musio fl.Galliæ Cisalpinæ,298.f.
Mussium oppid. Galliæ Cisalpinæ, 387.a.
Mussium oppid.& castrum in lacus Larii ripa,404.a.
Musulmelis opp.Siciliæ,1448.a.
Mutina colonia Rom. in agro Boiorum,284.a.
Mutustrati Siciliæ populi.1456.f.
Mylæ vrbs Siciliæ celebris hodie Mylazum,1451.d.& seq.
Myrthus opp.Siciliæ,1452.e.f.
Naphthia stagnum horribile Siciliæ quod & Palicorum stagnũ,1434.b
Narbo colonia Rom. à qua dicta Gallia Narbonensis,253.a.
Narses Eunuchus Gothos in Italia delenit,79.b.c.219.c.auxilio Lõgobardorum,79,a.569.b. Totilã occidit,79.a.219.c.item Teiam, 79.Longobardos in Italiam euo-

Digitized by Google

cat;79.c.d. 579. c.
Naxus vrbs magnifica Siciliæ 1448.a
Naxariola pars Naxarioli fl. qui & ipse pars Bachilionis fl. in Venetia regione, 27.e.f.
Naxariolus fl pars Bachilionis fl. in Venetia ibid.
Naxarus vide Syrus.
Naxus vide Nesus.
Natiso fl. Fori Julii, 53.f. 83.d. (iuidatum siue Forum-Iulij interfecat, 57.b. de eius ostio falsa Strabonis & Plinij sententia, 55.b.c. d eius origo & cursus, 58.a.b. & seq. alluit Mansanum, 58.a.
Natissa fl. Fori Iulij, 55.b. à Plinio & Strabone malè Natiso dictus, 33.c. 55.b.c.d.e. interfecat Aquileiam, 33.c. eius ostium in stagnis Venetis, 33.c.
Naualo Venetum paruum; 13.a. Magnum & eius descriptio, 16.e.f 17. a. & seq.
Nauigium riuus vel Euripus ex Ticino Mediolanum perductus, 135. e.f. 316 a.
Nauisum lacus Viterbiensium male à Volaterrano Vadimonis lacus dictus, 716.c. 717.a.
Naulum vrbs & portus nobilis iam Liguriæ, 639.a.
Naustathmus statio Siciliæ, 1426.b.
Naxus ciuitas Siciliæ, quæ & Tauromenium, 1420.c. & seqq.
Nazareth locus Veronæ, 202.d.
S. Nazarius, oppidum Lanmellinæ, 480.a.
Nea, quæ & Menas & Miniæ vrbs Siciliæ, cuius populi Meanini & Menenij, 1453.b.
Neapolis vrbs Campaniæ, 753. 766. a. Chalcidensium & Cumanorum colonia, 753.c. olim Parthenope & Palepolis & cur, 753.c.d. eius situs, 767.e.f. & seq. magnitudo, 770.d forma, 770.d. via. 770.e. ædificia splendidissima, 770.e.f. & aquæductus, 771.b. populi frequentia, 771.f. diuitiæ 772 c. nobilitas 772.c. mercimonia, 772.e. & seq.
Neapolim omnib. totius Europæ vrbib præstare pbatur, 765. 766. & seq. 771.e.f 774.b. in specie Lutetiâ, Mediolano, Genua, 765. b. c. soli Romæ & Venetiis concedit, 774 e.f.
Neapolis imperium siue regnũ quãtum & eius termini, 773 b. & seq.
Neapolitanorum Regum series vide 1364.b. vsq; ad finem illius libri.
Neapolis à Petro Apost cõuersa, 1389
Neapolis à Petro Toleto aucta, 770.d
Neapolitanorum ingenia, 772.a.
Neapolitãi de se multũ sentiũt, 772.e.
Neapolitani agri & tractus delicia, 753.e.f. 767.d. & seq. fœcunditas, ibid. 767.d. & seq. 768 a.
Neapolitana poma citrea præstantissima laudatissimaq; 754.a & seq.
Neapolitani regni laudes, 773.b. & seq. fertilitas ea, vt nulla re ad victum & cultum necessaria importata (scilicet) egeat, 773.e.
Neapolitani equi, eorum laudes & præstantia, 773.f. 774.a. & seq.
Neapolitana Ecclesia a D. Petro Apostolo fundata, 1389.a. eius primus Episcopus Asprenes, ibid.
Nebrodes mons Siciliæ, qui hodie Madunia, 1454.f.
Nebulonius Campus Venetiis, 81.d.
Neathus fl. Calabriæ, 1177.d.e.
Negocium rectè paucis verbis indiget, 10.a
Neta fl. Calabriæ. 1043 f.
Neocastrum opp. Calabriæ, 1060.a.
Nepete ciuitas Hetruriæ & colonia Romana, 709.c.d extat etiã hodie 709 e. 710.c.
Nepesinorum fines, 709.d.
Nepetia, hodie Amanthea, ciuitas Calabriæ 1056.b.
Nepetinus sinus, ibid.
Neptni populi Siciliæ, 1457.a.
Nepos Patricius aduersum Gundibarum bellum mouens ei reconciliatur, 547.d.e. fit Imperator, 548. d. ab Oreste Patricio fugatur. ibi.
Neptunus filius Osiridis, 130.a. eius filius Lestrigo, 156.a.
Nerutium vicus Liguriæ, 640.a.
Nesis locus in Campania delicioſus, 809.a.
Nessium opp. in margine lacus Larij 410.f.
Nesus hodie Nasus oppidum Siciliæ, 1452.c.
Nethus hodie Nothus oppid. Siciliæ 1426.c.
Nicea Massiliensium opp. 153.e. terminus Ligurum montanorũ, 153. 638.a.f. vel potius Salyum in Alpibus maritimis opp. 288.e.
S. Nicetæ mart. tumulus Venetiis 5.a.
Niceta Antiochenus Venetiis sepultus, 5.b.
Nicetum opp. Calabriæ eiusq; commoda, 1045.c.
Nicia fl. hodie Nura in Gallia & Spadana, 299.c.
S. Nicolai Palustris ædes in Venetia. 26.e. condita à Dominico Contareno Venetiarum Duce, 29.e.
Nicolaus Aquilejensis Patriarcha Ioannis Boemiæ Regis filius, 91.f. castellũ Porpeti expugnat, ibi. Ioannem Franciscum Porpetinum capite plectit, ibid. Armannum Carniolum interficit, 92.a. item Richardum Varanicum, ibid. Tercentum inferius diruit, ibid. Melsim quoq;, ibid. Sofumbergum recipit, ibid. Carolum IV. Imp. Romam comitatur, ibid.
Nicolai Castillionæi Mediolanensis laudes, 251.a.
Nicolai Iani Genuẽsis robur, 644.b.
Nicolaus Piciminus præfectus Ducis Mediolanensis Veronam triduo occupat, 222.c.
Nicolaus Sanorgnanus, 97.f.
Nicolai Spinulæ Genuensis egregia de Venetis victoria. 643.d.
Nicolaus Thronus Dux Venetorũ, 8.c.
Nicolaus Trinisanus Veneta classis Dux à Francisco Sfortia cæsus, 338.339.
Nicotera, vide Medama.
Nicopia ciuitas Siciliæ, quæ olim Herbita, 1436.c.d.
Nimbrothus filius Chus, 130.e. nepos Chami, ibid. dictus Saturnus Babylonicus, 130.e. 145.a. condidit Babylonem, 130.a,
Ninea vel Ninetum, hodie Donatũ opp. Calabriæ, 1039.a.b.
Ninus maritus Semiramidis, 130. d. e. 141.c. eius atauus Gallus siue Ogyges Babylonicus siue Noe, 132.f. 145. a.b. dictus Iupiter Belus, 145.a. primus, bella gerendo, vitã humanam corrupit, 141.c. vixit 150. annis post diluuiũ, 141. b ei columna erecta à Semiramide, 144.f. 145.a. in quæ eius recensentur maiores, 145.a.
Nise vide Enises.
Noa opp. Calabriæ, 1217.c.
Nocara opp. Siciliæ, 1451.f.
Nobialius vicus in littore lacus Lariy. 403 c.
Noe dictus Cœlus Phœnix Ogyges 145.a. dictus etiam Ogyges priscus, 133.a 198.a. 143.b & Ogyges Saga, 142.f. item Ianus, 133.a. 142.b f. 143 d. 198.b. item Vaticanus. 142. e. ipsius cõiunx Titea magna, 141.f.

in ar-

in arca seruatum,141.a.b.f. Armeniam Sagum incoluit ſt. tim a diluuio,141.f.143.d.e. filiis ſuis quomodo orbem terrarum diſtribuerit,144.b.c.d. Venit in Italiam,142.d.e.198.b.c. ſecum adducens Dyrum,& Gallos, 142.d. Vmbriam tenuit,198.c. ab hoc Vticana regio dicta,142.e. item Italia dicta a Ianicula,142.f.

Noe redit in Armeniam,198.c. eius filius Cranus Razenus natus poſt diluuium, 197.d. Gouernum & Razenuũ mittit in Italiam, ibid. redit rurſum ex Armenia in Italiam, ibid.

Noegla vna ex nuribus Noe,141.f.

Noela vna ex nuribus Noe, ibid.f.

Nola ciuitas Campaniæ,760.a.879.a.& ſeq. eius ſitus,889.b.891.b.origo,889 c.& ſeq. nominis ratio, 890.e. vrbis incrementa ac veterum potentia,891.f.892. ambitus veteris vrbis,894.c.918.d. felicitas, 906.e.

Nola capta à Romanis, 892.d.909.e. à Maurisꝝ Vandaliſq;,894.a. à Gallis,909.f.

Nola colonia Romana,889.c.

Nola hodierna ſitus idem cum veteri,916.f. figura & ambitus præſentis Nola,917.e.f. populoſitas tã veteris quàm nouæ,919.f. muri & munitio,926.d.& ſeq. arx.928.f. regia,929.e. porticus & via vrbis, 930.f. baſilica,938.b. baſilica antiqua,938.b. templa,942.e. ædium forma & ratio,947.e. fera,652.a.

Nolana ditio hodie & olim quanta, 900.e.

Nolana familia præſentes alicuius æſtimationis,959.e.& ſeqq. Iudæi, 970.d.

Nolani ſacerdotes qui & quotuplices 953.a. eorum vitæ ratio & reditus ibid.& ſeq. eorum quædam mira conſuetudines,983.e.& ſeq.

Nolanorũ ſepulcra & ſepeliendi ratio ſuos defunctos,955.f.& ſeq.

Nolanorum præſentium ſtudia, 971. d. mores & elegantia,973.a.

Nolani magiſtratus quotuplices & quod eorum munus,975.b.& ſeq. tributa & vectigalia,978.c. matrimonia & dotes,979.f. ſpectacula, & baſtilindia, 980.e. & ſeqq.

Nolana iuuentutis pugna ludicra, 986.f.

Nolani agri fines & termini, 879.a. & ſeqq.c.900.e.920.c. eius fertilitas,885.a.& ſeqq.921.c. caret lapidibus,885.b. eſt abſq; fluminibus,887.a. obruitur illuuie muri, 899.c.& ſeqq.

Nolana vindemia & Bacchi feſta, 988.b.& ſeqq.

Nolanorũ bella,891.f.892.a. & ſeq. fides & conſtans amicitia, 908.c. ſeq. ſtudia religionis, philoſophiæ, artis militaris, agri cultura, mercatura,910.d.& ſeq. mores & elegantia,915.d.

Nolana duo amphitheatra, 893.d. 894.d.& ſeqq.

Pagi agri Nolani,925.c.& ſeqq.

Norica Alpes terminus Fori-Iulii. 53.d.

Noricorum pars Tauriſci.65.a.

Norcia vel Norcia oppid. in Alpibus ad Forum Iulii,67.a.

Nouaria vrbs in Lebuis vel Lebetiis populis Gall. Ciſalpinæ,258.e. eius ſitus & agri deſcriptio, 478.b.& ſeq. conditores qui, ibid.

Nouarienſes aliquot clari, 258.e.f.& ſeq.259.a.& ſeq.

Nouatum vicus in ripa lacus Larii, 405.d.

Nouitus fl. Calabriæ,1107.d. olim Buthrotus,1125.c.

Nothus vide Nethus.

Nucaræ opp. Calabriæ,1217.e.

Numa Pompilius Rex Romanorũ, 157.f. Curibus paruis & ex tenui re Rex factus,157.f.

Nura fl. Boiorum prope Placentiam, 283.d. 299.c. Plinio eſt Nicia 299.c.

Nyſa Arabiæ vrbs,147.a. in ea educatus Dionyſius, ibid. item ibidem Deorum aliquot ſepulchra, 150.f.

Obertus Aurius Genuenſis Piſanæ claſſis victor,643.a.

Occa fl. Galliæ Ciſpadanæ in Boiis, 283.e. vel Ocha.299.c.

Ocellum oppid. in ſummis Alpibus, 291.f. vel potius in Alpibus Cottiis,390.a.

Ocelli culmen hodie mons S. Bernardini,374.e.

Ocinarus fl. Calabriæ hodie Sabatiũ 1057.

Ocnus Bianor Thuſcorum Rex,170. e. cõdidit Mantuã ibid. ab eo Galliæ Ciſpadanæ dicta Bianora,170.e

Octar filius Mundzetici Hunnorũ Rex,72.d.e. frater Athilæ. ibid.

Octobonus Patriarcha Aquileienſis 90.b. Abeo plerique Reguli Fori-Iulij deficiunt, ibid.

Odiates populi Liguriæ,440.e.

Odoacer Herulorum & Thulingorum Rex,218.f. Dux in Italia contra Atthilam appellatus, 78.f. vel potius reliquias Atthilæ exercitus in Italiam duxit, 218.f. Romæ Rex coronatus,530.a.548. e.f. Italiam tyrannico more regit, 78.f. Oreſtem cædit.218.f.549.a. contra eum miſſus Theodoricus Gothorum Rex à Zenone Imp. 78.e.219.a.553.a. copias Odoacri fundit, ibid.

Odoacer Ticinum euertit,549.c. Italiæ tributum tertiam partem fructuum imponit,550.d.

Odoacer Rauennæ a Theoderico obſeſſus & captus,79.a.553.f. occiſus ibid.& 219.a. anno regni ſui XIV. 552.f.553.f.

Odoricus Chucanicus Regulus,62.c. à Carolo IV. Romæ equeſtri dignitate donatus, ibid.

Odyſſia vel Odyſſa portus vide Vlyſſia.

Oenotria dicta Calabria & cur,997. c.d.e.999.f.1242.d.e.

Oenotrius q̃ buſdã Ianus dictus,143.

Oenotrii Calabriæ populi, 998.f. 1000.a.& ſeq. à quibus orti,1242.d.e

Oenotrii pellunt ſiculos aliqua parte Italiæ,61.a.

Oenotrus Arcas Calabriæ bonam partẽ occupat, vrbesq; condit,998 a.& ſeqq.999.b.& ſeqq. quando, 1001.d.

Oeſtrus fons Siciliæ à Muſis celebris 1445.b.

Officina leuca vicus in littore Veneto,590.a. alius Luxſuſina, eũ ad. ibi nanes machinæ graues ex ſtagno in fl. Brentam trahuntur per terram,30.a.

Oggiona pagus in Inſubria in valle Arſi,356.d.

Ogyges plures fuere,132.e.f. Ogygis quid ſignificet,142.f.

Ogyges atauus Nini, 132.f.142.a.& Babylonius dictus Gallis, 132.f. quod reor eſſe ſeruatus,132.f.

Ogyges Priſcus Noe, 138.a.143.e.d. 198.b. idem & Ianus,133.a.143.d. 198.b. Ogyges Sagalassus ſive Noe à Scythis dictus,142.f.

Ogyges Atticus vixit tertia inundatione,133.a.

Digitized by Google

Olanus Thuscorum dux, 122.b.262.c. condidit Mediolanum, ibidem.

Olanum dictum olim Mediolanum. 122.b.262.

Oleum vicus in ripa lacus Larij 408.b.

Oleum lini lumbricos pellit, 490. d.e.

Olibanum mons Campaniæ & eius balnea. 708.c.811.c.

Oliuolensis regio vna & sex vrbis Venetæ, 14.c.f. eadē quæ castellū, ibid. eius descriptio, ibid.

Oliuolense templum Venetiis, 3.d.15.a.

Ollius fl. effluens ex lacu Sebino siue Iseo, in Insubria, 298.e.387.b.

Olona fluuius Insubriæ & eius descriptio, 502.c.

Oloniæ turris castrum ad lacū Larium, 405.a.

Olympicum vide Lysimelia.

Olympinius mons adiacens Como & lacui Lario, 400 f.

Onium locus in Orobiis, 247.d.

Opedum ciuitas Calabriæ, 1077.b.

Opitergium funditus à Grimoaldo Longobardorum Rege euersum, 81.f.83. vel à Rothari, 32.d.279. f. eius fines Tarui sinis, Ceneten sibus & Foro-Iulianis adiecti, 83. f. Ex eius finibus Liquentiam oriri falsò tradidit Plinius, 54.a.

Opitergini condunt Heracleam, 32. d.279.f. eamque in gratiam Heraclij Imp. sic appellant, 32.d.279 f. item Equilium ædificant, 32.d. eorum episcopus Magnus, vide Magnus.

Orcbus vide Morgus.

Ordia opp. Galliæ Cisspadanæ olim, 286.b.

Oreſtes Patricius Nepotem Imp. fugat, 548.d.e. ab Odoacre victus occiditur, 549.a.& seq.

Orestis portus, hodie Ranagosum, in Calabria, 1074.b.

Orestes fl. Sicilia, 1418.d.e. hodie Miragla ibid.

Orobii qui & cenomani, 115.b.c.154. c.159.a.b.c.q. secus videtur Plinio esse, 159. a. vt & alijs, 277.c. Padum ac colunt, 159.a.b.

Orobii Gr. vitā in montibus agentes, 121.c.

Orobiorum nomen haudquaquam Græcum. 121.a. Sed Hebraum. 121. a.b.& seq. f. 154.c.d. derivationem vide 121.f quæ refutatur. 350.351.

Oroby epitheton est Cenomanorum. 159.c.

Oroby non orti à Græcis. 120.d.e.f. 121. b quod quidam volunt. 118.f. 274 b.c. 276.d. Rationes pro hac sententia vide. 119.f. 120.a.b. & seq. Non orti à Gallis Transalpinis. 126.a.b. & seq. 133.b.c. vt quidam volunt. 118.f. 124. e.f. & seq. nō à Maone Tyrrheno. 122.a. quod quidam volunt. 118.f. Non ab Antenore. 122. a. quod quidam existimant. 118.f. non ab Heneas. 122.a. quod quibusdam placet. 118.d. Non a Troianis. 122.a. quod quidam contendūt. 118.f.

Oroby orti à Gallis Aramæis siue Armenijs. 133.d.e. confer. 143. cum 154.b.c.d. 158.b.c. siue a Scythis Sagis. 133.e. 158.c.

Orobios colonos Olanus Thuscus duxit. 122.b.

Oroby sunt Insubres montani. 274.f. siue Briantei hodie dicti. 296.f.

Orobiorum ciuitates, oppida, vici: Actianum vel Alzanum, Adhaste, Albinum, Alciatum, Argon, Astezanum, Bara, Barrianum, Bergomum, Brixia, Bulgarum, Canthium, Canthurium, Catianū, Comum, Crassobrum, Eugium, Forum Diuguntorum, Incini, Lecen, Leucum, Licinoforum, Luranum, Macrenum, Marianum, Martinengum, Melpum, Mons Orphanus, Mutianum, Onium, Orsinicum, Phegium, Spina, Stationum: quæ vide suo quodq; loco.

Flumina, lacus &c. Addua fl. Eupylis lacus. Larius siue Sicrenus lacus, Orona.

Orona fl. Orobiorum. 274.c. item alius Insubrum. 353.360.e.385.a.

Orona vallis descriptio. 360.e.f. 361.a. & seq. 362.a.& seq.

Orsinicum locus in Orobiis. 274.d.

Orpheus Osirdis sacra in Græciam à se delata in Iouis & Dionysij orgia transtulit. 147.d.

Orta vel Horta ciuitas Faliscorum in Hetruria. 710.e. 715.f.& seq. iam olim Episcopalis. 715.f.

Orta lacus in Insubribus in Verbanum se exonerat. 296.c.

Oscella opp. in Alpibus alias Domussola. ad fl. Athesinem. 368.e.

Oscella vallis. 369.b.

Osci populi Campaniæ vltra Vulturnum. 756.f. eorum oppida. 756.f. 757.e.f.

Osiris est Mesraim filius Cham. 146.b.c.& seq. 147.a.& seq. siue Saturnus Ægyptius. 146.b.c.d. 151.a. dictus etiam Apis. 146.b. 148.a.b. & Serapis. ibidem. & Dionysius Libycus. 146.b.f. 147.a.b.c.d. & Bachus 147.d.& Liber. 147.d. 148.b.c. & & Phanes. 147.d. & Adonius. ibi. & Panthens. ibid. item Iuppiter Hammon & Olympicus. ibid.

Osiris quid significet. 148.a. filius Chami ex sorore Rhea. 146.f. 147.a.b.f. eius soror Isis siue Iuno Ægyptia. 146.f. 147.a.b. 148.c.d. eadem & vxor Osiridis. 147.b. fuit Rex Ægyptiorum. ibi. Ægyptios à ferina vita reuocat. 148.d. totum orbem terrarū peragrat. ibid.e. homines mansuefaciens. ibid. & agriculturam docens. 148.e.f. 151.c. à se inuentam. 148.e.f. venit etiam in Italiam. 149 c. 150.a. eamq; à se denictam Apiā vel Apenninam appellat. ibidem. Italis Lestrygonem nepotem regem dat. 150.a. redit in Ægyptum. 150.a. quo tempore mortuus. 149.c. eius sacra ab Orpheo in Græciā translata. 147.e.& in Iouis & Dionysij orgia conuersa. ibid. ab Ægyptijs oculo & sceptro significatus & cur. ibid. f. ei tauri sacri & cur. 149. a.b.

Osiris condidit Tarnisium vel Taurisium Italiæ. 150.c. item Taurisanos populos. ibid. eius filius Neptunus. 150.a. eius nepos Lestrigogigas. ibidem.

Osiris sepultus in Olympo monte. 150. d. vel in ciuitate Memphi. ibid. columna Osiriana. 150.a. 151.a. & seq.

Osopum oppidum Fori-Iulii. 54. e. 80.d.

Otesini. 182.b.

Otho I. Imperator primus ex Germanis. 220.a.b. Saracenos Apulia pellit. ibid.

Otho I. magnam partem Fori-Iulii Aquileiensi Ecclesiæ subiecit. 88.f.

Onium vicus ad ripam lacus Larij. 409.e.

Pacanica opp. Calabriæ. 1129. b.

Digitized by Google

Pacientinum fl. Calabria. ibid.
Pacolinus vide Metaurus.
Pachynus fl. vide Elorus.
Pachynus promontorium Sicilia, & quædam de eo. 1413. d. e. hodie caput Passarum. ibid.
Pacificus Archidiaconus Veronensis inuentor horologii nocturni. 216. d. e
Paciorus op. Sic. hodie Palazol. 1422. d
Pacta. Opp. Sicilia. 1452. a.
Pacuuius epitaphium Tarenti. 1240. d. 1311. a.
Padus Græcis dictus Eridanus. 160. d. 255. d. 349. c. ab Eridano Ligurus filio. 160. d. dicitur Bodgon ab Hetruscis. 160. d. 255. d. a Ligurib. Botigum. 160. d. 255. d. 444. e. f. a Pucea Gallis Padus. 160. d. 255. d. eius ortus in Vesulo monte. ibidem. Galliam Cisalpinam in duo secat. 170. e. f. 255. c. eius decursus. 255. d. e.
Padi boreale ostium terminus Venetæ. 25. eo confunditur cum Athesi, ibid. eius ostium Spinetorum. 161. b.
Padus olim stagno similior quàm fluuio. 348. e. f. 349. a. alio nunc fluit alueo ad Ticinum quàm olim. 447. f. 448. a. & seq. 449. f. De electro ad Padi inuento. 255 f 256. & seq.
Padi mira rapiditas & alnei inconstantia. 448. 449. 509. f.
Padusa Padi ostium. 348. f.
Palegh filius Heber, unde dictus. 143. f. 144. a.
Paganus Aurius Genuensis ingenti prælio nauali Græcos & Venetos profligat. 643. b.
Paganus Sauergnanus. 92. c. Carolum IV. Imp. Romam comitatur. ibid. ab eodem ibidem eques factus. ibid.
Palecastrum oppidum in Calabria. 1034. e.
Palepolis ciuitas Campaniæ olim, hodie Turris Iopparella. 892. a.
Palantia villa in ripa lacus Lary. 411. b.
Palatium opp. Sicilia. 1443. c.
Palæolus vide Paciorus.
Palica opp. Sicilia, hodie Paliconia. 1434. d.
Palicorum stagnum Siciliæ. ibid.
Palici Dij Siculorum. 1434. c.
Palstium castellum Calabria. 1105. c.
Palla aurea tabula. 24. a.
Pallantia opp. ad Verbanum lacum. 257. d. 375. c. non procul ab ostio Athesinis. 375. c.
Pampergum opp. Fori-Iulij. 57. d.
Panagia castellum Calabria. 1062. a.
Panarus fl. vide Sculteuna.
S. Pancratii corpus Venetiis 19. c.
Pandora una ex nutribus Noe. 141. f.
Pandosia, hodie Castrofrancum. nobilis urbs Calabria, de qua fuse. 1049. e. & seq.
Panhormus urbs Siciliæ præclara, eius origo, vetustas. descriptio, res gestæ &c. 1416. e. f. & seqq.
Panopletus fl. Calabria. 1060.
Pantalea opp. Sicilia diruum. 1441. q.
Pantanella vide Lysimelia.
Pantanus regio Sicilia. 1423. C.
Panthagium fl. Sicilia. 1441. A.
Pantheus dictus Osiris siue Bacchus. 147. c. d.
Papa olim Romæ non habuit iurisdictionem politicam. 555. a. 634. c. unde eam est adeptus, & quo iure. 622. d. 626. b. & seq. 634. olim non eligebatur, nisi consentiente Imperatore. 566. d. confirmabatur vel ab Imp. vel ab Exarcho Italiæ. 612. f. id quod abrogatum est. 613. a.
Papesiderum opp. Calabriæ. 1035. e.
Paphlagones conditores Orobiorum. 122. a. id negatur. ibid. à Paphlagonibus orti Veneti. 62. f.
Parabagium vicus Insubriæ, ubi Heluetii cæsi. 273. c.
Parentium opp. Istria. 73. b. expugnatur ab Attila. ibid.
Partharitus Longobardorum Rex à Grimoaldo regno pulsus. 608. d. restitutus in regnum. 609. d. eius res gestæ. ibid. & seq.
Parthenius portus Calabriæ. 1036. c.
Parsetes vicus ad lacũ Larium. 409. e
Parlassa oppidum in ripa lacus Larii. 411. d.
Parma oppidum Calabria. 1078. d.
Parma fl. urbem Parmam intersecãs. 283. excipit torrentem Bragantianum. 299.
Parma colonia Rom. in agro Boiorũ. 283. e. f. ab Antonio direpta. ibid. à Cane Grandi Scaligero occupata. 221. a.
Parmenses obsidiõe liberat Gregorius Aquileiensis. 89. e.
Parona oppidum Laxmellina regionis. 481. e.
Paropanisus alicubi dicitur mons Taurus. 141. e.
Paropini Siciliæ pop. 1456. f.
Partanna opp. Sicilia. 1416. b.
Passarum caput, unde Pachynus.
Pastina locus in regione Venetæ. 28. b.
Patauium olim præcipua Venetorum urbs. 278. e. unde dictum. ibid. frequentissimum olim. ibid. ab Antenore condituum. ibid. f.
Patauium ab Attila euersum. 220. a. à Longobardis captum, 590. b. c. à Venetis obsidione pressum, 90. d. à Cane Grandi Scaligero subiectum, 221. a.
Patauini Attilam fugientes Rinũ-Altum excolunt, 79. b. à Ducibus Austriæ & Carinthiæ auxilia accipiunt, 90. d.
Patauinus ager pluuiis admodũ obnoxius & cur. 483. f.
Paternum opp. Sicilia, 1437. e.
Patria, nomine proprio, appellatur hodie Forum-Iulii, 53. c. d. & sic vtitur eo Sabellicus totis sex libris de vetustate Aquileiæ, 53. c. d. & seqq.
Patycos hodie Paula ciuitas Calabriæ, 1044.
Paula vide Patycos.
Paula aliud opp. Calabriæ, 1181. f.
Pauliana una ex sex regionibus urbis Venetæ, 4. a. 7. a. eius descriptio 7. e. & seq.
Pauli Pergulani sophistæ celeberrimi tumulus Venetiis, 10. c.
Paulus Altini Episcopus Altino Torcellum sedem transfert, 31. c.
Paulus Diaconus Foro-Iulienſis, 81. c. 88. a. filius VVarnefridi & Theodelindæ, 81. c. scriptor historiæ Longobardicæ, 81. c. in Galliam a Carolo M. deductus, 88. a. Desiderio Longobardorum Regi charus, ibid. a Carolo M. relegatus, ibid. b. Fit monachus Cassinensis, ibid. b.
Paulus Patriarcha Aquileiensis, 80. a. Alboinum Longobardorum Regem placat, ibid. Gradũ cum thesauro Ecclesiæ fugit, ibidem.
Pauli Sabellici statua Venetiis, 8. a.
Dux is fuit Pataunino bello, ibidem.
Paulinus Patriarcha Aquileiensis, 88. b. Præclara à Carolo M. impetrat priuilegia ibid.
Paulus IV. Papa templa & ædes multas Romæ dirui iussit, 593 f.

Pauli Syluestri Genuensis singulare corporis robur, 644.a.
Paronium opp. Liguria, 523.c.
Pausilypus mons Campania & eius descriptio, 752.f. 798.f. vnde dictus, ibid. 719.b admodum excauatus ad 1000. paßus. 798.e f. qua de re vide plura ibid. & 799.a. & seq.
Pelagius II. Pont. Rom. epistolam vtilem scripsit ad Eliam Aquileiensem. 80.b.
Pelasgi cũ Euandro veniunt in Italiam, 61 a.
Peleſtrina vide Philiſtina. 28.b.
Peloponesus olim dicta Apia terra, 159 d. item Argia, 159.d. & Pelasgia, 159.d. & Æmonia, 159.d.
Pelorum Sicilie promontorium & eius descriptio & alia, 1413. d. & seqq.
Pemo Bellunensis Dux Fori Julij. 85.c d. 86.d.e. eius egregium dictũ 85.d.
Slanos triplici prælio ingenti cede profligauit, 86.e.f.
Iis petentibus pacem dedit. 87.a. Familiaris Amatori Episcopo Foro-Iulienſi. 86.d ob eum pulsum Callistũ Aquileiensem capit. 87.a. ideoq; à Luitprãdo Rege ducatu priuatus 87.b.c.d.e. ad Slanos fugam meditatur. 87.b.
Pennina Alpes, & earum descriptio. 290.c.d. & seq. vnde dicta. 287.d. 291.a.
Pentedactylum castellum Calabria. 1101.a.
Pentia vrbs Sicilia, nunc Lipulici. 1442.c.
Perdisium fl. Calabria. 1043.f.
Pera opp. Fori-Julij 57.d.
Perguſa lacus Sicilia horridus. 1438.a.
Peripolis vide Amygdalia.
Perlana torrens in Larium lacum ſe effundens. 404 d.
Perſecutiones Chriſtianorum ſub Imperatoribus Romanis. 522. 525. 527. 528 531. 532
Peſchium castellum agri Faliſci diruptum 728.f.
Peſipum fl. Calabria. 1060.c.
Peſtis grauiſſima in Italia. 79.e.
Petelia clara vrbs Calabria, hodie Polycaſtrum, de qua fuse. 1142. & seqq. 1178.e.f.
Petramala vide Cleta.
Petra Martia opp. Liguria. 523.e.
Petra caſtellum Liguria. 639.a.
Petraleium opp. Sicilia. 1436.f. hodie Petralia. ibid.
Petrini pop. Sicilia. 1437.a.
S. Petrus Apoſtolus ſedit an. 7. Antiochia. 68.f. venit Romam anno II. Claudij. 68.f. 1386. d. Simonem Romã pellit. 68.f. Marcum ſecum Romam adduxit, qui eius iuſſu Euangelium ſcribit. 68.f. 69.a. & ab eo Aquileiam mittitur. ibid.
S. Petrus fundauit Eccleſiam Rheginam. 1393.f. & Tarentinam. ibid. a. & seq.
S. Petrus Acotantius Venetus. 5.f.
Petrus Aurius dux Genuenſium. 26.e. bello Genuenſi à turre concidente opprimitur. ibid.
Petrus Bembus laudatur 115.f. 116.a. 138.c.d.e. 160.d.e. 167.e. 168. b.c. ſcripſit de Ætna monte. 116.a. item in Iuſus Virgilianos & Terentianas fabulas. 116.a. item de Pado fluuio quæ extant. 460.f. 161.a. eius pater Bernardus Bembus prætor apud Bergomates. 138.e.d. Bergomi diu educatus. 138.d.e.
Petrus Damianus Cardinalis ſcripſit vitam S. Romualdi eremitæ. 654.
Petrus Lombardus Sententiarum magiſter &c. Nouariensis. 258. e.f.
Petri Michaelis pons Venetijs. 14.b.
Petrus Maurocenus Venetus. 16.a.
Petrus Mocenicus Venetorum princeps. 15.d.
Petri Ticinenſis Epiſcopi acta. 616.d. & seq.
Petrus Vrſiolus Quirinus ex Duce Venetorum eremita Camaldulenſis. 654.f.
Peucetia pars Calabriæ, qua & unde dicta. 998.b.
Phaëthontes duo. 164.a.b.
Phaethon idẽ qui Phut quartus Chami filius. 152.d 153. toto. 154. Ægyptijs dictus Phet. ibid. Liguribus Pherston. 152.d. 153.d. Mauritaniã incolnit. 152. d. conditor Libyum. 152.d e. venit ex Africa in Africam. ibid. & ex Attica in Italiã. 152.d.e.f. 153.e. Transpadana loca occupat. 152 d.f. 164. d. eius filius Ligur. 152.e. 153.d.e. & Eridanus. 156.b. redit in Æthiopiam. 154. a. 163.f.
De Phaethonte exuſto fabula quid ſignificet. 164.b.
Phaethontes ſunt Libyes. 152.d. & Ligures. 152.f. 153.d. 154.b.c. 155. d. & Veneti. 153 a.b. 161. a d.
Phanes idem qui & Oſiris & Bacchus 147.d.
Pharaglani ſcopuli, promontor. Sicilie hodie caput Mulinorum. 1440.a.
Pherecydes ſcripſit Annales Græcorum 128.b.
Pheregena opp. Liguria. 153.d. quod & Genua. ibid.
Pherithon Liguribus, qui Græcis Phaethon, & Hebræis Phut. 152.d. vide in Phaethon.
Phet Ægyptius qui Hebræis Phut & Græcis Phaethon. 152.d. vide Phaethon.
S. Philippi opp. vide Agyra.
Philippus Dux Carinthiæ Patriarchat Aquileiensis. 89.a. non confirmatus a Gregorio 10. Papa. ibid.
Philippus Lancho Cardinalis, 93.c. ei tribuit Papa Aquileiensem Patriarchatum. ibid. à Foro-Iulanis non recipitur. ibid. Prælio victus ex Foro Iulio fugatur. ibid.e.f.
Philiſtina oppidum Venetiæ olim celebre. 28.a. hodie maxori ex parte interciditibid. dicitur hodie Peleſtrina. ibid.
Philo Iudæus quos authores in hiſtoriis ſequatur. 129.b.c.
Philocaſa caſtellum Calabria. 1061.f.
Philolaus philoſophus Pythagoreus. ac eius dicta & placita. 1161.f. & seqq.
Philoſophia gymnaſium Venetus. 9.e.
Phlegræi campi qui. 749.d. 777. f. 819. a.
Phœnix idem qui & Chanahã tertius Chami filius. 152.c. totum Phœnicẽ & Palæſtinam colonijs implenit. 152.c.d. ab eo dicta Phœnicia. 152.e.
Phœnices à rubro colore dicti. 121. a. vel a Phœnice Chami filio. 152.c. ab eis orti Itali. 126.c. 139.d. mundum initium habuiſſe dicebant. 140.a.
à Phrygibus non ſunt orti Oroby. 122.a.
Phut filius Chami Græcis & Latinis Phaethon dictus. 152.d. Liguribus Pherithon. ibid. Ægyptius Phet. ibid. vide plura in Phaethon.
Picinum opp. Calabria. 1061.d.
Picra oppidum & mons in ripa lacus Larij. 401.e.
Picta curia opp. in Inſubribus aliàs Corbeta. 355.f. 356.a.
Pilasinus opp. Sicilia. 1452.b.
Pinſatum locus in Foro-Iulij. 54.d.
Piperum opp. Liguria. 523.f.
Pipus Florentinus à Sigismundo rege Vngariæ in Forum-Iulij cum exercitu mittitur. 94.c.d. Vinum occupat. ibid. Pecunia corruptus diſcedo

discedit.ibid. à Sigismundo Imp. auro liquefacto in os infuso occidi-tur.ibid.

Pisaurum ciuitas Senonum Gallorum 286.e ineptè à Pisis aureis à quibus dã derivatur.341.f. sed ab auro pensato.ibi.a. Pisaurum fluuium ad ciuitatem Pisaurum in Senonibus. ibid.

Piscalsum vicus & cœnobium ad lacũ Larium.409.f.410.c.

Piscium innumeras propemodum species, quæ per singulos anni menses Tarenti capiuntur vide 1299.d.& seq.

Piso scripsit annales Romanos. 128.b.

Pithienses, hodie Pithinaum opp. Sicilie.1452.f.

Pix Calabrà laudatissima.1049.c.& seq.

Pix Ætnæa sine Sicula varia, & eius conficiendæ ratio.1486.e.

Prætum opp.Liguria distonis tamen Ticinen-sis.523.e.

Placentia Romana colonia in agrum Boiorum deducta, & à quibus, & quando, & cur.283.a.b.& seq.

Platea vicus ad lacum Larium. 401.a.

Platina fl.Sicilia vide Lacus.

Plato vexatur ab Aristotele. 133.d. 135.d.

Plauis fl.Venetia.31.e.f. Plinio fortè Anaxus.31.f.eius ortus in Alp.31.f

Feltrum & Bellunũ interlabitur.31.f eius ostium in stagnis Venetis.31.f.

Plaza vide Plutia.

Plebanica ædes aut templa, quæ vulgo parochiales.24.a.

Plebanus idem qui & parochus. ibid.

Plebs Albaneola vicus agri Laumellen-ni.480.c.

Plebs Caryi vicus Laumellina regio-nis.479.c.

Plemmyrium opp.& promontorium Sicilia.1423.d.e. hodie Massaol-ueris.ibid.

Plinius origine Veronensis.215.f.216. a.nequaquam Veronensis, sed No-uocomensis.279.d.e.f.384.f. falsus de Orobiorum origine 135.b. 139.d.

Plona promontorium & cœnobium in ripa lacus Larii.406.b.

Plutia hodie Plaza, ciuitas Sicilia. 1434.e.

Pluuierna fl.in lacum Larium se ef-fundens.406.f.

Pollina opp.Sicilia.1453.a.

Pollinus mons Calabria.1037.b.

Polycastellum opp.Calabria. 1039.d

Polycastrum vide Perelia.

Polymartium ciuitas Hetruria in Falisci.710.e.716.a.iam olim Epi-scopalis.716.a.

Pola oppidum Colchorum.62 e.

Polegium vicus Insubria ad Ticinum fl.374.f.

Polistum vrbs Sicilia. 1436.f.

Pollentia vrbs in Salassis.257.b.c. vel in Eganumagro.281.b. non eadem cum Pallantia.257.d. ad ripam Tanari.257.c.nunc pagus exiguus ibid.

Pollentina lana laudata. 257.c

Pomarium opp.Liguria, sed distonis tamen Ticinensis.523.e.

Pompey olim oppidum Campania. 754.c.881.d.incendijs Vesuuy euer-sum.754.c.881.d. hodie vicus. ibid. la turre d annuntiata.761.

Pomponiana villa ad lacum Larii. 411.b.

Pontes lapidei quomodo in fluminibus quæ deriuari non possunt, ædificen-tur.530.531.

Pontecuia locus in Alpibus ad Forum-Iulij..53.c.

Pontirolus rus in Insubribus non procul Mediolano.273.c.

Populia olim opp.Venetia,29.b.c.desijt Genuensi bello habitari. ibid.

Poppo Aquileiensis Patriarcha. 88. Es in Rauennensi concilio Gra-densis subiectus.ibid. Thesaurum Ecclesiæ Gradibus Aquileiam re-ferri 89.a. Templum D. virgini a-dificat. ibid.b.ei subycuntur XX. Episcopi.ibid.

Populi potentes, qui regiones habitant paci bello q commodas.1.a.

Populony Ligures.153.f.154.a.

Porcifera amnis Liguria.639.b

Porciorum familia vetus Nouaria. 259.c.

Porlilium locus in Foro Iulij.54.c.

Porlilianus Comes Beachinus.91.b

Porpeti Castellum in Foro-Iulij.56.b. distonis Sauorgnana. ibid. a Sigis-mundo Imp.non potuit expugna-ri.ibid.

Porta Pleciana locus in Foro-Iulij.58. f.

Pontium quod & Trotilum, & Cur-curacis opp.Sicilia.1440.f.

Portus sinus Liguriæ, vide Delphini portus.

Portus Gruarius opp.Fori-Iulij 54.c. intersecatur à Limene fluuio.32.f. 54.c.Semiemporium frequens.54.c.

Portus Iulius in Campania hodie por-tus maris mortui.856.a.

Portus Lucanis lacus.in Insubria.375.f

Portus Naõis opp.Fori-Iulij.546 94.b

Portu Naonenses diruunt Turrim castrum.94.b.seditsone laborant, 97.c.d.à Friderico Barchio oppres-si.ibid.f.

Portus di Palis, vide Vlyssia.

Portus Veneris in Calabria. 1184. b.

Posterionum promontorium Cala-briæ.1145.d.

Potamia opp.Calabria.1106.f.

Potamiscus fl.agri Tarentini.1256.c.

Prata opp.Fori-Iulij.95.a. à Venetis diruta.ibid.

Praxiteles Calaber nobilissimus statu arius, de quo plurima 1102.& seqq.

Prestianum castellum Calabria. 1071.e.

Primicerius antistes D.Marci Ve-netis.23.f.

Probatia insula Drepano Siciliæ obie-cta, hodie Fauignana.1443.f.

Probinus Patriarcha Aquileiensis. 80.b.successor Pauli. ibid.

Prolisium opp.Insubria ad lacum Lu-canum.381.f.

Proserpina raptus expositus.1438.b.& seq.

Proteriatum fl.vide Locanus.

Psiltrium opp.Insubria.379.e.

P.Scipio Nasica Triumuir Aquileiam coloniam deduxit. 67.a.

Pulcinicum locus in Foro-Iulij.54.a.b

Pusiani lacus vide Eupilis.

Puteoli ciuitas Campaniæ olim.752.b. vnde sic dicta.775 b.c.eius situs.752 b.c.777.d.& seq.813.c. olim Dica-archia, & cur.752.c.775.a.814.e. hodie Pozzuli.761.

Puteoli Samiorum Colonia.752.b. vel Tyrrhenorum.814.f. vel Cuma-norum.775.a.814.e. postea bello Hannibalis à Q. Fabio munita. 775 b.demum Colonia Romana, & quando775.c.814.c.rursum colonia militaris ab Augusto facta.776.d.

Puteolanorum seditio compressa.813.d.

Puteolanus pons à Caligula erectus. 777.a.817.d.

Puteolanum theatrum.816.a.& La-byrinthus.816.b.

Puteolanæ mulieres abstemiæ. 816.e.

Puteolanus puluis adificijs construen-dis optimus.777.c 816.d.

Puteolanum purpurissum laudatissi-mum.777.c.

Puteolanus sinus & eius descriptio. 777.d.

Digitized by Google

Puteolanorum Balneorum catalogum & imes, vide supra in Balnea.
Puteolanum antrum, in quo omnia vina ebrietatem. 802.c.
Puteolanos aliquot illustres requiris. 815.b.c. & seqq.
De Puteolis qui scripserunt vide 814 f. 815.c.d.
Puteolani terramotus & incendia horrenda. 823.824.825. vbi & plures authores, qui de ijs scripserunt, commemorantur.
Puteolana aqua & earum vtilitas. 752.c.d.
Pyrrhi Epirotæ cum Romanis bellum. 1321.1322.1323.1324. & seqq.
Pythagoras Philosophus Calaber, de quo & Philosophis Pythagoreis multa. 1155. & seqq. aliquot foliis. 1275.a. & seqq.
Quadema vide Claterna.
Quadi in exercitu Atthila. 73 a.
Quadratorum familia vetus Nonaria. 259.d.
Quadrivium oppidum in Foro-Iulii. 56.e.
Quarlianum villa in ripa lacus Larii. 411.b.
Querquarium opp. Calabriæ. 1215. e. olim Arponium. ibid.
Quintilius frater Claudii 17. Imperij die Aquileiæ occisus. 70.c.
Racanellum, vide Calystarnus.
Raccuia opp. Siciliæ. 1451.e.
Rachis Pemonis filius Dux Fori-Iulii 87.a.b.e. Patrem Lusprando Regi cõciliat. ibi. Slauos bello pressit. ibid. e. Carniolam deuastat. ibid. Spoletino bello egregiam operam nauat. ibid.
Rachis frater Astulphi Rex Longobardorum. 620. fit monachus. ibid.
Radagaisus Gothorum dux in Italiã irrumpens caditur. 217.b.c.
Ragusa vide Hirminium.
Raimundus Ducis Guilielmi Austriæ filius. 89.c. Designatur Rex Hierosolymitanus ab Honorio II. Papa. 89.c.
Raimundus Patriarcha Aquileiensis, 90.a. prius Episcopus Cumanus vel Comatinus. ibid. Sacilium à Gerardo Caminensi recipit. ibid. Venetos ab obsidione Tergestina pellit. ibid. b. pacem cum iisdem facit. ibid.
Ramecta opp. Siciliæ. 1451. e.
Randatium ciuitas Siciliæ 1437.c. 1440 c. 1467.d. olim Triracium. ibid.
Rapalis portus Liguriæ. 640.b.
Rarus fl. Galliæ Cisp adanæ. 299. c.
Rascomum vide Falacrum.
Rasus torrens Galliæ Cispadanæ, qui aliis Scrivia, aliis Iria. 299. b.c.
Ranagosum vide Orestis portus.
Rauenna à Thessalis condita. 285. d.e. est in agro Gallorum Gessatorum. ibid.
Rauenna olim ad mare, hodie longe ab eo. 202. a.
Rauenna Imperatoris electionem ad se trahebat. 545.e.f. 546.f. dedit se Odoacro. 549.f.
Rauennia à Theodorico Gothorum Rege obsessa & capta. 79. a. 219.a. 553. f. item à Longobardis. 618.e. postea Rom. Ecclesiæ donata à Pipino. 620. 621. 622.
Rauennates odio naturali prosequuntur Ticinenses. 547.f.
Rauennense concilium. 88.f. ei præsidit Ioannes XIX. ibid. In eo Gradensis Aquileiensi Patriarchæ subiectus ibid.
Rauennas Ecclesia olim Romana se aquare volebat. 543.f.
Reatium oppidum Calabriæ, hodie Messurga. 1142.c. item fl. eiusdem nominis. ibid.
Recalbutum oppidum Siciliæ. 1436.b. 1440.d.
Recalmutus oppidum Siciliæ. 1448. a.
Rechum vicus Liguriæ. 640.a.
Reges sibi constituere, vnaquæq; libera gens potest. 570. 571. & seq.
Regina olim Herinum opp. Calabriæ. 1043.f.
Renus fl. Galliæ Cisalpinæ alluens Bononiam. 282.e 299.e.f.
Reuro fluuius agri Vicentini Bachilionis miscetur. 108.a.f.
Rhationicum opp. & promontorium lacus Lary. 304.f. familia Turriana celebre. ibid.
Rhætus Thuscorum Dux. 197. c. 292. e.
Rhæti Thuscorum coloni. 198 e.f. 292. e. dicti à Rhæto Lydorum rege. 196. f. vel à Rhæto duce. 197.c. 295.e. pulsi à Gallis ex Italia Transpadana Alpes occuparunt. 197.e. 292.e.
Rhæti hodierni non sunt Itali, sed Germani, nec in Italia siti. 346.a. & seq. oppida eorum quædam. ibid.
Rhætica vina Falernis non multum cedentia. 217.a. 292.e.f.
Rhæticæ Alpes quæ. 292.d.
Rhea soror & coniunx Chami. 146. f. 147. a. prius nupta Hammonis regi Libyæ. 146.f. 147. a.b. Hammonem ob stuprum Almanthea. Chamo adiuuante regno pellit. 147. a. Dionysium priuignum ad necem quærit. 147.a. eius filius Osiris. 146. f. 147.a. & Isis. 146.f. 147. b.
Rhegini Archiepiscopi dignitas. 1021 d. 1092.b.
Rhegini viri illustres. 1094. d. & seqq.
Rheginorum saltus sylua Calabriæ. 1083.e.
Rhegium nobilis Calabriæ vrbs. de qua fusè. 1084.b. & seqq.
Rhegium ab Aschenazo conditum. 997.a.b. 1084.b. Neptunia dictum. ibi. & Rhegiũ. & vnde. ibid. 1086.e ad Christi fidem conuersum. 1021.c. eius quidam vetustis Episcopi. 1021. c.d.
Rhegium Brutiorũ à rumpendo dictum. 12.e.
Rhegium Lepidi opp. Boiorum in Gallia Cispadana. 284.f.
Rhegium Lepidi à Cane Grande Scaligero occupatum. 221.a.
Rheunia oppidum Fori-Iulij. 80.d.
Rhinocura oppidum Palæstinæ inter Ægyptum & Palæstinam. 144. c.d.
Rhinthon comœdius Tarentinus. 1279.e.
Rhoas frater Atthilæ Hunnorum Rex 72.e. 80. d.
Rhodoaldus filius Sisulfi Ducis Forojulensis. 80.d. 81.f. 82.a. patrio ducatu excluditur. 81.f. fit Dux Beneventanus. 82.e.
Rhodoaldus alius Leonem Aquileiensem Patriarcham occidit. 88.e. omnes sua ditione priuatur. ibid. f.
Rhodoaldus Rotharis filius Longobardorum Rex. 601, b.c. eius coniunx Gondiberga adulterij accusata duello purgatur à crimine, 601.e 604. e. occisus quinto anno regni. ibid.
Rhomilda coniunx Gisulfi Ducis Fori-Iulij à Cacano Auarum rege oppugnatur. ibid. Ei sese dedit pactis eius nuptijs. ibid. miserè constuprata necatur. 81.a.b.
Richardus Caminensis regulus Spilimbergum occupat. 90.b.
Richardus Varanicus supplicio affectus. 92.a.
Richimer Alanos in Italiam irrumpentes cædit. 220.e. 544.f. contra Anthemium

Digitized by Google

Anthemium Imp. bellum mouet. 549.a. eundem necat. postque & ipse moritur. ibid.

Riolum opp. Calabriæ. 1217. c.

Riparonium opp. Liguriæ. at diœcesi Ticinensis. 523. c.

Rima oppidum non procul à Mantua. 278. b.

Rinus altus antiquus Medoaci alter. 4. a. b. Venetias in duo diuidit. ibid.

Rinus altus locus Venetijs. 4. b. insula olim. 79. b. nunc medijs fere Venetijs. ibid. à Patauinis primum cultus & inhabitatus. ibid.

Rinus maior Castellum Liguriæ, vino optimo nobile. 640. c.

Robertus Guiscardus Calabriæ & Apuliæ princeps, & eius res gestæ. 1364 a. & seq.

Roboretum promontorium lacus Larij. 408. c.

Rocca opp. Siciliæ. 1451. c.

Rochabruna castellum Liguriæ. 638. b

S. Rochi templum Venetijs. 7. d. 21. b. c.

Verone. 202. c. Eius corpus nuper ex Gallia Venetias allatum. 21. c.

Rodoaldus Dux Fori-Iulij. 83. f. successor Lantharis. ibid. Pulsus ab Alfrido fugit ad Coperitum Regem. 84. a. b.

Rodobinum opp. Lauredanæ regionis. 479. a.

Roderia fl. Liguriæ, qui & Rucuba. 638. c.

Rogerius Comes Apuliæ, & eius res gestæ. 1364. c. & seq.

Rogianum, alias Verga vel Vergianum cum. Calabriæ. 1042. d. e

Roma Itali filia. 130. f. 131. a. & seq. à patre Siculis & Aborigenibus præfecta. 130. f. Romam urbem prima longè ante Romulum condidit, & à se nominauit. ibid. & 132. a.

Roma urbs à Roma Itali filia longè ante Romulum condita. 130. f. & seqq. vetusta illa hodie iam nulla est. 774. d.

Roma illius veteris ambitus & suburbia. 731. b. & seq.

Romæ hodiernæ laudes. 774. e. in ea mansi Cicero, & unde dictus. 758. e. 736. a.

Romæ aeris intemperies qualis. 421. 422. 423. 424. 430. b. & seq. æstate intolerandus æstus. 422. d. & seq. 423. a. & seq. tunc omnia negotia publica silent. ibid. æstate Romam proficiscentes peregrini plerumq; moriuntur. 428. c.

Roma olim quoad regimen politicum nequaquam in pontificum potestate. 555. a. 595. c. quo iure à Pontifice occupata. 592. d. & seq. nimirum sub Gregorio primo. 592. f.

Roma à Longobardis obsessa. 590. a. suis iuribus ficta. 621. b. & seq.

Roma synagoga Iudæorum est. 421. f. 11. Curiales (Cortisana) dum negotia publica peragũtur publicè, quos uis alibi cernat. 442. c

Romani Italiæ principes primo bello Punico nondum erant. 458. a.

Romana Ecclesia princeps mater & caput omnium Ecclesiarum à Iustiniano Imp. declarata. 575. b.

Romanus ducatus olim quid & qui eius fines. 825. f.

Romani agri à Tusculano differentia & eius natura. 424. 425.

Romani Imp. extincti Romæ & in Italia qua causa. 538. 539. 540. 541. 542. 621. b. & seq.

Romulus habetur primus Romæ conditor. 130. f. cum tantum sit amplificator. 130. f. 131. a. b. non dedit nomẽ Romæ. 131. f. à Thuscis Lucumonis regio nomine donatus. 157. e. f

S. Romualdus author eremi Camaldulensis, quando, & quomodo, ubi & eius vita. 653. d. & seq. 654. a. & seq. eius corpus Fabriani conditũ. 654. d.

Rosa amnis Calabriæ. 1039. d.

Rosæ opp. Calabriæ. 1191. d.

Rosarnum opp. Calabriæ. 1072. a.

Rosascum opp. Lauredanæ regionis. 479. a.

Roscetum opp. Calabriæ. 1217. a

Rosciacum vel Roscacum oppidum Fori-Iulij. 58. f. 96. c. occupatur à Ludouico Aquileiense. 96. c. vnum habet cum Falterno comparandum. 57. c. 58. f.

Rossia promont. Calabriæ. 1184. b. olim Atheneum. ibid.

Rossanum ciuitas nobilis Calabriæ. 1183. a. & seqq.

Rotharis Longobardorum rex, legum earum collegit. 599. f. Liguras sibi subiecit. 604. b. c. enertis Opitergium. 32. d.

Rhotaris Dux Bergomi. 179. a.

Rouedula flumen Fori-Iulij. 56. a.

Rubenna vicus ad lacum Larium. 401. a.

Rubicon flumen terminus Galliæ Cispadanæ. 254. e. 255. a. 300. e. vbi fluat. 254. f. hodie dicitur à vicinis Alueus Magnus. 254. f. vel Rugezum. ibid. non est Varus in finibus Liguriæ. 255. a. hunc qui armatus transcendebat, hostis patriæ iudicabatur. 254. a. b.

Rubini siue Carbunculi in Insubria effossi. 315. b.

Rucchella opp. Siciliæ. 1440. c.

Rucuba fl. Liguriæ, hodie Roderia. 638. c.

Ruffinus Aquileiensis Ecclesiæ presbyter. 70. e. cum S. Hieronymo emulationem fouit. ibid.

Rutuli Italiæ populus in Latio. 61. b.

Sabatium opp. Calabriæ. 1057. a. item fl. vide Ocinarus.

Sabatia vada vide Vada Sabatia.

Sabatius Saga, qui & Saturnus. 198. d. e.

Sabandia vnde dicta. 281. e. f.

Sabellicus ab Utinensibus cultus. 53. a. eius epigramma Vtini. 56. e.

S. Sabinæ corpus Venetijs. 19. c.

Sabronum vide Hipponum.

Saccari conficiendi ratio. 1149. e. d.

Sacilium opp. Fori-Iulij. 54. c.

Sacra insula Drepano Siciliæ obiecta, hodie Leuasum. 1443. e.

Saga Scytha in Armenia. 133. d. e. 140 a. 141 f. 142. a. b. c. d. 143. a. statim post diluuium geniti. 133. d. e. 140. a. Noam siue Ogygem vocant Galli. 132. f. 198. b. item ratem Gallorum. 132. f. g. Noæ rate esse seruatus. ibid.

Saga prisci illi Aramæi siue Armenius. 133. e. 142. d. 143. a 198. d. conditores Vmbrorum. 133. d. e. 142. d. 143. a. 198. c. d.

Saga Persis dicuntur omnes Scythæ propter vicinam gentem. 142. d. dicuntur & Iangena. 143. a. primi veniunt in Italiam. 139. d. 143. a. 198. b. c. ijs mundum imperium habuisse placuit. 140. a.

Sagra fl. Calabriæ, hodie Alarus. 1126. a.

Sala vicus in ripa lacus Larij. 401. e.

Salagri à Nigro Genuensis insignis continentia, & pudicitia studiosus. 645. e.

Salassigenæ Taurisci. 65. a. Polybio Lai. 258. a. vel Taurini. 65. a. proximi Taurinis. 65. c. eorum finis. 257. b. olim bellaces. 258. ab Augusto deleti. ibid. hodie Pedemontani. 257. b. 313. a. molles. 313. a. Salassorum oppida, Asta, Augusta Salassorũ, Augusta Taurinorum, Bobium, Cena, Mons Regalis, Pollentia, Segusium, Triennorum forum, Fluuius: Durias, Tanarus.

Sab.

Sale castrum Galliæ Cisalpin. 282. b.
Salentina pars Calabriæ. & qua. 998. d. 1004. e. 1005. a. & seq.
Salentinum promontorium Italiæ. 1252. b.
Saleum opp. Liguriæ. 523. f.
Salij populi Alpini vltra Nicæam Liguriæ. 258. d.
Salij gens Galliæ Transalpinæ. 63. f. 64. a. vel Liguriæ. 440. e. f. Massilienses oppugnat. 63. f. veniunt in Italiam. 64. a.
Salyes Galliæ Narbonensis populi, de quorum sijs diuersa opinio. 260. d.
Salsubium hodie Carum vocant in Gallia Cispadana. 300. c.
Saluiana vicus Laumellinæ regionis. 479. e.
Sambuca oppidum Siciliæ. 1443. e.
Samnites perfidi ideoq; deleti. 1016. b.
Samogia torrens Galliæ Cispadanæ. 99. e.
Samparis opp. Siciliæ. 1451. f.
S. Samuelis templum Venetijs. 21. d.
Samuel Hebræus dux exercitus Honorij Imp. cæditur à Gothis. 28. c.
Sanguis Christi Venetijs. 8. a.
Santocrucius amnis Calabriæ. 1181. e.
Sapis fl. prope Cerniam opp. in Galliæ Cispadanæ. 300. d.
Saponara opp. Siciliæ. 1451. c.
Saraceni & Agareni Scenitæ an ijdem 595. d. & seq.
Saracenus fl. Calabriæ. 1216. a.
Saria Gothorum Dux Radagaisum alium Gothorum Ducem cædit. 218. b. c.
Sarnus fl. Campaniæ terminus. 748. eam diuidens à Piceno. 760. d. turbidissime, adeò vt nescias quo fluat, labatur. ibid.
Sarsinna ciuitas Galliæ Cispadanæ in Gessatis. 285. f. Plauti patria. ibid.
Sartirana opp. Laumellinæ regionis. 479. a.
Satrianum, olim Cæcinum opp. Calabriæ. 1130. f.
Satrianum vide Asculum.
Saturnus vltreo seculo Romam incoluit. 131. d. e. 139. d. e. 142. c. d. filius Vrani, à quo cœlo nomen datum. 157. a.
Saturnus Ægyptius, qui & Chamum. 144. f. 145. a. 146. c. d. vide Chamum. Deorum adolescentior apud Ægyptios. 146. d.
Saturnus Æthyops idem qui & Chus 145. a. idem & Sabactus Siga. 198. d. venit in Italiam. 198. d.
Saturnus Babylonicus Nembrothus. 130. e. 145. a. 198. d. filius Chusæi. 130. e. nepos Chamesin. 130. e. condidit Babylonem. 130. e.
Saturnia dicta Italia. 150. b.
Saulum vicus Liguriæ. 640. a.
Sauo fl. Campaniæ, & eius origo & defluxus. 748. e.
Sauoca opp. Siciliæ. 1451. a.
Sauona ciuitas Liguriæ Livio, qua aliis veteribus Vada Sabbatia. 639. b. vide ibi plura.
Sauergnana familia in Foro-Julij potens. 54. d. e.
Sauergnanum Fori-Julij locus celebris. 57. c. 90. f. à Comite Goritiæ occupatum. 90. f. idem à Philippo Lachone Cardinale. ibid. à ab Imp. Sigismundo exercitur. 57. c. 94. d.
Saxa ranesida promontorium lacus Larij. 403. d. e.
Scala castellum Calabriæ. 1181. b.
Scalea vide Talaus.
Scandinauiæ Germanici Oceani insula. 79. b. ex ea egressi Longobardi. ibid.
Scenitæ & Saraceni an ijdem. 595. d. & seq.
Schera oppidum Siciliæ, hodie Calatamet. 1416. a.
Scingomagus vicus in Alpibus non procul Augustâ Taurinorum. 390. c.
Sclafanis opp. Siciliæ. 1455. a.
Scribere contra alium licet. 135. 138. toto.
Scenanus mons prope Tarentum. 1257. a.
Scrinia fl. Galliæ Cisalpinæ, olim Iria. 282. c. d. 299. b.
Sculthais Longobardus Slauos fugientes persequitur. 84. c. d. Foro-Julienses & Longobardis magnæ cladis author. 85. a. b. c. occumbit in prælio. ibid.
Sculterna (hodie Panarus) fl. Galliæ Cispadanæ. 299. e.
Scyllaceum opp. Calabriæ. 1131. e.
Scyllaticus sinus Calabriæ. ibid.
Scylleum oppidum nobile & promontorium Calabriæ. 1078. f. & seqq. quod idem & Minervæ promont. ibidem idem & Scylla. 1079. c.
Scythæ Sagæ in Armenia. 133. d. e. 140. a. 142. d. 143. a. ijdem cum Thuscis. 143. a. ijdem dicti Galli. 133. d. e. 143. a. Primi tenuerunt Italiam. 143. d. ab ijs orti Vmbri. 133. e. 142. d. 143. a & Orobij. 133. e. 134. a. 143. cum 153. Istrum vocant Ogygem. Sagam, & cur. 142. f.
Scythia Sæga eadem cum Armenia. 142. d.
Sebastianus Sergius Bononiensis edidit volumen antiquarum. 192. a.
Sebastus præses Hermogenem Aquilejensem Episc. quomodo ab hæresi curat. 69. c.
Sebethus fluuius Neapolis in Campania. 754. b. 672. a. eius nomen hodiernum. 761.
Sebinus lacus Insubriæ, hodie Iseum. 298. a. ex eo Oglius fl. effluit. ibid. 387. b.
Sebusiani populi Alpini, & qui. 392. a.
S. Sebastiani cœnobium in stagnis Venetijs. 31. e.
Segesta vide Egesta.
Segestrum imperium castrum ad mare de Gulfo hodie. 1415. e. f.
Segestrum vel Segestrones opp. Liguriæ. 640. c. d. est Ptolemæi Tegulia. ibid.
Segnia opp. Siciliæ oppugnatur ab Arabis. 73. b
Segusium opp. Salassorum. 257. b. in Alpibus Cottijs. 289. & seq. 342 e. hodie Susa. 342. f.
Seleucus Nicanor successor Alexandri M. per Asiam & Syriam. 128. f. 129. a.
Selinis ciuitas Siciliæ, qua & Egon & Mazara hodie. 1441. e. f.
Selinis fl. Siciliæ. ibid.
Selinis ciuitas Siciliæ, quæ hodie Salmis. 1442. a.
Semfilius Nob. 143. d. 144. c. d. ei sors obuenit Asia vsq; ad Nilum. 144. e
Semelitani Siciliæ populi. 1456. f.
Seminaria ciuis Calabriæ. 1077. f.
Semiramis regina Assyriorum. 136. d. e. Nini coniunx. 130. d. 141. b. c. 143. c. Filia Aretæ, siue Dagonidæ. b. 130. e. Ascalonita. ibid. condidit Babylonem. ibid. vel saltem amplificauit. ibid. Nino merito columnam cum inscriptione erigit. 144. f. quæ extat. 145. b.
Semiris fl. Calabriæ. 1139. e. f.
C. Sempronius scripsit de origine Italiæ. 123. 128. a. Dionysio Halicarnassæo. 128. a.
Senonij mons in Alpibus Sedunis. 369. b. c.
Sena Hannibalis urbis fuisse origo & antiquitas refutata. 875. 876. 877. & seq. Gr. pervetus error. 877. c. 690. b. Non condita à Gallis Senonibus. 877. f. eius vera antiquitas. 887. b. c. & seq. Colonia Rom. ab Augusto deducta. 888. a. & seq.

Senensis

Senensis in Hetruria Episcopatus quam vetustus.693.e.f.694.a. & seq.

Sena à Pio 2. Archiepiscopalis ciuitas facta: eiusq; suffraganei.694.f.

Sena Piceni opp. Gallorum Senonum. 347.c.d. Gr. per η, σήνα scribitur. 681.c.690.b. colonia Rom. facta & quando.679.a.687.e. à Pompeio direpta.681.C. posterioribus seculis dicta Senogallia.688.a. tempore Augusti non amplius colonia.679.f

Senes plures Venetys quàm vlibi in Italia.3.b.

Senitum fl. Calabria.1192.e.

Senius fl. Gallia Cispadana.299.f.

Senna fl. Flaminia siue Æmilia ex Apennino in Adriaticum ruens. 680.a.

Senogallia à Senonibus dicta.125.a. vide etiam Sena Piceni. hodie vrbecula, olim Senonum metropolis. 286.e.

Senones in Italiam veniunt.64.a.125 a.b133.c.286.d. vbinam Gallor.347. c.348.b. accersiti ab Arunte Clusino.133.c. Thusciam inuadunt. 64.a.125.a.b.c.133.c.286.d.e. Romã capiunt.125.a.b.c.133.c. 286.d.e. 347.e. condidere Orobiorum.124. d.125.a.b.c. & seq. Mediolanum, Brixiam, Bergomum, Cenum, Ticinum, Tridentum, Veronam, Vicentiam condunt.125.a.b. quod alij negant & refutant.125.b.c. & seq. ab iis dicta Senogallia. 125. a 286.e. & condita Sena.347.d.

Senonum regio hodie Marcha Anconitana.286.e.

Senonum oppida: Senogallia, Ancona, Pisaurum, Fanum fortunæ. fluuij. Metaurus, Pisaurum.

Soprium vide Insubrium

Septimius amnis Calabriæ.1044.b

Seracena vide Sestium.

Serapis idem & Apis & Osiris, filius Chami, Misraim.146.sexto.147. & seq. vnde dictus.148.b.c.

Serenus Patriarcha Aquileiensis. 86.c.ei successit Callistus.86.c.

Sereris vide Cereris templum.

Serius amnis in Cenomanis prope Bergomum.174.d. alluit Cremam.278. a. influit Adduam.298.c.

Seriana vallis in agro Bergomate.158. f. in eo oppidulum Cenum.158.f.

Seria aqua torrens in lacum Larium se exonerans.403.e.

Serpillum bombyces recreat & vinũ in acetum vertit.486.b.

Sestius fl. Gallia Cisalpina aliàs Siccia. 258.c.294.c. ad eius ripam sita Vercellæ.ibid.

Serranale opp. Gallia Cispadana ad Scrimiam fl.299.b.

Serruerola opp. Feri Italij.54.c.

Sestium opp. Calabriæ, hodie Seracena.1037.d.

S. Seuerina ciuitas, vide Siberena.

Seuerinus Papa Rom. Altinatem Episcopatum Tercellum, vt Patauinum Medaeum transfert. 31. c.d.

S. Seueri ædes in stagnis Venetis. 31.d.

Seuerus Patriarcha Aquileiensis.80.b

Seurium vide Insubrium.

Sexto Calendas pagus Insubriæ vetustissimus.272.b.294.e.358.c. ad ostiũ Verbani lacus.294.e. alias Sextiũ. ibid. est Insubriæ terminus.358.c

Sforciarum familia illustris apud Insubres.266.e. eius origo. ibid. quomodo principatum adepti. ibid.

Sforciaca villa in agro Vergeminatensi.260.f.482.b.

Siberena hodie S. Seuerina nobilis ciuitas Calabriæ.1145.a.

Sibinicum opp. circa Istriam.73.b. expugnatur direpturq; ab Attila. ibid.

Sicani populi Siciliæ ab Hispanijs orti. 1415.a.

Sica vel Sicha hodie Sinecha opp. Siciliæ.1427.a.

Siccia fl. Gallia Cisalpina aliàs Sestites.258.c. ad eius ripam sita Vercellæ. 258.c.

Sicilia pars Italiæ circa Rhegium.998 d.1003.c.d.sino & circa Tarentũ. 1259.1260.a. & seqq.

Sicilia insula à Siculis Italiæ populis dicta.1416.d.e. vel quasi Sicubita, id est, dissecta.1260.d.

Sicilia formâ triquetrâ, & eius tres fronte.1413.b. & seq. eam alluentia maria. ibid. dicta Trinacria & Triquetra & cur. ibid.

Sicilia situs.1414.a. ambitus. ibi.c.d. distantia à continente Italiæ. ibid.

Sicilia à continente auulsa. ibid. d. in tres partes diuisa. ibid.

Sicilia primi incolæ.1414.e.f.1415.1416 1420.c.

Sicilia lingua hodierna Græca.1414.d e. consuetudines quædam & leges. 1457.b.

Sicilia prima Rom. prouincia.1414.d.e

Sicilia Principes & Reges, qui ad nostra vsq; tempora fuerunt, breuiter enumerantur.1458.b. & seq.

Sicilia populi, ciuitates, oppida, castella: Acarnania, Ascilla, Acesta, Acherini pop. Acrima, Adranum, Adrianum, Agathyrsum, Agrigentum, Agurium, Agyra, Alcamum, & Alcei pop. Alcara, Ali, Alcamenis, Aluntini, Aluntium, Amastris, Asinellus, Asserum, Auola, Azarum, Babusa, Barrafrancre, Baxema, Beluedere, Bibona, Bideni vel Bizenis, Bidis, Brolus, Bronte, Bocherius, Bonicinus, Bruca, Brucca, Busachinus, Bustera, Caccamus, Cacyrus, Cataria, Calabianum, Calata, Calatabilotta, Calatafimis, Calatagiro, Calatamet, Calataniseeta, Calatauulturus, Calathasibetta, Calatini popul. Callipolis, Camarata, Camerina vel Cammarana, Cammarum, Capitium, vel Capityna, Carbarusum, Carinis, Carranum, Casale vetus, Cassarum, Castanaa, Castellucium, Castellum bonum, Castellum Vetranum, Castiglonum, Castrum iani, Castrum regale, Centuripis vel Centerbis, Cephaledus, Cereris templum, Chiusa, Cimiana, Ciphalu, Ciratana, Claramons, Condre, Conterrana, Cerilio, Curcuraris, Cyramis. Daido, Dimethus, Dinetus, Drepanum, Edini, pop. Egesta, Egion, Elorina, Engini pop, Engium, Enna, Entella, Eryx, Euboea, Eurjalus, Exapylæ, Farum, Feralenses pop. Fontana blanca, Fortia, Francauilla, Furnaris, Gaglanum, Galata vel Galatis, Galeria, Galerienses pop. Gibillina, Gibisium, Giracis, Gindumandri, Giusagnardia, Gracteris, Gualterius, Halesa, Heraclea, Herbesum, Herbita, Henbolenses pop. Hidra, Himera, Hirminium, Hyccara, Jacis, Jarmana, Iera, Iuliana, Lamafura, Lasicara, Lalucata, Lamassa, Lamosta, Laodalum, Legum, Leo vel Leontia, Leontini, Letini pop. Librizes, Licodia, Lilybeum, Limartini, Lumini, Linguagrossa, Luntini, Lspaglara, Lipuluci, Lobiscaris, Locadi, Longi, Longobaldum, S. Lucia, Lysimelia, Macharina vel

E, Machara

Digitized by Google

Machara, Mactorium, Magelli, Marsala, Mastrecta, Maurelo annis, S. Maurus, Mazara, Mazarinum, Mezziffus, Militellus, Minoia, Miragla, Misillis, Modica, Monfortis, Mons-albanus, Mons-Bellisis, Mons Clarus, Mons S. Iuliani, Mons regalis, Mons-rubeus, Montagna, Motta, Motuca, Moxinis, Mundellum, Murgantium, Muſulmelis, Mutuſtrati, Myla, Myrthus. Narus, Naſius, Nauſtathmus, Naxus, Nepini, Neſus, Nethus, Nicoxia, Noara, Nothus, Odyſſia, vel portus Odyſſiæ, Olympicum, Oretes, Paciorus, Pacta, Palatium, Palazolus, Panhormus, Pantalica, Pantanella, Pantanus, Paropini Partanna, Paternum, Pentia, Petraleium vel Petralia, Petrapertia, Petrini pop. S. Philippus Agyrionis, Pilainus, Pithienſes, Pithinæum, Plemyrium, Pollina, Plutia hodie Plaza, Politiũ, Portus de Palis, Prizis, Raconia, Randatium, Recalbutum, Recalmutus, Ruchella, Sambuca, Samperis, Segeſta, Selafanis, Selinis, Semellitani pop. Sicani pop. Siculi pop. Siculiana, Siculũ, Sortinum, Spaccafurnũ, Sperlinga, Statio, S. Stephanus, Stinctinus, Sutera, Syracuſa. Tapſus, Targia Termini, Terra Heraclea, Terra noua, Therma, Therma Himera, Therſone, Thireſa, Trahina vel Trahinopolis, Trinacria, Triocalini Trioclea, Tripis, Triraciũ, Triſinienſes, Trogilum, Trogilorum portus, Trotillum, Tupa, Tyndaris. Vchria, Vicaris, Villafranca, Vlyſſia, Xaxca, Xiclis, Zancla. quare vnumquodq; ſuo loco.

Siciliæ fluuij, amnes, ſtagna, lacus, fontes celebriores: Acis, Acynthius Aeneus, Agaterium, Agragas, Alpheus, Anatis, Arethuſa fons, Aſines, Aſinarum, Bethis, Bufaritus, Cacyparis, Cantara flumen, Caſſibilis, Chriſtas, Condro, Cyane fons, Dictainus, Dirillus, Draco, Eleutherus, Elorina ſtagna, Elorus, Eniſes, Erineus, Falconata, Frigidum, Gurridas, Helico, Himera, Iſpa, Labſum, Lapriſa, Limagnus, Lycus, Mazarus, Millia, Miranda, Monalus, Motucanus amnis, Niſe, Oeſtrus fons, Pachynus, Palicorum ſtagnum, Panthagius fl. Perguſa lacus, Selinis, Symethus, Tauromenium, Tereſia, Teria, Thimetus, Trabia fons: vide in ſuo ordine.

Siciliæ Montes, Promontoria, Sylua: Aetna, S. Alexis caput, pr. Argentum pr. Caput Malinorum pr. S. Crucis pr. Cyclopum ſcopuli, Egitharſus, Eryx, Euryalus, Falacrum pr. Lepas, Libybeum pr. Longina vel Longum pr. Madunia, Maſſaoluer pr. Nebrodes, Pachynum, Paſſarum, Pelorum, Pharagloni pr. Platina, Plemmyrium pr. Raſoculmum pr. Taurum pr. S. Theodori promont. Xiphonia pr. reperies vnum quodq; ſuo in loco.

Sicla Gallia Ciſpadana torrens, 229. d.

Sicomaria regio Inſubriæ, vbi & eius deſcriptio accommoda, 497. & ſeq.

Siculi, Italiæ populi, 1003. b. & ſeq. 1416. c. ex Italia pulſi Siciliam occupant, 1003. b. 1416. d. aq; ſe denominant, ibid.

Siculiana ciuitas Sicilia, 1448. a.

Siculum oppidum Sicilia, hodie Xiclis, 1456. a.

Siderianum pagus Inſubriæ, 273. b.

Sideronum vicus Calabriæ, 1125. c.

Sigismundus Imperat. cum exercita Pipum Florentinum mittit in Italiam, 94. c. d. venit & ipſe poſt, ibidem. Sauorgnanum euertit, ibidem, e. Tercentum recipit, ibidem. Areas irrito conatu obſidet, ibid. Infecta re redit in Pannoniam, ibid.

Sighardus Patriarcha Aquileienſis, 89. e. eis donat Henricus III. Imp. Carniolam, ibid.

Signia ciuitas Epiſcopalis Italiæ adeo tenuis, vt etiam tonſore & ſutore careat, 329. d.

Sigwaldus Longobardus vir ſtrenuus in prælio contra Slauos occumbit, 86. e.

Sila ſylua Calabriæ pice celebratiſſima, 1049. a. & ſeq.

Silarus mons Calabriæ, 1215. f.

Siler fl. Galliæ Ciſpadanæ ad vicum S. Petri, 299. e.

Silicenſes malè Clodiæ conditores feruntur, 27. b.

Silis fluuius Venetiæ, 30. b. 35. d. 279. a. alluit Tarviſium. 279. a.

Simarella fl. Calabriæ, 1181. f.

Simon Monachus Gennenſis multa ex Arabico vertit, 642. f.

Simon Valuaſorius, 93. b.

Simonis Vignoſi Gennenſis ſeuera diſciplina militaris, 644. d. & ſeq.

Sinecchia vide Sica.

Singonenſes ab Ambigato auunculo Gallorum rege cum exercitu ad Hercinios ſaltus occupandos miſſus, 63. e. f.

Sinope ciuitas Campaniæ quæ etiam Sinueſſa, 748. d.

Sinueſſa ciuitas Campaniæ quæ olim & Sinope, 748. d. nõ eſt in Latio cõtra Plinium, ibid.

Siochus vel Saccus fl. agri Patauini & Venetiæ, 28. b. c.

Siochi portus in Venetia, ibid.

Sirmio opp. Veronenſe, in peninſula Benaci lacus ſitum, 216. b.

Siſulfus Dux Fori-Iulii, vide Giſulfus.

Slaui orti à Vandalis, 84. e. olim in extremis Germaniæ oris habitarunt, 84. e. Non ſunt Illyrici, 81 f. 84. e. Eos Tiberius & Druſus domuerunt, 84. f. & vltra Rhenum deduxerunt, ibid. qui Burgundiones dicti, ibid. Ad Tanaim fl. conſederunt, ibid. Slauos ſe agente vicina nanciuarãt, ibid. Mauricij Imp. temporibus in Dalmatiam & Illyricum venerunt, ibid. Eorum pars Bohemi & Poloni, 84. f. In Apuliã delati Lõgobardos vadunt & cadũtur, 82. a. à Varnefrido in Italiam ducuntur, 83. b. c. ſed cadũntur, ibidem. Rurſum Italiam impunè vaſtant, 84. c. d. & ſeq. Rurſum Italiam vaſtantes Longobardos cadunt, ibid. a. b. & ſeq. pacem cum Longobardis faciunt, 87. a. Comitatum Cilia tenent, 81. d. à Rachi Duce Fori-Iuliano bello preſſi, 87. e.

Slauorum regio Carnũtum vel Carantanum, 83. b.

Sofumbergum caſtrũ Fori-Iulii, 92. b. capitur à Nicolao Aquileienſi, 92. b

Solantum vide Solois.

Solem orientem ſpectantia loca ſalubberrima, 432. 433.

Solenus amnis Calabriæ, 1142. e.

Solbia-

Solbiatum vicus Insubrum & Orobiorum terminus. 383. e.
Solois opp. Siciliæ, hodie Solantum. 1416. e. 1417. a.
Sontius fl. in Foro-Iulij. 55. b. c. d 58. a. b. eius ortus & decursus describitur. ibid. d. in eum influit Hidra. ibid. c. item Tulminia. ibid. & Vipanus. ibid. alluit Goriciam. ibid. item Sontiacum castrum. ibid. f
Soracte mons Faliscorum. 712. b. & seq. 739. c. hodie vocatur mõs S. Syluestri (quod probatur) & cur. 712. f. 713. a. & seq.
Sordus fluuius Calabriæ. 1045. d.
Soresum opp. Calabriæ, olim Altunũ. 1071. a.
Sorianum opp. Calabriæ. 1062. f.
Sortinum oppidum Siciliæ. 1422. f. 1441. a.
Spaccafurnum opp. Siciliæ. 1456. c. d.
Speciana villa ad lacum Larium. 401. b.
Spedia oppidum recens in Liguria. 641. b.
Spellum Thusciæ oppidum olim habuit Amphitheatrum. 206. e.
Sperlinga arx Siciliæ. 1436. d.
Spilumbergum opp. Fori-Iulij. 54. b. incubat Tilauento fluminis. ibid. occupatum à Richardo Caminensi 90. b.
Spina olim oppidum Orobiorum hodie non extans. 277. b.
Spina olim oppidum Gessatarum Gallorum in Gallia Cispadana. 286. b.
Spinus mons apud Puteolos. 404. e. 405. a.
Spurannum villa in margine lacus Larij. 404. d.
Stabia ciuitas Hetruriæ in Faliscis. 810. e.
Stabiæ oppidum Campaniæ, & discrepantes de eius situ sententiæ. 903. c & seqq.
Stabium opp. Insubriæ. 375. f. 379. e. f. 380. e. f. olim Stabula. 379. e. 380. e. f.
Stabium aliud vicus in margine lacus Larij. 404. c. d.
Stala opp. Siciliæ, 1451. a.
Stalarum vide Moscium.
Stalassa fl. Calabriæ. 1078. e.
Statielli & Statielenses populi Liguriæ. 441. a.
Statio portus Siciliæ, hodie Stinctinus 1424. c.
Statola fluuius Galliæ Cispadanæ. 299. c.
Stella fluuius in Foro-Iulij. 55. b. eius ostium in Venetia. 33. c.
Stellatis ager Campaniæ, eius situs & descriptio. 756. e.
S. Stephanus opp. Siciliæ. 1443. c.
Strasoldum opp. in Foro-Iulij. 56. a.
Stinctinus vide Statio.
Sterthyngum promontorium Calabriæ, hodie Naum. 1146. e.
Strongilis vide Macalla.
Struthiophagi, quod struthijs vescerentur. dicti. 120. f.
Sturias fl. Galliæ Cisalpinæ in Taurinis. 294. b.
Stylum vide Consulinum.
Stylarum fl. Calabriæ. 1129. b. c.
Subarum vide Brestium.
Suberatum castellum Calabriæ. 1131. c.
Subiectio duplex. 460. c. d. & seq.
Subsicinum opp. Calabriæ, hodie Belsitum. 1062. b.
Succota villa ad lacum Larium. 400. f.
Suessa Aurunca ciuitas Campaniæ, & eius situs. 755. d. e. eius nomen hodiernum. 761.
Suessa Pometia opp. olim Volscorum Pontina palude hausta. 755. e.
Suessula opp. olim Oscorum in Campania hodie deletum. 757. f. 759. b. 761. a.
Susimontium mons Liguriæ. 441. a.
Summa Alpes vbi & earum descriptio. 291. e. f. 344. a. & seq. 369. a. b. hodie S. Gothardi mons. 374. e. in eis sita oppida, Ocellum, Bormanicum & Varalle. item fluuij, Athso, & Mastaleo, Ticinus.
Summolacum opp. ad lacum Larium. 405. d.
Summuranum opp. Calabriæ. 1036. e.
Suricum oppidum Galliæ Cisalpinæ. 387. a.
Suricum opp. ad lacum Larium. 404. e
Sutera opp. Siciliæ. 1443. c.
Sutrium ciuitas Hetruriæ, & post colonia Rom. 709. d. & seq.
Sybaris fl. Calabriæ. 1036. f. 1037. c. 1043. a. 1192. e. 1193. a. 1197. d. e. 1213. a.
Sybaris vrbs Calabriæ olim clarissima, de cuius varia fortuna & viris in ea illustribus. 1192. f. & seqq.
Sybaris vrbs Calabriæ (non illa litoralis) olim Argentina & Mendonica. 1388. f. à D. Petro ad fidem conuersa. ibid.
Sybillæ cur dictæ, & quot numero fuerint. 867. f. 868. a. & seqq.
Symethus fl. Siciliæ. 1434. a. & seq. 1435. a. & seq.
Synesius scripsit laudes calui tiei. 115. e.
Synopolis ciuitas Calabriæ. 1077. d.
Sypheum oppidum olim in Calabria. 1036 f. 1037. d.
Syracusæ ciuitas celebris Siciliæ, eius ortus, varia forma, descriptio, &c. 1421. & seqq. 1422. 1423. 1424. 1427 1428. & seq. hodie sola insula habitatur. 1426. a.
Syracusas olim vniuersæ Siciliæ caput fuisse probatur. 1457. b & seq.
Syracusani illustres. 1427. & seqq. aliquot columnis.
Syris fl. Calabriam à Lucania dirimens. 1217. d.
Syrmio opp. agri Veron. 208. a. 217. a. in eo antiquissima Rom. structura. ibid.
Syrus Aquileiensis Ticinenses ad fidem conuertit. 513. 514. 515. & seq. eius ad Ticinenses orationes. f. 513. 514. & seq. fuit discipulus Hermagoræ, socij D. Marci Euangelistæ. 518. f. primus Ticinensis Episcopus. 521. c. non est idem cum eo qui Genuenses conuertit. 521. c. d. persecutiones ab eo passa. 521. f. 525. e. conuertit oppida Ligustica. 522. f. & seq. eius obitus. 525. c. d. eius festum. 526. e. f.
Syrus fl. Calabriæ hodie Nascarus. 1140. e.
Taberna opp. Calabriæ. 1138. e.
Tabernula villa in ripa lacus Larij. 400. f.
Tabia opp. Liguriæ. 638. e.
Talaus fl. Calabriæ, eius q; terminus. 996. c. d. 1034. e.
Talaus opp. Calabriæ, hodie Scalea. 1035. b.
Tanaum olim accoluerunt Slaui. 84. f.
Tanarus fl. in Salassis. 218. a. 299. b. qui 12. torrentes recepit. 299. b.
Tannetum Boiorum Cispadanorum olim metrocomia. 281. b. 284. d. e. hodie vicus. 284. e. ad id olimà Narsete cæsi Galli Transalpini. ib. Item Totilas, Gothorum Rex. ibid.
Tapsus ciuitas & insula Siciliæ, hodie Mangnisis. 1427. a. 1441. b.
Taraxus filius Tarę conditor Tarenti. 1237. c.
Taras filius Nepturni, de quo fusè. 1235. d. & seq. 1237. & seqq.
Taras fl. agri Tarentini. 1257. e. 1258. f
Tarentum vnde dictum. 1235. d. à quo conditum 1227. c. eius alia quædam nomina. 1251. c.
Tarentum & Terentum non idem. 1251. a. b.
Tarenti epitheta apud Poetas. 1247. 1248. 1249. 1291. b. c.

Digitized by Google

Tarenti situs & clima. 1251. f. 1255. f. cœli constitutio & temperies. ibid.
Tarentum à Phalantho Lacedæmonio instauratum. 1243. d. & seqq.
Tarenti forma, ambitus & munitio. 1260. e. & seqq. portus. 1261. d. insulæ adiacentes. 1262. b. c. laudes. 1263. b.
Tarentum olim Reges habuit. 1265. b. & seq.
Tarentinus principatus hodie quantus. 1264. a. item olim sub Regibus. 1265. c. d.
Tarentini viri illustres, Archytas. 1265. e. & seqq. Item alij 1274. c. & seqq.
Tarentini magistratus & politia qualis. 1287. a. & seq.
Tarentinorum monetæ ac numi veteres ac signa. 1290. c. & seqq.
Tarentini agri fertilitas. 1294. C. & seqq.
Tarentinæ oues. 1295. f. lanæ. 1296. c. color. ibid. d. e. nuces. 1297. a. b. Pira. 1297. d. oleæ. ibid. d. e. vuæ & vina. 1298. a. ficus. ibid. Castaneæ ibid. c. myrti. ibid. cupressi. ibid. d. scapi candelabrorum. ibid. Sal. ibid. e. panis. 1299. a. mel. ibid. b. porrum. ibi. manna. ibid. lapis albus. ibid. c. figulina opera. ibid.
Tarentinorum varia piscatio toto anni tempore. 1299. d. & seqq.
Tarentinæ delitiæ. 1307. f. vestes. 1308. A. compotationes & conuiuia. 1308 d. & seqq. connubia. 1308. d.
Tarenti, quæ memoratu digna acciderint. 1308. f. & seqq. centenarius senex iuuenis factus. 1309. d. sepulcra clarorum virorum. 1311. a. ædes quales. 1312 f. parœciæ quot. ibid. tributa. 1313. b. sepeliendi mortuos ratio. 1313. c.
Tarentinorum bellicositas vetusta. 1313. d. e. bella varia. ibid. 1314. 1315. 1316. 1317. 1318. 1319. 1320. 1321. 1322. 1340. & c. seqq.
Tarentini Pyrrhum Epirotarum Regem contra Rom. accersunt. 1322. & seqq. vbi & bella Pyrrhi pro Tarentinis contra Romanos. item Carthaginenses contra Romanos ad bellum sollicitant. 1340. c. ad Hannibalem deficiunt. 1341. f. & seqq.
Tarentina arx à Romanis occupata. 1345. a. b. & seqq.
Tarentum à Rom. primo occupatum. 1321. b.
Tarentum à Q. Fabio Cos. captum & direptum. 1354. d. & seq. cuius præda ingens. 1356. a. & seq.
Tarentum cum Salentinis prouincia facta. 1358. d.
Tarentum municipium factum. 1359. & colonia. ibid.
Tarentum tempore Totilæ Gothorum regis instauratum. 1360. f. & seqq. ab eoque captum. ibid. & seq.
Tarentum Constantinus Imp. venit. 1361. c. & seqq. à Saracenis occupatum. ibid. e. f. idem idem frustra oppugnant. 1362. a. & seq.
Tarentum à Saracenis euersum Nicephorus Imp. instauraut. 1363. d. e.
Tarentum à Roberto Guiscardo Normano occupatum. 1361. a. & seq. à Carolo Gallo occupatum 1301. a. à Ferdinando obsessu frustra. 1382. a. & seq. Venetis deditum, at ab ipsis non receptum. 1384. f. à Friderico Rege occupatum. 1385. b. ab Hispanis obsessum. 1386. a. & seqq.
Tarentum Bohemundo concessum à fratre. 136. e. f. & seq.
Tarentini agri limites, & descriptio. 1256. b. & seqq.
Tarentini agri oppida, Marrhuuium, Turricella, Allianum, Pasanum, S. Marsanus vide plura. 1257. f. 258. a. Foroneſum vallis: flumina & amnes, Burrhacus, Potamiscus, Galesus, Eurotas, Taras. Montes: Conca, Lauritellus, Caluus, Scolanus. quæ suo loco quodq; horum.
Tarentini voluptuarij. 1306. 1307. 1308 & seqq.
Tarentini Romanos arci commeatum inferre conantes classe vincunt. 1350. d. & seq. sed terra à Romanis vincuntur. 1353. e. & sequentibus.
Tarentinis pacem petentibus cum libertate res dilata. 1354. e.
Tarentini sinus descriptio. 1146. d. e. 1251. e. & seqq.
Tarentinum promolli. 1249. b.
Tarentina Dialecti veteris voces peculiares. 1125. & seqq.
Tarentini milites siue equites. 1292. c. & seq.
Tarentina Ecclesia à D. Petro Apostolo fundata. 1386. c. & sequentibus.
Tarentini Principes: Robertus Guiscardus. 1364. a. Bohemundus I. 1364. c. & seq. Bohemundus II. 1366. à. Raymundus. ibid. d. Henricus VI. Imp. Friderici I. Imperatoris filius. ibid. e. f. Constantia cum Friderico II. Imp. filio. 1367. a. & seqq. Manfredus filius. ibid. e. f. Carolus Andegauensis. 1368. a. Carolus II. ibid. b. c. Petrus Rex Aragonum. ibid. c. Philippus ibid. f. Robertus. 1369. c. Philippus. ibid. d. Margarita cum Francisco marito. ibid. f. Ioanna cum Andrea marito. 1370. c. item eadem cum Ludouico. ibid. e. & Othone ibid. F. Raymundus vel Raymundellus. 1372. c. Ladislaus. 1372. f. Ioanna II. 1373. a. & eius maritus Ioannes Burbonius. ibid. b. Iacobus. ibid. c. Ioannes Antonius Vrsinus. 1374. c. d. Ferdinandus Rex. 1377. a. Alfonsus Rex. 1379. a. b. Ferdinandus II. 1380. c. d. Carolus 1381. a. b. Fridericus Rex. 1385. b. Ferdinandus Catholicus. 1387. a. & seq. Carolus V. 1390. c. Philippus. 1391. c.

Tarentinorum Episcoporum Catalogus toto libro octauo vsque ad finem.
Tarentinorum Ecclesia Archiepiscopalis. 1313. e. 1405. f. eius suffraganei duo. ibid.
Tarentinæ abbatiæ consistoriales quinq; 1305 d. e.
Targia, vide Trogilus.
Targines fl. Calabriæ. 1144. e. f. item oppidum quod hodie Vernanda. ibid.
Tarsia opp. Calabriæ. 1192. e.
Taurianum opp. olim Calabriæ. 1074. f. & seqq.
Tarusium siue Taurisium ab Api siue Osiride conditum. 150. c. à Cane Grandi Scaligero occupatum, qui ibi etiam obiit. 221. a.
Taruisini finitimi Foro-Iulij. 53. d.
Taruisinis pars agri Opitergini adiecta. 83. f.
Taruisij ortus Totilas Rex Gothorum. 279 a.
Tarus fl. Galliæ Cisalpinæ. 299. c.
Tauri populi vltra Carnos. 65. a. vnde dicti. 149. b
Taurini populi. 63. f. 64. e. f. 65. a. b. e. per eos transijt Hannibal. 65. b. item Bellouesus. 63. f. 64 f.
Tauriscin Alpib. Noricis. 65. f. qui & Tauriſani. 150. c. d.

Tauriſci.

Digitized by Google

*Taurisc*orum gẽs Salass*i*. 65. a. vel illis proxumi. ibid.

Taurisci vel *Taurisani* ab *Osiride* conditi. 150 c. d.

Taurocinium vide *Calopinacus*.

Tauromenium ciuitas Siciliæ, quæ & *Naxus*, 1420. d. e.

Tauromenium fl. Sicil. 1420. d. 1440. d. e. hodie *Cantare* fl. ibidem. vide etiam *Acesine*.

Taurum promontorium Siciliæ, hodie S. *Crucis*. 1441. e.

Taurus mons *Asiæ*, 141. & seq. *Indis Imaus*. ibid. item *Paropanisus*. ibid. *Parthis Cohatras*. ibid. *Niphates*. 141. e. *Gordiæus*. 141. c. 142. a. vbi excelsissimus *Caucasus*. 141. e. *Caspius* ibid. *Hyrcanus*. ibid. *Amazonicus*. ibid. *Moschicus*. ibid. *Scythicus*. ibid. *Hebræis* & *Armenis Ararat*. 141. a. b. eius ortus & ductus. ibid. b. c. d.

Tegulæ opp. *Liguriæ*, at ditionis tamen *Ticinensis*. 527. f.

Teias Gothorum Dux à *Narsete* victus. 79. b.

Temesa nobilis ciuitas *Calabriæ* olim, hodie *Melusium*. 1041. a. & seqq. vbi & eius ortus, ac varia fortuna.

Templa olim primo Ecclesiæ tempore Christianis nulla. 69. e.

Templa omnia *Venetijs* quadrato lapide aut tessellato opere exornata. 24. a.

Tempsa vide *Temesa*.

Tenesius Campus Calabriæ fertilissimus. 1037. b.

Teolum villa in margine lacus *Lariæ*. 408. c.

Tercentum inferius locus in *Foro-Iulij*. 57. d. 92. a. accubat *Turro* amnis. 57. d. *Fundius* euersũ à *Nicolao Aquileiensi*. 92. a. capitur à *Sigismundo Imp*. 94. e.

Terduplus fl. *Laumellina* regionis in *Gallia Cisalpina*. 259. e. 261. e. 294. c.

Teresia fl. *Siciliæ*, hodie *Fons Trabiæ*. 1455. a.

Tergeste oppidum *Istriæ*. 90. a.

Tergeste à *Venetis* obsessum irrito conatu, ibid.

Teria fl. *Siciliæ*. 1436. a. b. 1467. d.

M. Terentius Varro citat *Catonis origines*. 123. a. eius libertus *Dionysius Halicarnassæus*. 123. d. e.

Terina nobilis olim ciuitas *Calabriæ* ab *Agarenis* diruta. 1058. b. & seq.

Terinæus sinus & *scopulus*. ibid.

Termini vide *Thermæ Himeræ*.

Ternatus opp. *Insubriæ*. 367. b. 370. f.

Ternati vel *Terlacus lacus* in *Insubria*. 367. b. 370. f.

Terra Heraclea, vide *Heraclea*.

Terra Noua, vide *Heraclea*.

Terranoua aliud opp. *Calabriæ*. 1076. f

Terra noua vide *Thurium*.

Tessera locus celebris *Venetiæ*. 31. d.

Teutoni in *Italiam* erumpentes à *Mario Cos*. deleti. 61. d. 67. b.

Tharchon Hetruscorum Rex. 158. a. *Tacum* duce *Hercule* capit. a. ibid.

Thassonis filius Gisulfi 81. c. & seq. *Dux Fori Iulij* ibid. occiditur nefariè. 81. e. 83. f.

Theano Pythagoræ coniunx *Philosopha*, & *sapientissima* eius dicta. 1159. e. & seqq.

Theanum Sidicinum opp. *Campaniæ*. 755. f. hodie *Thiano*. 763. a.

Theatrum Veronense. 202. d. e. eius descriptio. 202. b. c. 203. a. & seq. conditum ab *Augusto*. 204. f. 205. a.

Thebæ, hodie *Lucy* opp. *Calabriæ*. 1191. b.

Theodelunda mater *Pauli Diaconi*. 81. c.

Theodelinda Longobardorum regina Agilulfum Ducem maritum sibi asciuit. 261. b. 588. c. *Arianam* hæresin inter *Longobardos* sustulit. 261. d. e. 589. b. c. de huius regno & actis vide plura. 596. 597.

Theodoricus Vvestgothorum Rex victor *Attilæ*. 73. b.

Theodoricus Ostrogothorum Rex à *Zenone Imp*. missus in *Italiam*. 78. e. f. 219. a. 553. a. vincit *Odoacri* copias. 78. f. 219. a. 553. f. *Italiam* occupat. 79. a. 219. a. 553. 554. & seq. *Ticinum* instaurat. 553. c. *Rauennæ* sedem figit. 554. a. *Moritur Rauenna* an. CCC LXIIII. 219. b. 566. a. *Theoderici* regimen in *Italia* quale. 554. 555. 556. 557. & seq.

Theodoricus Arianis faust. 565. a. legatos pro *Arianis* mittit ad *Iustinum Imp*. ibid. *Ioannem Pontificem*, & *Boëthium* necat. 562. b. c. 566. a.

S. Theodorus martyr *Venetiarum* olim patronus. 22. f. eius effigies hastâ draconem interficientis. 22. f. eius corpus *Venetijs*. 19. c.

S. Theodori promontorium vide *Egitharsus*.

Theodosius Imp. *Maximum* tyrannum *Aquileiæ* interficit. 70. e. f.

Theophrastum scriptis incessit *Leontium* meretricula. 136. d.

Thimetus fl. *Siciliæ*. 1452. a.

Thiresa vide *Thersone*.

S. Thomas Aquinas natione *Calaber*. 1140. d. & seqq.

Thomas Contarenus Venetus. 15. c.

Thomas Ranchonius ab *Vtinensibus* in quatuor partes sectus. 95. b.

Thosa vide *Athiso*.

Thucydides mentitur in *sua historia* 136. c.

Thuringi in exercitu *Attilæ*. 73. d. (forte *Thulingi* vel *Turcilingi*.)

Thurium vel *Thurij*, hodie *Terranoua* opp. *Calabriæ*. 1192. e. 1198. e. f. & seqq. 1201.

Thusci vide *Hetrusci*.

Thyetum vide *Ginetum*.

Thynnaria fl. *Calabriæ*. 1045. c.

Tiberius bellum Illyricum triginta legionibus triennio gessit. 68. a. b. domatq; *Illyricum*. 68. b.

Ticinetum opp. *Liguriæ*. 523e. diœcesis tamen *Ticinensis*. ibid.

Ticinum oppidum *Ligurum Læuorum*. 446. e. 450. b. c. non procul *Padi* fl. 446. f. quâ magnitudine, *situ*, & forma olim. 446. f. 447. a. & seq. 506. f. 307. & seq. 529. b. conditũ ante *Tarquinij Prisci* ætatem. 450. b. & seq. 451. 452. 453. & seq. Eius aeris temperies & qualitas. 507. a. & seq. amœnitas. ibid. vt 507. 508.

Ticinum quando & à quibus *Papia* dicta. 551. f. de eius ortu diuersa sententia. 274. f. Omnibus ad naturæ necessitatem requisitis præ aliis vrbibus Circumpadanis abundans. 512. c. & seq. 567. 568. eius plateæ quando silice stratæ. 528. f.

Ticini arx à *Theodorico Gothorum* Rege ædificata. 556. b. quo loco ciuitatis. 585. b. Sedes regni *Gothici*, durante bello *Gothico* constitutum. 567. d. Item *Longobardorum*. 584. 585. & seq.

Ticinum nequaquam latronum hara tempore *Gothorum* fuit. 572. b. c. d. & seqq.

Ticino magnam dignitatem inde accessisse quod regalis ciuitas fuerit. 573. e. f.

Ticinum tempore *Vitellij* direptum. 275. c. ab *Attila* euersum. 78. c. 218. f. 275. b. Item ab *Odoacre Herulo*. 219. a. 275. b. 549. c. & seq. eius permissu reædificatum, & quando. 551. c. d. & seq. tuncq; *Papia* dictum, & cur. 551. f. à *Theodorico Gothorum* etiam rege auctũ. 556. b.

Digitized by Google

Ticinum rursum captum à Longobardis. 581. f. 2583. post triennalem obsidionem. ibid. ab Hungaris eorum direptum. 275. d.

Ticinenses primi ex Circumpadanis. ad fidem Christi conuersi. 512. f. quando, à quo, & quomodo. 513. 514 515. 516. 517 518. & seq. 520 521.

Ticinensium quæ fuerit conditio & ius sub regno Longobardorum. 584. d. 585. a. & seq.

Ticinenses Arianos tolerare nolunt. 604. c.

Ticinenses agrum Marcomanni vastantes cæduntur 532. b. eius flumina. 509. 510. 511. 567. e. f. fontes. 512. c. & seq. 567. 568.

Ticinensis Episcopatus quando cœpit. 521. c. eius diœcesis, quæ & quanta. 548. a f 524. e. f. 527. e f. 528. c. d. Mediolanensi nequaquam subesse declaratur. 536. e. f. 537. a. & seq. 614. a. multa priuilegia à Papa obtinuit. 563. d. Ticinenses Episcopi. Syrus omnium primus. 521. c. Pompeius secundus. 527. d. e Iuuentius tertius 528. c. Crispus Niger. 528. f. Maximus. 531. c. Epiphanius 545 546. 547 548. & seq. Ennodius. 563. b. c. Anastasius Arianus. 604. c. Damianus. 610. 611 Animentanus. 614. c. Petrus. 616. d.

Ticinus fl. Galliæ Cisalpinæ, oritur ab Alpibus Lepontijs 294. c. 374. c. maximo impetu per Verbanum lacum ruit. 294. c. d. eius fluxus. 501. f. 502. a. & seq. rapiditas & vorticositas. 448. a. & seq. quib. piscib. abundet. 509. b. eius commoda quæ Ticino urbi dat. ibid. quando & quomodo, & à quo ponte stratus. 529. b. & seq. Eius alueus alius Granalonus dictus. 529. c.

Ticini pons, quando, à quo, & quomodo ædificatus. 528. f. 529. a. & seqq.

Tifata montes Campaniæ à Samnio discernentes. 758. a. 763. a.

Tigulia oppidum Liguriæ, hodie Segestum vel Siestrum. 640. c. d.

Tilaventum fluuius Fori-Iulij & Venetiæ. 33. c. 53. f. 54. e. f. 55. a. 161. d. unde ortum. 33. c. 54. e. f. eius descriptio & amnes eum influentes. 54. f. 55. a. b. duplex Plinio. 33. c. 54. f. sed hodie unus tantum. 33. c. flumen periculosissimum. 55. a. alias Tylaventum. 161. d. unde dictum. ibid. vulgò Taiamentum. ibid.

Tilauentiana regio. 161. d.

Timæus Locrensis Philosophus præstantissimus, de quo fusè. 118. b. & seqq.

Timauus fluuius Fori-Julij. 28. e. f. 53. d. e. 57. d. seq. eius ortus & decursus. 58 d. e. 62. a. b. 63. a. b. absorptus ex terra rursum erumpit. 57. maris fons ab accolis dicitur. 62 c. malè à Martiale & Lucano Euganeus dictus. 28. f 62 b. c. unus tantum non duo. 29. c. 62. b. c. 63. a. Blondo est Brenta. 298 f.

Tissageta non longè à Ripheis montibus sedes habet. e. 96. e.

Titea magna uxor Noe 141 f.

Togata Gallia quæ, & cur sic dicta. 254. e. f.

Toldinium villa ad lacum Lariũ. 401. a.

Topium oppidum Fori-Iulij 54. d.

Toranum vide Dapetia.

Torbia castellum Liguriæ, olim Trophæa Augusti. 638. b. quod alij negant. vide Trophæa Augusti.

Torcellum opp. Venetiæ memorabile. 31. c. d e. & episcopatus. 31. c. Altino eo translato. 33. b. Altinates id condiderunt. 77. c. eius descriptio 31. c. d. e. huc appulit Constantius Heraclij Imp. filius. 31. d.

Totilas ultimus Gothorum in Italia Rex. 79. a. 219 c. flagellum Dei appellatus. 79. a. à Narsete Eunucho victus & occisus 79. a. 219. c.

Trabia fons vide Teresia.

Tradate opp. Insubriæ in valle Orona 361. d. dationis Pusterularum Mediolanensium. 361. d.

Tragurium opp. circa Istriam. 73. d. expugnatur ab Atthila. ibid.

Trahina vel Trahinopolis ciuitas Siciliæ. 1437. a.

Transapennina Italia quæ & Gallia Cisalpina & Togata. 170. c. & Lombardia. ibid.
medio Pado in Cispadanam & Transpadanam diuiditur. ibid.
Transpadanæ descriptio & fines. 254. e. f. dicta olim Gallia Togata. 254. e.

Transpadana Gallia olim ab Hetruscis insessa. 153. a. b. 157. b. c. 170. d. e. 196. c. d. 197. a. 198. e. & postea ijs pulsis à Gallis. 124. e. f. 125. a. b. c. 170. d. f. 197. b est cæteris Italiæ salubrior 169. c. & fertilior. ibid. fere tota mõtosa. ibidem. eius populi Insubres, Veneti, Cenomani. 171. a.

Traualia opp. Insubriæ ad lacum Verbanum 295. c.

Trebia fl. Galliæ Cispadanæ. 296. c.

Trebiſatium vide Vicensimum.

Trebula oppidum Oscorum in Campania. 757. f. 758. c. d. 763.

Tremetum pagus ad Larium lacum 403. a.

Trionum amnis Calabriæ. 1077. b.

Tribusa fl. Fori-Iulij. c. 53. e.

Triceſimum Fori-Julij oppidũ. 57. c. 90 f. à Comite Goriciæ occupatum. 90. f.

Tridentum à Gallis conditum. 279. a.

Tridentina Alpes quæ. 293. a.

Triennorum forum oppidum in Salassis. 257. f.

Trinacria ciuitas Siciliæ 1448. a.

Trini portus in regione Venetæ. 30. b. 31. e. 34. a.

Triocalini pop. Siciliæ. 1456 f.

Trioclea olim ciuitas Siciliæ. ibid.

Trientum vide Hylias.

Tripis ciuitas Siciliæ. 1451. f.

Triplebes populi Galliæ Cisalpinæ. 587. a.

Truracium vide Randatium.

Trifinienſes Siciliæ populi. 1456. f.

Trissia fl. Insubriæ Lucanum lacum efficit & ex eo in Verbanum elabitur. 375. d. e.

Trischene vel Tres Taberna ciuitas olim Calabriæ. 1138. e. f.

Tristanus Sanorgnanus Friderici filius. 94. a. Ioannem Moraviam Aquileiensem Patriarcham interficit. ibid. Dux belli apud Vtinẽses. ibid. c. d. Fugit Venetias. ibid. Vtinum irrito conatu insidijs tentat. 95. b. Patriæ & bonis suis restitutus. ibid. c d.

Triumpilini populi Galliæ Cisalpinæ, qui & vbi. 386. f. 387. a.

Troglodyta dicti quod in cauernis habitarent. 120 f.

Trogilus opp. Siciliæ hodie Targia. 1424. b. c.

Trogilorum portus in Sicilia. ibid.

Trogus Pompeius falsus de Orobiorũ origine. 126. b. 127. a. 135. b 136. d. quã Gallis attribuit. 124 f. 125. a. deceptus à Græcis. 126. d. 127. d. 129. d. e. falsò etiam dicit vniuersam Italiã à Græcis ortam. 126. c. d. e. f. In historia Græcos sequitur. 129. d.

Troia primum Venetorum oppidum. 62. f.

Tropæa ciuitas Calabriæ. 1065. f

Trophæa Augusti, vide Villa Franca. Non est Villa Franca, sed castellum, quod hodie Torbia. 638. b.

Trotilum vide Portulam.

Turbinis

Turbinis castrum in Insubribus, 353 a. hodie cœnobium in virginum, ibid.

Turca vel Turci origine Scytha. 96. f. olim fides habuerũt ad Ripheos montes ibid. ab Alexandro M. inter Hyperboreos mõtes clausi, ibid. Asiam invadunt tempore Pipini, ibid. Colchos, ibid. Alanos, ibidem. Armenios, ibid. Asiam minorem, ibid. à Venetis arcentur ab Italia, 78. a. b. eorum Imperij incrementum. 97. & seq. Constantinopolim capiunt, ibid. Italiam tentant & vastant. 97. c. d. 98 a. b. c. d. e. cedunt Venetes, 100. 101. Forum-Iulium vastant incendũt 101. c. d. 102. a. Celsa comitatũ unadãt, 102 c. eorũ audacia & labor in defessus, 102. c. d. e. cum Venetis fœdus iciunt, ibid.

Turderus mons in Insubribus instar obelisci. 367 a. e.

Turrenum promontorium lacus Larii, 401. f.

Turrhena Thuscorum regia. 126. f. falso à Græcis Roma existimata, ibid.

Turregia vicus ad lacum Larium, 401. e.

Turres, hodie Blasium pagus Calabriæ, 1060 b

Turricula castellum agri Falisci à Ladislao Rege diruũ 728. e.

Turriola locus in Foro-Iulij, 92. f.

Turris nona in Venetia, 26. a.

Turris caliginis in Venetia, 24.

Turris Iopparella vide Palæpolis.

Turris Nunciatæ opp. Campaniæ olim Stabiæ 904. a.

Turris castrum proximũ portui Naonis, 94. b. diruitur à portu Naonensibus. 94. b.

Turrus fl. in Foro Iulii, 55. b. c. 56. 57. d. alluit Vinum. 56. e. itẽ Tercentum, 57. d.

Turris Salinarum in Venetia, 27 f. 28. a. sol. Venetum remansit in litore belli Genuensi, 27. f.

Turtura opp. Calabriæ, & eius commoda. 1034. e.

Turturellum opp. Laumellinæ regionis. 479. d.

Tusculanæ agri descriptio & eius à Romano differentia, 423. & seq. 424. & seq.

Tyberis fl. oritur ppe Mõtenũ, 300. c.

Tyberim primus accoluit Ianus, sine Noa. 142. a.

Tycionum familia Vercellensis, 258. c.

Tylas filius Veneti, 161. d. Tyliaste fl. nomen dedit, ibid.

Tyliesium opp. Calabriæ hodie Agellum, 1056 c. item promontorium hodie Corica, 1056. c.

Tyndaris, 1431. f.

Tyrinum oppidum Calabriæ. 1137. e.

Tyrrhenum Mœo Græcus dux condidit Orobiorum, 118. f. quod ex situtatur, 126 b & seq.

Tyrrheni qui & Hetrusci, 143. b. vide in Hetrusci.

Tyrrheni Ligures qui, 154. a.

Vacanta turris in lacus Larii ripa, 404. e.

Vaculo vel Vaculum, vide Bauli,

Vada Sabbatia olim civitas Galliæ Cisalpinæ, 281 e. 287. b. c. aqua Sebandiæ nomẽ derivatum, ibid. hodie Savona, ibid 440 e f. 639.

Vadiana vide Vitellianum.

Vadimon Tuscorum Deus qui & Vertumnus & Ianus, 177 e. f. & seq.

Vadimonis lacus in Hetruria ubi situs contra Biondum & Volaterranum, 716. e.

Vadorum portus in Liguria, 639. a

Vadus fl. Calabriæ, 1077 e.

Vagyanus fl. Galliæ Cisalpinæ, hodie Calorius 298 f.

Valens Imp. a Gothis cæsus 71. e.

Valentia vel Valentinum Galliæ Cisalpinæ opp. olim Forũ Iulii. 282. a. item opp. Liguriæ diœcesis tamẽ Ticinensis. 523 e.

Valentia vide Hipporim.

Valeresius Valeresi Venetus, 16. d.

Valginis amnis Calabriæ, 1181 c.

Valerius Maximus Mediolanensis, 267. c.

Validum opp. Laumellinæ regionis, 479. a.

Valginum oppidum Laumellinæ, 481. c.

Vallexitus vide Varisium.

Vallis Mesochi, vallis Brennia, &c. vide Mesochi, Brennia, &c.

Vallis umbrosa cœnobium Hetruriæ à quo & quando conditum, 654. e.

Vallonga castellũ Calabriæ, 1062. a.

Valmason opp in Foro Iulii, 54. c.

Vandali in extremis Germaniæ partibus habitarunt, 34. e. à Tiberio & Druso domiti, ibid & in Galliam traducti ibid. Burgundiones dicti, ibid. ab eis orti Slavi, ibid. & Bohemi, Poloni, &c. ibid.

Vandali Germani origine, 544. a. Galliæ & Hispaniæ vastatæ Africam occupant, 544 b Romam capiunt & Italiam vastant, 544 b

Varalle opp & præfectura Alpinarũ gentiũ sita in summis Alpib 291. f

Varanum inferius occupatum 92. d.

Varanum superius occupatur, 94. f.

Varida castellum Calabriæ, 1043. d.

Varena opp. ad lacũ Larium 407. b.

Varianũ opp. duplex in Foro-Iulii, 56

Varianum flumẽ in Foro Iulii 54 f.

Varisium opp. Insubriæ, sive Vallexitus 374. c. d. vide Vallexitus 374. c. d. vide Vallisium.

Varronis vicus apud Ægnicolos, hodie Amœnus. 374. d.

Varro amnis in lacum Larium decurrens, 406. e.

Varus fl. Liguriæ, 288 b. & terminus Liguriæ 737. f. à suis fluenta, ibid.

Vasium opp. ad ostium Verbani lacus 272. b. 374. c. d. citur Varisium alias Vallexitus, ibid. videtur esse Varitium Theopompi, 272. b. c. refutatur. 374 d.

Vassona vicus in lacum Larium desinens, 409 f.

Vasta Tarraciæ, opp. Laumellinæ, 481. e.

Vaticana dicta Italia & cur, 142. d. e primũ a Jano habitata, 142. e.

Vaticanus Deus dictus Ianus. 142. d. e

Vaticinus fl. Galliæ Cisalpinæ, 299 f

Vectia oppid. Galliæ Cisalpinæ apud Grossatas, 288. b.

Vebria opp. Siciliæ 1452. c.

Vedanus pagus apud Insubres locus aridissimus 273 d.

Veientinitas Hetruriæ, 707. e 719. e. & seq. non eadem cum ea, quæ hodie Castellana dicitur, 713. e f. 737 f. 738. d & seq. 741 f 742. a.

Veientiũ cũ Romanis bella. 719. 720.

Veii capti, 721. c.

Veientium situs & fines, 709. e 739. a. & seq.

Venafrum & Venafrani campi, civitas & ager Campaniæ, 756. c. d.

Venegona opp. Insubrum ditionis Castellionorum 360. e. f. ubi olim Veneris agonalia celebrata, ibid. unde & opp. sic dictum, ibid.

Veneris Agonalia, vide Venegona.

Veneris vel Veneris Portus vide Lunæ portus.

Digitized by Google

Venerius Gradensis Patriarcha depositus & Aquileiēsi subiectus 88.d
Veneta stagna frequenter nauigantur,3.e. non habent magnos fluctus,ibid.
Veneta mulieres aurum gestare prohibentur,24.d. gestant gemmas & vniones,10.d.24.d. earum luxus in vestibus,24.d,
Veneta dicti , à Veneto filio Liguris,153.b.160.d.161.a b. prius dicti Phaethonthei,161.a. incolunt angulum circa sinū maris Adriatici,153.a.278.c. eorum terminus Attrianum flumen,153.b.154.c.
Veneti orti à Troianis,35.d.e.62.77 d.123.f. Thuscis admixtis.153. a. vel ab Antenore & Paphlagonib. 77.d.e. quae sentētia refellitur.161. a.b. vel ab Illyriis ,77.d.278.c.d. vel certè à Gallis , 77.d.278.c.d. aut deniq; a Phaethonte,153.a.b. ante vllam Gallicam gentem sinū Adriaticum accoluerunt,77.e.
Veneti pop. antiquiss.434.f.435.a. siti in Gallia Cisalpina,343.f.344.a. 347.c.431.c.434.d.e.
Veneti Rom. gloriae amuli , 78. e. à Longobardis vniuerso continente pulsi,25. d. studiosi olim in mulis educandis,278.d. e. capillo flauo,24.f. & fluido,ibid. colore cādido,ibid. statura procera, ibid. sermone graui,ibid.
Veneti Fridericum , I. Imp. nauali prælio profligatum captumque Pontifici subiiciūt.78. a. Genuēses circa Clodiam ingenti clade profligant,ibid. Veronam pulso Frācisco Carrariensi occupāt,222.c. à Maximil. I. Imp. occupatam, redditamq; recipiunt, Maomethum Turcarum Imp. XX. annis ab Italiā arcnt, 78.b.c. Tergeste irrito conatu obsident,90.a. Patauinos bello premunt,ibid.d. Ciuidatenses socios recipiunt,94.b. oppidum Prata euertunt,95.a. Vtinenses in deditionem recipiunt & vniuersum Forū-Iulij, ibid. c.d. Ludouicum Aquileiensem pellunt,95.96. fugant Vngaros , 96. b. pacem faciunt cum Raymundo Aquileiensi , 90.b. caeduntur à Turcis,100.101.
Veneti Patricij Remp. curant, 24.e. aut mercaturam exercēt,ib. aut certe Philosophiā & oratoriā ibid. reliqui ciues aut mercatores aut nautae,ibid.
Venetia siue Venetorum regio & eius fines , tam olim quam hodie, 25.a.b.d.36.b.62.f. eius regiones decem: quas vide ordine libro tertio Sabellici toto.
Venetiae ciuitates,oppida,castra , cœnobia,aliaq; loca re aliqua memoranda celebria, Abrianum,S. Adriani Virginium, Albiola, Alganum, Angeli Virginium, Bebianum turris, Bebiana mola, Blasii fanum, Buranū, Caprula vel Crapula, Caput aggeris , Carthusianus conuentus , S. Christophorus, Ciconia, S. Clemens, Clodia, Concha, Corregium , Culicina turris, Curanella, Curania , Equilium, Erasmi portus, S. Francisci fanū, Galeola nemus densissimū, Geminae turres, S. Georgii edes, triplex, Gradus insula, S. Iacobus , Ieiulū, Ioannis Baptistae fanum, S. Iuliani fanum, S. Helena, Heraclea, S. Hilarii turris, Lauretum, Lazaretum nouum , Lazaretū vetus, S. Lazari fanum, Leonardi fanū, Ligugnana portus, Lupa turris, Luzi fusina, Maiorbium, S. Marci edes, Margaria, S. Mariae conuentus, S. Martini fanū, Medoaci portus Medoacū opp. S. Michaelis edes, S. Michaelis Muriani, Murianum. S. Nicolai littorea edes, Officina leuca, Pastina, Patauiū, Pelestrina, Philistina, Popilia, S. ecūdus , S. Seuerus, Siochi portus S. Spirit. edes, Taruisiū, Tessara, Torcellum, Trini portus, Turris Caliginis , Turris noua , Turris Salinarum, Venetia, Vicentia.
Venetiae flumina: Alsa ostium, Amphora, Anaxus, Athesis , Bachilio, Bebia aqua, Brenta , Brento, Brundulus , Canalis orphanus, Carbonaria fossa, Fornaces , Fossiones , Largo fossa, Limen, Liquentia, Medoacus , Nasariola, Nasariolus, Natisse ostium, Plauis, Silis, Siochus, Stella , Tiliaventum.
Venetiae finibus cōprehenduntur Euganei,62.d.
Venetia, vrbs clarissima à quibus cōdita & quando,77.a.b.c.434.d.e. 435.b.c.543.c.d.e. VII. Cal. Apr. iactae eius fūdamēta,77.b. vtrū in Italia sita,434.d.e f.435. situs stupendus,2.a. & qualis , 431.d. & seq.432.433.
Venetiae sita est in mediis aquis, 2.d. 39 toto 40.toto. Diuisa est in duas partes à Medoaci alueo,4.a. Sex habet regiones,4.a. sexaginta cōplectitur insulas,40.d. Nauibus quàm pedibus commodius peragratur,2.d. vrbs sacrificula,24.b.
Venetiae ob situm potentes,2.a.b. Italiae totius emporium,161.c. adeam spectandam etiā remotissimi veniunt,2.a.b. eius figura propemodum rotunda,3.c.d. anguli prominentiones ib. eius singulae domus penè singulae insulae,3.a.
Venetiis cœlum temperatissimum, 3.a. 431. e.f. 432.a. senes plurimi vegetiq;,3.b. Auster non noxius,3.b.432.c.d. Aquilo verò admodū salubris & cōmodus,431.e.f. aedes priuatae et publicae quales,24. a.b.c, Ducarium seu Ducis palatium praestantissimum,23.a. vbi & eius descriptio, primus magistratus Tribuni,77.f.
Venetiis mira marini aestus variatio,3.a. Columna Amagiana,7.b. & aliae in D. Marciarea,22.f.
Venetiarum tutor olim Theodorus martyr.22.f. hodie S. Marcus,22.f
Venetiis conuentus mercatorum frequentissimus,10.a. Philosophiae gymnasium,9.e. Spurii expositi quomodo educentur,18.a.d.
Venetiis est Nauale paruum, 13.a. Nauale publicum ingens instructissimumq;,16.e.f. & seq.
Venetiis omnium Templorum pauimenta tessellata aut marmorea tabulis substrata,24.a. parochiales tēpla in singulis insulis singula, ibid.
*Venetiis sunt templa: S. Agnetis,6.c. S. Aloisii,13.c. S. Andreae,11.f. S. Angeli,21.a. S. Annae,17.e. S. Antonini 19. S. Antonii,17.f. S. Apollinaris,8.f 10.e.88. Apostolorū,14.d. S. Augustini,18.d. Aurea vide D. Marci, S. Barnabae,7.a. S. Bartholomaei,20.a. S. Basilii,5.f. S. Bassi, 22. S. Benedicti,21.a. S. Blasii, 18.c. S. Blasii & Coraldi,5.e. Bragolana,18.d. & Catharinae,11.c.14.b. S. Cassiani,11.a. S. Caciliae,11.a. Celestinorum,16.e. 18.d. Christi sepulchrū,28.d. S. Christophori,13.c. S. Chrysostomi,14.d. S. Clarae,4.b.10.f.11.f. S. Coraldi & Blasii, S. Cosmae & Damiani 5.d. Crucigerorum,14.b. S. Crucis, 4.a. 5.d.10.

f.11.b.12.c. S. Damiani, vide S. Cosma. S. Danielis, 17.c. S. Dominici, 17.f. Eremitanorum, 21.b. S. Euangelistæ, 7 f. S. Eusebij, 8.d 10.c. Eucharistia, 12.c. S. Euphemiæ, 5.d. S. Eustachij, 11.b.c. S. Fantini, 21.f. S. Felicis, 13.a. S. Francisci, 16.b. S. Fuscæ, 14.a. Gemellorum, 15.d. s. Geminiani, 21.c.22.a. s. Georgij, 4.c. eiusdem aliud, 5.b.c.d. s Gernasij, 6.a. s. Gregorij, 6.f s. Hermagoræ, 13.f. s. Hieronymi, 13.b.s. Iacobi, 9.f. aliud eiusdem, 11.c. s. Ieremiæ, 12. d. Iesuatorum, 6.c. s Ioannis, 10.c. s. Ioannis Baptistæ, 11.c. aliud, 5.c. s. Ioannis Hierosolymitani, 19.d s. Ioannis nouæ, 19.b. s Iubanicæ, 21. c. s. Iudæ, vide s. Simeonis. s. Iuliani, 14.f. 20.c. s. Iustinæ, 15. f. 16.a. s. Laurentij 19.d.s. Leonis, 19 f. s. Leonardi, 13.f s. Lucæ, 11.f. 21 a.s. Luciæ, 11 c.12.c s. Magdalenæ. 14. a. s. Marcellini, 13.d. s. Marci, 4.a.22 b.c. aliud eiusdem. 16 c. s Margaritæ, 7.b.c. s Mariæ, 22.a.12. aliud, 11.b. s. Mariæ formosæ, 19.c. s Marinæ, 14.f. aliud 19.f. s. Marthæ. 4.b e.f. s. Martini, 17.a.s. Matthæi, 3.d.10.c. s. Mauricij, 16.c. 21 c. Mendiculorum, 4 f. Minorum, 21. c. Miraculorum, 14.f.15.a.19. f. Misericordiæ, 13.c. Mosis, 22.a. s. Niceæ martyris, 5 a. s. Nicolai, 5 a. aliud 8.c. adhuc aliud. 23.c. Omnium Sanctorum siue Pantheon. 6.a. s. Pantaleonis, 7.c. Pantheon vide O. Sanctorum. s. Paterniani, 21.a. s. Pauli, 4 a.8.f. s. Petri, 17.d. ss. Philippi & Iacobi, 19.b. Prædicatorum, 15.d. s. Raphaelis, 5 b. f. s. Rochi & Susannæ, 17.d.21. b.d. s. Sabæ, 19.c. s. Saluatoris, 14.f.20.c. s. Samuelis, 21.c. s. Sebastiani, 5.b.f. s. Simeonis, 11.d. s. Simonis & Iudæ, 11 f. s. Sophiæ, 14.c. s. Spiritus, 6.d s Steni, 8.d. s. Stephani, 21.d.e. s. Susannæ, vide s. Rochi. s. Thomæ, 7 f.s. Trinitatis, 4 c. 21 c. Trinitatis aliud, 16.c. Virginis hortensis, 13. c. Virginis nouæ, 14.c. s. Vitalis, 21 c. s. Viti, 6.c.s. Zachariæ, 19. a.

Venetorum habitus talaris, 24. d. fere niger, ibid aut violaceus ibid. aut coccus, ibid. omnibus æqualis, ibid. victus haud sumptuosus, ibi. f. ingenia studijs apta, ibid.

Venetorum fines antiqui, 25. d. 36. b. c. 153. b. hodierni, 62. b. opp. primũ Troiæ dictum, 62 f.

Venetus Phaethontis abnepos, 153 b. filius Cydni, 160. c. d. 161. a. ab eo dicti Veneti, 143. b. 160. d. 161. a. eius filij Tyla & Ventus, ibid. c. d.

Vennones populi Alpini, 387. b.

Vennoneti populi olim, qui hodie Volturreni, ibid. d. e.

Vensonum opp. Fori-Iulii, 57 d. actu stat. Tiliauento flumini, 57. d.

Ventus filius Veneti lapidum inhabitauit, 161. d.

Verbanus lacus in Gallia Cisalpina & eius descriptio, 294. c d. & seq. eũ influit Ticinus, 294. d. a Virgilio Maximus appellatus, 360. a. hodie Maior dicitur, 360 d ad Verbanũ frequentissima olim militum stationes, 358 f.

Vergeminum opp. ad Ticinum fluuium in Nouariensi agro quibusdam Vigleuanum, 260. e.

Vercellæ ciuitas Gallia Cisalpina in Lebuis sita, ad ripã Sicciæ fl. 258. c. res ibi mẽorabiles recẽsentur. 258. c. d.

Verge vel vergianum, vide Rogianũ.

Verna flua amnis Ticinum vrbem perfluens 511 d.

Vernatia vel Vulnetia castellũ Liguriæ vino nobilis celebre 640. e.

Vernicarium opp. Calabriæ, 1036. f. olim Aprustum ibid.

Verona sita inter Rhetos & Euganeos. 179 a Gallis condita, 125. a. b a. d 196. a b. id quod falsum esse demonstratur, 196. a. b. & seq. 197. c condita a Thuscis, 196. c. d. & seq. 197. a. & seq. 198. e. f. siue Vulturrenis 198 f 199. a. dicta a Vera Thuscorum colonia, 196. e. f. 198. f.

Verona amplissima vrbs tempore Strabonis, 202. e. f. Athesis, qui eã nunc perfluit, olim ab oriente alluebat, 280. b. c. 204 e.

Verona dicta parua Hierusalem & cur, 202. b. & seq. regia Albuini Regis Longobardorum. 219. d.

Verona ter solo æquata, 210. 217. d e. primùm à Vespasiani exercitu, 217. f. sed readificata a M. Antonino Vero, 217 f. secundò a barbaris Gallieni tempore, 210. d. 218. d. a Gallieno instaurata, 210. d. e. Ab Attila capta & euersa, 78. c. 218. d. a ciuibus restaurata, 219. a. b. à Gothis occupata, 219 e. à Romanis Imp recepta, 209. b. c sub iis vsa populari regimine, 219. c post a a Longobardis occupata, 203 f 204. 219. d. & seq. Longobardis deletis in Francorũ Regũ potestatẽ venit, 216 f 220. a. a Francis ad Germanos eius imperiũ defertur, 220. a. b. excusso Germanorum Imperio in libertatem se vindicat 220. b. c. & seq. rursum occupata ab Imp. duce Eccelino, 219. d. e. iterum redit ad populare regimẽ, 220 f. regitur a Ducib primo Mastino Scaligero ib. Alberto Scaligero ib. Bartholomæo Scaligero, 221. a. Albuino Scaligero, ibid. Cane Grandi Scaligero, ibid. Alberto 2. Scaligero, ibi. b. Mastino secundo Scaligero, ibid. Cane Grande secundo ibid. Cane Signorio siue Cane Francisco, ibid. Bartholomæo & Antonio Scaligeris ibid. Ioanne Galeatio Duce Mediolanensi, 221. c. 222. a. Guilelmo Scaligero, 222 a a Francisco Carrariensi, ib. a Venetis ibid a Max. Imp. 222. c Rursum à Venetis, ibi.

Verona fuit Theatrum, 202. d. 203. f. in quo scenica exercebãtur, 202. e nunc dirutum, 202. d. eius descriptio, 203. b. c. & seq 213 d. e. & seq. id partim concidit, partim diruũ est 203 f. 204. a. & seq. conditum id a C. Octauio Augusto Imp. 204 f 205. a. & seq.

Verona fuit Amphitheatrum, 202 d e. 203. f 204. a. in quo gladiatorij ludi & spectacula exhibebãtur. 202. e. a quo constructum, 205. d. 206. a. & seq 207. a. eius descriptio & magnitudo, 208. c. d. & seq. 209. a. & seq. 210. a. & seq. 214. d. & seq. capiebat in gradibus viginti tria millia centum & octuaginta quatuor, 210. a.

Verona Campus Martius, 202. d. e. 222. a. in quo equorũ & campestria certamina exhibebantur, 202 e.

Verõe Arcus pulcherrimi, 209. d 210 e. alius 202. a. alius 211 e. monumenta alia 210 f. 211. c. 212. c. d. & seq. 213. a.

Veronæ templa Bethlehẽ. 202 d Calmarius mons ibidẽ. Vallis Domica, ibidem. Nazareth, ibidem. Item Iesuatorũ viridarium, 203 b. Castrũ D. Petri. 222 a. & castrũ D. Felicis, ibi a Ioanne Galeatio Mediolanensi auce extructa, ibi. Porta O. elsa ibi. Porta cãpi Martij, ibi.

Vero-

Verona Philippus Imperat. occisus, 230.

Veronæ res miræ vt ostrea, cochlea, concha, echini marini &c. lapides effossi, 201.a. & seq.

Veronensis agri magnitudo, 207.a.b. in eo Lugana sylua, 110.b.c. in qua casi à Claudio Gothi, ibid.

Veronensis ager a Germanis duce Elitorio occupatus, 64.a. 197.c.

Veronenses viri illustres veteres: L. Vitruuius architectus, 215.d.e. Plinius secundus, 215.e.f. 216.a.b. Æmilius Macer, 216.b. Catullus, 216.b. Cornelius Nepos, 216.b. Pomponius secundus, 216.c.d. Pacificus Archidiaconus, 216.d.

Veronenses Episcopi: Adelhardus anno Dom. DCCC. LXXXXV. 204.a. Ioannes Matthæus Gibertus, 194.d.

Verres fl. Calabriæ, 1056 a. item promontorium vide Linum.

Vertacomatora præcipuus pagus Vocontiorum, 260.d.

Vertinæ opp. Calabriæ, 1179.d.

Vertumnus Thuscorum Deus, idem qui Ianus & Vadimon, 717.e. & seq.

Vescia ciuitas Campaniæ olim & eius situs, 782.c. 925.b.

Vescini populi ibid.

Vesciani colles in Campania, 883.e.

Vestini populi & ciuitas Campaniæ olim à Romanis deleta, 755.c. eius situs, ibid. & 763.a. 782.c.

Vesulus mons in Alpibus, 160.d. 255.d. ex eo oritur Padus, 160.d. 255.d.

Vesuuius mons Campaniæ, & eius descriptio, deq; eo mira quædam incendia & alia, 879.b. 880.c. & seq. 888.c. 903.d. & sequent. dictus est etiam Lesbius & cur, 905.e.

Vernauda vide Targines.

Vetharis Vicentinus Dux Fori-Iulij, 83.c. Viginti quinq; equitibus ingentem Slauorum multitudinem cædit, 83.c.d.e. profiscitur ad Grimoaldum Regem, 83.c.

Veternium promontorij lacus Lauij, 407.f.

Vetus fl. Galliæ Cisalpinæ & eius ortus ac fluxus, 368.e.f.

Vetus vallis in Alpibus, 369.b.c. & seq.

Vffugum hodie Montalbum ciuitas Calabriæ, 1044.a.

Vibo, vide Hipponium.

Vicaris vide Hyccara.

Vicensimum, hodie Trebisatium opp. Calabriæ, 1218.a.

Vicentia, vide Vincentia.

Vicheria opp. Galliæ Cispadanæ in Boiis, 299.b.c.

Viclavanum celebre opp. Lauorum Ligurum, 471.e.f. 481.e.

Victor Pisanus dux classis Venetæ bello Genuensi, 17.f.

Vicobianum opp. Lauinellinæ, 479.f.

Vicomercatus vel vicus Martis metrocomia Brigantiorum in Insubria, 272.d.e. 346.b.c. siue Orobiorum, 296.f.

Vicorchianũ siue Vicus Horchij opp. Faliscorum, 716.b.

Vicus Clusij, vide Vigluuium.

Viglebanum vide Vergeminum.

Vigluuium, vel Vicus Clusij vicus Insubrium, 380.d.e.

Villa alta locus in Foro Iulii, 57.d.

Villa Franca ciuitas Ligurię in Alpibus maritimis, olim Trophæa Augusti, 288.e. 385.e. vel potius Monœci portus, 638.a.

Villa Franca opp. Siciliæ, 1443.e.

Vincentia, non Vicentia veteribus dicta vide inscriptionem, 223. sita in Euganeis, 105.e. 106.a. a Gallis condita, 125.a.b.c.d. 278.a. vel à Gallis & Venetis simul, 106.d.e. eius descriptio, 107.e.f.

Vincentia ab Attila capta & euersa, 78.c. 18.f. Venetis subiecta, 108.

Vincentini finitimi Attestinis, 223.

Vincentinus ager frugibus vino, pascuisq; laudatissimus, 107. 108. 109. 110. eius fines, 108.d. Bachiglione fluuio rigatur, 107.d.e. 279.a. & Retrone, 108.a.f. qui etiam Rharonus, 279.b. qui Bachiglioni miscetur subipsam vrbem, 108.f.

Vineticum opp. Siciliæ, 1451.d.

Vinius fl. Campaniæ & eius fluxus 756.b.

Vintimillium opp. Ligurię olim Album Intemelium, vide ibi.

Vipaunus fl. Fori-Iulii, 58.d. Sontium illabitur, ibid.

Virago vicus Ligurię 639.b.

Virgaris amnis Calabriæ, 1142.e.

Virgilij sepulchrũ vbi, 799.a.f. 800.a.

Visardus vide Clibanus.

Visio in Liguria in Alpibus maritimis, 288.e.

Visons animal in Germania frequẽs, 254.a. eius descriptio, 254.a.

S. Vitalis opp. Insubriæ quod alliis Caput lacus, 375.

Vitalis Phaledrus Dux Venetorum 25.f. condidit Lauretũ Venetiæ, ibi.

Vitellianum opp. Insubriæ terminus 255.e. hodie Vadiana, 255.d.e.

Viterbium vnde dictum Germanica scilicet vox. 311.a.b.

S. Vitj opp. in Foro Iulij, 54

Vitra præstantissima Muriani in stagnis Venetis conficiuntur, 30.d.e. f. 31.a.

L. Vitruuius Veronensis fuit, 315.d.e 279.d.

Viturij populi Liguriæ, 440.e.

Vidis Hunnorum Dux Gallos cædit in Italiam irrumpentes, 218.b.c.

Vlla noua locus in Foro-Iulii, 92.e.

Vlyssis portus, hodie Loguina portus in Sicilia, 1439.f.

Vlyssia, vel Odyssia, vel Odyssei portus, aut portus de Palis in Sicilia, 1413.f.

Umbri ab Armeniis orti, 133.e. 142.d. 143.a. 198.c.d. siue a Gallo Aramæo. 143.a. 176.e.f. 198.d. eorũ nomen Hebræum, 176.e.f. dicti & Aborigines. 198.d. Hetruscorum auctores, 198.d. eorũ Rex Gomer Gallus, 198.d. item Ianus, 198.d.

Vnelia vallis Liguriæ, 638.d.

Vocontij populi Alpini, 260.d. 390.d. & seq. Eorum metrocomia Vertacomatora, 260.d.

Vogonia vide Agonis.

Volcæ populi Galliæ Narbonensis, 260.d.

Volturrena vrbs vbi & quæ, 404.f.

Volturrena vallis in exordio Rhæticarum Alpium, 292.e. 396.a. per eam Addua in Larium lacum decurrit, 292.e. 366.a. 404.e.f.

Volturrhenis in Italia ad Atriani flumen pertingunt, 153.b. eorum quædam oppida, 404.f. 405.

Volsinium opp. Insubriæ, 272.c.

Vranus homo pater Saturni, 157.a. à quo cœlum Vranus dictum, ibid.

Vrbes potentes, quæ ad pacem bellumque gerendũ cõmode sitæ sunt, 1.a.

Vrbium dignitas quibus rebus potissimum commendatur, 771.e.

Vria hodie Condoianum opp. Calabriæ, 1107.b.

Vria vide Hyria.

Vrsatij Iustiniani sepulchrũ sumptuosissimum & pulcherrimum, 30.b.c.

Vrsi marsum opp. Calabriæ, 1035.f. Abistrum Ptolemæo, ibid.

Vrso

Vrſo Patriarcha Gradenſis deponitur in concilio Rauennenſi. 89. a.
Vrſus Patriarcha Aquileienſis. 88. c.
Vrſus Genuenſis Poeta. 642. f.
Vtinum vide Hunnium.
Vtinum vocabulum Pannonicum. 73. f.
VValtherius Patriarcha Aquileienſis. 89. d. eius tumulus marmoreus in aere pendulus. ibid.
VVarnefridus Lupi Ducis Foro-Iulienſis filius. 83. b. Foro-Iulienſem ducatum occupare nititur. ibid. Slauos in Italiam inducit. ibid. Occiditur in praelio. 83. b. c.
VVarnofridus filius Arrichis. 81. c. pater Pauli diaconi. ibid. eius coniunx Theodelinda. ibid.
Vulneria caſtellum Liguriae. 640. c. hodie Vernatia ibid.
Vulturnum Campaniae ciuitas & colonia. 799. ſitus. 782. b.
Vulturnus vel Volturnus fl. Campaniae. 748. e. eius origo & defluxus. ib.
Vulturrena vallis circa lacũ Lar. 196 f 199. a. ſub radicibus Cyminis. 199. a Thuſcis dicta & habitata. 196. f. cognomine Hetruria. 199. a.
Vulturreni colonia Thuſcorum trans Padum miſſa. 1198. e. f. vſq; Veronam loca tenuere. ibid. condiderũt Veronam. 198. f. 199. a.
Vulturum vicus Liguriae. 639. b.
Xaxea oppidum Siciliae olim Therma. 1442. b.
Xiclis oppidum Siciliae vide Siculum.
Xipheonia promontorium Siciliae. 1440. a.
S. Zachariae templum, Venetijs. 19. a. b item eius corpus. ibid. c.
Zacharias Barbarus Venetus. 16. a.
Zacharisum opp. Calabriae. 1139. e.
Zaleucus Philoſophus & legislator praeſtantiſſimus, de quo plurima, 1113. a. & ſeqq.
Zanchij: Ioannes Chryſoſtomus. 113. & ſeq. M. Marſilius L. Pereius & C. Iulius fratres. 115. b.
Zancla olim ciuitas clara Siciliae. 1448. b. b. eius varia fortuna. ibid. poſtea Meſſena dicta. ibid. d.
Zelae comitatus, vide Cilia.
Zeno Imp. Theodoricum Oſtrogotethorum Regem contra Odoacrum in Italiam mittit. 78. e. f.
Zephyrium promontorium Calabriae. 1106. c.
Zeuſis Medicus Tarentinus. 1279. a.
Zenſis pictor Tarentinus. 1279. a.
Zinaſcum vicus Laumellinae regionis 482.
Zoroaſter dictus Chami filius Noa propter ſtudium magiae & veneficij. 144. f. 151. d. e.
Zuccum oppidum Fori-Iulij. 57. c.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google